THESAVRI

LINGVAE LA-
TINAE

Tomus IIII.



LVGDVNI.

LITERA semiuocalis, quæ tantam habet cum H aſpiratione cognationem, vt veteres eam loco ipſius H aſpirationis poſuerint, in huiuſmodi vocibus & aliis ἕξ, ſal: ἑπτά, ſeptem: ſ, ſe.

S literam in fine dictionis veteres elidebant ſubſequente conſonante. Quintil. lib.9. cap. 4, De compoſitione, Cæterùm cõſonantes quoque, eaſque præcipuè quæ ſunt aſperiores, in cõmiſſura verborum rixantur, & s, vltima, cum x, proxima, quarum triſtior, etiam ſi binæ collidantur, ſtridor eſt. vt Ars ſtudiorum. Quæ fuit cauſa & Seruio (vt dixi) ſubtrahendæ s, literæ, quoties vltima eſſet, aháque conſonante ſuſciperetur. Quod reprehendit Lauranius: Meſſala defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima, quum dicit Serenu' fuit, & Dignu' loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit ſic loquutos. Hactenus Quintilianus. Cic. in Orat. Quinetiam, quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in Optumus, poſtremã literam detrahebant niſi vocalis, ſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur,

Qui eſt omniu' princeps. non, omnibus princeps. &
Vita illa dignu' locóque. non, dignus.

Ciceronis temporibus, paulũmque infrà (vt inquit Quintilianus lib 1. cap.7.) ferè quoties s litera media vocalium longarum, vel ſubiecta lõgis eſſet, geminabatur. vt Cauſſa, Caſſus. Diuiſſiones: quo modo & ipſum, & Virgiliũ quoque ſcripſiſſe, manus eorum docẽt. Atque paululum ſuperiores etiam illud quod nos gemina s, dicimus Iuſſi, vna dixerunt.

Huic literæ magna cum τ cognatio eſt, & cum R, vt idem Quintilianus teſtatur libro 1. cap.4, nam & τ in s, & rurſus s in τ tranſit, ſimilitérq; de R. dicit enim, Nam vt Valeſij & Fuſij, in Valerios Furióſque venerunt: ita arbos, labos, vapos, etiam & clamoſ, ac laſes, ætatis fuerunt. Et hæc ipſa s litera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit: nam Mertare, atque Pultare dicebant.

S A B

SABA, ciuitas regia Æthiopiæ, inquit Ioſephus, quam poſtea à Cambyſe à ſororis ſuæ nomine, Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt reuereri: quia thus mittit, quo in ſacrificiis vtuntur: & ideò thuriferam vocat Ptolemæus. Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua myſterium ſignificari. Saba appellatur, quod ſignificare Græci myſterium dicunt. Plin. lib. 12. cap. 14, Hieronymus verò conuerſionem ſonare autumat.

Saba quidem ciuitas eſt regalis Æthiopiæ, vt ſcribit Hieronymus in libro de locis Hebraicis: ſed tunc ſcribitur Saba per literam Samech. Eſaiæ 43, Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te. ſortiturque nomen à Saba filio Chus. Geneſis 10, Filij autem Chus: Saba, Heuila, & Sabatha. Nam aliud vocabulum Saba ſcribitur per Sin literam, & ſignificat Arabiam, à ſuo authore Saba filio Regma, vt Geneſis 10, Et ab eo dicuntur Sabæi, non Æthiopici vt ſuprà, ſed Arabici. de quibus Strabo libro 16, poſtquam de Nabathæis multa loquutus eſt. Vnde quando inuenitur per Sin literam ſcriptum, transfertur Arabia. vt Pſalmo 62, Dabitur ei de auro Arabiæ. Et paulò ſuperius, Reges Arabum & Saba dona adducent. Vbi vtraque vocabula in eodem verſiculo reperies. Solent itaque in hoc vocabulo facilè decipi qui negligenter intuentur orthographiam. Saba igitur per Sin, Arabia eſt thurifera, ad mare Rubrum, odorifera, & diues, ac Beatę cognomine inclyta. Per Samech autem, Æthiopica. Vnde facile eſt intelligere reginam Saba quæ ad audiendum Salomonem acceſſerat, 3. Regum 10, non fuiſſe Æthiopiſſam, ſed Fœlicis Arabiæ reginam.

SABAEI, Arabiæ fœlicis populi, quorum metropolis eſt Saba, quam Strabo libro 16, Meriabam vocat: His proxima eſt (inquit) fœliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habẽt præterea palmas odoratas, & calamum. Serpentes quoque palmares, colore puniceo, vſque ad ilia aſſilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam otioſi ſegnéſque viuunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quę proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt, vſque in Syriam atque Meſopotamiam. Ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum vrbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatem habet. Hæc & plura ibidem Strabo. Hos Ioſephus libro 1, à Saba Guſi filio, qui à Chanortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, hoc eſt, venerari: quòd deos per ipſorum thura veneramur. Virgilius 1. Georgicorum,

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.
Dociles Sabæi. Claud. 7. Paneg.
Leues Sabæi. Claud. 1. in Eutropium.
Thuriferi Sabæi. Valer. 6. Argon.

Sabæus, Adiectiuum. vt Thus Sabæum, quod in Saba regione inuenitur, vel quod apud Sabæos creſcit. Virgil. 1. Æneidos,

-centúmque Sabæo
Thure calent aræ.
Flores Sabæi. Stat. 5. Sylu.
Myrrha Sabæa. Seneca Here. OEtæo, 4.

SABACVS, Æthiopum rex, qui Aniſim Ægypti regẽ fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herodoto, lib 2.

Sabaoth {ſabaóth} numeri pluralis, & generis fœminini, interpretatur militiarum vel exercituum. vnde Dominus ſabaoth.

SABATA, penult. prod. Ptolemæo libro 3. cap. 1, Sabatium Plin. lib 3. cap. 4. Sabatia Pomponio libro 2, maritima ciuitas Liguriæ, vulgò *Sauona* aliis *Saona*.

Sabatius, Adiectiuum. vt Stagna Sabatia. Silius lib. 8.

Quíque tuos Hauina focos, Sabatia quíque
Stagna tenent. Strabo lib. 4, Ad Genuam Ligufticum emporium, & Sabatia vada nuncupata, quæ paludes ſunt, Apenninus quidem à Genua, Alpes verò à Sabatiis initium capiunt: Inter Genuam verò & Sabatios ducenta ac ſexaginta ſtadia interſunt.

SABATE, lacus eſt. Vnde ſic Sabatinus, adiect. Colum. lib 8 cap. 16, Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, & item Volſinienſis, & Ciminus, lupos, auratáſque procl. eauerunt.

Sabbatina tribus, Vide TRIBVS.

SABATH, Nomen proprium, à quo Sabatheni nominãtur, qui à Græcis Hiſtabari dicuntur, vt Ioſephus ait.

SABATHRA, Ptolemæo lib. 4. cap 3, vrbs paruæ Syrtis, Plinio Sabrata dicta, vulgò *Rakemadres*.

Sabbathum, ſabbathi, penult. corr. {τὸ σάββατον} Vox Hebraica, inflexione Latina declinata, ſignificans quietem, ceſſationem ab opere. Eſt autem ſeptimus dies, quo requieuit Deus ab operibus ſuis. Prima itaque ſabbathi dicitur, primus dies ſeptimanæ, quem Dominicum etiam nominamus: ſecunda ſabbathi, ſecundus dies: tertia ſabbathi, tertius dies: quarta ſabbathi, quartus dies: quinta ſabbathi, quintus dies: ſexta ſabbathi, ſextus dies, à die Dominico: & ipſum ſabbathum, ſeptimus dies Plin lib 31. cap. 1, In Iudæa tamen ſabbathis omnibus ſiccatur. Hæc Ethnici Planetarum nominibus appellant: quod nunc quoque retinemus: vt ſecunda ſabbathi à Luna ſit, tertia à Marte, quarta à Mercurio, quinta à Ioue, ſexta à Venere. Sueton in Auguſto Cæſare, cap. 76, Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruau. Verba ſunt Auguſti. Idem in Tiberio Cæſare, cap. 32, Diogenes Grammaticus diſputare ſabbathis Rhodi ſolitus, venientem, &c.

Feſta ſabbatha obſeruare. Iuuen ſat. 6,
Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbatha reges.
Peregrina ſabbatha. Ouid. 1. de Remed. amoris,
Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur
Sabbatha, nec damnis Allia nota tuis.

Sabbbathatius, ſabbathatii {τὸ σαββατίζειν} Qui ſabbathum colit & obſeruat, quod faciunt nunc Iudæi. Vnde & Sabbathatij a Martiale dicuntur, libro 4,

Quòd ieiunia ſabbathatiorum,
Mœſtorum quòd anhelitus reorum, &c.

SABAZIVS Iupiter, Bacchus ſiue Dionyſius dicitur ab ἐβάζειν, quod barbari, præſertim Phryges, σαβάζειν vocant. Author Suidas. Eſt autẽ σαβάζειν bacchari, tripudiare, & more furentium ſaltare. Valer. Max. lib. 1. cap. 4. de Cornelio Hiſpalo, Idem, qui Sabazij Iouis cultu ſublato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coegit. Eundem verò eſſe & Dionyſium, cùm alij, tum Amphitheus in ſecundo libro Heraclęæ. Mnaſeas verò Pacaræus Sabaziũ ait filium eſſe Dionyſij, Vide Cælium lib. 7. cap. 15.

SABE, Syrorum lingua, Menſis Februarius dicitur.

SABELLVS, SABELLICVS, Vide SABINVS.

SABIDIVS, vir Romanus, gulæ deditus, plus vorabat quàm poſſet concoquere; quocirca ita fœtebat eius anima, vt nemo poſſet cum eo loqui, quem Matt. hoc epigrammate inſectatur, lib. 1,

Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te. Voracitatem eius & fœtorem animæ, altero epigrammate non minus ſalsè indicat idem Martialis lib. 3,

Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis,
Vrebat nimio ſæua calore manus.
Sed mágis ardebat Sabidi gula. protinus ergo
Sufflauit buccis tẽque quatẽque ſuis.
Illa quidem tepuit, digitóſque admittere viſa eſt:
Sed nemo potuit taugere, merda fuit.

SABIM, Arabes Deum appellant, & illi decimas menſura, non pondere perſoluunt.

Sabina, penult. prod. Herba {τὸ βρύον} de qua ſic Plin. lib. 24. cap. 11, Herba Sabina brathy appellata à Græcis, duorum generum eſt. Altera tamaricæ ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Colum. lib. 6. cap. 4, Alij ſabinam herbam, rutámque cum mero diluunt.

Sabinam, Illyrij appellabant telum venabuli ſimile. Ennius,

Illyrij reſtant ſicis ſabiníſque fodentes.

SABINI, penult. prod. antiquiſſimi Italiæ populi ſunt & indigenæ atque aborigines. Ab iis Picentes, Samnitéſque in colonias defluxere. Sabinorum agrum Tyberis alluit, quemadmodum Vmbriam, Latiúmque. Quippe inter Vmbros ac Latinos ſunt Sabini, extenduntúrque vſque ad Nomentum oppidum, & à religione & deorum cultu, hoc eſt ἀπὸ τοῦ σέβειν, dicti ſunt Sabini, quaſi Sebini. Author Plin. lib. 3. cap. 12, Quanquam Silius à Sabo, gentis authore, Sabinos dici putat, qui lib. 8, ſic ait,

-pars laudes ore ferebant
Sabe tuas: qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.
Ardui Sabini. Horat. 3. Carm. ode 4.
Bacifero Sabino nutrita gens. Silius lib. 5.
Incultæ Sabinæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Rigidi sabini. Horat. 2. epist. 1.
Tetricæ Sabinæ. Ouid. 3. Amor. eleg 7.
Veteres Sabinæ. Iuuen. sat. 10.

Sabinus, penult. prod. Adiectiuum.
Ager Sabinus. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Gens Sabina. Ouid. 15. Metam.
Herba Sabina. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Vile Sabinum. Horat. 1. Carm. ode 20,
-vile potabis modicis Sabinum
Cantharis. Subaudi vinum.

Sabellus, Aliud adiectiuum, & Sabellicus, pen. corr. Iuuen. sat. 3.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit
Transtatus subitò ad Marsos, memsámq; Sabellam. Virg. 2. Georg.
de Italia loquens,
Hæc genus acre virûm Marsos, pubémque Sabellam,
Assuetúmque malo Ligurem, Volscósque verutos
Extulit, &c. Idem 8. Æneidos,
Gnarum ex hortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret.
Carmina Sabella. Horat. Epod. 17.
Iaculator Sabellus. Silius lib. 4.
Ligonibus Sabellis versare glebas. Horat. 3. Carm. ode 6.
Pubes Sabella. Virg. 2. Georg.
Sus Sabellicus. Virg. 3. Georgicorum,
Ipse ruit, denséque Sabellicus exactit fus.

SABINVS, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio. Cuius meminit Seneca in Declamationibus. Sabinus, Vespasiani frater, interfectus à Vitellio, qui Vespasiano res contra Iudæos gerêtæ, post Othonis mortem, Capitolium cum æde Iouis occupauerat. Sabinus, Sophista, sub Adriano principe scripsit Hagogien ad materias & hypotheses, Declamationum libros quatuor, præterea in Thucididem enarrationem. Suidas. Sabinus Massarius, scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. Sabinus Syrus memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Ierosolymæ muros ascendit: author Iosephus lib 7. cap. 1. Sabinus Tyro qui scripsit ἀξιοπαθήτων, id est de Hortensibus, vt scribit Plin. lib 19. cap. 10.

SABIS, Fluuius, Vide SAMAROBRIVAE.

SABVSA, Porta dicebatur, quæ rectà in Sabinos ducebat.

SABOTA, vrbs Arabiæ in monte excelso, à quo octo mansionibus differt regio eorum thurifera. Author Camers. Solini interpres.

SABRIANA, Ptolemæo lib 2. cap. 3, æstuarium Britannici maris.

SABRINAM fluuium Cornelius Tacitus scribit lib. 12. vulgò *Seuerne*.

Sabulum, sabuli, penult. corr. {ἄμμος} & Sabulo, sabulonis, Arena tenuior & minutior. Plin. lib. 17 cap. 4, Inuitem sabulum album in Ticinensi, multísque in locis nigrum, itémque rubrum, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est. Colum. lib. 4. cap 33, de castanea, Pullam terram & resolutam desyderat, sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit. Varro 1. de Re rust. cap. 9, In quis lapis marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c. Ibidem 4, Præterea discrimina etiam omnium horum generum subtiliora alia, vt in sabulosa terra, quòd ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus. Colum. lib. 3. cap. 11, Nigrum tamen & rutilum sabulonem, qui sit humidæ terræ permistus, probauerunt antiqui.

Sabulosus, penult. prod. {ψαμμώδης} Adiectiuum, Plenum sabulo. Columella lib. 2. cap. 9, Nec in sabuloso solo, sed in arena quoque prouenient modo humido cælo, vel riguo solo. Plin. lib. 13. cap. 4, Palma gignitur leui, sabulosáque terra. Apud Columellam lib. 6. cap. 23, Stabula sabulosa.

Sabulerum, sabuleti, penult. prod. {ψαμμώδης} Locus qui sabulo abûdat. Plin. lib 27. cap. 8. Crocodilum nascitur in fabuletis.

SABVRA, Saburæ, pen. corr. Numen viri proprium, qui secundum post regem obtinuit locum apud Numidas. Lucan. lib. 4,
Mittitur exigua qui prælia prima lacessat,
Elicitáque manu, Numidis à rege secundus,
Vt fuit commissi simulator Sabura belli.

Saburra, saburræ {ψάμμος} Arena crassior & vilior, qua naues onerari vsque ad certam mensuram, quo stabiliores fiat, consueuerunt. Plin. lib. 10. cap 23, Certum est, Pontum transuolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criu metopum, & Carambim: mox saburra stabiliri. De gruibus. Liu. lib. 7. bel. Maced. Se in animo habuisse tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atque eas in faucibus portus supprimere. Virg. 4. Georgicorum,
-& sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabilis fluctu iactante saburram, Tollunt.

Saburro, saburras, saburrare, siue suburrare {ψαμμοβολῶ} Satagere in sabulo, ac mersare. Plin. lib. 18. cap. 35. Echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus cap. 15, Grues volaturæ arenas deuorant, sublatísque lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.

Saburratus, pen prod. Participium {ψαμμωθεὶς} Saburra oneratus, & per translationem, Plenus, oppletus. Plaut. Cistell 3,
-quæ vbi saburratæ sumus,
Largiloquæ extemplò sumus.

SABVS, Vide SABINI.

SABYLLVS, Gelę vrbis Siciliæ tyrannus, pòst à seipso interfectũ Cleandrum Author Herodotus lib. 6.

SACA, Vide AMANVS & ANANITYS.

SACAE, sunt Scythiæ populi, quos Herodotus tradit vocari à Persis omnes Scytas: item Plin. lib. 6. cap. 17, Vltra (inquit) sunt Scytharum populi, Persę illos Sacas vniuersos appellauere à proxima gente, antiqui Arameos, Scythæ ipsi persas, Chorsaros. Horum meminit & Strabo lib. 11. Dicuntur & Sagæ, teste Mela lib. 3.

SACAMAZA Ptolemæo capite 3. libro 4, vicus est Syrtis magnæ, vulgò *Zedicho*.

SACARVM, regio est (vt Ptolemæus lib. 6. cap. 13, ait) in Asia vltra mare

Caspium, Sogdianis conterminã: in qua nec vrbes nec vicos esse testatur: sed incolæ eius regionis nemora & specus habitant, sagittandi arte peritissimi. Qui olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, vt lib. 11, Strabo refert, atque vsque ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spoliis festa celebrarent, Persarum imperatores eos nocte adorti, funditus deleuere. Hos quidam Saccasanos vocant.

Saccatus, Vide SACCVS.

Saccharum, sacchari, vel etiam Sacchar {τὸ σάκχαρον} Mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Plinius libro 12. cap. 8, Saccarum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Amplissimum, nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm vsum.

Sacciperium, sacciperij {τὸ βαλλάντιον} Ex saco & pera dictio composita. Plaut. Rud. 13,
Quod plenum argenti fuit in sacciperio.

Saccus, sacci {ὁ σάκκος} Notæ significationis. Horat. 1. Serm. sat. 1,
-congestis vndique saccis
Indormis inhians. Idem 2. Serm. sat. 3,
-mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum. Plin. lib. 14. cap. 22, Quinimò vt plus capiamus, sacco franguntur vires. Columel. lib. 9. cap. 15, Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus inuertig metæ similis. Idem lib. 12. cap. 17, Posteà in iunceis fiscellis, vel sparteis saccis percolant. Cic. 3. Verr. Quũ iste ciuitatibus frumentũ, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret: pro his tebus pecuniã exigeret.
Saccus frumentarius, quo frumentum geritur.
Saccus ninarius sic loquitur apud Martialem lib. 14,
Attenuare nines norunt & linteа nostra,
Frigidior colo non salit vnda tuo. Domitius. Niues in penu seruatæ vina refrigerabant hoc pacto. Cola, vel sacci ninibus implobantur, per quas effusa vina colabantur gratissimo frigore. Hinc colum niuarium apud Martialem, & Saccus niuarius. Vide Niuarius in NIX. Cola autem seruiebant lautioribus, erántque matoris precij: Nam ex politis viminibus, aut certè panno crassiore constabant. Conficiebantur item sacci ad eundem vsum linteis, sed minore precio. Huc faciunt Plinij verba libro 19. cap. 4, Heu, inquit, prodigia ventris. Hi niues, illi glaciem potant, pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æstibus, excogitatúrque vt alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alij aquas, mox & illas hyemant. Paulo antè dixerat, Inueterari vina, facciſq; castrari. Tunc autem castrari vina dicuntur, quum vires saceo franguntur. Plin. lib. 23. cap. 50, vtilissimum omnibus saceo vitibus fractis.
Saccis vina castrare, Vide CASTRO.
Saccus vinarius. Plin. lib. 24. cap. 1.

Sacculus, penult. corr. Diminutiuum {σακκίδιον} Cic. 2. de Finibus, Cui nihil dum sit, ins & saculos abstulerit. Vetus codex legit farculos. Mart lib. 5, Excussi loculósque sacculúmque. Plaur. Capt. 3,
Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet.
Plenus sacculus est aranearum. Catull. ad Fabullum, 13.

Saccaria, saccariæ {ὁ ἀπὸ σάκκων ἐμπόλησις} Saccorum mercatura. Apul. lib. 1. de Asino, Saccariam faciens merebam.

Saccarius, Batulus vel gerulus {ὁ σακκοφόρος} qui saccis gestandis victitat. Paulus in l. Qui fundum, De contrahend. empt. Cæterùm secundum verba non esse exceptum quod ex stipula nasceretur, non magis, quàm siquid ex eo quod ex sacco saccarij cecidisset, aut auibus ex ore cecidisset, natum esset. Budæus.
Saccaria nauis. Quint. lib. 8 cap. 2, Fallunt etiam verba, vel regionibus quibusdam magis familiaria, vel artium propria, vt Atabulus ventus, & nauis Saccaria. Vide Cælium lib. 25. cap. 20.

Sacculatius, sacculatij {βαλλαντιοκόπης} quid significet, declarat Vlpianus, De extraordin. criminibus, L. Sacculatij, his verbis. Sacculatij, qui vetitas artes exercentes, in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt.
Saccatus, penult. prod. Adiectiuum {ὁ διὰ σάκκων κατεργασθείς.} Plin. lib. 20. cap. 19, De diacodio, fit autem huius papaueris aut cuiuscunque syluestris capitibus CXX. in aquæ cælestis sextariis tribus biduo macerati, in eadémque discoctis: deinde cæcatis, iterúmq; cum mello decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Idem lib. 29. cap. vlt. Saccatusque lineis saccis, & in fictili nouo repositus loco frigido, minus putrescit addito melle. De adipe autem preparando. Saccatus, id est, per saccum colatus, sic vinum hippocraticum colãt pharmacopolæ.

Sacellum {τὸ ναΐδιον} Vide SACER adiectiuum.

Sacer, sacra, sacrum {ὁ ἱερός, ά, όν} Venerabilis, consecratus. Virgilius 8. Æneidos,
-Sustulit os sacrum cælo. Plaut. Menæch. 20,
At ego te sacram coronam furripuisse Ioui scio. Plin. epist. 177.
Reuerere gloriam vererem, & hanc ipsam senectutem, quæ in hoc nomine venerabilis, in vrbibus sacra est.
Profanis sacra confundere. Claud. 7. Paneg.
Miscere sacra profanis. Horat. 1. epist. 17, Vide MISCEO.
Ædes sacra. Cic. Bruto, lib. 13. 12.
Amor sacer. Valer. 3. Argon.
Aræ sacræ. Virg. 3. Georg.
Arum sacrum Martis. Ouid. 7. Metam.
Chorus sacer. Ouid. 2. Fast.
Effigies sacræ diuûm. Virg. 3. Æneid.
Fontes sacri. Virg. 1. ecloga.
Horror sacer. Claud. 4. Paneg.
Ignibus sacris imponit libamina. Virg. 6. Æneid.
Iura sacerrima lecti. Ouid. epist. 9.
Locus sacer, & Locus profanus, contraria. Cic. 1. de Inuent.
Lucus latè sacer. Virg. 5. Æneid.
Medicamen sacrum, Diuinum. Ouid. 2. Metam.
Mens sacra. Ouid. 6. Fastorum,

Est deus

Est deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet. Id est, Diuinæ.
Signa sacra & religiosa. Cic. 1. Legibus.
Voce sacra profatur Tellus. Ouid. 2. Metam.
Vulgus sacrum. Cœtus dearum. Claud 2. de raptu Proserpinæ.
Sacra eorum deorum insula. Cic 3. Verr. Qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur.
Dies sacer Dianæ. Horat. 2. Carm. ode ode. 12.
Sacer, cum genitiuo. Plin. lib. 8. cap. 21, Feram nomine Axim, hinnuli pelle, pluribus candidioribúsque maculis, sacram liberi patris.
Sacer, cum datiuo. Plinius lib. 16. cap. 4, Ciuica iligna primò fuit, posteà magis placuit ex esculo Ioui sacra. Ibidem cap. 33, Ditis sacra cupressus.
¶Sacrum est ritu. Plin. lib. 11. cap. 37, Morientibus oculos operire, ritúsque in rogo patefacere, Quititium magno ritu sacrum est.
¶Sacer, Execrandus, scelestus {ὁ ἐναγὴς ἀνὴρ}. Virg 3. Æneidos,
-quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? Antiquitus homo sacer dicebatur, quem populus ob maleficium iudicasset, neque fas erat eum immolari. Et siquis eum occidisset, parricidij non damnabatur: ex quo omnis homo malus atque improbus, sacer appellari solet. Horat. 2. Serm. sat. 3,
-vter ædilis fuerit, vel
Vestrum prætor, is intestabilis & sacer esto. Plaut. Bacchid. 17,
-ego sum malus,
Ego sum sacer, scelestus. Plin. lib. 33. cap. 1, Vtinámque posset é vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celebertimi authores dixere. Budæus, Antiqui sacros homines vocabant quasi execrandos & detestandos. Vnde Sacra fames Virgilio: & Sacer atque intestabilis Horatio, è XII Tabulis sumptum vocabulum: quod more Gallorum Seruius transtatitium esse ait. Nam quum Massilienses peste laborarent, vnus se ex egentibus offerre solebat annum integrum alẽdũ publicis cibis & putioribus. Posteà verbenis, vestibúsq; sactis ornatus circũducebatur per vrbem cum execrationibus: precabantur enim vt in eum omnia mala ciuitatis incumberent & incederent. sicque proiiciebatur. Plaut. Bacchid. 17,
Mén' crimmatus est optumè est: ego sum malus,
Ego sum sacer, scelestus. Macrob. lib. 3. Saturn. cap 7, Hoc loco (inquit) non alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges diis sacros esse iubent: quia non ignoro quibusdã mirum videri, quòd quum cætera sacra violari nefas sit, hominem sacrũ ius fuerit occidi. cuius rei causa hæc est: Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorũ quibus sacrum esset: animas verò sacratorum hominũ diis debitas esse existimabant. Festus, Sacer homo est quem populus iudicauit ob maleficiũ. Neque fas est immolari: sed qui occidit, parricidij non damatur. nam lege Tribunitia prima cauetur, Siquis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricidãne sit. Inde sacraię leges dictę, vt ipse alibi author est, quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quicquid aduersus eas fecerit, sicut familia pecuniáque. Hactenus Budæus.
¶Sacer ignis {τὸ ἱερεπικὸν} Morbus, cuius multa sunt genera, quæ apud Plin. lib. 25. cap. 11. habentur. Col. lib. 7. c. 5, Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores. ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit: sic quidem quòd nec medicamẽtorum, nec ferri remedia patiuntur: nam penè ad omnem tactum excandescit. Vide IGNIS. Lucret. lib. 6,
Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere
Corpus; vt est, per membra sacer quum diditur ignis.
Ignis sacer edit contactos artus. Virg. 3. Georg.
Sacer morbus, appellatur comitialis, Vide COMITIVM.

SACER mons, locus est ad tertium milliarium supra Anienem, quem plebs Romana post reges exactos, dum à potẽtioribus premeretur, occupauit. Author Cicero in Bruto, Videmus item (inquit) paucis annis post reges exactos, quum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset, etsi maque montem, qui Sacer appellatus est, occupauisset, M. Valerium Dictatorem dicendo sedauisse discordias, eíq; ob eam rẽ honores amplissimos habitos, & eum primùm ob eam ipsam causam Maximũ esse appellatum. Hactenus Cicero. Sunt qui sacrum esse dictum putant, quòd in eo leges sacratæ sint latæ, & magistratus sacrosancti sint creati: vel quod plebs ipsa montem illum Ioui consecrauit, vt Sex. Pompeius scribit, & Cicero in Oratione, pro Cornel. testatur. Sacer mons, inquit Pompeius, appellatur trans Anienem fluuium paulò vltra tertiũ milliarium, quòd eum plebes, quum secessisset à patribus, creatis Tribunis plebis qui sibi essent auxilio, discendentes, Ioui consecrauerunt.

SACRA via, locus in vrbe Roma, vbi Romulus & Tatius fœdus fecerunt: cuius meminit Cicero in Oratione pro Plancio, his verbis, Equidem (inquit) siquando, vt sit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor: sed eum qui in meipsum incurrit atque incidit. Hęc ille. Hac, triumphantes in Capitolium ibant. Tendebar autem à regia vsque in arcem. Horat. 1. Serm. sat. 9,
Ibam fortè via sacra sicut meus est mos. Hanc idem author Sacrum cliuum nuncupauit.

SACRVM promontorium, Lusitaniæ locus, teste Ptolemæo libro 3 capite 2, *Caput sancti Vincentij* hodie dicitur, vbi Cuneus ager. *Cabo de san Vincente*.

Sacrum {τὸ ἱερόν, ὄνος} Nomen substantiuum, Dicitur omne quod nomine deorum habetur. Vnde Virgilius quoties sacrum nominat, additionem ferè deorum facit, vt 3. Æneidos,
Sacra Dionææ matri diuíque ferebam. Idem 4. Æneidos,
Sacra Ioui Stygio, quæ rite incœpta parati,
Perficere est animus. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16, Sacra celebritas est, vel quum sacrificia diis offeruntur, vel quum dies diuinis epulationibus celebratur: vel quum ludi in honorem aguntur deorum, vel quum feriæ obseruantur.

Nequid de sacrorum religione mutetur. Cic. pro Domo sua.
Vates sacrorum. Ouid 11 Metam.
Legationis sacra. Tacit l b. 1, Hostium quoque vis, & sacra legationis, & fas gentium rupistis.
Mensæ sacra. Tacit. lib. 13, Quanquam intra sacra mensæ, &c. properata sit. Scilicet mors.
¶Accersita sacra, Vide ACCERSO.
Anniuersaria sacra. Cic. Attico, lib. 1. 13.
Annua sacra. Virg. 1 Georg.
Arcana sacra. Ouid 10 Metam.
Fera sacra. Ouid 13 Metam.
Funebria sacra. Ouid 4. Trist. eleg. 4. ad finem.
Non gratum sacrum. Lucan. lib. 1.
Horrida sacra. Silius lib. 3.
Iugalia sacra. Nuptiarũ celebritas aut celebrario. Ouid. 7. Metam.
Municipalia sacra, Vide MVNVS.
Mystica sacra. Ouid. epist. 2.
Nefanda sacra. Ouid 10. Metam.
Nouendiale sacrum, Vide NOVEM.
Nuptialia sacra. Quintil. lib. 1 cap. 7.
Peregrina sacra. Vide PEREGRINVS.
Piaculare sacrum facere, Hoc est sacrificium pro expiatione scelleris. Liu. lib. 9. bel. Pun. Prætor Legatíque Locros profecti, primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere. Omnem enim aeram pecuniam, quæque apud Pleminium, quæque apud milites erat, conquisitam, cum ea quam ipsi secum attulerant, in thesauris reposuerunt, ac piaculare sacrum fecerunt. Sic ibidem.
Sacra priuata perpetua manento. Cic. 2 de Legib.
Pura sacra. Ouid 2. Meram.
Sancta sacra generis. Seneca Herc. fur. 13.
Socialia sacra, Coniugium. Ouid epist 20.
Solenne, & necessarium sacrum. Tacit. lib. 9.
Solenne sacrum lustri Troici. Seneca Troade, 8.
Stata sacra, dicuntur quę stato & certo tempore singulis annis recurrũt, diuersa ab illis quæ Indicta vocantur, quæ nimirũ vel in alia tempora reiici possunt, vel etiam omitti penitus. Ouid. 1. Fastorum,
Ter, quater euoluisignantes tempora Fastos,
Nec Sementinæ est vlla reperta dies.
Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur inquit
Musa, quid à fastis non stata sacra petis?
Veneranda sacra. Silius lib 7.
¶Factis sactis accedere. Stat 1. Achill.
Alligari sactis, Vide ALLIGO.
Astringere se sacris, Vide ASTRINGO.
Canere sacra. Virg. 2. Æneid.
-circum pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt. Id est, hymnos dicunt. Seruius.
Conficere sacra, Vide CONFICIO.
Facere sacra. Cic. de Aruspic. resp. Itaque nequis meorum imprudẽs introspicere tuam domum possit, ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altiùs tectum. Ouid. 3 Metam.
Frequentare sacra. Ouid. 3. Metam.
Initiari sacris. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Instaurabat sactum diis loci. Tacit. lib. 18. hoc est adornabat. Sic enim hoc verbum vsurpant authores aliquando.
Iurare per commune sacrum doloris. Stat. 12. Thebaid.
Obire sacra, Vide OBEO.
Parare sacra Ouid. 12. Metam.
Peragere sacra de more. Ouid. 6. Fast.
Peregisse mihi videor sacra tradentiũ artes. Quintil. lib. 5. cap. 14.
De sacris autem (qui locus patet latiùs) hæc sit vna sententia, vt conseruentur, & deinceps familiis prodantur, & (vt in lege posui) perpetua sint sacra. Cic. 2. de Legib.
¶Sacrum, dicitur templum {ἱερὸν.} Paulus Iureconsl. D. Ad legem Iuliam peculatus, L. Sacrilegi capite puniantur. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra, vel ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi, merentur.
Sacrum, sacróve commendatum qui clepserit rapserítve, parricida esto. Cic 2. de Legib.
¶Sacrum, Magicum quoddam ad compescendas detrahentium linguas. Ouid lib 2. Fastorum,
Ecce anus in mediis residens annosa puellis,
Sacra facit tacitè, nec tamen ipsa tacet.
Magica sacra. Virg 8. eclog.
¶Inter sacrum & saxum stare, prouerbialis locutio, pro In periculo esse. Plaut. Capt. 11,
Nunc ego inter sacrum saxúmque sto, nec quid faciam scio. Apuleius in Asino Aureo, lib. 11, Plurimũ ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbiũ, Inter sacrum & saxũ positus cruciabar. Explicat hìc Apuleius allegoriã adagij, videlicet alludens ad sacerdotium, cui erat initiandus: & paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex priscis fœderis feriendi cæremoniis, in quibus Fecialis porcum saxo feriebat, hæc interim pronuntians, Qui prior populus fœdus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide feio. Sed vndecũque fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur. Ex Erasmo.

Sacellum, sacelli {τὸ ναΐδιον} Diminutiuum à Sacrum, Significat locum paruum deo consecratum cum ara. Trebatius Iureconsl. scribit, Sacellum, compositum verbum, quasi sacra cella. Plin. libro 8. epist. ad Romanum, Sparsa sunt circa sacella complura, totidémque deis sua cuique veneratio, suum nomen. Cicero 2. pro Lege agraria, Sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, quæ post restitutam Tribunitiam potestatem nemo attigit: quæ maiores in vrbe partim, periculi perfugia esse voluerunt. Idem 1. de Diuinatione, Quum vellet

fororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat. Plinius libro 6. cap. 29. Delubrum Ammonis est ibi religiosum, & toto tractu sacella. Propert. lib 4 eleg 3,

Flore sacella tego. Virg. eclog 3.

Nouimus & qui te, transierit tuentibus hircis,

Et quo sed faciles Nymphæ riisere, sacello.

Ponere modicum sacellum alicui. Tacit. lib. 19, Modicum sacellum Ioui conseruatori, arámque posuit.

Sacro, sacras, sacrare {ἱερόω} Deo dicare, & sacrum facere. Plin. lib. 36. cap. 11, Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post cæcitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. Cic. 1. de Diuinatione, Quod patriæ vocis studiis, nobisque sacrasti. Ex poeta.

Aras sacrare. Virg. 5. Æneid.

Carmina sacrauit auum tuum, Immortalem fecerunt. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8.

Conditionem parentum sacrare. Seneca de Benef. lib 3. cap 11, Parentum conditionem sacrauimus, quia expediebat liberos tolli.

Sacrare fœdus, pro Sancire. Liuius lib. 8. bel. Maced. fœdus quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratum fuisset, irritum per illos esse.

Honorem sacrare alicui. Virg. 12. Æneidos,

-hunc illi rex ætheris altus honorem

Iuppiter erepta pro virginitate sacrauit.

Nomen alicuius sacrare. Martial. lib 1,

Condidit hic natæ cineres, nomenque sacrauit.

Templum sacrare deo. Plin. lib. 8. cap. 16, Libero patri templum in Salmo Helpis sacrauit.

Vota sacrare diis, quod & consecrare dicimus. Virg. 8. Æneidos,

-votum immortale sacrabo.

¶Sacrare {ἀναθεματίζειν} Deuouere, & detestabile decernere, & ita mori addicere, vt impunè occidi & violari possit. Liuius 2. ab Vrbe, Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad populum, sacram dóque cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia iniisset, gratæ in vulgus leges fuere. Ibidem lib. 5, Eum prædam Vegentanam publicando, sacrandóque ad nihilum redegisse, absentes ferociter increpant.

Sacror, sacraris, Passiuum. vt In aris sacrari. Ouid. 1. Fastorum,

Vtque ego perpetuis olim sacrabor in aris,

Sic Augusta nouum Liuia numen erit.

Sacratus {ἱερωθείς} pen. prod. Participium, siue nomen ex participio.

Caput sacratum. Virg 3. Æneidos,

Exorat pacem diuûm, virtáſque reſoluit

Sacrati capitis.

Tempora sacrata mea sunt velata corona. Id est, corona hederacea Baccho sacra, qua coronabātur poetę Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.

Dona ducum sacrata. Lucan lib. 1.

Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Id est, iusiurandum militare. Virg 2 Æneid.

Sacratæ leges, quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quicquid aduersus eas fecerit, sicut familia, pecuniáque. Liu 2 ab Vrbe, Præcipuus pauor Tribunos inuaserat, quàm nihil auxilij sacratæ leges haberent morte Collegæ monitos. Idem, Sub idem fermè tempus Ligures lege sacrata, coacto exercitu, nocte castra Proconsulis aggressi sunt. Cic. pro Domo sua.

Numen nullum sacrarius. Silius lib. 8.

Opus alicui sacratum. Ouid. 2. Trist.

Sede sacrata recondere. Virg 1. Æneid.

¶Sacratior, & hoc sacratius. Plinius libro 16. capite 44, Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) viſco & arbore in qua giguatur sacratius.

¶Sacratissimus. Plinius libro 33. capite 4, Aurea statua prima omnium nulla inanitate, & antè quàm ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyratum in templo Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significauimus, numine illis gentibus sacratissimo.

Sacrarium {τὸ ἱερόφυλλον, τὸ ἄδυτον} Locus sacer in templo, in quo sacra reponuntur. Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ deæ nominatur. Vlpianus l. Sacra. De diuisione rerum, Sacer locus est, locus consecratus. Sacrarium, est locus in quo sacræ res ponuntur. Liu. 7. ab Vrbe, Cære sacrarium Populi Rom. diuersorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum, inuiolatúmque crimine belli, hospitio Vestalium, cultúſque diis darent. Sic 4. bel. Pun. Propert lib 3. eleg 24,

Mens bona (ſi qua dea es) tua me in ſacraria dono.

Diri sacraria Ditis. Virg. 12. Æneid.

Probro vetito temerat sacraſia. Templum polluit & violat concubitu nefario. Ouid. 10. Metam.

Sacrarium {τὸ ναΐδριον} pro Sacello, locóque sacrato sumpsit Suetonius, de Augusto loquens, cap. 5, Natus est (inquit) Augustus ad capita bubula, vbi nunc sacrarium habetur, aliquanto postquàm excessit constitutum. Cic. 6. Verr. Erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in ædibus à maioribus traditum perantiquũ. Ibidem, Sacrarium Cereris est apud Catinenſes, eadem religione qua Romæ, qua in cæteris locis.

¶Sacrarium, pro Lararío in ædibus priuatis. Cic. ad Memmium, lib. 13. 1, Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, & ipſo multum vtor, & patrono cius M. Æmylio familariſſimé.

Testor mentis sacraria, Iouis iusiurandum. Stat. 3. Thebaid.

Scelerum sacrarium. Cic. 2. in Catil. Quum aquilam illam argenteam (cui ille etiam sacrarium scelerum domi ſuæ fecerat) ſcirem esse præmiſſam.

Sacres porci appellabantur, quoniam puri essent ad sacrificium, vt immolarentur. Plaut. Menæch. 8,

-quibus hic pretiis porci vœneunt

Sacres, fyncerè Et in Rud. 26,

Sunt domi agni & porci sacres. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1, Ferè ad quatuor menſes à mamma non diſungontur agni, hœdi tres, porci duo, è quis, quoniam puri sunt ad sacrificium, vt immolentur, olim appellati sacres: quos appellat Plautus quum ait,

Quanti sunt porci sacres? Ibidem, cap. 4. Porci qui à partu decimo die habētur puri, ab eo appellātur ab antiquis sacres, quòd tum ad sacrificia idonei dicuntur primùm.

Sacramentum, sacramenti {ἡ ὁμοσπονδία, ὁ ὅρκος ἱερὸς} Quod iusurandi sacratione interpoſita geritur, vt ait Festus.

Sacramentum militare. Vegetius de Re militari, lib. 2, Milites iurare solent, & ideò militiæ sacramenta dicuntur. Iurant autem se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam pro Romana Repub. Plin. epist 29. lib. 10. ad Traianum, De seruis inter tyrones inuētis, Ipſe enim dubito ob hæc maximè, quòd vt iam dixerant sacramento militari, ita nondum distributi in numeros erant.

Longum sacramentum. Tacit. lib. 17.

Solenne sacramentum. Tacit. lib. 17.

¶Accedere sacramento alicuius, Vide ACCEDO.

Adigere sacramento alicuius, Vide ADIGO.

Contendere sacramento. Cic. Volumnio, lib. 7. 33, Niſi cætera, quæ sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonij personam disputata de ridiculis, ἀστείοις & arguta apparebunt, vt sacramento contendas mea non esse. Est autem contendere sacramento, contendere deposita certa summa pecuniæ, sicut fiebat in sponſione. Qua de re vide paulopòſt, Sacramentum ex Varronis, &c.

Iusto sacramento contendere. Cic. 1. de Oratore, Quod verò in extrema oratione tua Crasse, quaſi tuo iure sumpſiſti, oratorem in omnis sermonis disputatione copioſiſſimè posse versari, id niſi hic in tuo regno essemus, non tuliſſem: multíſque præeſſem, qui aut interdicto te cum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent, quòd in alienas posſeſſiones tam temerè irruisses. Agerēt enim tecum lege primùm Pythagorei omnes atque Democritei, quorum ego in suo genere Phyſici: vindicarēntque ornati in dicendo & graues, quibuſcum tibi iuſto sacramento contendere non liceret. Iuſto sacramento cũ Pythagoræis & Democriticis contendere oratori non licere dixit Scævola, propter præſtantiam ingenij eorum hominum qui fundatores authoréſque fuerunt magni nominis sectarum, quibuſcum sacramento & vindicatione contendendo de Physicæ speculationis explicationiſque profeſſione, nullus ſanè orator litem vincere posſet: vel propter tanti nominis præiudicium, vel quia impudentiæ daretur, ſiquis illis vitis doctrinarum posſeſſione non cederet, qui nomina sua profeſſione earum rerum vſque adeò illustrarunt. Hæc Budæus.

Dicere sacramento, Vide DICO, dicis.

Dicere sacramentum. Tacit. lib. 20, Inſtantibus Tribunis dixit sacramentum. Idem lib. 1, Perennióne, & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Vide DICO, dicis.

Perfidum sacramētum dicere. Id est, falsò iurare, peierare. Horat. 2. Carm. ode 17.

Exuere sacramentum. Tacit. lib. 19, Cuius sacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat.

Imbutus sacramento. Tacit. lib. 17, Miles vrbanus longo Cęsarum sacramento imbutus, &c.

Obligare sacramento, Vide OBLIGO.

Renouare sacramentum in nomen alicuius. Tacitus libro 1, Addebat Meſſala Valerius, renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij.

Rogare aliquem sacramento. Quintil. lib. 12. cap. 2, Sed hæc inter ipſos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superſtitione constricti, nefas ducunt à ſuſcepta semel perſuaſione diſcedere. Id est, iureiurando adacti & iurati. Budæus.

Teneri sacramento. Sueton. in Cęsare, cap. 42, Sanxit, nequis ciuis maior viginti annis, minórve decem, qui sacramento non teneretur, ſi tus ttiennio continuo Italia abeſſet.

¶Sacramenta, Milites à Iuuenale dicuntur Satyra 16, iſto verſu,

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus

Sacramentorum. Hoc est, militum iuratorum & sacramento rogatorum.

¶Sacramentum, ex Varronis verbis intelligi potest lib. 4. de lingua Latina, Sacramentum (inquit) à sacro. Et qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus vtrique quingenos æris ad pontem deponebant: de aliis item rebus certum alium legitimum numerum aſſium. Qui iudicio vicerat, ſuum sacramentum à sacro auferebat: victi, ad ærarium redibat, id est, vt Budæus exponit, victus ea pecunia quam depoſuerat, mulctabatur in pœnã iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Sacramentum dixit, pecuniam lite depoſitam apud Pontificem. Decipi enim docti putant eos, qui in Varrone legunt, ad pontem: quum sit legendum, apud Pontificem, vel fortè rectiùs ad Pontificem Erat igitur sacramentum, litis genus simile sponſionis. Cic. lib. 1. de Orat. Quibus cum tibi iuſto sacramento contendere non liceret, Id est, depoſita pecunia cõtendere. In priuatis enim controuerſiis, ne calumniatores impunè diſcederent, moris erat, vt qui litem inrenderet, aduerſarium ſponſione certæ pecuniæ laceſſeret, ni veram causam haberet. Vide Vindicię in VINDEX. Feſtus lib. 17, Sacramenti nomine id æs dici cœptum eſt, quod pœna nomine penditur. Et id quidem propter ærarij inopiam, & sacrorum publicorum multitudinem, conſumebatur in rebus diuinis. Hæc Feſtus. Cic. pro Cecinna. Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſer, non poſſe sacramentum noſtrum iuſtum iudicari, quòd Aretinis adempta ciuitas eſſet, &c.

Sacrosanctum, Quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum: ſiquis id violaſſet, morte pœnas penderet: vt ait Budęus. Cic. pro Corn. Balbo, Quid fuit in rogatione ea quæ de Pompeio à Gellio, & à Lentulo COSS. lata eſt, in qua aliquid sacroſanctum videretur?

Sacroſanctum nihil esse poteſt, niſi quod per populum, plebémve sanctum

fanctum eſt. Cicero pro Cornelio Balbo.

Sacroſanctus Trib. pleb. dicebatur quem violari nefas erat: qui ſine capitali piaculo attingi violenter non poterat {ἱερόσυλος} Plin. lib. 7. cap. 44, Quum reſiſtendi sacróque sanctum repellendi ius non esset, virturis suæ opera & censura peiturus, &c. Liuius libro 9. ab Vrbe condita, Tum Poſthumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salua religione poteſtis: dedetis deinde & ipſos sacroſanctos, quum primum magiſtratu abierint. Ibidem, Pro eo, quòd ſpondendo pacem, seruaſſent exercitum Populi Romani, pœnam nullam meritos esse: neque ad extremum, quum sacroſancti essent, dedi hoſtibus violariſve posse. Hinc sacroſanctæ ecclesiæ dictæ, in quibus est ius asyli. Ideò principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos: vt augustiores ſe & sacroſanctos facerent: id quod in numiſmatis quoque eorũ extat. Tranq. in Aug. cap. 27, Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Tacit. lib. 12, Accurrunt Patres: decernitur Othoni Tribunitia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores. De hac poteſtate, multa Cic. lib 3 de Legibus.

Sacroſanctæ poſſeſſiones. Cicero 2. in Catilin. Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones sacroſanctas futuras putas? Hoc est intactas, & ab omni iniuria tutas.

Sacroſancta poteſtas, Hoc est Tribunitia. Liuius libro 9. bel. Pun. Comprehendere Tribuni iuberent, ac iure sacroſanctæ poteſtatis reducerent.

Sacroſanctior, Comparatiuum. Valer. Max lib 5. cap. 3. in Phocionem, Honore aræ decoratos cineres sacroſanctiores coiis.

Sacricolæ, penult. corr. {ἱερόσυλοι.} Tacitus lib. 19, Domitianus prima irruptione apud ædituum occultatus, ſolertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immiſtus, ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. Macrob. lib 5 Saturn. cap 19, Velut ad sacricolarum ſagaſúmque carmina & deuotiones fugientem.

Sacrifico, sacrificas, penult. corr. sacrificare, Sacrum facere {ἱερουργέω, ἱερεύω, θύω.} Plautus Moſtel. 4,

Ædepol summo Ioui ſi viuo argento sacrificaſſem. Idem Capt. 6, Quinetiam, vt magis noſcas, genio vbi ſuo quidò sacrificat, ad rem diuinam quibus est opus, Samnis vaſis vtitur.

Deæ forti sacrificare. Ouid. 3 Faſt.

Suem sacrificare. Ouid. 4 Faſt.

Sacrificare, Veniam petere. Plaut. Pœn. 6.

Si Herclè istuc vnquam factum eſt, tum me Iuppiter

Facias, vt semper sacrificem, neque vnquam litem.

Sacrificare alicui deo ad diem certum. Plinius libro 3. capite 5, Nanque diua Angerona, cui sacrificatur ad diem XII. Cal. Ianuarij, ore obligato, &c.

Orco sacrificare. Plaut. Epid. 4, Vide ORCVS.

Sacrificatio {ἡ ἱερουργία} Verbale. Cic. 1. de Nat deor. Iraque in ea dea, quòd eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa eſt.

Sacrificalis, penult. prod. {ὁ ἱερουργὸς} Adiectiuum. vt

Apparatus sacrificalis. Tacitus lib. 2, Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat.

Sacrificus {ἱερατικὸς} penult. corr. Adiectiuum: vt Sacrificæ tibiæ, quibus vtebantur in sacrificiis. Plin. lib. 16. cap. 36, Nunc sacrificæ Tuſcorum è buxo tibiæ.

Aræ sacrificæ. Valer 8. Argon.

Dies sacrifici. Ouid. 13. Metam.

Preces sacrificæ. Seneca Medea, 2.

Ritus sacrifici. Ouid. 15. Metam.

Veſtis sacrifica. Silius lib. 3.

Sacrificus {ἱερεύς, ἱερατικὸς} Subſtantiuum, Qui sacra facit.

Ancus sacrificus. Ouid. 6. Faſt.

Sacrificulus, penult. corr. {ὁ ἱερεμύμων} Rex sacrorum. Gell. lib. 10 cap. 15. Liuius 6. bel. Pun. Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus. Sueton. in Domitiano, cap. 1, Ardente templo, apud ædituum clàm permoctauit: ac manè Iſiaci celatus habitu, intérq; sacrificulos vanæ superſtitionis, &c.

Sacrificulus vates. Liuius 5. bel. Maced.

Sacrificium, sacrificij {ἡ ἱερουργία} Sacrum, ſeu res diuina. Liu 1. ab Vrbe,

Sacrificium luſtrale in diem posterum parat.

Sacrificium facere. Cic. de Claris Orat. Quum M. Popilius sacrificium publicum cum læna faceret quod erat flamen Carmentalis. Idem ad Brutum, 15 11, In eóque ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in velabro sacrificium facere ſoletis. Et de Aruſp. resp. De illo ipſo sacrificio quod fit pro ſalute pop. Rom.

Anniuerſaria sacrificia. Cic. 6. Verr.

Penetrale sacrificium, Vide Penetralis in PENETRO.

Perperrare sacrificium. Liuius libro 4. Decad. In monte sacrificio rite perpetrato.

Sacrifer, penult. corr. {ἱεροφόρος} Adiectiuum, qui fert sacra: vt

Rates sacriferæ, Quæ sacra vehunt Ouid. 4. Faſt.

Quum Troiam Æneas Italos portaret in agros,

Lit dea sacriferas penè ſecuta rates.

Sacrilegus, penult. corr. {ἱερόσυλος} Adiectiuum, Qui sacra, aut de sacro legit, id eſt foratur. Terent. Adelph. 2. 4,

Vbi eſt ille sacrilegus? Plin. lib. 24. cap. 17, Ophiuſam in Elephantine eiuſdem Æthiopiæ, liuidam, difficilémque aſpectu, qua puta terrorem mináſque serpentium obuersari, ita vt mortem ſibi eo metu conficiſcant, ob id cogi sacrilegos illam bibere.

Sacrilegus & hoſtis sacrorum. Cicero 3. Verr. Non sacrilegum, ſed hoſtem sacrorum, religionúmque.

Sacrilegũ interpretatur Cicero, qui aliquid è sacro abſtulerit. Cic. 2. de Legib Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui sacrũ abſtulerit, ſed etiam ei qui sacro commendatum, quod & nunc multis ſit in famis.

Græcos vocat Cicero sacrilegos. 5 Verr.

Hæc ibi ſi non sunt, minor extat sacrilegus. Iuuen sat. 13.

Artes sacrilegæ meretricum. Ouid. 1. de Arte.

Sacrilegum bellum. Cic. 7. Verr. Cæteros iterum deos, deáſque omnes implo ro atque obteſtor, quorum templis & religionibus ito nefario quodã furore & audacia inſtinctus, bellum sacrilegum semper impiúmque habuit indictum.

Sacrilegi furores. Martial. lib. 9,

Quum tua sacrilegos contra Norbane furores

Sraret pro domino Cæsare ſancta fides.

Ignes sacrilegos admouere templis. Tibull. lib. 3. eleg. 5.

Lingua sacrilega. Ouid. 1. de Remed. amor.

Manus sacrilega. Horat. 2. Carm. ode 13. Cic. 12. Philipp.

Sacrilegium, sacrilegij {ἱερόσυλία} Ipſum sacratum rerum factum.

In ſodal tium sacrilegij alicuius abire. Cic in Saliuſtium.

Admittere sacrilegium. Quintil. lib 4. cap 2.

Committere sacrilegium. Quintil. lib. 7. cap 3.

Facere sacrilegium. Quintil. lib. 5 cap. 10, Si quis sacrilegium faciet, faciet & furtum.

Reum esse sacrilegij. Quintil lib. 4. cap. 2.

Sacerdos, sacerdotis, penult prod. com. gen. {ἱερεύς, ἱερεύουσα} Qui deo dicatus est ad sacrificia facienda. A sacris dictus. Apud Romanos varia erant sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, sacrificuli, & Galli qui Cybeles sacra faciebāt. Cic. 4. Acad. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto est æquius habere ipſos deos?

Purus Mutarum, Phœbíque sacerdos. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.

Mutarum sacerdos, Porta, vates. Horat. 3. Carm. ode 1.

Casti sacerdotes. Virg. 6. Æneid.

Doctus sacerdos. Claud. 4. Paneg.

Religioſus libertatis sacerdos. Cic. pro Domo ſua.

Sacerdos ſtuprorum. Cic. pro Sextio, Cum sororis adultero, cum ſtuprorum sacerdote, cum venefico.

Maximum sacerdotem eiecare. Cic. 4. Verr.

Furiata sacerdos. Stat. 2. Thebaid.

Magna sacerdos. Virg. 6. Æneid.

Longæua sacerdos. Virg. 6. Æneid.

Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdotes. Cic. pro Cornelio Balbo.

Sacerdotiſſa Haminica {ἱέρεια.} Gellius libro 10. capite 15, Eædem fermè ceremoniæ ſunt, quas Flaminicas sacerdotiſſas Dialis feorſum aiunt ol feruitare. Idem tamen libro 13. capite 19, sacerdotes fœminas dicit.

Sacerdotium, sacerdotij, Sacerdotis dignitas {ἡ ἱερωσύνη, τὸ ἱερατεῖον, ἡ ἱερατεία.} Liuius 10 bel. Pun. In locum Pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpicius Galba. Idem lib. 9, Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat.

Auctus sacerdotiis & honoribus, Vide AVGEO.

Inire sacerdotium. Cic. pro Domo ſua.

Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. Cic 2. de Lege agraria.

Sacerdotio præditus. Cicero pro Domo ſua, Quum Licinia virgo Veſtalis summo loco nata, ſanctiſſimo sacerdotio prædita, T. Hæminio, Q. Merello COSS. aram & ædiculam & puluinar ſub sacro ſaxo dedicaſſet. Idem 1. de Diuinatione, In qua & reges augures, & poſteà priuati eodem sacerdotio præditi Rempub. religionum authoritate rexerunt. Tacitus lib. 11, Iiſque intentius affuit sacerdotio Quindecimvirali præditus.

In sacerdotium venire. Cic. pro Domo ſua, Cur enim quiſquam vellet Tribunum plebis se fieri non licere? anguſtiorem ſibi esse petitionem Conſulatus, in sacerdotium quum poſſit venire: quia Patricio non ſit is locus non venit.

Sacerdotalis {ἱερατικὸς} & hoc sacerdotale, penul. prod. Quod ad sacerdotem pertinet. Liu. 5. ab Vrbe, Virgines, sacráque in plauſtrum impoſuit, & Cære quò iter sacerdotalibus erat, petue. it.

Sacoma {τὸ σάκωμα} penult. prod. sacomatis. Eſt æquipondium, hoc est quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum, vel quod lances trutinæ ſurſum latæ adiungitur, vt grauiori fiat æqualis. Teſtis Iulius Pollux lib 4. ca. 24, Ariſtoteles in Mechanicis dicit σάκωμα ταυτὸν pro æquilibrium facere. Vitruuius lib. 9 cap 3. de Archimede, Quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locauit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter, regi approbauit, & ad sacoma pondus coronæ viſus est præſtiriſſe. Idem eodem libro cap vlt. Pendet ex vna parte phellos ſiue tympanum, quod ab aqua ſubleuatur, ex altera æquo pondere phelli facema ſubarrale.

Sacramentum, Vide SACER.

SACRANI, penult. prod. populi sunt, quorum origo sic Seruio narratur in illud Virgilij 7. Æneidos,

Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. Dicunt quendam Corybanté veniſſe ad Italiam, & tenuiſſe loca, quæ nunc vrbi vicina sunt: Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Nam sacrati sunt Martidęũm Corybantes. Alij Sacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, Ver sacrum vouerunt, vnd' Sacrani dicti sunt. Hactenus Seruius.

Sacratus, Sacrifico, Sacrilegus, Sacro, Sacrum, Vide SACER.

SADVCAEI {Σαδδουκαῖοι} dicuntur qui Sadducæum quendam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus eſſe.

SADYATTES, fuit Ardyos filij Gygis filius, qui poſt patrem regnauit in Lydia. Vide de hoc Herodotum lib 1. Hiſtoriarum.

Sæculum, Vide SECVLVM.

Sæpe {συνήθως} Aduerbium, ſæpius, ſæpiſſimè, Id eſt frequenter.

Recipit diphthongum, vt differat à sepe ablatiuo nominis sepes. Terent.Eun.5.2,

-sæpe ex huiusmodi re quapiam, &
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflata est. Idem Heaut.4.1,
Non licet hominem esse sæpe ita vt vult, si res non sinit.
Multum & sæpe. Cic.1.de Inuent. Sæpe & multum hoc mecum cogitaui, bonine, an mali plus, &c. Idem pro Quintio, M. Iunius, &c. in hac multum & sæpe versatus.
Sæpe ac diu. Cic. pro Quintio.
Semel, atque iterum, ac sæpius. Cic. pro Fonteio.
Sæpe, & sæpius. Cæsar Ciceroni in Epist. ad Att. lib. 9. 17 4, Etsi hoc & feci sæpe, & sæpius mihi facturus videor.
Quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius. Cicero 3 Officiorum.
Iterum & sæpius te rogo. Cic. Culleolo, lib. 13. 43.
Nimium sæpe. Cic. 2. de Finibus, Interdum, vel potius nimium sæpe. Vide NIMIS.
Non sæpe. Cic. Lentulo, lib. 1. 7, Scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse. Sub. Pompeium.
Sæpenumero {πολλάκις} penult. corr. Idem significat quod simplex Sæpe: est enim composita dictio ex sæpe & numero. Plin. lib. 11. cap 37, Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium & narium defuere. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21, Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem. Cic. de Senect. Sæpenumero mirari soleo, &c.

SAEPINVM, Ptolemæo lib. 3. cap 1, vrbs Samnitum: Hodie *Sepinum.*

SAETABIS, fluuius apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Augusta Valeria alio nomine dicta. Sectanis olim, nunc *Xucura.*

Sæuus, Adiectiuum, Durus, crudelis {ὁ μὴ ἡμερώμενος, τραχὺς, ὁ ἀηδὴς χαλεπὸς, ἄγριος.} Virgil. lib 5. Æneidos,

Quis sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus. Terent. Adelph. 5. 4,
Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax.
¶Sæuus, Inimicus {ἐχθρὸς.} Virg. lib 1. Æneidos,
-sæuæ memorem Iunonis ob iram.
¶Sæuus, Fortis {κρατερὸς.} Virg lib. 1. Æneidos,
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.
Manibus sæuum esse. Tibull. lib 1. eleg. 10,
Sed manibus qui sæuus erit, scutúmque, sudémque Is gerat.
¶Sæuus, Iratus. Virg. 1. Æneidos,
-& sæuum ambobus Achillem.
¶Sæuus, Magnus. Virg. 12. Æneidos,
-maternis sæuus in armis.
¶Sæuus, Potens. Virg. lib. 1. Æneidos,
Non illi imperium pelagi, sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum. Ex Nonio hæc omnia.
¶Adulationes sæuæ. Tacit. lib. 4, Nam pleraque ab sæuis adulationibus aliorum, in melius flexit. De Lepido.
Amor sæuus. Virg. 8. eclog.
Amore sæuo saucia Medea. Cic. pro Cælio.
Armis sæuis cominus certare. Virg. 12. Æneid.
Belluæ sæuæ. Horat. 1. Carm. ode 12.
Belli sæui certamina. Lucret. lib. 1.
Cædes sæua, Ouid. 1. Metam.
Carenæ sæuæ. Horat. 3. Carm. ode 11.
Dolor sæuus. Sil lib. 3.
Dolores sæui animo exciderant. Virg. 1. Æneid.
Facies sæua ac deformis. Tacit. lib. 19.
Faces sæuæ. Virg. 4. Æneid.
Feræ sæuæ, Ouid. 7. Metam.
Gelu sæuum. Valer. 1. Argon.
Gens sæua. Cic. 2. Tusc.
Horror sæuus. Virg. 2. Æneid.
Hyems sæua. Valer. 7. Argon.
Iocus sæuus. Horat. 1. Carm. ode. 33. Idem 2. epist. 1.
Ira sæua. Ouid 1. Metam.
Lea sæua Ouid. 4. Metam.
Militia sæua. Horat. 1. epist. 19.
Necessitas sæua Horat 1. Carm. ode 35.
Nouerca sæua. Vide NOVERCA.
Odor vini sæuus. Vide ODOR.
Paupertas sæua. Horat. 1. Carm. ode 12.
Rabies ventorum sæua. Ouid. 5. Metam.
Scopulo è sæuo reuulsus. Virg. 5. Æneid.
Tempestates sæuæ. Tacit. in vita Agricolæ.
Turbines sæui. Cic 3 de Orat.
Venenum sæuum. Virg. 12. Æneid.
Ventus sæuus. Cic. ad Attic. lib. 5. 99, Ad VIII Iduum ab Ceo incundè inde ad Gyarum sæuo vento, non aduerso.
Verbera sæua. Virg 3 Georg.
Verba sæua. Horat. Epod. 12.
Vox sæua. Cic. 2. de Diuin. Vnde superstitiosa primùm sæua euasit vox fera.
¶Iuuencis indomitis sæuior. Ouid. 13. Metam.
Pestis nulla sæuior. Virg 3. Æneid.
Centaurorum sæuorum sæuissimus Eurytus. Ouid. 12. Metam.
Sæuissimus quàm qui vnquam. Liu. 4. bel. Maced. Et eo tyranno, quàm qui vnquam fuit, sæuissimo & violentissimo in suos?
Iuno sæuissima. Virg. 2. Æneid.
Iura sæuissima matris ferre. Valer 3. Argon.
Sæuiter, penult. corr. {ὠμῶς} Aduerbium. Plaut. Pseud. 23, Magis cogito sæuiter blanditérne alloquar.
Nimium sæuiter, Vide NIMIS.

Sæuitia, sæuitiæ. {ἡ ὠμότης.} Crudelitas. Plin. lib. 6. cap. 17, Proxima inculta sæuitia gentium. Idem libro 18. capite 31, Hoc non tam sæpe prouentu nimio euenit, quàm sæuitia insidiantium caritati ciuili.

Tibullus lib. 1. eleg. 6,
Quid tibi sæuitiæ mecum est?
Clementia & Sæuitia, contraria. Cic. in Partit. Quas res sibi proponet in illis tribus generibus orator? c. v. Delectationem in exornatione: in iudicio, aut sæuitiam, aut clementiam.
Intestabilis sæuitia, sed obtectis libidinibus. Tacit. lib 5.
Intolerabilis sæuitia, Vide INTOLERABILIS.
Nefandæ sæuitiæ mos, parcere morti pereuntis. Id est, Crudele est hominem ita cruciare, vt nõ statim moriatur, sed efficere vt elangueat, quo sint cruciatus grauiores. Lucan. lib. 2.
¶Adhibere sæuitiam in aliquem, Vide ADHIBEO.
Afflictat sæuitia. Tacitus libro 13, Italiam luxuria, sæuitiáque afflictauisset.
Demere aliquid sæuitiæ. Catull. ad Iuuentium, 91.
Da breue sæuitiæ spatium. pelagíque, tuæque. Ouid. 7. epist.
Gliscit sæuitia. Tacit. lib. 5, Quantúmque sæuitia gliscteret, miseratio arcebatur.
Relinquere sæuitiam. Ouid. 6. Metam.
Trahere aliquid ad sæuitiam. Tacit. lib. 3, Exemit etiam Drusum Consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ quod alij ciuile rebantur, ne cæteris assentiendi necessitas fieret: quidam ad sæuitiam trahebant.

Sæuitas, penult. correp. sæuitatis, idem quod Sæuitia. Firmicus libro 5. cap. 5, Semper ad arma parati vnde alios sua fortitudine aut sæuitate deterreant.

Sæuio, sæuis, sæuiui & sæuij, sæuitum, penult. prod. sæuire {χαλεπαίνω, ἀγριαίνω} Crudeliter in aliquem agere. Liuius 7. ab Vrbe, In Tarquinienses acerbè sæuitum, multis mortalibus in acie cæsis. Idem 8. belli Punici, Cæterùm se neque arma iis adempturum, neque se in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, sæuiturum. Idem 3. ab Vrbe, Sæuite in tergum, & in ceruices nostras, pudicitia saltem in tuto sit.
Grauiter sæuire. Virg. 4. Georg.
Flagellis sæuire. Iuuen. sat. 10.
Rabie faméque sæuit. Ouid. 11. Metam.
In aues omnes sæuit accipiter. Ouid. 11. Metam.
Amor resurgens sæuit. Virg. 4 Æneid.
Dolor sæuit in crepro amore. Propert. lib. 2. eleg. 9.
Ira sæuit in illum. Ouid. 14. Metam.
Quo fortuna magis sæuit, magis ipse resistis. Ouidius 2. de Ponto, elegia 3,
-ô si quis referat mihi casus Vlyssem,
Aut aliquem ex sociis, in quem mea sæuiat ira.
Latratus canum sæuit in auras. Virg. 5. Æneid.

Saga, sagæ {ἡ φαρμακὶς, φαρμακεύτρια, μάντις} Mulier prudens, versuta quę multa scire vult, inquit Cic. lib. 1. de Diu. Item perita sacrorum, & diuinat. Acron, Saga dicta est incantatrix & malefica, quòd satis agat: & ea est quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebatur vel accersere, vel pellere. Horat. 1 Carm. ode 27,
Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus? Columella lib. 11. cap. 1, Sacrificia nisi ex præcepto dominifacere nesciat, aruspicem sagámque sua sponte non nouerit: quæ vtraque genera, vana superstitione rudes animos infestant.
Rapacis sagæ præcepta. Tibull. lib. 1. eleg. 5.
Thessala saga. Propert. lib. 3. eleg. 24.

Saga, sagæ, Genus vestis {ἡ χιτών, τὸ περὶ.} Cato cap. 59, Quoties cuique tunicam aut sagam dabis, prius veterem accipito: vnde centones fiant. Sagum tamen vsitatius.

Sagapenum, sagapeni, penult. prod. {σαγάπηνον} sucus est herbæ ferulaceæ quæ in Media nascitur, Optimum est transluscens, tuluo forinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter laser & galbanum redolens, gustu acri. Author Dioscorides libro 3. Officinæ interpolato vocabulo Serapinum appellant. Sagapeni meminit Plin. lib. 20. ca. 18. & alibi.

SAGAE, Iidem qui Sacæ anteà dicti, Author Pomponius Mela lib. 3.

Sagaria, Sagarius, Vide SAGVM.

SAGARVS, penult. corr. siue Sagaris, fluuius Phrygiæ, teste Herodoto lib. 3. Liuius autem in octauo de bello Macedonico fluuium esse dixit Gallogræciæ, qui per Phrygiam defluens, & ad Berecynthum pertingens, in Propontidem tandem influit. Meus Liuius sic habet Decad. 4. libro 8, Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbreti fluuio: inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem sese effundit, non tamen tam magnitudine memorabilis, quàm quòd piscum accolis ingentem vim præbet. Strabo libro 12, Sangarius fontes habet apud Sangiam vicum. Distat à Pessunte c. & L. stad. & magnam Phrygiæ Epicteti ac Bithyniæ partem percurrit, vt ab vrbe Nicomedia paulo pluribus quàm c c c. stad. absit, vbi Gallus amnis in eum influit, &c. Homerus apud eundem Strabonem lib. 13,
ὃς φρυγίην παῤῥοὴν βοῦς ἐπὶ σαγγαρίοιο. Id est Sangarium Phrigiæ campos habitantis ad amnem. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. sub finem, & Solinum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10,
Huc Lycus, huc Sagaris, Peniúsque, Hypanísque, Cratésque
Influit, & crebro vortice tortus Halys. Apparet igitur hunc fluuium & Sagarim dici & Sangarium.

Sagatus, Vide SAGVM.

Sagax, sagacis, penult. prod. om. gen. {ἀγχίνους} Acutus, solers. Festus, Sagaces appellãtur, multi ac solertis acuminis. Cic. ad Att. lib. 6. 114. Quæstorem nemo dignum putat: etenim est leuis, libidinosus, sagax. Martialis lib. 12,
Excogitauit homo sagax & astutus. Cic. 2. de Finib. Homines enim, etsi multis aliis, tamen hoc vno à bestiis plurimum differunt, quòd rationem habeant à natura datam, mentémque & actem & vigentem, celeritéque multa simul agitantem, & vt ita dicam, sagacem, quæ & causas rerum, & consequutiones videat.

Sagax

Sagax ad. Plancus ad Ciceronẽ, lib. 10. 23, Sed certè nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Cic. in Catil. Quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti.
Palatum sagax in gustu. Plin. lib. 8. cap. 37, de muribus, Quorum palatum in gustu sagacissimum, authores quonam modo intellexerint, miror.
Oculorum acies sagax, Vide ACIES.
Animus sagax. Lucret. lib. 1.
Curæ sagaces. Horat. 4. Carm. ode 4.
Cura sagaci aliquid videre. Cic. 1. de Diuin.
Mens sagax. Lucret. lib. 1.
Ratione sagaci videndum est. Lucret. lib 1.
Sagacissimus rerum naturæ, Peritissimus. Colum. lib. 1. cap. 1, Nam qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus.
Natis sagax. Lucan. lib. 7.
Nasum sagax, apud Plautum in Curcul 3,
-canem esse hanc quidem
Magis par fuit: nasum ædepol sagax habet.
Sagaces canes dicuntur (authore Festo) qui ferarum cubilia præsentiunt, Vide SAGIO.
Catulo sagaci sectari leporem. Ouid. 1. de Remed. amor.
Anser sagacior canibus. Ouid. 11. Metam.

Sagacitas, penult. corr. sagacitatis {ἀγχίνοια} f. g. Calliditas. Cic. 6. Verr. Tuam tantam fuisse sagacitatem, vt eas per illum ipsum in ipsi ceres, vbi erant depositæ, &c. Idem 3 Verr. Vtrùm admonitus, an tentatus, an (qua est iste sagacitate in his rebus) sine duce vllo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio.
Narium sagacitas. Cic. 2. de Nat. deor.
Sagacitas etiam sensuum corporis. Seneca epist. 96.
Vigili sagacitate occulta facinora perquirere. Firmic. lib. 5 cap. 5.

Sagaciter, penult. corr. {ἀγχίνως} Aduerbium, Perspectè, prudenter, callidè. Cic. 1. de Orat. Acuto homine nobis opus est, & natura vsúque callido, qui sagacitater peruestiget, quid sui ciues, iique homines quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. Colum. lib. 7. cap. 12, Satisque pulchrè funguntur officio, si & aduenientem sagaciter adoriuntur, & latratu conterrent. Liu. 7. bel. Pun. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.
Odorati sagacius. Horat. Epod. 12. Cic. Att lib. 6. 115.
Sagacissimè odorari. Cic 2 de Orat. Omni mente in ea cogitatione curáque verser, vt odorer quàm sagacissimè possim quid sentiãt, quid existiment, quid expectent, quid velint.

Sagena, sagenæ, penult. prod. {ἀμφίβληστρον} Genus retis piscatorij. ἀμφίβληστρον Græci, Latini verriculum appellant. Manilius lib. 5, Excipitur vasta circumuallata sagena.

Sagina, saginæ, penult. prod. {τὸ πίασμα} Cibus quo quis pinguis efficitur. Iuuen. sat. 4,
-genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis. Plaut. Mil. 11,
Postules sagina ciicere cellaria. Plin. lib. 9. cap. 56, Saginã cochlearum commentatus est sapa & farre, aliísque generibus. Colum. lib. 8. cap. 14, Est facilis harum auium sagina.
Immunda sagina. Propert. lib. 4. eleg. 8,
Qui dabit immundæ vænalia farta saginæ.
¶Sagina dicendi, Huberras. Quintil. lib. 10. cap. 5, Forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes reficit ac reparat hæc velut sagina dicendi. Cic. pro Flacco, Qui multitudinem illam non authoritate, sed sagina tenebat. De Mithridate.
Inanis sagina. Quintil. lib. 2. cap. 15.
¶Sagina {τὸ λίπος, τὸ πῖον} Pinguedo superuacua, arte non natura adaucta, per totum corpus dispersa. Iustinus lib. 20, Sublatis deinde æmulis in segnitiem lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorúmque valetudinem contraxit. Plaut. Mostel. 2,
-bibite, pergræcamini,
Este, ac ferite vobis saginam. Ibidem 5, Sagina planè est.
Conicere se in saginam, Vide CONIICIO.

Sagino, saginas, penult. prod. {σπεύδω, σπεύδομαι, πιαίνω} saginare, Pingue facere. Colum. lib. 6 ca. 38, Ea herba viridis nec tardè tamen arida, fœni vice saginat iumenta, verùm modicè danda, ne nimio sanguine strangulentur pecus. Ibidem cap. 27, Ordeo saginãdus equus. Ibidem, Quidam etiam præcipiunt eodem ritu quo mulos admissarium saginare, vt hac sagina hilaris plurimis fœminis sufficiat. Varro 3. de Re rust. cap 3, Et nata nutricare, saginaréq; in macellum vt perueniant.
Saginare exquisitis epulis. Plin. lib. 9. cap 35.
Saginari sanguine ciuium. Cic. pro Sextio.
Saginare plebem populares suos vt iugularentur. Liu 6. ab Vrbe.
Saginatus, penult. prod. Participium {ὁ σπεδὼν} vt Porcus saginatus. Propert. lib. 4. eleg 1.

Saginatio, Verbale {πάσασις, πίανσις.} Plin. lib. 8. cap. 51, Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui inedia saginationem orsa.

Sagimen, sagiminis, Calepinus probat ex Columel. lib. 6. cap 38, Ne nimio sagimine strangulentur pecora. Vbi nunc legimus, Ne nimio sanguine strangulentur pecus.

Saginarium, saginarij {τὸ σπεδυτήριον} Locus vbi saginantur altilia. Varro lib 3. de Re rustica, cap. 10, Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui sunt natu, eos includunt in saginatio, ibíque polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt perinde se saturent.

Saginarius, Adiectiuum, Quod saginatum est. Vnde à Seruio Mulus saginarius, Bos saginarius.

Sagio, sagis, sagiui, sagitum {κραδαίνω} penult. prod. sagire, Acutè sentire. Cic. lib 1. de Diuinat. Sagite enim, sentire acutè est: ex

quo sagæ anus, quia multa scire volunt. & sagaces dicti canes. Is igitur qui ante sagit quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est futura antè sentire.

Sagitta, sagittę {τὸ βέλος, ἡ ἰὸς, τὸ βέλεμνον} Iaculi genus quod arcu emittitur: dicta sagitta, quòd satis longè agatur. Vel à satis & ictus: ad Iongum enim spatium profert ictũ suum. Vel quòd sagax sit ictus eius.
Aculeus sagittæ, Vide ACVLEVS.
Acuta sagitta, Vide ACVO.
Hamatæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Infestæ. Iuuen. sat 15.
Leues. Virg. 5. Æneid.
Missiles. Horat. 3. Carm. ode 6.
Pennigeræ. Silius lib. 8.
Sceleratæ. Ouid. 1. de Arte.
Volucris sagitta. Silius lib. 7.
¶Acuere sagittas, Vide ACVO.
Aptare neruo sagittas. Virg. 10. Æneid.
Armatus sagittis, ac face. Quintil. lib. 2. cap. 4. Et quid ita crederetur Cupido puer ac volucer, & sagittis ac face armatus.
Asperare sagittas ossibus. Tacitus De Germanis, Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant.
Configere sagittis, Vide CONFIGO.
Celeres sagittas corripere. Virg 1. Æneid.
Depromere sagittam pharetra. Virg. 11 Æneid.
Neruo ftridente sagitta per cælum diuerberat auras. Virgilius 5. Æneid.
Emittere sagittas arcu, Vide EMITTO.
Expellere sagittas arcu, Vide ARCVS.
In aliquem ire sagittis. Stat. 3. Sylu. 5,
Non metuo ne læsa fides, aut pectore in isto
Alter amor, nullis in te datur ire sagittis.
Primus sagittas Phœbi imbuit diaco. Id est tinxit cruore suo. Seneca Here. furen 6.
Sagittam neruo impellere. Ouid. 11. Meram.
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta. Virg. 12. Æneid.
Infigere sagittarum venabula prætereuntibus, Vide INFIGO.
Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. Verr.
Promere celeres sagittas. Horat. 3. Carm. ode. 20.
Volans sagitta. Ouid 3 Trist. eleg. 10.
Nudis sagittis vti ad bella. Ouid. 1. de Remed. amor.
¶Sagittam, inquit Columella libro 3. cap. 17, rustici vocant notissimam partem furculi: siue quia longius recessit à matre, & quasi emicuit atque prosiluit: seu quia cacumine attenuata, prædicti teli speciem gerit. Idem libro 3 cap 10, Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars furculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile improbatum ab his ratio ipsa declarat? Sic Plin. lib. 17. cap. 21.
¶Sagitta, Signum cæleste. Plin. lib. 18. cap. 26, Pridie Nonas Ianuarij Cæsaris Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula; quæ Ægyptio Sagitta vesperi occidit.
¶Sagitta. Herba. Plin. lib. 21. cap. 17, Item pistanam dicit à Græcis vocari quam iter vluas sagittam appellamus.

Sagittarius, Adiectiuum {ὁ τοξότης τὸ βέλος πυκάσας Ἱππότης ἐστι} Quod ad sagittam pertinet, siue idoneum est vt ex eo fiant sagittæ. Plin. lib. 16. cap. 36, Suum genus sagittario calamo.

Sagittarius, Substantiuum {ὁ τοξότης} Qui sagittas emittit, præsertim eas quæ in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabantur lõgius: quanquam etiam sagittarios, artis sagittandi peritos appellare possumus, quos vulgus *archeros* vocat. Cic. ad Att. lib. 5. 108, Magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis nostris, incolumi exercitu negotium confecimus. Idem pro Sextio, Neque putaui, quũ omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnaret, de vno sagittario me queri conuenire. Idẽ ad M. Catonem, lib. 15 4, Vsúque multis tormentis, multis sagittariis, magno labore meo, sine vlla molestia sumptúve sociorum, septimo & quinquagesimo die rem confeci.
¶Sagittarius, Numisma erat Persicũ, à notæ genere ita nuncupatum. Quod genus nummi iidem erant qui Darici quoque dicuntur, authore Plutarcho in Apophthegmatis. Ex quo celebre manauit Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta milibus sagittariorum, quum Persarum rex ea nummorum summa corruptis per Timocratem Athenienſibus, effecisset vt is de prouincia decederet.
¶Sagittarius, Signum cæleste. Plin. lib. 17. ca. 24, Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. Idem lib. 18. cap 26. vocat Sagittam.

Sagittifer, penult. corr. Adiectiuum {βελοφόρος} Qui fert sagittas: vt Geloni sagittiferi. Virg 8. Æneid.
Pecus sagittifera. Claud. de histrice.
Pharetræ sagittiferæ. Stat. 1. Achill.

Sagittipotens, penult. corr. {βελικράτης.} Cic. in Arato, Mense sagittipotens solis quum sustinet orbem.

Sagma, sagmæ: vel sagma, sagmatis, neut. gen. Sella, quam vulgus *bastum* vocat, semper quo componuntur sarcinæ: vel instratum, quo mollior fiat sessio. Sed & pro sarcina quandoque ponitur. Ex Cælio lib. 11. ca p. 47.

Sagmen, sagminis {ὁ σάγμενος} penult. corr. neut gen. quasi segmen, Herba vulgaris vbique sine semine crescens, de qua sic Festus, Sagmina vocantur verbenę, id est herbæ puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætoréve, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, belliúmque indicendum. Vel à sanciendo, id est confirmando. Næuius 5, Ius særatum Iouis iutandum sagmine. Et alibi, Scapos atque verbenas sagmine sumpserint. Liuius 1. ab Vrbe, Iubẽsne me rex cum Patrepatrato populi Albani fœdus ferire? Iubẽre rege: Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait, Puram tollito. Forte ex arce graminis herbam puram attulit: ita posteà regem interrogauit: Rex, faciſne me tu regium nuntium Populíque Rom. Quirítium ê vasa;

comitésque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, Populíq; Rom. Quiritium fiat, facio. Hactenus Livius. Idem lib.10.bel.Pun. Plin.lib. 22. cap. 2, Quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris, legationibúsque verbenæ. Certè vtroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum suis terra cuulsum. Marianus in Sanctum D De diuisione rerum. Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum autem dictum est à sanguinibus. Sunt enim sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret.

SAGRA, fluuius est in ora magnæ Græciæ in Italia. Author Plinius cap. 10. de Locris & Italiæ fronte libro 3, Huius meminit & Cicero libro 2 de Natura deorum, Quam ad fluuium Sagram Croroniatas Locri maximo prælio deuicissent. Ibidem 3, De Sagra, Græcorum est vulgate prouerbium, qui quæ affirmant certiora esse dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

Sagum huius sagi, sago { τὸ σάγον vel σάγος } Vestis index belli, vt toga pacis, quàm tamen Consulares non gestabant: id quod ostendit Cicero 8. Philipp. Equidem Patres Conscripti, quanquam hoc honore vti, togati esse solent, quum est in sagis ciuitas: fatuti tamen à vobis, cæteríque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantáq; perturbatione Reipub. non differre vestitu. Non ita nos gerimus hoc bello Consulares, vt æquo animo pop Rom. vilurus sit nostri honoris insignia. Budæus.

Ad sagaire, & redire ad togas Cic.14 Philipp.

Lugubre sagum mutare Punico. Horat. Epod. 9.

Sagum autem militare ac bellicum gestamen fuisse, cum ex Nonio, tum ex Tranquilli verbis in Augusto, cap. 26, intelligimus, Consulatum (inquit) vicesimo ætatis anno inuasit: admotis hostiliter ad vrbem legionibus, missíque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladij capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si non feceritis vos. Capitolinus in Max. philosopho. Per Prunduſium veniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit, nec vnquam fuerunt sagati sub eo milites. Hæc Budæus. Cic 7. Verr. Tum iste excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit.

Sagum, Est etiam vestis stragulæ genus, nó dissimilis cilicio. Suet. in Othone, cap 2, Ferebatur & vagati noctibus solitus, & iuuenilibus quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Plinius libro 16. cap. vlt. ad finem, de visco loquens, Sicerdos candida veste cultus arborem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago. Cæterum quod Tranquillus in sublime sago iactare dicit, vulgò *bernare* dicunt, Id est saxo excutere sursum versus. Hæc Budæus. Cic. Trebatio, lib. 7. 10, Valde metuo ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento vtendum censeo. Idem Mutio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundarent: quanquam vos nunc istic satis calere audio. Colum. lib. 1. cap. 8, Quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis.

Sagulum penultima correpta, Diminutiuum { τὸ σάγιον ἐλάττων } Virgilius 8, Æneidos,

Virgatis lucent sagulis. Cæsar 5. bel. Gall Gladiis cæspites circuncidere, manibus, sagulísque terram exhaurire cogebantur. Cicero in Pisonem, Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, & cæterum imperatori suo nouam præbuerunt.

Fulgentis saguli honor. Silius lib 17,

-atque humeris imponit honorem

Fulgentis sagguli.

Sagulum gregale. Liu. 7. ab Vrbe, Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustrauit.

Sagulum Hispanum, apud Liuium lib. 7. bel. Pun.

Sagulo militari coopertus. Liu 1. bel. Pun. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi iacentem, inter custodias, stationésque militum conspexerunt.

Sagatus, penult. prod. Adiectiuum { σαγατὸς } Qui sago indutus est. Sueton. in Cæsare cap. 48, Conuiuatum assidue duobus triclinijs, vno quo sagati, palliatíve, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Martial. lib. 6,

Vis te purpureum Marce sagatus amem?

Deinde eras sagati prodeamus. Cic. 14. Philipp.

Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, vt paludati Consules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam vocabantur. Budæus.

Galli sagati, bracchatíque. Cic. pro Fonteio.

Sagulatus, penultima prod. Adiectiuum, Sagulo indutus { σάγιον ἐνδεδυκὼς } Sueton. in Vitellio, cap. 11, Vrbem denique ad classicum intrauit paludatus ferróque succinctus, inter signa atque vexilla, sagularis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

Sagarius, sagarij { σαγοπώλης } Qui saga vendit.

Sagaria, sagariæ { σαγοπωλεῖα } Exercitium vendendi saga: sicut ab argento, argentaria. Vlp. in l. procuratores. D. de Tributaria actione, Duas negotiationes exercebat, pura sagariam & lintearium.

Sagaria communio. Vlp. in l. Cum duobus. §. Quidam. D. Pro socio. Quidam sagariam communionem inierunt.

SAGVNTIA { σαγοντία } Ptolemæo lib 2. cap. 4. & Plin. lib 3. cap 3, Hispaniæ vrbs. Eidem etiam Sarguntia dicta, cap. 1.

SAGVNTVS, vel Saguntum { σάγοντος } Hispaniæ ciuitas vltra Iberum fluuium à Zacynthiis condita. Strabo, Saguntus (inquit) occurrit à Zacynthiis condita, quam Annibal contra populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi fuscitauit incendium. Hactenus ille libro 3. Huius vrbis situm eleganter describit libro 1 Silius. Meminit eladi libro 1. tertiæ Decadis Liuius. Nunc vulgò dicitur *Moruedre* teste Oluario in Melam.

SAII, sunt populi, qui Tracia relicta, in Samum insulam nauigarunt,

eamque coluerunt. Strabo lib. 10, Sunt qui à Saiis priscis Thraciæ cultoribus, & qui continenti finitimam habitant Samum appellatam esse dicunt. Seu illi sint, qui Saipi aut Sinti vocabantur, quóque poeta Sintias nũcupat, aut alij. Saiorum quidem meminit Archilochus, Quippiam Saiorum clypeo mi ctatur,

Quem ad Thamum sine probro non sponte reliquit.

SAIS, præfectura in Asia, authore Plin. lib. 5. cap 9.

SAIS, ciuitas est in Ægypto paulò infra Ouidis asylum. distat à Naucrate Fluuio schœneis duobus. Strabo lib 17.

SAITANI, populi in Asia, de quibus sic scribit Alexander Alexandrinus lib. 3 cap 2. Genial dier. Sicut Saitanis reges qui imperitarunt, intra septa templi sepelire assueuerunt erat, hoc sepulturæ genus optimum pietatis vltimum officium æstimantes.

Sal Ammoniacus, terræ salsugo est in Libyæ arenis crescente Luna efferuescens alumini Scissili non dissimilis, Glebis oblongis, venúsq; in longitudinem rectis ἀφρωνικὸν Dioscoridi. Inuenitur potissimum in tractu Cyrenaico iuxta Iouis Ammonis templum, vnde & nomen accepit, qui Salem ammoniacum Metopij arboris lachrymam sunt interpretati in eo rerum ordine quem inciderunt. lachrymam ammoniacam à Sale ammoniaco non distinguentes, cùm tamen sint res diuersissimæ, vt latius in dictione Ammoniacum videre possis.

Sal, salis, mascul. & neut. gen. { ἅλς } Quo in condendis cibis vtimur. Dictio græca, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, metathesi literarum. Cato, Ex sale qui apud Carthinenses fit. Salustius in Iugurtha, Neque salem, neque alia gulæ irritamenta.

Modius salis. Cic. de Amicit. Verúmque est illud quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse vt amicitiæ munus expletum sit.

Concha salis puri. Horat. 1. Serm. sat 3.

Animam pro sale datam fuisse ait Chrysippus. Cicero 2. de Natura deorum.

Sal torridum Colum. lib. 7. cap. 5.

Sal fossilis. Celsus lib. 6. cap. 13.

Fusile sal. Colum lib. 6. cap 33.

Flos salis. Plin. lib. 32. cap. 10.

Flumina salis Plin. 31. cap. 7, Sed & summa fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti sub gelu fluente, vt apud Calpias portas, quæ salis flumina appellantur.

Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4, Torretur & cum salis grumo.

Montes salis natiui. Plinius libro 32. capite 7, Sunt & montes natiui salis, vt in Indis Oromenus, in quo lapidicinarum modo cæditur renascens: maiúsque regum vectigal ex eo est, quàm ex auro atque margaritis.

Aspergere salem carnibus, & sale carnes, Vide ASPERGO.

Obruere sale, Vide OBRVO.

Sales, pro condimento ipso. Colum. lib. 7. cap. 8, Aspergitur tritis salibus.

Sal, interdum est vitium in gemmis. Plinius libro 37. capite 2. De murrhinis.

¶Sal { σοφία } pro Sapientia. Terent. Eun. 3,

Labore alieno magnam partam gloriam,

Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem

Qui in te est. Vbi Donatus, Sal neutraliter, condimentum: masculinum, pro sapientia.

¶Sal { σκωπτικὸς, σκώπτης } Vrbanitas, iocus, & dicta ad risum vel delectationem composita, tam singulari quàm plurali numero. Catul. de Quintia, 81,

Nulla in ram magno est corpore mica salis. Hoc est, nihil venustum, & sapienter dictum. Quintil. lib. 6. cap. 4. exponit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Victorinus lib. 12. Variar. lect. cap. 13. Salem apud Catullum interpretatur venustatem, argutiámque ac leporem: quomodo Græci salsam sua voce quæ huic respondet, acrémque pulchritudinem appellabant, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ καλοῦσιν, intelligentes non inertem, nec parum aptam ad conciliandos sibi eos qui vidissent: sed contra mistam venustate quadam, ac factam ad alliciendum, quæque tanquam pungit ac vehementer commouet, vt dapes sale conditæ delectare magis excitarépque desiderium cibi consueuerunt. Id restatus est Plutarchus in 5. lib. συμποσιακῶν capite extremo. Plin. lib. 31. cap. 7, Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere, adeóque necessarium elementum est, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ira sales appellantur, omnísque vitæ lepos & summa hilaritas, laborúmque requies non alio magis vocabulo constat. Mart. lib. 3,

Lepore tinctos Attico sales narrat.

Salis enim tatis est, fannionum parum. Cic. Peto, lib. 9.

Sal dicendi & facetiæ. Cic. ad Q. frat. lib 1. 2, Quibus quidem in rebus si apud te plus authoritas mea, quàm tua, siue natura paulò acrior, siue quædam dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, facetiæque valuissent, nihil sanè esset quod non pœniteret.

Librorum sales. Propert. lib 3. eleg. 21.

Sal humanitatis. Cic. ad Attic. lib 1, Parè loquuntur, cum humanitatis sparsas sale, tum insignes amoris notis.

Sal & lepor, vel facetiæ. Cicero 5. Tuscul. C. Cæsaris in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, suauitatis, lepóris. Idem 1. Officiorum, Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes.

Sal & venustas. Cic. 1. de Finibus, Quem quidem locum cum multa venustate & omni sale, &c.

Aspersi sales. Claud. 2. Paneg.

Amari sales, Vide AMARVS.

Sal facetus. Plin. lib. 3. 6. cap. 63.

Liberi sales. Seneca Suasoria prima. Callisthenem occidit Alexander propter intempestiuè liberos sales.

Periculosi sales. Seneca libro 1. de Tranquillitate vitæ, capite 4. Quidam vrbanitatem nesciunt continere nec periculosis abstinere salibus.

Proterui

Proterui sales. Saty. 1. Sylu. 6,

Et ridens iocus, & sales proterui.

Vehementes salibus natis intra pomœrtia, Hoc est, Vrbanis, non rusticis. Iuuenal. Sary. 9.

Versiculi habent salem ac leporem. Catul. ad Aurelium, 16.

Vrbani sales. Cic. Pæto, lib. 9. 15.

¶Sal, aliquando mare dicitur, quia salsum est, & ex cuius aqua sal elicitur. Virg. 1. Æneidos,

-& spumas salis æra ruebant.

Méne salis placidi vultum, fluctúsque quietos

Ignorare putes? Virg. 10. Æneid.

Rapidum sal. Catul. de Berecynth. 58.

Tremuli salis aduersæ vndæ. Catul. Argon 59.

Veloo sale saxa peresa. Lucret. lib. 1.

¶Sale, in nominatiuo etiam dicitur, authore Prisciano. Ennius libro 4. Annalium, Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. Id est mare.

Salarius, salarij { ἁλικιώτης } Qui sal vel salsamenta vendit. Martial. lib. 1, Quod viles pueri salariorum.

Salarius, Adiectiuum { τὰ ἁλικὰ } Quod ad sal pertinet. Liu 9 bel Punic. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Plin. libro 31. cap. 7, Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa sal in Sabinos portari consueuerat. Varr. lib 3 de Re rust. cap. 2. 11.

Salaria via Romæ est appellata, quia per eam Sabini sal à mari deferebant. Paulus & Sipontinus.

Annona salaria. Liu. 6. bell. Punic. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt.

Salitor, oris, Qui salis tributum colligit. Cic. ad Attic. lib. 4, Confecta Britannia, obsidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data tabtorii: us Britanniæ. Vbi interpres, Salitoribus, præfectis, quos iurisconsulti Mutis legulos appellant, qui salum scrutarentur, margaritáque Britannicas.

Salarium substant. { μισθὸς } dicitur stipendium, seu merces, quam quis pro seruitio meritus est.

Salarium, à sale originem habere vel ipsius vocabuli sono notum est: accedit authoritas Plinij verborum non incallidi inuestigatoris. Nam inquit, Honoribus etiam militiæque interponitur salarius inde dictis. Salaria autem tribunorum militarium & ducum, erant annonæ ipsorum: proinde ἀνάλωτον Græci, sic enim recentiores hoc nomen æmulati sua effinxerunt lingua, interpretantur σπεισιον. Vopiscus in Aureliano, Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta. Deinde sic scribit, Panes militares numero sedecim, panes militares castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duo, porcinæ pondo triginta, & quæ sequuntur, è quibus quis non intelligit annonam cuique destinatam & assignatum salarium dici? Latius tamen patuit hoc vocabulum, significatúsque non tàrum eorum annonam, verùm etiam commoda & stipendium. Plinius, Nec pudet tribunorum militarium salaria emere. Quod Iuuenalis dicit,

Alter enim quantum in legione Tribuni

Accipiunt, donat Caluinæ vel Catienæ. Hæc ex Turnebo.

Salarium annuum, & Salarium constituere. Scæuola in l. vlt. D. De act. & obligat.

Salatiarius, cui salarium soluitur. Vlpian. l. 10. § 8. D. mendati. Nisi si salariarius fuit, & hoc conuenit, vt sumptus de suo faceret ad hæc itinera. hoc est de salario.

Salsus, Adiectiuum { ἁλικὸς, ἁλυκὸς, ἁλμυρὸς, ἀλμυρώδης } Quod salis saporem habet, siue quod sale conditum aspersum est. Plaut. Rud. 14,

Itaque aluum prodisperauit nobis salsis poculis.

Æquora salsa. Horat. Epod. 16.

Fluctus salsos pectore reuomere. Virg. 5. Æneid.

Lacrymæ salsæ. Lucret. lib. 1.

Rubigo salsa. Virg. 2. Georg.

Saporis salsi humor. Lucret. lib. 4.

Sudor salsus. Virg. 2. Æneid.

Salsus etiam pro facetus, à sale qui facetias significat. Cicero Philipp. 11. Salsus homo. Hinc

¶Salsum, in consultum, pro ridiculo tantùm accipimus, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. ad Papyrium, lib. 9. 15, Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani sales.

Dictum salsum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Salsè, Aduerbium { ἁλικῶς. } Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridentur, & hercule omnia quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè salsèque dicuntur. Id est, acutè, & quasi cum quadam reprehensione.

Dicere salsè. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Salsamentum { τάριχος, βύτιμα, ἔδυσμα } Quod sale conditur ad vsum diuturnum, vt pisces, & cætera id genus. Terent. Adelph. 3 3,

Salsamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulchrè. Varr. 3. de rust. cap. 17, Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia conficiebat. Sic Cic. 2. de Diuinat. De vino aut salsamento putes loqui quæ euanescunt vetustate.

Salsamentarius, Adiect. { ταριχοπωλικὸς } Quod ad salsamenta pertinet. Plin. lib. 32. cap. 8, Quin & tertiis eadi salsamentarij tusis eum axungia vetere, mirum in modum prodest. Colum. lib. 2. cap. 10. in vasis olearijs salsamentarijsque. Plin lib 28. cap. 9, Parotidas admista farina salsamentariæ testæ Sub. fanat.

Salsamentarius, Substant. { ταριχοπώλης } Qui salsamenta vel facit, vel vendit. Autor ad Herennium, lib 4, Vt si salamentarij filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Salsura, salsuræ, pen prod. { ταρίχευμα } Idem quod salsamentum. Colum. lib. 8. cap. 17, Nulla tamen æquè quàm prædictæ salsuræ pabulum, commodè dantur, quoniam odorata sunt. Idem frequenter lib. 12 cap 53.

Salsedo, pen prod. salsedinis, f.g. { ἁλυκότης } Ipse salis sapor.

Salina, salinæ, pen. prod. { ἁλυκὴ } Locus vbi sic sal. Cic ad Attic. lib. 9, De struc salinarum planè rogo. Idem pro lege Manil. Quam publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodijs magno periculo se habere arbitrantur. Liuius 1. ab Vrbe.

Salinæ ab ora, remotissimæ. Cic. 3. de Nat. deor.

Salinæ pro salibus & iocis ex ambiguo. Cicero libro Epist. 7. Quibus in literis omnia mihi pertiuenda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter possessio salinarum mearum à te procuratore defenditur.

Salina pro salino. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4. De C. Fabricio & Qu. Æmylio, Vterque patellam deorum causa & salinam habuit. Videndum tamen satisfue emendati sint libri. Nam, &c.

Salinum, salini, pen. prod. { ἁλικλεῖον } Vasculum in quo sal reponitur, tum ad mensæ vsum, tum ad sacrificia paratum. In eo enim cum sale diis primitiæ offerebantur. Persius Satyra 3,

-purum & sine labe salinum. Liu. 6. bel. Pun. vt Salinum patellámque deorum cauta habere possint.

Exiguum salinum. Stat. 1. Sylu. 6.

Regustatum salinum digito terebrare. Persius Saty 5.

¶Salinum ponitur pro quocúque vase fictili mensæ pauperis Horat. 2. Carm. ode 16,

Viuitur paruo bene, cui paternum

Splendet in mensa tenui salinum.

Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni air Verrius cum patella, quamuis nihil aliud sit sal, quam aqua. Pompeius Festus alio tensu accipit. Salinum, inquit, cum sale in mensa ponere figulis religiosi habetur, quòd quondam in Etquilina regione figulus, cum fornax plena vasorum coqueretur, atque ille proximè eam coquinas suas super modum potus somno esset oppressus cum coquinus suis, præteriens quidam perulans ostio patente ex mensa salinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato cum suis conflagratus est.

Salillum, salilli. Diminutiuum. Plaut. Trinum. 8,

-vetum nos homunculi

Sal Ilum animæ.

Purior salillo. Catull. ad Furium. 20.

Sallio, sallis, sallui, sallitum, pen. prod. { ἁλίζω } sallire, Sale condire Sisenna, Sic meam paludem multi piscium falliendorum causa à nanis bus semionustis commeant. Ex Prisciano lib. 10.

Sallicus, pen. prod. Participium { ἁλιστὸς. } Corn. Seuerus, Ad quem salliti pomiliones adferebantur.

Salio, cum simplici l { ἁλίζω } pro eodem accipitur. Ouid. 4. Fastorum,

Farra deæ, micæque licet salientis honorem

Detis, & in veteres thurea grana focos. Micam salientem pro sale accipit Colum. lib. 12. cap. 53, Cocto sale, nec nimium minuto, sed suspensa mola infracto diligenter salito. Celsus lib. 2. cap. 18. Item, pisces omnes qui salem non patiuntur, soluti ve saltuntur.

Sallo, sallis, salli, sallum { ἁλίζω } sallere, Idem. Lucil. lib. 4 Satyra.

Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre. Salustius tertio Histor. Parte consumpta, reliqua cadauerum ad diuturnitatem vsus salierent. Hæc ex Prisciano lib. 10.

Salsilago, pen. prod. salsilaginis. f.g. vel Salsugo, salsuginis { ἅλμη, ἁλμυρὸς } Liquor quidam salis. Plin. lib. 31. cap. 7, Præter hoc etiamnum appellatur in salinis, salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vi distans. Idem lib. 18. cap. 12, Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideò solum vrit.

Salsitudo, penult. prod. salsitudinis { ἁλυκότης } Humor saporem salis referens. Plin. lib. 20. cap. 14, Salsitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit.

Salsura, salsuræ, pen. prod. { ταρίχευσις } Condimentum cum sale factum. Columel. lib. 12. cap. 21, Oleum græcum quum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post salsuram musti cochleæ cumulatum.

SALINATOR, pen. prod. masc gen salinatoris. Liu. Decad 3. lib. 9. sub finem, de M. Liuio, & C. Claudio censoribus loquens, Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt, sextante sal & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendũ locauerunt. Id vectigal commentum alterum ex Censoribus satis credebant, populo itarum, quòd iniquo iudicio quondam damnatus esset. & in pretio fallo maximè oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio indictum cognomen. Hæc Liuius. Porrò hic M. Liuius Salinator dicebatur. de quo Cic. in Bruto 36, Ludi iuuentutis quos Salinator Senesi prælio vouerat. Quo in loco σφάλμα est. nam quum ludos vouit, nondum Salinator dicebatur, vt ex verbis Liuij apparet, scribentis eum, quum Centor esset, id est annis tribus postquã Consul ludos vouerat, Salinatorem appellatum fuisse. Sic Tarquinius lib. 1. de legibus dicitur, qui nondum Tarquinius appellabatur. Præterea autem Senense describit Liuius Decad 3. lib. 7. non ita procul à fine.

SALA { σάλα } Oppidum & fluuius Mauritaniæ. Author est Plin lib 5. cap. 1. Est item Sala, Oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ superioris atque Armeniæ. Ptolem lib 4. cap. 1. Est & Franciæ orientalis fluuius. Vide Salij Germaniæ populi.

SALABASTRAE, gentes sunt circa Indum, authore Plin. lib. 6. cap. 20.

SALABRIA, quæ & Sarabrea Ciuitas est Cappadociæ Ptolemæo libro 5. capite 6.

SALACIA { σαλακία } Dea aquæ, à salo ciendo appellata. Paulus apud Festum, Salaciam, inquit, dicebant deam aquæ, cuam putabant salum ciere, hoc est mare mouere: vnde Ouidius,

-Nymphæque salaces. quo vocabulo poetæ pro aqua vti sunt. Pacuuius, Hinc scientiam salaciæ fugimus, id est fluctuum. Hæc ille.

Oceanus & Salacia, cæli fatu, terræque conceptu generati. Cicer. de Vniuers. 50.

Salacia, scribit Gellius in Romanis precationibus quæ ritu Romano fiebant, nominari Latiam Saturni, Salaciam Neptuni,

Horam Qulrini. Est autem Salacia quam poetæ Amphitriten appellant, Neptuni vxor. Salmacia item dicitur, vt in antiquo lexico legisse se Turnebus scribit. Vide August. 4. de ciuit. dei. & Lilium 5. Sytagm.

SALACIA, vrbs imperatoria ad Tagum Lusitaniæ fluuium. Plin. libro 4. cap. 22.

Salacoma, pen. prod. {σαλακώμα} salacomatis, neut. g. Cic. Attic. lib. 14. epist. 2. Altera epistola de Madato scripta: apud quem nullum salacoma. Id est, apud quem nulla mea fuit inanis iactantia, tanquam interitu Cæsaris recuperata Republica.

SALACON, vel Salaco: fuit Autolyci pater, molliculus, & deliciis diffluens, defamatúsque propterea. Hinc fit substantiuum nomen Salaconia, quo deliciæ moliores significantur. Aristoteles in Rhetoricis à delicato dispatare salaconem videtur: nam diuitum mores exprimens, eos esse ait Trypheros, id est deliciosos & Salaconas. Et Trypheros quidem ob delicias & fœlicitatis ostentationem: Salaconas autem & Solœcos, quia insueuerint omnes circa id quod amant immorari, quódque admirantur, ac putare eisdem cæteros affici quibus ipsi. Est verò deductum nomen à verbo σαλακωνίζειν, quod nos ceuere dicimus. Cælius Rhod lib. 12. cap. 16. Hesychio & Suidæ, is dicitur Salacon, qui totidem ferè literis κόλαξ vocatur, id est superbus, arrogans, gloriosus, iactabundus, insolens, præferox.

Salaconia, pen. prod. {σαλακωνία} Græca vox à Latinis vsurpata iactantiam significans cum vanitate & superbia coniunctam. Quidam & mollitiem interpretantur. Hinc Salaco, Salaconis, & plurali Salacones dicuntur homines iactabundi, qui quum Ito pauperiores sint, Crœsos tamen quosdam se esse simulant, cúmque Sardanapalo sint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cicero M. Fabio Gallo, Cognosti meam causam & iustius Salaconis iniquitatem. Suidas hanc significationem fluxisse existimat à Salacone quodam eiusmodi, quales iam depiniximus moribus prædito.

SALAE, populi Themiscyrenæ regionis apud Plin. lib. 6. cap. 4.

Salamandra, æ, {σαλαμάνδρα.} Plin. lib. 10. cap. 67. Sicut salamandra, animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus prouenientes & serenitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies. Eiusdem sanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, tori defluunt pili: idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat. Aristoteles de natura animalium, scribit esse animal in igne viuens.

SALAMANTICA, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. oppidum est in orientali tractu Lusitaniæ in Hispania Verronum, vulgò *Salamanca*.

SALAMBO, Salambonis: Salambonem Babilonij Venerem dicunt. Lampridius in Heliogabalo: Salambonem (inquit) omni planctu Syriaci cultus & iactatione exhibuit.

SALAMBRIAE {σαλαμβρίαι} Ciuitas est Cappadociæ in Gardaucrotæ præfectura Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SALAMINVS, vnus ex iis diis, qui Idæi appellantur. Lilius lib. Historiæ deorum, Syntag. 1. Sunt qui Idæos quatuor tantum numerent. Salaminum, Damnancum, Herculem & Acmonem. Hos Rheæ Deûm matris ministros, id est dactyles dixerunt.

SALAMIS, vel Salamin, pen. corr. huius salaminis, penul. prod. siue Salamina {σαλαμίς} insula in mari Euboico contra Athenas sita, in qua vrbs est eiusdem nominis, vbi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed quum reuerteretur Teucer à bello Troiano, nec inimicos Aiacis vltus fuisset, expulsus à patre, in Cyprum nauigauit: ibíque vrbem aliam condidit nomine Salaminam. Inde Iouis Salaminij cognomen Teucro authore, qui ad Salaminem huic deo insigne & magnificum templum extruxit, vt author est Tacitus, libro 3. Cicero 1. Officior. Citetúrque Salamis clarissimæ testis victoriæ.

Salamina, Cic. 1. Tusc. Antè enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quàm, &c.

Salaminus, pen. prod. Adiect. {σαλαμίνιος.} Cic. 1. Tusculan. Salaminum Trophæum. Et pro Archia, Homerum Dolophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant.

Salaminius, possessiuum {σαλαμίνιος} Ex Salamine vrbe: vnde Solon Salaminius dicitur.

Salaminiacus, pen. corr. {σαλαμινιακὸς} Aliud adiect. vt Mare Salaminiacum. Id est, mare Salaminis insulæ. Lucan. lib. 5.

SALANGA {σαλάγγη} Mons altissimus mari imminens, inter Britanniam (quam hodie *Anglaterram*, siue terræ angulum ironicè Galli appellauimus) & Hyberniam à Salanga Barculani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie mons D. Dominici appellatur à Monasterio ibi per D. Dominicum extructo.

SALAPHITANVM vrbs Africæ prouinciæ apud Plin. lib. 5. cap. 4.

SALAPIA, vrbs fuit in Brundusino agro. Alexander Alexandrinus lib. Genialium dierum. 1. cap. vltimo.

SALAPIA, vrbs est Apuliæ Dauniorum meretricio Hannibalis amore nobilitata. Plin. lib. 3. cap. 11.

SALAPVSIVS, A sale & pusius compositum nomen. Pusius enim, siue pusus, & pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Caluus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob staturam puerilem, plenus salis & oratoriæ mordacitatis.

SALARIA VIA, Vide in SAL.

SALARIA, regio Italiæ suis castaneis Romæ nobilitata, quas & Salacianas appellarunt. Plin. lib. 15. cap. 23. Pura & plana est ex eis & Salariana.

Salarium, Vide SAL.

SALAS, fluuius Germaniæ inter quem & Rhenum, quum Drusus Germanicus belligeraret, domitis hostibus, victor oppetiit. Strabo libro 7.

SALASSI, nunc Salussiani, *Salusses*. Regio seu Marcha est nobilissima inter Alpium iuga, auro abundans, quæque olim Ebredunum Pedylorum metropolim attingebat: ea Salassos habitatores habuit, de quibus sic scribit Strabo libro 4. Post istos & Padum Salassi sunt. & paulò post. Salassiorum quidem regio magna est, profundam vtrinque vallem, agrúmque claudentibus rupibus, eorum etiam pars in superiora extenditur cacumina. Item paulopòst: Tellus Salassiorum auri fodinas habet, quas Salassi, quum olim potentia valerent, possidebant, &c.

SALAVCES, Colchorum rex ditissimus ob peritiam auri inueniendi. De eo sic Plin. lib 33 cap. 3, Iam regnauerat in Colchis Salauces & Esubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurísque eruisse dicitur in Samnorum gente, & alioquin velleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastatæ, victo Sesostre Ægypti rege tam superbo, vt prodatur annis quibusque sorte reges singulos è subiectis tungere ad currum solitus, sicque triumphare.

Salax, salacis, pen. prod. omn. gen. {ἀφροδισιακὸς} Libidine pruriens. Colum. lib. 7. cap. 9. Maximéque quod ad rem pertinet, quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant.

Aquæ salaces. Id est, scaturientes, quasi è terra prosilientes.

Aries salax Ouid. 4 Fast.

Salaces cibi, Venerem concitantes, vt Erucæ salaces. Ouid. 2. de Remedio amor.

Herba salax. Ouid. 2. de Arte.

Taberna salax Catull. ad contubernales, 35.

Salacitas, pen. corr. salacitatis, id est, lasciuia & propensio in Venerem {τὸ ἀφροδισιακὸν.} Plin. lib. 10. cap. 36, Passeri minimum vitæ, cui salacitas par.

SALDAE colonia {σαλδαὶ πολίτευμα} Mauritaniæ Cæsariensis vrbs Ptolemæo authore libro 4. cap. 2. hodie *Alger* vel *Algeria* Barbarossæ regnum.

Saldæ colonia Tingitaniæ prouinciæ apud Plin. lib. 5. cap. 2.

SALDVBA, vrbs Hispaniæ apud Melam lib. 2. Nunc vulgò dicitur *Vbeda* teste Oliuario.

SALE stagnum est Mæoniæ eodem in loco in quo olim Sypilum totius regionis caput terræ hiatu desedit. Plin. lib. 5. cap. 29.

Salebræ, pen. corr. salebrarum {ἐπιρρώματα} A saltu dictæ, vt ait Nonius. Sunt loca inæqualia & aspera, quę quasi sine saltu prætériri non possunt. Mattialis, lib. 11,

Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,

Sed quæ per salebras, altáque saxa cadunt. Hic per translationem. Propert. lib 3 eleg. 16,

Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras. Horat. 1. epist. 18,

Qui queritur salebras & acerbum frigus. Cic. 2. de Finib. Hic si definire & diuidere didicisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Id est, in tantas aspetitates, & incultas orationis formulas.

¶Salebra, in singulari. Valer. Max. lib 6. Tristitiæ salebra. Apul. lib. 1. Metam. Verborum salebra. Cic 5. de Finib. Quod vestri non item, tria genera bonorum, procliuiùs currit oratio, venit ad extremum, hæret in salebra.

Salebrosus, pen. prod. A dict. {ἐπιρρωματώδης} Quod multas habet salebras, quódque est asperum. Virgilius,

-non tam salebrosus vt anté. Martialis, lib. 11,

Lectores tetrici salebrosam edíscite Sanctram. Per translationem. Quintil. lib. 11. cap. 2, Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac salebrosa oratio.

Salebrosa & exiliens oratio. Seneca epist 101.

SALENTIA {σαλεντία} Vrbs Messapiorum, à qua

Salentinus, penult. prod. {σαλεντινὸς} nomen gentile, Stephano. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Præterit & Sybarium, Salentinúmque Neæthum.

Cohortes Salentinæ. Silius lib. 8.

SALENTINI {σαλεντῖνοι} Populi dicti, quòd in salo amicitiam fecerint Idomenæus & Locrenses. Hos, Strabo scripsit esse Cretenses.

Regio Salentinorum, Quæ nunc (vt quidam volunt) terra Idrunti, siue *Tierra de Bari* vocatur, in Italia sita est, & Apuliæ finitima. De quibus Virg. lib. 3. Æneidos,

Et Salentinos obsedit milite campos. In ea est Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicitur. Sale dicitur Pompo. Melæ lib. 2. Salustius, Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Pachynum & Salentinum.

Salentini campi, peninsulæ forma intra Tarentinum & Adriatici fauces propansi, Isthmo se iuxta Brundusium & Rudias contrahente, non amplius CCCX. stadiis lato, quod ex Ptolemæi tabula discitur.

Salenti Illyrici, Cretæ. Festus Pompeius: Salẽtini à salo dicti sunt, Cretæ & Illyrici, qui cum Locrensibus nauigantes societatem fecerunt eius regionis Italiæ, &c.

Salentinum, pen. prod. {σαλεντῖνον} Ptolemæo promontorium est extremum totius Italiæ, quo illa quamlongissimè in mare excurrit, quod alio nomine Acran Iapygian Græci appellant. Plin. lib. 3. cap. 11. Sale dicitur à Pomponio Mela libro 2. cap. 1. Primus (inquit) Tarentinus dicitur inter promontoria Salen, & Lacinium, in eóque sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Turium.

SALERNVM {σαλέρνον} Picentinorum oppidum in Italia. Plin. libro 3. cap. 5, A Surrento ad Silarum amnem XXX. M. pass. ager Picentinus fuit, Tuscorum templo Iunonis Argiuæ sub Iasone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Volaterranus dicit Salernum fuisse ab Romanis contra Picentes & Lucanos munitum, ob initam cum Annibale societatem.

Pugnax Salernus. Silius lib. 8.

Sales, Vide SAL.

SALETES, Vna ex Iouis filiabus quam Nilo ortam Mineruam, Ægyptij fabulantur: Alexandrinus Alexander Genialium dierum, libro 6 capite 4.

Salgama, pen. corr. {σάλγαμα} appellabantur à priscis quæcunque conditanea ad victum in vasis seruabantur, interdum sicca, sæpe cum liquamine & iure: vtputa mala, pyra, sici vuæ, rapæ. Columel. libro 10,

Tempore non alio vili quoque salgama merce,

Capparis, & tristes mulæ, ferulæque minaces

Plantantur. Idem lib. 12. cap. 4, Post hoc præceptum, locum & vasa idonea salgamis præparari iubent, locum esse debere auersum à sole, quàm frigidissimum & siccissimum, ne sitn penora mucorem contrahant In codice Imperatorio, lib. 12. legimus salgami nomine contineri culcitram, lignum, olenm.

Salgamarius, salgamarij {σαλγαμάριος.} Colum. lib. 12. cap. 4, 5. Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus coci, & cetarij, & salgamarij.

SALGANEVS, Perfarum dux à Metabate non procul ab Eurupo interfectus. Suspicabatur Metabates præ malitia elassem cò fraude illum coniecisse, & angustum in mare minimè peruium induxisse. At vbi intellexisset fallum se, Barbarus ille pœnitentia ductus, ipsum classis ductorem indigna cæde peremptum cernens, honore sepulturæ decorauit. Strabo lib. 9.

SALGANEVS, Locus in Aulide ad Euripum fluuium de quo sic Strabo libro 9. Prope quidem locus est sublimis cognomento Salganeus, ab Salganeo cognomentum assequutus ibi sepulto. Is homo fuit Bœotius origine qui sese nauigantibus è Malea hoc mare Persis ducem præbuit. Ipsum vero claths præfectus Merabates priusquam Euripum attingeret occidit, & ocrisum in eo loco sepeliuit.

Sali, per simplex i, auiculæ sunt, quas Aristoteles ἀηδόνας, & ἀηδόνια, appellat fœcundatis magnæ, vt Perdices, Gallinæque. Plin. lib. 10. cap. 52, Plurima ova patiunt Struthiocameli, Gallinæ, Perdices, Sali.

SALIA {σαλία} fluuius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Salem accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum lib. 2. cap. 6. nominasse existimat Hermolaus.

Saliares cœnæ {σαλιακὰ δεῖπνα} authore Festo, Magnæ & copiosæ cœnæ dicebantur, & oppiaræ, quales solebant facere Salij sacerdotes Martis. Vide SALII.

SALICA LEX, Vide SALII Germaniæ populi.

Salicastrum, salicastri {ἀγροξυλακεῖον.} Plin. lib. 23. cap. 1, Est labrusceæ similis, sed in salictis nascens, ideò distinguitur nomine, quum eosdem vsus habeat, & salicastrum vocatur.

Salicetum, Salictum, Saligneus, Vide SALIX.

SALICI, populi sunt in Cordubensi conuentu. Plin. lib. 3. cap. 1. Conuentus vero Cordubensis circa flumen ipsum Ossigi, quod cognominatur Laconicum, Illiturgi, quod Forumiulium, Ipsaturgi, quod Triumphale. Et paulo pòst, Mox Ripepora fœderatorum, Salici.

Salientes, Vide SALIO.

SALII {σάλιοι} Sacerdotes Martis, sic dicti, quòd in portandis ancilibus saltare eos mos esset. Liu. 1. ab Vrbe, Numa item Salios duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæque pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen, cælestháque arma (quæ Ancilia appellantur) ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis solennísque saltatu iussit. Sic 4. ab Vrbe. Et Plin. lib. 21. cap. 3. Cic. 3. de Orat. Vt epularum solennium fides ac tibiæ, Saliorúmque versus indicant. Ouid. 3. Fastorum,

Iam dederint Salius à saltu nomina dicta.

Exultantes Salij. Virg. 8. Æneid.

Curia Saliorum. Cic. 1. de Diuin.

Iidem vocantur Salisubsuli, à Catullo, 17. ad Coloniam, 2.

Dapes saliares. Id est opiparæ ac magnificæ. Horatius 1. Carm. ode 37.

Carmen saliare Numæ. Horat. 2. epist. 1.

Epulari sumus saliarem in modum. Cic. Attic. lib. 5. epist. 9. Hoc est copiosè admodum quales erant cœnæ Saliorum sacerdotum.

Salius, Adiectiuum, vt Salius mos. Horat. 1. Carm. ode 36,

Neu morem in Salium sit requies pedum. Id est, neu cessemus Saliorum more saltare. Erant autem Salij Martis Gradiui sacerdotes à Numa Pompilio instituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis & saltibus solénibus: de quibus qui plura scire volet, legat Dionys. Halycarn. lib. 2. Ex Lambino.

SALIAE virgines, Cincius Saltas virgines esse ait conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ, quas Ælius stilo scripsit sacrificium facere in regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum saliorum. Festus. Ego Salias, illis non absimiles existimo, quas saltis Prouincialibus Aquarum Sextiarum (quæ vrbs in Prouincia est Massiiiensium) eiues Sacramentario die, per vicos saltire, iident.

SALII {σάλιοι} Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ quæ vulgò *Francomia* vocatur. Sidonius, Salius pede, falce Gelonus. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Constantio scribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus in Tacitum, suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluuio. Francia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Æsto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occuparũt, Franciámque de suo nomine appellarunt. Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicas Francicam.

SALINAE, arum: vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum palmis abundans. Sunt & aliæ non paucæ eiusdem nominis vrbes à salsis fontibus nomen sortitæ, inter quas minimè conuenit præteriri, quæ apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis prouentu adeò admirandæ, vt non immeritò octauum sibi locum inter orbis miracula possint vendicare, Vulgo à nobis dicuntur *Salins* non procul à Claudiano monte.

Salinæ, & Salinum, Vide SAL.

Salio, salis, salui, vel salij, vel salui diuisis syllabis, saltum {πηδάω, ἅλλομαι} salire. Virg. 2. Georgicorum,

Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Quidam legunt saluere. Plin. lib. 10. cap. 38, Saliunt aliquæ aues, vt passeres.

Ad strepitum tibicinæ salire. Horat. 1. epist. 14.

Saliendo se exercere. Plaut. Bacchid. 8.

Salire de muro. Liu. 5. bell. Pun.

Salire è terra. Lucret. lib. 1. Id est, prodire, emitti.

Grando salit in tectis. Virg. 1. Georg.

¶Salit mihi cor. per translationem. Plaut. Ciste. 7.

¶Salire dicuntur animalia ratione carentia, quando mares ineunt fœminas, nam saliendo ascendunt. Ouid. 2. de Arte,

Læta saltur ouis, tauro quoque læta iuuenca est.

Salire matrem, de equo dictum. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 7.

Salire in aqua. Varr. 3. de Re rust. cap. 10.

Saliens, Participium {ἅλλομενος.} vt

Aqua saliens, pro currente. Plin. epist. 41.

Grandine saliente graues eeciderunt nimbi. Ouid. 14. Metam.

Riuo saliente sitim restinguere. Virg. 5. eclog.

Vena saliens sanguine. Virg. 3. Georg.

Salientes Latinis dicuntur capita fistularum, atque etiam ipsæ tubulorum, fistularúmque fcaturigines quæ & siphunculi dicuntur & spinculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. Hos Græci κρουνοὺς dicunt, Vitruuius lib 8. cap. 3, Hæc maximè conseruantur Athenis: ibi enim ex eiusmodi locis fontibus, & in Asty, & ad portum Pyræum, ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus & reliquis rebus vtuntur, bibunt autem ex puteis. Ibidem, cap 7. Budæus. Cic. ad Qu. frat. lib 3. 17, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suauitate re villam habiturum piscina & saliendibus additis palæstra & sylua vindicata.

Salto, saltas {ἅλλομαι} saltare, Frequentatiuum, Tripudiare. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non soldm amare & amari, neque cantare & saltare, sed etiam ficas vibrare, & spargere venena didicerunt. Vetus exemplar legit psallere. Idem 3. Offic. At si dates hanc vim M. Crasso, & dígitorum percussione heres posset scriptus esse, qui revera non esset heres, in foro mihi crede saltaret.

Nemo ferè saltat sobrius. Cic. pro Muræna.

Nudus in conuiuio saltaret. Cic. in Pisonem.

Landes alicuius saltare, pro Saltationibus immiscere, vt ait Budæus. Plin. in Paneg. Ita cantari & saltari commentarios dixit. Tacitus de Orator.

In oratione saltare. Cic. in Orat.

Carmina saltantur theatro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.

Saltata poëmata populo. Ouid. 2. Trist.

Saltito, saltitas, pen. corr. frequentatiuum à salto. Macrob. lib. 3. cap. 14, Sed quid loquor de histrionibus, quum Appius Claudius vir triumphalis, qui salius adv sque senectutem fuit, pro gloria obtinuerit, quòd inter collegas optimè saltitabat.

Saltatio, Verbale {ὄρχησις} Cic pro Muræna, Intempestiui conuiuij amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Idem 3. de Finib.

Cordax saltatio, Vide Cordax, in COR.

Saltationi Tityus nomen. Cic. de Clar. Orator. Quos Sex. Tityus consequutus, homo loquax sanè & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Armatam saltationem Curetes docuere: Pyrrichen Pyrrhus. Plin. lib. 7. cap. 56.

Saltator, pen. prod. Verbale masc. gen. {ὀρχηστὴς.} Cic. pro Muræna. Idem 1. Offic. Adde huc si placet vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium.

Facere aliquem saltatorem. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Motus certus datus saltatori. Cic 3. de finib.

Saltatorius, Adiectiuum {ὀρχηστικὸς} Quod ad saltationem pertinet: vt Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. Macrob. lib. 3. Cic. in Pisonem, Quúmque ipse nudus in conuiuio saltaret, in quo ne tum quidem quum illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.

Saltatrix, penultima producta, saltatricis, Verbale fœm. {ὀρχήστρια} Cic. in Pisonem, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatum Reip. occasium atque interitum fugere vetuisti.

Saltatricula, saltatriculæ, penult. corr. {ὀρχηστρίδιον} Diminutiuum à saltatrix. Gellius lib. 1. cap. 5, Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

Saltatus, huius saltatus, pen. prod. {ὄρχησις} Ipsa saltatio. Liuius 1. ab Vrbe, Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu iussit.

Saltura, salturæ, pen. prod. Antiquum {ὀρχηστικὴ} Idem quod Saltatio. Plaut. Curcul. 5,

Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris,

Vænire poteris intestinis vilius.

Saltus, huius saltus, m. g. {ἄλσος, δρυμός, πλάτος} Qualis est cernorum & leporum. Virg. de Turno, lib. 9. ad finem,

Tum demum saltu præceps, fese omnibus armis

In fluuium dedit.

Superbus saltus. Virg. 12. Æneid.

Facilis saltus. Claud. de bel. Getico.

Agrestis saltus. Ouid. 14. Metam.

Rapidus saltus. Stat. 1. Achil.

Volucer saltus. Stat. 6. Thebaid.

¶Dare saltum. Ouid. 1. Fastorum, Id est, salire.

Fera saltu fertur super venabula. Virg. 9. Æneid.

Insilire saltu, Vide INSILIO.

Viam superare saltu. Virg. 3. Georg.

Vti excursione & saltu. Cic. de Senect.

¶Saltus, Sylua, Vide suo ordine.

Saltuaris, & hoc saltuare, penult. prod. {πηδητικὸς} Plin. lib. 2. cap. 95, Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

Saltuatim, penult. prod. Aduerbium {πηδητικῶς} hoc est Per saltus.

Gellius lib 9.cap.4. Atque item esse alia apud vltimos Orientis reges miraculahominesqui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, viu veloci simi & pernicitatis.

Saltuatim scribere, hoc est, Non scribere rem aliquam suo ordine, sed vt sese offert, id est digredi. Sisenna lib 1. Histor. Nos vna æstate in Asia & Græcia gesta literis ideirco complectentia mandauimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

SALTOCANVS, portus Galliæ, Vrbs apud Ptolemæum lib.2.cap.8. Vulgò *S. Paulue.*

SALTVI, pen prod. populi Alpini, Boiis Helvetiisque finitimi, quos Cato Tauricæ gentis esse arbitratur. Salisorum tellus aurifodinas habet, diuque olim potentes fuerunt, sed Augustus eos deuictos omnes sub corona vendidit. Strabo lib. 5. Græcè scribitur Σαλλυοῦιοι.

SALISVBSVLVS, Mars dictus à saliendo subsultandóque: Nonius ex Pacuuio.

Saliua, saliuæ, vel Saliuum, saliui, penult. prod. {σίαλον, σιαλὸς, σίαλος} Succum quòd ferè salis saporem habeat. Vel à saliendo, quòd in ore saliat & crescat. Plin. lib. 28. cap. 4. Quidam verò aggrauant ictus ante conatum simili modo saliua in manu ingesta.

Iungere saliua oris. Lucret. lib. 4.
Ieiuna saliua. Plin. lib 28. cap. 4.
Spurca saliua lupæ commistæ Catul. ad Iuuentium. 94.
Tenuis saliua turdorum. Pers. Sat. 6.
¶Saliua lacrymarionum, Humor lacrymarum. Plin. lib 11. cap 37.
Saliua syderum. Plin. lib. 11. cap. 12, Siue est cæli sudor, siue quædam syderum saliua.
Saliua vino innocentissima. Plin. lib. 23. cap. 1. Sua cuique vino saliua innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est media.

Saliuosus, pen. prod. Adiect. {σιαλώδης} Quod saliuæ saporem habet, vel saliuæ est simile. Plin lib. 16. cap. 38, Humor vlmis saliuosus. Sub finem carminis obscœni,

Quibus repletus vt saliuosis aquis
Obesam ad vxorem redis.

Saliuo, saliuas, pen. prod. {σιαλίζω} saliuare, Saliuam facere, siue emittere. Plin. lib. 9 cap. 36, Congregãtur Veris tempore purpuræ, mutuóque arrectu lentorem cuiusdam ceræ saliuant.

¶Saliuare etiam est quo l Saliuare quoque à nonnullis dicitur. Quid autem sit Saliuatum, & Saliuare, vide suo loco. Col. lib. 6. cap. 5. Tunc panaris & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defluti ac molici tritici farina, candentísque aqua conspergendæ, eó que medicamine saliuãdum ægrotum pecus. Ibidem, cap. 37. de asino admissario, Et defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam saliuandus erit.

Saliuarius. Adiectiuum {σιαλικὸς.} Plin. lib. 9. cap. 51, Quæ durioris testæ sunt, vt murices, purpuræ, saliuario lentore prouenium. Id est, viscositate saliuæ.

Saliunca, saliuncæ {ὑφόβριχυ, σιαλίτις} vt putat Ruellius, lib. 2. cap. 7, Herba statim è terra exiliens. Plin. lib. 21. cap. 7, Saliunca foliosa quidem est, sed breuis, & quæ necti non possit. Radici numerosæ cohæret: herba verius quàm flos, densa veluti manu pressa, breuitérque cæspes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiúmque aprica.

Humilis saliunca. Virg. 5. eclog.

SALIVNCANVS portus, maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte, qua Britanniam insulam spectat. Author Ptolemæus libro 2. cap. 8.

SALIVS, salij: authore Polemone nomen proprium Arcadi cuiusdam, qui ab Ænea ex Arcadia in Italiam transfectus, iuuenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit: Pompeius Festus Salios à saliendo dictos esse, quamuis dubitari non debeat: tamen Polemon ait, Arcada quendam fuisse nomine Salium, quem Æneas à Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuuenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit. At Critolaus Samoem ex Samothrace eum Æneæ Deos penates, qui Lauinium transtulerit, saltiæ genus saltandi instituisse, à quo appellatos esse salios, quibus per omnes dies vbicunque manent, quia ampliæ ponuntur cœnæ, si quæ aliæ magnæ sunt, saliares appellantur.

Salix, salicis, pen. corr. fœm. gen. {ἰτέα} Arbor, à saliendo dicta: vel quòd fata, vel casu terræ impacta salit ac surgit. Vide Plinium lib. 16. cap 37. Virg. 10. ecloga,

Mecum inter salices lenta sub vite iaceret.

Salicem, Verrius, virgulti genus, non arboris dicit, & ridiculè interpretatur dictam, quod ea celeritate crescat, vt salire videatur. Festus.

Amnicolæ salices. Ouid. 10 Metam.
Amaræ salices. Virg. 1. eclog.
Cuius salix. Ouid. 5 Metam.
Fœcundæ salices viminibus. Virg 2. Georg.
Frugiperda salix. Vide Frugiperda, in FRVGES.
Glaucæ salices. Virg. 4. Georg.
Lenta salix. Virg 3 eclog.

Salix munda apud Iurisconsultum, ea dicitur quæ omni spurcitia & frondibus liberata & purgata est, aptáque est ad viendum & alligandum: vt quum ex arundine iuga fiunt, aut pedamenta administrandæ vitis. Verba Iurisconsulti sunt, Et salicis mundæ annua libratura viginti millia. Ex Turnebo. Vide l. Caius. D. De ann. legatis.

Perticalis salix, Vide Perticalis, in PERTICA.
Teneræ salices Lucret. lib. 2.
Viminalis salix, Vide Viminalis, in VIMEN.
Salicis tria genera. Vide Columellam lib. 4. cap. 30. & Plinium lib. 16 cap. 37.

Salignus, Adiectiuum {ἰτέινος} Quod ex salice factum est. Colum. lib. 7. cap. 1. Quippe vel foliis, spinísque, vel perticis salignis alitur.

Craies vmbonum salignæ Virg. 7. Æneid.
Falx saligna. Virg. 4. Georg.

Fores salignæ Stat. 4. Thebaid.
Fustis salignus Horat. 1 Serm. Saty. 5.
Lectus salignus. Ouid. 8. Metam.

Saligneus. Aliud à lectiuum. Idem {ἰτέινος} Colum lib 7. cap 10, Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro rescindi, deriuáto que sanguine colligari saligneo libro, vel etiam vlmeo. Idem lib. 11. cap 3. Et lib 6 cap. 2, Salignea claua.

Virgas saligneas instituendi salicti causa siquis defixerit, hæque radices egerint. Vlp. in l 3. § j. D arb. furt. cæsar.

Salicetum, saliceti, pen p od. & per syncopen, Salictum, salicti {ἰτέων} Locus salicibus consitus. Varro, Idoneus locus eligendus vbi faciat salictum.

Flos salicti. Virg 1. eclog.
Amœna salicta. Cic. 1. de Diuinat.
Canentia salicta fronde glauca. Virg. 2. Georg.
Densis salictis obsessa palus. Ouid. 11. Metam.
Humile salictum. Iuuen. Saty. 11.
Inculcum salictum. Virg 2. Georg.
Vdum salictum. Horat. 2. Carm. ode 5.

Instituere salictum, Vide paulò antè VIRGAS saligneas.

Salictarius, Adiectiuum. Qui salictum curat, & ex eo materiam saligna vitipedandæ ingrandæque parat. Memoit Cato de Re rust. vbi de vinea instruenda loquitur.

Sallio, Sallo. Vide SAL.

SALLVSTIVS Crispus {σαλλούστιος κρίσπος} C. Sallustij nepos. Tacitus lib. 3. Crispum Equestri ortum loco, C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus author, fororis nepotem in nomẽ adsciuit. Vide CRISPVS Quintil lib 2. cap. 5.

Sallustiana breuiras. Quintil. lib. 4. cap 2.

SALMACIS, salmacidis, Nympha cæli & terræ filia, fertur causa fontis Halicarnasij aquæ appellandæ fuisse Salmacidis, quam qui bibisset vitio impudicitiæ molesceret, ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus, occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium [alias accedentium] puerorum puellarúmque violandarum, quia non patet refugiũ. Ennius Salmacidas spolia sine sudore & sanguine. Ita enim legendus est ille senarius, non Salmacida Festus. Itaque M. Cicero libro 1. de Officio, cap. 21. Intelligendum est, &c. sic restituendus est: Et siquid eiusmodi: Salmacidas spolia sine sanguine & sudore.

Salmacis, pen. corr. {σαλμάκις} Fons in Caria, iuxta Halicarnasum. Dictus Venereus ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines illecti, omnem feritatem depositerunt. Strabo lib. 14, Salmacis fons, nescio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities videtur ab aëre, vel ab aqua causam trahere, quum ea minimè sint causa mollitiei, sed diuitiæ, & victus incontinentia. Spolia quoque sine labore parta, Salmacia dicuntur. Et Salmacia Baias dixit Macer. Ouid. 4. Metamorphoseos,

Vnde sit infamis, quare malè fortibus vndis
Salmacis enerues, tactósque remolliat artus,
Discite. Vide ibi fabulam.
Vndæ obscœnæ Salmacis. Ouid. 15. Metam.

Salmacis, penult. corr. Adiect. {σαλμακὶς} vt Salmacides aquæ. Plin. lib. 31. cap. 3, Nam nitrosas atque salmacidas, in desertis Rubrum mare petentes, addita polenta, vtiles intra duas horas faciunt.

SALMANTICA {σαλμάντικα.} Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Alio nomine Salamanca, Hispaniæ Lusitaniæ vrbs.

SALMANI, gentes sunt in Arabia. Author Plin. lib. 6. cap. 26.

SALMYDESSVS, regio Ponti sinistra, quam cœno increuisse. Strabo lib. 1. author est. Vide eundem lib. 7.

Salmo, salmonis, m. g. Genus piscis. Plin. lib. 9. cap. 18, In Aquitania salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur. Quibusdam tamen sumo rectius placet dici.

SALMONE, vna ex octo vrbibus Pisanæ regionis, in qua olim Salmoneum imperasse author est Strabo lib. 8.

SALMONEVS, rex Pisanorum, qui celebres fuerunt in Asia populi. Vide in dictione SALMONE.

Salmoneus, penult. prod. trisyllabum {σαλμωνεύς} Æoli filius non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidem, vbi regnauit: qui fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: & in quem iaculatus esset faciem, eum iubebat occidi. Hic posteà vernm expertus est fulmen. Hactenus Seruius enarrans locum Virgilij 6. Æneidos,

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, &c.

Salmonis, pen. prod. huius Salmonidis, Patronymicum, f. g.

Nympha Salmonis, Tyro Salmoneos filia. Valer. 5. Argon.

Ex hac & Cretheo natus est Æson Iasonis pater.

SALMOXIS, Dæmon quidam Thracum. Herodot. lib. 4.

Sal-nitrum, vt vulgò nũc dicitur, factitium est, & ad tormẽta ignium missilia repertum, veteribus autem fuisse videtur incognitum ἀλάτρεον, corrupta tamen dictio est: nam legitur apud Plinium: Sal & nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. Vide in dictione NITRVM.

SALO, saloms, Fluuius est apud Celtiberos non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martialis lib. 10,

Auriferúmque Sitiam patriúmque Salonem.

Salo, Dalmatarum emporium, quod Cæsar vastauit incendio. Strabo lib. 7, Dehinc Dalmatarum litrus & eorum emporium Salo. Ea gens annos complures aduersus Romanos bella gessit. Castella ad quinquaginta habuerunt dignitate præstantia, In his & oppida quædam Salo, Priamo, Ninia, atque Sinotium & nouum & vetustum, quæ Cæsar Augustus vastauit incendio.

SALOBRIASAE, Populi sunt circa Indum, apud Plin. lib. 6. cap. 20.

SALOME, es, soror eius Herodis, qui data Antonio pecunia regnum Iudæorum inuaserat, quo tempore Iesus Christus de Maria virgine natus fuit. Strabo lib. 16, Cæsar & Herodis filios, & sororem Salomen, & Berenicen eius filiam, honore prosecutus est.

SALOMON

SALOMON, pen. corr. {σολομών} Nomen regis Hierusalem, & Pacificus interpretatur. Pacem enim habuit cum omnibus regibus, sapientissimus iudicatus. Templum Deo pulcherrimum extruxit, vt in literis Sacris habetur. Ab Hebræis Selomo scribitur, à Græcis verò Solomon.

Salomonius, possessiuum {σολομώνιος} vt Templum Salomonium, apud Lactantium.

SALON, regio est Bithyniæ pascendis bobus idonea. Vnde etiam Salonensis caleus dicitur. Strabo lib. 12.

SALONA littorea, Oppidum in prouincia medio itinere inter Auenionem Cauarum & Phocensium Massiliam, nobilitatum Graucea lapidea. Graucea est planities quæ cum quinquaginta miliaria per circuitum habeat, non possis tamen digito terram tangere, quin te saxum impediat: tantus est lapidum (quos ex Herculis pugna relictos fabulantur) in ea planitie numerus. Sunt & apud Salonam Marij monumenta & Cæsaris: nempe callata via, murus Marius, Augusti lapides, & missilia multa passim inueniuntur. Gallicè, *Salon de crau.*

SALONAE, pen. prod. Salonarum {σαλῶναι} vrbs Dalmatiæ, capta olim ab Asinio Pollione. Horat. 2. Carm. ode 1.

Salonius, Adiectiuum {σαλώνιος} vt Quercus Saloniæ. Claud. 6. Paneg.

Saloninus, pen. prod. {σαλωνῖνος.} Scrib. 4. eclog. Asinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem, primò meruisset lauream, pòst etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem à capta ciuitate, Salonium vocauit. cui nunc Virgilius Genethliacon dicit, quem constat natum risisse statimque pueritiæ omen est infœlicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est.

SALONENSES, In SALONAS.

SALONIANI, Catones, Catonis Censorij genus apud Romanos celebre, ex Salonio cliente Catonis, cuius ille filium vxorem duxit, atque genuit anno suæ ætatis LXXX. Plin. lib. 7. cap. 14.

Salpa, salpæ {σάλπη} Genus piscis circa Ebusum, obscœnus alibi, & qui coqui non possit, nisi verberatus, vt ait Plin lib 9. cap. 18. Ibidem cap 31. Salpæ Autumno gignuntur.

SALPIAE {σαλπίαγγι} Ptolemæo lib. 3. cap. 1, Apulorum vrbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

SALPINA, Palus in Apulia iuxta Salpiam ciuitatem meretricio amore Hannibalis inclitam. Lucanus lib. 5,

-Quos recipit salpina palus. Sunt qui non Salpiam: sed Salapiam feribant, de quo suo loco scripsimus.

Salsa parilla, aut, vt nonnulli voluerunt, Sparta parilla, Ebulo similis herba, de qua post Dioscoridem scribit Matthiolus lib. 11. cap. 111.

Salsamentum, Salse, Salsilago, Salsitudo, Salsura, Vide SAL.

Salsicortex, salsicorticis, à nonnullis appellatur arbor ex genere glãdiferarum, quam Græci ἐλάτινον nominant. Est autem hæc arbor cortice atque caudice crassissimo & plerumque cauato, fungosóque Soli coede caret etiam quum viuit purresceus, fulmine frequenter ictus, etiamsi altitudine non excellat: ideò ad sacrificia vri nefas erat apud Æoles. Eadem ferè sterilis est, & siquando glandem eulerit, ea adeò est amara, vt præter sues, à nullo attingatur animali, ac ne ab iis quidem quum aliud pabulum possunt nanciscí.

SALSOS, Amnis in Cassandro Indiæ. Plin. lib. 6 cap. 25.

SALSVSAE, pen. prod. {σαλσαῖαι} fons Narbonensis Galliæ iuxta Ruscinonem, non ducibus, sed salsioribus, quàm marinæ sint, aquis defluens. Pomponius Mela lib. 2. Vulgò *Salses*: vbi est arx munitissima regum Hispaniæ ditionis.

Saltator, & Saltatrix, Saltatricula, Vide SALIO, salis, & SALTO, saltas.

Saltem {ἐφ' ἑνὸς γε, ἢ μὴν γοῦν, ἐπὶ τοῦ ἐλαττόνως τὸ λέγειν} Coniunctio, per defectionem dicitur, quasi Si aliter non potest. Seruius, Saltem, vel hoc. Est autem sermo tractus à captiuis, qui quum tenerentur ab hostibus, dicebant sublatis manibus, Salutem concede. Inde per synæresim, hic natus est sermo, vt in contemptu rerum multarum petitur aliquid saltem dicamus. Donatus, Desperatis rebus, solam petentes salutem, hoc verbo vtimur. Vide Gellium lib. 12. cap. 14. Terent. Andr. 3 2,

-itáne tandem idoneus
Tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis?

Saltem accuratè, vt metui videar. Idem Phorm. 2. 1. ad Attic. lib. 8. 160, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur. Eidem, lib. 9. 173, Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.

Atque aliquo si nõ bono, at saltem certo statu ciuitatis hæc inter nos studia exercere possemus. Cic. Varroni, lib. 9. 8.

Vix saltem. Quintilianus lib. 6. cap. 5, Illud vix saltem præcipiendum videtur.

SALTIAE, Populi sunt iuxta Pontum Euxinum posteà Pheirophagi à tenuitate victus appellati.

SALTVARES insulæ in Nymphæo sitæ sunt, ita dictæ, quod ad ictus saltantium mouentur. Plin. lib. 2. cap. 95. Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ Saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu, ad ictus modulantium pedum mouentur.

Saltito, Salto, Vide SALIO.

Saltus, huius saltus, masc. gen. vel Saltus, salti {νάπη, νάπος, ὀρυμός, μεσόκοιλος} Densior sylua & inuia, quòd ibi arbores saliant, in quo pasci & æstiuare pecudes solent: vt ait Valla lib. 4. Sunt qui dicant saltus esse loca arboribus expedita, quia facilè in his saltetur. Virgilius libro 3. Georgicorum,

Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum
Flumina. Plaut. Casina. 23,
Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt alterum sinat adire.

Saltum, Gallus Æsius libro secundo significationum, quæ ad ius pertinent, ita definit: Saltus est, vbi sylvæ, & pastiones sunt, quarum causa cæsæ quoque. Si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res non perimit nomen saltui, nó magis, quam fundi, qui est in agro culto, & eius causa habet ædificium, si qua particula in eo habet sylvam. Festus.

¶Saltus, salti, secundæ declinat. antiquis. Accurs. Menalippo, Hi Menalippum interea traiectus nemorum in salti faucibus. Nonius. Nemorum saltus. Virg. 5. eclog.

Apti saltus venantibus. Ouid. epist. 5.
Horiferi saltus. Lucret lib 3.
Innoxius saltus, Vide INNOXIVS.
Inuij saltus, Vide INVIVS.
Profundi. Virg. 2. Georg.
Vmbriferi saltus. Iuuen. Saty. 10.

¶Cingere saltus indagine. Virg 4. Æneid.
Magnos canibus circundare saltus. Virg. 1. Georg.
Depascere saltus. Ouid. 5. Fast.
De saltu agroque communi detrudi. Cic. pro Quintio.
Occupare saltus, Vide OCCVPO.
Virides saltus peragraie. Lucret. lib. 2.
Sepire saltum plagis. Lucret lib. 5.

¶Saltum pro magna possessione accepit Catullus, vt à Varrone memoratum est in libris de Re rust. Sic autem scribit, Firmano saltu non falsò mentula dixes. Turnebus.

Saltuarius, saltuarij {ἀγροφύλαξ} Syluarum seu saltus custos. Pomponius De vsu & habit. lib 7. l. Si ita, Dominus proprietatis, etiam inuito vsufructuario vel vsuario, fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit.

Saltuensis, qui saltus à publico redimit, conducítve. Dioeletianus & Maximianus Principes. Cura perugij obseruare debebit subiunctas tua, ne coloni, vel saltuenses, vitio etiam se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti. Per saltus pascunt pecora, sunt enim herbosi saltus, quos si culture destituas, deterra sylua ve fient: itaque eos haud esse aduocandos ab opere principes constituunt: Ex agris quippe silua: ex saltibus carnes accipimus. Antonianus. vide l. j. de fugit. Colon. lib 11. C. & l. 13. Qui militar. non possunt. l. 13. De fundis patrimonial. eodem lib.

Saltuosus. pen. prod. Adiectiuum {σαλτώδης} Locus saltibus plenus. Liu. 7. bell. Pun. Aperta erat regio sine vlis ad insidias latebris: itaque in loca saltuosa cedere inde cœpit.

Saluber, Salueo, Vide SALVS.

Saluia, saluiæ {ἐλελίσφακος} Herba, dicta quod diuersos fanet morbos. Plin. lib. 22. cap 25, Nostri qui nunc sunt herbarij elelisphacon Græce, Latinè saluiam vocant, mentæ similem, canam, odoratam: partus emortuos ea appolita extrahunt. Item vermes aurium vlceratumque. Idem lib. 26. cap 6.

Saluiatum, saluiati, pen. prod. Genus potionis quo veterinarij & mulomedici vtuntur in ægrotantium animalium curatione. Græcè ὄξος vocant à saluia, quam veteres pro fuco accipere consueuerunt. Quidam tamen volunt saluiatum, a saluia succo deduci. Columel. lib. 6. cap. 10, Recens tussis optime saluiato farinæ ordeaceæ dicuntur. Plin lib. 27. cap. 11, Ex hac in tres modios saluiati additur. Docti quidam contendunt legendum esse saluiatum, & ita in vetustis haberi codicibus. Porrò Saluiatum appellant, quod Apsyrtus & alij qui de medicina equorum scripserunt, ὑφοσπάρμα vocant, & Saluare, quod illi ὑφοσπαρμοῦν.

Saluio, saluias, saluiare, Saluiatum in potum dare, vel, vt alij volunt, saluiati more demittere. Colum lib. 6. cap. 24. Vel tenero olere commisto, tortido, mollitóque milio, & per vnam noctem lacte macerato saluiatur. Alij legunt saliuatur.

Saluiandum pecus, hoc est, saluiato potionãdum. Saluiatum, quod à quibusdam saliuatum dicitur, potionis genus est, quo in veterinis iumentísque maximè vtuntur veterinarij, hoc est, medici veterinorum. Sunt autem veterina, animalia quę vehere possunt. Saliuatum à saliua quasi succo dictum videtur. Qui saluiatum legere mauult, à saluia siue sale nuncupationem traluit. Hæc in Columellam heroaldus. Vide Gesnerum pag. 499.

SALVIA, mater Apulei. Saluia oppidum Triacensium in quinta Italiæ regione. de quo Plin. lib 3. cap. 13.

SALVIVS Pusius inter eximij roboris viros recensetur à Plinio lib. 7. cap. 20. in hunc modum: Pusius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & duecnaria duo humeris contra scalas ferebat.

Saluius Iulianus cognomento Seuerus, origine Mediolanensi, nobili familia, iuris peritissimus fuit. Is perpetuum edictum diligentissimè composuit. floruit sub Hadriano post Christum anno 134. Vide Rutilium lib. singulari de vita Iurisconsulti. A Saluio fit.

Saluianus, a, um, Saluianum interdictum de quo lib. 43. Pand. 33. quo aduersus se fraudantes, creditores ad pignora recuperanda agunt.

Salum, sali {ἅλς} Mare dicitur à sapore salis. Vel à verbo Græco σαλεύω, quod significat mouere, fluctuare. Virg. 1. Æneidos,

Pérque vndas superante salo. Cic. 3. Tusc. Nec tam æruminoso nauigassem salo.

Spumante salo sit sonitus. Virg. 2. Æneid.

¶Salus, Masculinè protulit Ennius, Hecuba vndantem salum. Nonius.

SALVS, Dea apud Martianum. In sedecim (inquit) discernitur cælum omne regiones, in quarum prima, sedes habere memorantur post Iouem dei Consentes, Penates, Salus ac Lares. Lilius Syntag. 1. lib. Historiæ deorum.

Salus, salutis, pen. prod. fœm gen. {σωτηρία, ἀλκαρία} Incolumitas. Plaur. Capt. 10,

Hic ille est dies, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum. Terent. Adelph. 4. 1,

-vtinam quidem
(Quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim,
Vt, &c. Hoc est, sine malo aliquo. Ibidem, 3. 2.

Salus, contrarium habet Exitium. Cic. pro Rosc. Amer.
Rerum salus. Lucan. lib. 2.
Salus Reipub. Cic. 5. Verr. Reip. salus deerit, si improborũ exemplis

improbi in Iudicio ac periculo liberabuntur.
Salus omnis in sociis. Plin. lib. 9. cap. 46.
Cum salute, Vide CVM præpositionem.
Æneas dubius salutis Ouid. 15 Metam.
Incertus sum salutis meæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Socius salutis. Virg. 5 Æneid.
Via prima salutis. Virg. 6. Æneid.
¶Afflicta salus, Vide AFFLIGO.
Dulcis salus Ouid 5. Trist. eleg 8.
Infesta alicui sua salus, Vide INFESTVS.
Afferre salutem. Cic 3. de Leg. Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit afferre.
Amittere salutem, Vide AMITTO.
Considere de, Vide CONFIDO.
Consistit salus, Vide CONSISTO.
Consulere saluti. Cic. ad Attic. lib. 1. 34, Saluti, si me amas, consule, Vide CONSVLO.
Consulere de salute alterius, Vide CONSVLO.
Continetur salus publica incolumitate illius. Vide CONTINEO.
Debere salutem suam alicui. Ouid 4. de Ponto, eleg 13.
Deserere salutem. Cic. Lentulo, lib 1. 7. Multum enim interest, vtrùm laus minuatur, an salus deseratur.
Desperare salutem. Ouid 3. de Ponto, eleg. 7.
Dare salutem. Cic. 1. de Orat. Dare salutem, liberate periculis.
Æterna salute donatus. Lucret. lib. 5.
Ferre opem & salutem indigentibus Cic 2. de Finibus, Et pro Archia, Huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus.
Fulcire salutem. Lucret lib 3.
Habere salutis rationem. Cic. Fam 1.
Salutem iacere in reliqua, Vide IACIO.
Impetrare precibus salutem, Vide IMPETRO.
Incumbere ad salutem Reipub. Vide INCVMBO.
Inuisa est mihi ipsa quoque salus Ouid. 4. de Ponto, eleg 14.
Iuncta salus nostra est. Ouidius epist. 19,
O locij, quà, prima inquit fortuna salutis
Monstrat iter. Virg. 2. Æneid.
Periclitanda salus, Vide PERICLITOR.
Petere salutem. Cic. Fam. 6.
Nostra salus posita est in te vno. Ouid 3. Metam.
Stabili salute potiri, Firma esse valetudine. Ouid. epist. 19.
Fuga salus quæsita. Ouid. 14. Metam.
Recuperare salutem, Cic. Fam. 14.
Reducere ad salutem. Cic. Post reditū ad Quirites, An ego quum mihi esset exploratissimum, &c. dubitarem quin is me confectum consularibus vulneribus, consulari medicina ad salutem reduceret.
Restituere salutem. Cic. pro Domo sua.
Retinere salutem. Cic. Fam. 5.
Saluti esse alicui. Cic. ad Attic. lib. 9. 183. Quum ei saluti qui mihi fuerit, fuissem tamen lectis eius literis, quas, &c.
Superest salus Quintil, lib 3 cap. 8.
Ad perniciem vocari, & Ad salutem, contraria. Cic. 2. de Orat. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.
Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtitur. Cicero de Aruſp. resp.
¶Salutem dicere alicui, Salutare, salutem precari Plaut. Capt. 7, Omnium primùm salutem dicito matri & patri. Cicero salutem dic t Appio Pulchro. Idem 5. Tusc. Anachar sis Hannoni salutem. Sub. dicit. Sic ad Atticum, lib 4 87, Dionysio plurimam salutem.
Accipere salutem, Vide ACCIPIO.
Adscribere salutem alicui. Cic. ad Atticum, lib. 6. 112, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit vt salutem mihi adscriberes, Vide ASCRIBO.
Salutem dicere foro & curiæ. Cic. ad Volumnium, lib. 7. 34, Quas si vt volumus exceperimus, ego verò multam salutem & foro dicam, & curiæ: viuámque tecum, & cum communibus nostris amatoribus. Hoc est iubebo valere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune.
Dicere multam salutem, Vide MVLTVS.
Dic à me illi salutem, Vide A vel AB.
Dare salutem alicui. Ouid. epist. 4.
Impertire salutem alicui, & Impertire aliquem salute, Vide IMPERTIO.
Mittere salutem alicui. Ouid. epist. 15.
Mittere salutem, & Referre salutem: pro Salutare, & Resalutare. Cic. ad Attic. lib. 16. 333, Atticam nostrā cupio suauiariisita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa: Referes igitur ei plurimam salutem.
Nuntiare salutem. Vide NVNTIO.
¶Salus, Remedium. Virg 2. Æneidos,
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
Suprema salus in aliquo Virg 12. Æneid.
¶Salus, Dea ab idololatris credita est. Terent. Adelph 47.
-ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam. Plin. lib. 35. cap. 4.
Alma Salus. Stat. 10. Thebaid.

Saluber, hæc salubris, & hoc salubre: vel, hic & hæc salubris, & hoc salubre, pen. prod. {ὑγιεινὸς, σωτηρώδης} Quod præbet sanitatem, vt ait Valla. Vnde aër, cibus, locus, salubres dicuntur. Colum. lib. 1. cap. 2, Salubri cælo.
Annus salubris, & Pestilens, contraria. Cic. 1. de Diuin.
Aquæ salubres Horat. in Carm. secul.
Aura salubris. Ouid. 3. de Arte.
Fluuius saluber. Virg. 1. Georg.
Herbis salubribus sanare curas. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Lympha salubris. Propert. lib. 3. eleg. 22.

Maluæ salub-es corpori Horat Epod. 2.
Huic rei salubris. Plin. libro 8. cap 27.
Adoptio salubris pupillo, id est vtilis. Vlpian. in l. Nec ei. §. Et primum. D. De adoptien.
Consilium salubre. Cic. ad Attic. lib. 8. 160, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, vt non solùm gloriosis consiliis vtamur, sed etiam paulò salubribus.
Factum salubre. Ouid. 1. de Remed. Amor.
Liber stu dis salubrior, quàm dulcior. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Dicere sententiam Reipub. salubertimam. Cic pro Domo sua.
Verba salubria. Ouid. 6. Fast.
Quidquid falsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. Cic. in Orat.
¶Salubris, pro Sano aliquando accipitur. Liu. 3. ab Vrbe, Grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere. Cic. ad Dolabellam, lib 9 12. Gratulor Baiis nostris, si quidem, vt scribis, salubres repentè factæ sunt.

Salubritas, pen. corr salubritatis {ὑγιεινότης, τὸ ὑγιὲς} Sanitas. Plin lib 37. cap. 13, Iam situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, &c. Cato cap 157. De brassica Pythagorea, quid in ea boni sit, salubritatisque. Cæsar 8. bel. Gal.
Vrbis vel alicuius loci salubritas. Cic. 2. de lege Agrar.
Afferre salubritatem, Vide AFFERO.
Dictionis salubritas, per transtationem. Cic. de Clar. Orat. Ita peregrinata tota Asia est, vt se externis obtineret moribus: omnémque illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem perderet, ac loqui penè dedisceret. Vide Sucess orationis, in SVCCVS.

Salubriter, penult. corr. Aduerbium {ὑγιεινῶς.} Liu 3 ab Vrbe, Et trahi bellum salubriter, & maturè perfici potest. Plin. lib. 27 cap. 3. Sed maiores, oculorum quoque medicamentis aconitum miscri salubertimè promulgauere.
Emere salubriter, Vide EMO.
Refrigerari salubrius. Cic. de Senect. Vbi enim potest illa ætas aut æquè calescere vel aprication e melius, vel igni, aut vicissim vmbris, aquisve refrigerari salubrius?

Salutaris, & hoc salutare, penul. prod {σωτήριος, σωτηριώδης} Idem quod Saluber, hoc est sanitatem præbens, vel ad sanitatē præbendam idoneum. Cic. ad Octauium, Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.
Cultura agrorum generi vniuerso saluturis. Cic. de Senect.
Salutaris ad ortus puerorum. Cic. 1. de Diuinat. Quid astrologus, cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit, Saturni Martisve contraria?
Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus, contraria. Cic. 2. de Natura deor.
Ciuis benefi cus & salutaris. Cic. pro Milone.
Salutares literæ, Quæ consolationem afferunt. Cic. ad Atticum, lib. 9. 175, Sic ergo habeto salutares te mihi literas mississe: neque solùm has longiores, qu bus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius, sed etiam illas breuiores, &c. Idem 2. de Nat. deor. Salutaris calor. Et 3. de Finib Salutaris Iupiter.
Salutaris litera dicitur A, Vide A præpositionem.
Salutaris digitus, Qui pollici est proximus, qui & index dicitur. Sueton. de August. Cæsare, cap. 80.
Salutaris seueritas vincit inanem speciem clemētiæ. Cic. Bruto. 3.
Salutaris porta appellata est ab æde Salutis, quæ ei proxima fuit. Paulus.
¶Salutare, Substantiuum. Plin. lib. 12. cap. 3. In præsentia externas prosequemur, à salutari maximè otiſi. Sed rectiùs adiectiuè exposuerim: à salutari, subaudi arbore. Subdit enim mentionem Assyriæ mali, quæ venenis medetur.

Salutarius, Comparatiuum. Cic. Famil. 1. epist 14, Nihil magnificentius, nihil præclarius actum vnquam, nihil Reipub salutarius.

Salutariter, pen. corr. Aduerbium {σωτηρίως.} Cic. de Claris Orat. Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui didicerant, eis vti gloriosè, quemadmodum salutariter vtcrentur, non reperiebant. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 24.

Saluto, salutas, pen. prod. {ἀσπάζομαι, προσαγορεύω, προσπτύσσω} salutare, Salutem dicere, visitare, colloqui, quod non accedentibus solùm, sed abeuntibus quoque attribuitur. Terent. Eunuch. 2. 2, Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Idem Adel 3. 3, Opperiar hominem hîc, vt salutem, & colloquar. Id est, visitem. Virgil. 3. Æneidos,
Italiam læto socij clamore salutant. Cic. ad Attic. Domus te tota nostra salutat. Idem de Vniuers. Venissétque eodem Mitylenis me salutandi & visendi causa.
Salutare benignè, comiter appellare vnumquéque. Cic. 13. Philip.
Agros salutare. Ouid 3. Metam. Idem 15. Metamorphoseos,
Assuetáque domos, habitatáque templa salutat.
Vade liber, verbísque meis loca grata saluta. Ouid 1. Trist. eleg. 1.
Salutare, Salutem precari. Plin lib. 28. cap. 2, Cur sternutamentis salutemur? Hoc est quum sternutamus.
Salutare: Seruare. Plin. lib. 17. cap. 22, Sequenti anno palmites salutentur pro viribus matris singuli aut gemini. Salutentur dixit, pro seruentur incolumes, nec resecentur.
¶Salutare, pro eo quod *Vale dicere* vulgò dicitur. Plaut. Milit. 20, Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo.
Conseruí, cōseruæq; omnes bene valete & viuite. Stat. lib. 4. Theb.
Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant.
¶Salutare deum. Venerari. Terent. Phorm. 2. 1. Cic. pro Sext. Roscio, Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur.
Salutare deum precibus. Martial. lib. 12.
Deum læto clamore salutare. Ouid. 15. Metam.
¶Salutari, passiuum. Cic. de Senect. Salutari, appeti, decedi, &c. Horat. de Arte,

Descriptas

Descriptas seruare vices, operúmque colores
Cur ego, si nequeo, ignoróque, poëta salutor?
Vsne salutari sicut Seianus: Iuuen. Saty. 10.
Esse salutatum te vult mea littera primū. Ouid 2. de Pont. eleg. 7.
Salutanti mutuam salutationem reddere. Senec. lib. 2. de Tranquillitate vitæ. cap. 13.

Salutatio, Verbale {ἀσπασμὸς, συναγωγή.} Cic. in Pisonem, Quis enim te aditu, quis vllo honore, quis denique communi salutatione dignum putet?
Dare se salutationi. Cic. Curioni, lib. 7. 29, Quum enim salutationi nos dedimus amicorum, &c.
Tempus consumere salutationibus, Vide CONSVMO.
Facere salutationem. Liu. 1. ab Vrbe.

Salutator, penult. prod. Verbale {συναγωγεύς.} Qui. Cic. de Petitione Consulatus. Ibidem, Deductorum officium, quod maius est quàm salutatorum.
Salutator mercenarius. Colum. in præfat. lib. 1, An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium, circumuolitantis limina potentiorum, &c. Eos notat, qui spurtularum spe singulis matutinis veniebant potentiores salutatum.

Salutatorius, Adiectiuum {συναγωγεύς.} Plin. lib. 15. cap. 11, Omnia iam & virorum salutatoris cubilibus inclusa.
Salutatorius cætus, qui & Vocatiuus dicitur: vt Salue Ænea. Priscianus lib. 5. cap. De casu.

Salutatorium, salutatorij. Senec. lib. 2. de Tranquil. vitæ, Itaque illi quoque quisquis erit, qui salutatorium publicum exerceat, donabit. Qui salutatorium publicum exercet, is est quem Seneca & ianitorem & ostiarium appellat.

Salutifer, pen. corr salutifera, salutiferum, pen. corr. {σωτήριος, σωτήριος} Ferens salutem. Martial. lib. 5.
Puer salutifer o. bi. Ouid. 2. Metam. De Æsculapio.
Venit vrbi salutifer. Ouid. 15. Metam.
Opem salutiferam dare. Ouid. epist. 20.
Sorte salutifera fucurrere rebus miseris. Ouid. 15. Metam.

Salutiger, pen. corr. salutigeri, masc. gen. siue Salutigerulus, penul. corr. {σωτήριον φέρων} Qui salutem nuntiat. Plaur. Aulul. 19,
-æquum est
Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehat. Pueros salutigerulos vocat, seruos qui iussu dominæ hunc illum salutant, fúnque nuntij & renuntij.

Salue {χαῖρε} Verbum defectiuum, sic coniugatur, Imperatiuo ad secundam personam salue. Pluraliter, saluete. Futuro, salueto. Pluraliter, saluetote. Infinitiuo, saluere. Terent. Phorm. 2. 1,
Here salue, saluum te aduenisse gaudeo.
D. Oh bone custos salue. Horat. lib. 1. epist. 10,
Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores.
Multum salue, Vide MVLTVS.
Salue cura deūm. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Salue festa dies. Ouid. 1. Trist.
Salue sancte parens. Virg. 5. Æneid.

Saluē, Aduerbium à Saluus, Vide Satin' saluē in SATIS.
¶Salue & Vale. Salue dicimus in salutatione matutina: vale, quum discedimus. Sueton. in Galba, Vt liberti seruíque bis die frequentes adessent: ac mane saluere, vespere valere sibi singuli dicerent. Vtrunque Virgilius posuit, quum scripsit,
-Salue æternum mihi maxime Palla,
Æternúmque vale. Turnebus.

Saluco, dixit Plaut. pro Saluus & sanus fum: in Truculento, 6,
Salue. s. satis est mihi tuæ salutis, nihil moror, non saluco.
Saluebis, in futuro, dixit Cic. ad Attic. lib. 6. 113, Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone. Id est, Cicero meus te salutat.
Iubeo saluere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84, Dionysium velim saluere iubeas.

Saluus, Adiectiuum {σῶος, πάσης, σῶς} Id est, sanus. Terent. Phorm. 2. 1,
Saluum te aduenisse gaudeo. Idem And. 4. 6,
O Mysis salue. M. saluus sis Crito. Vbi Donatus, Saluus sis, assueratio salutantis est, non quasi responsio.
Sum saluus, si hæc vera sunt: Hoc est tutus, sine periculo. Terent. Andr. 5. 6.
Saluus & incolumis. Cic. 2. de Inuent.
Te saluum venisse in Eporum vehementer gaudeo. Cic. ad Attic. libro 5 109.
Capite saluo. Cic. pro Cecinna, Cecinnæ placuit & amicis, quoad videretur saluo capite fieri posse, experiri.
Salua res est, quū saltat senex. ab Apollinaribus ludis tractus mos. Seruius, 3. & 8 Æneidos. Liu. lib. 25. Macrob. lib. 1. Saturnal. Festus ex Verrio: Salua res est, quum saltat senex, quare Parasiti Apollinis in scena dicti tent causam Verrius reddit: quod P. Sulpitio & Cn. Fulvio consulibus, M. Calpurnio Pisone Prætore vrbis faciente ludos, subitò ad arma exierint, nuntiato aduentu hostium, victoréſque in theatrum redierint, solicitī, ne intermissi religionem adferrent, instaurandíque essent, inuentum esse ibi C. Pompinium libertinum mimum, magno natu, qui ad tibicinem saltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis ediram vocem nunc quoque celebrari.
¶Saluus, ad inanimata transfertur. Plaut. Merc. 4,
Quid alia armamenta. a. saluа & sana sunt. Hoc est integra. Terent. Eunuch. 2. 2,
Quibus re salua & perdita profueram. Hoc est, dum diuites erant.
Proscriptionem illam saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Cic. de Prouinc. Conſ.
Clypeus saluus. Cic. 2. de Finib. Simulatque ipse graui vulnere exanimati videret se, vt primū dispexit, quęſiuit saluúsne esset clypeus. Quum esse stentes sui respondissent, &c.
Salua epistola. Cic. ad Gall. lib. 7. 26, Quod epistolam conscissam

doles, noli laborare: salua est domi.
Salua fide aliquid facere. Cic. 3. Offic. Itaque præclarum à maioribus morem accepimus rogandi iudicis, si eum tenerem us, quæ salua fide facere possit.
Salua gratia. Quintil. lib. 11. cap. 3, Quum aliquid detrahere salua gratia velis, concedas alia omnia.
Gratia quod vestro salua pudore queat. Ouid. 1. de Ponto, eleg 2.
Saluo iure amicitiæ. Cic. ad P. Sulpitiū, lib. 13. 78, Quum hīs temporibus nō sanè in senatum ventitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ amicitiæ veteris multorúmque inter nos officiorum facere posse, vt honori tuo deessem.
Salua lege. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 6, Et vt habere rationē possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias. Idem ad Lentulum, lib. 1. 2, Nequid agi cum populo aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit &c.
Salua magnitudine tua domine, defectas oportet ad meas curas, quum ius mihi dederis referendi ad te. Plin epist. 248.
Officio saluo aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer.
Corpora missa nec i salua pietate fatemur. Ouid. 15. Metam.
Sana ac salua Respublica. Cic. Cornificio, lib. 12. 23.
Reuerentia salua, &c. Martial. lib. 1.
Virginitas salua. Ouid. epist. 15.

Saluo, saluas {σῴζω} saluare, Saluum & incolumem reddere. Quintil. lib. 12. cap. 10, Quod si non euenirent, omnes partes essent, & idem omnes deceret. Ac loquuntur, & saluant pertinatum differimen, ita quo quisque plus efficit dicendo, hoc magis secundum naturæ eloquentiam dicit. In castigatis exemplaribus legitur seruant. Cic. 1. de Nat. deor. Itaq; maximæ Reipub partes in iis bellis quibus Reipub. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia saluantur. Hoc verbum apud veteres ductissimorum iudicio non inuenitur: idéque hi duo loci suspecti sunt, cùm & in meliore sensu legi possit, seruant & seruantur. Quintil. Dec. 15. Perdiderunt pulchritudinem sanctitatémque naturæ, qui putant illis parentibus intra fuecurrere, quibus apud libros saluandi est de mutua charitate reuerentia. Castigatiores codices habent salua est, &c.

Saluator, pen. prod. {σωτὴρ} Verbale: de quo nullum exemplum legi apud idoneos Latinæ linguæ authores. Seruator enim Latinè magis dicitur. Cic. 4. Verr. negat extare Latinum nomen quod respondeat Græco vocabulo σωτὴρ. Vide dictionem SOTER.

SALYES, Salyum {σάλυες} Straboni & Ptolemæo populi sunt Narbonen sis Galliæ Liguribus finitimi, Plinius tamē Salyos vocat Ligurię eos adscribens: Ligurum celeberrimi vltra Alpes Salyi.

SALYES sunt populi, qui Salonam atque vicinos agros inhabitant. Salona castellum est prouinciæ eius nostræ quæ Massiliam & Sextias Aquas principes ciuitates habet. Strabo lib. 4. A Massilia itaque initio capto, & ducto per medium agrum inter Alpes, & Rhodanum cursu vsque ad D. uentiam amnem, per stadi a quingenta Salyes incolunt.

Samacia {σαμάκια} Ornamenta quædam muliebria ex Pollice lib. 5 capite 16.

Samæna. Est nauigium dierotum, hoc est bireme, rotundum, concauum, ac in ventris similitudinem formatum, vt mare percurrere & celeriter reuerti possit. Alij Samænam numisma intelligunt. Cælius libro 7. cap. 31.

SAMANTI, sunt Gymnosophistæ apud Indos quos Porphyrio solis pomis, oryzis, aut farina viuere (adeò continentes sunt) asserit. Eos rex veneratur vt deos, quòd illorum precibus omnia à Deo impetrare se credat. Vitam hanc fastidiunt, itaque emori studēt beatos, tum demum se futuros opinati. Cælius Rhodig. lib. 13. cap. 25.

SAMARA, promontorium in Oceano otientali vbi deficit Caucasus. Est & Samara semen Vlmi. Vide SAMERA.

SAMARABRIAE gentes circa Indum authore Plin. lib. 6. cap. 20.

SAMARIA {σαμάρεια} Iudææ Palestinæ regio est, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 13. Est autē ciuitas regalis in Israël, à qua tota regio decem Tribuum est Samaria. Postea Sebaste dicta ab Augusti nomine. Dicitur quoque Sichar, & Sichem, & Sichima: ea est Palæstinæ inter Iudæam & Galilæam sita. Hinc Samaritani & Samaritæ, pen. prod. dicti sunt, qui Samariam habitant.

SAMAROBRINI, pen. prod. {σαμαροβρῖναι} Fuerunt populi in Gallia inter Belgas, vbi Cæsar Galborum concilium iuduxit. Hanc Camaracenses esse vrbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluuius interfluit. Consitārior tamen opinio vrbem esse putat Nouioduno vicinā, quam vulgò *Nouiodunum* dicunt: hanc enim præterfluit Samara fluuius. Horum ciuitas dicitur Samarobrina Cæsari & Ptolemæo lib 2. cap 9.

Samarum, ri, ro, & p'urali numero Samara, rorum: est Vlmi semen. Plin. lib. 16. cap. 17. Arimīnō feruat Samararita vocatur Vlmi semen.

SAMBICVS, sambici {σαμβικὸς} famosi sacrilegi nomen, qui cum Dianæ τῆς Ἐφεσίας, fanum aliquoties expilasset: tandem deprehensus annum perpetuum in quæstione tormētisque habitus, miserrimo mortis genere excarnificatus, sacrilegij pœnas fuit. Hinc factus est locus pronerbio, vt Sambico grauiora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciari. Vide Cælium lib. 18. capite 3.

SAMBRACATAE, Insulæ & oppidi nomen in Chaldæorum Arabia apud Plin commemoratur lib. 6. cap. 28.

SAMERYCENI, Populi sunt circa Indum teste Plin. lib. 6 cap 20.

Sambuca, sambucæ, pen. prod. {σαμβύκη} authore Festo, organi & instrumenti musici genus. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolemæi armonica, triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine sicut & crassitudine neruis efficitur.
Sambucam citius caloni aptauetis alto. Pers. Saty. 5.
Sambucam, eodem Festo authore, machina qua vrbs expugnatur, similiter vocatur, nam vt in organo chordæ, sic in machina intenduntur funes.

Sambucina, sambucinæ, pen. corr. {σαμβυκίστρια} Quæ sambuca canit. Plaut. Sticho, 6. -fidicinas, tibicinas,

Sambucinas adiuexit secum forma eximia. Quædam exemplaria sambucas legunt.

Sambucistria, sambucistriæ {σαμβυκίστρια} apud Festũ, Idem quod Sambucina Liuius 9. bel. Maced. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conmanalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambucus, sambuci, pen. prod. fœm. gen. {ἄκανθα} Arbor. Vide Plin. lib. 24. cap 8.

Sambuceus, Adiectiuum {ἄκανθα} Quod ex sambuco est. Plin. de Vitiis illust. Iuuenibus regus Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adfuit os, baculo sambuceo aucum infusum deo donum tulit.

Sambucea arbor. Plin. lib. 29. cap. 4.

SAMBVCVS, mons in Persida Herculi sacer. Alexander Alexandrinus lib. Genial. dierum 2. cap. 14.

Sanibyce, Est musicum instrumentum, quo primò vsam Sibyllam produnt aliqui à Sambyce quodam inuenta, vnde & nomen. Est verò organum id, oxyphthongon, quo tetrachordo Parthi sint vsi, ac Troglodytæ. Cælius lib 9. cap. 5.

SAME {σάμη} Insula ante sinum Ambracium, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur non procul ab Ithaca si Ouidio credimus. Item oppidũ eiusdem insulæ à Romanis diruta. Plin. lib. 4. cap. 12.

Samera, fameræ, pen. corr. {σάμη: σαμάρα.} Colum. lib. 5. cap. 6. Atineam vlmum Tremellius Scrofa non ferre fameram (quod est semen eius arboris) falsũ est opinatus. Plin. lib. 16. cap. 17. Atineæ, inquit, non ferunt samaram: ita vocatur vlmi semen: omnesque radicum plantis prouenium: reliquæ semine.

SAMICVM littus, vbi sacellum est Neptuni maxima veneratione cultũ, in Asia situm est. Strabo lib. 8.

SAMIO, SAMIVS, Vide SAMOS.

SAMMONIVM, Promontorium est in littore Peloponesiaco apud Plin. lib. 4. cap. 12.

SAMNITES, pen. prod. {σαυνῖται} Populi in Samnio, quod nunc Aprucium vocamus, regio Italiæ inter Picenum, Campaniam & Apuliam. Vrbes in ea sunt Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, Athina, Benenentum, Corfinium. Vel Samnites dicti sunt à Samnio colle, in quo è Sabinis venientes consederunt, & eiusdem nominis oppidum ædificarunt. Quidam etiam Samnites per duplex n scribunt. Hi quondam apud Caudinas furculas Romanum exercitum profligauerunt, quos postea L. Papyrius sub iugum misit. De Samnitibus multa Strabo lib. 5.

Samnites (inquit Festus) ab hastis appellati sunt, quas Græci σαύνια appellant: has enim ferre assueti erant: siue à colle Samnio, alias Samo, vbi ex Sabinis aduentantes consederant.

Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati sunt. Cic. de Senect.

Samnites, Gladiatorum genus quoddam fuit. Dictum autem est nomen à Samnitibus illis, qui diu ancipiti Marte cum Romanis bella gesserunt, vt testatur Liuius sub finem lib 9. Et Romani quidem ad honorem Deũm insignibus armis hostium vsi sunt: Campani ab superbia, & odio Samnitium, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarũr, Samnitiúmque nomine appellarunt.

SAMON, insula in Ionico apud Plin. lib. 5. cap. 31.

SAMONIVM, Cretæ insulæ promontorium Rhodo auersum, sicut contrario littore Cyrenas versus, κατὰ μέσαον prominet. Ponponius Mela, libro 2.

SAMORNION, vrbs Ephesо apud Plin. lib. 5. cap. 29.

SAMOS {σάμος} est nomen duarum insularum, quarum altera est in mari Icario, modica, & Iunoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Vnde Virg. 1 Æneidos,

Posthabita coluisse Samo. Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, vbi antiquissimum fuit templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. Aqua & Iuno Samia dicta est. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & vna ex Sybillis, quæ exinde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex creta fabricata, quæ Samia vocabantur. Ferunt hanc insulam Thraciæ adiacere, quæ postea ex commistis Thraciæ populis Samothracia appellabatur. Virg. 7. Æneidos, Threiciámque Samum quæ nunc Samothracia fertur. Nunc vulgò vocatur *Samo*. Altera verò est Samos insula, à Plinio collocata prope Ithacam apud Dulichium: de qua videtur Suetonius intelligere, quum non multùm distet ab Epiro, vbi de Augusto ait cap. 17, Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Same verò (vtait Seruius) ciuitas Thraciæ est in Cephalea. Apud Strabonem tamen legimus Samum & Samen, Samum vrbem esse, Samen verò insulam. Sunt qui scribant Samothraciã insulam esse, quæ prius Dardania vocabatur à Dardano, qui Palladium Mineruæ secum ferens, eò confugisse traditur. Pòst Samiis insula bello eiectis, quum eò se in Thraciam ex Asia recipierent, inditum nomen, vt pro Dardania, Samothracia vocarerur.

Iuno Sami colebatur. Cic. 6. Verr.

Concinna Samos. Horat. 1. epist. 11.

Samius, Adiectiuum {σάμιος} Quod è Samo insula est, vt

Testæ Samiæ. Tibull lib. 2. eleg. 3.

Vasa Samia. Plaut. Capt. 6. Cic. pro Muræna.

Samium est testeum. Lucil. Satyr. lib. 14,

Et non pauper vti samio, cutróque catino. Cic. 6. de Republ. Extat oratio Lælij, quam omnes habemus in manibus, quàm sympina pontificum diis immortalibus grata sint, Samiæque (vt is scribit) capedines.

Samium, Acutum, teste Nonio. vnde & Samiare dicimus acuere, quòd in Samo hoc genus artis polleat. Lucil. Satyr. lib. 8,

Hanc vbi vult malè habere, vleiſci pro scelere eius

Testam sumit homo Samiam, sibíque illico telo

Præcidit caulem, testéque vnà amputat ambo.

Samiolus, pen. corr. Adiect. diminutiuum {σαμίδιον.} Plaut. Sticho, 14,

-batiocis

Bibunt: nos nostro famiolo poterio, tamen viuimus.

Samio, samias, samiare, Veteres pro Acuere ponebant, & quasi samiæ testæ acumen inducere, authore Nonio. Vide paulò antè SAMIVM, Acutum, &c.

Samiatus, samiata, samiatum, Vopiscus Ferramenta samiata. Nonius acuta & mucronata explicat & rectè, quod ex eo credo, quia samia creta polita & nitida acuerentur. Vim enim in ea detergendi esse noue: unt omnes: gitur & detergendo ferramenta acuit, vnde ducta Nonij interpretatio, quæ mihi valdè probatur. Nam & samiator in vetere lexico ἀκονωτὴς expouitur, & in antiqua inscriptione, Samiatius dory; horion legitur. Ex Turnebo.

SAMOSATA {σαμόσατα} vrbs Asiæ ad Euphratem, authore Strabone, lib. 14. Samosata Luciano alumno nobilis.

Samothracia, gemma nigri coloris ab insula Samothracia nomen sortita, quia in illa inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Samothracia insula, eiusdem nominis gemmam dat nigram ac fine pondere similem ligno.

Samothracia. siue Samothracæ {σαμοθρᾴκη} Stephano σαμοθράκη insula est matris Ægei Thraciæ adiacens ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta à Dardano quodam Troiano qui Palladium secum ferens eò traditur confugisse. Gentilia sunt Samothrax & Samothracius. Virgil 3. Æneidos,

Threiciámque Samum, quæ nunc Samothracia

Fertur, &c.

SAMPSICERAMVS, Bassi Cæcilij filius fuit, qui iuxta Apamiam & Arethusam regnauit: Phylarchæ quoque genti Emesinæ præfuit. Strabo libro 16.

Sampsiceramus, id est, Pompeius à regulo quodam in Sytia Sampsiceramo deuicto, vt est apud Strabonem.

Sampsuchum, sampsuchi, penult. prod. siue sampsychus {σάμψυχος} Herba quæ & amaracus dicitur. Plin. lib 21. cap 22. Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimum. Scribitur & Sansucus. Vide AMARACVS. Colum lib. 10,

Natáque iam veniant hilari sampsucha Canopo.

Sampsuchinus, pen. corr. Adiectiuum {σαμψυχικὸς.} vt Sampsuchinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22.

Samsa, samsæ, siue sampsa, siue sansa, dicitur oliuæ officulum. Colum. lib. 12. cap. 49, Et quum est in samsam redacta, tunc sal coctus, tritúsque manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Idem lib. 12. cap. 50, Et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis sampsæ exprimi.

SAMVIA, Ob diuturnam vitam (vixit enim centum decem annis) ab Asconio Pediano primùm, deinde à Plinio lib. 7. cap. 48. nobilitata mulier.

Sanabilis, Sanatio, Vide SANO.

SANATES, pen. prod. dicti sunt qui supra, infráque Romam habitauerunt: quod nomen iis fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui pòst redierunt in antichiam, quasi sanata mente. Itaque in XII. cautum est, vt idem iuris esset Sanatibus quod fortibus, id est, bonis, & qui nunquam defecerant à Populo Romano. Festus.

SANAVS, Phrygiæ oppidum, Apoloniæ metropolis teste Strabone libro 12. Ptolemæus *Vanida* appellat.

SANAZARIVS libertus Accij Synceri apud Alexandrum Alexandrinum lib. Genialium dierum, 2. cap. 1.

SANCHVNIATHON Berytius, vir inter antiquissimos numeratus, quẽ vel ante tempora Troiana floruisse, prodiderunt Porphyrius Tyrius philosophus in quarto eorum quos aduersus Christianos libros euomuit. & Eusebius Pamphil. lib. 1 præpar. Euang. Eam theologiam Philon Byblius, non ille Hebræus, in Græcam linguam transtulit. Latius Syntag. 1. Hist. deor. um.

Sancio, sancis, sanciui, sancitum, pen prod. vel sanxi, sanctum {κυρόω, κυρόω, βεβαιόω} sancire. Cic. de Amicitia, Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Virgil. 12. Æneidos,

-qui fœdera fulmine sancit. Vbi Seruius, Sancit, confirmat, sancta esse facit: quia quum fiunt fœdera, si coniucatio fuerit, confirmantur. Vel certè quia apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem diuinum precibus eliciebant. Sancire autem propriè est sanctum aliquid, id est, consecratum facere, fuso sanguine hostiæ & dictum sanctum, quasi sanguine consecratum. Hactenus Seruius. Cic. 1 de Leg. Populariter interdum, loqui necesse erit, & eam legem, quæ scripto sciat quod vult aut iubẽdo, aut vetãdo, vt vulgus appellare.

Cauere & sancire. Cic. 2. de Iinib. Quum reliqui nihil sit omninò quod pertineat ad nos, tam accuratè, támque diligenter caueat & sanciat. Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. Id est, Vetuerunt & interdixerunt.

Sancire ne. Cic. 6. Verr.

Sancire de Cic. 4. Ver. In quibus multa sanxit de ætate hominum.

Sancire aliquem Augurem. Cic. 13. Philip.

Cæremonias sancire. Cic. 1. Tuscul. Quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent. De cæremoniis.

Cæsar digna scelere hominum perditorum sancit. Cic. 4. in Catil.

Carmina sancire alicui, Dicare, Consecrare. Stat. 3. Sylu. ad finem.

Dictis connubia sancire. Claud. in Epithal.

Dolore suo sancire militaris imperij disciplinam. Cic. 1. de Fin.

Sancire dubia. Cic 3. de lege Agra. Quæ dubia fuat, per vos sancire vult. Id est, possessiones dubij iuris confirmare legis authoritate.

Edicto sancire ne. Cic. pro Flac. Prætor sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret de frumento.

Execrationibus publicis sancire. Cic. 3. Offic. Quod Athenis execrationibus publicis sanctum est. Id est, De quo lege cautum est quid admitteretur huiusmodi, &c. Budæus.

Exilium sancire. Tacit lib. 1.

Fidem sancire. Stat 5. Thebaid.

Fidem dextra sancire. Liu. 8. bel. Pun.

Fide sancire. Liu. 5. bell. Punici, Congressi cum Annibale, rursus fide sanxerunt, liberos Tarentinos, leges, suáque omnia habituros.

Fœdera sancire fulmine. de Ioue. Virg. 12. Æneid.

Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

Fœdus capite vel sanguine alterius cum aliquo sancire. Liu. 5 bel. Punici, Nisi imperatoris, & eiusdem hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset.

Leges sancire. Cic. 2. Tusc. 39, Cretum quidem leges, quas tum Iupiter, siue Minos sanxit de Ioue quidem sententia, vt poëtæ ferunt.

Leges de ambitu sancire. Cic. pro Plancio.

Legem sancire in aliquem. Horat 1 Serm. saty 3. -cheu

Quàm temere in nosmet legem sancimus iniquam.

De Iouis sententia sanctæ leges. Cic. 1. Tuscul.

Orbem purgarum sanxerat Hercules. Propert. lib. 4 eleg. 10.

Pacem victoria sancit mundo, Claud. de bel Getico, 115.

capite Pœnas sancire malorum. Stat. 3. Thebaid.

Pœna sancire aliquid. Cic. pro Plancio, Et ad Attic. lib. 10. 192. Ego verò Solonis populatis tui, vt puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit. Id est multauit, vindicauit, puniuit.

Præcepta sancire. Quintilian. lib. 2. cap. 13, Neque enim rogationibus, plebíssre scitis sancta sunt ista præcepta.

Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit. Tacitus lib. 2.

Societatem sancire. Seu. de Bene. lib. 1. cap. 4, Quibus tam conuenit hæc adhortatio, quàm vobis, societatem humani generis sancientibus.

Sancitum est lege. Cicero 2. de Leg. Id quoque ne fieret, lege sancitum est.

Erranti viam noa monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum est. Cic. 3. Offic.

Communi iure Gentium sancitum. Cicero de Arusp. resp. Hoc si minus iure Ciuili perscriptum est, lege tamen naturæ communi iure Gentium sancitum est.

Sanctus {σεμνὸς} Particip. vsurpat Liuius lib. 10. ab Vrbe, De prouocatione legem diligentius sanctam.

Sanctus, {ἄσυλος} Adiect. Decretũ, & inuiolabile significat. Martian. in 1 Sãctum ff. De diuisione rerũ, ait sanctum propriè dici, quod ab iniuria hominũ defensum atque munitum est. Tractũ à sagminibus herbis, quas legati Populi Romani ferre solebant, nequis eos violaret. Iuuen. Satira 14.

-& sanctam filius omni

Aspiciat sine labe domum, vitióque carentem. Vlpian. ff. de diuisione rerum. l. Sacra loca, feribit sanctum esse quod nec sacrum, nec profanum est, sed sanctione aliqua firmatum: vt sanctæ leges. hoc est sanctione quadam subnixæ. Alij dicunt sanctum esse religiosum, sacrum, & incorruptum. Virg. 12. Æneidos,

Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ Descendam. Id est incorrupta. Idem lib 11. 32,

-túque ô sanctissima coniunx

Fœlix morte tua. Id est castissima. Vnde sanctus vir, dicitur integer moribus. Donatus, Sanctum dicitur, quod omni obseruatione inuiolatum est. Cic. 2. Phil. 72, Tanta enim est charitas patriæ, vt vestris etiam legionibus sanctus essem, quòd eam à me seruatam esse meminissent.

Sanctus atque integer. Cic. pro Rosc. Amer.

Sanctus & innocens. Liu. 2. bel. Maced.

Nihil iam sanctum atque syncerum in ciuitate.

Ætate grandis natu, natura sanctus & religiosus homo. Cic. pro Roscio Comœdo, 26.

Sanctum, augustum, & religiosum. Cic. de Arusp. resp.

Ærarium sanctius, Vide AES, æris. Cicero 6. Verr. Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore cõditas habebant, proferũt.

Amicitiæ sanctum nomen & venerabile. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

Amor sanctus. Cic. 3. de Finibus, Ne amores quidem sanctos à sapiente aliennos esse arbitrantur.

Animal sanctius. Ouid. 1. Metam. 16.

Aula sanctior. Martial. lib 5.

Admittas tumidam, breuémque cartam

Intra lumina sanctioris aulæ, Vide AVLA.

Consilium sanctissimum grauissimúmque. Cic. in Catil. Hic, hîc sunt in nostro numero. P. C. in hoc orbis terræ sanctissimo grauissimóque consilio.

Concilium sanctum patrum. Horat. 4. Carm. ode 5.

Di sancti. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Fides inducias sancta. Liu. 8. ab Vrbe.

Fidem sanctam violare. Catul. de Lesbia, 71.

Flumen sanctum. Virg. 8. Æneid.

Fons sanctus. Cic. 5. Tusc. l. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, angustóque fonte nostra omnis manabit oratio.

Ius sanctum atque integrum. Cic. pro Rosc. Amerino.

Leges sanctæ. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Memoria sancta. Tacit. lib. 10.

Nomina sancta Palladis. Virg. 3. Æneid.

Officium sactum & solenne. Cic. pro Quintio.

Ornatus sanctus. Quint. li. 8. ca. 3. Hic ornatus virilis, fortis & sanctus sit, nec effœminatam leuitatẽ, nec fuco eminẽtem colorẽ amet.

Præmia virtutis sancta & casta esse oportet. Cic. 2. de Leg.

Pietas sancta. Sene. Octauia. 4.

Sententia sancta. Lucret. lib. 3.

Firmissima & sanctissima testimonia. Cic. pro Rosc. Comœdo. firmissimis enim & sanctissimis testimoniis vitorum optimorum causa Roscij communita est.

Vates sanctissima. Virg. 6. Æneid.

Vir sanctissimus. Plancus ad Cic. lib. 10. 21. At Laterẽsis vir sanctissimus suo chirographo mittit mihi literas, meíque. Plin. epist. 9. lib. 2 Nam pater eius Erucius clarus vir, sanctus, antiquus, disertus. Ad

maiores perfectissimos, vitæque integritatem refertur: hîc Sanctus.

Sanctum, Id est, silendum. Liu. lib 3. bell. Pun Et si quid vniquam arcani sanctíve in curia fuerit.

Sanctè, Aduerb. {ἁγίως} Augustè. Cic. pro Fonteio, Cum his vos testibus vestram religionem coniungetis? ab his quicquam sanctè aut moderatè dictum putabitis?

Piè sanctéque Deum colere. Cic. 1. de Nat. deor.

Augustè sanctéque consecrare aliquem. Cic. 2. de Nat. deor.

Sanctè, Firmiter. Terent. Heeyra, 2. 2.

-Sanctè adiurat.

Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Cicc. ad Licinium, lib. 5. 8 Méque ea quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimèque esse factũrum. Idem ad Sulpitium, lib. 13. 20, Quam ego necessitudinem sanctè colendam puto.

Id mihi est sanctius & antiquius. Cic. Attico, lib. 12. 24.

Sanctor, Verbale {ὑποτυπόω} Qui aliquid sancit. Tacit. lib 3. Sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit.

Sanctio, sanctionis {νόμος} Lex cum terrore pœnæ. Cic. pro Cornelio Balbo, Primùm enim sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plebíve sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis aut pœnæ, quũ caput eius qui contrà facit, consecratur. Idem 6. Verr. Nisi vehementius homini minatus essem, nisi legum sanctionem, pœnámque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset.

Fœderis sanctio. Cic. pro Corn. Balbo.

Sanctitas, penul. corr. sanctitatis {ἁγιότης, ὁσιότης} Est (vt ait Cicc. 1. de Nat. deor.) scientia colendorum deorum. Idem Post reditum in Senatu, Meum libertas, meum etiam frugum hubertas, meum deorum & hominum sanctitates omnes & religiones adfuerũt. Sic pro Cælio, Si matrem familias, secus quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Item 3. Phili. Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis?

Constituere sanctitatem in aliquo, Vide CONSTITVO.

Sanctimonia, sanctimoniæ {ἁγνεία.} Idẽ Cic. pro Rabirio perduel. reo, Quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse. Idem pro Quintio, Quid mihi inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia.

Habere domum elausam pudori & sanctimonię. Cic. pro Quintio.

Nuptiarum sanctimonia. Author ad Heren. lib. 4.

Sanctimoniales appellãt Imperatores virgines Deo deuotas, dicatas & consecratas. Rubr. de Rapt. Virg. & l. vnic. ad finem. lib. 9. C. tit. 13. Vt hæc tantúmodò lex (inquit Princeps) in hoc capite pro omnibus sit ficiat, quam de sanctimonialibus & virginibus & viduis locum habere sancimus.

Sanctitudo. pen. prod. {ἁγιότης} Idem. sed antiquius. Accius Tereo, Alia hîc sanctitudo est, aliud & nomen, & numen Iouis. Idem Phœnissis, Delubra cæli tu matis sanctitudines. Cicc. lib. 4. de Rep. Eosdem terminos hominum curæ, atque vitæ, sic pontificio iure sanctitudo sepulturæ. Nonius.

Sanctuarium, sanctuarij {ἱερατεῖον} Sacer locus, templum, sacrarium.

Sanctuarium, siue sanctuaria Mithridatis appellauit Plinius quæ alio loco arcana, libro 23. cap. 8. In sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti.

Sanctuarium non solùm locum sacrum, aut sacrosanctum significat: sed etiam tabulas aut librum in quo sancta referuntur, reseribuntur, subnotantur. Hinc Sanctuarium principis dixit Siculus Flaccus, pro libris atque commentariis, in quos agrorum formæ referebantur, aut quod magis est, locum ipsum & tabularium in quo huiusmodi libri reposíti adseruabantur significare notauimus. Sic. Flac. in libro de Conditionibus agror. Quod si quis contradicat, Sanctuarium Cæsaris respici solet, Omnium enim agrorum & diuisorum & adsignatorum formas, sed & diuisionem commentarius & principatus in sanctuario habet. Qualescunque enim formæ fuerint, si ambigatur de earum fide, ad Sanctuarium principis reuertendum erit.

SANCVS, vnus ex iis diis, quos in 16. cælorum ordinibus Martianus his verbis enumerat. Ex duodecima (inquit) Sancus tantummodò aduocatur. Refert Syntagmate. 1. lib. Histor. deor. Lilius Geraldus.

Sandalides. pen. cor. {σανδαλὶς} Palmæ genus, à similitudine sandalij dictum. Plin. lib. 13. cap. 4. de palmit. Quarta, inquit, authoritas, sandalidum à similitudine appellatarum.

SANDALION, Insula in mari Ionico authore Plinio lib. 5. cap 31.

SANDALIOTIS {σανδαλιῶτις} Sardinia insula denominata est ab effigie sandalij, hoc est soleæ, quam nonnulli Ichnusam vocant, à similitudine vestigij quod Græcè ἴχνος dicitur.

Sandalium, sandalij {σανδάλιον, βλαυτία} Calceamenti genus, Græci *σανδάλια*, calceum vocant. Terent. Eunuch. 5. 8,

Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.

Sandalium, Farris Gallici genus. Plin. lib. 18. cap. 7, Galliæ quoque suum genus farris dedere, quod illi brance vocant: apud nos sandalium nitidissimi grani.

Sandaligerulus, pe. cor. Adiect. {σανδαλιοφόρος} Qui sandalio vtitur. Plautus Trinum 5.

SANDALIARIVS, a, um. Sandaliarius vicus ab Apolline Sandaliario, cuius effigiem ornatam sandalio, quod est calceamenti genus in quarta vrbis regione authores ponunt. Alexandrinus Alexander lib. 2. Genial. dier. cap. 18.

SANDANIS, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Crœso suadere conatus est, ne bellum Persis inferret. Herodotus lib. 1, & 2. Sardanis à quibusdam appellatur.

Sandapila. sandapilæ, pe. cor. {σορεῖον σκῆνος} Genus feretri. Martial. lib. 2. Idem lib. 8,

Permutatur onus, stipatáque tollitur altè

Grandis in angusta sarcina sandapila,

Fabri sandapilarum. Iuuen. Saty. 8. 18.

¶Sandapila antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id est, Loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorũ atque damnatorum cadavera portabantur, sicut Sesimbrotus Thasius de morte Polyeratis Samiorum regis scripsit, dicens, posteaquã de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est. Ex Fulgentio.

Sandapilarij erant vespiliones aut ex eorum grege, quos vulturios seu cadonophoros, id est tintinabula gestantes, siue anteambulones, feralespræcones, appellarunt. Budæus in notis ad Pand.

Sandaracha, Hebræ nomen apibus gratissima, quam alio nomine Cinithum appellant. Plin. lib. 11. cap. 7.

Sandaracha, sandaracæ {σανδαράκη} Festus, Sandaraca scribit & sandaracinus. Plin. lib 34. cap. 18. Sandaracæ quoque propemodum dicta natura est. Inuenitur autem & in auratiis, & in argentariis metallis, melior quo magis rufa, quoque magis vitus redolens, ac pura friabilisque. Valet purgare, sistere, excalefacere, perfodere. Idem lib. 35. cap. 6. Colos esse debet flammeus. Vitruuius architectura lib. 7. Cerussa verò quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendij sandaracha fit. Id autem incendio facto ex casu didicerunt homines: & ea meliorem vsum præstat, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Hinc comicire licet duplicem esse sandaracham, metallicam, factitiam. Fossitia est colore cinnabaris. Vulgò *Arsenicum rubrum* vocatur. Factitia fit, cerussa in fornace cremata. Errant Arabes medici, qui putant sandaracham esse nostrum vernicem: quum hic sit Iuniperi gummi. Philander in Vitruuium, & Ruellius lib. 1. cap. 90.

Sandaraca, genus coloris. Festus.

Sandaracinus. Adiect. {σανδαρακινός} Color sandaracinus. Nœuius, Merula sandaracino ore. Festus.

Sandaracatus, penult. prod. Aliud adiectiuum {σανδαρακωτός} Cui sandaraca admista est. Plin lib 35 ca. 15. Item lendes tollit in palpebris æris, aceto sandaracato admisto.

SANDARACVRGIVM, mons est concauus in Ponto de quo sic scribit Strab. lib. 12. Sandaracurgij mons est cõcauus, propter metallorũ effossionem: huius operatores maximis cuniculis subeunt. Solebant olim publicè operari & fossoribus vtebantur seruis, ex aliquo maleficio tedemptis: Nam præter operandi laborem, qui maximus est, dicunt aërem ex metallis lethiferum esse atque intolerabilem, propter odoris grauitatem è glebis prodeuntem. Vnde corpora citò ibi mori, sæpe metallorum effossionem deficere, propter operariorum incommoditatem, qui cùm plures sint quam ducenti, continuè & morbis, & labe absumuntur. Hæc ille.

Sandaser, seu Sandazerion gemma, quæ expolita ad Sandastri splendorem, quamproximè accedit. Plinius lib. 37 cap. 7.

Sandastros, gemma, à Sandastro Indiæ loco sic dicta. Plinius de Carbunculis, libr. 37. cap. 7, Cognata est huic Sandastros, quam aliqui Haramantitim vocant: nascitur in India, loco eiusdem nominis.

Sandix, Herba. Virg. 4. ecloga,

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. Plinius de sandice herba intelligit, & vt verum fateamur, est conciniior sententia agnos inter pascendum eius herbæ, quam comedant, fuco colorari. Cont. à tendunt grammatici recentiores: censent enim sandicem colorem esse è sandaracha & rubrica temperatum, quod & Plinius retulit. Videtur & de herba loquutus potius quam de pigmento Cratius cùm scripsit,

Interdum Libyco fucantur sandicæ pinnæ. Quasi ea stirps in Lybia proueniat: nisi si quis censeat metallum illius pigmenti illic fuisse, aut officinam, qua ido in factitiis pigmentis erat: sed illud alterum de planta verius crediderim in Gratio, vt & in Vopisco, cuius hæc verba sunt, Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur. Hæc ex Turnebo.

Sandix, Genus coloris, authore Plinio libro trigesimoquinto capite sexto, Sandaracha (inquit) si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandicem facit.

Amictus sandicis, id est, sandicini coloris. Propertius libro 2. eleg. 26.

SANDOBANES, fluuius est Albaniæ, qui in Caspium mare erumpit: Strabo lib. 11.

SANDRACORA, locus Cappadociæ. Strabo lib. 14.

Sane, {τοῦ ὄντος} Aduerbium, quandoque (inquit Valla) affirmatiuè ponitur pro Certè: vt Ita sanè. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 9. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat.

Sanè, pro Quidem. Cic. in Verrem, Sanè homini præter opinionem improuiso incidi.

Herennius tribulis tuus sanè homo nequam. Cic. ad Atticum, libro 1. 14.

Sanè, Permissiua particula quando aliquid aduersario tribuimus: vt Sit, sanè, vt vis. Cic. Quid enim habet commodi, quid non potius laboris? sed habeat sanè. Quintilianus, in Corpore proiecto, Tulerit sanè filius noster meritò pœnas, dederit spiritum supplicio. Hoc est, Esto tulerit, fac tulerit.

Sanè, pro Valde aliquando ponitur: quando qui sani sunt, iidem & validi, vt ait Donatus. Cic. de Senect. Rem haud sanè Scipio & Læli, difficilem.

Non sanè, pro Non admodum. Cic. 3. Tusc. Mediocritatem vel perturbationum vel morborum mihi non sanè probant. Id est non valde eos probo. Idem 2. de Finibus, Post enim Crysippum non sanè est disputatum. Budæus.

Sanè bene, pro bene quidem. Cic. pro Quintio, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta & fructuosa.

Sanè autem vellem obsequi voluntati tuæ. Cic. Appio, lib. 3. 5.

Et sanè, Affirmatiuum est. Quintil. lib. 1. cap. 2, Et sanè concipiat quis vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum, nónne, &c.

Sanè quàm. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 13, Sanè quàm sum gauisus.

Nam quod de Pomponio Caninius, sanè quàm reflexit. Cic. Qu. fratri, lib 2. 10.

Sanè quidem, Permittentis. Terent. And. 1 2,

Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui? D. sanè quidem. Cic. 2. de Legibus, Sanè quidem hercle, & est itta rectè dicendi via.

Sanè quòd tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est, Ne metuas, Terent. Eunuch. 4 7.

Ne sit sanè. Cic. 4. Academ. Negas tantam similitudinem in rerum natura esse, pugnas omnino cum aduersario facili: ne sit sanè videri rectè potest.

Non sanè. Cic. in Partit. Sempérne igitur ordinè collocandi, quem volumus, tenere possumus? C. P. Non sanè.

Sanè si placet. Cic. in Partit. Si ego te vicissim eisdem de rebus Latinè interrogem? C. P. Sanè si placet.

Sanè tamen, In principio sententiæ. Quintil. in Mathematico, Sanè tamen claritas patriæ priuatos vicerit metus.

Sanè quia verò. Terent. Eunuch. 1. 2,

-Quid races?

PH. Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores. Ironicon est.

Sanè, in principio sententiæ. Cicero 2. de Natu. deor. Sanè restat, vt qualis eorum natura sit, consyderemus. Budæus. Vetus exemplar non habet sanè.

Sanè, pro Satis. Cic. Sopater, cum hoc belli, improuisum accidisset, commotus est sanè. Sic apud eundem sæpe. Budæus.

Sanè, Multum. Terent. Andr. 1. 4,

Sanè-pol illa temulenta est mulier & temeraria. Donatus.

Non ita sanè vetus. Cic. de Clar. Orat.

Rectè sanè. Terent. Adelph 4. 2,

Vbi potetis vos. D. rectè sanè. Vbi Donatus, Rectè sanè, hîc ironia est, non approbatio.

Senesco, Vide SANVS.

SANGA {σάγγα} Plinio. lib 4. cap. 20. fluuius Cantabrorum in Hispania citerior. Est etiam serui nomen. Terent. in Eunucho.

SANGARIVM, fluuius est Lycaoniæ apud Plinium libro 5. cap. vltimo. Oritur in Phrygia, Idem author lib. 6. cap. 1.

SANGARIVS, amnis Phrygij, secus quem erant antiqua Phrygum domicilia, vt Midæ, & prius Gordij Strabo lib. 12.

SANGARIS, pen. corr. {σαγγάρις} fluuius Galogræciæ, qui per Phrygiam defluens, tandem in Propontidẽ influit, vt scribit Seruius. Alio nomine dicitur Coralius, vt testatur Plin. lib. 6. cap. 1. sub finem. Vulgò *Zagari*.

Sangarius puer, Ganymedes. Stat. 3. Sylu. 4. 9.

Sangenon, gemma ex Opalorum genere. Plinius lib 37. cap. 6. Sunt & qui priuatum genus eius faciunt, Sangenónque ab Indis vocari dicunt. Traduntur verò nasci & in Ægypto & in Arabia, & vilissimi in Ponto. Item in Galatia ac Tharso & Cypro.

Sanguis, masculin. gener. {αἷμα} quod & sanguen. neut. gen. dixerunt veteres, vnde sanguinis facit in genitiuo, pen. corr. Humor est in venis contentus.

Celsus libro 5 cap. 26. De sanguine & sanie, &c. Malus est sanguis nimium aut tenuis, aut crassus colore vel liuidus, vel niger: aut pituita mistus & varius. Optimus, calidus, rubeus, modicè crassus, non glutinosus. Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit.

Sanguen, Charisius lib 1, Sanguis masculino genere dicitur, & facit hunc sanguinem. Sed Cato de habitu ait, sanguen demittatur. & Lucret. lib 1,

Visceribus viscus gigni, sanguénque creari.

Amor sanguinis asper. Silius lib. 1.

Dulcedine sanguinis asper lupus. Ouid. 11. Metam.

Detractio sanguinis, & Sanguinis missio Celso lib. 2. cap. 8. Quintil. lib. 2 cap. 10.

Fluxio sanguinis. Plin. lib. 23. cap. 1 & lib. 20. cap. 17.

Habitus sanguinis. Celsus lib. 2. cap. 10. Incidenda ad medium vena est: ex qua cùm sanguis erumpit, colorem eius habitúmque oportet attendere.

Profluuium sanguinis, Vide PROFLVO.

Tenuitas sanguinis. Plin. lib. 11. cap 39.

¶Sanguis ærarij, per translationem, pro Substantia quæ in ærario continetur. Cicero 5. in Verr. Quæ quum de Populo Romano victu, de vectigalium nerui, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ mimæ condonauit.

Plenus sanguinis homo, Sanguinis effusionem appetens, sanguine coinquinatus. Plaut. Bacchid. 2.

Altilis sanguis, Vide ALO.

¶Ater sanguis, Vide ATER adiectiuum.

Captiuus sanguis, Vide Captiuus in CAPIO.

Conglobatus sanguis, Vide CONGLOBO.

Corruptus sanguis. Claud. 2. in Eutropium.

Crassus sanguis, Vide CRASSVS.

Fluens sanguis per nares. Plin. lib 26. cap. 13.

Generosus sanguis. Ouid. 13. Metam.

Integer sanguis, Vide INTEGER.

Iuuenilis sanguis. Ouid. 7. Metam.

Largus sanguis. Claudian. 8. Paneg.

Niger sanguis Ouid. 12. Metam.

Pinguis, pinguior, pinguissimus sanguis. Plinius libro vndecimo capite trigesimooctauo.

Rapidus sanguis. Claud. 6. Paneg.

Rutilus sanguis. Lucan. lib. 1.

Salsus sanguis. Ennius in Ctesiponte, apud Macrobium libro 6. Saturn. cap 2,

Neque miseræ lauêre lachymæ salsum sanguinem.

Tenuis sanguis. Plin. lib. 11. cap. 38.

Tetri sanguinis profluuium. Lucret. lib. 6.

Vænalis sanguis. Valer. 6. Argon.

Vitiosus

Vitiosus sanguis, & verus, opponuntur. Cicero de Clar. Orato. Meruéasque ne vitiosum colligerer, verum sanguinem dependebat.

Vitiosus sanguis. Celsus lib. 2. cap. 10. Nam si is crassus & niger est, vitiosus est (sub. sanguis) ideóque vtiliter effunditur.

¶Rigens sanguis attringit ficca vulnera. Lucan. lib 4.

Profusionem sanguinis auertere aliquò. Celsus lib. 2. cap. 11.

Auertitur interdum sanguis, vbi alia parte prorumpens, alia amittitur. Celsus lib. 2. cap. 12.

Augere sanguinem Plin. lib. 20. cap. 7.

Sanguinem coagulant, & ideo reiicientibus sanguinem prosunt. Plin. lib. 24. cap. 11. De gummium generibus.

Taurorum sanguis celerrimè coit, atque durescit, ideò pestifer potu maximè. Aprorum & ceruorum, capratúmque & bubulorum omnium non spissatur. Plin. lib. 11. cap. 38.

Cohibere sanguinem vulnerum. Plin. lib. 22. cap. vltimo.

Cõcrescere sanguinẽ non patitur thymum è melle. Plin. li. 21. c. 21.

Concretum sanguinẽ ventris, aut vesicæ absumit heliochrysum. Plin. lib. 21. cap. 25.

Pingui sanguine concreti crines. Valer. 3. Argon.

Concutitur sanguis. Lucret. lib. 3.

Sanguis bene conquieuit. Celsus lib. 4. cap. 4. ad finem.

Sanguinem densati prohibet Balsaminum. Plinius libro vicesimotertio capite quarto.

Detrahere sanguinem. Celsus lib. 2. cap 10.

Detractus sanguis venis. Lucret. lib. 3.

Sãguis per venas in omne corpus diffunditur. Cic. 2. de Nat. deor.

Conglobatum sanguinem discutit acetum. Plin. lib. 23. cap. 1.

Pœnas dare sanguine. Virg. 2. Æneid.

Dandus inuidiæ est sanguis, nihil ne ego quidẽ moror quominus Decemuiratu abeam. Liuius.

Alternum dare sanguinem, dicuntur qui se inuicem vulnerant. Seneca Thyeste, 4,

Quis vos exigat furor,

Alternum dare sanguinem,

Et sceptrum scelere aggredi?

Duratur sanguis, hoc est concrescit. Quintil. Decla. 2.

Sanguis per aluum editur. Celsus lib. 2. cap. 7.

Effunditur sanguis. Celsus lib. 2. cap. 10.

Egestus sanguis per immensos fletus. Ouid. 10. Metam.

Emicat sanguis. Lucret. lib. 4.

Emittere sanguinem. Celsus lib. 2. cap. 10.

Erumpit sanguis. Celsus lib. 2. cap. 10

Grauiter erumpit sanguis. Celsus lib. 4. cap. 4. De tussi.

Spumantem sanguinem excreare. Celsus lib. 2. cap. 7.

Exit sanguis ex gingiuis, ex ore. Celsus lib. 4. cap 4. De tussi.

Oculos suffusos exonerare sanguine. Plin. lib. 8. cap. 5.

Ne iudicio iniquo exorbeatur sanguis tuus. Cic. 1. de Oratore.

Flumen sanguinis expirans de pectore. Lucret. lib. 2.

Expuere sanguinem. Celsus libro 4. cap. 4. De tussi. Plinius libro 26. cap. 7.

Inutilem sanguinem extrahunt raphani. Plin. lib. 20. cap. 4.

Sanguinem densatum extrahit Abiga pota. Plin. lib. 24. cap. 6.

Sanguinem extundit frequens tussis. Celsus libro 4. capite 4. De tussi.

Facere sanguinem. Liu. 2. ab Vrbe.

Fertur sanguis ex pectore, aut ex latere, aut ex iecinore. Celsus lib. 4. cap. 4. de tussi.

Feruescit sanguis. Persius Saty. 3.

Fluere mihi solet sanguis. Celsus lib. 4. cap. 4. De tussi.

Fluit mihi sanguis ex naribus. Celsus lib. 2. cap. 7.

Fundere sanguinem. Celsus lib. 2. cap. 10.

Fuso per venas sanguine extinguitur. Tacitus libro 20. De cæde Calphurnij Galeriani.

Fundere sanguinem de rege, Hoc est ob regem. Curtius lib. 10.

Gelidus sanguis hebet tardante senecta. Virg. 5. Æneid.

Incitatur sanguis ex ea parte. Scribonius Largus.

Incitatur sanguinis eruptio. Scribonius Largus.

Inficere æquor sanguine. Horat. 3. Carm. ode 6.

Inficere riuos rubro sanguine. Horat 3. Carm. ode 13.

Luere quippiam sanguine, Vide LVO.

Madens vestis sanguine, Vide MADEO.

Multo sanguine manat cicatrix. Senec. Troade 3.

Minuere sanguinem. Plin. lib. 32. cap. 9.

Lethifero sanguine miscetur orbis. Ouid. 1. Fast.

Mittere sanguinem in brachiis. Celsus lib. 2. cap. 10, Mitti verò is debet, si totius corporis causa sit, ex brachio: si partis alicuius, ex ea ipsa parte, aut certè quamproxima: quia non vbique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, iuxta talos.

Ex brachio sanguinem mittere. Id est, venam secare in brachio. Celsus lib. 2. cap. 10.

Mittere sanguinem, Vide MITTO.

Missus sanguis è corpore. Lucret. lib. 2.

Mittere sanguinem dicuntur oratores, quùm aduersariorum argumenta ita soluunt, vt causa ipsa stare non possit. Vnde Quintilianus libro 8. cap. 6. Illa agendis causis iam detrita, Pedem conferre, & lugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt: nec tamen offendunt.

Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Virg. 2. Georg.

Occupare sanguinem. Celsus lib. 8. cap. 4, Inter quæ si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta cohibendus est, occupãdúsque obiectis linamentis, & caput altius excitandum.

Vitio sanguinis occurrit quinquefolij succus. Plin. lib. 26. cap. 7.

Pellere sanguinem per vrinam. Plin lib. 35. cap. 15.

Pora sanguinem per nares pellit copiosum. Plin. lib. 27. cap. 8. De crocodilo.

Perfusus sanguine. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Calido sanguine perfolues pœnas mihi. Virg. 9. Æn.

Pœnas cum sanguine poscere. Virg 2. Æn.

Procedit sanguis ex ore. Celsus lib 4. cap. 4. De tussi.

Profluit sanguis Celsus lib. 4. cap. 4. De tussi.

Prorumpit ex naribus sanguis. Celsus lib. 4. cap. 4. De tussi.

Redditus sanguis per os. Plin. lib 26. cap. 13.

Reddere sanguinem per vrinam, vel aluum. Scribonius largus.

Sanguinem in meru refugere, certum est: multíque non transiuere transfossis. Plin. lib. 11 cap. 38.

Sanguinem reiicientibus datur succus porri. Plin. lib. 20. cap. 6.

Sanguinem reiicientibus occurrit quinquefolij succus. Plinius libro 2. cap. 7.

Sanguis reliquit corpus. Ouid 3 Metam.

Sæpè fœminæ quibus sanguis per meustrua non respondet, hunc expuunt. Celsus lib. 4. cap 4. De tussi.

Sanguinis curtus reuocetur. Celsus lib. 5. cap 26. De curatione aduersus profusionem sanguinis in vulneribus.

Saliens vena sangume. Vig 3. Geor.

Ferrum satiare sanguine. Ouid. 5. Fast.

Sistere sanguinem. Plin. lib. 25. cap. 8.

Sanguinem ex vulnere sistit glycyrrhiza commanducata. Plinius lib. 22 cap 9.

Sanguinem sistit interiorem ruta pota, narium indita. Plinius lib. 20. cap 13.

Æque maribus ac fœminis sistit sanguinem menta. Plinius lib. 20. cap. 14.

Sanguinem vulnerum sistunt folia vitium. Plin. in procemio libri 23. Sic lib. 31. cap. vltimo.

Sitire sanguinem. Senec. Troade 10.

Scelerato ex sanguine sumit pœnam. Virg. 12. Æneid.

Trahere sanguinem. Celsus lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 21. cap. 19.

Venit sanguis. Celsus lib. 2. cap 10.

In corpus vocatus sanguis. Ouid. 2. Metam.

Globos sanguinis vomens. Ouid. 12. Metam.

Vomere sanguinem. Celsus lib. 2. cap. 6.

Riuos sanguinis vomens. Virg. 11. Æneid.

¶Sanguis, pro Vigore & vi. Cic. ad Attic. lib. 4. 85. Amisimus, mi Pomponi, omnem fucum & sanguinem, sed etiam colorem & speciẽ pristinæ ciuitatis: nulla est Resp. quæ delecter, in qua æquitas cam.

¶Sanguis orationis incorruptus. Cic. in Bruto. Succus ille, & sanguis incorruptus vsque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Sãguis, id est oratio fortis, robusta, vires, lacertos, & nerues habens. Sic enim solet à Cicerone per translationem dici, vt viri fortes & robusti dicuntur, qui plurimum sanguinis habent. Vnde Plautus in Bacchidibus Act. 2. scen. 2,

Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis.

Vatem afflictat me nunc iam vacuum virium. Incorruptus, hoc est purus, sanus, integer, non vitiosus. Hinc eodem in dialogo dixit, salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem, & sanum genus dicendi in Callidotum libello verò de Optimo gen. orat. incorruptam sanitatem, & bonam valetudinem. Semper enim Athenienses, vt in Oratore scribitur, ita prudens syncerúmque iudicium fuit, vt nihil possent, nisi incorruptum & elegans, audire.

¶Sanguis. Progenies. Virg. 1. Æneidos,

Troiano à sanguine duci audierat.

Author sanguinis. Virg. 7. Æneid.

Degener sanguinis. Stat. 9. Thebaid.

Claro sanguine genitus. Senec. Octauia, 4.

Obscuri sanguinis de formes ortus. Stat. 5. Sylu. 3.

Alto à sanguine genus. Virg. 4. Æn.

Hortamur fari quo sanguine cretus. Virg. 2. Æneid.

Sanguis regius. Horat. 3. Carm. ode 27.

Aureus sanguis, proles aurea sub Saturno. Stat. 3. Theb.

¶Paternus & maternus sanguis. Cic. pro Rosc. Amer. Magnã vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionẽ paternus, maternúsque sanguis.

Cognatio sanguinis Trãsalpini. Cic. Post red. in Senatu, Is non me, quanquam equidem non cognorat eum propter Pisonũ affinitatem, quàm longè hinc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset.

Chari sanguinis vincula, Consanguinitas. Propert. lib. 1. eleg. 14.

Gradu sanguinis propior. Ouid. epist. 3.

Nomina sanguinis, Nomina affinitatis vel consanguinitatis: vt pater, frater, soror, &c. Ouid. 9. Meta. de Byblide quæ fratrem amabat, Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit,

Byblida iam mauult, quàm se vocet ille sororem.

Cognatus sanguis. Virg. 12. Æneid.

Consors sanguis. Ouid. 8. Metamorphoseos,

-calidúsque prioris

Cæde recalfecit consorti sanguine telum. Id est, occidit etiam fratrem eius.

Attingere aliquem sanguine, Vide ATTINGO.

Cohærere sanguine alicui, pro Affinem esse. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Coniungi sanguine alicui, Idem Cic. 2. de Inuent.

Sanguineus, Adiect. {αἱματώδης} Ad corpus aliquando refertur, & Plenum sanguine significat. Aliquando ad animum, pro crudeli, cruentóque. Apuleius, Immani ab sanguinea voce perterruit.

Oculorum acies sanguinea, Vide ACIES.

Bellum sanguineum. Stat 5. Thebaid.

Cædes sanguinea. Ouid. 13. Metam.

Caput sanguineum. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.

Color sanguineus. Plin. lib. 14. cap. 3.

Guttæ sanguineæ. Ouid 2 Metam.

Imber sanguineus. Cic. 2. de Diuinat.

Mora sanguinea. Virg. 6. eclog.

Pulmo sanguineus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Rixæ ſanguineæ Horat.1.Carm,ode 27.
Virga ſanguinea, cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem ruber. Plin.lib.24.cap.10.

Sanguiculus,ſanguiculi,penultima correpta {αἱματώδης} Sanguis hœdi ſiue ſuis in cibum formatus. Plinius libro 28. cap. 14. Vtuntur ad vtrunque vitium & ec gaulo hœdi in lyncuria,mytite,magnitudine fabæ poto:& ſanguine eiuſdem in cibum formato,quem ſanguiculum vocant.

Sanguinolentus,Adiectiuum, à genitiuo ſanguinis. {αἱματώδης} Plenus ſanguinis,& ſanguine conſperſus.Varro de vita pop.Rom.Magiſtratus grauatim ſeditionibus ſanguinolentis vrbem pertubauere. Author ad Heren.lib 4,Sanguinolenta palma.
¶Color ſanguinolentus.Ouid.1 Amor.eleg 11.
Litera ſanguinolenta,Quæ exitio ſit alicui.Ouid.in Ibin.
Pectora ſanguinolenta Ouid.epiſt.3.
Sanguinolentos appellant Iuriſconſulti & Principes, infantes recenter editos, quiſque vix dum ſordes materni vteri amiſerunt cùm aut venduntur aut exponuntur. Conſtantinus. Si quis propter ninium pauperitatem,egeſtatémque victus cauſa filium, filiámve ſanguinolẽtos vendiderit.l.ij.C.de patribus. qui fili, diſtraxer. lib.4.C. tit.43.non enim ibi ſanguinolentus legendum eſt: ſed ſanguinolentos. Author mihi eſt ea Rubrica,quæ 8.lib.C.tit.52.inſcribitur,De infantibus expoſitis liberis & ſeruis, & de iis qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.

Sanguilentus, aliud Adiectiuum à genitiuo ſanguis. Idem Scribon. Largus, Etiamſi ſanguilentam vrinam faciant. Idem,Oculi ſanguilenti conſpiciuntur.Sempérque ita vſurpat hic autor.

Sanguinarius, Aliud adiectiuum {αἱματώδης} Sæuus,crudelis. Cic.Itaque grauem illam ac ſanguinariam vocem audiuimus. Sic ſanguinarius homo,Qui gaudet humano ſanguine.
Iuuentus ſanguinaria.Cic.Attic.lib 2.22.
Nuncius ſæuus,ſanguinarius.Plin.l b 19.cap.4.
Sententia ſanguinaria, Plin.epiſt.87.De huius nequitia,ſanguinariſque ſententiis in commune omnes ſuper eonam loquebantur.Id eſt,iis quos morti adiudicauerat.
Herba ſanguinaria dicta eſt, cuius ſuccus infuſus naribus,ſupprimit ſanguinem. Colum.lib.7.cap.5. Eſt etiam grauis pernicies herbæ ſanguinariæ,quam ſi paſta eſt ouis, toto ventre diſtenditur, contrahitúrque,& ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit.

Sanguinalis,& hoc ſanguinale, penult. produ. {αἱματώδης} vt Sanguinalis herba,eadem quæ Sanguinatia. Columel.lib. 6 cap.12.Celſus lib. 2.cap.22.Herba ſanguinalis quam Græci πολύγονον vocant, inde nomen habet,quòd ſanguinis fluorem,vndecunque feratur,ſiſtat.

Sanguino, ſanguinas, penultima correpta {αἱματῶδης} ſanguinare, Sanguine manare. Quintilianus in Declamatione 10, Tum repetitus ſanguinauere planctibus iam connaleſcentes lacerti. Ibidem, non procul à fine, Quando non liuidum pectus & ſanguinantes vidit lacertos?
Eloquentia lucroſa & ſanguinans. Tacit. in Dialogo de Oratoribus.Plin.lib 30.cap.9,Si pedes ſanguinent.

Sanguiſuga, ſanguiſugæ, penultima producta {βδέλλα} Vermis in aqua degens,qui & hirudo dicitur. Plinius libro 32. cap.7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur. Idem libro 8. capite 10.3.

SANGVS deus Sabinorum ex quo & Sangi dicti ſunt. Sangi ſacellum vibi regione ſeprima ſtatuit P.Victor. Cælius lib.2.cap.3.

Sanicula,herba,quàm nos *Oreille ou aigrette* appellamus,à Matthiolo deſcribitur in Dioſcoridis lib 4.cap 9.

Sanies,ſanici,fœmin.gener.{ἕδρα τὸ ἰχῶρος} Celſus libro 5.Sanguis omnibus notus eſt.Sanies eſt tenuior hoc, variè craſſa, & glutinoſa,& colorata.Pus craſſiſſimum albidiſſimúmque, glutinoſius & ſanguine & ſanie.Exit autem ſanguis ex vulnere recenti,aut iam ſaneſcente: ſanies eſt inter vtrunque tempus. Pus ex vlcere iam ad ſanitatem ſpectante.Virg 8.Æneidos,
-& ſanie tabóque fluentes. Cic. in Piſonem. Saxa ſpargens tabo,ſanie,ſanguine atro.
Iocinoris recentis inaſſati ſanies.Vide INASSATVS.
Putris ſanies.Stat.12.Thebaid.
Sanguis eiectat ſaniem per ora.Lucan.lib.3.
Emittere ſaniem coniecto ferro.Ouid.7.Metam.
Eructare ſaniem.Virg.3.Æneid.
Tabificam expirant ſaniem.Silius lib. 6.
Serpentium ſanies.Senec.Medea,9.
Vomunt ſaniem ſerpentes.Ouid.4.Metam.
¶Sanies,pro Infectura.Plin.lib.9.cap 38.Ruſtíſque mergitur carminata,donec omnem ebibat ſaniem.
¶Oleæ ſanies amara,pro Fœce.Plin.lib.15.cap 3.

Sanioſus, penultima producta,Adiectiuum {ἰχωρῶδης} Sanie & impuro ſanguine conſperſus Plinius libro 7.cap.15. Ergo quum grauidis fluxit, inualidi,aut non vitales partus eduntur,aut ſanioſi,vt author eſt Nigidius.

Sanitas,ſanitatis, Vide SANVS

Sanna,ſannæ{χεῖσις, χλεύασις} Solutus deriſus dicitur,à narium ſonitu. Iuuenalis Satira 6,
I nunc,& dubita quæ ſorbeat aëra ſanna Tullia.
Poſtica ſanna Perſ.Sat.1.
Rugoſa ſanna cadat naſo. Perſ.Satyr.5. Id eſt, ſubſannatio quæ fit cum criſpatione & corrugatione naſi, remittatur.
¶Sannas apud Cratinum,Faruum indicat, Vnde & Sanna verbum Latinis frequens, defluxit,etiam ſi à narium ſonitu Grammatici opinentur ductum.Cæl.Rhod.g.

SANNALI, Populi ſunt immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes, de quibus, vt ſuſpicor, prodigioſa illa fabula ficta eſt, quia toto corpore pelliti & bracchati erant, vt cùm hinc inde penderent pellium prægrandes alæ, aures viderentur. Pomponius Mela.Et Sannalos,quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne parulæ,nudis alioqui pro veſte ſunt. Vulgò *Saunalos* legitur,ſed ex veteri libro ſic Turnebus reſtituit.

SANNAVS,Lacus de quo Plin lib.2.cap.103.Lacus Sannaus in Aſia circumnaſcente Abſynthio inficitur.

Sannio, ſannionis {γελοιαστὴς} Qui ſoluto riſu, & contortis corporis totius partibus immoderatam quandam alios deridendi formam effingit, & aliorum mores inepto quodam geſtu per contemptum exprimit, vt ſtultus propemodum videatur, ac ridiculus. Cicero libro 2.de Oratore 239. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum, quàm ſannio eſt? ſed ore,vultu, imitandis moribus,voce,denique corpore rideturipſo.Idem ad Papyrium,lib.9.16.26. Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.
Sanniones,dicuntur à ſanniis, qui ſunt in dictis ſatui, & in moribus,& in ſeæmis,quos μωρὸς vocant Græci,inquit Nonius.

SANNYRION, cognomine Canabus,poëta quidam fuit,quem commemorat Cæl.Rhodig.lib.8.lect.antiq.cap.vltimo.

Sano,ſanas,Sanor,ſanaris,Vide SANVS.

Sanqualis,huius ſanqualis, pen.cor.fœm.gen.auis.Plin.lib 10 cap.7. Sanqualem autem atque immuſſulum, augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe,& ſanqualé oſſifragæ. Maſſurius ſanqualé oſſifragam dicit eſſe, Immuſſulum autem pullum aquilæ prius quàm albicet cauda.
Sanqualis porta appellatur proxima ædibus Anci,aliàs ædi Sangi. Feſtus.

Sanſtucus,ſanſtuci.penult.produ.fœmin. gen. {σῦκα ξηρὰ} Herba, amaracus aliàs dicitur, & ſampſucus, & ſamſucus. Plin.lib.13 cap 1.Optimum hoc in Cypro & Mytilenis,vbi plurima ſamſucus. Vide SAMPSVCVS.

Sanſucinus,ſiue ſampſucinus,pen cort.Adiectiuum {σκευασίας χάριν} Quod factum eſt ex ſanſucino: Sanſucinum oleum.Plin.lib.13 cap.1.

Santalum,penult.cor.{ξύλον τι} (quod vulgus noſtrum ſandalum vocat) Græcis recentioribus, inquit Ruellius, lignum eſt quod Indis mittit.Huius tria genera apud pharmacopolas, candidum, rubrum, luteum:quibus ſimul commiſtis,fit compoſitio vulgaris quæ triſandali appellatur,vel trium ſandalorum,ad roborandum ventriculum, & cardiacos affectus. Quinetiam nullæ non ferè medicorum potiones hodie his ſantalis imbuuntur, vt gratiam à fumentibus ineant, & aliquid iucundi ſaporis habeant.Ex Ruellij commentariis.

Santerna,ſantermæ{χρυσοκόλλα} Plin.lib.33.cap.5.Chryſocollam & auricifices ſibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam ſimiliter vtentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis vrina,addito nitro.Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortariis:ſanternam vocant noſtri,Idem lib.34.cap.12.

SANTONES,& Santoni,ſiue Xantones.pen.cor.& Xantonici{σαντονικὸς} populi Galliæ, non longè à Toloſatium finibus, quæ ciuitas eſt in prouincia,vt Cæſar comment.lib.1.ſcribit.Lucan lib.1,
-gaudétque amoto Santonus hoſte. Iuuen.Satyr.8.
Tempora Santonico velas:adoperta cucullo.Martial.lib.14,Vulgò *Xantonge*,Aliis *Santonges*,& oppidum ipſum *Saintes*.
Oceani littora Santonici.Tibul.lib.1.eleg.7.

Santonica herba{σαντονικὸν} quam abſynthium Santonicum vocat Plin. lib.27.cap.7.à Galliæ ciuitate nomen accepit,eſtque abſynthij genus illius quod nobis in vulgari vſu eſt Col.lib.6.ca.25.Poteſt etiam cum atida fico & cruo conteri herba ſantonica, & formata in offam,ſicut ſaluiarum demitti.
Santonum portus {σαντόνων λιμήν} Ptolem.lib.2.cap.7.Galliæ vrbs. Vulgò *La Rochelle*.
Santonum promontorium in Gallia, Ptolem. lib. 2. cap.7. Vulgò *Blaye ou pointe d'Ayet*.

Sanus,Adiect.{ὑγιὴς, ὑγιεινὸς, ὑγιαστικὸς, ὑγιεσμός} Integer & incorruptus, bene habens. Cicero pro Seſtio Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcapellum adhibetur. Idem pro Seſtio, Qui integri ſunt, & ſani.
Medicamento ſanum fieri.Cic.3.Offic.Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque ſi eo medicamento ſanus factus eſſet,&c.
Sanum facere aliquem. Cic.2.Philip.Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet.
Fieri ſanum ex morbo.Cato cap.157.
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.Proper.lib.2.eleg.13.
¶Sanus,ad animum tranſlatum.Terent.Eunuch.3 5,
Quid mihi quæram:ſanus ſim:ánne inſaniam? Idem Heaut.4.3,
Satin' ſanus eſt,aut fobrius? Sic Cic.2.de Diuin.Sanus homo.
Pro ſano aliquid facere.Cæſar.bel.Gal.
Homo ſanus cui opponitur Furioſus.Cic.4.Acad.
Malè ſanus,id eſt Inſaniens.Cic.Attic.lib.9.188.
Mentis ſanus.Plaut.Trinum 8.
Mens benè ſana.Horat.1.ſerm.Saty.9.
Homo ſanæ mentis. Cic. 2.de Natu.deor.Eſſe igitur deos ita perſpicuum eſt vt id qui neget,vix eum ſanæ mentis exiſtimem.
Mentis ſanæ vix compos.Ouid 8.Metam.
Mente ſana ſcribere.Cic.Attic.lib.9.175.Miſi etiam Cæſaris ad eos ſana mente ſcriptas literas,quomodo in tanta inſania?
Sana ac ſalua Reſpub. Cic.Corniſicio,lib.12.23. Nullam partem & ætatem ſanæ ac ſaluæ Reip.guſtare potuiſti.
Sanum genus dicendi.Cic.in Brut.id eſt incorruptum.
Sanior.Horat.Serm.ſaty 3,
-qui ſanior,ac ſi
Idem illud in rapidum flumen,iacerétne cloacam.
Saniores oratores.Cic.de Clar.Orat.

Sanè Aduerb.{ὑγιῶς}

Sanius,Aduerbium comparandi.Horat.2.Carm.ode 7.
-non ego ſanius,
Bacchabor Edonis. Id eſt, libet mihi Edonos illos Thraciæ populos bibaciſſimos intemperanter bibendo imitari.

Saniter,Aduerbium priſcum autore Nonio,Afran.Megalenſibus,
Adeſto

Adeſto,aſſentio te non amare me,at adorare ſaniter.

SANITAS Dea,cuius teſſara,ſeu ſymbolum ab Alexandro illo magno tribunis datum legitur,vt eorum veſtibus inſueretur. Lilius Syntag. 1.Hiſtoriæ Deorum.

Sanitas.pen.cor.ſanitatis{ὑγεία, εὐφροσύνη, εὐεξία, ἕδμα} Quintil.li 5.cap.10.Si robur corporibus bonum eſt minus ſanitas.
Petere ſanitatem ægri.Quintil lib.2.cap.17.
¶Sanitas, Pro bono ſtatu mentis, & animo quieto ac tranquillo. Cic.ad Caſſium,lib.12.10. Quibus tamen ad ſanitatem redeunti ante Cal.Septemb.poteſtas facta eſt.
Animi ſanitas. Cicero 3.Tuſculan.Ita fit vt ſapientia,ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania eadémque dementia.
Metri ſanitas,Vide METRVM.
Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiam oratoris probat.Cicero de Clar.Orato. Vide Succus orationis,in SVCCVS.
Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis quaſi ſanitatem perdidit.Cic.de Clar.Orat.
Qui incorrupta ſanitate ſunt.Cic.de Opt.gen.Orat.
Suum quenque ſeelus de ſanitate ac mente deturbat. Cic.in Piſo.
Reddere ſanitatem veram.Celſus lib.8.cap.2.
Reddita ſanitas.Celſus lib.5 cap.20.
Alienus à ſanitate.Cic pro Sylla,Adeóne vobis alienus à ſanitate, adeò oblitus conſtantiæ meæ, adeò immemor rerum à me geſtarum eſſe videor?

Sano,ſanas,{ὑγιάζω, ἰάομαι, θεραπεύω} ſanare,Sanum facere.Cic.4.Tuſculan. Citiſque repentinus oculorum tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur.
Corpora vix ferro quædam ſanantur.Ouid.1.de Remed.
Medicina ſanat dolores.Propert.lib.2.eleg 1.
Carmine & herbis ſanare.Ouid.10.Metamor.
Vulnera ſanare.Ouid.1 de Ponto,eleg.4.
¶Sanare vulnera Reipublicæ per tranſlationem.Cic.4.de Tinib.
Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo,quàm ſanare,& ipſos placare Reip.Cic 2 in Catil.
Sanare animos & mentes conſolatione. Cæſar 8. bell. Gall. Idem 1.bel.Ciuil.
Curas ſanare.Tibull.lib.2.eleg.3.
Leuare dolorem,minus quàm ſanare. Cic.Titio,lib.5.16.Quæ leuare dolorem tuum poſſet,ſi minus ſanare potuiſſet.
Vina ſanabunt malum.Propert.lib.3.eleg.17.
Natiuum malum ſanare.Cic.pro Domo ſua.
Ægram & labentem Rempublicam ſanare & confirmare. Cicero pro Milone.
Remediis ſanare. Cic.7.Verr. Auaritiæ vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare.
Sanor,ſanaris,ſanari,Deponens.Lucret.lib.3.
Et quoniam mentem ſanari corpus, vt ægrum Cernimus,&c.

Sanatio,Verbale {ἴαση} Cic.3.Tuſc.Idem 4. Eorum igitur malorum in vna virtute poſita ſanatio eſt.Ibid.Hæc eſt propria,& certa ſanatio,ſi doceas,&c.

Sanabilis,& hoc ſanabile,pen.corr. {ἰάσιμος} Quod facilè ſanatur.Cic.4. Tuſc.Qui autem natura dicuntur iracundi,aut miſericordes, aut inuidi,aut tale quid, ij ſunt eiuſmodi conſtituti quaſi mala valetudine animi,ſanabiles tamen.
Genus vulneris ſanabile.Ouid 1.de Remed.amor.
Vulnus ſanabile.Ouid.1.de Remed.amor.

Saneſco,ſaneſcis{ὑγιάζω} ſaneſcere,Sanum fieri.Colum.lib.8.cap.7.Sed vulnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubula vrina conuenit. Plin.lib.17. cap.23.Diu enim dolent, talia quoque vlcera,& difficilè ſaneſcunt.

SAOCONDARIVS Caſtor,qui regiam habuit ad amnem Sangarium Phrygię,vti author eſt Strabo lib.12.

SAOS,Mons Abderitarum,apud Plinium lib.4.cap.12.Attollitur monte Saoce decem M.paſſ.portuoſiſſima omnium.

Sapa, ſapæ {ἕψημα, σίραιον} Aſapiditate dicitur, & eſt vinum coctum ad tertias. De quo Plinius libro 23. cap. 2. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto,donec tertia pars ſuperſit.Ex albo hoc melius. Idem libro 9. capite 56. de cochleis, Quin & laginam earum commentatus eſt ſapa & farre,aliſſque generibus. Varro libro 3. de Re ruſtica,cap.14.
Sapa quod nunc mellaceum dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum.Varro de vita popu.Roma.lib.1.Sapam appellabant,quod de muſto ad mediam partem decoxerant,Nonius.
Purpurea ſapa.Ouid.4.Faſt.

SAPAEI,populi ſunt in Thracia.Plinius lib.4.cap.11.Inter Eletos,Diobeſos,Carbyleſos,inde Bryſas,Saparos.

Saperda, ſaperdæ {κωμῳδὸς} Quaſi ſapiens & elegans. Varro Modio, Omnes videmur nobis eſſe belli, ſaperdæ, feſtiui, quum ſimus canopi. Nonius.
Saperda eſt Pontieum (inquit Cælius Rhodiginus libro.13 capite 26.) obſonium. Perſius, Saperdam aduehe Ponto. Athenæus Saperdam appellat Coracinum. Phorion Saperdam pro Apua inueterata arundini inſerta vſurpat. Item pro ſuccidia & larido.

SAPERDION, altera Phryne. Cælius Rhodiginus lib.14.cap.15.Scribit Apollodorus Phrynes fuiſſe duas: quarum alteram Clauſigelora cognominarunt,Sarpedion alteram.

SAPHAR,vrbs regia Arabum.apud Plinium libro 6.cap.23.

Sapidus,Sapiens,Sapientia, Vide SAPIO.

Sapinos, gemma ex genere Iaſpidum. Plin.lib 37.cap.9. Dilutior ex eodem ſapinos vocatur.

Sapinus,ſapini,penult prod.fœmin gen. {πεύκη} Plinius lib.16.cap.29. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa duriórque, ſuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores Aquilonæ partes.Et in totum deteriores ex humidis opacíque: ſpiſſiores ex apricis & diuturnæ.Ideò Romę infernas abies ſupernati præfertur.

Sapineus,Adiect.{ὑλαῖος} Col.lib.12.cap.5.Alij nucibus ſapineis ardentibus idem efficiunt.

Sapio, ſapis, ſapiui, vel ſapij,ſapitum,penultima producta, vel ſapui, ſapitum, penult. correp. {γεύομαι} ſapere, Proprie pertinet ad ſenſum guſtus: dicitúrque res ipſa ſapere,quæ aliquem habet ſaporem. Iuuenalis Satyra 11.
Qui meminit calidæ ſapiat quid vulua popinæ.
Iucundiſſimè ſapit.Col.lib.7.cap.8.
Mare ſapit.Plin.lib.14 cap.7.
Palatus ſapit.Cic. 2. de Fin. Nec enim ſecuitur vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.Hoc eſt,de ſaporibus rectè iudicet.
¶Sapio,interdum refertur ad odorem: vt apud Plinium, cùm dicuntur iucundiora vnguenta eſſe quæ terram ſapiunt, quàm quæ crocum.Plaut.Pſeudolo.
Sed iſtic ſeruus ex Carillo hic qui aduenit
Quid ſapit? CH. hircum ab alis. Editi habent, vſque à cunabulis,nullo aut inepto ſenſu.Turnebus.
¶Sapere {φρονεῖν, νοεῖν} ad animum transfertur, pro Sapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam vel opinionem habere. Terentius Adelph.3.3,
Iſtuc eſt ſaperę,non quod ante pedes modò eſt
Videre,ſed etiam illa quæ futura ſunt
Proſpicere. Ibidem 5 3,
-video eos ſapere,intelligere,in loco
Vereri,inter ſe amare. Cic.ad Terent. lib. 14. 1. Nam quid ego de Cicerone dicam qui quum primùm ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores miſeriáſque percepit.Martial.lib.9.
Nubere vis Priſco,non miror Paula,ſapiſti.
Nemo mortalium omnibus horis ſapit.Plin.lib.7.cap.40.
Sapit pectus illi.Plaut.Trucul 15.
Rem ſuam ſapit.Plaut Pſeud.7,
Deſiſte,rectè ego meam rem ſapio. Hoc eſt, ſcio quid mihi agendum ſit.
Sapere ſibi ſemitam. Cicero 1. de Diuin.
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt,alteri monſtrant viam.Ex poëta.
Sapiunt malè miſeri.Plaut.Merc.18.
Sapere pleno pectore.Plaut.Epid.5.
Sapitis plus,vel ſatis.Plaut.Epid.5.Idem Trinum.10.
Sapere recta Cic.ad Attic.14.303. Nam iſta quidem Cæſaris libertotum coniuratio facilè opprimeretur,ſi recta ſaperet Antonius.
Sapere ad.Plaut.Perſa.4,
Sapis multum ad genium. Hoc eſt, Noſti probè cutare cuticulam & indulgere genio.
Sapere in.Plaut.True.18,
Blittea & lutea eſt meretrix,niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam.
Intelligere & ſapere. Cic.2. Offic. Quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plus quàm cæteros arbitrantur.
Aliquid ſapere. Cic.Curio,lib.7.29, Quanquam quis, qui aliquid ſapiat,nunc eſſe beatus poteſt?
Nihil ſapere.Cic.2.de Diuin. Idem in Verr.Hic planè nihil ſapit.
Per ſe ſapere.Horat.in Arte.
¶Sapiui,pro ſapui antiquis. Nonius Virgine prægnante, Quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi quinquatribus. Vide Nonium.

Sapiens,ſapientis {σοφὸς, ἴσμων, δεξιὸς, ἀκέραιος, ἀβέβηλος} Qui ſapit Cicero 1. Offic. Vt enim quiſque maximè perſpicit quid in quaque veriſſimum ſit, quiſque & acutiſſimè,& celerrimè poteſt videre & explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus ritè haberi ſolet.Idem pro Cluentio,Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit,ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alteriuus bene inuentis obtemperet.
Miſera mors ſapienti non poteſt accidere.Cic.4.in Catil.
Sapiens ad.Cic.10.Philip. Quis aut ſapientior ad coniecturam rerum futurarum?
Ad normam alicuius ſapiens,Vide NORMA.
Facere ſapientem.Quint.lib.1.cap.10.
Formare ſapientem.Quint.lib.1.cap.10.
Iudicatus ſapiens,Vide IVDICO.
¶Ætas ſera & ſapientior.Ouid.1.de Arte.
Conſilium ſapiens.Ouid.13.Metam.
Excuſatio ſapiens.Cic.Attic.lib.6.160.
Mores ſapientes.Plaut.Rud.27.
Nutrices ſapientes.Quint.lib.1.cap.1.
Populus ſapiens.Horat.2.epiſt.1.
Puella ſapiens.Ouid.10.Metam.
Vir bonus & ſapiens.Horat.1.epiſt.7.
¶Sapientior & hoc ſapientius. Tacit.lib. 3, Cæteri ad ſapientiora conuertere.

Sapientia,ſapientiæ{σοφία} Eſt (vt ait Cicero 4.Tuſculan.)rerum diuinarum & humanarum ſcientia,cognitióque,quæ cuiuſque rei cauſa ſit.Idem 2.Offic.
Ita fit mater omnium bonarum rerum ſapientia: à quouis amore, Græco verbo Philoſophia nomen inuenit.Cic.1.de Legib.
Sapientia,hominis cuſtos & procuratrix.Cic.4 de Finib.
Sapientia,moderatrix omnium rerum.Cic.1.de Inuent.
Princépſque omnium virtutũ eſt illa ſapientia, quàm σοφίαν Græci vocant.Cic.1.Offic.
Doctores ſapientiæ,pro Philoſophis.Tacit.14.
Præcepta ſapientiæ.Quint.lib.1.cap.4.
Profeſſores ſapientiæ.Quint.10 Procem.lib.1.de philoſophis.
Sapientia cuſtodiendæ ciuitatis.Cic.2.de Orat.
Studia ſapientiæ.Tacit.lib.14.

¶Cœlestis sapientia Horat 1 epist.3.

Compositissima sapientia. Plin.lib.18.cap.3. in fine. qui locus nunc aliter legitur.

Consummata sapientia. Vide CONSVMO.

Eruditæ sapientia. Cic.3.Philip.ne ego istam eruditam sapientiam non audiam.

Fracta sapientia cadet. Ouid 5. Trist.eleg.13.

Inops dicendi sapientia, Vide INOPS.

Infantes sapientia Epicureorum. Horat.1. Carm.ode 34.

Otiantes & dormitantes sapientia. Cic.lib.2.de Orat. Istam oseitantem & dormitantem sapientiam, Scævolatum & cæterorum beatorum otio concedamus. Sapientiam vult accipi iurisprudentiam. Oseitantem & dormitatem, quia lateat otio, domique secura manet. Signum languoris & securitatis est oseitatio. Significat iurisconsultos non agitari tumultu forensium causarum dictionúmque, quibus infundant caussidici: sed in otio securáque tranquillitate de iure consulentibus domi respondere.

Par sapientia, Vide PAR.

Perneesa sapientia Tuberonis. Cic. pro Murœna.

¶Compilare sapientiam alicuius, Vide COMPILO.

Sapientiam pro iudicio videtur ponere Cicero in Oratore, sed est eloquentiæ, inquit, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. Vt enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quàm quid deceat videre. ὁ πρέπον appellant hoc Græci, nos dicamus sanè decorum. Certè multa sunt vocabula, quæ Cicero pro animi sagacitate vsurpat: vt prudentia, sapientia, iudicium, consilium, ratio, intelligentia, mens, & nonnulla alia, quæ sæpenumero idem significant: vt non mirum sit hoc loco sapientiam pro iudicio poni. Est igitur iudicium, eloquentiæ fundamentum: sicuti etiam reliquarum rerum omnium. Nam si quis iudicio careat, non tamùm infans erit, sed etiam omnia perquàm insipienter tractabit. Hanc interpretationem plurimùm iuuant ipsius Ciceronis verba statim præcedentia.

Sapientipotens, pen. corr. {σοφοκράτης} Cic.2. de Diuina Posterémò quanquam semper fuit, vt apud Ennium est, stolidum genus Aeacidarum, bellipotétes sunt magis quàm sapientipotentes, tamen hanc amphiboli am versus intelligere potuisset.

Sapientes, Aduerb. {σοφῶς} Plaut. Menæch. 2.2.

Vitam sapienter instituere. Terent Andr 1.1.

Fallaciter, & sapienter, contraria. Cic. pro Domo sua, Quia ius à maioribus nostris, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c.

Agendum sapienter. Ouid. 13. Metam.

Amare sapienter. Ouid. epist 20.

Facere sapienter. Cic. pro Rosc. Amer. Et 7. Verr.

Sapienter & fortiter aliquid facere. Cic. Lent. lib.1.7.

Monere sapienter. Cic.3. de Fin.

Vti ratione sapienter. Quint. lib.2.cap.5.

Sapientius, Comparatiuum. Cic. Curioni, lib.2.6. Nemo est qui tibi suadere sapientius possit teipso.

Sapor, saporis, à Sapio, {χυλός, γεῦμα.} Qualitas illa quæ lingua siue gustu deprehenditur. Interdum etiam ipse sensus quo aliquid sapimus, & gustu quale sit sit dignoscimus. Plinius lib.15 cap.27. Interim quæ sunt communia & pomis omnibúsque succis saporum genera, tredecim reperiuntur, dulcia, suauia, pinguia, amara, austera, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, &c. Cicero.3. de Finibus. Venenum mel, etsi dulcissimũ est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur.

Sapor oris. Plin.lib.30 cap 4.

Acum en saporis, Vide Acumen in ACVO.

¶Asper in ore sapor. Virg 4. Georg.

Acidulo sapore iucunda pira. Plinius lib.15.cap.15, & lib.2.cap.100.

Sapor maris asper.

Asperrimus sapor, Vide ASPER.

Calidus ac vinosus sapor, Vide Calidus in CALOR.

Cerealis sapor, Vide cerealis in CERES.

Cibarius sapor, Vide CIBVS.

Dulcis sapor. Horat.3. Carm.ode 1.

Durus sapor. Virg 4. Georg.

Tertuginei saporis aqua. Plinius libro trigesimoprimo capite secundo, Vide FERRVM.

Horridus sapor. Plin.lib.3.cap.13.

Fœdus sapor. Lucret.lib.2.81.

Ingrati saporis cæsens, Vide INGRATVS.

Infirmi saporis vinum, Vide INFIRMVS.

Inimitabilis sapor. Quint.lib.2.cap.10.

Iucundus sapor, Vide IVCVNDVS.

Medicatus sapor, Vide MEDICO.

Mulseus sapor, Vide MVLSVM.

Salsi saporis humor. Lucret.lib.6.

Tardus sapor. Virg.2 Georg.

Tristis sapor. Ouid.4. Trist.eleg.5.

Vinosus sapor. Plin.lib.12.cap.13.

¶Adiudicare saporem, Vide ADIVDICO.

Capi aliquo sapore. Cic. pro Cælio.

Tetro sapore conspurcare omnia. Lucret. lib.6.

Domare saporem durum. Virg 4. Georg.

Imbuere sapore. Quint. lib.1.cap.1.

Infuscare saporem, Vide INFVSCO.

Nosse saporem, Vide NOSCO.

Perficere saporem. Quint. lib.1.cap.10.

Redolere saporem. Quint. lib.6.cap.3.

¶Sapor, per translationem, pro iucunditate sermonis. Cicero de Clar. Orat. Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo. Budæus.

Vide verbanius recinere & resonare, in VERBS.

Sapidus, penultima correpta, Adiectiuum {ἡδύς, μέτριος} Quod gratum habet saporem.

Saporatus, penult. prod. Vide Offa saporata. In SOPOR.

SAPIRES, penultima producta. {σαπφείρους} Stephano populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, σαβείρες dicuntur. Orphæus in Argonauticis Sapiri à quibusdam appellantur.

SAPIS, fluuius Italiæ in Flaminia prope Cesenam vrbem. Plinius libro tertio capite quintodecimo. Est & Sapis Galliæ cisalpinæ fluuius Senogalliam vrbem subterlabens, iuxta quam & Isaurus fluit. Lucanus libro 2.

Crustumiúmque rapax & iunctus
-Sapis Isauro. Vulgò *Albis en marca d'Ancona.*

Sapium, piscis genus: Plinius lib.16.cap.12. Inter hęc genera proprium quidam fecere sapium, quoniam ex cognatione eatum scribit, qualis dicta est in nucleis.

Sapo, saponis, masculin.gen.cr. {σαπώνιον, σαπώνιος} Plinius libro 28.capite 12. Prodest & sapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex seuo & cinere. Optimus fagino & caepino duobus modis, spissus ac liquidus: vterque apud Germanos maiore in vsu viris quàm fœminis.

Sapor, Vide SAPIO.

Sapphirus, sapphiri. penul. prod. fœm.ge. {σάπφειρος} Lapis pretiosus. Plinius libro 37.cap.2. Inest aliquando & aureus puluis, non qualis in sapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cærulæ & sapphiri, raróque cum purpura. Optimæ apud Medos, nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles scalpturæ interuenientibus crystallinis centris.

Sapphirinus, penul. cor. Adiect. {σαπφειρικός} vt lapis sapphirinus. Plinius lib.37.cap 2.

Sapphiratus, ta, tum {σαπφειρίτης} Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius: ac si sub versiculoribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos.

SAPPHO, per p ante ph {σαπφώ} nomen mulieris vatis. Vnde Sapphici versus appellati. Feruut autem nonnulli fuisse duas hoc nomine, quarum vna Eresia, quæ & antiquior Lyrica: qua tempestate Alceus claruit, Terpsicorus, & Pittacus, tempore Tarquinij Prisci. Ea plectrum prima inuenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, iambos, & Monades. Altera Mithylenæa, longè iunior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, vt meritò nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit, Mnemosinen matrem Musarum cepit stupor, quando audiuit dulcisonam vocem Sapphus, Nunquid decimam Musam habent mortales? Et Horat.2. Carm.ode 13.

Mascula Sappho. Horat.1.epist.20.

Lesbia Sappho. Ouid.2. Trist.

Sapphicus, penultima correp. Adiectiuum {σαπφικός} vt Carmen Sapphicum.

Musa Sapphica. Catull.ad libellum, 33.

Saprum, sapri, Genus potionis. Plinius libro 28. cap.9. Sapron vocant, qui cum sale & sorbis siccis è vino tritus potúsque medetur cœliacis.

Saprophagus, saprophagi, penul. corr. {σαπροφάγος} Qui saprum deuorat. Martialis lib.3.

Nescio quod stomachi vitium secretius esse
Suspicer: vt quid enim Bætice saprophagis?

Sapsa, à veteribus dictum est pro ipsa, vel seipsa. Ennius,

Quæ res sapsam loco sese ostendat.

Saraballum, vestis erat Parthorum fluxior. Hieronimus in Danielem.

Sarabara. vestis erat medica fluxa. alij interpretantur crurum operimenta & indumenta. Eius mentio apud Sestimium Horentem. monuit Turnebus.

SARACA, Ptolemæo lib.6.cap.2. oppidum in mediterraneis Mediæ. Est & eidem libr.5.cap.10. Saracæ ciuitas in Colchide.

SARANGAE, Populi sunt Caucasi iuga incolentes apud Plinium libro 6.cap.16.

SARAPANI, populi sunt Colchidis, de quibus sic scribit Strabo: Nauigatur autem vsque ad Sarapanos, quæ munitio vrbis habitatores recipere posset. Strabo lib.10.

SARAPARAE, populi sunt circa Caucasum non procul ab Hyrcano: Plin.lib.6.cap.16.

SARAPODA, homo latos pedes habens, qualem Alcæus Pittacum fuisse refert: à Naturæ quippe deformitate multi cognomina sua traxerunt. Alexander Alexandrinus. lib. Genialium dier. 2. ca. 11.

SARASA, vrbs insignis Parthorum quos antiqui Carduchos appellabant. Strabo lib.16.

SARASTES, In SARRASTES.

SARBONIS, dis: Lacus in Ægypto extrema apud Strabonem lib.1.

SARCARIVS, fluuius est Phrygiæ authore Hesiodo in Theogonia.

Sarcasmos {σαρκασμός} Latine dicitur iocus cum amaritudine: vt apud Virg 2. Æneid.

-referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Sarcina, sarcinæ, Vide SARCIO.

Sarcio, sarcis, sarsi, sartum {ἐπιπυκάζω, καταρτάω, κολλάω} farcire, Integrum facere, inquit Festus. Propriè est vestes consuere. Transfertur tamen etiam ad alia. Plin.lib.11.cap.10. Apes ruentes ceras fuleiunt, pilarum intergerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Cato, Vimina matura: falices per tempus legantur, vti sit vnde corbulæ fiant, & veteres farciantur.

Deinde impudentia prosequor, sed idem farciam. Cicero Silio, lib.16.62.

Damna farcire, Reparare. Col.lib.9 cap.15.

Detrimentum farcire, Restaurare. Cæsar.1.bell.Ciuil. Dum farcire acceptum detrimentum volunt, temerè insecuti fugientes, &c.

Fideicommissum farcire. Vlpianus in l. Fideicommissa. §. si quis alicui decem. ff. de legat.3.

Infamiam

Infamiam farcire. Cæs.3.bel.Ciuil.

Ruinas farcire generis lapsi. Virg.4. Georg.

Vsuram longi temporis, magnitudine officiorum farcire. Cic. ad Appium Pulchrum, lib.3.1, Quod eum ita sit, perficiam profectò vt longi temporis vsuram qua eatuimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorũ meorum farciã.

Sartus, Participium {ἐπικολλάω, ἐπιδέω.} vt

Malè sarta gratia nequicquam coit. Horat.1 epist.3.

Sartor, sartoris, m.g. {ῥάπτης} Qui vestes facit, vel resarcit. Vide Sartor, in SARRIO.

Sarttura, sarturæ, pen.prod. Refectio, instauratio. Columella libro 4.capite 26, Iugo si non erit opus noua sarttura, recentia vincula inserantur. Dicitur & sartura, pro sarritura. Vide in SARRIO.

Sarté, Aduerbium {ὁλοκλήρως} Integrè authore Festo.

Sartatecta {ἐπικολλῶν, κατασκευή} vocabantur, authore eodem Festo, opera publica quæ locabantur vt integra præstarentur. Sartatecta exigendi cura ad Censores spectabat, interdum etiam ad Ædiles, tarò ad Prætores, nec nisi quum Senatus decreuerat. Cic 3. Ver. Quum L. Octauius, Cæsar Aurelius Consules, ædes sacras locauissent, neque potuissent omnia sartatecta exigere, neque ipsi, neque ij Prætores quibus erat negotium datum, C. Facerdos, & M. Cæsius: factũ est Senatusconsultum, quibus de sartis tectis cognitum & iudicatum non esset, vti C. Vertes, P. Cælius Prætores cognoscerent, & iudicarent. Idem paulopòst, Quæsiuit quis ædem Castoris sartamtectam deberet tradere. Et rursus, Monumentũ illa amplitudine, illo opere quãuis sartumtectum, integrúmque esset: tamen aliquid se inuenturum in quo moliti prædarique posset, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione, facilè intelligimus quomodo sartatecta locari soleront exigíque. Hæc Budæus. Lin. 5 Decade, lib.2, Censorem moribus regẽdis creatum, cui sartatecta exigere sacris publicis & loca tuenda more maiorum traditum esset.

Dicitur interdum cum coniunctione, sarta tectáque, & sartum & tectum, quum plena est locutio, vt inquit Asconius, quomodo Cicero sæpe vsus est. Budæus.

Sartumtectum habere aliquid, Est integrum & incorruptum seruare. Budæus.

Vtuntur & hac locutione antiqui metaphoricè. Cicero Ante quàm iret in exilium, Si igitur aliquo tempore his hominibus consuluistis, quorum animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum consecratum sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & vos vt turam tranquillámq; fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Quo tamen in loco non periculo, vt in omnibus exemplaribus legitur, sed piaculo lego: hoc sensu, vt Cic. significet animum suum integrum intactúmque ab omni piaculo conseruasse: id est indigno facinore & grau aliqua pœna expiando, ac nihil in se scelestum admisisse. Idem ad Aristium, lib.13 51, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia syncerum integrúmque conserues. Plautus Trinum. 6, loculari metaphora vsus est,

Sartatecta tua præcepta pater vsq; habui mea modestia. Hoc est, omnibus numeris obedientię tibi parui: vnguem latum aut digitum transuersum à tuis præceptis non discessi. Bud.

Sarcina, sarcinæ, pen. cor. {κτηνοβίη, σκεύοφόρημα, φόρτος} A sarcio deriuatur, vt ait Sipontinus: & propriè vtensilium est, & eorum quę ad cultum, ad ornatum, & ad reliquum vsum pertinent, veluti falces, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Plaut Mostel. 6,

Vnde aduenienti sarcinam imponam seni. Cæs.2. bel. Gal.

Fida sarcina. Propert. lib.4. eleg.3.

Magna sarcina. Ouid. epist.3.

Colligere sarcinas dicuntur milites, quum castra mouere volunt: & qui in aliam domum immigrant, sarcinas suas componere solent.

Consti ingere sarcinam, Vide CONSTRINGO.

Sarcinas etiam vocamus res nostras domi ciistis capsísque compositas. Quintil in Pastu cadauerum, Iacent relictæ sine herede sarcinæ. Hæc ex Valla lib.4.cap.49.

¶Sarcinas, sarcinatis, neutro genere dixit Plaut. Mostel.9,

Quid sarcinatis eequa est, si vmbram non habes?

Sarcinula, penultima correpta, Diminutiuum {σκευοφορία.} Iuuenalis Satyr.3.

Aptæ sarcinulæ, & expeditæ. Catul. ad Veranium, 25.

Colligere sarcinulas. Iuuen. Sat 6.

Sarcinatus, pen. prod. Aliud adiectiuum {σκευοφορῶν} Sarcinis onustus. Plaut. Pœn.16,

Videñ' homines sarcinatos consequi?

Sarcinarius, Aliud adiectiuum {σκευοφορικός} Quod ad sarcinas pertinet. Cæs.1. bel. Ciuil. Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

Sarcinator, pen. prod. sarcinatoris, m.g. {σκευοφόρος} Sartor, qui resarcit ac reparat. Lucilius,

Sarcinatorem esse summum, fuere centonem optimè. Paulus De furtis: in L. Fullo, Fullo vel sarcinator qui polienda & sarcienda vestimenta accepit, ex contractatione eorum furtum facit.

Sarcinattix. pen. prod. sarcinatricis {σκευοφόρος} Quæ vestes suit & reficit. Caius in l. Et ancillarum, De peculio, Et ancillarum nomine, & filiarumfamiliãs in peculio actio datur: maximè si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat.

Sarcimen, sarciminis: sutura {ῥάμμα.} Apuleius 5. Tunc tenui sarcimine summas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam setæ densitate sepsimus.

Sarcito in duodecim Seruius Sulpicius ait significare, damnum soluto, præstato. Festus.

Sarcion {σάρκωμα} Est veluti carnosa quędã gemmarum vena, vitiúmq; Carchedonis. Smaragdis admodum peculiare. Plin.lib.vlt.cap.5.

Sarcites Gemma, quæ bubulas carnes repræsentat. Plinius libro 37. capite 10.

Sarcocolla {σαρκοκόλλα} Lachryma arboris in Perside nascentis, inquit Dioscorides dicta ab effectu, quem præstat, & vi potestatéque sua, nempe à vulneribus glutinandis, hoc est ea nibus quas Græci σάρκας vocant, κόλλαν enim illi glutinum vocant. Plin.libro 24.cap.14. Sunt qui & sarcocollam spinæ lachrymam putent, pollini thuris simile, cum quadã actimonia dulcem. Idem lib 13 cap 11, Fit & ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vti' issimũ pictoribus ac medicis, simile pollini thuris. Vides quemadmodũ Plinius & arborem ipsam & gummi, eodem nomine appeller.

Sarcophagus. sarcophagi, pen. cor. m.g {σαρκοφάγος} Sepulchrum, authore Nonio. Macer in Funeris sumptus. D de relig. &c.

Sarcophagus, Lapis. Plinius libro 2. cap. 96, At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur.

Contentus sarcophago Iuuen. Saty. 10.

Sarculum, sarculi, pen corr. n g & interdum sarculus, m.g. {σκαλίς} A sarriendo dicitur, Instrumentum est rusticum quo segetes purgantur. Cato de Re rust cap.10, Sarcula octo, palas quatuor. Plaut. Trucul. 6. Cic. 2. de Fin.

Cui nihil dum sit, ius & sarculos abstulerit.

Sarculum à serendo ac sarriendo, inquit Varr. lib.4. de ling Lat.

Cessant sarcula Ouid. 1. Fast.

Dispersa per agros sarcula. Ouid. 11 Metam.

Arare sarculis Plin lib.18.cap.19.

Agros findere sarculo partio. Horat. 1 Carm ode 1.

Sarculo, sarculas, pen. corr. {σκαλιστικός} Sarculare, Sarculo abscindere. Colum.lib.5, Primò plantæ sarculari debent, ita vt simplex stylus altitudinem maximè sarriendi excedat.

Sarculatio, Verbale {σκάλισις} Idem quod Sarritio. Plin lib.18.cap.21, Sarculatio induratam hyemis rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis. Videtur legendum Teporibus.

Sarda, saidæ {σάρδιον} Genus gemmæ. Plinius libro 37.cap. 7. Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt, partémque ceræ in signo tenent. Ediuerso ad hæc sarda vtilissima, quæ nomẽ cum sardonyche communicauit. Ipsa gemma vulgaris & prin.ùm Sardibus reperta.

¶Sarda piscis ex genere pelamidum. Plin.lib.32. cap.vlt.

SARDABALA, Fluuius Tingitaniæ prouinciæ. Plin.lib.5.cap.2.

Sardachates, Gemma Achates à Sardinia nomine accepto, quod ibi inueniatur à cæteris degenerans. Plin.lib 37.cap.10.

SARDANAPALVS. penul prod. {σαρδανάπαλος} Vltimus Assyriorum rex, de quo Iustinus libro 1, Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrij tali fœminæ parere, duce Arbace defecissentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque diuitias in incendium misit. Hic fuit à Nino trigesimus rex, vt ait Diodorus lib 3. Biblioth. Et moriens condidit hoc epitaphium,

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Cic. 5. Tusc. Quomodo igitur iucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Iuuen Saty.3,

-& potiores
Herculis ærumnas credat, sæuósque labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

SARDEMISOS, Tauri montis promontorium est quod inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum mare immittet. Plin.lib.5. cap.27.

SARDESSVS, Vibs Lyciæ, quæ à Lyrnesso non multùm distabat ab ea vrbe dictus est Sardesius Iupiter, quòd in ea vrbe sanctissimè coleretur σαρδίνους ζῶντας. Autor Stephanus.

SARDI {σαρδῆνοι, σαρδηνοὶ ἄνδρες} indigenæ, qui in Sardinia nati sunt.

Sardi vænales. In eo libello cui titulus est, De viris illustribus, quẽ alij Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, vtriusque reclamante stylo, huiusmodi quoddam adagium refertur, Sardi vænales: de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. Idque hinc esse ortum tradunt, quòd Tiberinus Sempronius Gracchus, quum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum adduxit, vt longa venditione res in prouerbium abierit. Plutarchus in problematis Romanorum, aliam affert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos solennem, vt qui ludos ederent in Capitolio. Sardes vænales pronuntiarent, prodirétque puer quispiam, per lud. brium monili cinctus, quam bullam vocãt. Eum morem hinc ortum putat, quòd Veientes Hetrusco rum populi multum temporis cum Romulo bellum gessissent, quòd horum vrbem postremam Romulus expugnasset. Vsus est hoc adagio Tullius ad Gallum, lib.7.25, Habes, inquit, Sardos vænales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de contẽptis & improbis, & ni failor, patria quoque Sardis. Nam ita scribit paulò ante hunc locũ, Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Erasmus.

Sardia {σαρδία} Inter ornamenta muliebria recensentur à Polluce lib. 7.cap 22. ad finem.

SARDIBI, Populi inferioris Germaniæ ad Pannonias gentes. Strabo libro 7, Sunt & Sardiei (inquit) ad meridiem procedenti, quorum ab initio Adriæ sinu regio montana ad Rhizonicum sinum progtediẽs, agrúmque Sardeorum inter mare gentésque Pannonias cadit. Sardeos propria prouincia inter Illyricanos statuunt.

SARDICENSIS, & sardicensis ter attributum à Sardica. Sardicensis synodus (inquit Spiegl.) non à Sardibus, sed Sardica Illyrij ciuitate dicta, de qua post Epiphanium libro, 2. Tomo, 2. Vide & Vadianum, Illyria, Histor. tripart. lib.4. cap.21. Theodor. lib.2. cap 4.

SARDINIA {σαρδώ} Insula maris Mediterranei. Sallustius, Sardinia, in Afro mari facie humani vestigij in Occidentem quàm in Orientem latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta, vt lib.12, Silius, & Solinus scribunt. De ea Plin. libro 3. capite 7. Eadem & Ichnusa & Sandaliotis, à forma humani vestigij dicta. Claud. de bello Gildonico,

Humanæ speciem plantæ sinuosa figurat
Insula: Sardiniam veteres dixere coloni,

Multa in ea insignia sunt, at nihil magis quàm quæ a Iagio locũ prębuit herba Sardoa, cuius ex varia opinione scriptorum meminit Erasmus Roterodamus in Proverbiis. Sardiniam Ptolemæus multo longiorem facit, quàm sit lata. nã Boum littus CLXXVIII. mil. pas. longitudinis habet, maxima latitudine CXX II. mil. pas. existente. Eadem propè & Pomponij Melæ tententia est. Nam angustiùs spectare eam in Ortum quàm Occasum air, litoribus videlicet medio contractis: in vniuersum autem vbique spatiosiorem esse, quàm Corsica sit, etiã tractu quo latissima est. De Sardinia Pausanias & Cælius Rhodiginius libro 12. cap. 16, Nunc vulgò dicitur *Sardengna*, vt scribit Oliuarius in Melam.

Opima Sardinia. Horat. 1. Carm. ode 31.

A Sardinia, Sardus, Sardous, penult. prod. & Sardiniensis adiectiua sunt.

Regna Sardoa. Ouid. 4. Fast.

Sardinienses qui Sardiniam incolunt, vt ibi negotientur.

Sardinia, Piscis genus ad condimenta & salituras vtilis, apud Italos plurimus. Colum. lib. 8. cap. 17, Tabeutes, haleculas, & salsibus exesam chalcidem, purrémque sardiniam.

SARDIS {σάρδεις} tãtum pluraliter, vrbs Lydiæ magna, ad latus Tmolimontis maximè celebris, vt testis est Herodotus lib. 1. Et Plin. lib. 5, Eadem fuit olim regia Cræsi Lydorum regis, vt latè ostendit Herodotus, & Horat. 1. epist. 11, Quid concinna Samos, quid Cræsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is producta, quomodo Tralis & Syrtis.

Magnæ Sardes. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Vade air, ad magnis vicinum,

Sardibus amnem. Intelligit Pactolum.

Sardianus, a, um, Adiectiuum, Sardiani balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quòd circa Sardis primùm fuerint inuentæ. Plinius libro 15. capite 23.

Sardo, as, are, Antiquum verbum, quo Nævius vsus est. Paulus: Sardare, intelligere: Nævius,

Quod bruti nec saris sardare queunt.

Sardoa lex est, Senescentes iam parentes fustibus lethaliter à filiis cædi ac mox contumulari. Cæl. Rhodig. lib. 19. Lect. Antiq. cap. 26.

Sardoa herba felino similis, id est apio: eam Pausanias nasci in ambitu fontium ait, ac eam mortem cum risûs specie affere. Inde Homerum ac posteros, Sardonium risum, nuncupasse.

SARDONICI {σαρδόνιοι ἔθνη} Montes Liburniæ. Ptolemæo lib. 2. cap. 17, Vulgò *Maranat*.

Sardonius risus {σαρδόνιος γέλως} Prouerbium de risu ficto aut amarulento, aut insano denique. Sensus & origo prouerbij variè traditur authoribus. Zenodorus in collectaneis suis Æschylum citat, qui hunusmodi fermè tradiderit in opere de parœmiis, Gentem esse quandam Carthaginiensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet: ei morem esse, senes septuagesimum prægressos annũ Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuò sese complexantes. Nam turpe ducebant, in funere aut eiulatum edere, aut lachrymas profundere. Hinc adsimulatum risum, Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodorum ait, Sardoniis consuetudinem fuisse, vt filij parentes iam grădiores iuxta fossam aut præcipitium, in quo sepeliendi forent, collocarent: atque inde fustibus cædentes, in eam dare præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, existimãtes eam mortem fœlicem atque egregiam, quòd liberorum impietate interirent. Sunt qui dicunt in Sardorum insula herbam nasci quandam, cui sardoæ cognomen sit, apiastro similem: eam sapore quidem esse dulcem, verùm gustatam, ora hominum in risûs dolore cõtrahere, vt veluti ridentes emoriantur. Hoc sensisse videtur Solinus, cúmque hoc Seruius grammaticus, enarrans hunc ex Virgiliana Thyrside locũ, eclog. 7, Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis. M. Tull. lib. 7. 16, ad Fabium Gallum, Videris, inquit, mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. Significans futurum, vt si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atque applaudere cogerentur, quæ magnoperè displicerent. Alij risum Sardonium ridere, in hoc Ciceronis loco interpretantur, præsentis, & qualiscunque delectationis causa perniciem sibi accersere: siue in ea re esse hilarè, quæ paulopòst magnum malum est allatura. Plura de origine prouerbij apud Erasmum in Chiliadibus, vnde hæc desumpta sunt.

Sinus Sardonij. Claud. de bel. Getico.

Sardonyx. pen. corr. Sardonychis, pen. cor. tam masc. quàm fœm. gen. {σαρδόνυξ} Lapis pretiosus. Cõponitur ex sarda quæ lapis fuit in Sardinia primùm compertus, coloris rubei, & onyx gemma, cui est candor subcandidus, vnguis humani similitudine, quasi vtriusque colorem obtineat. Iuuen. Satyr. 6,

In manibus densi radiant testudine tota

Sardonyches. Persius Satyr. 1,

Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Plinius lib. 37. cap. 7, E diuerso ad hæc sarda vtilissima, quæ nomen cum sardonyche communicauit.

Sardonychus, sardonychi, penult. correp. Idem {σαρδόνυχος.} Iuuenalis Satyr. 13,

Arguit ipsorum quos litera gemmáque princeps

Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis.

Sardonychatus, pen. prod. {σαρδονυχωτός} Sardonyche ornatus. Martialis libro 2,

Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

SARDOVS, penult. prod. {σαρδῶος} Adiectiuum à Sardinia. Ouidius 4. Fastorum,

-Sardoáque regna siniſtris

Respicit à remis. Vide SARDINIA.

SARDVS {σάρδος} Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao eorum furori subtractus, quos Hercules viuèns lacessierat cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam peruenit, eámque quæ antea Sandaliotis, seu Ichnusa vocabatur à nomine suo Sardiniam creditur appellasse.

SAREPTA {σάρεπτα} Vrbs Sidoniorum, vbi diuinus vates Elias esurientem viduam miraculo pauisse scribitur in Sacris literis. Hinc

Sareptanus, Possessiuum {σαρεπτανός.} Sidonius,

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,

Quæque Sareptano palmite missa bibas.

SARGACAE, penult. correp. Populi iuxta Næotidem, quorum oppida Murmetion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium. Pomponius eos Satarchas appellat capite 1. libro 2. De Scythia Europea. de quibus suo loco.

SARGAPISES Tomyris filius, à Cyro Persarum rege captus dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit. Herodotus.

SARGAVRASANAE Regio Cappadociæ apud Plin. lib. 6. cap. 3.

Sargus, sargi, m. g. {σάργος} Piscis genus (inquit Festus) qui in Ægyptio mări ferè nascitur. Lucilius in Satyr.

Quem præclarus elops, quem Ægypto sargus mouebit. Plin. lib. 9. cap. 51. Ibidem, cap. 17, Lutarium semper comitatur sargus nomine alius piscis: & cœnum fodiente eo, excitatum deuorat paululum.

Sari {σάρι} neutrius generis: genus fruticis prouenientis in aqua radice dura intortáque ferrariis officinis vtile, de quo Plin. libro 13. cap. 23, Fruticosi est generis & Sari circa Nilum nascẽs duorum cubitorum altitudine, policari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo, radice ferrariis officinis præcipua, carbonis vsu propter duritiam.

Sarissa, sarissæ {σάρισσα} Hasta Macedonicæ genus, authore Festo. Liu. 9. ab Vrbe, Arma, clypeus, sarissáque illis: Romano scutum maius cor pori tegumentum. Idem 7. bel. Maced. Ibi simul perturbati ordines, & impeditus intercursu suorum vsus prælongarum hastarum (sarissas Macedones vocant) intulerẽ signa Romanæ legiones.

Macedonia sarissa. Ouid. 12. Metam. Lucanus lib. 8, Primi Pellæas arcu fregere sarissas. Idem lib. 10.

Sarissophorus, Alexander lib. 6 Geniad. dierum cap. 13. Sequutis inde tẽpestatibus, Græcorum duces diuersas turmas legionésque descripsere, inter quas Macedonũ robur sarissophorus magni æstimatur, quo velut firmissimo munimento in posterum vsi sunt.

SARMANTVS, Romanus eques scurrilitate notissimus sub Augusto Cæsare, alio nomine Sarmentus de quo suo ordine.

SARMATAE, pen. cor. {σαυρομάται} Populi Scythiæ sunt, qui à Græcis Sauromatæ dicuntur ab oculis lacertarum, σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα oculus. Regio, Sarmatia dicitur. Sunt autem duæ Sarmatiæ secundũ Ptolemæum: quarum vna est in Europa, quæ (vt libro tertio scribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Germaniæ, à Meridie Lazigibus Metanastis. Ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam esse credideriunt. Altera Sarmatia est in Asia, vt idem lib. 5. refert, quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasij montes. Nomina diuersa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, vtuntur plaustris pro domibus, pascunturque lacte equino, vnde quidam eos vocant ἱππημόλγους, hoc est equarum mulsores: alij γαλακτοφάγους, hoc est lacte vescentes. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos vocant Gelonos. Virgil. 3. Georg. Item Sarmatæ alij sunt, qui cruda farina equino sanguine mista, & cruris venis aluntur. Alij etiam qui pro victimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores, quibus bellantibus mos est cruorem eius, quem primùm interemerint, ex ipsius vulneribus bibere: & vt quisque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt etiam in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur, alij qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocãtur Anthropophagi, Ἀνθρωποφάγοι τὴν ἀνδρείαν, hoc est ab hominibus edendis. Iidem ab vsu plaustrorum Hamaxobitæ Põponio, Hamaxobij Ptolemæo vocantur. Hi, vt author est Mela lib. 2, auri & argenti maximarum pestium ignari, vice rerum commercia exercent: atque ob fœua hyemis admodum assiduè demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum braccati corpus, & nisi qua vident etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plin. lib. 4. cap. 12. Et Strabo libro 11, Sarmatæ nunc Poloni vocantur. Oliuarius in Melam.

Discors Sarmata. Claud. 7. Paneg.

Frigidus Sarmata Sen. Herc. OEt. 20, 2.

Intonsi Sarmatæ. Senec. Herc. fur. 7.

Refugi Sarmatæ. Stat. 4. Sylu. 7.

Vagus Sarmata Seneca Hippol. 1.

Sarmaticus, pen. corr. Adiectiuum {σαρματικός.} vt

Iuga Sarmatica. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

Belli Sarmatici ieiunia. Lucan. lib. 3.

Braccæ Sarmaticæ. Valer. 5. Argon.

Hyemes Sarmaticæ. Stat. 5. Sylu. 1.

Sarmaticè, penult. corr. Aduerbium {σαρματικῶς.} Ouidius 5. Tristium, eleg. 13,

Iam didici Græcè, Sarmaticéque loqui.

Sarmatis, pen. cor. huius Sarmatidis {σαυρομᾶτις} Patronymicum fœm. pro Adiectiuo. Ouidius,

Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos.

Tellus Sarmatis. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Sarmentum, sarmenti {σαύραντον, σαυρωτήριον, κλῆμα τὸ} Sarmenta, Virgulæ vitium superuacuæ abscissæ. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 31, Iunciduum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eiicere vitem, quam minorem vocãt flagellum, maiorem etiam vnde vuæ nascuntur, palmam.

Deuecta sarmenta cremare. Virgil. 2. Georg.

Ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. Cicero 3. Verr.

¶ Sarmentum pro Palmite. Columella libro 3. capite 16, Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius singulæ vuæ in singulis sarmentis conspiciuntur: sed si per vnumquenque pampinum maior vuarum numerus dependet. Idem libro 3. capite 10. Et libro 4. capite 6.

Amputatio

Amputatio sarmentorum, & Immissio, contraria. Cicero de Senectute.

In vitibus noua sarmenta cultura excitantur. Cic. 2. de Orat.

Sylueſcere sarmentis dicitur vitis. Cicero de Senect. Vitis quæ natura caduca est, & nisi fulta sit ad terram fertur: eadem vt se erigat clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta complectitur: quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

Sarmenta, Lignosi illi ramusculi quibus stipatim affiguntur vuarum acini. Plin. lib. 23. cap. 1, Sarmenta earum in quibus acini fuere, astringendi vim habent, efficaciora ex ollis.

Sarmentitius, Adiectiuum {σαμψάκινος} Quod est ex materia sarmentorũ. Colum. lib. 6 cap. 26, Verùm vulnera eius sarmentitio cinere cum aceto cum spuma hiuienda sunt.

¶ Sarmentitius, a, um. Cælius lib. 10. cap. 8, Lego denique Christianos quandoque Sarmentitios & Semassios probrosè nuncupatos, quod ad stipitem dimidij assis reuincti, farmentis circuniectis comburerentur.

Sarmentosus, pen. prod. Aliud adiectiuum {σαμψακώδης} Quod plurimum habet sarmenti. Plin. lib. 25 cap. 11, Psyllion alij cynoides, alij crystallion alij sicelion, alij cynomyian appellant, radice tenui, superuacua, sarmentosum.

SARMENTVS {σάμψυχος} Nomen viri proprium, qui scurrilitate claruit, cuius meminit Horat. 1. Serm. sat. 5,

-nunc mihi paucis

Sarmenti scurræ pugnam, Messíque Cicerri,

Musa velim memores.

SARNVS {σάρνος} Campaniæ fluuius, ex Sarno eiusdem nominis monte ortum ducens, iuxta oppidum in Sarni radicibus situm: primóque magno cum murmure desluit, mox in paludes amplas desinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactus rupibus Veseuum montem radit, & inde paruo contentus cursu, in Tyrrhenum mare influit. Lucan. lib. 2.

Mitis Sarni opes. Sil. lib. 8.

Pompeianus Sarnus. Stat. 1. Sylu. 2. Hinc

SARON deus marinus, qui arti nauticæ præsse existimabatur, à quo datum est mari nomen. Lilius Syntag. 5. Histor. deorum.

SARONICVS, pen. corr. {σαρωνικός} Portus in Achaia, ad Isthmum Corinthiacum. Ptolemæus sinum facit Saronicum. Plinius quoque lib. 4. cap. 5, Sinus (inquit) Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuisse regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperarit, in Corinthiacis scribit Pausanias. Saronicus sinus, siue Megaricus. *Le goulfe de legina.*

SAROPHAGES, Gẽtes Indicæ sunt, accolæ Indi fluminis, authore Plinio lib. 6. cap. 20.

Sarpta {σάρπτα ἐμπόριον} Vinea, putata, id est pura facta. Festus. Vnde & virgulæ abscissæ sarmenta dicuntur.

Sarpo, sarpis, sarpere, Idem quod putare, apud Priscianum: vnde vinea sarpta. Hinc nos hodie falcem vinitoriam sarpam vocamus. Sed fortassè tamen verius sit sarpam ab harpe deduci, & sibilum vt pleruníque in densum spiritum exasperari: atque adeò falcem ligunatoriam sic vocamus, propterea quòd cedit & putat arbusculas. Turnebus.

SARPEDON, penult. prod. {σαρπηδών.} Teste Homero lib. Iliad. 16, Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus verò in Polyhymnia scribit eum fuisse Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum aliquando rex esset Lyciæ, & in armis strenuus, Troianis contra Græcos fauit: & multa bellando strenuitatis documenta demonstrans, à Patroclo tandem interfectus est, vt idem Homerus scribit.

Sarpedon Iouis progenies. Virg. 10. Æneid.

Ingens Sarpedon. Virg. 1. Æneid.

Lycius Sarpedon. Ouid. 13. Metam.

Est & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquãdo regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphilia distinguit. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ.

SARRA {σάρρα} Nomen ciuitatis, quæ posteà Tyrus dicta est, teste Gellio lib. 14 cap 6, à qua Sarranum Ostrum est nominatum. Sed id quoque à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & Sar illa lingua vocatur, ex cuius sanguine fericum in purpuram tingebatur.

Sarrana aulæa. Iuuenal. Satyr. 10,

-aut pictæ Sarrana ferentem. Ex humeris aulæa togæ. Id est togam pictam & purpura distinctam. vt sit periphrasis togæ triumphalis.

Sarranus, penult. prod. Adiectiuum {σαρρανός} Quod ex Sarra est. Vnde Sarranæ vestes, Tyriæ dictæ sunt, quæ & ostrinæ & purpureæ. Virgil. 2. Georgicorum,

-Sarrano dormiat ostro. Iuuen. Sarrana aulæa. Columel. lib. 9. cap. 4, Sarrana viola.

Nomina Sarrana. Sil. lib. 8.

Gens Sarrana. Sil. lib. 1.

SARRACA {σαῤῥάκα} Duarum vrbium nomen, quarum vna est in Media: altera in fœlici Arabia. Ptolem. lib. 6. cap. 2. & 8.

SARRACENI, pen. prod. {σαῤῥακηνοί} Populi post Nabathæos Arabiæ populos, vt author est Stephanus.

Sarracum, sarraci, pen. prod. Quo ligna, marmora, & grandiores lapides vehi consueuerunt. Iuuen. Sat. 2,

-longa coruscat,

Sarraco veniente, abies. Idem Saty. 5,

Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ. Quintil. lib. 8. cap. 3, An quum dicit in Pisonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur, incidisse videtur in sordidum nomen?

SARRASTES {σαρρᾶστος} Populi Campaniæ Sarno amni vicini, à quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. Æneidos,

-latè iam tum ditione premebat

Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sarrio, sarris, sarrivi, sarritum {σκάλλω, σκαλίζω, σκαλεύω} Sarrire, penult. prod. Sarculis fodere, purgare, quod fit quum segetes leuiter scalpẽdo, & raſtris à noxiis herbis purgamus. Plaut. Capt. 12,

Nam semper occant prius quàm sarriunt rustici. Var. 1. de Re rust. cap. 29, Prata purgari, salicta seri, segetes sarriri.

Sarrire farmenta. Cato cap. 37.

Sarrire saxum. Martial. lib. 3.

Sartor, sartoris {σκαλεύς} (vt ait Nonius) non solùm à sarciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tam eum qui sarcit, quàm eum qui sarrit significat: hoc est sartitorem. Plaut. Capt. 12,

Sator, sartórque scelerum, & messor maxime? Et paulopòst,

Nam occatorem prius debebas dicere.

Sartura, sarturæ, pen. prod. {σκαλισμός} Idem quod Sartitura. Plin. lib. 18. cap. 27, Ab Æquinoctio sartura nocere & vineæ & segeti existimatur. Dicitur & sartura à sarciendo. Vide suo loco.

Sartitor, pen. prod. sartitoris, m. g. {σκαλιστής} Qui sartit. Columel lib. 2. cap. 13, Tritici modij quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, sartitoris duas primùm, & vnã quum iterum sarriuntur.

Sartitura, sartituræ, pen. prod. {σκάλισις.} Columel. lib. 11. cap. 2, Sartitura quoque siumentorum iteratur egregiè, modios tres vna opera rectè sartit.

Sartitio, sartitionis, Verbale, Idem {σκάλισις.} Varro de Re rust lib. 2. cap. 12, Peracta sementi, sequẽs cura est sartitionis. Colum. lib. 2. cap. 9, Frequentem tamen exigunt sartitionem.

SARSENNA, pater & filius, nobilissimi scriptores, quos Plinius commemorat damnasse arbustorum rationem ad vites subleuandas, lib. 17. cap. 23.

SARSINA, pen. cor. {σαρσίνα.} Plin. lib. 3. cap. 14, oppidum in Vmbria, ex qua Plaut. poeta comicus ortus est. Sil. lib. 8,

-his Sarsina duces

Lactis, &c.

Sarsura, à sarciendo dicitur, vt vsura pro vsu, cursura apud Plautum pro cursu, curatura apud Terentium pro curatione. Varro vbi de Gallinis, Axius, ego quæ requiro sarsuræ assuræ membra de palumbis, de gallinis, dic lodes Merula. Quorum verborum sensum vide in dictione Assura, in verbo ASSO.

Sartatecta, Vide SARCIO.

Sartago, pen. prod. sartaginis, fœ. g. {τήγανον} Patella in qua caro frigitur. A σήθω, quæ caro est, nomen assumpsit, Plin. lib. 16. cap. 11, Item terebinthinam in sartagine referuenti.

Sartago loquendi. Persius Saty. 1,

Hos pueris monitus patres infundere lippos

Quum videas, quæ sit ne vnde hæc sartago loquendi,

Venerit in buccas? Hoc est, hic linguæ ſtridor, qualis ex sartagine, cùm aliquid frigitur, sonat: Vel, hic corruptus ac depravatus loquendi mos. Frigendo enim sartago consusum & dissonum reddit strepitum.

Sartor, Vide SARTIO, & SARRIO.

SARVS, Fluuius Cappadociæ apud Plin. lib. 6 cap. 3.

Sas {σάς} Verrius putat significare Eas teste Ennio qui dicat libro primo,

Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas: quum Suas magis videtur significare. Sicuti eiusdem libro quarto fatendum est Eam significari, quum ait, Nec quisquam philosophiam, quam doctrinam Latina lingua non habet, sapiẽtiáque perhibetur, in somnis vidit, prius quàm iam dicere cœpit. Festus.

SASON {σάσων} Insula est inter Epirum & Brundusium, vt author est Strabo lib. 6. Sil. lib. 7,

Adriaci fugite infaustas Sasonis arenas.

SASSVMINI, Populi sunt in Aquitanica Gallia apud Plinium libro 4. cap. 19.

SASYRI, Gentes sunt in India autore Plin. lib. 6. cap. 19.

Sat {ἄλις} Aduerbium, à Satis, significat abundè. Virgil. 10. ecloga,

Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam.

Sat bonum te facit. Cic. pro Roscio Amer.

Sat commodè. Terent. And. 3. 1.

Sat diu vixit. Plaut. Capt. 13. Cic. ad Attic. lib. 15. 23, Modò & libenter fuerit, & sat diu.

Sat est. Terent. And. 1. 1,

-sat est,

Curabo. Cic. de Senect. Quantum sat est.

Sat est oſculi. Plaut Sticho, 3. Sat litium, apud eundem legitur in Rudente, 14. Cic. 2. de Fin. Testium sat est.

Sat fecit officium. Terent. 4. 5.

Sat habere. Terent. And. 4. 2,

Sat habeo. Idem Eunuch. 3. 2,

Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.

Sat scio. Terent. Adelph. 3. 3,

Persuasit ille impurus, sat scio. Ibidem, 4. 1.

SATAGITAE, Populi in Asia Scythica apud Herodotum lib. 4.

Satago, satagis, pen. cor. sategi, pen. prod. {σφοδρὰ ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι, διατείνομαι} Satagere, Anxium esse, anxiè distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ. Terent. Heaut. 2. 1,

Nam hic Clinia, etsi is suarum rerum satagit.

Satagere, Diligentem esse seu festinare. Plaut. Asin. 9,

Nunc satagit, adducit dum etiam vltro, & scribit nummos.

Satagere de. Gell. lib. 9. cap. 11, Cõsulibus de vi ac multitudine hostium satagentibus. Hoc est solicitis.

Agere & satagere. Quintilianus libro 6. cap. 4, Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem & imponentem, non agere dixit, sed satagere. Hoc est, anxiè multa simul agere, sed ita, vt nullum pro dignitate conficiat.

Satanas {σατανᾶς} Hebraicum verbum à שטן, quod aduersari, hostémque esse significat. Quo nomine appellatus est diabolus, quòd bonorum aduersarius sit: nam διάβολος calumniantem, impostorémque significat. Quicquid enim animæ ad deum tendenti resistit & aduersatur, & quicquid paci est contrarium, hoc verbo Satanas recté exprimitur: sicut legitur in Regum libris. Quia suscitauit deus Salomoni Satanam, aduersus eum qui erat pacificus. Et, filij Saruiæ cur efficimini mihi hodie in Satan? Ex Iobi historia apparet malum genium eo verbo, velut propria notatione designari. Item in Euangelio Matthæi, Ductus est Iesus Christus dei spiritu in desertum, vt ibidem à Satana tentaretur. Sed cùm idem Christus Iesus D. Petrum fatalia impedire volentem redarguendo Satanam appellauit, figuratè loquutus est. Dæmones enim scelerati, quósque ad bonos exercendos deus plerunque commouet atque excitat, propriè pessimi sunt, mortales eorum ductu.

¶Satanas præter notam calumniantis significationem, terræ malleum apud Hieremiam cap. 50. denotat. Celsius lib. 2. cap. 9.

SATARCHAE {σατάρχαι} Populi sunt Septentrionales ad paludem Mœotin vergêres, vt scribit Pomponius Mela lib. 2, Hi bellicosissimi sunt. De quibus Valerius Flaccus lib. 6. Argon.

Iaxamathæ, Totinique, & flaui crine Satarchæ.

SATARNEI, Gentes sunt circa Mœotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

SATAROS, notiore nomine Patara, vrbs in Lycia apud Plinium libro 5. cap. 27.

SATASPES, vir Achæmenius fuit Theaspis filius, qui cùm Zopyri filiam violasset, & ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset, intercessione matris, quæ Darij erat soror, impetrauit vt in exilium ageretur, donec Africam vniuersam lustrasset. Cúmque iam aliquot menses aliqua in peregrinatione consumpsisset, nauigationis tædio adductus in Persidem rediit, regíque retulit sese reliquum itineris confecturum non potuisse, quod naues à Magnetibus retinerentur: quod quum Xerxi fabulosum videretur, hominem, vt antea destinarat, cruci affixit. Herodot. lib. 4.

Satelles, satellitis. pen. cor. m. g. {ὁ ὑπασπιστὴς, ὁ δορυφόρος, σωματοφύλαξ} Miles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non discedat. Plin. lib. 11. cap. 14, Sed præter hos & custodes satellitésque, & ostiarij, & ministri populantur. Liu. 2. ab Vrbe, Comprehensum regij satellites retraxissent ad tribun. al reg. 5. Ouid. 5. Fastorum,

Ille deæ custos, ille satelles erat.

Administri & satellites alicuius. Cic. pro Quintio.

Vides tamen tyranni satellites in imperiis. Cicero Attico libro 14. 303.

Per medios ire satellites. Horat. 3. Carm. ode 16.

Rigidus satelles. Horat. 1. epist.

C. Manlius audaciæ satelles atque administer tuæ. Cicero 1. in Catilin.

Satelles Iouis, Aquila. Cic. 2. Tusc.

Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus

Iouis satelles pastu dilaniat fero. Ex Poeta. Sic 1. de Diuinatione,

Ministri ac satellites cupiditatum alicuius. Cicero 5. Verrin. Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum.

Satellites voluptatum, virtutes. Cic. 2. de Fin.

Satellitium, ij {δορυφόρημα, τὸ δορυφορικὸν} Luciano collectiuum nomen est ipsos significans satellites, tuendi corporis causa adhibitos, quémadmodum Seruitium accipitur pro ipsis seruis, Sodalitium pro ipsis sodalibus.

§ SATELLIVS, Quadratus (vt ait Seneca) fuit quidam stultorum diuitum arrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his annexum est, derisor.

Sati'n', Vide SATIS.

Satio, satias, satiaui, satiatum {κορέννυμι, κορέω, ἰμαφορέω, χορτάζω} satiare, à Sat deduci videtur, significátq; Saturare, seu explere, & habere quod satis sit. Pertinet ad omnes sensus, & frequenter ad animum.

Ad corpus. Colum. lib. 8. cap. 9, Satiárque semodius cibi in diebus singulis vicenos & centenos turtures.

Ad animum. Cicero de Senect. Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis requietem, oblectamentúmque nolcatis.

Legendo non posse satiari. Cic. 3. de Fin.

Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cicero in Paradox. 7.

Fretum non satiatur aquis. Ouid. 8. Metam.

Numerus satiat. Cic. in Orat.

¶Animum non posse satiare in lacerando alicuius corpore. Cic. 2. Philipp.

Cor satiare. Ouid. 9. Metam.

Cupiditatem satiare. Plin. lib. 34. cap. 8.

Desideria naturæ satiare. Cic. 2. de Fin. Yenichat enim ad cœnam, vt satiaret animo quieto desideria naturæ.

Iram satiare. Ouid 3. Trist. eleg. 8.

Lumina satiauit longo visu. Stat. Sylu. 4. 6.

Oculos satiemus amore. Propert. lib. 2. eleg. 16.

Explere cupiditates, satiare odium. Cic. in Parrit.

Pectora iua satiare luctu alterius. Ouid 6. Metam.

Satiare viderur à Plinio positum pro Abundare, lib. 5. cap. 9, Propterea observandum est, prout in Mauritania niues imbréſve satiauerint, ita Nilum increscere.

Satiatus, pen prod. Participium {διακορησάμενος, διακορὴς, δηλήμων} siue Nomé ex participio, vt æui & decoris satiatus. Id est, plenus annorum & dignitatum. Sil. lib 16.

Longo ludo satiatus. Horat 1. Carm. ode 2.

Somno satiatus. Liu. 2 ab Vrbe.

Suppliciis satiatus Liu. 8 ab Vrbe.

Ira nondum satiata sedibus. Lucan. lib. 7.

Libido mentis satiata. Catul. Argon. 59.

Senecta vita longa satiata. Seneca Herc. fur. 10.

Satiabilis, & satiabile, qui facilè satiari potest {κορεστὸς} cuius contrariũ est insatiabilis ἀκόρεστος. Saluſtius, Auaritia insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur.

Satietas, pen. cor. satietatis {κόρος, πλησμονή} Odium, fastidium. Cicero 7. Verr. Posteaquàm è portu piratæ non metu aliquo affecti, sed satietate exierant.

Cibi satietas & fastidium, aut subamara aliqua re releuantur, aut dulci mitigatur. Cic. 1 de Inuent.

Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Cicero 1. de Inuent.

Satietas vitæ. Plin. lib. 4. cap. 12.

Satietas hominum. Terent. Eunuc. 3. 1.

Satietas nostri & Desyderium, contraria. Cicero Attico, libro 2. 20.

Satietas & Auiditas, contratia Plin. lib. 12. cap. 17.

Citra satietatem, Vide CITRA præpositionem.

Abire in satietatem. Plin. lib. 8. cap. 16.

¶Hæc res multum affert hominibus satietatis ac fastidij. Cic. pro Muræna.

Afficere satietate. Cic. Verr. 7.

Capere satietatem, Vide CAPIO.

Satietas voluptatibus non deest. Plin. lib 5. cap. 1.

Defatigari satietate, vel defessum esse. Cic. 2. de Orat.

Dare satietatem. Cic. 3. de Nat. deor.

Naturam explere satietate viuendi. Cic. pro Marcello.

Omnium rerum satietas, vitæ facit satietatem. Cicero de Senectute.

Ferre satietatem ex copia. Quintil. lib. 5. cap. 14, Et odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit.

Fugere satietatem. Cic. Facilimè fugiant satietatem.

Habere satietatem. pro afferre. Cic. ad Attic. 15.

Occurrere satietati. Cic. in Brut.

Parere satietatem. Cic. 4. ad Herennium.

Superare satietatem. Cic. Ego mei satietatem magno meo labore superaui.

Tenet me alicuius rei satietas Salluſt. in Iugurtha.

Ad satietatem trucidare. Liu. 4. bel. Pun.

Vincere satietatem. Cic. 3. de Orat.

Vitare satietatem. Cic. 4. ad Herenn.

Saties, satiei, fœmin. gener. Idem {πλήσμιον} Nec finis satiésve. Silius libro 4.

Satie necari. Plin. lib. 8 cap. 51.

Satias, satiatis, pen. prod. f. g. {πλησμονὴ} pro Satietas aliquando ponitur.

Terent. Eunuch 5. 6,

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Idem Hecy. 4 2,

Satias me iam tenet

Studiorum istorum. Lucret. lib. 5,

Nil, vt opinor, ita ad satiatem, &c,

Fessus satiate videndi. Lucret. lib. 2,

Facta satias. Salluſt. Frumentique ex inopia graui satias facta.

Satias eum cepit amoris in vxore. Liu. 10. bel. Pun.

Cibi satias. Lucret. lib. 5.

Satias capere. Macrobius libro 7. Saturnal. cap. 12, Cur qui auidius vorant, facilius satias capiunt, quàm qui eadem quietius ederint.

Saticuli populi Campaniæ moribus asperi, de quibus Virgil. libro 7. Æneidos,

-amníſque vadoſi

Accola Vulturni pattérque Saticulus asper.

Satio, sationis, Vide SERO, seris.

Satis, Aduerbium {ἅλις, ἱκανῶς, ἀδὴν, ἀκαπιτῶς, ἀποκρώντως} & per apocopen Sat, significat Abundè, quantum opus est. Plautus Menæch. 20,

Accersé homines qui illum ad me deferant. s. quod sunt satis?

Satis ad. Cicero 5. Ver. Sed ab iis quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem ciuitati imperas.

Mihi autem ad vincendum satis est, fuiſſe procuratorem qui cùm experiri posset quales is, &c. Cic. pro Quintio.

Satis audaciter. Plaut. Amphit. 8.

Satis bene. Plaut. Pœnulo, 4.

Satis certè, vel certò scio. Terentius Adelphis, 2. 3. Idem Heautontim. 1. 1,

Hæc non voluptati esse, satis certò scio.

Satis credo. Terent. Eunuch. 5. 9,

Gaudeo. c. satis credo nihil est Thaide tua dignius.

Satis cum periculo. Terent. And. 1. 1.

Satis iam delusum censeo: nunc rem, vt est eloquamur. Plautus Asin. 2.

Satis diu hoc iam saxum voluo. Terent. Eunuc. 5 9.

Satis est. Horat. 1. epist. 2,

Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. Terentius Eunucho, 4. 7,

-hic furti se alligat.

CH. Satis hoc tibi est. Cic. de Amic. Satis erat respondere magnas, ingentes inquit.

Quod satis est sapio mihi. Persius Saty 3.

Responsa non dabantur fida satis. Virg. 2. Æneid.

Satis fortis homo, & satis planè frugi. Cic. 5. Verr.

Satis habeo. Plaut. Capt. 7. Terent. Adelph 3. 2,

Satis mihi id habeam supplicij, dum illos vlciscar modó. Salluſt. in Iugurtha, Satis habeatis animam retinere.

Imbrem satis largum cælo demittere. Virg. 1 Georg.

Satis magna pecunia. Cicero 1. Officior. Vt nuper M. Crassus negabat vllam satis magnam pecuniam esse ei qui in Repub. princeps vellet esse.

Satis

Satis mirati. Terent. Eunuch 3. 4.

Quid illud mali est? nec quo satis mirati.

Satis multa. Brutus ad Ciceronem libro 11. 10. Satis me multa scripſisse, quæ literis commendari possint, arbitror. Idem 4. Acad. Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum.

Nec satis, seruemas Coritti penetrauit ad vrbes, Virg. 9. Æneid.

Non est satis, nisi præsens confirmassem, ne id quidem satis est. Cic. 5. Verr.

Non satis. Cic. 1. de Nat. deor. Sed quum agellus eum non satis aleret, vt opinor, ludi magister fuit.

Non satis est id cur alia percipi posse dicas, alia non posse. Cicero 4. Academ.

Non est satis æstimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Plin. lib 7. in Præfat. Hoc est, non satis æstimari possit.

Non enim satis intelligebam: per parentheſim positum. Cic. 4. Acad. Me quoque iocánſne, an ita sentiens (non enim satis intelligebam) cœpit hortari, vt sententia desisterem.

Et ne satis habeas semel circuire. Cato cap. 1.

Satis pernosti qualis sim. Terent. Adelph. 3. 2.

Satis prospicere oculis, Satis cernere, Satis videre. Plaut. Amph. 17. Terent. Adel. 3. 3.

-éſtne hic Hegio.

Tribulis noſter? ſi satis cerno, is Herelè est.

Plus quam satis opus est, doleo. Cic. 7. Verr.

Satis præceptum. Plaut. Pœn. 8.

Satis rectè mones. Plaut. Perſa, 16.

Satis sæpe iam & virtutem militum & fortunam tentatam. Salluſt. in Iugurth.

Satis sanus. Curtius lib. 4.

Satis, satis. Terent. Heauton. 3 3,

Non possum, satis iam, satis pater durus fui.

Satis scire. Liu. 1. ab Vrbe.

Satis tempore. Cicero 4. Verr. Satis putabat se ad comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſer. Hoc est satis tempestiuè.

Quum hominem nomino, satis mihi videor dicere. Cicero pro Quintio.

Quare de hoc satis, Cic. Attico lib. 6. 120.

¶Satis, cum genitiuo, Satis causę. Teren. Andr. 1. 1. Nec satis ad obiurgandum causæ, Plaut. Baech. 2,

Satis historiarum est? Idem Truculen 6. 4.

Satis est mihi tuæ salutis, nihil motor. Terent. Phorm.

Satis iam verborum est.

Satis exemplorum alienæ clades præbent. Liu. lib. 2. Decad. 4 90.

Orationis satis est, Vide Oratio in ORO.

Satis temporis ad dicendum. Cic. 4. Verrina.

¶Satis supérque {ἱκανῶς ἐπιτροπικῶς, χορτικῶς} Virg 2. Æneidos,

-satis vnà supérque

Vidimus excidia. Cic. de Nat. deor. Nam contra Epicurum satis supérque dictum est. Horat. Epod. 1,

Satis supérque me benignitas tua Ditauit.

¶Satin', pro Satíſne. Terent. Eunuch. 5 2.

-satis id tibi placet? C. Non. Idem And. 4. 5,

Satin' sanus es, qui me id rogires?

Satin' saluz? Modus loquendi apud veteres, quum vbi quid turbarè erat, interrogábat an satis saluæ res essent. Terentius Eunuch.

Hem quid est? quid trepidas? satin' saluæ? Alij sic legunt, -Hem Quid est quod trepidas? satíſne saluè? dic mihi. In quem locum sic ait Donatus, Saluè, integrè, rectè, commodè. Plaut. in Trinummo, Benuolens tunc atque amicus, satíſne saluè? Nunc aduerbium est: producta est è litera. Salluſtius, Inde ortus sermo, per contantibus vtrinque, satin' saluè? quàm grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur. Hactenus Donatus.

Satin' salua omnia. Liu. Decad. 1. lib. 3. Admiratus rogitánsque satin' salua omnia, togam properè è tugurio proferre vxorem Raciliam iubet.

Satisaccipio, satisaccipis, penult. corr. satisfaccepi, satisfaceptũ {ἱκανῶς παραδέχομαι, ἱκανῶς χρήσομαι, ἱκανῶς χρῶμαι} satisfaccipere. Dictum est eodem modo quo satisfacere. Nam id quo quis contentus erat, ei præstabatur, satisfieri dictum est: ita quia tales quibus contentus quis futurus esset, sic dabantur, vt verbis obligarentur, satisfacipi dictum est. Hæc Pomponius in l. stipulationum aliæ. ff. de verbor. obligat. Plautus Sticho, 9. Cicero pro Roscio Comœdo, Quæ de causa Flauius, quum de totalite faceret pactionem, neque satisfaccieret à Roscio, neque iudicio absolueretur à Fannio. Idem pro Quintio. Si veretur vt res iudicio facto parata sit, iudicatum soluì satisfaccipiat. Vetus codex legit separatim Satis accipio. Cato cap. 2. Quæ satisfaccipienda sient satisfaccipiantur.

Satisfaccipere, contrarium habet Satisdare.

¶Satis acceptum, per translationem pro certum, compertum, & firmum, veluti datis fideiussoribus & sponsoribus. Satis enim accipit, cui prædes & sponsores dantur. Plaut. Mostellaria,

Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum. & in Sticho,

Satis abs re accipiam, nisi videam mihi tè amicum esse Antipho. Ex Turnebo.

Satisacceptio, satisacceptionis, Verbale {ἱκανωτικὸν} Satisacceptionem appellat Pomponius in l. Stipulationum aliæ. de Verbo. obligat. stipulationem, quę ita obligat promissorem, vt expromissores quoque ab eo accipiantur. Id est qui idem promittunt.

Satisdo, satisdas, satisdedi, satisdatũ {ἱκανῶς διδῶ} satisdare, pe. corr. Significat fideiubere, promittere per vadem, siue fidem suam pignori dare, & reipsa eertum facere. Caius ff. Qui satisdare cog l. 1. Satisdatio eodem modo appellata est, quo satisfactio. Nam vt satisfacere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, quum pro eo quod à nobis petit, ita cauemus vt eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Cic. pro Quintio.

Iudicatum soluì satisdare. Cic. 4. Verr. Amici, siquis quid peteret iudicio, secum agi passuros, iudicatũ soluì satisdaturos esse dicebãt.

Satisdare genitiuo iunctum. Cic. 3. Ver. Qui redemerit, satisdet damni infecti. Scilicet nomine.

Satisdatio, satisdationis, Verbale {ἱκανωτικὸν} Cic. Attico lib. 5. 88. De satisdando verò te rogo quoad eris Romæ tu vt satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Memmianorum prædriorum vel Atilianorum.

Capitalis satisdatio, cùm aliquid in nos recipimus cum obstrictione capitis. Plin. lib. 36. cap. 5. Nec minor quæstio est in septis, Olympum & Pana Chitonémque cum Achille qui fecerint, præsertim quum capitali satisfactione fama iudicet dignos. Hoc autem & ipse Plinius lib. 34. cap. 7. apertius declarat his verbis, Ætas nostra vidit in Capitolio, priusquàm id nouissimè conflagraret à Vitellianis incensum, in cella Iunonis, canem ex ære, vultus suum lambentẽ: cuius eximium miraculum & indiscreta veri similitudo, non eo solùm intelligitur, quòd ibi dicata fuerat, verùm & noua satisdatione: nam summa nulla par videbatur. capite tutelatios cauere pro ea, instituti publici fuit.

Satisdationem implere non potuit. Papi. in l. 2. ff. de custod reor.

Præstare satisdationẽ. Vlpian. in l. si fideiussor §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. Si necessaria satisdatio fuerit, & nou facilè possit reus ibi præstare, vbi cõuenitur: potest audiri si in alia eiusdem prouinciæ ciuitate satisdationem præstare paratus sit. Si autem satisdatio voluntaria est, non in alium locum remittitur.

Satisdatum, satisdati, pen. cor. {ἱκανωτὸν δίδωι} Cic. Att. lib. 16. 339. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere. Pomponius, in l. Et magis. ff. de solut. Potius enim eo nomine exoluisse videor, quod satisdato, quàm quod sine satisdatione debeo.

Satisdato promittere. Papinian. in l. 2. in princip. ff. de custod. reor. Vlpianus duobus locis in l. Sed & siquis. §. Quæsitum est. ff. Si quis caution.

Satis exigere, vel non exigere, ea forma dicitur, qua satisdare, vel non dare. Vlpian. in L. Iulianus. §. Si tibi. ff. ad exhibendum. Paulus in l. Lucius Titius. §. Cùm in testamento. ff. de administrat. tutorum. A quo magistratus satis exegerunt rem saluam fore.

Satis abundéque coërceri mensorem visum est. si &c. Vlpian. in l. 1. § Hæc actio. ff. Si mensor falsum modum dixerit, Papinianus, Tutores qui poti. § 1. ff. de administratione tutorum. Quum satis abundéque sit, vel in vna specie per amici laborem domino consuli.

Satisfacio, satisfacis, pen. cor. satisfeci, pen. pro. {πληροφορῶ, ἱκανῶς ποιῶ} satisfactum, satisfacere, tantum facere quantum satis sit irato ad vim dictam, inquit Asconius. Datiuo iungitur. Plaut. Amphit. 10,

-quin ego illum aut deseram,

Aut satisfaciat mihi. Cic. ad Att. lib. 7. 141, Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt.

Satisfacere quibus debemus. Cic. ad Att. lib. 11. 224.

Satisfacere suis, pro dissoluere æs alienum. Cæs. 3. bel. Ciui.

Satisfacere de visceribus suis, pro Suis visceribus æs alienum dissoluere. Hoc est sua ipsius pecunia. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 3. Sentio quid sceleris admiserim, quum de viscerib⁹ tuis & filij tui satisfacturus sis quibus debes, ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustra dissiparim.

Satisfacere alicui in pecunia. Cælius ad Ciceronem, libro 8 12 Vt si mihi in pecunia minus satisfeciſſet, per hanc speciem simultatis eum consecutarer.

De re aliqua plenè & statim satisfacere. Quint. li. 4. ca. 5.

¶Satisfacere, pro purgare. Cic. 2. Philip. Acceperã enim iam antè Cæsaris literas vt mihi satisfieri paterer à te. Id est vt acciperẽ tuam excusationẽ & purgationẽ. Inde Satisfactio, pro purgatione & excusatione.

Satisfacere cumulatè alicui. Cic. ad Qu. fra. lib. 2. 8. Idẽ in Topicis.

Satisfacere alicui de re aliqua. Cæs. 5. bel. Gal. Seséque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniuriis satisfacere.

¶Amicitiæ satisfacere. Cic. Planco, lib. 10. 1.

Causæ & officio, suo satisfacere. Cic. 1. Ver.

Deo piè & castè satisfacere. Cic. ad Terent. lib. 14. 7. Cui quidem tu Deo, quẽadmodum soles, pie & castè satisfacias: id est Apollini & Æsculapio.

Disputationi alicui satisfacere. Cic. 1. de Legib. Nec enim satis fieri censent huic loco qui nunc est in manibus, nisi hoc ipsum natura ius esse disputarint.

Existimationi hominum satisfacere. Cic. 5. Verr. Commoneri te oportuit vocare Apronium, nec illum antè tibi satisfacere, quàm tu omnium existimationi satisfeciſſes.

Immortalitati laudum alicuius satisfacere. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 17. Nunc aũt incensus studio rerũ tuarũ, eas literis græcis mãdare cupiebat: posse arbitror, valet ingenio: habet vsum iampridem in eo genere studij, literarúmque versatur: satisfacere immortalitati laudum tuarũ mirabiliter cupit. Id est laudes reddere immortales.

Mandatis alicuius satisfacere. Cic. ad Att. lib. 6. 111. Noli enim putare me quidquam maluisse, quàm vt mandatis tuis satisfaceret, nec vlla de re plus laborasse. Vetustum exemplar hãc habet, vt mandatis facerem.

Naturæ & legibus satisfacere. Cic. pro Cluent. 21. Id est mori.

Officio, erga aliquem in re aliqua satisfacere, pro Iungi officio. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 6. In ea re nos & officio erga Lentulum mirificè, & voluntati Pompeij præclarè satisfecimus.

Vt omnium opinioni satisfiat. Cic. pro Rabir. Posth.

Satisfactum est promisso nostro ac recepto. Cic. 7. Ver.

Publicè satisfacere, hoc est publico nomine. Cic. 3. Verr. Sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publicè satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atque inferri solere.

Suspicioni alicuius satisfacere Cic. pro Rab. Posth. Sed vt omnium vel suspicioni, vel maleuolentiæ, vel crudelitati sa-

ti fiat,occultat pecuniam Posthumus,latent regiæ diuitiæ.
Vitæ satisfacere.Cic Planco,lib.10.1.
Voluntati voluntate satisfacere.Sen.de Benef.lib.2.cap.35.
Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt.Cic.in Orat.

Satisfieri,p.c.{πληροφορεῖσθαι} Ouid.2.de Reme.amo.
Quanquam à te quidē cumulatè satisfit & mihi & omnibus, Cic. Actio.lib.13.33.

Satisfactio,Verbale {πληροφορία,πληροφόρημα,} Purgatio,excusatio.Cic. ad Trebatium,lib.7.13. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis Idem ad Attic.lib.4.75. Et simul ne βαθύτης mea quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, & aliquid satisfactio leuitatis habere videatur.

Satispræsto,satispræstas,{ἱκανὸς παρέχω} satispræstare, Idem quod satisdare.

Satior & hoc satius, huius satioris, pen. prod. Melior. Plin. lib. 17. cap 5.Eric igitur hæc optima,& operi satior.De terra tenera.

Satius{κρεῖττον} Comparatiuum aduerbium à Satis, & significat Melius quasi vltra id quod opus est.Terent.Heaut.41.
-& tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est,quàm illo minam,Virg.ecl.2.
Nónne fuit satius tristeis Amaryllidis iras,
Atque superba pati fastidia? Cic. ad Att. lib. 7. 121. Video cum altero vinci satius esse,quàm cum altero vincere.
Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, præsertim quum scribas, ad optimum & electissimum verbum deuenire? Est quum non est satius,si &c.Author ad Heren.lib.4.
Multo satius est.Lucret.lib.5.
Nimio satius, Vide NIMIS.
Sator,Satiuus,vide SERO,seris.

SATRAE,populi Græcorum in litoribus Thraciç.Herodotus lib.7.

Satrapes,vel Sarrapa,satrapę,pen.cor.m.g.{σατράπης} Dicto Persica, quæ apud nos præfectum significat.Terent.Heaut 3.1,
-satrapes si sier
Amator,nunqu am susserre eius sumptus queat.

Satrapia,satrapæ,pen.pro.{σατραπεῖα} Regio,& præfectura. Plin.lib.6. cap.20. Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisiadas. Dicitur & Satrapea , pen. pro. Curtius lib. 5. Mazeum transfugam satrapea Babyloniæ donat.Idem lib.6.

SATRICVM clara Latii ciuitas apud Plinium lib.3.cap.5.

Satullo,satullas,& Satullus,Vide SATVR.

Satum,sati,Genus mensuræ Palæstinæ, quæ capit sesquimodium, siue,vt nos lingua nostra dicimus sesquibœotium.

Satur,satura,saturum, pen.cor.Adiect. {πεπλησμένος, ἱκανὸς} Quod est cibo plenum. Teren.Hecy.5.2. Sed quum tu satura atque ebria eris, puer vt satur sis facito.Cic.1.de Diuin. Præclara verò auspicia,si esurientibus pullis res geri poterit,saturis nihil geritur.
Altilium satur.Horat 1.epist.7.Hoc est saturatus altilibus.
Satur omnium rerum.Terent.Adel.5.1.
Friendo satur.Plaut.Pœn 4.
Capellæ saturæ Virg.eclog 10.
Conuiua satur Horat.1.Serm.saty.1.
Cor saturum.Catullus.ad Iuuentium,45.
Satura ieiunè dicere. Cic. in Orat. Eloquens nec satura ieiunè dicet, nec grandia minutè, nec item contra: sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Sensus est, Si quæ res sunt saturæ,hoc est plenæ, & quæ magna dicendi copia explicari possunt, non eas ieiunè & exiliter tractabit orator,esset enim indecorum:sed quantam maximam poterit vbertatem orationis illis adiunget. Ita si grandia sublimiáque tractanda susceperit, non ea minutè tenuitérque dicet, sed omnem dicendi vehementiam adhibebit.
¶Satur.Fœcundus & abundans. Persius Sat. 1. -nec rus saturum laudare. Virg.2.Georg. Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius, Saturi, aut fœcundi: aut quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum vicinæ sunt Calabriæ ciuitates.
Præsepia satura.Virg.3 Georg.
Coloni saturi.Tibul.lib 2.eleg.1.
¶Satur color, Plenus,vehemens, & quem vulgus nostrum *onerationem* vocat Plin. lib. 37. cap.10. Ion apud Indos violacea est, sed tarò saturo colore lucet.
Vellera fucata saturo colore.Virg 4.Georg.
Saturior lactis agnus.Colum.lib.7.cap.4.

Saturio, saturionis, masc. gen. {θυμηρὴς} Idem quod Satur. Plaut. Persa.4.
Nam esurio venio,non aduenio saturio.

Saturitas,pen.cor.saturitatis, f. g.{πλησμονὴ} Plaut. Capt. 13. Proin tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. Plinius lib. 9. cap. 39. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata.
¶Saturitas, pro Fœcunditate.Cic.de Senect. Neque solùm officio, quod hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi & saturitate copiáque rerum omnium quæ ad victum hominum & cultum tum etiam deorum pertinent.
Saturitas, pro excrementis ventris. Plin.lib. 10. cap.33. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum , adultioréque citeumagi docent, & foris saturitatem emittere.

Saturo,saturas,pen.cor. {πλήθω,πεφόρτισμαι,πίμπλημι} saturare , Explere.Ad omnes sensus pertinet,propriè tamen ad gustum.Cic.2. Philip.Versatus in bello est , saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. Nonius, Expleri & saturari hanc habent differentiam : Expleri est tantummodò plenum esse:Saturari,supra modum. Cic.lib.6. de Repub.quæ quia expleri,nec saturari vllo modo possunt. Virg.10.eclog. Nec cythiso saturantur apes,nèc fronde capellæ.
Nuper nati mammas appetunt, earúmque vbertate saturantur. Cic.2.de nat.deor.

Famem epulis saturare.Claud. de Phœnice.3 3.
Placare & saturare. Cic. pro domo sua. Explei animos inuidorum , placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam seculi proditorum.
Odium saturare. Cic.pro Flaceo , Mactare victimam gratiorem, quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos omnes odiū saturauerit?
Saturnus appellatus quòd se saturat annis.Cic.2.de Nat.deor.
Stercore saturare terram.Col.lib.2.cap.9.

Saturatus,pen pro. {διάκορος,χορτασθείς} Partic.vt Iuno saturata. Virg. 5. Æneid. Multa mouens , necdum antiquum saturata dolorem. Synecdoche.
Expletus & saturatus.Cic.5.Verr. Vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus expleti atq; saturati, cum hoc cumulo quæstus decederent.
Cæde armenti saturati leones.Ouid 10 Metam.
Homines saturati honoribus.Cic. pro Planco.
Mens saturata bonarum cogitationum epulis.Cic.1.de Diui.
Lumina saturata cara figura.Catul.Argon.59.
Saturatæ vestes murice,id est tinctæ.Martial.lib.8.

Saturatior, Comparatiuum:vt Saturatior color.Plin.lib.21.cap.8

Saturo,saturas{χορτάζω,} fatullare.Idem quod saturare. Varro, Neque in puluere myrtico coquam carnes,quibus satullem corpora, & famem ventris.Nonius.

Satullus,Adiectiuum,Idem quod Satur. Varro.lib.2 de re rustica.2. Vt agni satulli fiant lacte.Sed forrè diminutiuum est Satur.

Satureia,saturetæ {θύμβρα} Herba fragrantis odoris,quæ & cunila dicitur,& origanum heracleoticum:à Saturo dicta, quòd nullum ferè condimentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere videbatur.Col lib 10 Et satureia thymi referens tymbræque saporem. Plin.lib.19.cap.8. Thymbram verò quæ sit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & alium,satureia dicta in condimentario genere.Seritur mense Februario,origano æmula.
Satureia , genere neutro , plurali numero dixit Martialis libro.3. epigram 33.in Lupercum.
Impropa nec profunt iam satureia tibi.
¶Satura,& cibi genus ex variis rebus conditum,est, & sex multis aliis legibus referta,aut conferta legibus.Itaque in sanctione legum adscribitur: Nèue per saturam abrogato , aut derogato. T. Annius Luscus in ea, quam dixit aduersus Ti. Graechum:Imperium, quod plebes per saturam dederat,id abrogatū est.Et C.Lælius in ea,quam pro se dixit: Dem postero die , quali per saturam sententiis exquisitis,in deditionem accipitur.Festus Paulus annotat : Est & satura genus carminis,vbi de multis rebus disputatur.Satyram dicūt : de qua in suo loco.

SATVRAE, palus,quę & Pontinæ,iuxta Circeios fuit viginti trium olim vrbium locus,vt est Mutiani sententia apud Plinium libro,3 ca. 5.Hæc ad viam vsque Appiam perringebat , vbi & nanibus traiiciebatur inter Appii forum & Auxurem : Virgil.lib.7.Æneid.
-queis Iupiter Auxurus aruis
Præsidet,& viridi gaudens Feronia luco,
Quà Saturæ facit alta palus gelidúsque per imas
Quærit iter valles atque in mare conditur Vfens.

SATVRCHEI populi sunt circa Mœotim apud Plinium lib. 6. cap. 7.

SATYRIO{σατυρίων} Decurio cubiculariorum Domitiani.A quo
Saturii modi.Martialis lib.4.34.in Afrum,
Saturióque modos,Parthenióque sonas.

SATVRNIANA colonia{σατουρνιάνα κολωνία} Tuscorum vrbs,Ptolemæo lib.3.cap.1.Hodie Saturnia.

SATVRNIA {σατόρνη.} Nomen regionis,& oppidi. Virg 8. Æneidos, Ianiculum huic,illi fuerat Saturnia nomen.
Ædituora etiam loca (vt Diodorus scribit) Saturnia dici consueuerunt.
Saturnia,Italia:&mons,qui nunc est Capitolinus,Saturnius appellabatur,quòd in tutela Saturni esse existimatur.Saturnii quoque dicebantur,qui castrum in imo cliuo capitolino incolebant,vbi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur , quia apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici authore Æneæ velant capita, quod is, cum rem diuinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri,ne ab Vlysse cognitus interrumperet sacrificium , caput adoperuit,atque ita conspectum hostis cuitauit. Saturno, dies festus celebratur mense Decembri , quod eo ædis est dedicata , & is culturæ agrorū præsidere videtur, quo etiam falx est ei insigne. Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur , quibus & à Nævio bellum punicum scriptum est,& à multis aliis plura composita sunt,Qui Deus in saliaribus Saturnus nominatur,videlicet à sationibus.Festus.

SATVRNINVS Volusius vrbis præfectus à Plinio lib.11.cap.38.commemoratur quotannis sanguinem per os misisse, tametsi nonagesimum excesserit annum.
Saturninus tribunus plebis fuit seditiosus,qui cum perniciosis legibus rempublicam perturbaret,sumptis ex Senatusconsulto armis in capitolio occisus est à Scæua quodam Qu. Crotoniis seruo , cui idcireo libertas præmij loco data est.Fuerūt multis post annis,qui à Caio Rabirio occisum dicerent,quo nomine ille à T. Labieno in iudicium vocatus , & perduellionis reus factus à Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quæ pro Caio Rabirio Posthumo perduellionis reo,inscribitur.
Saturniniani , hæretici fuerunt à Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem inscio Deo fecisse dicebant. Irenæus lib.1.cap.23.

SATVRNVS{κρόνος} Cæli filius,authore Cicerone lib.2.de Nat.deor. Vetus(inquit)hæc opinio Græciam oppleuit , scilicet exectum Cælum à filio Saturno , vinctum autem Saturnum ipsum à filio Ioue. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas. Cælestem enim altissimam ætheream que naturā, id est igneam, quæ per

sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione alterius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum, ac temporum contineret,qui deus Græcè idipsum nomē hal et.κρόνος enim dicitur , qui est idem χρόνος , id est spacium temporis. Saturnus autem est appellatus, quòd saturetur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus , quia consumit ætas temporum spatia , annísque præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus autem à Ioue, ne immoderatos cursus haberet,atque vt eum syderum vinclis alligaret. Hactenus Cicero.Vide & Macrobium Saturnaliorum lib.1. cap. 40.41. 42. Alii philosophi interpretantur Saturnum Cronon, velutì à satietate intellectus, eo quòd Græce satietas κόρος: intellectus verò sine mens νοῦς dicitur, vt sit nomen compositum Saturnus ex prima parte Latina , & posteriore Græca , ipsa satietas mentis. Sunt qui Saturnum à satu deducant , quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam à verbo quod Græci dicunt σαίνειν, quo vitilia significantur, quòd patris pudenda abscidisse , atque in mare proiecisse dicitur: vnde Venerem procreatam ferunt , quæ à spuma, vnde coaluit, Aphrodites nomen accepit.
Deus curuus Saturni,Id est falx Virg.2.Georg.Seruius.
Saturnus regnis à Ioue pulsus erat.Ouid.3.Fast.
Aureus Saturnus. Virg. 2. Georg. Quia sub Saturno fuit ætas aurea.
Grauis Saturnus.Persius Saty.5.
Impius Saturnus. Horat.2.Carm.ode 17.
Senex Saturnus.Virg.7.Æn.
Saturni stella , Phœnon Græcè , x x x ferè annis cursum suum conficit.Cic.2.de Nat.deor.
Stella Saturni frigida,Virg.1.Georg.
Sydus graue Saturni.Propert.lib.4.eleg.1.
Stella quæ Saturnia nominatur.Cic.de Som.Scipionis,

Saturnius, Adiect.{σατουρνιος,κρόνιος} vt
Arma Saturnia.Virg.1.Æn.
Coniux Saturnia.Sil.lib.10.
Iuno Saturnia.Virg.3.Æn.
Saturnius mons,Tarpeius & Capitolinus Romæ notissimus.
Tellus Saturnia frugum parens.Virg.2.Georg.
Regna Saturnia,Virg.4.Eclog.

Versus quoque quos olim Fauni vatésque canebant ,Saturnios antiqui nominabant,vt ait Varro.

Saturnalia, Saturnaliorum {κρόνια} Festa septem seu quinque dietum, mense decembri, Saturno dicata:eránque dies illi pleni lætitiæ, in quibus Romani syntheſin vestem sumebant. Dies quoque quibus munera vltro citróque mitti remittíque solebant , Saturnalitia dicebantur.Sueto.in Augusto,cap.75.Saturnalibus, & siquando aliàs libuisset , modò munera diuidebat,vestem & aurum & argentū:modò numos omnis notæ.Cic.ad Att.lib.5.108.Saturnalibus mane,&c.Horat.2.Serm.saty.3. De Saturnalibus vide Macrobium lib. 1. Saturnal.cap.7.8.& 10.
Secundis & tertiis Saturnalibus , pro secundo & tertio die Saturnaliorum.Cic.ad Attic.lib.13.epist. vlt.Sed quum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset,villa ita completa militibus est, &c. Paulò post,Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam nec quemquam admisit.
Hilara Saturnalia.Cic.Att.lib 5.108.

Saturnalitius, Adiectiuum{κρόνιος} Quod ad Saturnalia pertinet. Martial.lib.5. Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ. Ibidem,
-potiúsque videtur Saturnalitias perdere Varro nuces.

Saturo,saturas,Vide SATVR.

SATVRVM {σάτυρον } Vrbs Calabriæ fuit non longè à Tarento,Vnde.

Saturei anus Possessiuum{σατυρεανὸς} Horat. 1. Serm.saty.6. Me Satureiano vectari rure caballo. Quidam etiam Satyrum scribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum est , Satyram vocari affirmant.

Satus. Vide SERO.

Satyra,satyræ,pen.cor. {σατύρα} Quasi satura dici videtur, ob carminis varietatem , seu propter copiam rerum , quæ ibi tractantur. Est enim satyra , carmen maledicum , & ad carpendа hominum vitia compositum : quale scripserunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Persius.Accepit & id carminis hunc titulum, quòd personis , factísque satiatum abundare videatur. Quidam à satyra lance , quæ referta multis variisque primitiis,in sacrificiis diis offerebatur. Alii à lege Satyra,dictam existimant,quæ vno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Saluſt. in Iugurth. Varro à quodam facinimis genere, quod multis rebus referciebatur,dictam satyram esse scribit. Vnde in 2.lib. Plaurinarum quæstionum habetur , Satyra est vua passa & polenta , & nuclei pinei ex musto conspersi. Donatus in Terentium , Deinde aliud genus fabulæ,id est satyra , sumpsit exordium, quæ à Satyris , quos illo:os semper ac perulantes esse legimus , vocitata est. Potest etiam dici,satyram ideò vocatam, quòd in antiqua satyra introducebantur Satyrorum personæ , aut si quæ erant ridiculæ similes Satyris. Duo quippe satyrarum genera fuisse constat. Alterum antiquius, quod sola carminū varietate constabat.Alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continens, & acrem vitiorum obiurgationem.
Liuens satyra.Statius 1.Syl.3.

Satyrus pen.cor. Adiect. {σάτυρος} Quod ad satyram pertinet.vel Satyrus,Qui satyram scribit.

Satyricus,pen.cor.{σατυρικὸς} Aliud adiect.Idem.

Satyricè, Aduerb {σατυρικῶς} acriter,cum conuitio.

SATYRI{σάτυροι} Animalia sunt in vltimis Libyæ gentibus,quæ nihil hominis præter effigiem habeant. Satyri autem dicti esse creduntur Grammatici,quòd in libidinē semper sint proni , à virili membro, quòd Græci σάτυον dicunt. Veteres huiusmodi mostra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt,quemadmodum Faunos, Syluanos fyluarum: confunduntur tamen hæc omnia à poetis. Ouidius 1.Metam.
Sunt mihi semidei , sunt rustica numina Fauni , &c. Vide Melam lib. 3.in descriptione Aethiopiæ.Cic.9.Ver. Satyrus qui apud Tarentinos in æde Vestæ est.
Iuuentus Satyrorum in Venerem prona.Ouid.1.Fast.
Scriptor Satyrorum Horat.in arte.
¶Agrestes Satyri.Horat in Arte.
Capripedes Satyri. Horat.2.Carm.ode 19.
Lasciuus Satyrus.Silius lib 3.
Leues Satyri. Ouid.1.de Arte.
Proterui Satyri.Horat.in Arte,
Saltantes Satyros imitari. Virg.5.eclog.
Satyricum signum.id est Priapi effigies, quæ in hortis cōstitui solet ad fascinationes horrorū arcendas, græcè σατυρικὸν ἄγαλμα.Plinius lib. 19. cap.4. Quam rem comitata est ea religio quædam:hortolique & fores tantùm contra inuidentium fascinationes dicati videmur, In remedio Satyrica signa. Quanquam hortos Veneris tutelæ Plantus adsignat.

SATYRIDES, Insulæ in quibus inhabitant Satyri. Lubet ad hunc locum ea adscribere, quæ Pausanias in Atticis narrat se à quodam Euphemo Care de satyris accepisse. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pausanias)cùm in Italiam nauigaret, se vi ventorum & tempestate abreptum, à recto cursu longè admodum aberrasse , atque in mare peregrinum,& inauditum,in quo denique nauigari non solet,delatum esse.In eo mari insulas esse multas desertas atque incultas , in quibus habitarent tamen homines feri , & agrestes,& rufi: quibus caudæ non multo caudis equinis minores,ad coxas vsque propenderent: insulas autem illas appellari Satyrides. Hæc Pausanias.

Satyrismus apud Hippocratem est tuberculum prælongum , cuius visuntur modi sub ipsis Satyrorum aures. Cælius Rhod, libro 14.cap.8.

Satyriasis,vel Satyrismus, σατυρίασις, σατυρισμὸς: pulsus testiū,& velut singultus qui fam inguinis sequens inflammatam quandam passionem seminalis receptaculi,cum intentione & tētigine.Quod si non cessauerit pulsus ille,solent seminaria vasa intendi, vel spasmus nasci. Satyrismus (inquit Galenus lib. 2. Methodi) est virilis membri præter naturam arrectio , σατυρίασις , enim Græcis arrigere est : & rei Venereæ proritu exstimulari. Idem & priapismus dicitur ab obscœno hortorum custode , ducto nomine , qui veretro prægrandi sculpi solet,& erecto.

Satyria,satyriæ {κάνναβις} Anis,aliàs coruus. Florus , Quum singulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit. Inde Torquati.Iterum Pontino agro quum in simili pugna L.Valerius insidente galeæ satyria alire adiutus ,retulit spolia.
Satyria apud Latinos cibarium confusaneum dicitur , veluti cibus ex variis rebus compositus.

Satyrion,sg.{σατύριον} Herba.Plin.lib.26.cap.10. Concitatricem vim habet satyrion.Duo eius genera:vna longioribus foliis quàm oleæ, caule quatuor digitorum , flore purpureo , radice gemina,ad formam hominis testium , alternis annis intumescente ac residente. Altera satyrion,orchis cognominatur, & fœmina esse creditur : distinguitur internodiis,& ramosiore frutice,radice fasciinis vtili.Nascitur ferè iuxta mare. Rura , inquit Ruellius lib. 3. cap. 65. vocant *testiculum sacerdotis*.
Satyrion bibisse, pro ad libidinem esse incitatum & inflammatum.è vitillius herbæ. Petronius,Vbique omnes mihi videbantur satyrion bibisse Ex Turnebo.

SATYRVS insignis quidam architectus quem commemorat Plinius libro 36. cap. 9. A Satyro (inquit architecto) aliqui deuectum traduntur rate.

Saucio,sauciàs{τραυματίζω,κατατραυματίζω} sauciare, Vulnerare. Plaut. Bacchid.1, Animum fodicant, bona distimulant facta.& famam sauciant. Idem Rud. 18 , Quid causæ est quin virgis te vsque ad saturitatem sauciem? Cic.3.Verr. Serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Idem de fato , Ex his igitur necesse est inuito Epicuro,alterum verum esse , alterum falsum:vt sauciabitur Philocteta,omnibus antè seculis verum fuit:nō sauciabitur, falsum.
Per latus alicuius sauciari. Cic. in Vatinium , Omniáque mea tela sic in te conijcientur,vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur.
Ferro sauciare.Colu.lib.4.cap.24. Si neque is reperiatur,saucianda ferro est, atque exulceranda vitis in ea parte qua pampinum studemus elicere.
Vites sauciare.Col.lib.4.cap.4.
Genas sauciat vngue.Ouid.3.de Arte,

Sauciatus , pen. pro. Partic.{τραυματίας} Colu.lib.11. cap. 1. Siue quis (quod plerunque accidit) sauciatus in opere noxam ceperit , adhibeat fomenta.

Sauciatio,Verbale{τρῶσις} Cic. pro Cecin. Et sauciatio quæretur,quum fugam factam esse constabit?

Saucius {τραυσθείς,τραυματισθείς} Adiect.quod nascitur à participio Sauciatus : quemodo lassus à lassatus , & lacerus vel lacer , à laceratus. Saucius,Vulneratus.Sipontinus dicit à secādo derivari,quasi secius. Vnde & Saucio,saucias.Virg.2.Æneid.
Quales mugitus,fugit quū saucius aras Taurus.Cic.pro Cecinna.
Nemo inquit,occisus est,neque saucius.
Leuiter saucius,Vide LEVIS.
Vulnere graui saucius.Virg.12.Æneid.
Pectus saucia Bellona.Tibull.lib.1.eleg. 6.
Saucius sæuo amore.Cic.pro Cœlio.
¶Saucius, de labore etiam dicitur. Apuleius lib.2.de Asino , cum genitiuo iunxit , Mihi verò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da veniam.

Animus saucius. Cic. Att. lib. 1. 12. Subesse nescio quid opinionis incommodæ, sauciúmque eius animum, & infesdisse quasdam odio fas suspiciones.
Brachia direpta saucia fecit acu. Quid. 1. Amor. eleg. 14.
Gladiator confectus & saucius. Cic. 2. in Catil.
Mens saucia amore. Lucret. lib. 4.
Saucia diuiduis clarescunt nubila sulcis. Claud. 5. Pane.
Terra saucia vomeribus. Ouid. 1. Metam.
Trabs securi saucia. Ouid. 10. Metam.

SAVERA vicus est Licaoniæ, qui posteà in vrbem magnam euadens, metropolim regionis obtinuit. Strabo lib. 12.

SAVIELVS prænomine Apius Romanus quidam, qui cùm à balineo reuersus multum bibisset, ouúmque sorberet, morte repentina abreptus à Plinio lib. 7. cap. 53. commemoratur.

Sauillum apud Catonem de Re rustic. genus placentæ quoddam est à suauitate nomen habens. Nostrum enim suauium appellare solemus nostras delitias. Sauii verò diminutiuum est sauillum, vt & sauiolum. Hæc Turnebus.

Sauior. Sauium. Vide SVAVIVM.

SAVO, sauonis, fluuius est in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

SAVONA, pe. pro. Ptolomæo lib. 3. cap. 1. Sabbatium Plinio: Sabbatia Pomponio, vrbs Ligutiæ notissima: hodie Genuensium ditionis. Vulgò *Sauone*

Saura, σαῦρα, Lacerta, quæ in macerijs & in sepibus delitescit. Est & piscis nomen, quem & latini Lacertam nominant.

Saurites, saurites {σαυρίτης} gemmæ species, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inueniri: Plinius lib. 37. cap. 10.

Sauroctonon, signum quod Praxiteles mira arte fabricasse dicitur: Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & puberem subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem quem Sauroctonon vocant.

SAVROMATÆ, pen. cor. {σαυρομάται} Idem dicuntur qui & Sarmatæ, Vide SARMATÆ. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Truces Sauromatæ. Iuuen. Saty. 15.
Auidi Sauromatæ. Stat. 3. Thebaid.

SAVRVS, nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plinius libro 36. cap. 5.

SAVS, σαῦος: Ptolemæo fluuius est apud Carnos ortum habens & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido, hodie Albâ Græcam vocant in Danubium prolabens.

Saus fluuius qui ex Alpibus defluit in Germaniam mox iatrat Illyricum: labitur per mediam Segestem, Pannoniam & Taurifcos. Strabo libro 4.

SAXO FORATVM teste Volaterrano, oppidum in Piceni atque Vmbriæ finibus situm, alio nomine Sentinum dictum.

SAXONES, pen. cor. {σάξονες} Ptolemæo lib. 3. cap. 11. Germaniæ populi, non longè à Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus & paludibus inuiis.
Domitus Saxo. Claud. 1. in Eutrop.

Saxum, saxi {πέτρα, πέτρος, λίθος} Maius, asperius, duriúsque quàm lapis, Cic. de Fato. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura eius incidisse?
Saxum, aliquando pro Lapide accipitur.
Saxum silex. Liu. 1. ab Vrbe,
Robur Saxi Lucret. lib. 1.
Radices validæ saxi. Lucret. lib. 2.
Adamantina saxa, Vide ADAMAS.
Antiqua saxa, Ingentia. Virg. 12. Æneid.
Arentia. Ouid. 13 Metam.
Auulsa saxis. Virg. 2. Æneid.
Cruda. Valer. 2. Argon.
Circunlita musco saxa. Horat. 1. epist. 10.
Dura. Virg. 3 Georg.
Frigida Stat. 10. Thebaid.
Grane Ouid. 13. Metam.
Ingens. Virg. 6. Æneid.
Intemerata gradu. Inaccessa. Silius lib. 3.
Liquefacta saxa. Virg. 3 Æncid.
Liquefacta saxa voluit Ætna. Virg. 1. Georg.
Lucida saxa. Stat. 3. Sylu. 3.
Missilia saxa, Vide Missilis in MITTO.
Obliqua saxa. Ouid. 8. Metam.
Obluctantia saxa. Stat. 3. Sylu. 1.
Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Virg. 2. Georg.
Putria saxa. Claud. 1. in Eutropium.
Rigidum Saxum. Ouid. 4. Metam.
Rubrum saxum quadratum. Vitru. lib. 2. cap. 8. Vide ORTHOSTATA.
Sérupoſa saxa. Lucan. lib. 5.
Su. da saxa. Ouid. 3. Amo. eleg. 6.
Tumuli saxum venerabile. Lucan. lib. 1.
Viuum saxum. Ouid. lib. 14. Metamorph. in Iphis fabula,

Dutior & ferro quod Noricus excoquit ignis
Et saxo quod adhuc viuum radice tenetur. Hoc est, quod nondum è terra est effossum. Saxa enim à sua radice auulsa, & viua dicuntur, & duriora sunt.

¶ Asperati saxo, & mucronem ardescere iussit. Tacit. lib. 15.
Dura tamec tamen molli saxa cauantur aqua. Ouid. 1. de Arte.
Orbes saxorum circundant vallo. Lucan. lib. 2.
Grandia saxa conijcere. Virg. 4. Georg.
Defendere saxis. Virg. 10. Aen.
Quíque facis docta mollia saxa manu. Ouid. 3. Fast.
Corpora ad saxum frangere. Virg. 3. Aeneid.
Ingerere saxa, Vide INGERO.
Intorquere saxum. Sil. lib. 7.
Perrumpere saxa. Horat. 3. Carm. ode 16.

Guttæ pertundunt saxa. Lucret. lib. 4.
Peti saxis. Ouid. de Nuce.
Reuulsum saxum è monte. Ouid. 12. Metam.
Auulsa saxa mœnibus rotare. Stat. 10. Thebaid.
Signate carmine saxum, Insculpere epitaphium. Ouid. 2. Metamorph.
Templa Dei saxo venerabar strusta vetusto. Virg 3. Æneid.
Subigere saxum, Rotare, Voluere. Sil. lib. 13.
Iámque faces & saxa volant. Virg. 1. Æneid.
Infesto pondere saxa Voluere. Virg. 9. Æneid.
Saxum voluere. Terent. Eunu. 5. 9. Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictum in eos qui inextricabili sudore affligerentur, tractúmque putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum voluentis. Vnde Virg. 6. Æn. Saxum ingens voluunt alij.
¶ Saxum, pro Scopulo. Virg. 1. Æn.
Treis Norus abreptas in saxa latentia torquet.
Ibidem pérque vndas superante salo, pérque inuia saxa
Dispulit.
Ardua saxis insula. Virg. 3. Æn.
Acuta saxa Hora. 3. Carm. ode 27.
Asperum saxum. Cic. in Pisonem, Tu naufragio expulsus vspiã, saxis fixus asperis, &c. ex Ennio.
Aspera saxa. Ouid. 6. Metam.
Cæca saxa Virg. 5. Æneid.
Anxur impositum saxis latè candentibus. Hora. 1. Ser. saty. 5.
Caua saxa. Virg. 3. Æen.
Dolosa saxa, Sub vndis latentia. Seneca Troade 9.
Fera. Valer. 4. Argon.
Gelida. Lucret. lib. 3.
Immania, Vide IMMANIS.
Inuia. Virg. 1 Æn.
Latebrosa saxa. Ouid. epist. 4.
Læuia saxa. Virg. 1. Georg.
Naufraga saxa. Stat 5. Thebaid.
Pereſa. Lucret. lib 1.
Præcipitia. Ouid. in Ibin,
Rauca. Virg. 4. Æn.
Resonantia Virg 3. Æn.
Rigentia saxa. Seneca Herc. Oetæo, 2.
Vndisonum saxum. Valer. 4. Argon.
Infœlix saxis in procurrentibus hæsit. Virg. 5. Æn.
Illidere saxis, Vide ILLIDO.
¶ Saxum, pro monte. Virg. 2. Æn. -stupet inscius alto.

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Seruius.
Mitis in Apricis coquitur vindemia saxis. Virg. 2. Georg.
Concaua saxa. Virg. 5. Æneid.
Hirta dumis saxa. Stat. 3. Sylu. 1.
Immobilis saxum Capitolij. Virg. 9. Æn.
Nubilosa saxa, Lucan. lib. 6.
Ducere saxa, ac syluas. Quint. lib. 1. cap. 10.

Saxulum, saxuli, pen. cor. Dimin. {πετρίδιον} Cic. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in aspertimis saxulis, tanquam nidulum affixam, &c.

Saxetum, saxeti, p. pro. {τραχὺς} Locus saxosus & petricosus. Cic. pro Lege Agrar. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxeus, Adiect. {πετραῖος} Quod est è saxo. Plin. lib. 12. cap. 1. Saxea intus crepidinis corona muscosos complexa.
Dissepta saxea domorum. Lucret. lib. 6.
Effigies saxea. Catul. Argon. 59.
Imber saxeus ingruit. Sil. lib. 13.
Moles saxea. Ouid. 12. Metam.
Pons saxeus Lucan. lib. 4.
Saxea septa. Lucret. libro 4. quoniam per saxea septa. Non penetrat.
Strata saxea detrita vulgi pedibus. Lucret. lib. 1.
Tecta saxea. Ouid. epist. 10. 26. Vmbra saxea. Virg. 3. Georg.

Saxosus, pen. pro. Adiect. {πετρώδης, πετρῶδες} Quod abundat saxis. Plin. lib. 5. cap. 24. Mox vbi perfregit Euphratem, vltra quoque saxosum & violentem. Col. lib. 5. cap. 10. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat.
Flumina saxosa. Virg. 5. eclog.
Frutex saxosus, In saxis crescens, vel saxosis locis. Plinius libr 15. cap. 7.
Incendia saxosa. Sil. lib. 13.
Montes saxosi. Virg. 2. Georg.
Viam saxosam terere. Propert. lib. 4. eleg. 5.
Hypanis sonans saxosum. Virg. 4. Georg.

Saxetanus, pen. pro. {πετρεῖος} Aliud adiect. Quod inter saxa habitat. Martial lib. 7.
Qum saxetani ponatur cauda lacerti.

Saxatilis, & hoc saxatile, pen. cor. {πετρῶδες} Quod saxa incolit: vt Pisces saxatiles. Col. lib. 8. cap. 16. Rursus optimè saxosum mare nõminis sui pisces nutrit, qui scilicet quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merulæ, turdíque, nec minus melanuri, Sic Plin. lib. 9. cap. 15.

Saxatiles aues, Quæ saxa incolunt. Varro 3. de Re rust. cap. 7. Vnum agreste, vt alij dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, à quo appellatæ columbæ.
Saxatilis piscatus, Qui inter saxa fit. Plaut. Rud. 8.

Saxificus, penult. cor. Adiectiuum {πετροποιὸς} vt Os saxificum, Id est, vultus temere aspicientes in saxa vertens. Seneca Hercul. furen. 11.
Saxificá Medusa. Lucan. lib. 9.
In quo saxificam iussit spectare Medusam,

Vultus

Vultus saxificus. Ouid 5. Metam.

Saxifragum, & saxifraga, pen. cor. vel Saxifragia, herba cuius permulti variam sententiam habent: alij enim eam esse putant bipinnellæ similem, folio tantum minore ac magis serrato & minime pilloso, quàm vulgus *parnam acum pastoris* vocat. Græci emperron, alij genus alterum adianti esse putant: de quo Plin. lib. 2. cap 21. Calculos è corpore mirè pellit, frangíque, vtique nigrum, Qua de causa potius quàm quòd in saxis nasceretur, & à nostris saxifragum appellatum eredidetim.
Saxifragæ vndæ. Cic. 3. de Orat.

S C

SCABALIS alio nomine præsidium Iulium: municipium ciuium Romanorum, & Colonia in Oceano Lusitaniæ, à qua Scalabitanus contentus legitur apud Plinium lib. 4. cap. 22.

Scabellum, Vide SCAMNVM.

Scaber {τραχὺς, τραχώδης} Adiectiuum, à Scabie deducitur, & asperum significat: quòd scabies asperitatẽ inducat ipsi cuti. Virg. 1. Geo. Exesa inuenies scabra rubigine pila.
Hinc vngues & dentes dicũtur scabri, qui sordidi sunt, etiã si nõ sint asperi tactu: vt ait Valla in Raudensem. Celsus libro 6. cap. vltimo ad finem, At vbi scabri vngues sunt, circumaperiri debent quà corpus contingunt.
Intonsus & scaber. Horat. 1. epist. 7.
Scabro aspectu res, pro Re quæ aspectu scabra apparet. Plin. lib. 12. cap. 25.
Scabrum corticem myrrhæ quidam dixere. Plin. lib. 12. cap. 15.
Dentes scabri rubigine. Ouid 8. Metam.
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses. Lucan. lib. 1.
Molæ scabræ. Ouid. 6. Fast.
Pectus scabrum. Cic. 3. Tusc. Atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum.
Pecus scabrum, pro scabioso. Cato cap. 96. Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt. Columel. lib. 7. cap. 4. ad finem.
Rubigo scabra. Virg. 1. Georg.
Scabri versus, Vide versus in VERTO.
Digiti pingues, & scaber vnguis. Ouid. 3. de Arte,

Scabrè, Aduerbium {τραχέως} Asperè. Varro Manio, Derelinquetur, ac periret, squale, scabréque illuuie & vastitudine.

Scabratus, pen. prod. Adiectiuum {τετραχυσμένος} Columel. libr. 4. cap. 24. Quo plerunque fit, vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata scabratáque putrescat humoribus, nec plagæ confanentur.

Scabritia, scabritiæ {τραχύτης} Asperitas, Vnde Plinius vnguium scabritiam dixit. Idem libro 20. cap. 7. Communia autem sponte nascentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, & ipso & foliis scabritia.
Scabritia genarum. Plin. lib. 23. in Procem.
Scabritias cutis in facie emendat oleum raphaninum. Plinius lib. 23. cap. 4.
Vnguium scabritias expolit. Plin. lib. 14. cap. 4.
Arteria scabritias sanat ex passo. Phu. lib. 17. cap. 12.
Oculorum scabritias ac prurigines emendare. Plinius libro 28, capit. 7.
Faucium scabritiæ. Plin. lib. 29. cap. 3.

Scabrities, scabritiei, Idẽ, {τραχύτης} Col. lib. 7. ca. 5. Potest etiam scabritiem tollere succus viridis cicutæ. Plin. lib. 31. cap. 9.

Scabredo, nis. idem quod scabrities, hoc est asperitas & inæqualitas, τραχύτης, quo verbo Hieronymus est vsus in Diui Hilarionis vita.

Scabrum, Substantiuum, neutris generis Idem {τὸ τραχύ} Plinius lib. 37. cap. 2. Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, &c. De crystallis.

Scabrosus, pen. prod. Adiectiuum {τραχώδης} Idem quod Scaber. Plin. lib. 20. cap. 21. Hippolapathi radices priuatim vngues scabrosos detrahunt.

Scabies, scabici, fœ. gen. {ψώρα, ψωρίασις} à Scabo, vel à corporis aspritate dicta est, quæ vt Celsus scribit lib. 5. cap. 28. Est durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens. Plin. lib. 2. cap. 17.
Vetusta scabie læuis canis. Iuuen. Saty. 8.
Totus grex vnius porci scabie cadit. Iuuen. Saty. 2.
Ferre scabiem. Virg 3. Georg.
Turpis oues tentat scabies. Virg. 3. Georg.
Mala scabies vrget illum. Horat. de Arte,
Dulcedo & scabies voluptatis. Cic. 1. de Legib. At verè animis omnes tendunrur insidiæ, vel ab iis quos modò enumerauí, &c. vel ab ea quæ penitus in omni sensu inuplicata, insidet imitatrix boni, voluptas, malorum autẽ mater omniũ: cuius blanditiis corrupta quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernuntur satis.

Scabiosus, pen. prod. Adiectiuum {ψωρικὸς} Qui scabie laborat. Plin. lib. 29. cap. 2. Vtile rale existimantes erosis, & duris genis, angulis scabiosis & & lacrymantibus. Persius Saty. 2,
-nanque est scabiosus, & acri
Bile tumer.

Scabo, scabis, scabi {κνάω, κνήθω} scabere, Scalpere, quasi vnguibus fodere. Plin. lib. 8. cap. 27. Si verò squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Ibidem, cap. 25. Mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quammaximè inhiantes.
Caput Scabere. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Scabile, Vide SCAMNVM.

SCABINVS, & Scabini, norũ. Consules ciuitatum, seu rectores: Gallicè *Echeuins*, appellamus. Insulanus. Nihil vetat (inquit) omnino, quin iudices vulgò *Scabinos*, aut eiusmodi homines vocemus *iuratos*,

quo nomine etiam scimus in plerísque orbis terrarum partibus à plebe recenseri. Profert exemplum à Ciceronis libro de Inuentione primo Religiosum est quod iurati legibus adiudicauerunt. Extat quoque verbum hoc in Pontificio iure, cap. 1. §. 1. De immunitate Ecclesiæ libro 6. Decretal. & cap. 2. De alienat. iudic. mutan. caul. fact.

SCADIRA vna ex Sporadibus insulis in sinu Pegasico. Plin. libro 4. cap. 12. Sed Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scadiram, &c.

SCAEA {σκαιὰ} Porta Troiana, in qua sepulchrum fuit Laomodontis, vt Homerus lib. 3 Iliados scribit. Virg. 2. Æneid.
Hic Iuno Scæas sæuissima portas
Primia tenet. Silius lib. 13.
Scæa porta, id est sinistra. Cælius lib. 1 cap 10. Quòd si dextra cœli pars Orientis est, significat verò ipsum hoc grammaticorum ratio Scæas portas astruentium dici, quod occidentales forent: nam Scæa intelligi sinistra, occidentaliáque.

Scæniculæ, Meretriculæ quædam: sic dictæ teste Varrone, ab scæno nugario vnguento. Vide lib. 6. doling. latin.

Scæua, omen & augurium significat, éstque & bona scæua & mala. Plautus, Hæc ibo, eauinam scæuam spero meliorem fore. Est igitur cauma scæua, cùm canis latrat, aut ringitur. Aut enim minus grauè fore seni latratum canis, quàm probra & contumelias & iurgia quibus ab vxore rixosa onerabitur. Turnebus.
Scæua, scæuæ {σκαιὰ} Latinè dicitur Sinistra.
Scæuæ, Qui sinistra manu pro dextera vtuntur: quos Vlpianus l. Qui clauum, De Ædilitio edicto, ait non esse morbosos aut vitiosos, præterquam si imbecillitate, dexteræ validius sinistra vtuntur: sed hos non scæuas, sed mancos dici.

Scæuus, Adiectiuum {σκαιὸς} Festus, Scæua res dicitur mala, quasi sinistra. σκαιὸς enim Græcè, sinistrum dicitur. vulgus scæuam & malam rem vocat. Varro de Lingua Latina, lib. 3. Dicta ab scæua, id est sinistra, quòd quæ sinistra sunt bona auspicia existimantur. Gellius lib. 12. cap 14. Scæuus profectò & cæcus animi forem.

SCAEVOLA pen. cor. {σκαιόλας} Dictus est Mutius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra, sinistra vsus est. Liu. 2. ab Vrbe, Vide MVTIVS.

SCAEVSA, um, Thrax, aut Troianus: Strabo lib. 13. Multa enim apud Troes & Thraces eusdem nominibus appellantur, vt Scheæ Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ.

Scala, scalæ, vel Scalæ, scalarum, {κλῖμαξ, κλῖμακος, κλιμακτὴρ, κλιμακτῆρος} à Scandendo, quòd iis altiora scandamus. Nam propriè scalæ sunt quæ ex pluribus gradibus constant. Plau. Rud. 15.
Rogare scalas vt darem vtendas sibi.
Lapsu scalarum exanimatus, Vide LABOR laberis.
Applicare scalas, Vide APPLICO.
Ascendere scalis muros. Virg. 9. Æneid.
Coniicere se sub scalas tabernæ librariæ. Cic. 2. Philipp.
Hærent parietibus scalæ. Virg. 2. Æneid.
Inducre scalas. Ouid. 13. Metamor. Qui scalas ferunt. videntur eas inducre, quum collo per interstitia scalæ trantmisso, ferunt.
Scalam, à scalis distinguunt quidam hoc pacto, vt scala sit quæ ex teretibus lignis, aut funibus, aliáve materia simili huc atque illuc transferri possit. Caius Iureconsi. in l. Si pignore. D de furtis. Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Scalæ verò, latiores habent gradus, & immobiles permanent. Plinius lib. 14. cap. 1. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. Confunditur tamen sæpe hæc differentia. Salust. in Iugurtha, Deinde vbi vnæ atque alteræ scalæ comminutæ sunt: qui superstererant, afflicti sunt. Cæsar. 7. bel. Gall. Cice. pro Milone, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Sic Colum. lib. 12. cap. 50.

SCALABITANVS {σκαλαβίτανος} Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Lusitanię ciuitas, anteà Julium præsidium, siue Turris Iulia: hodie Trosium, vulgò *Trugillo* Plin. lib. 4. cap. 22. Scalaben appellat.

SCALDE {σκαλδὶς} fluuius Galliæ Belgicæ ex Cæsaris commentariis notissimus. Plin. lib. 4. ca. 17. Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eadémque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Armorica antè dicta. Hactenus Plin. Aliis vocatur Scaldis. Tornacum & Cameracum vrbes alluit. In Mosam influit.

Scali sunt pisces plani, qui supinè vescuntur. Plinius lib. 9. cap. 24.

Scalmus, scalmi {σκαλμὸς} Lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant, vt ad naugandum firmius nauigẽt: siue vt alij volunt, ligum crenatum ac fenestratum in apsidem capiens remum, vt facilius ac solidius impellatur. Cice. 3. Offic. Venit ipse maturè: scalmum nullum videt. Idem de Claris Orat. At verò vt contrà Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans, scalmum repertisset, ob eámque rem ædificare nauem concupiuisset, exorsus est: similiter Scæuolam ex vno scalmo capiendis centumuitale iudicium hæreditatis effeciſſe.
Nauicula duorum scalmorum. Cic. 1. de Orat.

SCALPHAS est Asopiæ terræ locus apud Strabonem lib. 9.

Scalpo, scalpis, scalpsi, scalptum {γλύφω, κνήθω, ἀποξύω, ἀποξέω, ὑποξέω, κνάω} scalpere, Fodere, & vnguibus pruritum auferre: scalpunt enim homines vnguibus, & gallinæ pedibus. Plin. lib. 9. Attritísque petræ scalpentes pisces, pruritus inuadit.
Caput scalpere vno digito. Iuuenal. Saty. 9.
Terram scalpere vnguibus. Horat. 1. Serm. saty. 8.
Scalpere morsu. Colum. lib. 7. cap. 5
Scalpere gemmam {γλύφω} aut aliquid aliud dicimus, autore Diomede, non scalpere. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque ad pingendũ, fingendum, ad scalpendum, ad nernorum cliciendos sonos ac tibiarũ, aptra manus est admotione digitorum.
Scalprus è saxo. Cic. 4. Acad. Non enim est è saxo scalptus aut è robore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente

Vetus codex legit sculptus.
Scalpere querelam. Horat. 3. Cam. Od. 11. -I secundo
Omine, & nostri memorem sepulchro Scalpe querelam.
Infabre scalptum. aut fusum durius. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Scalptor, scalptoris, m. g. {γλυφεύς} Qui scalpit. Plinius lib. 37. cap. 4. Expetuntur à scalptoribus, ferróque includuntur, nullam non duritiem ex facili cauantes. Plin. Iunior epist. 10. lib. 3. Sed tamen vt scalptorem, vt pictorem, qui filij vestri imaginem faceret, admoneris, &c.

Scalptura, scalpturæ, pen. prod. {γλυφή} Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt, partémque ceræ in signo tenent.

Scalpturo, scalpturas, penul. prod. {γλυφώ} scalpturare. Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc reuocamus barbarica, &c. Romæ scalpturatum in Iouis Capitolini ęde primum factum est post tertium Punicum bellum initum. Hoc est (vt ego quidem interpretor) variis scalpturis elegantius factum.

Scalpurio, scalpuris, penul, corr. scalpuriui, scalpuritū, scalpurire, Idem quod Scalpere, quod propriè est galli gallinacei quum terram frequentibus ictibus percutit. Plaut. Aulu. 14.
Vbi erat hæc defossa, occępit ibi scalpurire vngulis Circumcirca.

Scalper, scalpri {γλυπτήρ} Quo quid excidítur. Celsus lib. 8. cap. 3. Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter vtrunque medium est, excidit. Ibidē, cap. 4. Ab eóque scalper duabus lineis ad rimam agendus. Vnde apud eundem scalpellus pro ferramento veniscæ identidem accipitur. libro 2. capitulo 9.

Scalprum, neu. gen. Scalpra sunt, quæ Græci σμίλαι vocant, ferramenta sutoria primore parte curua, & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium secant. Horat. Si scalpra & formas, &c. Sed & à similitudine in falce vinitoria pars illa quæ sic acie est recta, post sinum curua, scalprum vocatur à Columella. Quæ, inquit, à flexu procurrit, scalprum. Nomen adeptum est à scalpendo. Eo enim commodius sic post flexum procurrente quàm directò scalpi potest. Vide Turnebum.
Scalpro vtuntur diuersi artifices. Cato de Re rust. Ficos & oleas altero modo. Quod genus aut sicum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito. Columel. lib. 4. cap. 2. Quæ pars vinitoriæ falcis à flexu procurrit, scalprum: quæ deinde adunca est, rostrum appellarur.
Scalprum librarium. Sueton. in Vitellio, cap. 2. Ac post Prætureę honorem inter Sciani consciosarreptus, & in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit.
Scalprum sutorium. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Scalprum fabrile vocat Liuius, quo magistri elephantos interimebant. lib. 7. bel. Pun.
Scalprum inter instrumēta chirurgica numerat Cornelius Celsus inquiens lib. 8. Tum demum ad manum scalprúmque veniendum est. Scalper ab eodem dicitur. Vide paulo antè.

Scalpurigo, pen. prod. scalpuriginis, fœ. gen. Solinus cap. 45. Os beluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in vsque fauces facit.

Scalpratus, pen. prod. Adiect. {κοπανηρεσιάς} Ferramentum scalpratum dixit Colum. lib. 9. cap. 15. ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

Scalpellus, scalpelli, masc gen. vel Scalpellum, scalpelli, Diminutiuum, {σμιλιον, σμιλίσκιον} Cic. pro Pub. Sestio. Non ea est medicina, quū sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integrę. Celsus lib. 7. cap. 7. Non nimium adducto vngue, scalpellus adhibendus est. Ibidem, ca. 19. Sed primo rectus scalpellus quàm leuissima manu tenerí debet, donec serorum ipsum diduceat. Colum. lib. 5. cap. 11. Mediū truncum acuto scalpello permodicè findito.
Resecare linguam scalpello. Cic. 2. de Diuinat.
Scalpellus, Ferramētum quo chirurgi venas incidunt. Cels. lib. 2. ca. 10. At si timidè scalpellus demittitur, summā cutē lacerat: neque venam incidit.

SCAMANDER {σκάμμανδρος} Fluuius Troiæ ex Ida monte descendens, quem Hesiodus Διὸς σκάμανδρον, id est, diuinum Scamandrum appellauit.
Parui Scamandri frigida flumina. Horat. Epod.

SCAMANDRIA {σκαμμανδρία,} verbs parua à portu Ilienſi parū remota: Plin. lib. 4. cap. 30.

SCAMANDRVS {σκάμανδρος} Hectoris & Andromaches filius, quod nomen ei pater Hector imposuerat, teste Home. lib. 5. Iliados, sed cæteri Astyanacta vocate maluerunt, quòd solus illius pater vrbem tutaretur.

Scambus, scambi {σκάμβος} Qui crura depranata habet cutuáque. Sueton. in Othone, Fuisse, inquit, traditur & modicę staturę, & malè pedatus scambúsque. In editis caluus legitur: sed cùm caluitium nec ad corporis habitum pertineat, nec officiat in rebus gerendis, quis meritò hunc locum ambiguæ fidei esse non credat? Turnebus in manuscriptis modò campus, modò cambus reperisse se quodam loco scribit: quo fit vt legendum censeat scambus sicut reposuimus. Nec mirum esse debet hanc vocem vsurpasse Suetonium, cùm & tanta scribendi libertate vsus sit, & hanc apparear vocem latinis vsitatam fuisse. Sic enim apud Nonium legitur Strabones sunt, quos scambos nunc dicimus: videlicet à deprauata oculorum acie.

Scammonia, scămoniæ: vel Scammonea: vel Scammonium, scammonij {σκαμμώνιον} Herba in transmarinis regionibus, præsertímque Asia & Colophonio agro crescens, cuius succus valet ad medicinas, quanquam quidam scammoniam, fœm. ge. pro herba: scammonium autem neutro, pro succo radicis ponunt. Plin. lib. 24. cap. 15. Sed Græci clematidas & alias habent, vnam quam aliqui echitem vocant, alij laginem, nonnulli tenuem scammoniam: & pedales, folioſos, non dissimiles scammoniæ ramos habet, nisi quòd nigriora, minoráque sunt folia. Cic. 1. de Diuinat. Quid scammoneæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit. Sic libro 2.

Scamnum, scamni {σκαμνος, Gallicus} Quod lecto veluti gradus apponitur, vt per id in lectum faciliùs ascendatur. Varro scribit scamnum esse, quo duplici gradu in lectum altiorem eóscendebāt: scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. Ouid. 1. de Arte,
Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.
¶Scamnum aliter. Plin. lib. 18. cap. 19. Scamna inter duos sulcos eruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Colum. lib. 2. cap. 2. Sed ita necubi erudum solum & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant. Idem. lib. 4. cap. 13.
¶Scamnū, pro Subsellis sæpe ponitur, quoniam in his sedere consueuimus. Ouid. lib. 6. Fast.
Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat.
¶Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia per quæ vites ascendunt. Plin. lib. 12. cap. 1. Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati platani vnius tabulata, laxíque ramorum trabibus scamna patula.
¶Scamnum regni. Cic. 1. de Diuin. Auspicio regni stabilita scamna solúmque.

Scamillum, Diminutiuum. Paruum scamnum. Vt enim à mamma mamilla diminuitur, sic à scamnum scamillum, authore Prisciano, qui & illud affert, Verùm infirma scamillorum obice fultæ fores. Alij scabillorum legere malunt. Vsus est hac voce & Vitruuius cùm scribit, Adiectionem per scamillos impares, id est per paruula scamna. Hæc Turnebus.

Scabellum, huius scabelli, Dimnutiuū {σκίμπους, σκαβέλλιον, ὑποπόδιον} Cic. pro Cælio, Mimi ergo est etiam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

Scabile, scabilis pen. prod. neu. g. Idem. Cato cap. 10. Scamnum in cubiculo vnum, scabilia tria, sellas quatuor.

SCAMOS oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

SCANDALIVM, nomen (opinor) insulę apud Strabonem, quam Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Scandille nominat. Sita est in mari mediterraneo, apud quam est Con Ciuitas Coum. Vide Strabonem libro 14.

Scandalum, li, lor {σκάνδαλον, σκάνδαλρον} Græca vox est, quam nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem possumus dicere. Verbum adeò frequens apud Sacratum literarum scriptores, vt in nostrum quoque idioma transierit. Offensum enim *Scandale*, offensorem *Scandalizeur*, actionem ipsam *Scandalizer*, dicamus. Eius duo sunt genera: Scandalum datum, Scandalum acceptum. Datum, est cùm anteà inculpatæ vitæ homo, in scelera prolabitur, eo vtique iudicio, vt probus nihilominus videri esse velit, cùm tamen sit quissimus facto, siue oratione. Acceptū dicitur cùm viri boni, nihil contra virtutē aut dicentes, aut facientes: vitæ suæ integritate offensioni sunt nefariis, aut alias imperitis, hypocritísve: quæ res nihil bonos viros mouere debet, vti sæpe Iesus Christus edocuit.

Scandalizo, scandalizas {σκανδαλίζω} scándalizare, Offendere, actiuum.

SCANDIA, est insula Hybernicæ Britanniæ apud Plinium libro 4. cap. 16. Pomponio Melæ lib. 3. cap. 6. Codanonia: vulgò *Selandia*, aliis *Zelandia*.

Scandianus, Adiectiuum: vt Scandiana mala. Columel. libro 5. capitulo 10.
Præterea malorum genera exquirenda, maximè scandiana, matiana, orbiculata.

SCANDINAVIA, insula maris Pontici. Incompertæ (inquit Plinius lib. 4. cap. 13.) magnitudinis, eam ille Codano Cimbrorum sinui assignat.

Scandix, scandicis, pen. prod. f. g. Herba quæ inter olera syluestria à Græcis ponitur. Plin. lib. 21. cap. 15. Reliqua vulgariū in cibo apud eos herbarū nomina condrylla, hyppochoeris, & caucalis, anthriscum, scandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis. Idem lib. 22. cap. 22. Scandix quoque in olere syluestri à Græcis ponitur, vt Opion & Erasistratus tradunt.

Scando scandis, scandi, scansum, {βαίνω, ἀναβαίνω,} scandere, In altum ingredi. Cic. de Senect. Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alij malos scandant, alij per foros currant. Virg. 2. Æneid. scandit fatalis machina muros.
In aduersum scandere, Vide ADVERTO.
In subiectum scandere, felium modo. Plin. lib. 10. cap. 18.
In aggerem scandere. Liu. 3. ab Vrbe.
In arces Tarpeias scandere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.
Scandenda est torui publica cymba Canis. Propert. lib. 3. eleg. 18.
Equum scandere. Virg. 2. Aeneid.
Montem scandere. Catul. epigr. 100.
Muros scandere. Virg. 2. Aeneid.
¶Gradus ætatis paulatim scandere. Lucret. lib. 2.
Super titulos maiorum suorum scandere. Ouid. ad Pisonem.

¶Scandor scanderis, pen. corr. scandi, Passiuum. Plin. lib. 14. cap. 1. Etiā nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur vite vna Cypria. Sic lib. 2. cap. 16. Quę quum ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi.

Scansilis & hoc scansile, pen. corr. (ἀναβατός,) Per quod facilè ascenditur. Plin. lib. 17. cap. 11. Ficúmque sic etiam scansilem fieri. Ficum arborem vocat scansilem, quæ ita assurgit, & ita prouenit, vt scandi facilè possit.
Scansilis annorum lex, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus ascendimus. Plin lib. 7. cap. 49.

Scandula, scandulæ. pen. corr. {σχίδαξ} Scandulæ, paruæ tabellæ, hoc est in paruas laminas sciſſæ, quibus tecta reguntur. Plin. lib. 61. cap. 10. Scandulæ è robore aptissimæ, mox è gladiferis alijs, fagóque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt: sed minimè durant, præter quàm è pinu. Scandula contectam fuisse Romam vsque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos author est. Colum. lib. 8. cap. 3. Ab cohorte forinsecus prædictis seneſtellis scandulæ similiter iniungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. De gallinatiis. Cæsar 8. bell. Gal.

Scandularius, Faber est lignarius, qui Scandulas tegendis domibus aptas fabricat. Scandularios iure immunitatis gaudere testatur Aurelius Arcadius libro singulari de muneribus ciuilibus. Quibusdam (inquit) aliquam vacationem munerum grauior conditio tribuit, vt sunt mensores, carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices &c. Vltimo responso. de iure immunitatis, libro 50. Pirustico. Quod ideo receptum fuisse putem, quia, vt Cornelius Nepos author est: Scandu is Roma contecta fuit, vsque ad bellum Pyrrhi, annis videlicet, CCCCLXX.

Scandulaca, Herba est, quam scandulatam vocari debere Turnebus opinatur, quasi scaudulas haber. Ea herba strangulat fumenta, ac orobanche videtur esse. Nos conuolumbum appellamus. Vide Festum.

SCANTACE, scantacis: Oppidum Zamarenorum apud Nabatæos. Plin. lib. 6. cap. 28.

Scantiæ aquæ, apud Plinium lib 2. cap. 107. ignem euomunt.
Scantiana poma, à Scantio inuētore dicta, quæ Cato tradit in doliis, optimè condi, referente Plinio lib. 15. cap. 14.
Scantiana vua à Varrone dicta est, quæ alio nomine Amminea maior appellatur, vt refert idem Plin. lib. 14. cap. 4.

Scapane, Ligonem indicat, quem & Scaphium vocant: communius etiam tzapion, inquit Theocritj interpres. Cœlius libro nono capite 22.

Scaptesula, Festo locus est vnde argentum effoditur in Macedonia, à fodiendo dictus. nam σκάπτειν Græcè fodere dicitur. Vt autem notior sit huius vocabuli origo, scaptesula dicta est quasi σκαπτὴ ὕλη, id est, fossilis materia, mutata est enim aspirationis nota in s. scapte hula, scaptesula, vt in ὗς ius, ὕπερ super, &c. Lucretius, libro sexto,
Quales expirer scaptesula subter odores?

SCAPTIA {σκαπτία.} Plin. lib. 3. cap. 5. Oppidum in Latio, à quo Scaptia Tribus vocitata est. Vide TRIBVS.
Pubes Scaptia. Silius lib 8.

Scapula, scapulæ, pen. corr. {ὦμος, ὠμοπλάτη} Humerus. A scandendo, vt quidam volunt: quia mobilis veluti mollibus iugulis à ceruice demittitur. Plaut. Trin. 14.
Ne subitò metus exoriatur scapulis, stultitiam abde. Varro 2. de Re rust. cap. 7. Lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maximè dupliei.
Tutari scapulas. Claud. 1. in Eutropium.
Radiantibus scapulis gestari enses. Claud. 2. Paneg.

Scapularis, & hoc scapulare, pen. prod. {ὠμίος,}
Scapulares, Serui dicti sunt, quia scapulis cæduntur. Scapularis vestis, Quæ tantùm scapulas tegit.

Scapilium {μανίφιον} Veteres pro tergo vsurparunt, & aliquando pro ipsa scapula. Vnde & sparium quod inter scapulas quasi vallicula, interscapilium dicitur.

Scapus, scapi, masculi, gen. {σκῆπος} Columnæ stylus & velut virga. Columnæ partes, inquit Budæus, sunt, scapus quasi columnæ corpus: supra scapum, capitulum: infra scapum, spira, quæ basis sæpe appellari solet: infráque spiram, stylobates. Hactenus ille ex Vitruuio. Vitruuius lib 3. cap 3, In summis columnarum scapis. Ibidem, Imus scapus. Sic alibi frequenter.

¶Scapus {καυλὸς.} Ruellius libro 1. cap. 2, Radix, est id quo alimentum allicitur, & terræ cohæret. Caulis verò, in quod idem defertur nutrimentum, simpléxque supra terram assurgit. Is si in styli modum sursum prorepat, aut in altum feratur, scapus Latinis nominari consueuit, ducta à columnaribus scapis similitudine. Varro de Re rust. libro 1. cap. 31, Quibus quum sursum serpit, ad sapum lupini. Plin. libro 18. cap. 10, Inuentus est iam & scapus vnus centum fabis onustus. Iis constat classicis authoribus, scapum pro caule frequenter vsurpatum. Idem quoque, quòd in virgulæ modum, vel teli rectitudinem consurgat, thyrſi nomen sibi vindicauit. Hactenus Ruellius.
Scapus asphodeli. Colum. lib. 9 cap. 4.
Scapus loti. Plin. lib. 13. cap. 8.
Scapus ferulæ. Plin. lib. 22. 4.
Scapus albuci. Plin. lib. 21. cap. 17.
Scapi candelabrorum. Plin. lib. 34. cap. 3.
Scapos quidam interpretantur siliquas leguminum: citantes Plinianum illud libro 18. capite 10, Inuentus est iam & scapus vnus centum fabis onustus. Sed hi vehementer falluntur. Non enim dicit Plinius inuentam siliquam quæ centum fabas contineret, sed scapum seu collem fabaceum, in quo tam multæ erant siliquæ, & in iis siliquis tam multæ fabæ, vt centenarium experent numerum.
¶Scapus alio nomine Cardinalis. Rectum illud & paulò crassius lignum in valuis, quo fores ipsæ sustinentur & reguntur præcipué, & cuius capitibus seu ambabus extremitatibus in superiori & inferiori cardine insertis, valuæ ipsæ voluuntur aut aperiendæ aut clauden dæ. Vitruuius lib. 4. cap. 6, Fores ita compingantur, vti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c.
¶Scapus, in chartarum ratione, pro Plagularum congerie. Plinius libro 13. cap. 12, Premitur deinde prelis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures scapo quàm vicinæ. Id putatur esse quod vulgò *manum papyri* vocamus, aut *ramam* potius.
¶Scapus trutinæ, Vide AGINA.

¶Scapi {σκαφίδι} Instrumenta textoris, quorum pulsu tela coarctatur, & condensatur. Lucret. lib. 5,
Insubula, ac fusi, radij, scapíque sonantes. Ex Lambino in Lucretium.
¶Scapus, vt aliqui putant, Dicitur in quo semina quarundam herbarum dependent, vt in papauere. In papauere enim & similibus scapus, in arundinibus, in glandulis, in auellanis, panicula appellatur. Vide Cœlium lib. 12. cap 14.
¶Scapi, In quibus vuarum grana sunt. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 54, Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scapi cum folliculis subiiciendi sub prelum, vt siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum Vetus exemplar habet scopi. Meminit Cœlius lib. 12. cap. 14. Vide Scopus.

SCARABANTIA Iulia, oppidum Boiorum in Norico: Plinius libro 3. capite 24.

Scarabeus, scarabei, masculi. gen. {κάνθαρος} Animal paruum volatile. Plinius libro 11. cap. 28, Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit, vt scarabeis: quorum tenuior fragiliórque penna, his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, bifuleis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morsum coeuntibus, infantium remediis etiam ex ceruice suspenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus volutant: paruóſque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Volitant alij magno cum murmure ac mugitu. Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & elunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post defecta conspicuæ.

SCARDONA {σκαρδόνα.} Ptolemæo libro 2. cap. 17. Liburniæ vrbs hodie *Scardo*.

SCARDONA amnis Liburniam à Dalmatia segregans. Plinius libro 3. capite 22. Ab ea fit attributum Scardonitanus, scardonitana, scardonitanum, quo vtitur Plinius eo lib. cap 21, Conuentum Scardonitanum petunt Iapides, inquit ille.

Scarifico, scarificas, penultima correpta {κατεξέω, κατατέμνω, κατατέμνω} scarificare, Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat. Plin. lib. 22. cap. 23, Pedum clauos circùm scarificatos ferro mistum ceræ extrahit. Legitur & circumscarificatos, vnica dictione. Idem, lib. 32. cap. 7, Dentium dolores sedantur ossibus draconis marisi, scarificatis gingiuis. Idem, Viri interempti dente gingiuas in dolore scarificari Apollonius efficacissimum scripsit. Cato cap. 52, Quem radicem capere voles scarificato, traiicitóque.
Scarificare etiam dolorem aliquando dicimus, hoc est Scarificando dolorem expellere. Plin. lib. 28. cap 11.

Scarificatio, Verbale, apertio facta tenui vulnere, vt sanguis facilius exeat. Columel. Post scarificationem ferio factam. Idem libro 6. capite 12.

Scarifio, scarifis, scarifieri. Scribonius Largus 262. Malagma ad lumborum dolorem, qui antè leniter scarifiant.

Scariola, Herba est Seridi similis, de qua apud Dioscoridem Matthiolus lib. 2. cap. 115. ex Serapionis sententia.

Scariphismos, Oratio philosophorum tanquam vmbra & ænigma: author Aristophanes. Cælius Rhodig lib.11.cap.6.

Scarites, scaritæ { σκαρίτης } gemma est quæ Scari piscis colorem refert, vt ait Plin.lib.37.cap.11.

SCARPHEA, siue Scarphia penult. producta { σκάρφεια } Insula Heladi adiacens in mari Ægeo, non procul ab Attica: de qua Plin.lib.4. cap.12. ¶Est & Scarphia vrbs Locrorum Epicnimidiorum decem stadiis distans à mari. Strabo libro 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

SCARPHIA, ciuitas in Græcia, quam Demetrius Calatianus terræmotu euersam fuisse prodidit, ab imistque fundamẽtis humi esse deiectam, septingentis ac mille non minus corporibus oppressis. Strabo libro 1.

SCARTHON, Fluuius Asiæ ex Pholoë in Helien sem agrum viginti locis fertur. Strabo lib.13.

Scarus { σκάρος } Piscis. Plin.lib.32.cap.2, Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine quod Halieuticon inscribitur. Scarum inclusum naſsis non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere: sed aduersum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere. Quem luctatum eius si fortè alius scarus extrinsecus videat, apprehensa morditus cauda adiuuare nixus erumpentis. Diphilus apud Athenæum libro 8 Scarum commendat his verbis, Scarus molli, seu tenera carne præditus est, friatilis, dulcis, leuis, ad concoquendum facilis, facilè redditur, venttem mollit. Addit idem, recentem scarum esse suspectum propterea, quòd lepores marinos captat, insque vescitur, ideirco eius intestina vim bilis effectricem habent. Idem libro 7. hunc solum ex omnibus piscibus dormire dicit, & propter eam causam nunquam noctu capi. Oppian.lib.1. Αλιευτ. solùm vocalem esse scribit.

Schasteria, schasteriæ { σχαστερία } Pars quædam nauis, vbi interquiescente remigatione reponebantur remi. Plautus, Quin pol si, reposui remum sola ego in schasteria. Sic restituit Turnebus ex Hesychio, quum ante casteria quod Latinum non est, legeretur. Machinarum etiam authores & automatum schasterias vocant, quæ tensa laxant, & remittunt sui laxatione, principiúmque motus afferunt.

SCATEBRA, fluuius in Cassinate, frigidus, abundantior æstate. In eo, vt in Arcadiæ stymphali enascuntur aquatiles musculi. Plinius lib. 2. cap.103.

Scateo, scates, scatui { βρύω, βρύζω, κηλίζω, ἀτακλίζω } scatere, Ebullire, & ita plenum esse vt exiliat quod continetur. Ablatiuo iungitur. Cicero 1. Tusculana,

Fontes scatere, herbis prata conuestiri. Ex poëta. Columella libro sexto, capite 16, Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus.

Pontus scatens belluis. Horat 3. Carm. ode 27. Hoc est repletus, pullulans, fremens, ebulliens. Acron.

Scateat amore tuus animus. Plaut. Persa. 5. Plin.lib.7.cap.2. Miraculis scateat.

Scateat vrtica plurimis remediis. Plin.lib.22.cap.13.

Scateo, cum genitiuo. Gell.lib.1.cap.17, Irarúmque & molestiarum muliebrium per diem, pérque noctem scatebat.

Terra scatet ferarum. Lucret.lib.5.

Scato, scatis, scatere, per tertiam, penult. corr. Idem quod scatio. Lucretius lib.5,

-ita ad satiatem terra ferarum

Nunc etiam scatit, & trepido terrore repleta'st. Et paulò post,

Largifluum fontem scatere, atque erumpere

Flumen, &c.

Scatebra, scatebræ, penult. corr. { βρασμὸς } Ebullitio aquæ surgentis. Virg.1. Georgicorum,

-scatebrisque arentia temperat arua. Vbi Seruius, Scatebris, Ebullitionibus quæ fiùt quum aqua in aliquas rimas defluxerit. Plin. lib.19.cap.10, Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri nec effluere.

Fontium scatebræ. Plin.lib.5.cap.1.

Scaturigo, pen. prod. scaturiginis, fœm.gen. Idem, Colum. lib.3.cap.13, Nam præstat non conserere, quàm in summa terra suspendere: nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro Rauennate) plusquam sesquipedem prohibeat infodere. Plin.lib.31. cap.3, In nigra scaturigines non ferè sunt perennes.

Scaturiginosus, penult. prod. Adiectiuum. Colum.lib.6.cap.8, Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper vligo consistit.

Scaturex, Varr. Est modus matulæ, &c. Ismenias hic Thebogenes fluit scaturex. Ex Nonio.

Scaturio, scaturis, penult. prod, scaturiui { βλύω, βλύζω, κηλίζω, ἀτακλίζω } scaturire, Idem quod Scatere: quod est non solùm aquarum, sed herbarum, & cæterorum sua sponte hubertim nascentium. Colum. lib.3.cap.1, Modicè tamen roscidum solum, quod fontibus non in summo, non in profundo terræ scaturiat, sed vt vicinum radicibus humorem subministret.

Scaturire aliquid. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Famil.epist.4. de Curione, Torus, vt nunc est, hoc scaturit: id est, vndique bonum virum olet, & Cæsaris aduersarium sapit. Alij legunt, hoc statu erit, Alij, hic scaturit.

SCATINIA lex, qua præposteræ Veneris vsus coërcebatur, ita à Scatinio latore dicta. Iuuenal. Satyra 2,

Quod si vexantur leges ac iura citati

Ante omnes debet Scatinia.

Scaurus, scauri { σκαῦρος } Qui talos pedum tumentes ac porrectos habet. Horat.lib.1.Serm.saty.3,

-hunc varum distortis cruribus illum

Balbutit scaurum prauis fultum malè talis.

Acron, Scauri sunt qui extantes talos habent. Alij dicunt scauros esse qui habent talos inuersos. Plin.lib.11. cap.45, Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Nanque & hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Pansæ.

SCAVRVS { σκαῦρος } cuius pater quanuis Patritius carbonariam ob paupertatem exercuit, idem primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret. Sed eloquentiæ studiosus, ex ea gloriam peperit. Consul Ligures & Gantiscos domuit, atque triumphauit. Censor viam Æmyliam strauit, pontem Æmylium fecit: vtrique nomine ab se impositio. Æmylius enim Scaurus vocabatur. Plinius in naturali historia dicit eum principem fuisse ciuitatis, & Marianarum rapinarum socium. Frontinus verò in 4. scribit, Scaurus filium suum quòd in saltu Tridentino hosti loco cesserat, in conspectum suum venire vetuit: adolescens verecundiæ ignominia pressus, mortem sibi conscíuit. Salust. in bello Iugurthino, Scaurus homo nobilis, impiger, factiosus, audax, sed vitia sua callidè occultans. Scaurus alter, superioris filius, de cuius Ædilitate lege Plinium libro 34. cap. 7, Scaurus Aurelius, legatus, à Cimbris fuso exercitu captus est: & quum ad consilium ab his euocatus eos deterreret, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quòd diceret Romanos vinci minime posse, à Bolo rege, feroci iuuene occisus est. Liu.libro LXVII. Vide Epitomen Liuij.

Scazon, scazonis, masculini generis { σκάζων } Quoddam genus Iambici versus delumbe & claudum, quod & choliambum appellant. habet enim in fine pro iambo spondeum. Differt autem à perfecto senario Iambico, quòd hic in sexta sede spondeus esse debet, tum in quinta semper iambus: nam quum scandantur iugati hi pedes in choliambo, tertius pes iugatus, semper esse debet epitritus primus, id est, prima breuis ante tres longas. Cauendum igitur ne in quinta sede ponatur spondeus, aut alij, quos integer senarius Iambicus in ea suscipit. Hanc legem accuratè seruauit Persius his versibus claudis, in Præfat.

Nec fonte labra prolui Caballino,

Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c. Ecce in quinta sede semper est iambus, & in sexta spondeus, vel pro spondeo trochæus. Dicitur autem scazon à Græcis, quia claudicat: nam sextus pes in hoc metro maior est, quàm sextus qui in senario perfecto, σκάζω enim, est claudico: vnde σκαζοντιαμβικὸν, participium, id est, claudicans. Eadem ratione χωλιάμβους dicunt, χωλὸς enim Græcè, Latinè claudus: vnde choliambus componitur, quasi claudiambus. Huius carminis inuentor fuisse dicitur Hipponax.

SCHACERIGES, fluuius Cercetarum in Colcide ex Caucali iugis defluens. Plin.lib.6.cap.5.

SCHELATITI Populi sunt in Aphricæ regionis Mauritania. Plinius lib. 5. capite 1.

Scelæ { σκέλαι } Inter genera calceamentorum posita à Polluce libro 7. cap.22. vbi scribit nonnullos existimare, easdem esse cum autopodiis, de quibus suprà. Has autem Gualtherus vertit ocreas.

Scelithria, Sunt parui tripodes. Cœlius Rhodiginus lib.8. lect. antiq. capite 15.

Scelotyrbe, scelotyrbes { σκελοτύρβη } Morbi genus quo compages in genibus resoluuntur. Plinius lib.25. cap 3. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis maritimo tractu, fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes decíderent, compagésque in genibus soluerentur, stomachacen medici vocant, & Scelotyben. Hoc mali genere Ælij Galli exercitum laborasse ex Arabicorum fructuum esu: author est Strabo lib.15. Fit etiam mali huius mentio in medicis definitionibus Galeno attributis.

Scelus, sceleris, pen. corr. n. g. { μῶσις, μῶσος, ἀνάμιγμα, ἀλίσγημα, κακούργημα } Flagitium, facinus. Plaut. Sticho, 3,

Aduorsari sine dedecore & scelere summo haud possumus. Virgilius 9. ecloga,

Heu cadit in quemquam tantum scelus?

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes. Virg.1. Æneid.

Ministri sceleribus. Tacit.lib.5.

Affinis scelerum. Cic.pro Syll.

Artifex scelerum. Senec. Troade, 8.

Conatus scelerum. Stat.5. Sylu.2.

Ferox scelerum. Tacit.lib.4.

Hortator scelerum. Virg.6. Æneid.

Imago scleris. Quintil.lib.6.cap.1.

Instinctor sceleris. Tacit.lib.17.

Ara Iouis hospitis Iugubris sceleris. Ouid.10. Metam.

Machinator vel architectus scelerum, Cic.pro Cluent.

Molimen sceleris. Ouid.6. Metam.

Socij scelerum atque ministri. Lucret.lib.3.

Clandestinum scelus, Vide Clandestinus in CLAM.

Crudele scelus. Virg.2. Æneid.

Detestabile scelus. Cic.de Amicitia.

Exitiale scelus Lacenæ. Virg.6. Æneid.

Grauissimum scelus. Quintil.lib.4.cap.3.

Importunum scelus, Vide IMPORTVNVS.

Impunita scelera, Vide IMPVNITVS.

Infandum scelus. Senec. Agamemn.13.

Infestum scelus & immane. Cic.pro Cluentio.

Ingens scelus. Senec. Octauia, 3.

Iniustum scelus. Senec. Herc. furen. 1.

Haud leue scelus. Senec. Thebaid. 2.

Nefandum scelus. Lucan. lib.4.

Nefarium scelus. Cic. Lentulo, lib.1.9.

Sæuum scelus. Lucan. lib.7.

Non vsitatum scelus. Senec. Thebaid. 2.

¶ Abesse ab aliquo scelere, Vide Absum. Ouid. 3. Fast.

Abuti scelere, Vide ABVTOR.

Abuti scelere & perfidia ad alicuius exitium, Vide ABVTOR.

Sceleris pretium maius accepi scelus. Senec. Thebaid. 1.

Addere scelus in scelus, Vide ADDO.

Admittere scelus. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Affluere scelere. Cic.pro Cluent.

Aggredi scelus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Alligare se scelere. Cic.pro Flac.

Anhelare scelus, Vide ANHELO.

Arcere scelus, Seneca Thyeste 1.

Astringi scelere, Cic.pro Sextio.

Coarguere sceleris, Vide COARGVO.

Committere scelus. Quintil.lib.3.cap.6.

Consci scelus. Quintil.lib.5.cap.3.

Concipere scelus, Vide CONCIPIO.

Contaminare se scelere. Cic. Hoc statuit senatus primùm homini sceleribus flagitiis contaminatissimo nihil esse credendum, &c.

Conuictus scelere. Senec. OEdipo, 12.

Coopertus sceleribus, Vide COOPERIO.

Cruentari scelere, Vide CRVENTVS.

Cumulare scelus scelere, Vide CVMVLO.

Damnate aliquem sceleris. Ouid. 1. de Remed. amor.

Defungi scelere aliquo. Senec. Thebaid. 2.

Deuincire se scelere. Cic. de Arusp. resp.

Edere scelus in aliquem. Cic.pro Sextio.

Esse in scelere. Cic. Philipp.

Parati scleris supplicium exercent curæ. Stat. 3. Theb.

Expendere scelus. Virg. 2. Æneidos,

-& scelus expendisse merentem

Laocoonta fuerunt. Hoc est supplicium: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Seruius, Meritas sceleris pœnas dedisse.

Expiare scelus. Cic. in Pison.

Facere scelus. Cic.pro Ros. Amer. Intelligitur iudices id quod iam antè dixi, imprudente L. Sylla scelera hæc & flagitia fieri.

Facere palàm aliquod scelus, Quintil.lib.5.cap.10.

Imbuere scelere. Cic.pro Milone.

Liberare scelere, vel à scelere. Cic.pro Marcello.

Loquuntur mera scelera, Vide MERVS.

Moliri scelus. Cic. Sexcenta alia scelera moliri.

Obligare aliquem scelere, Vide OBLIGO.

Pendere eos pœnas immani pro scelere omnes. Lucret.lib.5.

Perficere scelus. Cic.pro Cluentio, Neque ad scelus perficiendum eæsis hostiis posse placari.

Prætermittere, vel præterire scelus. Cic. Famil.10.

Amne iubet mergi geminos, scelus vnda refugit. Ouist.3 Fast.

Monimenta scelerum relinquere. Ouid.1. Amor. eleg.7.

Pœnas sceleribus pares rependere, Senec. OEdippo, 14.

Resistere scleri. Ouid.10. Metam.

Soluere breues pœnas magnis sceleribus. Senec. OEdipo, 12.

Suscipere scelus aliquod. Cic.11. Philip.

Suspectare scelus alicuius. Tacit.lib.1.

Tegendis sceleribus obscurum. Tacit.lib.5.

Scelere velandum scelus. Senec. Hippol.5.

Vlcisci scelera. Senec. Thyeste, 3.

Volutari in scelere. Cic. Famil.9.

¶ Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Terent. Andr.5.2,

-scelus

Quem hic laudat? Vbi Donatus, Non est hìc solœcismus, ad sensum enim, non ad verba respexit. Ibid. Act 3. scen.5, Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Donatus, quia scelus, scelestus intelligitur, qui subiunxit, non quod.

Scelus, & Flagitium differunt. Flagitium, peccatum est ab aliqua animi mollitie, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: Scelus autem, vel cum aliqua crudelitate & cæde, vel cum impietate coniunctum est. Itaque libidines flagitiosas dicimus, & flagitiosam vitam. Cic.ad Atticum, lib.9, Spes me sustentabat fore, vt aliquid conueniret potiùs, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret. Scelerarum Cæsarem, flagitiosum Pompeium esse significat.

Scelestus, Adiectiuum { αἰσχρὸς, ἀδίκητος, ἀθέμιτος, ἀλιτήριος, ἄμπυστος } Qui scelus committit. Plaut. Mostel. 8,

Scelestiorem ego annum locando argento fœnori

Nunquam vllum vidi, quàm hic mihi annus obtigit. Idem Mil.10.

Et minus audacter scelesta facerent facta. Et paulo antè

Atqui improbi & scelesti, iis adimerent animam citò.

Quò quò scelesti ruitis? Horat. Epod.7.

Ciuis scelestus. Cic. in Sallustium.

Cœna scelesta. Plaut. Rud.13.

Facinus scelestum ac nefarium. Cic.pro Rosc. Amer.

Manus scelestas euitare. Senec. Agam.11.

Pectus scelestum. Senec. OEdipo, 12.

Plebs scelesta. Horat. 2. Catm. ode 4.

Res scelesta, atrox, nefaria. Cic.pro Rosc. Amer.

Seruitus scelesta. Plaut. Curcul. 2.

Scelestè, Aduerbium { κακῶς. } Cic.ad Attic.lib.6.111, Illud de gestu histrionis tu scelestè suspicaris, ego κρυφίως scripsi.

Scelestè atque impiè. Liu.4. bel. Pun.

Sceleros us, pen. prod. Adiect. { πανοῦργος } Proprìè dicitur, vt ait Donatus, author sceleris. Terent. Eunuch 4.3,

Vbi ego illum scelerosum misera atque impium inueniam?

Facta scelerosa atque impia. Lucret.lib.1.

Scelero, sceleras, penult. corr. { μιαίνω } scelerare, Polluere. Virgilius 3. Æneidos,

Parce pias scelerare manus. Seruius.

Dextram sanguine scelerare. Stat.9. Thebaid.

Sanguine viuo fauces scelerare. Stat.8. Thebaid.

Animum scelerare. Silius lib.16.

Penates scelerare. Catul. in Argon. quinto versu à fine,

Impia non verita est diuos scelerare penates.

Scleratus, pen prod. { ἀνοσίως, ἀπόκοπος, ἀσυμπαθὴς, ἠμελημένος, μιαρὸς } Adiect. Dicitur authore Donato, in quo scelus sit constitutum, vel commissum. Significat etiá scelestum & nefarium. Cic.ad Att.lib.9.18, ego autem illum malè sanum semper putaui, nunc etiam impurum & sceleratum puto.

Facto pius & scleratus eodem. Ouid.3. Metam.

¶ Sceleratus, ad inanimata etiam transfertur. Virg.2. Georgicorũ,

-at sceleratum exquirere frigus,

Difficile est. Hoc est nocẽs, omnia exurẽs. Seruius. Plaut. Pseud.13,

Teritur sinapis scelerata cum illis.

Amor habendi scleratus. Ouid.1. Metam.

Arma scelerata deuouere. Ouid 5. Metam.

Audacia scelerata. Plin.lib.7.cap.44.

Campus scleratus, Romæ appellatus est, proximè portam Collinam, in quem virgines Vestales, quæ incestum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratus vicus Romæ, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens filia carpento superuecta est, properás in possessionem domus paternæ. Hæc omnia scelerata dicta sunt, hoc est pollura.

Gens scelerata. Virg.9. Æneid.

Hasta scelerati ore. Cic.2. Offic. Idem sexto & tricesimo anno pòst à scelerati ore hasta non recessit.

Ignes scelerati. Ouid 6 fast.

Mens stulta, non scelerata nobis fuit. Ouid.1. Trist. eleg.2.

Miles scleratus. Lucan. lib.3.

Scelerata porta, quæ & Carmentalis dicitur vocata, quod per eam sex & trecenti Fabij cum clientũ millibus quinque egressi aduersus Hetruscos ad amnem Cremeram omnes sunt interfecti. Festus.

Prælia scelerata. Lucan. lib.2.

Pueilæ scelleratæ facta. Ouid.1. de Remed. amor.

Sanguis scleratus. Ouid.5. Fast.

Terra scelerata. Virg.3. Æneid.

Vicus scleratus, Vide paulo antè CAMPVS SCELERATVS.

Vox inhumana & scelerata. Cic 3. de Finib.

Alio sceleratior. Ouid.11. Metam.

Scelerate, pen. prod. Aduerbium { κακῶς. } Cic.pro Sextio, Omnes est insidias sceleratissimè machinatus. Et Qu. fratri, lib.1.3, Quare peccaui, scelerátéque feci.

In aliquos loqui scelerate. Cic. Anteq. iret in exilium.

Bellum scelerate susceptum. Cic.1. in Catil.

Scena, siue facena, dolabra est pontificalis. Liuius in Lydio, Corruit quasi ictus scena, haud multo secus.

Scena, scenæ { σκηνὴ, σκηνάριον } Inumbratio, Χαρὰ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatralis scena parietem non habuit: sed de frondibus umbracula quærebant, vt docet Seruius. Inumbrationis igitur causa comperta fuit scena, vbi prius carmina incondita decantabantur. Quare & à nonnullis tabernaculum ac papilio traductum fuit. Postea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vnde hodie consuetudo permansit vt componantur pegmata à Iudorum theatralium editoribus. Sed quum in vrbem deducta fuit scena, reducti est nomen ad eam partem theatri, quæ ab vno eius cornu ad aliud ducebatur. Constat autem scenam theatri frontem, binis pluribúsve contignationibus constructam, in quibus histriones recirabant, minásque, mirmilones, & cæteri ludij, varios ludos ac gesticulationes edebant. In scena autem, quum hemycicli formam haberet, gradus sedilióque fuere: de quibus primarij magistratus, honoratióreique spectarent: eorúmque sedilia pars intima orchestra est dicta. Placidus grammaticus scribit esse cameram hinc inde compositam, quæ in vmbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item scenam dici arborum in se cubantium, quasi concameratam densationem, vt subter positos tegere possit. Item scenâ vocari compositionem alicuius carminis quæ digna sit agi in theatro, exclamationibus tragicis. Scena sic definitur à Labeone apud Vlpianum. De his qui notantur infamia. l. Quod ait. quæsit Iudorum faciendorum causa quolibet loco vbi quis consistat, moueatúrque, spectaculum sui præbiturus, posita in publico, priuatóve, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittat. Hactenus Labeo. Hæc autem versatilis erat, aut ductilis. Versatilis, quæ subitò rota quibusdam machinis vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis, quæ tractis tabulis hac atque illac, interiorem picturæ speciem denudabat. Virg.3. Georgicorum,

Vel scena vt versis discedat frontibus. Idem 1. Æneidos,

-immanésque columnas

Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.

Scenæ spectacula amantur. Ouid.3. de Arte.

Scena sine arte. Ouid.1. de Arte.

Scelleribus scena referta. Cic.3. de Nat. deor. Nec solum scena referta est iis sceleribus, sed multò vita communis penè maioribus.

Struere scenam. Tacit.lib.1.

Idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus qui in Adelphis sunt. Cic. de Senect.

Oresles agitatus scenis. Virg 4. Æneid.

Agere gestum in scena. Cic.2 de Orat.

Stare in scena. Horat.2.epist.1.

In scenam producere, & reducere in scenam. Plin.lib.7 cap.48.

Dignus qui spectetur in scena. Cic.pro Quintio. Etenim cùm artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur, tum vbi eiusmodi est vt solus dignus videatur qui eò non accedat.

Scena totius rei hæc est, pro eo quod est. Hæc est totius rei actio, metaphora è fabularum actione. Cælius ad Cic.lib.8.11, Scena rei totius hæc Pompeius tanquam Cæsarem, &c.

In scena, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est. Cic. de Amicitia.

Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Quintilianus libro 6.cap.1.

Seruire scenæ. M. Tullius dixit, pro eo quod est Seruire tempori,

& rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui nõ suopte ingenio agunt, sed hoc vnum spectant, vt quotiis modo po. uli oculis placeant, alioqui explodendi eribilandíque. Sic enim scribit ad Brutum, 9, Tibi nunc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendum est. Erasmus.

Scena minore, pro Minore apparatu & ostentatione, vsus est Suetonius, teste Budæo.

¶Scena, Inumbratio montis, syluæ, aut alicuius rei similis. Virgil. 1. Æneidos,

...tum syluis scena coruscis
Desuper horrentique atrum nemus imminet vmbra.

Scenas Sabini cœnas dicebant, quæ autẽ nunc prandia sunt cœnas habebant, & pro cœnis vespernas appellabant Festus.

Scenalis pen prod. Adiectiuum {σκηνάλις.} vt Species scenalis patrum. Lucretius lib 4,

Nanque ibi confessum caueat subter & omne
Scenalem speciem patrum matrúmque deorúmque

Inficiunt. Hoc est, colorant omnem ornatum & cultum scenæ.

Scenarilis vel scenaricus, pro scenico. Varr. Modio,

Sed ô Petrulle ne meum taxis libi um
Si te pigeat hîc Modi scenarilis. Nonius.

Scenicus, pen corr. Aliud adiect. {σκηνικὸς} Quod ad scenam pertinet, vel in scena agit. Cic. pro Plancio, Quod dicitur Atiuæ factum à iuuene, vetere quodam in scenicos iure, maximéque oppidano. Idem 1. Offic. Suum igitur quisque noscat ingenium, acrémque se & bonorum & vitiorũ suorum iudicem præbeat, ne sceniei plus quàm nos videantur habere prudentiæ.

Actores scenici. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Adulteria scenica. Ouid. 2. Trist.
Artifices scenici Cic. pro Archia poëta, Quod scenicis artificibus largiti fuerant, id huic summa ingenij prædito gloria noluisset.
Decor scenicus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Dicacitas scenica. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ostentatio scenica. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Plebs scenica. Stat. 1. Syl 6.
Venustas scenica. Cic. 4. de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remisse, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauit?

Scenicè, penult. corr. Aduerbium {σκηνικῶς} vt Facere aliquid scenicé. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Scenofactorius, Adiectiuum {σκηνοποιικὸς} Ars scenofactoria, qua fiunt vmbracula & tabernacula, quacunque re fiant, vt aulæis vel pellibus.

Scenopegia, scenopegiorum, n. g. plur. num. {σκηνοπηγία} Festa tabernaculorum, in quibus Iudæi faciebant tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerant quum ex Ægypto peregrinarentur in eremo Ab σκῆνος, & πήγνυμι.

Scenos, Indeclinatum nomen loci cuiusdam in Asiæ limitibus, non procul ab insula Sadano, quæ est maris Troglodytici, apud Plinium lib 6 cap. 29.

Scenitæ, Populi sunt in Arabia deserta. Plin. lib. 5. cap. 11.

Scenitæ, pen. prod. Populi sunt Arabiæ Fœlicis, authore Plinio lib. 6. cap. 28. vagi, & à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis meranturvbiliibunt. De his & Solinus his verbis, Scenitæ carnibus suillis abstinent. Sanè hoc animalis genus, si inuectum illò fuerit, moritur ilico.

Scenographia, dicitur quasi scenæ imaginaria excitatio, quod ex præfatione libri septimi Vitruuij intelligi potest. Budæus in notis ad Pandect.

Scenoma, scenomatis {σκήνωμα} Tabernaculum tentorium, siue habitaculum à verbo σκηνόω quod est castrametari, siue tabernacula figere.

Scepsis, scepsij, patria propè Æsapum, Eneam vicum, & Argyriam, & Alazoniam est. Fuit autem Scepsius Geographus quidam in quem verbosè satis Strabo lib. 12. disputat.

Sceptica, scepticæ, pen. corr. {σκεπτικὴ} Philosophorum quorundam secta sic dicta quòd semper quærat, & nunquam inueniat. Hæc Diogenes Laertius in Pyrrhonis vita. Idem paulò pôst, Sceptici sectarum omnium dogmata euertere prætẽbant, nihil ipsi dogmatis affirrantes, cæterorum tantùm enumerianda dogmata atque enarranda proponentes nihil definiendo. Gell. lib. 11. cap. 5. Quod Pyrrhonios philosophos vocamus, ij Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme significat, quasi quæsitores & consyderatores. Vide ibidem multo plura vbi quærit, quid inter Pyrrhonios, & Academicos philosophos interfit. Vtrique enim nihil affirmãt, nihilque comprehendi putant. Sed ex omnibus rebus perinde visa fieri dicunt, quas phantasias appellant, non vt ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum ad quos ea visa peruenium. Tandem respondet, in hoc potissimùm differre inter sese, quòd Academici quidem ipsum illud, nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt: & nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonij ne id qui lem vllo pacto videri verum dicunt, quòd nihil esse verum videtur. Vide Ephestirus.

Sceptrum, sceptri {σκῆπτρον, σκηπτοῦχος} Virga est qua reges maiestatis gratia vtuntur. Propriè autem sceptrum Iouis erat, ab eo ad reges & principes & magistratus translatum. Hinc ad fœdera facienda semper adhiberi sceptrum consueuit, quando veteres in hoc Iouis simulachrum adhibere solebant cum sceptro. Quod quum difficile esset aliquando præsertim quando fœdera cum remotissimis fiebant, inuentum est vt sceptrum quasi imaginem Iouis tenentes fœdus percuterent. Cic. pro Sextio. Sedens cum purpura & sceptro & insignibus illis regius. De rege Ptolemæo.

Grauitas sceptri 1. Ouid. 3. Metam.
Exitiale sceptrum tyrannis. Stat. 1. Thebaid.
Gemmantia sceptra. Ouid 3 Metam.
Regale sceptrum. Ouid 3. Amor. eleg 1.

Sublime sceptrum Iouis. Claud. 3. Paneg.
Superba sceptra. Lucret. lib. 5.
¶Accipere sceptra alicunde. Virg. 7. Æneid.
Sceptra loci, rei úmque capit moderamen. Ouid. 6. Metam.
Eburno sceptro innixus. Ouid. 1. Metam.
Potiri sceptris. Virg 9. Æneid.
Perenni sceptro potiri, & regem esse. Ouid. 15. Metam.
Reponere aliquem in sceptra, Regno restituere. Virgilius 2. Æneid.
Tenere sceptra. Virg. 1. Æneid.
Transferre sceptum aliò. Stat. 11. Thebaid.

Sceptrifer, penult. corr. Adiectiuum {σκηπτροφόρος.} vt Manus sceptriferæ. Ouid 6. Fast.

Scepruchus {σκηπτοῦχος} Latinè sceptrum tenens. Tacitus libro 5, Contrà Pharasmanes ad.ungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum scepruchi vtrinque donis acceptis more gentico diuersa induere.

Scepratus Philippeus, genus numismatis aurei apud Gallos à Cæsio commemoratur lib. 10. cap. 2.

Scheria, Insula est ex aduerso Thesprotiæ, quæ aliis nominibus Phæacia, & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celebertima, olim etiam Drepane appellata. Plin. lib. 4. cap. 12.

Scheda, schedæ {σχίδη, σχεδιάζω} Tabella siue pagella phlyracea hoc est tiliacea, qua pro chartis priseos vti solitos Eustathius & Ælianus asseuerant. Hodiéque Græcorum vulgus schedas vocat tabulas eas quibus supputatores numeris scribendis vtuntur, vt mox litu spongiæ leuiter abeleri possint.

Scheda, Folium chartæ, siue papyri nondum compactæ & ligatæ, quod & phlyram Græco vocabulo nuncupamus. Plin. libro 13 cap. 12. Sed ratio deprehendit vitium, vnius schedæ reuulsione. Cic. Attico, libro 1. 15, Nunc, si amas me, si te à me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac seruos tuos, vt schedæ nequa depereat, nam & Græcis his libris quos suspicor, & Latinis quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. Vetus codex legit schida.

Schedæ, pro Libris monumentísque literarum. Martial. lib. 4, Nec summa potes in scheda teneri.
Excurere omnes schedas. Quintil lib. 1. cap 8.

Schedula, schedulæ, pen. cor. Diminutiuum {σχιδάριον} Cic. ad Cassium, lib. 15. 16, Hæc te tertia iam epistola antè oppressit, quàm tu schedulam aut literam. Vetustum exemplar legit schidam.

Schedia, schediæ {σχεδία} Ratis est Latinè, id est, nauigium temere factum, & inconditum, vt trabes connexæ, & sine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent authore Festo. Vlpian in Lt. D. De exercit act. Nauem accipere debemus, siue marinam, siue in aliquo stagno nauiger, siue schedia sit. Sic enim legunt Budæus & Holoander. Pandectæ quoque Florentinæ sic habent. Sunt tamen qui legant Schedia, ponitur aliquando pro ponte, seu loco fluminis quoquo modo iuncto, authore Suida. Herodotus certè pontem quo Darius Bosphorum iunxit, schedíam vocat. Pons tumultuarius.

Schedicus, ca, cum {σχέδιος} extemporarius, subitarius, tumultuarius, inelaboratus, qua voce vsus est Apuleius in opusculo de Dæmonio Socratis. In ipso (inquit) Schedico & incondito experimini, an idem sim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem significatione dicunt αὐτόχειρα, cum repentinum quiddam ac subitarium significare volunt, neque magna cura elaboratum. vnde χειρόζειν dicunt pro eo quod est celeriter, & extempore aliquid conficere & χειρίαν, pro subitario nauis genere, quam ratem Latini appellant, siue etiam pro ponte tumultuario, quales aut ex funibus aut trabibus dissolutis, aut connexis nauiculis extempore solent consici.

¶Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id est, quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum est, nec satis confectum. Budæus.

Schedia, schediorum {σχεδιάσματα} Incondita & extemporanea carmina dicuntur, quę nostri Syluas appellant. Et Græci σχεδιάζειν vsurpant pro eo quod est Ex tempore dicere.

Schedius, Phocẽsium princeps fuit, cui & honorificum sepulchrum ædificarunt in Daphno antiqua sua vrbe, ac diruta. Huic sepulchro nomen est Schedicum Strabo lib. 9.

Schema, schematis, penult. corr. neut. gen. {σχῆμα} Forma Latinè dicitur, figura, siue cultus, ornatúsve.

Geometrica schemata. Vitruu. in præfat. lib. 6.
Schema, inquit Quintil. lib. 9. cap. 1, Propriè dicitur quod est ã simplici ac in promptu posito dicendi modo poeticè vel oratorię mutatum. Cic. de Claris Orat. Erant autem & verborum & sententiarum illa lumina quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio.
Ornamenta verborum, sententiarúmque, quæ appellãtur σχήματα Cic. in Topic.
Dubium schema. Martialis, lib. 3. epigr.

Schemate nos dubio, sed apertè nominat illam,
Quam recipit sexto mẽse superba Venus. illam, mentulam. sexto, mense Augusto.

Non iniucunda schemata. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Schemata cognationum, non Stemmata dici putat Alciatus lib. 2. Parergon cap. 30, Síque apud Paulum in l. penult. de gradib. legendum esse admoneat.
¶Schema, schemæ, pro Ornatu & habitu. Plaut. Amphit. 3,

Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quòd ego huc processi sic cum seruili schema. In antiquioribus cõdicibus scema absque aspiratione scriptum visitur.

Schema, schemæ. Forma quædam concubitus, & complexus. Sueton. in Tiberio, Exemplar impetratæ schemæ, &c. Quibus verbis significatur forma ea concubitus & complexus, quam à portentosis illis & extremæ libidinis hominibus impetrarat imperator, qui hiantibus

hiantibus & auidissimis oculis talem impuritatem spectabat. Ex Turnebo.

Schenitæ, Populi sunt, qui Parthiæ montana incolunt. Strabo libro 11.

Scheria Homero, aliis Corcyra insula est ex aduerso Thesproitiæ à Buthroto duodecim pass. M. distans: author Plin. lib. 4. cap. 12.

Schesis {σχέσις} vox Græca est habitudinem significans, vel affectionem. Accipitur autem pro figura non absimili anthypophoræ, qua aduersariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox respondeamus. Exemplum vide apud Rufinianum.

Schetlius dicitur is, qui petitionibus aduuat quidem, verùm mox præstet nihil: sed eo item nomine intelliguntur natura infestuiores frigidioréque, & qui dicuntur αὐθάδεστεροι. Verùm & qui multa perpessus est, dici Schetlios valet: quique nimio plus faragit, nec inhiberi potest, videtúrque ἐξωπίας, id est conceitatus & præteruidus extra quam oporteat. Cælius Rhod. lib. 11. cap. 7.

Schidia {σχίδια} sunt fragmenta quæ fabri materiatij ex ligno deiiciunt. Ex Cœlio libro 14. cap. 13. Vitruuius lib. 2. cap. 1, Interualáque quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidiis & luto obstruunt.

Schinalus piscis, notiore nomine Spondylus. Cælius Rhodig. libro 4. capite 2.

Schinis {σχῖνος} Pausanias in Corinthiacis, In Isthmi initio locus est, vbi Schinis latro apprehensas piceas in terram flectebat & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efferri: quocirca quum vtraque arbor alligatum ad se traheret, vinculúsque nodus in neutram laxaretur partem, sed vtrinque pariter conuelleret, euenisbat vt qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoque Schinim Theseus dilaniauit, viámque, quæ ex Troezene Athenas ducit, latrombus infestam, tutam reddidit.

Schinos {σχῖνος} Arbor est eadem cum lentisco mastichen exudans, ex cuius ligno cuspides fiunt, purgandis dentibus accommodæ, vnde σχινοπώγων à Græcis dicti sunt homines delicatiores, qui vt dentibus candorem conciliant, perpetuò lentiscum arrodunt.

Schinvssa, Insula est Asiatici maris, authore Plinio libro quarto, capite 12.

Schisma {σχίσμα} Latinè scissura à Græco σχίζω, quod est scindo: hinc diuisionem in Religione Schisma dicimus, cùm varij varia de eius partibus sentiunt, integris manentibus principiis. Hinc Schismatici dicti, qui in Ecclesia diuersum à vulgo & sentiunt & ita-tuunt.

Schistum, schisti {σχιστὸν} Genus lactis. Plinius lib. 28. cap 9. Medici speciem vnam addidere lactis generibus, quod schiston appellauere.

Schista ona. Plin. lib. 29. cap. 3, Fiunt & tota lutea, quæ vocant schista quum triduo incubata tolluntur.

Schistus, siue Schistos {σχιστὸς} Lapis est crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis, vnde & nomen habet ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, idque κατ' ἐξοχήν. Multi enim præterea sunt lapides fissiles, quos hoc nomine non dignamur. Effoditur in quibusdam Hispaniæ locis circa Iberum fluuium, morsus omnino expers: vnde & ophthalmicis medicamentis inprimis idoneus est. Hodie Seplasiarij eius loco vtuntur Creta alba.

Schoneus {σχοινεὺς} qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis & Atalantæ pater. Hinc

Schœneius Adiectiuum {σχοινῆϊος.} vt Virgo Schœneia, Atalanta. Ouid. 2. Trist.

Schœneis, Patronymicum fœ. {σχοινηὶς.} Ouid. epist. 15,
Vt tulit Hippomenes Schœneida, prædia cursus.

Schœnicolæ, Varroni in illo versu Actij,
Diobolares, schœnicolæ, miraculæ: Meretrices dicuntur quæ schœno vnguentario (sic enim in Varrone legendum existimo) non nullam odoris gratiam accerserent, quas & schœno deliburas ipsemet Plautus dixit. Turneb.

Schœnos, siue Schœnum {σχοῖνος} Latinè dicitur Funis & iuncus. Plaut. Ruden. 8,
Hi schœni enim atque hæ atúdines sunt nobis quæstu & cultu. Cato cap. 105, Schœnum & calamum in pila contundito quod fiet fextarium vnum. Colum. li. 12. cap. 20. Odores autẽ vino ferè apti sunt, qui eum defruto coquuntur, iris, fœnumgræcum, schœnum.

Schœnismos {σχοινισμὸς} mensura quædam terræ est, & torturæ genus, quod fit per funes.

Schœnoplocos {σχοινοπλόκος} Qui funes torquet, quem Latini Restionem appellant.
¶Schœnus, Mensura est Ægyptiaca, sexaginta stadia capiens, authore Herodoto: licèt Plin. lib. 5. & 12. quadraginta stadia dicat, id est quinque millia: nisi sit error notarum. Budæus, Porrò loci Pliniani sunt lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 14.

Schœnobates, penult. corr. {σχοινοβάτης} Qui per funes ludendo graditur, ὁ σχοῖνος funis, & βαίνω ascendo, quasi funambulus. Iuuenalis Satyra 3,
Augur, schœnobates; medicus, vagus omnia nouit.

Schœnobaticus, pen. corr. Adiectiuum {σχοινοβατικὸς} Quod ad schœnobatem pertinet. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1, Ego, qui scirem Qu. Pompeium Baulis schœnobaticam facere, & vtique eò, vt ego miserer eius esturiei. Vbi interpres, Schœnobaticam facere artem, id est, qui scirem eum propter paupertatem factum schœnobatem, id est funambulum. Vetus autem codex habet embæneticam. Vide suo loco.

Schoenos, vrbs Asiæ infra Thebas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Schoenvs, Portus in Græcia, in ora Megarensium: Plin. lib. 4 cap. 7. Schœnus sinus maris Indici. Plin. lib. 5. cap. 28.

Schoenvs, schœni, schœno {σχοῖνος} Fluuius est Pœotiæ per eiusdem nominis oppidum labens quinquaginta stadiis à Thebis. Strabo lib. 9 puto eundem esse, cum eo quem Schœnuntem Plinius lib. 4. cap. 7. appellat.

Schoenvs, schœnuntis {σχοινοῦς} Flumen Athenis proximum (vt ait Strabo) à iuncis dictum, proindéque iuncarios in Hispania campos Schœnuntas vocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio, ab amne quem Schœneam appellant.

Schœnus. Plinius libro 4. cap. 7. Portus est & oppidum Atticæ regionis.

Schola, scholæ {σχολὴ} Literarum ludum significat, à verbo Græco σχολάζω, quod est vaco: quia cæteris rebus omissis, vacare liberalibus studiis pueri debent. Paulus. Plin. epist. 144. C. Lætor etiam, quòd domus aliquando C. Cassij huius, qui Cassianæ scholæ princeps & parens fuit, seruiet dom. no non minori. Cic. in Orat. E philosophorum scholis tales ferè euadunt. Et 2. de Diuin. Multa istiusmodi discuntur in scholis.

Cœrus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Consuetudo scholarum. Quintil. lib 4. cap. 2.
Exercitationes scholarum. Quintil. lib. 1 cap. 8.
Frequentia scholarum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Philosophorum scholæ. Quintil. in Procem. lib. 1.
Magnæ scholæ Quintil. lib. 1. cap. 2.
Audire hominem de schola Cic. 2. de Orat.

Definire in schola. Cic. 5. Tusc. Nec ego solus, sed tu etiam Chrysippus in foro, domi, in schola definis.
Eligere scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Explicare scholam, Præcepta doctrinæ exponere. Cicero 2. de Finibus.
Fugere scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Institutæ seue è scholæ Quintil lib. 2. cap. 2.
Homo politus è schola. Cic. in Pisonem.
Vitare scholas. Quintil. lib. 1. cap. 2.

¶Erat & in balneis schola, apud Vitruuium lib. 5. cap. 10, Pars labri siue aluei, à præstolando, vt Hermolaus arbitratur dicta: vt occupato ab his qui priores venissent, labro, in schola cæteri circunspectantes rectè ítare possent. Erat & in porticibus, authore Plinio, Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua qui sunt in schola, in Octauiæ porticibus & Philippi. Aliis magis placet, scholam apud Vitruuium esse porticum in circuitu labri, siue solij aut aluei, id est fossæ lapideæ balneorum.

¶S. holæ, pro Disputationibus & controuersiis atque dissertationibus, quæ in scholis inter doctorem & discipulos otiosè agitari solent, accipitur apud Ciceronem, lib. 1. Tuscul. Ponere iubebam de quo quis audire vellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itaque dierum quinque scholas (vt Græci appellant) in totidem libros contuli. Ibidem lib 3, Separatim autem certæ scholæ sunt, de exilio, de interitu patriæ, &c.

Epicuri schola. Cic. 2. de Finib.
Regestæ scholæ in commentarios. Quintil. libro 3. cap. 6, Sunt enim velut regestæ in hos commentarios, quas adolescens deduxerat, scholæ. De Ciceronis rhetoricis. Alij sic legunt, Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quas adolescens deduxerat schola.
Vertere se ad alteram scholam. Cic. in Pisonem, Vertes te ad alteram scholam, differes de triumpho.
Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Quintil. lib. 3. cap. 1. Hoc est disputationibus & prælectionibus pomeridianis.

Schola, non solùm est eorum collegium, qui bonarum literarum studia perlequuntur: sed vt diximus militum: Scholas porrò militum vndecim fuisse Iustinianus in l. vltima. C. de loc. & conduct. significat. In qua lege non opinionibus, vti hactenus lectum est: sed, optionibus, est legendum. Et in l. 7. C. de aquæductib. vbi calculis scriptum est quum esse debeat scholis. Scholæ illæ tametsi ex Vegetio colligi possunt, nonnullas tamen earum formas referre lubet.

Est igitur,

Schola Equitum, Peditum, Scutariorum, Clibanariorũ, Agentium in rebus, Domesticorum, Silentiariorum, Palatinorum, Societatis sacrarum largitionum, Schola gentilium. Ex l. 6. C. de aduocat. diuersor. iudic. l. 9. de annon. ciuilib. in C. Theod. & in notitia imperij Romani, & apud Marcellinum lib. 22. & lib. 26. l. penult. C. de offic. milit. iudic. l. 3. de agentib. in reb. lib. 12. C. l. 3. C. de offic. magistr. offic. l. 12. C. de offic. sacror. scrin. l. 3. C. de præpositi. agent. in reb. l. 7. C. de principal. agentib. l 3. C. vbi Senator. l. 4. C. de Silentiar. lib. 12. l. 11. §. sin autem. & §. illo proculdubio. C. de iudic. l. 13. C. de palat. sacrar. larg. lib. 12. C. Marcellinus lib. 27. & in Notitia. Inde Scholaris militia l. 38. de Decurionib. in C. Theod. quum ait Scholari nomen quidam dederunt militiæ. notauit Brissonius in eo libro quem de verborum quæ ad ius pertinent significatione edidit. lib. 17.

Scholaris, nouatum à nouitiis iurisperitis verbum, eum significat qui scholas cuiuscunque ordinis assiduè frequentat. vtitur Fridericus Imperator in sua l. Habita. quæ subiicitur tit. Ne filius pro patre. lib. 4. C. tit. 13. Omnibus (inquit) qui causa studiorum peregrinantur scholaribus, & maximè diuinarum atque sacrarum legum professoribus, &c.

Scholares militantes sunt in sacro palatio. Nam & scholæ militum sunt, Vegetio, Seuero, Sulpitio, in vita Martini. Alciatus in tit. De priuilegiis scholar. lib. 12. C.

Scholaster, vel Scholiarchus rectè dicitur, qui in collegiis sacerdotum Scholasticus barbarè vocatur. Erasm. in opusculo De Pronuntiatione. Spieg.

Scholicus, penult. corr. Adiectiuum. Gellius libro 4. cap. 1. Ostentabat quispiam Grammaticæ rei doctior scholica quædam nugalia, de generibus & casibus vocabulorum differẽs. Nisi malis scholica substantiuum esse.

Scholasticus, penult. corr. {σχολαστικὸς, σχολαστική} Adiectiuum, Quod ad scholam pertinet. Vnde scholastica disciplina, & scholastici discipuli, qui discendi causa scholas frequentant. Plinius epistola vltima, libri primi, Scholasticis porrò dominis, vt hic est, sufficit abundè

tantum soli.&c. Quintil.lib.7.cap.2, Quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modo rei seriem.

Controuersiæ scholasticæ. Quintil.lib.4.cap.2 66.& 69.

¶Scholasticus, pro Declamatore solùm in fictis causis & otiosis versato, non in veris litibus. Plin.epist.3.libro 2, Scholasticus tantùm est, quo genere hominum nihil aut simplicius, aut syncerius, aut melius: nos enim qui in foro verissque litibus terimur, multum malitiæ, quanuis nolentes, addiscimus. Schola & auditorium & ficta causa res inermis, innoxia est, nec minus fœlix, senibus præsertim.

Scholium, scholij {σχόλιον} Interpretatio breuior, breue scriptum. Cic.Attico,lib.16.333, Velim σχόλια aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere. Itáne mi Attice defensione eget meum factum, præsertim apud te, qui id mirabiliter approbasti? ego verò istum δικαιοσύνην συνεχόμενος, sed ad eorum aliquem, quibus inuitis & dissudentibus profectus sum. Et siquid iam opus est σχολίου, si perseuerassem, opus fuisset. Eidem,lib.13.290, Hic autem iam languescit, & ait tibi illum iure iratum: sed vtar tuo consilio. σχόλια enim tibi video placere.

SCHIATHVS, Insulæ nomen in sinu Pegasico.Plin.lib:4.cap.12.

Sciagraphia {σκιαγραφία} prima illa & rudis picturæ delineatio, quæ & Ichnographia dicitur, quom scilicet futuri operis lineamẽta carbone,creta cum rubrica ducuntur.

Sciamachia {σκιομαχία} est Vmbratilis pugna: vt Gellius libro 13.cap.21, transtulit. ad quam Iuuenalis alludens dixit,

Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra. Saty 7. Vmbratilis autẽ pugna propterea dicebatur, quia huiusmodi pugnæ simulacra sub tecto fieri soli:a cranninõ vt vera pugna,in sole & puluere.Ea est vmbratilis armorum meditatio seu exercitatio, quæ vulgò *scrima* vocatur.

Sciamachia {σκιομαχία} Pugna vmbratilis quæ in prouerbium abiit de iis quæ fieri nequeunt. Cælius Rhodig. libro Lect. antiquar.11. capite 6.

SCIAPODES, siue Sciopodes {σκιάποδες, ἢ σκιόποδες} Populi sunt Trogloditis finitimi, vt ex Ctesiæ sententia tradit Plinius lib.7. cap.2. Qui & Monosceli à singulis cruribus sunt appellati, miræ pernicitatis ad saltum. Sciapodes inde dicti quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra pedum se protegant. Augustinus in lib.de Ciuitate Dei.

Sciatheras, æ, siue Sciotheron {σκιάθηρας ἢ σκίοθηρον} Instrumentum gnomonicum,quo vmbras indagamus. Hoc Architecti in metandis vrbibus vtebantur,octóque cœli regiones exactè colligentes, ventorum vim molestam vrbibus oppositi plateatum angiportorúmque angulis frangebant aut amoliebantur: aurásque coporibus salubres plateatum directionibus admittebant. Vitruuius libro primo,cap.6. A Græcis autem σκιαθῆρας vocatur, quòd ἄθηρ indaginem significet.

Sciatericon {σκιατερικὸν} Horologium apud Plinium dicitur libro 2.capite 76. id est Vmbræ indagatorium. Est autem solarium quo hodie vtimur ad horas æquales æquinoctialésque colligendas:antiqui autem ad inæquales & temporales. Alij scioterícon legunt apud Plinium.

SCIATHOS,penult.corr. {σκιάθος} Insula est ad Artemisium teste Herodoto in Polymnia. Valerius 2. Argonaut. Iam sciathos subsedit aquis.

Scibones, Telorum genus antiquis, vt refert Gellius libro decimo, capite 25.

Sciena,æ:Pisces ex illorum genere, qui lapidem in capite habere perhibentur,Plin.lib.9.cap.16.

Sciens,Scienter,Scientia,Vide SCIO.

Scilicet, penult. corr. {ἀμέλει, δηλαδή} Confirmandi aduerbium, Idem quod Scire licet vel certè: sed per amaritudinem quandam cum derisu permistam, vt ait Valla lib.2, vt sit aduerbium negandi per ironiam. Virgil.4 Æneidos,

Scilicet is superis labor est. Terent.And.1.2,

Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet. Hoc est, veluti per sensum contrarium, nimirum, Id populus non magnopere curat. Ita existimato,populo non maximè esse curæ, filius tuus amet,nécne. Cic. pro Milone, Scilicétque latronem ac sicarium abiecti homines & perditi defendebant. Et 4.Academ. Quid enim faceret huic conclusioni, si lucet lucere: lucet autem, lucet igitur? Credere scilicet. Ouid.2.Metamorphoseos,

Scilicet hoc etiam restabat adultera,dixit,

Vt fœcunda fores,&c.

¶Scilicet,Interrogatiuum. Cic.pro Rabirio perduel. reo, Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho f.atri?

Quis:tu ipse scilicet laudator & factorum & scriptorum meorum. Cic.Attico,lib.7.12.

Quid ad hæc Næuius? ridet scilicet nostram amentiam. Cicero pro Quintio.

¶Scilicet, nonnunquam sine amaritudine dicitur, & irrisione: & aduerbium affirmandi est, pro Certé. Terent. Andr.5.4. Idem Eunucho 5 9.fratris igitur Thais tota est? c. scilicet. Cic.Attico, lib. 4 75,Si tacco, oppressus & captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. Terent.Heaut.4.5,

-neque tu scilicet

Eò nunc confugies, Quid mea?

De Lentulo scilicet sic fero vt debeo, virum bonum & magnum hominem perdidimus.Cic.Attico,lib.4.75.

Peto igitur à te,tanto scilicet studio,quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari. Cic. Sulpitio lib.13.27.

Suspenso animo expecto primum te scilicet, deinde Marionem. Cic.Tironi,lib.16.3.

Scilicet id agitur, vtrùm hac petitione, an proxima Prætor fias. Cic.ad C.Furnium,lib 10 26.

Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret.Cic.2.de Diuinat.

¶Scilicet {dicere} pro Id est,vel nempe,siue nimirum ponitur. Terent. Heaut.5.1,

-nam vbi desponsam nuntiasti filio,

Continuò iniecisse verba tibi Dromonem,scilicet,

Sponsæ vestem,aurum,ancillas, opus esse argentum vt dares. Cic.1. in Catil. Quibus hoc præcipiendum videtur vnum scilicet & idem quod cæteris omnibus, vt desperent se id quod conantur consequi posse. Idem ad Qu.fratrem,lib.2.15.

Quid tu in eo potes?nihil scilicet.Cic.Attico,lib.11.215.

Pro,Scilicet,aliquando,Nimirum,posuit Cicero: vt pro Rosc.Amerino,Opinor enim esse in lege,quam ad diem proscriptiones,venditionésque fiant:nimirum ad Calend.Iunias. Aliquando,Videlicet, vt pro Cluent.Qui eorum,quorum? videlicet qui suprà scripti sunt. Nonnunquam eleganter ipse Cicero subiicet ipsum,Scilicet,vt pro Murœna,Quem non pœnitebat facere idem quod tu, habere eruditissimum hominem,cuius oratione asperior non est factus. Hoc est, habere scilicet hominem.

Et scilicet.Cic.ad Qu.fratrem, lib.1.2, Et Elauij causa, & scilicet Pompeij omnia facies.

Scilla {σκίλλα} siue vt Varro appellat, Squilla, Hippocrates verò etiam scella,& terra & mari crescens herba. Radix tamen sit,an bulbus,an cyma,siue fructus,à Theophrasto dubitatur. Plin.lib.21.cap. 17, Notabilis & scillæ crocique natura, quòd quum omnes herbæ folium primùm emittant, móxque in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quàm folium. Et in croco flos quidem implicitur caule, in scilla verò caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem lib.19 cap.5, Nobilissima est scilla, quanquam medica minì nata, acetóque exacuendo. Nec vlli amplitudo maior, sicut nec vis asperior. Duo genera medica: Masculus albis foliis, fœmina nigris:& tertium genus est cibis gratum: epimenidium vocatur, angustius folio,ac minus aspero: Seminis plurimum omnibus. Colum.lib.5.cap.10, Atsi iam arborem satam habueris, scillam secundum radicem arboris ferito.

Scillinus,pen.corr. Adiectiuum {σκιλλικὸς} Quod ex scilla factum est. Plin.lib.23.cap.2, Acetum scillinum inueteratum magis probatur: prodest super ea quæ diximus acescentibus cibis: gustatum enim discutit pœnam eam,&c,

Scilliticus,pen.corr.Aliud adiect.Idem {σκιλλιτικὸς} Acetum scilliticum.Colum.lib.12.cap.34.

Scillites,scillitæ,pen.prod.masc.gen. {σκιλλίτης} figuratè neutro iungitur: & est vinum factitium ex scilla, vel etiam oleum. Columel. lib.12.cap.33, Vinum scilliten ad coquendum, & ad corpus reficiendum: itémque ad veterem tussim,& ad stomachum hoc modo condire oportet.

Acetum scillites, hoc est in quo scillarum bulbi ad medicamentum infusi sunt. Plinius lib.32.cap.10, Vrtica marina trita ex aceto scillite,&c.

SCILLIS, quidam Sicyonius proditur apud Græcos omnium ea tempestate maximus vrinator,qui ex Aphetis Artemisium vsque, octoginta ferè stadia natatu breui spatio peregit. Alexander Alexand. libro 2.cap.21.

Scincos, vis: aut Scincus, scinci per secundam. Animal Niliacum: Plin.lib.8.cap.25,Simile Crocodilo, sed minor etiam Ichneumone, est in Nilo Scincos natus contra venena præcipuus antidotis: item ad inflammandam virorum Venerem.

Scindo,scindis,scidi,scissum {σχίζω, διαχίζω, τμήγνυμι, ἐκρηγνύω, διαιρέω, μερίζω,χρέπτω} Notæ significationis. Cic.ad Rufum, lib.5.20, Hanc epistolam cur non scindi velim,causa nulla est.

Cuneis robur fissile scinditur.Virg.6.Æneid.

Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Ouid.3.Trist.eleg.10.

Capillos scindere.Ouid 3.Trist.eleg.3.

Verbora scindentia corpus lacerum.Silius lib.1.

Crines scindere.Virg.12.Æneid.

Dolorem suum scindere, Aperire, & commemorando patefacere,vel refricare. Cic.ad Atticum,lib.2.55, Nolo commemorare quibus rebus sim spoliatus, non solùm quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum.

Fluuios scindere natatu.Claud.7.Paneg.

Frerum scindens Glaucus.Ouid.13.Metam.

Humum scindere vomere.Ouid.epist.12.

Latus scindere flagello.Ouid.in Ibin.

Mare scindere nauigiis.Ouid.2.de Arte.

Nebulas scindere,Ire per nebulas.Ouid.2.Metam.

Necessitudines scindere.Plin.in Paneg.

Penulam scindere. Hodie vulgò tritissimum est, pro eo quod est Impensius retinere hospitem, atque inuitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit,vt alia complura. Cic. ad Atticum, lib.13.288.de Varrone loquens,Venit enim ad me, & quidem id tempore, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam.Memini enim tuum,& multi erant, nósque imparati. Quid refert? Paulo pòst C.Capito cum T.Carrinate. Horum ego vix attigi penulam,tamen remanserunt.

Sententiam scindere.Cic.ad Atticum,lib.13.277.

Sententia discors scinditur vario motu.Stat.12.Theb.

Solum scindere.Virg.2.Georg.

Scidit deinde se studium.Quintil.in Procem.lib.1,

Mare tellurem scindit.Lucan.lib.3.

Terram scindere vomere.Ouid.2.de Arte.

Verba fletu scinduntur.Ouid 3.de Ponto,eleg.1.

Viam scindere.Virg.10.Æneid.

Vnda scindit se in sinus reductos.Virg.4.Georg.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus: Id est, diuiditur, & in

& in diuersas sententias veluti partes quasdam it. Virgilius 2. Æneidos.

¶Scindere, pro laniare & vellere, vt in illo poëtæ prisci versu à Cicerone in 3.Tusc.l.prolato,

Scindens dolore identidem intonsam comam. Ira autem scindere accipi hinc apparet, quòd Bionis facetum dictum Agamemnonem irridentis statim proferens ita dicit, In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu sibi capillum euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Atque, vt interea hoc moneam, puto hîc distractas esse particulas, quæ coniungendæ sint in ordinanda syntaxi. Nam perinde quasi dicendum arbitror. Hæc Turnebus.

Scindidi,Præterirum antiquum apud Plautum Pseud.13,

Nam ego cicilendrum quando in patina scindi.ii.

Secidi,Antiquum item præteritum à verbo Scindo. Accius in Sotadicorum lib.1.Non ergo aquila, ita vt hi prædicant, fecideret pectus. Vide Gellium lib.7.cap.9.

Scissus,Participium {σχιδὸς.} Liu.3 ab Vrbe, Testis productus qui septies & vicies enumeratis stipendiis,octies extra ordinem donatus, donáque ea gerens in conspectu populi, scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit.

Scissus comam,per Synecdochen.Virg.9.Æneid.

Alumen scissum.Colum.lib.6.cap.13.

Capilli scissi.Tibul.lib.1.eleg.10.

Tunica scissa.Ouid.epist.11.

Vestis scissa.Virg 12. Æneid.

Viscera scissa Ouid in Ibin.

Scissus,huius scissus {σχιστὸς} pro ipsa scissura.Varro,Scissu materiæ fatigatus,quiescebat lectulo.

Scissilis,& hoc scissile,pen.corr. {σχιστὸς} Quod scindi potest: vel quod scissum est: vt Scissile alumen, apud Cesium lib.6.cap.11. Vbi quinquies hac dictione vsus est.

Scissura,scissuræ,pen.prod. {σχισμὴ.} Plin.lib.11.cap.28, Pennæ insectis omnibus sine scissura.

Scissura Nili.Plin.lib.5.cap 9.

SCINGOMAGVS, Vicus est trans nostros Alpes, à quo Ita'ia incipit. Strabo lib.4.

Scintilla,scintillæ {σπινθὴρ} Propriè est quæ è silice, quum is cæditur,exilire solet Ouid.lib.4.Fastorum.

Pars quoque quum saxis pastores saxa feribant,

Scintillam subitò prosiluisse ferunt. Cic. Autè quàm iret in exilium,Et quoniam animaduertistis illam conspirationem conflatam ita esse restinctam, vt nulla scintilla comparetur incendij, vos eunque Tribunitiam sedate temeritatem. Cic.4.Acad. Isti autem quos tu probas,tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt.

Scintillis plurimis caibo.Plin.lib.16.cap.66.

Agere scintillas.Lucret.lib 2.

Excudere silicis scintillam Virg.1.Æneid.

Prosiluit scintilla.Ouid.4.Fast.

Scintilla bellì,pro Reliquiis.Cic.ad Plancum,lib.10 14.

Scintillula, pen.corr. Diminutiuum {σπινθίδιον.} Cic.5 de Finib. Non sine causa eas quas dixi in pueris virtutum quasi scintillulas videmus,è quibus accendi philosophi ratio debet.

Scintillo,scintillas {σπινθηρίζω} scintillare,Splendere,micare,& veluti scintillas quasdam emittere.Plaut.Menæh.17,

Vt oculi scintillant vide. Plin.lib.20.cap.1, Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quàm extinguat, scintillare tursum ac deorsum cogat.

Cristæ scintillant.Silius lib.7.

Oleum scintillat cum ardente testa.Virg.1.Georg.

Scintillatio, Verbale {σπινθηρισμὸς.} Plin.lib 20.cap.9, Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibúsque, vel stomacho,præcordiis crudam ex aceto,&c.

Scio, scis, sciui, scitum, scire {εἰδέναι,ἐπίστασθαι, ἐπαΐειν,ἐπίσταμαι} Notæ significationis.Terent.And.1.1,

Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum. Ibidem 3.2,

Non sciunt ipsi viam,domum quâ redeant?

Scire de argento vt factum sit, pro Quid factum sit de argento. Plaut.Asin.2.

Scire de aliquo,pro Referre ab aliquo.Cic.pro Sylla, De quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset.Ibidem.

Scio ex.Plaut.Curcul 6,

Nam quod scio,omne ex hoc scio. Terent.Heaut.3.1.

Scire vtrùm.Cassius Ciceroni lib.15 19,Velim scire vtrùm ista solicito animo an soluto legas.

Ordine rem scire,Vide ORDO.

Scire certum de cognitione virginis.Terent.Eunuch.5.3. Cicero scire certum de cognitione naturæ,quòd vix duobus ex omnibus 1.de Oratore, Nihil certum sciri, nihil planè cognosci & percipi possit.

Scire pro certo.Liu.5.bel.Pun.

Certè & certò scire,Vide CERTVS.

Incertò scio,Vide INCERTVS.

Haud scio.Cic.2.de Orat. Magnum est quoddá opus, atque haud sciam an de humanis operibus longè maximum.Vide HAVD.

Quod sciam. Cic.ad Atticum, lib.16.331, Sed non venerat, quod sciam.

Volo te scire illud, &c. Cic. ad Atticum, lib.2.38, Primùm igitur te scire volo,Sampsiceranum,&c.

Tenere & scire.Cic.pro Murœna, Ille tenet & scit vt hostium copiæ vt aquæ pluuiæ arceantur.

Scit omnes linguas,Hoc est nouit,siue callet.Plaut.Pœn.2.

Scire fidibus, Vetusta eclipsis, inquit Donatus. Terentius Eunuch.1.2.

Scire Latinè vel Græcè. Cic.de Claris Orat. Non enim tam præclarum est scire Latinè,quàm turpe nescire. Idem 2.de Fin. Quum Græcè vt videor,luculenter sciam.

¶Scito, scitote, penultima producta. Cic.6.Verr. Apud Segestanos repertum esse iudices scitote neminem neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum,qui illud lignum aedificet attingere.

¶Sciri,Passiuum. Cic 2.de Orat. Ars enim earum rerum est quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur.

Sciri potest de aliquo.Cic.Attico,lib.11.242.

¶Scibo in futuro facit,& sciam. Terent Heaut.5.2,

-aut Scibis cuius sis. Idem Phorm.5.1,

Nemo ex me scibit. Idem Eunuch.4.4.

Magis scibo, Vide MAGIS.

¶Scibitur,pen.corr.Impersonaliter,Plaut.Cap.3.

-quod quum scibitur,

Per vrbem ferè debet.

Sciebatur inter eum.Quintil.lib 6 cap.2.

Scitu,pro Scisne. Terent.Eunuch 4.7.

Scin' tu vt tibi res sese habeat?

Sciens,scientis {ἐπιστάμενος,γνοὺς,εἰδώς} Participium,siue Nomen ex participio,cui contrarium est Nescius. Terent.Andr 3.2,

Id ego iam nunc tibi renuntio hæc futurum, vt ne sciens. Idem Adelph.4 5,

Ne forte imp.udens faciam quod nolit,sciens cauebo. Vbi Donatus,sciens per alios Sic Phorm.2.1,

Verùm scientem,tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex coegit? Item Heaut.4 8,

Nam te sciente faciam quic.quid egero. Ibidem 5.5,

Sciens non faciam. Hoc est, data opera, de industria, si resciuero. Cic.7.Verr. Certè nihil sciens prætermisi. Idem 4. Acad. Deinde ita teneri si sciens falleret, quòd inscientia multa versaretur in vita.

Nullum à me sciente facinus occultatur.Cic.pro Sylla.

Prudentem & scientem se demittere. Cælius Cic.lib.8.16, Etiam atque etiam Ciceio cogita,ne te,tuóique omnes fundibus euertas, ne te sciens prudénsque eò demittas, vnde exitum vides nullum esse.

Sciens Iudificari & calumniari. Cic pro Rosc. Amerino, Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè & suspicitosè dicere, aperte Iudificari,& calumniari sciens non videatur.

Contra fœdera scientem & inscientem facere. Cic. pro Cornelio Balbo.

Scientibus omnibus.Cic.6.Verr.

Sciens prudénsque. Vlp in l. Si procuratorem.§ Si ignorantes ff. Mandat. Scientes & prudentes auxilium appellationis omisérunt. Idem in l.) § vlt.ff. de ventr.in pos.mittend. Si sciens prudénsque se prægnantem non esse,consumpserit.

¶Sciens,cum genitiuo. Varro 3 de Re rust. cap 3, Primum inquit dominum scientem esse oportet eorum animalium, quæ in vida, circúmve eam ali possunt. Sic Gellius lib.18. cap.5, Sciens Latinæ linguæ. In Macrobio tamen legitur libro 6. cap 9, Linguæ Latinæ scius. Et apud Quintil.lib.9.cap 3

Sciens agendi.Patercul.lib.2, Vir,vbi res vigiliam exigeret, sanè exomnis.prouidens,atque agendi sciens.De Mecœnate loquitur.

Sciens citharæ.Horat.3.Carm.ode 9.

Fieri scientem consilij alicuius.Senec. Thyeste 3.

Sciens pugnæ. Doctus ad pugnandum. Acron. Horatius 1. Carm. ode 15.

Scientior {ἐπιστημονέστερος} & scientissimus. Cic.pro Lege Manil. Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit,aut esse debuit? Idem 1.de Orat. regendæ Reip. scientissimus. Colum.lib.11.cap.3, Sit oportet idem scientissimus,robustissimúsque.

Venefica scientior.Horat.Epod.5.

Scientia,scientiæ {ἐπιστήμη,εἰδημοσύνη, ἐπιστημοσύνη,γνῶσις} Quæ aliquid scitur vt

Coniurationis scientia.Tacit.lib.16.

Futurorum malorum ignoratio vtilior est quàm scientia. Cic.1. de Diuinat.

Scientia,Alicuius rei cognitio.Cic 1.de Natur.deorum, Sanctitas autem est scientia colendorum deorum. Idem 1.Offic. Prudentia est rerum expetendarum,fugiendarúmque scientia. Idem 1. Acad. Et si ita erat comprehensum, vt conuelli ratione non posset, scientiam:sin aliter,inscientiam nominabat.

Citra scientiam,Vide CITRA,præpositionem.

Hominibus nihil est iucundius suauitate scientiæ. Cicero 3. de Oratore.

Cognitio & scientia.Cic.1. Offic. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. Idem 5.de Finib. Tantus est innatus in nobis cogitionis amor & scientiæ, vt nemo dubitare possit,&c.

Disciplina & scientia.Cic.1.de Diuinat.Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè Magorum disciplinam, scientiámque perceperit.

Iuris Ciuilis scientia: cui opponitur Ignoratio iuris. Cicero 1.de Legibus.

Machinalis scientia,Vide MACHINA.

Rei militaris scientia.Cic.pro Lege Manilia.

Officiorum ciuilium scientia.Quintil.lib.2.cap.15.

Bene dicendi scientia.Quintil.lib.2.cap.15.

Rectè loquendi scientia.Quintil.lib.1.cap.4.

Scientia de. Cic.pro Sylla, Cuius scientiam de omnibus constare fuisse,eius ignoratio de aliquo,purgatio debet videri.

Efficax scientia.Horat.Epod.17.

Muta scientia.Quintil.lib.5.cap.10.

Triuialis scientia.Quintil.lib.1.cap.4.

Afferre scientiam,Vide AFFERO.

Comprehendere aliquid scientia. Cic. Domitio, lib. 6. 12.
Consequi omnium magnarum rerum atque artium scientiam. Cicero 1. de Orat.
Dare scientiam artium. Cic. 2. de Diuin. Musæ scribendi, legendi, cæterarum artium scientiam somniantibus non dabunt?
Effecit scientiam vt. Cic. 1. de Diuin. Chaldæi diuturna obseruatione syderum scientiam purantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset.
Exercere scientiam. Quintil. lib 1. cap. 4, Sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.
Habere scientiam magnarum artium. Cic. Mario, lib. 7. 3. Et de Diuin. Si dij ea nobis obiiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus.
Habeo scientiam natandi. Celsi. lib. 5. cap. 27. tit. secundo.
Habere scientiam in re aliqua. Cic. 2. Philip. Quo me teste conuincessan chirographo, in quo habes scientiam quæstuosam?
Profiteri scientiam. Cic. 2. de Orat.
Reseruare sibi scientiam. Cic. in Orat. Quum extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui.
Certam sumere scientiam rei. Author ad Herennium, lib. 4, Vestrum est, Iudices his in vnum locum collatis, certam sumere scientiam, non suspicionem maleficij.
Tenere medicinæ scientiam. Seruius Ciceroni, lib. 4 5, Qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt.
Stabilem scientiam rerum tenere. Cic. de Finib. lib. 1.
Auguratus tentare scientiam. Cic. 1. de Diuin.

Scienter { ἐπιστημονικῶς } scientius, scientissimè, Aduerbium, Cum scientia. Plin. in Paneg Explanauitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ conscerarct.
Cum aliquibus moderatè & scienter vti. Cic 2. Offic.
¶Scienter, Scitè, diserté, peritè Cic de Clar. Orat. Vt enim ex neruorum sono in fidibus quàm scitèr ij pulsi sint, intelligi solet. Suet. in Tito, cap. 3, Sed ne musicæ quidem rudis, vt qui cantaret & psallere cr iucundè scienterque.
Peritè & scienter. Cicero de Claris Oratoribus, Quam omnino multa de conseruando iure Ciuili? quæ quidem omnia cum peritè & scienter, tum ita breuiter & presse & satis ornatè & perelegan cer diceret.
Animaduertere & interpretari aliquid scienter. Cicero 1. de Diuinatione.
¶Scientius, scientissimè Cic. in Orat Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, id est, eruditius, peritius. Cic 1. de Diuinat. Hetruria autem cælo tacta scientissimè animaduertit. Idem 4 de Finib. Perge porrò: sequentur enim quæ tu scientissimè complexus es.

Scitus, Adiectiuum { σοφὸς, δεξιὸς } Sciens & argutum. Terentius Eunuch. 1. 2,
Scitum hercle hominẽ, hic homines prorsus ex stultis insanos facit.
Interrogationes scitæ. Quintil lib. 5. cap 7.
Scitus liræ Sciens lyra canere. Ouid. 5. Fastorum,
-& curuæ scita Thaliæ lyræ.
Vadorum scitus. Ouid 9. Metam Hoc est peritus.
Scitum est, Argutum, elegans, & prudenter factum. Terentius Heautont. 1. 2, -hoc
Scitum est, periculum ex aliis facere tibi quod ex vsu fiet. Idem Phorm. 5 4.
Quàm scitum est, eiusmodi parare animo cupiditates,
Quas quũ res aduersæ fient, paulò mederi possis? Plaut Trinum. 11,
Scitum, vt ego opinor, consilium inueni. Cic 3. de Oratore, Scitum est enim causam conferre in tempus, cum, &c. Idem in Oratore, Scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat. Idem 2. de Diuinat. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est. Idem pro Plancio, Ego autem siquid est quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor.
¶Scitus, placens, elegans. Plaut. Merc. 16,
Satis scitum filium mulieris. Terent. And. 3. 2,
Perecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Scitum, sciti, Substantiuum, pro Iussu, Vide post Scisco, quod sequitur.

Scitè, Aduerbium { ἐμφρόνως } Doctè, artificiosè, venustè. Terentius Heautont. 4. 5,
At si scias quàm scitè in mentem venerit. Cicero ad Brutum, libro 11. 16, Satis scitè & commodè tempus ad te cœpit adeundi. Idem 4. Verr. Capella quædam, ea quidem mirè, vt etiam nos qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scitè facta & venustè.
Scitè scitus Plaut. Casina. 12. 8,
Eho nimirum scitè scitus es.
Scitè & literatè præscriptæ literæ. Cic. in Pisonem.

Scitulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Plaut. Rud. 14,
Qua sunt facie? s. scitula. Ibidem 21,
Atque Ambas formas scitula atque ætatula.

Sciturus, penult. prod. { εἰδήσων } Participium. Lucan. lib. 6,
-sequuntur
Sciturі iuuenes.

Scisco, scisci, sciui, scitum { ἄδω } scisceere, Idem significat quòd Scire, vel rescire. Plaut. Amphitr. 17,
Accurro vt sciscam quod velit.
¶Scisco, Sententiam dico. Festus.

¶Scisscere { κυβερνητικῶτατον } Sancire, edicere. Plautus Curcul. 10,
Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit. Cic. pro Flacco, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet summota concione, distributis partibus, &c. Idem de prouinciis Consul. Simul ostendit etiam se scisceere legem, quam esse legem neget. Idem 2. de Legibus, Quid quòd multa pernicioſe, multa pestiferè sciscuntur in populis, quę non magis legis nomen attingũt, quàm si latores

aliquas concessa suo sanxerunt? Sic pro Plancio, Plancus primus legem sciuit de publicanis. Silius lib. 7,
-nunc munera Martis
Æquent imperio, & Solem concedere nocti
Sciscant, &c.

Scitor, scitaris { πυθόμαι } scitari, Interrogare, seu inuestigare, quæ occulta magis ac secretiora sunt. Virg. 2. Æneidos,
Suspensi, Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus. Ouid. 10. Metamorphoseos,
-scitatur ab ipsa
Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.
Scitari libet ex ipso quodcunque refers. Horat. 1. epist. 7.
Scitari causam viæ. Ouid. 2. Metam.
Nomen scitari Ouid. 2. Metam.

Scisciror, pen. corr. scisciaris { πυνθάνομαι, ἀκουσμάτων } scisciari, deponens, Idem quod Scitari. Cic. in Orato. Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, non te id scisciari, qualem ego in inueniendo & in collocando summum esse oratorem vellem: sed id mihi quærere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Terentius Eunucho, 3. 4,
Nisi quicquid est, procul hinc libet prius quid sit scisciari. Cicero, primo de Natura deorum, Epicuri ex Velleio scisciabar sententiam.
Scisciari aliquem. Sueton. in Domitiano, cap. 15.

Scisciro, scisciras, penult. corr. { πυνθάνω } scisciare, Actium protulit Plaut. in Merc. 7,
Imò manc: paucula etiam scisciare prius volo,

Scitamentum, scitamenti { παραίτιον. } Gellius lib. 18. cap. 8, Cæteráque huiusmodi scitamenta. Id est, scitè & argutulè, vt ipsis videntur, excogitata orationis ornamenta. Veitur & Macrobius libro 7. Saturnal. cap. 14.

Scitum, sciti { δόγμα, ψήφισμα } Iussum, decretum, sanctum. Liu. 10. ab Vrbe. Et L. Volumnio ex Senatusconsulto & scito plebis prorogatum in annum imperium est. Cicero pro Cornelio Balbo, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, &c. si tum fit fundus, quum scita ac iussa nostra tua sententia comprobat, quàm quum hospitium fecit?
Fatalis sciti lex. Firmicus lib 1, cap. 3.
Scitum facere. Cic. de Opt gen. Orat. De hoc igitur Ctesiphon scitum fecit nullis ab ipso rationibus relatis, vt corona aurea donaretur.
Scita artium, quæ Græci vocant dogmata. Senec. epist. 96. Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci vocant dogmata: nobis vel decreta licet appellare, vel scita, vel placita.
Scita plebis appellantur ea, quæ plebs suo suffragio, sine patribus iussit: plebeio magistratu rogante. Festus.

Scius, scia, scium. Macrob. lib. 6. cap. vlt. Lucilius vir apprimè linguæ Latinæ sciens. Apud Gellium tamen lib. 18. cap. 5, legitur linguæ Latinæ sciens.
Scius & Conscius hoc differũt, quòd Scius secum: Conscius cum alio scius est: licèt conscium indifferenter positum legerimus. Nonius.

Sciolus, penult. corr. id est Semidoctus, literis leuiter tinctus, qui quum in masarum ædem vix à limine inspexit, nihil tamen non audet, falsáque eruditionis opinione intumescit.

Sciomantia { σκιομαντεία } Diuinatio, quæ fit per vmbram.

SCIONE, Plin. lib. 4. cap. 10, Oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.

Sciopodes, Vide SCIAPODES.

Scioterícon, horologium, Vide SCIATHERAS.

SCIPIO Cornelius { σκιπίων παρὰ τὸ } à quo Scipiorum gens patricia initium habuit teste Macrobio, patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem scipionem Grammatici appellant. Hinc illi nomen Scipionis inditum. P. Corn. Scipio cum quo primùm imperatore Annibal signa in Italia contulit. Is quum multas esset in Hispania victorias consecutus, réſque gessisset memoratu dignas, demum in quodam prælio aduersus hostes inito, dum se offert vbi plurimũ periculi erat, subitò occiditur. Liuius.
¶Scipio Africanus, huius filius, cuius vitã ac res gestas C. Oppius & L. Reginius literis mandauêre. Is puer certis diei horis secretum templi petere solebat, purabatúrque apud vulgus cum Ioue loquiz annum agens decimum septimum, à patre in castra ductus est principio bel. Puni. 2. Constátque iam tunc in congressu Annibalis primò circunuentum ab hostibus, ac saucium patrem liberasse, vt sunt authores Liuius & Plutarchus.
Scipio Æmylianus, qui & Africanus minor ab Africani maioris filio adoptatus (filius erat enim Pauli Æmylij) Numantiam euertit, in qua expeditione militem corruptum in disciplinam pristinam eiectis scortis restituit. Factus etiam Consul ante ætatem, ac Carthaginem missus, eam penitus sustulit: idque de sententia Catonis in Senatu, qui præmaturas ac recentes ostentans ficus, ait, Eæ Patres Conscripti Carthagine nuper allatæ sunt, tam prope domum hostem habemus.
Truculentus Scipio. Silius lib. 17.
¶Scipio Nasica, Scipionis, qui vnà cum fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus iudicatus, Matrem deũm tunc primùm aduectam, apúdque virum optimum ex oraculo diuertendam hospitio excepit. Quum aduersus auspicia Consulem se à Graccho nominatum compersset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi Consul quisque in foro per ambitionem habebat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatiæ vrbem superauit. Imperatoris nomẽ à militibus, & à Senatu oblatum triumphum recusauit. Eloquentia primus, iurisconsultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde vulgò Corculum dictus. Ex Cæcilio. Liuius verò alia plura. Scipio item, qui Serapio cognominabatur, propter similitudinẽ suarij cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignúsque

gnúsque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac sunus elocauit: quásquæ præferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Hactenus Plin. lib. 21. cap. 3, Scipio Africani filius, ponitur inter eos apud Valerium qui à parentibus claris degenerauerunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto describitur. Plutarchus in Africano, nihil sanè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Præturam gessisse, & in ea consequenda, à Circeio patris scriba adiutum fuisse. Scipio, Pompeij Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompeianos bellum refouentes in Africam se recepit cum exercitu & Catone, Iuba etiam rege adscito. Qui primò feliciter aduersus Cæsarianos pugnans, victus tandem cum exercitu occubuit. Scipionem cognomento Salutionẽ, è Corneliorum familia, alioquin virum despectissimum, inter præliandum in Africa, perinde ac exercitus ducem Cæsar præposuit: quòd cognoscerer aduersarios vetusto quodam cõfidere vaticinio, vt semper in Africa, vincere fatale Scipionũ generi foret. Plutarch. in Cæsare.

Scipiadæ, pen. corr. { σκιπιάδαι } Patronymicum, pro Scipionibus. Virg. 2. Georg. Scipiadas duros bello.
Fortis Scipiadæ. Horat 2. Serm sat. 1.
Gentis Scipiadæ fulmina. Silius lib. 7.
Scipiadæ duces rapidi. Virg. in Culice.

Scipio, scipionis, masc. gen. { σκίπων } Baculus dicebatur antiquis, vnde Scipionum familia appellata. Liuius 5. ab Vrbe, M. Papyrius vnus ex his dicitur Gallo barbam suam (vt tum omnibus promissa erat) permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram mouisse. Idem 10. bel. Pun. Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat.
¶Scipio, in vineis, quo ipsa vua veluti baculo sustinetur: scapum Varro, nostri caudam appellant, alij pedem vuæ. Columell. lib. 12 ca. 43, Tum vinaceorum pes bene prælo expressus proruitur, & modicè separatis scipionibus, prælutáque intrita folliculorum, in dolio substernitur. Idem de arboribus, cap. 8, Quum scipionis amplitudinem acini habuerint, radicetenus vitem præcidito.

Scira { σκίρα } celebritas fuit peculio Athenienſium, in qua vmbracula & scenæ fiebant, quæ eo nomine dicerentur, ferè, vt similis esset Scenophegię Hebræorum. Lilius Syntag. 17. Histor. Deorum.

Scira, & Scirophorion, in SCIRAS.

SCIRAS, Ægina quondam dicta est, vnde & Minerua Sciras appellatur, & locus alter Atticæ Scira, & mensis Scirophorion. Strabo lib. 9.

SCIRRESSA, mons in Achaia notissimus, de quo Plin. lib 4. cap. 5.

Sciroma, pen. prod. sciromatis, pen. corr. neut. gen. Duritia, lis & affectio hepatis curari nesciens. Plin lib. 25, cap. 8, Hæc cum cera sciromata discutit.

SCIRON, huius Scironis, pen. prod. { σκίρων } latro fuit, cuius ossa quũ in mare cecidissent, in scopulos conuersa feruntur, quę adhuc Scironia saxa vocantur. Ouid. 7. Metamorph.
Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compositi Scirone patet: &c. Filius fuit Canethi & Henioches. Pythei locum in Megara habitauit, quem dixerunt petras scirontides viatores spoliatos præcipites agebat. Alij traduntur hospitibus iejunare coactis, panem pedibus offerre consueuisse: & apprehendentes, calcibus in mare de præcipitio deturbare. Megarenses scribunt virum bonum fuisse: & eius filiam Endeidem Æaco Iouis filio nupsisse: & ex his natos esse Peleum & Telamonem: vt Plutarc. author est. Scironem Theseus interemit. Huius meminit Ouid. 4 epistol.
Quum fuerit lectus Sciron, toruúsque Procustes. Propert. lib. 3. eleg. 16,
Nec tamen est quisquam sacros qui lædat amantes,
Scironis media sit licèt ille via.

Scironia saxa { σκειρωνίδες πέτραι } scopuli sunt non longè ab Athenis, de quibus Strabo lib. 9, Post Crommyonã igitur Scirónides Atticis finibus imminent petræ, iuxta mare transitum non relinquentes. Super eas autem via est in Atticam atque Megara ab Isthmo ducens. Adeò autẽ magis ac magis via petris propinquat, vt in multis eius partibus præcipitium viatori minetur: tam excelsus & tranſitu periculosus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte gestæ, latronúmque, & flectentes ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quas Theseus obtruncauit. Ab hiſce locis extremis ſtantem, procellásque cientem cæuum Caurum produnt, Athenienses Scironem appellant. Hic paulò ab Argeſte deflexus esse dicitur, qui & Olympius vocatur, & à nonnullis Hellespontius. Claud. de bel. Get.
-vallata matis Scironia ripis.

Scirpus, scirpi, masc. gen. { σπόρτη } est, vt ait Donatus, sine nodo, & leuis iunci species, palustris res. Festus, Scirpum est id quod in palustribus locis nascitur, leue & procerum, vnde tegetes fiũt. Hic neutro genere declinat Festus. Scribitur nõnullis absque c post ſ primã literam. Eraſm. in Prouerb. Scribitur Nodus. Vide NODVS.
Nodum in scirpo quærere.

Scirpi { γέλφοι } apud Gellium, dicuntur captiunculæ, argutiæque, vel ænigmata. Sic enim ait lib. 12. cap. 6, Quæ dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scirpos appellarunt. Petrus tamen Crinitus & Cælius legunt scrupos. Qui scirpos legunt apud Gelliũ ſuam ſententiam ſic tuentur. Scirpis vſos fuisse antiquos in vineis ligandis author est Varro lib. 1. de lingua Latina. Vnde Scirpare pro Ligare vſurparunt. Quæ autem ligantur, ea nodo non carent. Nodum autem pro difficultate, ſententiæque obſcuritate capi, nemo dubitat. Vnde est illud Horatij in Arte, Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. Qui verò ſcrupos legendum putant, hac nituntur ratione. Scrupus propriè lapillus est breuis, qui preſſus ſolicitudinem creat. vnde Scrupus, pro molestia & animi angore vſurpatur. Porrò ænigmatum interpretatio mentem viri ſtudioſi nihilo reddit minus moleſtam, quàm ſcrupulus in calceo, aut via ſcru puloſa pedem offendit. Moſellanus putat ſcirpos dici ænigmata per antiphraſim. Aliàs enim propriè ſcirpus herbam quandam iunceam

omnino enodem ſignificat. vnde prouerbium extulit Terentius. Nodum in ſcirpo quæris, Id eſt ſcrupulos in re manifeſta inuestigas. Apud Gellium verò ſermones maximè nodoſi & inuoluti, ſcirpi vocantur. Hæc ille. Scyrpus à nonnullis per y pſilon ſcribitur.

Scirpeus, Adiectiuum { σπυρικὸς } Ex ſcirpo factum. Plautus Aulul. 21, Quaſi pueri qui náte diſcunt, ſcirpea inducitur ratis.
Scirpea dolia, Id eſt caſſa.
Imago ſcirpea. Ouid. 5. Faſt.
Scirpea dicitur, quæ virgis ſcirpatur, hoc eſt colligando implicatur, in qua ſtercus, aliúdve ſimile vehitur iumentis. Ouid 6. Faſt.
-in plauſtro ſcirpea lata fuit. Cato cap 10, Crates ſtercoratias vimine contextas appellat ſcirpeas. Et cap 11.

Scirpicula, ſcirpiculæ, pen. corr. { σπυρικὸς } Iaſx qua in ſcirpandis, hoc eſt ligandis vineis vtuntur, vt amputanda ſuperflua ligamentorum. Varro primo de Re ruſt. cap. 12, Falces dicuntur vineaticæ opus eſſe fex, ſcirpiculæ quinque Cato cap 11.

Scirpiculum, ſcirpiculi { σπυριδίου σπυρίδιον } Caniſtrũ quod ſcirpis aut viminibus confectũ eſt: à ſcirpando dicitur. Apud Colum. li. 10,
-ezno iam vimine textum
Scirpiculũ ferrumineis cumulare hyacinthis. Alij ſcribũt ſyrpiculi.

Scirpiculus, pen. corr. paruus ſcirpus. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2, Cum inter hæc bina loca, vt iugum continet ſcirpiculos, ſic colles publicè diſtantes paſtiones, &c.

Scirrhus { σκίῤῥος } tumor induratus cum nullo aut modico dolore originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Galenus lib. 14. Method. Vide Plinium lib. 7. cap. 15.

SCIRTARI, populi Liburniæ apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Sciſcitor, Sciſco, Scitor, Scitum, Vide SCIO.

Sciſsile, Vide SCINDO.

Sciurus, pen. prod. maſc. gen. { σκίουρος } Animal paruum: ſic dictum ὅτι σκιὰν, καὶ τὴν οὐρὰν, id eſt ab vmbra caudæ. Nam quoties ſub dio, atque non ſub tecto eſt, cauda illi pro tecto eſt atque vmbra. Plin. lib. 8. cap 38, Prævident tempeſtatem & ſciuri: obturatí que qua ſpiraturus eſt ventus cauernis ex alia parte aperiunt fores: de cætero ipſis villoſior cauda pro tegmento eſt. Martialis libro 5, Inamabilis ſciurus.

Scloputs, ſclopi, m. g. { σλόπος } Sonus qui ex inflatione buccarũ erumpit. Perſius ſaty. 5,
Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas. Aliis ſtlopus dicitur per t.

Scnipes, qui & ipſe { σκνὶψ ὁ ἵππος } vermiculi ſunt culicibus ſimiles: vitium oculos erodentes quos ruſtici ampelitide terra enecabant, Galenus lib. 9 ſimplicium.
Scobina, Vide SCOBIS.

Scobs, ſcobis, f. g. ſecundum Priſcianum: vel hic ſcobis ſecundum Phocam { σμίλασμα, βύπασμα } Eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimum decidit, dum vel ſerra ſerratur, vel terebra perforatur: necnon ex attritione laterum ſcobs habetur, qua frequenter ad metalla & pauimenta tergenda ſeduli miniſtri vtuntur. Horat 2. Serm. ſaty. 4, Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus? &c. Plin. lib. 34. cap. 18, Alij elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Colum. lib. 7. cap. 10, Nauſeantibus quoque ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale fricto, &c. Sic lib 12, cap. 43. Abiegna ſcobe.
Centroſa ſcobs, Vide CENTRVM.
Semoliũm ſcobis Iuuen. ſaty. 14.
Scobem facit terebra. Colum. lib. 4, cap. 29.

Scobina, ſcobinæ, pen. prod. { ξύσμη } A ſcobs, inquit Varro, lima dicitur. Plin. lib 12. cap. 37, Poſteà arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quicquid appropinquat ventri. Nouiſſima aſperitas, vt ſcobina fabri.

SCODRA { σκόδρα } Prolemæo lib. 2. cap. 17, vrbs Liburniæ hodie *Scutarum* vocant, ſub Venetorum dominio. Vulgò *Scutari*.

Scolecæ, arum, Cælius lib. 19. cap. 1, Scolecas autem vermes interpretamur, quorum ſpecies aliquot ſunt: nam qui ſunt in virentibus lignis, ac humectis vocantur *diræ*, qui in aridis, Tripes: vitium dicuntur Ipes: Leguminum Troges, veſtium σῆτες: ſicuti chartis qui adnaſcuntur, appellantur Tilphæ.

Scolecia, ſcoleciæ { σκωληκία. } Plin. lib. 34. cap. 12, Eſt & alterum genus æruginis, quã vocant ſcoleciam, in Cyprio ære: hoc trito, alumine & ſale, aut nitro pari pondere cũ aceto albo quàm acerrimo, &c. Teritur autem donec viride fiat contrahátque ſe in vermiculorum ſpeciem, vnde & nomen. Hactenus Plin. σκώληξ Græcè vermis Latinè dicitur.

Scolecium, ſcolecij { σκωλήκιον. } Plin. lib. 24. cap. 4, Coccum autem alicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in Africa ferè, & Aſia naſcens, celerrimè in vermiculum ſe mutans, quod ideo ſcolecion vocant, improbántque.

SCOLIVM, vel Scolius mons in Pylo Arcadiæ, vel Theſſalia. diſputant enim definibus Strabo & Sceptius. Strabo lib. 8.

Scolopax { σκολόπαξ } auis roſtro oblongo, in partibus noſtris frequens *Beccatiam* appellamus. Nocte capitur retibus dum roſtro exugit terram. Quidam Gallinaginem appellant.

Scolopendra, ſcolopendræ { σκωλόπενδρα } Piſcis. lib. 9 cap. 43, Scolopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.

Scolopendrion { ἀσπλήνιον } eſt herba quam totus officinarum chorus hierbariorúmque, Ceteracum vocant, vel ceterac, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, pediculo nigro, &c. Ruellius lib. 3. cap. 67.
Ad calculoſos herba ſcolopendrion, quam nos calcifragam appellamus, bellè facit contuſa. Scrib. Largus, 150.

Scolopomachærion, eſt cultellus pali imagine inter chirurgica organa à Galeno numeratus. Cælius Rhodig. lib. 19. Lection. antiq. cap. 1.

SCOLOS, verbs in Asia est, iuxta Thebas, notat Plinius lib. 4. cap. 7.

SCOLVM, Bœotiæ ciuitas apud quam præstantes fieri panes consueuerunt scribit Cœlius lib. 9. cap. 16.

SCOLVS { σκόλος } Strabonilib. 9, pagus est in ora Asopia sub Cythærone, fedes iniucunda atque aspera. Indéque natum est prouerbiũ, Ad Scolon neque ipse vades, neque alteri comes ibis. Et eo quoque loco deductum Pentheum disceptum fuisse memoriæ proditur.

Scolymos, pen. corr. { σκόλυμος } Herba quæ & strobylus, quòd echinum habeat nuci pineæ similem: & cinara, quòd cineribus gaudet, appellatur. Theodorus cardum vertit. Est enim reuera carduus satiuus, quem vulgus *articocallum* vocat. Plinius libro 22. capite 22, Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limanion appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, crista que foliorum ac radice nigra, sed dulci. Vide CINARA. Nec me fugit (inquit Ruell. lib. 3. cap. 14.) Æginetam Paulum Æuúmque scolymon à cinara diremisse, hanc officere stomacho, illum prodesse monstrantes. Nec inuenio Græcis aliud haberi discriminis, quàm quod scolymos ferus est & syluester, cinara verò domita cultu ruditate mitior & altilis.

SCOMBROARIA, Herculis insula est ad Carthaginem spectans, quam à Scombrorum multitudine, qui inibi capiuntur, eo nomine appellata m Strabo lib. 3 notat.

Scombrus, scombri, m. g. vel scomber { σκόμβρος } Genus piscis marini. Plin. lib. 9. cap. 15, Cum thynnis hæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim eum suis quæque ducibus, & primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extrà qui cæteris. Plaut. Capt. 13. Plin. lib. 32. cap. 11, Laudat. ssimi, scomber, salpa, sparus, &c. Sic Martial lib. 13.

Scombri, Ruelliio significat eum piscem, qui apud nos dicitur *Maquereau*, à frequentibus scilicet maculis. Et vitiligines tibiarum variegatarum ab igne per hyemem (cuius exemplum videre est in ve-tutis) dicuntur *Maquereaux*.

Scomma, fcommatis, pen. corr. n. g. { σκῶμμα } Latinè dicitur cauillum, Est (vt ait Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 3.) morsus figuratus, quia sæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunquam in quos iacitur & dulce est τὸ σκῶμμα.

Scopæ, scoparum, f. g. { σάρθροπρόσπημα, καρυηδὸν } pluralis numeri, Instrumenta quibus pauimenta verruntur. Plaut. Stricho, 6,

Munditias volo fieri hîc: ferre huc scopas, simúlque harundinem vt operam omnem aranearum perdam. Scopæ, quasi scobæ dicuntur, quòd his purgamenta veluti scobem educimus.

Viles scopæ. Horat. 2. Serm. fat. 4.

Scopas dissolutas, homines nihili nulliúsque prorsum consilij Cicero vocat, ad Atticum, lib. 7. 132, L. Cæsarẽ vidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. manè, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse. Idem in Oratore, agens contra eos qui numeros orationis contemnũt, Scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, Rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pauimentum sunt accommodatæ: porrò si dissoluetis, nihil inutilius, nihil inelegantius.

¶Scopa regia, Herba. Plin. lib. 25. cap. 5, De achilleo herba, quæ & millefolia appellatur, etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam verò binũm cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo lõgo, betæ semine, omnes vulneribus præcipuas. Nostri eam quæ est latissimo folio, scopas regias vocant. Ruellius dicit eam esse quam vulgus *herbam carpentariorum* appellat, quòd materiarij fabri sæpiculè hac vrantur ad glutinanda vulnera.

¶Scopæ, dicuntur virgæ & putamina, quasique fundamenta virgultorum vel herbarum & fruticum: vt Scopæ manuales chamæmeli, quas medici vulgò *manipulos* vocant. Plinius lib. 24. cap. 15, Cato de Re rust. cap 152, Lacito scopas virgeas vlmeas aridas, in asserculo alligato, duabus latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne farx in lateribus adhæreſcat.

Scopula, scopulæ, pen. corr. Diminutiuum { σκηρίδιον. } Columel. lib. 12. cap 18. Deinde peniculo detergitur, & feruentissima pice infusa, nouo alio rutabulo & scopula picatur. Idem lib. 12. cap. 38, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

Scopo, as, are: Scopare, inquit Cœlius Rhodig. lib. 10. cap. 5, In fustium virgatũque per tintinnaculos admonitione vsurpat simplex vulgus, quo tamen scientissimus ac eloquentissimus vtitur Hieronymus, quum in Esaiæ tralatione ita scribit: Scopabo Babylonem in scopa terens, dicit dominus exercituum. Dignum verò scitu est: scopam, seu verius scopas, vti Fabio placet, dici à Græcis κόρημα, ἀπὸ τοῦ κορεῖν quod scopare, ornareque nobis indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantissimum Μὴ κόρει τὴν ἐπιδολήν. Ne scopes Græciam. Id est, Ne in desolationem redigas.

Scoparius, scopatii { σκοπεύτης } Minister, cuius ministerium est vt deuerrat pauimenta sordentia. Vlpian. in l. Instrumento fundi. D. de fund. instruct. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam attrienses, scoparij.

SCOPAS { σκόπας } statuarius eminentissimus, qui Mausoleum cælauit. Plin. lib. 35. cap. 5. Horat. 4. Carm. ode 8,

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus.

SCOPELOS, insulæ nomen, quæ est ante Troada Ascaniæ apud Plinii lib. 5. cap 32.

Scopes { σκώπες } aues sunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem, cum his, quos bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκωπάζειν ἔτι ἐγρηγορέναι: sunt enim raucæ & minimè canoræ. Vide Plinium libro 10. cap. 49.

SCOPIVS, mons in Macedonia apud Plin. lib. 4. cap. 10.

Scoptula operta { σκαπτάλιον } quæ medicis dicantur, docet Celsus his verbis, lib. 8. cap. 1, A ceruice duo lata ossa vtrinque ad scapulas

tendunt, nostri scoptula operta, σκαπτάλια Græci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatímque latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Hactenus Celsus. Latos humeros quidam vocant, alij ossa humeraria.

Scopus, scopi, masc. gen. { σκοπὸς } Locus in quem emittendo tela dirigimus: à Græco σκοπεῖν, quod est conſydero, contemplor, speculor. Suetonius de Domitiano, cap. 19, Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentísque pro scopulo disfassam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè inuaderent. Vegetius lib. 2. referr, quòd sagittarij, funditorésve ponere solebant pro scopo, hoc est signo, scopas, id est fruticum, vel straminum fasces. Macrobius propositum vocat, quod Græci σκοπὸν nominant.

¶Scopus, metaphoricè pro eo quò mens & propositum nostrum dirigitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 15. Cum thynnis hæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim eum suis quæque ducibus, & primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extrà qui cæteris. Plaut. Capt. 13. Plin. lib. 32. cap. 11, Laudat. ssimi, scomber, salpa, sparus, &c. Sic Martial lib. 13.

Scombri, Ruelliio significat eum piscem, qui apud nos dicitur *Maquereau*, à frequentibus scilicet maculis. Et vitiligines tibiarum variegatarum ab igne per hyemem (cuius exemplum videre est in vetutis) dicuntur *Maquereaux*.

Scomma, fcommatis, pen. corr. n. g. { σκῶμμα } Latinè dicitur cauillum, Est (vt ait Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 3.) morsus figuratus, quia sæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunquam in quos iacitur & dulce est τὸ σκῶμμα.

Scopæ, scoparum, f. g. { σάρθροπρόσπημα, καρυηδὸν } pluralis numeri, Instrumenta quibus pauimenta verruntur. Plaut. Stricho, 6,

Munditias volo fieri hîc: ferre huc scopas, simúlque harundinem vt operam omnem aranearum perdam. Scopæ, quasi scobæ dicuntur, quòd his purgamenta veluti scobem educimus.

Viles scopæ. Horat. 2. Serm. fat. 4.

Scopas dissolutas, homines nihili nulliúsque prorsum consilij Cicero vocat, ad Atticum, lib. 7. 132, L. Cæsarẽ vidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. manè, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse. Idem in Oratore, agens contra eos qui numeros orationis contemnũt, Scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, Rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pauimentum sunt accommodatæ: porrò si dissoluetis, nihil inutilius, nihil inelegantius.

¶Scopa regia, Herba. Plin. lib. 25. cap. 5, De achilleo herba, quæ & millefolia appellatur, etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam verò binũm cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo lõgo, betæ semine, omnes vulneribus præcipuas. Nostri eam quæ est latissimo folio, scopas regias vocant. Ruellius dicit eam esse quam vulgus *herbam carpentariorum* appellat, quòd materiarij fabri sæpiculè hac vrantur ad glutinanda vulnera.

¶Scopæ, dicuntur virgæ & putamina, quasique fundamenta virgultorum vel herbarum & fruticum: vt Scopæ manuales chamæmeli, quas medici vulgò *manipulos* vocant. Plinius lib. 24. cap. 15, Cato de Re rust. cap 152, Lacito scopas virgeas vlmeas aridas, in asserculo alligato, duabus latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne farx in lateribus adhæreſcat.

Scopula, scopulæ, pen. corr. Diminutiuum { σκηρίδιον. } Columel. lib. 12. cap 18. Deinde peniculo detergitur, & feruentissima pice infusa, nouo alio rutabulo & scopula picatur. Idem lib. 12. cap. 38, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

Scopo, as, are: Scopare, inquit Cœlius Rhodig. lib. 10. cap. 5, In fustium virgatũque per tintinnaculos admonitione vsurpat simplex vulgus, quo tamen scientissimus ac eloquentissimus vtitur Hieronymus, quum in Esaiæ tralatione ita scribit: Scopabo Babylonem in scopa terens, dicit dominus exercituum. Dignum verò scitu est: scopam, seu verius scopas, vti Fabio placet, dici à Græcis κόρημα, ἀπὸ τοῦ κορεῖν quod scopare, ornareque nobis indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantissimum Μὴ κόρει τὴν ἐπιδολήν. Ne scopes Græciam. Id est, Ne in desolationem redigas.

Scoparius, scopatii { σκοπεύτης } Minister, cuius ministerium est vt deuerrat pauimenta sordentia. Vlpian. in l. Instrumento fundi. D. de fund. instruct. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam attrienses, scoparij.

SCOPAS { σκόπας } statuarius eminentissimus, qui Mausoleum cælauit. Plin. lib. 35. cap. 5. Horat. 4. Carm. ode 8,

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus.

SCOPELOS, insulæ nomen, quæ est ante Troada Ascaniæ apud Plinii lib. 5. cap 32.

Scopes { σκώπες } aues sunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem, cum his, quos bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκωπάζειν ἔτι ἐγρηγορέναι: sunt enim raucæ & minimè canoræ. Vide Plinium libro 10. cap. 49.

SCOPIVS, mons in Macedonia apud Plin. lib. 4. cap. 10.

Scoptula operta { σκαπτάλιον } quæ medicis dicantur, docet Celsus his verbis, lib. 8. cap. 1, A ceruice duo lata ossa vtrinque ad scapulas

tendunt, nostri scoptula operta, σκαπτάλια Græci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatímque latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Hactenus Celsus. Latos humeros quidam vocant, alij ossa humeraria.

Scopus, scopi, masc. gen. { σκοπὸς } Locus in quem emittendo tela dirigimus: à Græco σκοπεῖν, quod est conſydero, contemplor, speculor. Suetonius de Domitiano, cap. 19, Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentísque pro scopulo disfassam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè inuaderent. Vegetius lib. 2. referr, quòd sagittarij, funditorésve ponere solebant pro scopo, hoc est signo, scopas, id est fruticum, vel straminum fasces. Macrobius propositum vocat, quod Græci σκοπὸν nominant.

¶Scopus, metaphoricè pro eo quò mens & propositum nostrum dirigitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 15, Cum thynnis hæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim eum suis quæque ducibus, & primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extrà qui cæteris. Plaut. Capt. 13. Plin. lib. 32. cap. 11, Laudat. ssimi, scomber, salpa, sparus, &c. Sic Martial lib. 13.

Scombri, Ruelliio significat eum piscem, qui apud nos dicitur *Maquereau*, à frequentibus scilicet maculis. Et vitiligines tibiarum variegatarum ab igne per hyemem (cuius exemplum videre est in vetutis) dicuntur *Maquereaux*.

Scomma, fcommatis, pen. corr. n. g. { σκῶμμα } Latinè dicitur cauillum, Est (vt ait Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 3.) morsus figuratus, quia sæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunquam in quos iacitur & dulce est τὸ σκῶμμα.

Scopæ, scoparum, f. g. { σάρθροπρόσπημα, καρυηδὸν } pluralis numeri, Instrumenta quibus pauimenta verruntur. Plaut. Stricho, 6,

Munditias volo fieri hîc: ferre huc scopas, simúlque harundinem vt operam omnem aranearum perdam. Scopæ, quasi scobæ dicuntur, quòd his purgamenta veluti scobem educimus.

Viles scopæ. Horat. 2. Serm. fat. 4.

Scopas dissolutas, homines nihili nulliúsque prorsum consilij Cicero vocat, ad Atticum, lib. 7. 132, L. Cæsarẽ vidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. manè, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse. Idem in Oratore, agens contra eos qui numeros orationis contemnũt, Scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, Rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pauimentum sunt accommodatæ: porrò si dissoluetis, nihil inutilius, nihil inelegantius.

¶Scopa regia, Herba. Plin. lib. 25. cap. 5, De achilleo herba, quæ & millefolia appellatur, etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam verò binũm cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo lõgo, betæ semine, omnes vulneribus præcipuas. Nostri eam quæ est latissimo folio, scopas regias vocant. Ruellius dicit eam esse quam vulgus *herbam carpentariorum* appellat, quòd materiarij fabri sæpiculè hac vrantur ad glutinanda vulnera.

¶Scopæ, dicuntur virgæ & putamina, quasique fundamenta virgultorum vel herbarum & fruticum: vt Scopæ manuales chamæmeli, quas medici vulgò *manipulos* vocant. Plinius lib. 24. cap. 15, Cato de Re rust. cap 152, Lacito scopas virgeas vlmeas aridas, in asserculo alligato, duabus latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne farx in lateribus adhæreſcat.

Scopula, scopulæ, pen. corr. Diminutiuum { σκηρίδιον. } Columel. lib. 12. cap 18. Deinde peniculo detergitur, & feruentissima pice infusa, nouo alio rutabulo & scopula picatur. Idem lib. 12. cap. 38, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

Scopo, as, are: Scopare, inquit Cœlius Rhodig. lib. 10. cap. 5, In fustium virgatũque per tintinnaculos admonitione vsurpat simplex vulgus, quo tamen scientissimus ac eloquentissimus vtitur Hieronymus, quum in Esaiæ tralatione ita scribit: Scopabo Babylonem in scopa terens, dicit dominus exercituum. Dignum verò scitu est: scopam, seu verius scopas, vti Fabio placet, dici à Græcis κόρημα, ἀπὸ τοῦ κορεῖν quod scopare, ornareque nobis indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantissimum Μὴ κόρει τὴν ἐπιδολήν. Ne scopes Græciam. Id est, Ne in desolationem redigas.

Scoparius, scopatii { σκοπεύτης } Minister, cuius ministerium est vt deuerrat pauimenta sordentia. Vlpian. in l. Instrumento fundi. D. de fund. instruct. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam attrienses, scoparij.

SCOPAS { σκόπας } statuarius eminentissimus, qui Mausoleum cælauit. Plin. lib. 35. cap. 5. Horat. 4. Carm. ode 8,

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus.

SCOPELOS, insulæ nomen, quæ est ante Troada Ascaniæ apud Plinii lib. 5. cap 32.

Scopes { σκώπες } aues sunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem, cum his, quos bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκωπάζειν ἔτι ἐγρηγορέναι: sunt enim raucæ & minimè canoræ. Vide Plinium libro 10. cap. 49.

SCOPIVS, mons in Macedonia apud Plin. lib. 4. cap. 10.

Scoptula operta { σκαπτάλιον } quæ medicis dicantur, docet Celsus his verbis, lib. 8. cap. 1, A ceruice duo lata ossa vtrinque ad scapulas

tendunt, nostri scoptula operta, σκαπτάλια Græci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatímque latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Hactenus Celsus. Latos humeros quidam vocant, alij ossa humeraria.

Scopus, scopi, masc. gen. { σκοπὸς } Locus in quem emittendo tela dirigimus: à Græco σκοπεῖν, quod est conſydero, contemplor, speculor. Suetonius de Domitiano, cap. 19, Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentísque pro scopulo disfassam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè inuaderent. Vegetius lib. 2. referr, quòd sagittarij, funditorésve ponere solebant pro scopo, hoc est signo, scopas, id est fruticum, vel straminum fasces. Macrobius propositum vocat, quod Græci σκοπὸν nominant.

¶Scopus, metaphoricè pro eo quò mens & propositum nostrum dirigitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 15, Cum thynnis hæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim eum suis quæque ducibus, & primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extrà qui cæteris. Plaut. Capt. 13. Plin. lib. 32. cap. 11, Laudat. ssimi, scomber, salpa, sparus, &c. Sic Martial lib. 13.

Scombri, Ruelliio significat eum piscem, qui apud nos dicitur *Maquereau*, à frequentibus scilicet maculis. Et vitiligines tibiarum variegatarum ab igne per hyemem (cuius exemplum videre est in vetutis) dicuntur *Maquereaux*.

Scomma, fcommatis, pen. corr. n. g. { σκῶμμα } Latinè dicitur cauillum, Est (vt ait Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 3.) morsus figuratus, quia sæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunquam in quos iacitur & dulce est τὸ σκῶμμα.

lus morbus in oculis equorum, in angulo crescente caruncula. Ex Turnebo.

Scordiscus, Ephippium. Hinc Scordiscarius apud Hieronymum, qui talia strata vel coactilia facit & tegumenta. Turnebus.

SCORDISCI, populi Pannoniam incolentes in montis Claudij fronte, quo monte diuiduntur à Tauriſtis, σκερδίσκοι. Plin. lib. 4 cap. 25.

Scordisci etiam gens Gallica à Cimbris deuexata traditur à Strabone libro 7.

Scordium, dij { σκόρδιον } herba est apud Dioscoridem tam in montosis, quàm in palustribus locis nascens, foliis Trissaginis, maioribus tamen, & in ambitu non vsqueadeo diuisis, caule quadrangulo, flore subrubro. Dictum Scordion ἀπὸ τῆς σκορδίου, hoc est ab allio, cuius odorem refert, & acrimoniam. Galen. lib. 8. Simplic facultat.

SCORDONA, Insula Dalmatiæ adiacens, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Vulgò *Malcouseglio*.

Scordotis, herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramosa, quernæ similitudine, foliis lanuginosis, amari gustus: reperitur in campis pinguibus. Ea à quibusdam appellatur Scordion. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Scoria, scoriæ { σκορία } Metallorum purgatio, & recrementum quasi fæx, sicut spuma, quæ ex ferue scẽte materia tollitur. Plin. lib. 33. cap. 4. Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria.

Scoria æris. Plin lib. 34 cap. 11.
Scoria argenti. Plin. lib. 33. cap 6.
Scoria plumbi. Plin. lib. 34. cap. 18.

Scorodon { σκόροδον } herba est notissima, Allium Latini appellant. Est & syluestris allij genus, quod Græca appellatione, ὀρεσκόροδον, quasi allium anguinum, vocitatur.

Scorodoprasum { σκορόδοπρασον } magnitudine porrum æquans herba. Participat sapore allium & porrum: vnde sibi vires promiscuas ex vtroque vendicauit, effectus allij & porri præbens: inefficacius tamen. Coctum, porri modo, dulcescit, & in olerum vicem transit. Dioscorid. lib. 2. cap. 147. apud Marthiolum.

Scorpæna, genus piscis apud Plin. lib. 32. cap. vlt. Meminit eius & Ambrosius: Scorpæna (inquiens) quoque castitatem immaculati connubij generi suo seruat, non peruerit sed reficit.

Scorpio, scorpionis, m. g. { σκορπίος } Animal venenosum, cauda feriẽs. Plin. lib. 11. cap. 25, Semper cauda in ictu est, nullóque momento meditari cessat nequando desit occasion. Vide plura in eodem capite.

Scorpius dicitur sicut & scorpio. Vide etiam Celsi lib. 5. cap. 27.

Meruendus acumine caudæ Scorpius. Ouid. 4, Fast. }

¶Scorpius, siue Scorpio, Signum cæleste. Colum. Solingreditur Scorpium XIIII. Calend. Nouemb. Plin. lib. 17. cap. 24, Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario.

Ardens Scorpius. Virg. 1. Georg.
Cauda minax scorpius. Lucan. lib. 1. 131.
Curuaus brachia Scorpius. Ouid. 2. Metam.
Formidolosus Scorpius. Horat. 2. Carm. ode 17.

¶Scorpio, Militare instrumentum, quòd paruis ac subtilibus spiculis inferat mortem: siue quòd scorpionis similitudinem habeat, quum arcus hinc atq; hinc chelarum similitudine præ se ferant spiculum caudæ. Sunt qui arcubalistam appellãt. Quidam etiam accipiunt scorpium pro genere instrumenti torquendi, vt sunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum, vt scutica habens in summitate glandes plumbeas. Plin. lib. 7. cap. 56, Et in tormentis scorpionem Cretas inuenisse dicunt. Cæsar 7. bel. Gal. Scorpione ab latere dextro traiectus concidit. Sic Liu. 6. bel. Pun.

¶Scorpio, Tormentum est bellicum, sed telum etiam illius tormenti, id est quod eo tormento mittitur. Oppius lib. 5. bell. ciuilis, Scorpione accuratius misso, atque eorum decurione percusso & ad terram defixo. Videtur enim potius telum quàm tormentum significari: quanquam si quis tormentum velit, non repugnabo.

¶Scorpio, Piscis Plinio lib. 32. cap. 11.

¶Scorpius { σκορπιοειδὲς } Herba est semen habens ad similitudinem caudæ scorpionis, quæ valet aduersus animal sui nominis. Plin. lib. 22. cap. 15.

Scorpionius, Adiect. Plin. lib. 20. cap. 1, Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus.

Scorpites { σκορπίτης } gemma est scorpionis colore. Plinius lib. 37. capite 11.

Scorpiuron, herba quam Trieocum appellant, foliis paruis, in terram declinantibus: semen ei est effigie Scorpionis caudæ: qua ex re ei nomen. Plinius lib. 22. cap. 21.

Scortum, scorti { πόρνη, πόρνος, ἑταίρα, κατατόμον } Propriè corium est animalium, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem.

¶Scortum, dicitur etiam meretrix. Plaut. Asin, 16,

Is apud scortum corruptelæ & liberis Lustris studet. C c. 2. in Catil. Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærerent essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.

Scorta appellantur meretrices, quia, vt pelliculæ subigantur. Omnia namque ex pellibus facta, scortea appellantur. Scortes id est pelles testium arietinorum ab eisdem pellibus dictæ, Paulus apud Festum. Hinc & scrotum Chirurgi nostri dicunt, pro scortum.

Scortum deuium, non prostitutum in propatulo omnium libidini, sed honestius minúsq; vulgare ab Horatio dicitur 2. Carm. od. 11.

Scortum pressum quasillo. Catull.

-pressámque quasillo

Scortum, quam Serui filia Sulpitij. Scortillum significat egenum, & se meretricio quæstu malè tolerans, lanificióque miseram trahẽs vitam. Quæ enim ad extremam redactæ erant paupertatem meretrices & mulieres, lanam demum faciebant, & illa se Minerua exhibebant. Turnebus.

Honestum officium scorto postponere. Horat. 1. epist. 19.

Scortillum, Dimin. { σκυρίδιον. } Catull. de Varro & sua amica, 10,

Scortillum mihi quum repentè visum est

Non satiè illepidum, nec inuenustum.

Scorteus { σκύτινος } Adiect. dicitur omne id quod ex pellibus factum est, vt ait Fest. Martial. lib. 14,

Ingrediare viam cælo licet vsque sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas. Sub. penula. Ouid. 1. Fast.

Scorteum, aliàs Scranteum: pelliceum in quo sagittæ reconduntur, appellatum ab eadem causa, qua scortum. σκύτος enim Græcè pellis dicitur, vnde scuticæ & scuta, quia non sine pellibus sunt. Paulus apud Festum.

Scortor, scortaris { πορνεύω, πορδεύω, παιδικτυπέω } scortari, Meretricari. Terent. Heaut. 1. 2,

Scortari crebrò noluntne, nolunt crebrò conuiuarier. Idem Adel. 1. 2, Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum Scortari.

Scortator, pen. prod. Verbale { πορνεύτης } Meretricum sectator. Cic. 2. in Catil. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam. Horat. Serm. satyr. 5.

SCOTI { σκόται, ἀλλόφυλοι } Britanniæ populi, quondam Antropophagi. Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. Quid loquar de cæteris nationibus, quum ipse adulescentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis vesci carnibus: & quum per syluas, porcorum greges & armentorum, pecudúmque reperiant, pastorum nates, & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari? Hæc ille. Cui diuus Chrysostomus in sermone Pentecostes, studio pietatis subscribit, Ante hoc (inquit) quoties in Britannia humanis vescebantur carnibus? Nunc iejunia reficiunt animam. Lingua omnibus sibila. Ideo Strabo lib. 4. Britannos balbutientes vocat, quos ipse Romæ viderit.

SCOTIA, scotiæ { σκοτία } Verbum est Græcum architecturæ propriũ, quod Hesychius tuigliphum dicit significare. Vsus est Vitruuius, cùm scribit scotiam à græcis crochilon appellari. Vide Turnebum.

SCOTINA { σκοτίνα } locus est apud Lacedæmonios, quercubus vmbrosus, in quo Iupiter colebatur, cognomento Scotinas, vt est author Pausanias lib. 10.

SCOTINVS, Heraclitus Ephesius vir nobilis & memoratu dignus: de quo vide Strabonem lib. 14.

Scotoma, pen. prod. scotomatis, n. g. { σκότωμα } Hermolaus, Scotomata siue scotodiniæ ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur: ita vt sic affecti occasione parua succidant. Vertigines eas appellant nostri, quoniam ob oculos eorum vorticosa quædam & rotatilia circumagi videantur.

Scotomaticus, penult. corr. Scribonius Largus, Item sanat, quibus subitis tenebris obscurantur oculi cum vertigine: scotomaticos hos Græci vocant.

SCOTVSSA { σκύτουσσα } oppidum est in confinio Macedoniæ ad Nessum amnem locum habens, quem, κυνὸς κεφαλὰς, hoc est Canis capita appellant, in quo Romani & Ætoli T. Quintio duce Philippũ Demetrij filium Macedoniæ regem ingenti prælio superarunt. Author Strabo lib. 9.

SCOTVSSAEI populi liberi in Macedonia apud Plinium lib. 4. cap. 10.

Scraciæ, scraciæ, Æquè despicienda ac contemnenda vt screa sputáque, sic vocata quasi screacia. Versus Accij extat apud Varronem, Scraciæ, scrupedæ, stricabillæ, tantulæ. Videtur Varro scraciam explicare siccam. Nam in eo videtur legendum, scracia siccam significat, vel exiccam significat. Nam cum siccæ sunt & arentes fauces, magno & difficili strepitu & roncho velut troclea screatum trahimus. Turnebus.

Scraptæ dicebantur nugatoriæ, ac dispiciendæ mulieres, vt ait Verrius ab iis, quæ screa idem appellabant, id est, quæ quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: Rectius mecastor piculeræ, Posthumæ lectum hodie stratum vidi scraptiæ mulieris. Festus.

Screo, screas { κλαπτέμεν } screare, Cum conatu quedam de pectore sputum eiicere. Plaut. Curcul. 3,

Vini pollens lepidus Liber, qui screanti tibi
Siccæ, semisomnæ potionem affert, atque it
Sedatum te. Plinius libro 23. cap. 1, Eadem in iumento hominéque phlegma aut sanguinem qui screatur, talos circumligata sanat. De radice asparagi. Vetus exemplar scriptum legit qui se ad talos deiecerit.

Screatus, huius screatus, pen. prod. m. g. { γλάμβος. } Terent. Heaut. 1. 3,

Gemitus, screatus, tussis, &c.

Screator, pen. prod. screatoris { γλαμπὴς } Qui screat. Plaut. Milit. 10,

Screator sum itidem minime succidus.

Screabilis, & hoc screabile, pen. corr. { γλαμπὸς } Quod screari potest. Vnde compositum Excreabilis, Vide EXCREO.

Scriba, Vide SCRIBO.

Scribligo, scribliginis, f. g. { σκολεκομαχὼ } A vetustioribus Latinis dicebatur solœcismus, à tortuosæ orationis prauitate ac versura. Scribendum potius Stribligo. Vide suo loco, ex Gellio lib. 5. cap. 20.

Scriblita, scriblitæ, pen. prod. Genus cibi appellatum est, quòd in circuitu ad restis modum torqueretur. Hoc solùm differens à placenta, quòd sine melle coquebatur, & feruentissima edi solebat. Cato cap. 78. Martial. lib. 3,

Circunlata diu mensis scribilita secundis
Vrebat nimio sæua calore manus. Plaut. Pœn. 2.

Scribo, scribis, scripsi, scriptum { γράφω } scribere, Notæ significationis. Plaut. Asina. 13,

Adde, vt scribas vide planè & probè. Idem Pseud. 7,

Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo.

Corticibus scribere. Propert. lib. 1. eleg. 17.

Scribere sua manu, non autè Propria manu: nusquam enim apud bonos authores reperitur. Cic. Attico, lib. 5. 101, 16, Antequàm aliquo loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis. Ibidem, lib. 7. 122, Accepi aliam alia iucundiorem, quæ quidem erat tua manu. Idem 3 in Catil. Legimus, erat scriptum ip-

ſius manu. Liuius de bel. Pun. Fœdera Amilcaris ſcripta manu. Idem de bel. Maced. Poliſenidas ſua manu ſcripſit.

Ab ſingulari amore ſcribere. Vide A vel AB præpoſitiones.

Ad aliquem ſcribere, quemadmodum. Cic. ad Terent. lib. 14. 2.

Ad aliquem ſcribere de rebus, &c. 4. Cic. 4. Acad.

Ad aliquem de re aliqua in aliam ſententiam ſcribere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3 17, In eius ſermone ego vtcunque ſaleo admirari, & te de ſuburbano emendo quum ad illum ſcribas, non modò ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbano ſcribere: & quæ ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe, de epulis illis quas tu in Tuſculano eius mihi oſtendiſti.

Scribere ambitioſè. Cic. Fam. 13.

Scribere cautè. Cic. Cautè perſcribas.

Scribere commodius. Cic. Famil. 5.

Scribere enucleatè. Cic. ad Qu. Frat.

Scribere exploratè. Cic. ad Qu. Frat.

Scribere fruſtra. Cic. Famil. 5.

Scribere grauiter. Cic. Famil. 2.

Scribere humanè. Cic. Fam 3.

Scribere humaniter. Cicero, Scripſit ad me Cæſar perhumaniter.

Scribere liberius. Cic. Fam.

Literas ex ſermone alterius ſcribere. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 4. Gratiſſime mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnij ſermone te ſcripſiſſe animaduerti. Ego autē præteriti tēporis excuſationē affero, quòd te profectum audieram: nec multò antè rediſſe ſciui, quàm ex epiſtola tua cognoui.

Notis ſcribere, Eſt celeriter excipere. Quint. lib. 11. cap. 2. Vide NOTA.

Scribere notis, & Scribere ſermonibus opponuntur. Varro apud Seruium, In foliis palmæ interdum notis, interdum ſermonibus ſcribebat Turnebus.

Officioſè ſcribere, Vide Officioſus in OFFICIVM.

Scribere planè. Cic. Fam. 4.

Scribere pleniſſimè. Cic. Quampleniſſimè ad me ſcribas.

Plutibus ſcribere. Sub. verbis. Cic. ad Cælium, lib. 2 12, Hæc eo pluribus ſcripſi, quòd nonnihil ſignificabāt tuæ literæ ſubdubitare qua eſſem ergo illum voluntate.

Scribere quod in buccam. Cic. ad Attic.

Scribere quod in mentem venerit. Cic. ad Qu. Frat.

Scribere raptim. Cic. ad Brut.

Scribere rectè, id eſt, non fruſtra. Cic. Idipſum ſcire cupi quod ad tempus rectè ad te ſcribere poſſim.

Scribere ſæpiſſimè. Cic. Fam. 3.

Alicui ſalutem ſcribere. Plaut. Bacchid. 15.

Scribere ſubtiliter. Cic ad Attic.

Scribere ſummatim. Cic. Famil. 5.

Scribere tectis verbis. Cic. Famil. 9.

Scribere vacuo animo Cic. ad Qu. Frat.

Bene ac velociter ſcribere. Quint. lib. 1. cap. 2.

Scribere verboſè. Cic. Fam. 7.

Scribere verboſius. Cic. Fam. 2.

Scribere, Proprié eſt eorum qui aliquid condunt, vel aliquod opus faciunt, quod & Conſcribere dicitur. Terent. in Prol. Eunuch. Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere, &c. Cic. Cornificio, lib. 12. 7. Sed proximè ſcripſit de optimo genere dicendi. Idem Lent. li. 1 9, Scripſi etiam verſibus treis libros de temporibus meis.

Accuratè ſcribere, & cogitatè, Vide COGITO.

Concinnè ſcribere, Vide CONCINNVS.

Licenter ſcribere. Horat. de Arte.

Luculentè ſcribere, Vide LVCVLENTVS.

Mendoſè ſcribere, Vide MENDA.

Separatim de re aliqua ſcribere. Quint. in Proœm. lib. 4.

De integro ſcribere. Quintil lib 2. cap. 4, Expertus ſum prodeſſe, quoties eandem materiam rurſus à me retractatam ſcribere de integro uberem.

De Græcis Latinè ſcribere. Cic. 1 de Fin. Sed ex eo credo, quibuſdam vſu venire vt abhorreant à latinis, quòd inciderint in inculta quædam & horrida de malis Græcis Latinè ſcripta deterius.

De hac re in vtranque partem & dicta ſunt, & ſcripta multa. Cic. 4. Academ.

Aliquem ad hiſtoriæ fidem ſcribere. Cicero ad Quint. fratrem libro 1. 1, Cyrus ille à Xenophonte non ad hyſtorię fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij.

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt. Ouidius 1. Triſt. eleg. 1.

Libellum ſcribere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13.

Orationes ſcribere. Cic. de Claris Orat.

Poemata ſcribere. Horat. 2. epiſt. 2.

Verſus ſcribere. Cic. 5. Verr. De qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal & ſupra prætoris caput ſcribebantur.

Amor ſcribendi te rapit. Horat. 2. Serm. ſat. 1.

Laborem ſcribendi ferre. Horat. 1. Serm. ſaty. 4.

Nulla voluntas ſcribendi eſt mihi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2.

Leges ſcribere, quod & Condere, & Dicere. & Facere dicitur. Cic. pro Roſc. Amer. Eius porrò ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicūt fuiſſe eum qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, ſcripſerit.

Legem de ſtupris ſcribere, &c. Cicer. 2. de Legib. Nec ſi regnante Sext. Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sext. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.

Aliquem hæredē ſcribere, Statuere, Facere. Martial. lib. 10. Quintilianus lib. 3. cap. 6, Hæredi ſcripto opponitur lex abdicatus. Idem declamat. 1, Neque grauiſſimum patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim, vt hæredem filiam ſcriberet.

Aliquem teſtamento ſcribere. Hirtius lib. 4. bel. Alexand.

Scribere ſeruo libertatem eſt, ei libertatem teſtamento relinquere. Vlpian. in l. Si ſeruum. D. de acquir. vel omittenda hæred. Dicam alicui ſcribere, Vide DICA. Cic. 4. Verr.

Formulam alicui ſcribere. Vide Formula, in FORMA.

Nummos alicui ſcribere, Per menſæ ſcripturam dare: vt ait Budæus Plaut. Aſin. 9.

Supplementum ſcribere legionibus. Cic. ad Appium lib 3. 3, Cenſebant enim omues ferè vt in Italia ſupplementū meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

In animo ſcribere. Terent. And. 1. 5.

In aqua ſcribere. Gatull. de mulere ſua.

¶Scriptum eſt. Cicer. 1. de Diuinat. Scriptum eſt item, cum Crotonis, &c.

¶Scribere, Pingere, Plinius de Nicomacho pictore, lib. 35. cap. 10, Scripſit & Apolliuem & Dianam, deūmque Matrem in leone ſedentem. Vnde & Picturam legere dicimus. Virg. 6. Æneid.

-quin protinus omnia

Perlegerent oculis. Vetus exemplar Plinij habet pinxit.

Scriptum reliquit. Cicer. 1. de Diuinat. Nonne vt C. Gracchus filius eius ſcriptum reliquit, duobus anguibus domi compreheuſis aruſpices conuocauit?

Scriptum video. Cic. 4 Acad Cuius, vt ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominaui, deinde eum ſequuti Parmenides & Zeno.

Diligentiſſimè ſcripta Quint in Proœm lib. 1.

Scribere. Accuſare. Martial. in præfat. lib. 1, Abſit à iocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres, nec epigrammata mea ſcribat. Catanæus, ſcribat, dictum putat pro accuſet. Eſt tamen qui apud Martialem cribret legat, non autem ſcribat. Fortè ſenſus eſt, epigrammata mea ne legat quidem, indigna putet quæ ſibi deſcribar legenda.

Scriptus, Particip. {γεγραμμένος.} vt Notæ ſcriptæ. Ouid 3. de Ponto, eleg. 2.

Abſumere igne ſcriptos libellos. Ouid. 5. Triſt eleg. 13.

Diem ſcriptum profiteri, Diem prædefinitum. Sen. Here. fur. 3.

Scriptum, lapidem eſſe ait, & ita vocari, Antiſtius Labeo in agro Menullino, vbi Scribæ diuinam rem facerent. Feſtus.

Scriptum, ſcripti {γεγραμμένον, σὺγγραμμα} dicitur id quod de re aliqua ſcribitur.

Veterum ſcriptorum Muſæ. Catull. ad Mallium, 63.

Copia magna ſcriptorum. Catull. ad Mallium, 63.

Antiquiſſima ſcripta. Horat. 2., epiſt. 1.

Electiſſima ſcripta poetæ peſſimi. Catul. in annales Voluſij.

Nefaria ſcripta. Catull. ad Fundum, 41.

Optima ſcripta Græcorum. Horat. 2. epiſt. 1.

Regale ſcriptum Tragicis cothurnis. Ouid. 2. Triſt.

¶Scripto ſeſe abdicare. Piſo apud Gellium, lib. 6. cap. 3. Id eſt officio notarij vel ſcribæ renuntiare.

Si non accipiet ſcriptum, illectūmque remittet. Ouid. 1. de Arte.

Adire aliquem ſcripto. Tacit. lib 5.

Debueram ſcripto certior eſſe tuo. Ouid. epiſt. 6.

Dicere de ſcripto, Vide DE præpoſitionem.

Ah quoties dubis ſcriptis exarſit amator. Ouid. 3. de Arte.

Scriptum facere, pro Scribendo victum lucrari: apud Gellium lib. 6. cap. 9.

Mandare ſcriptis, Vide MANDO.

Peccare ſcripto. Quintil. lib 3. cap. 5.

Recitare ſcripta. Horat. 1. Serm. ſat. 4.

Scriptum aliquid relinquere. Quint. lib. 6. cap. 1.

Sequi ſcripta oculis. Quint. lib. 2. cap. 5.

Tradere aliquid ſcripto. Quint. lib. 1. cap. 5.

Scriptus, ſcriptus, ſcriptui. Gellius ex Piſonis annalibus libro 6. cap. 9, Cn. Flauius Annij filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe. Alij codices habent. Scripto.

Scriptum facere. Gell. lib. 6. cap. 9.

Scriptito, ſcripſitas, pen. corr. {σὺγγραφιτάω} ſcriptitare. Frequentatiuū à ſcripto, ſcriptas frequentatiuo, quod in vſu non eſt. Cicero ad Articum, lib 7. 21. Et hęc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas, vel potius ſcriptites. Idem de Oratore, Neque ea quiſquam, niſi diu multūmque ſcriptitarit, etiam ſi vehementiſſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit, conſequetur.

Scriptio, Verbale {σὺγγραφὴ, σὺμβολαιογρα} Varro, apud Nonium in litera S. Atatus fœnerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12, Oratiuncularn pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram: itaque eam tibi miſi: quam velim ſic legas, vt rem tenuem & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam.

¶Scriptio, Epigramma, ſiue id quod ſcribitur, vt ſit memorabile. Cic. pro Archia poeta, Quàm multas nobis imagines, verumetiam ad imitandum fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt. Idem lib. 2. de Orat. Illud autem eſt huius inſtitutæ ſcriptionis. Id eſt, huius rei quæ ſcribitur ad memoriam diuturnam.

Scriptiones philoſophicæ. Id eſt, libri de philoſophia ſcripti. Cic. lib. 5. Tuſcul ad finem. Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittemus, à quo nō modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verumetiam laceſſiti.

¶Scriptio, Aliter. Cic. in Orator. Quoniam plura ſunt orationum genera, eáque diuerſa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum: &c. Laudationes vocat encomia: quibus non homines tantùm laudantur, ſed etiam res aliæ. vt Ariſtides Romam laudauit, Alcidamus mortem, Syneſius caluicium, Lucianus muſcam, Eraſmus ſtultitiam. Scriptiones appellat, exercitationes quidem oratorias, ſed quæ remotæ ſint à foro: qualis eſt parænefis Iſocratis ad Demonicum, Nicocles de regno. Tales ſunt chriæ, declamationes, & ſi qua ſunt alia eius generis.

Scriba,

Scriba, ſcribæ, maſc. gen. {γραμματεὺς} Qui literas vel geſta, vel tabellas, & alia quæcunque ſcribit nomine regis vel alterius. Feſtus, Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poētas vocabant. At nūc dicuntur ſcribæ quidem librarij, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. Itaque quum Liuius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quòd à virgultiuis eſt cantatum, quia proſperius res Pop Rom geri cœpta eſt, publicè attributa eſt, & in Auentino ædes Minervæ, in qua liceret ſcribis hiſtrionibúſque conſiſtere, ac dona ponere in honorē Liuij, quia iis etiā & ſcribebat fabulas & agebat. Hactenus Feſtus. Liuius 1. ab Vrbe, de Cn. Mutio loquens, Ibi quum militibus ſtipendia fortè darentur, & ſcriba cum rege ſedēs pari ferè ornatu multa ageret. Et paulo póſt, Scribam pro rege obtruncat. Cicero Ruſo, lib. 6 20. Ad ea quæ ſcripſi commodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet. Idem 3. Verr. Ego de meis, &c.

Scriba, Qui libros à nobis editos ſcribit.

Inſanus ſcriba. Horat. 1. Serm ſat. 5.

Recoctus ſcriba. Horat. 2. Serm. ſat. 5, Vide RECOQVO.

Scriba ærarius, Vide AES, æris.

Scribatus, penult. prod. Scribæ munus & officium. Imp Philipp. in l. Si ad ſcribatum. C. De appellationibus.

Scriptor, ſcriptoris {γραφεὺς} Qui ſcribit, ſiue texit epiſtolam, orationem, librum, opúſve aliquod. Liuius lib. 1 ab Vrbe, in Proœm. Etſi in tanta ſcriptorum turba, mea fama in obſcuro ſit. Donatus in Prologo Terentij, Indifferenter, inquit, omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor à veteribus dicebatur. Martial. lib 3,

Au quę Neroni falſus aſtruit ſcriptor? Cic. Attic. lib. 7. 135, Qui quū ſcriptor inculentus eſſet, tantas res, atque eas quæ in omnium manus venturæ eſſent, Seſtio noſtro ſcribendas dederit. Idem 1. de Oratore, Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi & peruolutandi. Et in Oratore, Veruſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias. Idem de Claris Oratoribus, Scriptor ſubtilis atque elegans.

Carminum ſcriptores. Quintil. lib. 1 cap. 5.

Belli Troiani ſcriptor Homerus. Horat. 1. epiſt. 2.

Artium ſcriptores. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Scriptor aſſiduus, Vide ASSIDVVS.

Delirus inérſque ſcriptor. Horat. 2 epiſt 2.

Nobilium ſcriptorum auctitor. Horat 1 epiſt. 20.

¶Scriptor, A manu ſeruus. Cic 1. de Orat. Neque precibus vnquā, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potuit, &c. ex eius ſcriptore & lectore Diphilo ſuſpicari licebat.

¶Scriptor legum, pro Legum latore Cic. ad Brutum. 15, Neque ſolūm vt Solonis dictum vſurpem, qui & ſapiētiſſimus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem.

Scriptorius, Adiectiuum {γραφικὸς} Quod aptum eſt vtex eo ſcribatur: ſeu quod ad ſcriptorem pertinet. vt Atramentum ſcriptorium. Celſus lib. 6. cap. 4.

Calamus ſcriptorius. Celſus lib. 5 de fiſtulis.

Scriptura, ſcripturæ, penult. prod {γραφὴ} Id quod ſcribimus.

Scriptura, compoſitio libri. Author ad Heren. lib 3. Non ſum neſcius quantum ſuſceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari ſcriptura conatus ſum voces. Scriptura, id eſt ſcribendo. Idem lib. 4. Reliquum ſcripturæ conſumetur in exemplis. Id eſt, eius quod ſcribendum eſt. Terent. in Prologo Adelph. 1, Poſtquam poēta ſenſit ſcripturam ſuam

Ab iniquis obſeruari, &c.

Diuina actorum ſcriptura. Tacit. lib. 3.

Perſequi ſcriptura, Vide PERSEQVOR.

Scriptura, Stylus quo quis vtitur in ſcribēdo. Cic. ad Trebonium, lib 15. 21, Quum verò ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Cecinna ad Ciceronem lib. 6. 7, Genus autem hoc ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atque latum eſſe debere quis ignorat?

Leuis ſcriptura, Vide LEVIS.

¶Scriptura, pro Vectigali quod percipitur è paſcuis: vel ipſa ratio eorum qui præfunt huiuſmodi vectigalibus. Et tam ij, quàm qui portus aut portoria curabant, vectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ & portus dicebantur. In illa autem ſocietate & Magiſtri, & pro Magiſtris erant. Plaut. Trucul. 4,

Nam aduerium legem à me ob meam ſcripturam pecudem accipi, Fierique. A. idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes: vbi non Eſt ſcriptura, vnde dent, incuſant publicanos. Quem locum ſic reſtituit Turnebus, Nam aduerſum legem à me ob meam ſcripturā pecudem accepit. A. Ferè idem quod tu facis faciūt, rem malè gerentes: vbi non Eſt ſcripturam vnde dēt, incuſant publicanos. Pecuarij inquit, & qui greges habebant certam in ſingula pecudum capita pecuniam pendebant publicanis pro paſtione, quæ pecunia ſcriptura vocabatur. Cic. ad Attic. lib. 11 218, Publius Terentius meus neceſſarius operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Hoc eſt, portorio & ſcripturæ Aſiæ magiſtri loco præfuit. Idem 4. Verr. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Ibidem. Portum autem, & ſcripturas eadem ſocietas habebat. Aſconius, Mancipes, ſunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa, decumas redimūt, aut qui portoria, aut paſcua publica: quorum ratio ſcriptura dicitur. Hi exigenda à ſociis ſuo periculo exigunt, & Reipublicæ repræſentant: prouidentes etiam in illa redemptione commodi ſuis.

Magiſter ſcripturæ, qui vectigalia deſcribebat. Cic. Attico, Magiſter ſcripturæ & portus, quidam Lucius Carpinatius. Idem 5. Verr. Vide MAGISTER.

Scripturarius, ſcripturarij. Idem quod magiſter ſcripturæ. Scripturarij dicebantur à Nonio & Feſto, ij qui mancipū rationes faciebāt: quales hodie ſunt quos *clericos & commiſſarios* vocant octauanorum & viceſimanorum. Ex Budæo.

Scripturarios, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt veteres,

quòd ſcripturis, & commentariis omnia, vel vrbium, vel prouinciarum complecterentur. Lucill. lib. 26. Publicanus verò Aſiæ, fiam vt ſcripturarius pro Lucilio. Nonius.

Scripturarius ager dicitur in quo vt pecora paſcantur certum æs eſt, quòd publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore. Feſtus.

SCRIBONIVS {σκριβώνιος} Aphrodiſeus, Orbilij ſeruus atque diſcipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quę prius Auguſti vxor fuerat, repudiata & manumiſſus. Huius meminit Tranquillus.

Scribonius Conſul. Plin. lib. 2. cap. 35.

Scrinium, ſcrinij {σκρίνιον, κιβώτιον} A ſecerneudo, Dicitur locus in quo ſeruantur pretioſa ac ſecreta. Plinius maior lib. 7. cap 25, Captis apud Pharſaliam Pompeij Magni ſcriniis epiſtolarum. Ibidem capite 29, Inter ſpolia Darij Perſarum regis vnguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque ac margaritis pretioſum. Horatius 2. epiſt. 2,

& prius orto

Sole, vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.

Librariorum ſcrinia. Catull. ad Caluum, 14.

Clauſa ſcrinia. Propert. lib. 3. eleg. 6.

Compilare ſcrinia alicuius. Horat. 1. Serm. ſat. 1.

Retegere ſcrinia Iuuen. ſat. 6.

Scriniarium (quo de nullum teſtem allegat Calepinus) ſcriniorū fabrum an cuſtodē interpretabimur? Et quidem in iure Ciuili Scriniarij dicuntur, qui iidem Cartularij appellantur. Quòd enim cartæ in ſcrinia referuntur, & ab Scriniariis, id eſt, Scriniorum cuſtodibus, quos quondam Ædituos Pontificéſque dixerunt, cuſtodiantur, Scriniarios dixerunt. Vide l. vlt. C. de Caſtren. pecul. lib. 12. & l. 8. & 10. C. de numerar. lib. 11. l. vlt. de appar. præfecti præto. Alexander Vlpianum ſuum ſcriniarium appellat. Lamprid. vide l. vltima. C. de reſtam. milit.

Scriptito. Scriptura, Vide SCRIBO.

Scriptulum, Scriptum, Scripulum. Vide SCRVPVS.

Scripula, Vitis genus. Plin. lib. 14. cap. 3 Item ſcripula paſſo acino.

Scrobs, ſcrobis, generis tam maſculini quàm fœminini ſecundum Priſcianum: Seruio tamen maſculini potius {ὀρυγμὸς} Sunt autem ſcrobes, foſſiones vt putei vel foueæ intra terram manufactæ ad vineas vel arbores conſerendas, vel ad metalla & quæcunque alia fodienda. Colum. libro 4 cap. 1, Nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. Ibidem, Contenti bipedanea ſcrobe. Ibidem, Melius conſurgunt altioribus demiſſa ſcrobibus: nam bipedanei etiam prouincialibus agricolis vix approbati poſſunt. Idem lib 4. cap. 15. Ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. Plinius libro 9. capite 51, Mus marinus in terra ſcrobe effoſſa, parit oua, & rurſus obruit terra.

Ternarij ſcrobes & quaternarij. Colum. lib. 11. cap. 2, Scrobes omnis generis, quos eris Autumno conſiturus, hoc tempore præparare oportebit (menſem Martium intelligit.) Eorum quaternarij, hoc eſt quoquouerſus pedum IIII. ſi eſt commodum terrenum, XIIII. ab vno ſiunt: ternarij autem XVIII.

Repletæ ſcrobes. Virg. 2. Georg.

Subactæ ſcrobes. Virg. 2. Georg.

Inuertere ſcrobes oleis, Vide INVERTO.

¶Scrobis etiam in nominatiuo dicitur. Colum. lib. 5 cap. 6, Sed arboris maritandæ cauſa ſcrobis viuiradici fieri debet latus pedum duorum. Ibidem, cap. 10, Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat.

Scrobiculus, ſcrobiculi, penult. corr. maſcul. gen. Diminut. {ὀρυγμάτιον.} Plin. lib. 21. cap. 5, Atque ita in ſcrobiculis ſeruntur, heminis fæcis circunfuſis. Columel. lib. 4. cap. 15, Et id quod à matre abſciſſum recens erit, confeſtim altè circunfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur.

Scrofa, ſcrofæ {χοῖρος} Quæ multos peperit porcos: tamen etiam pro porca ipſa peculiariter ſumitur. Varro 2. de Re ruſt. cap. 4, Scrofa in ſua quæque hara, ſuos alat oportet porcos. Plaut. Capt 13.

Eorum ſi cuiuſquam ſcrofam in publico conſpexero, &c. Colum. libro 7. cap. 9, Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & vt ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verſibus.

Candida ſcrofa. Iuuen. ſat. 12.

Scroſipaſcus, ſcroſipaſci, maſc. gen. {χοιροβοσκὸς} Qui paſcit ſcrofas. Plaut. Capt. 13,

Tum piſtores ſcroſipaſci qui alunt furſure ſues.

SCROPHA {σκρόφος} Tremellius ponitur in lib. 2. cap. 4, Varronis de Re ruſt. vbi de auo ſuo, Auus, inquit, meus primūm appellatus eſt Scrofa: qui Quæſtor quum eſſet Licinio Neruæ Prætori, in Macedonia prouincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum Prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem fecerunt in caſtra. Auus quum hortaretur milites vt caperent arma, atque exirent contra: dixit celeriter ſe illos, vt ſcrofa porcos, diſcepturum, id quod fecit: Nam eo prælio hoſtes ita fudit atque fugauit, vt eo Neruæ Prætor, Imperator ſit appellatus: & auus cognomen inuenerit vt diceretur Scrofa. Itaque proauus, & ſuperiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Prætorius in gente noſtra. Hactenus Varro.

Scrofa, ſcripſit de Re ruſtica libros, quos Plin allegat lib. 17. cap. 23.

Scrofula, ſcrofulæ, penult. correp. {χοιράδιον} Quid morbi ſit, Vide Struma. *Eſcrouelles.*

Scrofulas dici à ſcrofa ſue, palàm eſt: quoniam eas Græci ab eiuſmodi bruto χοιράδας appellarunt. Solenne eſt Francorum regibus, eas ſola manuum attrectatione fideliter curare.

Scrotum, ſcroti {δέρμα} Pellis quæ teſticulos continet. Vide Celſum lib. 7. cap 19 & cap. 20. vbi frequenter hanc vocem vſurpat. *Bourſe teſticulaire* nominant.

Scrupeda, ſcrupedæ, à ſcauro pede, quaſi ſcautipeda: ſcaurus autem exponitur σκαλόπους & σκαμβὸς σκέλος à vetere Critico. Horatius quoque.

Balbutit ſcaurum prauis fultū malè talis. Actius apud Varronem,

Scratiæ, scrupedæ, strictabilæ, tantulæ. Turnebus.

Scrupus, scrupi {λίθος, ψηφίον} Lapillus brevis, qui pressus solicitudinem creat. Festus, Scrupi dicuntur asperæ saxa & difficilia attrectatu.

Scruporum lusus, apud Quintil.lib.11. cap 2. Cic.1.de Orat. Pisa bene, & duodecim scrupis ludere. Huius ludi meminit Ouid.3.de Arte, vbi inquit,

Est genus in totidem, &c. Scruporum lusus esse putatur, qui vulgò *Dominorum lusus* vocatur. Victorius lib.5. Variar. lect. cap.13, legendum putat duodecim scriptis, tum apud Ciceronẽ, tum apud Quintilianum, propterea quòd apud Nonium in litera s ita scribitur, Scripta constat esse rarum. M. Tullius in Hortensio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, vt calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet. Huc accedit Charisius lib.1. sic inquiens: Scriptulum, quod nunc vulgus sine t dicit, Varro in Plautorino dixit. Item in Annali numum argenteum constatum primò à Seruio Tullio dicunt. is quatuor scriptulis maior fuit, quàm numi. Hinc apparet à scriptum forma diminutionis factum scriptulum, deinde per ablationem literæ t scripulum. Volusius Metianus in libro de Asse, Vncia, inquit, diuiditur in scriptula vigintiquatuor. Drachma, inquit Budæus, in terna scrupula distribuitur, quæ à Græcis grammata, id est literæ, ideò dicuntur, quòd quatuor & viginti literas Græci in alphabeto suo habent, quod vocia scrupulos capit. Quidam, teste Glareano in libro de Asse, vt gramma exprimant, scriptulum primùm vocatum putant, posteà scripulum abiecto t. Argentarij hodie denarium vocant, & vigintiquatuor grana continere aiunt. Fannius Semioboli duplum est obolus: quem pondere duplo Gramma vocant, scrupulum nostri dixere priores.

¶Scrupus {ἄπορον} Ænigma significat apud Gell.lib 12.cap.2, Vide Seirpi apud Gellium, in dictione SCRPVS.

Scrupositus, pen.prod. {πλακώδης} Plenum scrupis. Lucan.lib.5,

Scrupositque angusta vacant vbi littora saxis
Imposuit terræ.

¶Scrupositus, Difficilis, asper. Tralatio à viis. Scrupi autem dicuntur saxa aspera. ex quo scruposam rem dicimus quæ aliquid habet in se asperitatis Lucret.lib.4,

-handquaquam ratio scruposa relicta est. Lambinus.

Scrupeus, Adiect. {πλακώδης} Lapillosus. Virg.6.Æneidos,

Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea tuta lacu nigro.

¶Scrupeus. Varr. Ex eo ab Actio positum in curiosa. Itaque est in Menalippa, reiiciis abs te religionem scrupeam pone. Actius, inquit, scrupeum pro curioso vsurpauit in Menalippa, cùm religionem scrupeam dixit, quàm post tergum reiiciendam ait. Ex turnebo.

Scrupulus, scrupuli, penult. corr. masc. gen. Diminut. {ψηφίδιον} Propriè lapillus brevis & asper, qui in calceo latẽs, plerunque nos lædit: nam pressus pede, solicitudinem creat.

¶Scrupulus {ἀκριβασμὸς} pro Solicitudine, dubitatione, & difficultate aliquando ponitur, pro negotio & molestia. Vnde Iniicere scrupulum, & Eximere scrupulo aliquem dicimus. Terentius Phorm.5.9,

Ea mortem obiit, è medio abiit: qui sit in re hac scrupulus?
Sine scrupulo. Colum.lib 5 cap 11.
Odiosus scrupulus, Vide, Odiosus in ODIVM.

Aculei & scrupuli. Cic.ad Attic.lib 1 13, At domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo.

Euellere & eximere scrupulum. Cic. pro Rosc. Amer. Hunc sibi ex animo scrupulum qui se dies noctésque stimulat, ac pungit, vt euellatis postulat. Idem Attic.lib.5.100, Eximc quæso quoad potes, de illo domestico, scrupulum quem non ignoras.

Iniicere scrupulum. Terent. Phorm.5.8. Idem Adelph.2.2,

-timet,
Inieci scrupulum homini.

Iniicere scrupulum & dubitationem. Cic. pro Cluent. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & quædam dubitatio quidnam esset actum.

Scrupulus vnus restat. Terent. And.5.4.

¶Scrupulus, siue Scrupulum, scrupuli, Nomen ponderis. Scrupulum, inquit Budæus, in binos obolos diuiditur, vt obolus in binos semiobolos. Glareanus in libro de Asse, Obolum Columella semiscrupulum vocat: est enim scrupuli dimidium. drachma igitur sex habet obolos. Vide SCRVPVS. Valer. Max. lib. 4. De paupertate. Eadem gens nullum antè scrupulum auri habuit. Cic. ad Attic. lib. 4. 86, Etiam illud iam cognitum est, neque argenti scrupulum esse vllum in illa insula, neque vllam spem prædæ, nisi ex mancipiis. Ex Budæo. Martial. lib. 4,

Ergo nec argenti sex scrupula Sextiliane, &c.

Scrupulus etiam scribitur à nonnullis. Ouidius de Medicamine faciei,

Quinque parant marathri scrupula, myrrha nouem.

¶Scrupulus, etiam mensura est in metiendis terris. Varro lib.1.de Re rust. cap.10. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse vnciam agri aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenda octoginta octo. Quem locum explicat Budæus in Asse. Colum.lib.5 cap.1, Igitur, vt diximus, iugerum habet quadratorum pedum viginti octo millia & octingentos, qui pedes efficiunt scrupula ducenta octoginta octo. Vt autem à minima parte, id est ab dimidio scrupulo incipiam, pars quingentesima septuagesima sexta pedes efficit quinquaginta, id est iugeri dimidium scrupulum: pars ducentesima octogesima octaua pedes centum, hoc est scrupulũ: pars centesima quadragesima quarta, pedes CCLX. hoc est scrupula duo.

Scrupulosus, penult. prod. Adiectiuum {λιθακώδης} Plenus scrupulis. Plaut. Capt.4,

Nam meus scrupulosam victus commeat viam. Sic Scrupulosæ cotes apud Cic.4. Tusc.ul. Et apud Plin.lib.15.cap.23, Cæteræ suum

pabulo gignuntur, scrupulosæ corticis. De castaneis.

Scrupulosus, Solicitus & anxius. Plin. epist.4.9, Miraris quòd tot volumina, multáque in his tam scrupulosa homo occupatus absoluerit. De Plinio aunculo.

Scrupulosissima saltatio. Colum.in Præfat.lib.1, Id est, quæ anxiè & cum cura & studio exercetur.

Scrupulosa disputatio. Quintil.lib.9.cap.1.

Ventrorum paulò scrupulosior obseruatio. Plin.lib.18.cap.33.

Scrupulosè, penult. prod. Aduerb. {ὑπερακριβῶς.} Colum.lib.9. cap.8, Ac quæ dono vel aucupio contingunt minus scrupulosè probantur. Id est minus anxiè. Plin.lib.8.cap 14.

Minutius & scrupulosius scrutantur omnia. Quintilianus libro 5.capite 14.

Scrupulositas, penult. corr. scrupulositatis {ὑπερακρίβεια} Anxietas, difficultas. Colum.lib.11.cap.1. In hac autem turis disciplina non desyderatur eiusmodi scrupulositas.

Scrupularis, & hoc scrupulare, penult. prod. Quod ad scrupulum numinum pertinet. Plin.lib.33.cap.8, His corticulis pertti, quum è venena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia.

Scrupulatim, penult. prod. Aduerb. per scrupula. Plin.libro 22. cap.24, Scrupulatim quidem colligere ac miscere vires non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est.

Scruta, scrutorum, plur.num. {σκαμμάτια} Attritæ vsu vestes, dimidiatæ strigiles, & iumentorum soleæ, refixi claui, ſdque genus alia, quæ vilissimi proxenetę vænalia habent, quos antiqui scrutarios appellabant. Cælius libro Antiquitatum 10.cap.56, Verbo, Scruta, vetramenta omnifaria significari puto, quæ cum vsu iam detrita sint, pretio item deminuta censentur. Horat.1.epist.7,

Vilia vendentem tunicato scruta popello. Ex qua origine factum vt scruturaria dicantur vilissima quæque. Lucilius apud Gellium Noctium Atticarum lib.3,

Quidni? & scruta quidem vt vendat, scrutatius laudat.

Præfiactam strigilem, soleam improbus diuidiatam. Sidonius item Apollinaris vocabulum in Centurias allegisse videtur, Nunc, inquit, friuola quædam, nunc ludo apta virgineo scruta donabat. Quo in loco sunt qui imagunculas pueriles operis dulciarij scruta posse accipi, augurentur. Ad hæc quæ de scrutorum significantia pronuntiauimus, planè allusit Apuleius fabulæ Græcanicæ libro 4. Enimverò vos bonæ frugi latrones inter furta parua atque scruſtia timidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis. Hæc Cælius. Quidam scribunt scurra per r ante postremam vocalem a.

Scrutaria, scrutariæ {γεντιανὴ} Scrutorum vendendi ars, vt sagaria, cænacularia, lintearia. Apuleius lib.4. Scrutariam facitis.

Scruto, scrutas: vel Scrutor, scrutaris {ἐρευνᾶν, ἐξερευνᾶν, ἐρευνολογεῖν, ἐξιχνεύειν, μαστεύειν} Scrutari, Inquirere. Plautus Aulularia, 24. Idem Amphit.14,

Scrutabor, eho dic mihi, quis videor?
Scruto, scrutas, Actiuum. Plaut. Aulularia,

Postremò hunc iam perscrutaui. Nonius.

Ignem gladio scrutari. Horat 2. Serm. sat.3.

Scrutari vestigia domini sui dicitur canis. Plin.lib.8.cap.40.

Orbem scrutari. Plin.lib.5.cap.5.

Fretum scrutari. Lucan.lib 3.

Ferro scrutantes abdita terræ. Lucret.lib.6.

Scrutari tabellarios. Pallio ad Ciceronem, libro 10.31, Tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab vtraque parte scrutantur tabellarios & retinent.

Excutere & scrutari. Cic.pro Rosc.Amer. Non excutio te si quid forte ferri habuisti: nõ scrutor, nihil ad me arbitror pertinere. Idem ad Q. frat.lib.1.1.

Scrutari & quærere argumenta. Cic.in Partitionibus.

Arcanum alicuius scrutari. Horat.1.epist.19.

Mentes deûm scrutantur in exis. Ouid.15.Metam.

Scrutatio, Verbale. Seneca de Vita beata, Ita dico si vtrò & securus scrutationem populo præbuerit. Id est permiserit sua scrutanda.

Scrutator, penult. prod. Verbale {ἐξιτητὴς} vt Pallidus scrutator auri. Lucan.lib.4.

Profundi scrutatores, Maximi piscatores. Stat.3.Sylu.1,

Quódque legit mersus pelagi scrutator Eoi. Id est vrinator scrutans vniones in mari Indico.

Scrutinium, scrutinij {ἐξέτασις, ἔρευνα} Inuestigatio, Apuleius libro 9. Postremum magistratibus placuit obstinatè denegantem scrutinio detegere.

Sculna, Antiquum verbum, dictum quasi sequulna: quem qui elegantius loquuntur Sequestrem appellant. Vtrumque vocabulum à sequendo factum est: quod eius, qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur. Hæc Gellius, apud quem vide plura lib.20.cap.10.

Sculpo, sculpis, sculpsi, sculptum {γλύφω, γλάπτω} Sculpere, Cædendo imaginem aliquam effingere. Plin.lib.36.cap.4, Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta insula. Alij legunt scalpendo.

Ebur sculpsit mira arte. Ouid.10.Metam.

¶Scalpto, non Sculpo dici debere, author est Diomedes. Vide in dictione SCALPO.

Sculptus, Participium {γεγλυμμένος.} vt Animalia sculpta. Lucanus libro 3.

Sculptor, sculptoris, masc.gen. {γλυφεύς} Qui sculpit. Plin.lib.36. cap. 5, Iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, &c. Idem lib 20. cap.13, Sculptores & pictores vtuntur. Alij legunt scalptores.

Sculptura, sculpturæ {γλυφὴ} Est quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro gemmis opera nostra efficit. Plinius libro 16. capite 40, Habent in sculpturis facilitatem. Sic libro 35. capite 12.

Sculptilis

Sculptilis, & hoc sculptile, pen. corr. Adiect. {γλυπτὸς.} vt Opus sculptile. Ouid.4.de Ponto, eleg.9.

Sculponeæ, apud Caronem genus calceamẽtorum sunt: noménque Turnebo habere videntur à sculpo vel scolpo. Nihil enim differt, cùm u & o propter soni vicinitatem sæpe alternis commutentur. Scolpus autem fictitio verbo sonum significat, qualem ipsum nomẽ repræsentat. Fulgentius tamen sculponeas explicat cestos esse plumbo ligatos.

Sculponeatus, sculponeis calceatus dicitur à Varrone in Serano, Dum in agro, inquit, studiosius rutor, aspicio Triptolemum sculponeatũ bigas sequi cornutas, &c. Ex Turneb.

SCVRGVM {σκύργον} Germaniæ vrbs, Ptolemæo authore lib.2.cap.11. Vulgò *Schmeberg*.

Scurra, scurræ, m.g. {βωμολόχος} Qui risum ab audientibus captat, nõ habita verecundiæ ratione aut dignitatis. Plaut. Trinum.4. Cic.ad Papyrium Pætum, lib.9 20, Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non molestè tuli. Idem pro Quintio, Meminí, vetus est, de scurra multo facilius diuitem, quàm patremfamiliàs fieri posse. Item, quoniam frequentissimè vsus est iocis, & nocentissimos sæpe hoc dicendi genere tutatus est, scurra ab inimicis suis est dictus. Et 5. Verr. Albam habebo iudicem, cum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari vult, qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit.

Fugitiuus scurra. Iuuen. sat.13.
Non parum facetus scurra, Vide NON, Aduerbium.
Petulans atque improbus scurra. Cic.pro Cluent.
Infidus scurra. Horat.1.epist.19.
Vagus scurra. Horat.1.epist.16.
Scurra dictus est, vt quidam volunt, à sequendo, quòd & tenuioris fortunæ homines, & cæteri alioqui, qui honoris gratia prosequerentur quempiam, non antecedere, sed sequi sint soliti. Festus.

Scurra, Prisci non tantùm qui iocularia & scurrilia loquerentur, sed homo etiam vrbanus, non rusticus, sed elegans. Plaut. Mostel.

Tu vrbanus verò scurra, delitiæ populi,
Rus mihi tu obiectas? Epidico,
T. Scurra es. i. Scio te esse quidem hominem militarem. Trinũmo, -neque periurio,

Quàm vrbani assidui ciues, quos scurras vocant. Videntur autem sic appellati fuisse, qui assiduè in vrbe essent, nũquam in agris, quòd sine cura fortasse & opere omni essent. Turnebus.

Scurrilitas, pen. corr. scurrilitatis {βωμολοχεία} Vitium vrbanitati oppositum, Turpis & procax dicacitas.

Scurrilis, & hoc scurrile, pen. prod. {βωμολοχικὸς} Ridiculum cum turpitudine. Cicero 2. de Oratore, Ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Dicacitas scurrilis & scenica. Quint.lib.6.cap.3.
Scurrilis strepitus. Author Philomelæ.
Scurriles lusus, pro leuibus & nugatoriis, sine turpitudine posuit Valerius lib.8.cap 8.

Scurriliter, pen. corr. Aduerb. {βωμολοχικῶς} Procaciter. Plin.epist.90, Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

Scurror, scurraris {ζωμολοχέω} Scurrari, Scurrã agere. Horat.1.epist.18, Scurror ego ipse mihi populo tu.

Scurrans, scurrantis {βωμολοχῶν} Scurriliter agens. Horat.1.epist.19, Scurrantis speciem præbere professus amicum. Hoc est, turpiter adulantis, Porphyrio.

Scutica, scuticæ, penult. corr. {σκυτάλη} Flagellum ex pelle. Martial. libro 10,

Scuticáque loris horridis Scythæ pellis,
Qua vapulauit Marsyas Celenæus.
Habenis scuticæ tremefactus. Ouid.epist.9.
Rubere scutica. Iuuenal.sat.6.
Dignus scutica. Horat.1.Serm.sat.3.

Scutilum, tenue, & macrum, & in quo tantum exilis pellicula cernitur. Paulus apud Festum.

Scutra, scutræ, Vasis genus. Plaut. in Persa Act.1.Scen.3,

Commisce musum, struthea, colutheáque appara
Bene & in scutris concaleat, & calamum iniice. In quem locũ tradit Camerarius, à scutris dici forma diminutiua scutulas, vt à culcitra dicitur culcitula. Certè à mitra sic fit mitella, à capra capella.

Scutriscum, scutrisci {ἀγγεῖόν τινος} Vasis genus apud Catonem, cap. 11.2, à scutra verbo Græco deriuatum.

Scutum, scuti {ἀσπὶς, σάκος, θυρεὸς, ὅπλον, &c} Clypeus. Dictum ἀπὸ τῦ σκύτος, id est à pelle, quòd non sine pellibus fiat, inquit Festus. Plin.lib.35.cap.3, Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines. Cæsar 5.bel.Gal. Quo percusso & exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum vniuersi tela coniiciũt. Cic.2.Tusc. Ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostẽ, abiecto scuto fugiat quantum possit.

Scutum quid à Clypeo differat. Vide in CLYPEVS.

¶Scutus, Masculino genere dixit Turpil. Demiurgo, Quia nõ mi nus res hominem, quam scutus tegit. Ex Nonio.

Scutorum impulsus, Vide IMPELLO.
Fulgentia scuta. Virg.8.Æneid.
Longa scuta. Virg.8.Æneid.
Scuta auro cælata, Vide CAELO.
Incumbere in scuta, Vide INCVMBO.
Reclinare scuta. Virg.12.Æneid.
Reiicere scutum, id est post tergum. Cic.2.de Orat.
Scuto vitare periculum. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Scutale, m.g. Corium, cuius loris consutis habena facta erat: sic appellatum, quòd ex eo genere corij scuta conficerentur. Nam, vt apud Polybium est, exterior scuti facies corio vitulino obducta erat. Liuius, Sed triplex scutale crebris suturis duratum. Ex Turnebo.

Scutarius, scutarij {ὁπλοποιὸς} Qui scutorum curam habet, vel qui

scuta facit. Plautus Epid.2,

Id modo videndum, vt materies supperat scutariis.

Scutarius, Adiect. {ἀσπιδήφορος} Quod ad scuta pertinet. Vegetius lib. 2. In Romana militia habebant fabricas scutatias & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutatus, penult. prod. {ἀσπιδιώτης} Aliud adiectiuum, Scuto tectus & munitus. Cicer.2. Philipp. Agmine quadrato eum gladiis sequuntur scutati milites, sicas portari videmus. Liuius 8.bell.Punic. Virgil. 9. Æneid.

Scutiger, Scutigerulus: Scutum gestans. Scutigerulum Plautus pro armigero vsurpat, nempe pro eo seruo, qui scutum domini gerit.

Scutulum, scutuli, pen. corr. Diminut. {ἀσπίδιον.} Cic.1.de Nat.deor. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis reposcendis.

Scutula, scutulæ, pen. corr. {ἀγγεῖόν τι πλατὺ τοῖς.} Vasis genus concauum. Martial.lib.8,

Bestalem ad scutulam sexto peruenimus anno. Idem lib.11,
Sic implet gabatas, paropsidásque,
Et leues scutulas, cauásque lances.

¶Scutula, Forma rotunda, quales aranea contexit. Sipontinus.

Scutulis vestes diuidere Gallia instituit. Plin.lib.8.cap 48.

¶Scutulæ in pauimentis vocantur frusta marmoris rotunda, à scuti videlicet figura. Vide Vitruuium lib.7.cap.1. & Palladium lib. 1.cap 9.

¶Scutula, Serpentis genus in Africa. Sipontinus.

¶Scutula, Particula quædam ballistæ apud Vitruuium, sic enim scribit, Describatur, inquit, scutula, quæ Græcè σφενδόνη appellatur. Hæc scutula, authore Turnebo, est in summo & imo capitulo, dextra & sinistra, atque inde nomen habet Græcum, quòd multis locis pertusa & perterebrata est. Itaq; & perinfirma est, sed laminis ferreis, & regulis & clauis confixa continetur firmatúrque. In ea est foramẽ quo tenduntur toni, id est nerui, qui brachia ballistarum continent. Insunt & foramina, quibus induntur cardines. Hæc Turnebus.

¶Scutula in arboribus empsitratis. Plin. lib.17.cap.16, Ergo amputatis omnibus ramis, ne succũ auocent, nitidissima in parte, quáque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne desecndat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma. Vulgus Gallicum vocat *vn escusson*.

¶Scutula, Hasta teres, qua lina tunduntur. Quapropter & exigua hastula in qua Lacedæmonij membranam inuoluentes, literas scribebant, scutula vocabatur: Sipontinus. Rectius tamen dicitur Scytala.

Scutella, scutellæ, Diminut. {πατανίδιον} Genus vasis concaui, rotundi, quo minutal ex carne vel oleribus in mensam exhibebatur. Cic 3. Tusc. Etipiamos huic ægritudinem. Quomodo? collocemus in cuiscitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incẽdamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi. Vide SCVTRA.

Scutulatus, pen. prod. Adiect. {πατανιδωτὸς} Forma rotunda factũ, quale aranea texit. Plin.lib.11.cap.24, Quanta arte cælat pedicas scutulato rete grassantes, &c.

Scutula vestis, à scutula quando vasis genus est, quæ habet quosdam orbes vel circulos, quasi scutulis distincta. Nam sicut diuersos colores picturæ Babilonij, plurimis verò licijs Alexandrini texere, quæ polymita appellant: ira Galli scutulis vestes diuidere, quæ scutula dixerunt, instituere. Plin.lib.8.cap.48, Istriæ, Liburniæque pilo propior quàm lanę pexis aliena vestibus, & quã sola ars scutulato textu commendat in Lusitania. Iuuen.sat.2,

Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa.

Scutulatus color, apud Palladium in mense Martio, cap.13, Colores (inquit) hi præcipui, albineus, rufseus, murteus, cerninus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. De coloribus equorum loquitur. Est autem scutulatus equus, qui nunc vulgò *pomulatus* vocatur.

SCYATHOS, Insula est cum oppido in Ægeo mari prope Thraciam, vt scribit Pomponius Mela lib.2. vulgò *Scyatho*, aliis *Serro*.

Scybalon, scybali, pen. corr. Quisquiliæ, rudus. Vindicianus ad Valentianum Imperatorem. Progressum à balneo potaui, ne quid cauſationis in corpusculo eius maneret, quo vesica scybalis vel lapidibus per vicina loca meantibus premeretur.

SCYDISSA, mons asperrimus, & Moschicis montibus coniunctus, qui vltra Colchidem sunt, cuius summa ab Heptacometis obtinentur, & Paryadra, qui vsque in Armeniam protenditur, à locis Sideræ Themiscyræ proximis, & orientale ponti latus efficit. Strabo lib.12.

SCYDRA, oppidum Macedoniæ, in ora Heraclea. Plin.lib.4.cap.10.

SCYLACAEVM. Vide SCYLETIVM.

SCYLACE {σκυλάκη} vrbs circa Cyzicum vt inquit Hecateus Pomponius, Placia & Scylace parua Pelasgorum colonię.

SCYLACIVM {σκυλάκιον} Brutiorum ciuitas, authore Ptolemæo lib.3. cap.1, Scyletium hodie. Vulgò *Schilazo*.

Scylax {σκύλαξ} Catulus Latinè dicitur. Est prætereà Scylax apud Suidam nomen insignis mathematici, qui ad Polybij historiam scripsit antigraphen.

SCYLETIVM {σκυλάτιον.} Straboni lib. 6. Athenienſium colonia, eorum qui Mnestei comites fuere: hoc tempore Scylatium vocatur: Virgilio verò 3. Æneid,

Scylacæum, Caulonísque arces, & naufragum Scylacæum. Valerius Argon.8,

Spumoſúmque legunt fracta Scylacæum ab vnda.

Scylla {σκύλλα} Herba, Vide SCILLA.

¶Scylla, Auis Plinio lib.37.cap.10.

¶Scylla, Piscis. Plin.lib.32.cap.11.

SCYLLA {σκύλλα} Saxum in mari, periculosum mare faciens nautis.

Scyllæ duæ fuerunt: Vna, Nisi Megarensium regis filia fuit: contra quos dum deuictis iam Athenienſibus pugnaret Minos, propter filij Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes dolo necauerant, amatus est à Scylla Nisi filia: quæ vt hosti posset placere,

comam purpuream parenti abscissam ei obrulit: quam Nisus ita habuerat conseceratam, vt tandiu regno potiretur quandiu illam haberet intactam. Postea à Scylla à Minoë contempta, dolore in auem cirin, quæ & alauda dicitur, cõuersa est: & Nisus extinctus, deorum commiseratione in halyæti auis muratus est formam. Virgil. 1. Georgic.

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Vide fabulam apud Ouidium 8 Metam. Altera fuit Scylla Phorci filia, quæ versa ferrur in saxũ, cui nomen est Scylla, in mari periculosum. Vide Ouid. 14. Met.

Euitata Charybdi incidere in Scyllam, Hoc est vitato grauiori malo, in alterum diuersum incidere. Seruius indicat Scyllam Phorci & Chreteidos Nymphæ filiam. Hanc quum amarer Glaucus, Circe quæ illius amore tenebatur, quòd eum in Scyllam propensiorem esse videret, fontem in quo nympha lauare cõsueuerat, magicis venenis infecit. In quem quum illa descendisset, puberenus in varias mutata est formas. Horrens itaque suam deformitatem, sese in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Hanc postea Glaucus deam marinam fecit: quæ classem Vlyssis & socios euertisse narrarut. Virg. 6. eclog.

Quid loquar? aut Scyllam Nisi, &c. De rei veritate diuersa est scriptorum opinio. Salustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul visentibus mulierum formam imitetur, in quod illisi fluctus, quoniam & luporum ciulatum, & canum latratum videntur imitari, fiuxerunt: illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. De Charybde verò narrant poetarum fabulæ hanc fœminam fuisse voracissimam, quæ quòd Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi versa est monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim vniuersa: quæque absorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, vt Salustius est author. Vnde tanquam prouerbio scortum vorax, & auiditatis nunquam satiatæ, Charybdim appellat Horat. 1. Carm. ode 27,

-ah miser
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma. Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Virg. lib. 3. Æneid. transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,

Hæc loca vi quondam vasta conuulsa ruina, &c. Plura in Erasmi Chiliad. Cic. 7. Verr. Non enim Charybdim tã infestam, neque Scyllam nautis, quàm istum in eodem freto fuisse arbitror.

Cærulea Scylla. Virg 5 Æneid.
Informis Scylla. Virg 3. Æneid.
Rapax Scylla. Ouid. 7. Metam.
Vorax Scylla. Catul. Argon. 59.

Properrius ex ambabus vnam fecit, lib. 4. eleg. 4. quum ait,

Quid mirum in pattios Scyllam fœuisse capillos,
Candidáque in fœuos inguina versa canes? Lucret. lib. 5.

Aut rapidus canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.

Biformes Scyllæ. Virg. 6. Æneid.

Scyllæus, Adiect. {σκυλλαῖος.} vt Monstra Scyllæa. Statius 5. Sylu. 3.

Rabies Scyllæa. Virg. 1. Æneid.
Littora Scyllæa. Ouid. 15. Metam.
Vndis Scyllæis clauditur Italia. Lucan. lib. 2.

SCYLLAEVM {σκύλλαιον} Promontorium, in Peloponneso, vt Plinius Strabóque lib. 6, testatur, sed sinu Argolico iuxta Hermionem, quò Scylla Nisi filia fluctibus eiecta creditur. Nunc Damala vocatur, vt scribit Oliuarius in Melam. Est & oppidum Brutiorum in Italia, vt est author Pomponius Mela. libro 2. Nunc *Desquillacho*, vel *Esquillacho*, vt tradit idem Oliuarius in eundem Melam. lib. 2. cap. 4.

SCYLLIAS {σκυλλίας} Herodoto lib. 8. vir quidam Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus vrinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi luciatus est: hũc Pausanias Scyllin vocat, de quo inquit, Scyllias Scyonæus homo cũ Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellũ intulerat, anchoras natãdo vrinandóque præcidit ad Pelidũ mõtem & Scipiada Magnesiæ: idque signum in Apollinis templo positum ab Amphyctionibus, quod erat commune Græciæ concilium, à Neronc principe Romam translatum.

SCYLLIS, Plinius lib. 35. cap. 11, Androbius pinxit Scyllin ancoras Persicæ classis præcidentem. Et lib 36. ca. 4. Marmore fcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis geniti in Creta insula.

SCYLEVS, Scylluntis {σκυλλεύς} oppidum Achaiæ, vt Strabo scribit, quo Xenophon à Lacedæmoniis donatus est.

SCYLVRVS, pen. prod. {σκίλουρος} nomen viri proprium, qui, vt Plutarchus author est, quum relictis maribus filiis octoginta, diem esset obiturus, hastilium fascem cuique obtẽdens, vt illum confringeret, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia omnia facile confregit. Ita docens illos, vbi vnà esse perseuerarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem, si separatentur ac dissiderent.

SCYLVRVS, Cherronesi rex, à quo multa castella condita fuisse commemorantur à Strabone lib. 7.

SCYMNVS, inter eos qui cælare argentum egregiè nouerant commemoratur à Plinio lib. 34. cap. 8.

Scymnus, scymni {σύμνος} significat leonis catulum, vt aliarum ferarum scylacia, Iulio Polluce authore. Lucret. lib. 5.

At catuli pantherarum, scymnique leonum.

SCYPHIVS, equus Neptuni. Lilius Historiæ Deorum Syntag. 5. ex Probo. Campi sunt in Thessalia Petræi, in quibus locus Petra nomine percussus tridẽre, Neptuni equum, qui Scyphius vocatus est, edidit.

Scyphus, scyphi, m. g. {σκύφος} Vasis potorij genus, quo veteres vsi sunt in conuiuiis. Cic. 6. Verr. Hinc illa Verrea nata sunt, hinc in cõuiuium Sextum Comminm protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est. Plinius lib. 33. cap. 11, L. verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum habuit. Bayfius, Scyphum quem sciphum nonnulli scribunt, Græci σκύφον dicunt, & σκύπφον, vt docet Athenæus in vndecimo, Vasculum est potorium. Plutarchus tamen in Antonio, statim in ipso principio, scyphũ posuisse videtur, pro eo vase quod vulgò *bipsin* dicimus. Martialis q uoque scyphos auorum vocat vasa potoria, quæ & archezypa dicuntur ab eodem. Hæc ille.

Cælatus scyphus, Vide CAELO.
Capaciores adfer huc puer scyphos. Horat. Epod. 9.
Faginus scyphus. Tibull. lib. 1 eleg. 10.
Nati in vsum lætitiæ scyphi. Horat. 1. Carm. ode 27.
Sacer scyphus. Valer. 2. Argon 55. Virg. 8. Æneid.

¶Scyphus, pro nauigio Vide Macrobium lib. 5. Saturn. cap. 21.

SCYRETICVM metallum. Plin. lib. 31. cap. 2, In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis.

SCYRI, populi sunt in Arabia, Iadorum lingua loquentes apud Plinium lib 6. cap 23.

SCYRITAE {σκυρῖται} gentes sunt inter Nomadas Indos quæ natiõ loco habent foramina tantùm. Plin. lib. 7. cap 2.

Scyron, pro gypso positum inueniri notat Cælius Rhodig. lib. 14. Lection. antiq. cap. 13. vnde & Scyra terra, pro alba dicitur quandoque. Est & Scyro insulæ nomen. idem Cælius lib. 17. cap. 9.

SCYROS, priore prod. {σκῦρος} Insula est contra Magnesiam, in mari Ægæo vna ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, in qua est vrbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine XXV M. passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Dicta est autem Scyros, quia σκῦρος dicatur salebra & asperitas, vt ait Eustathius.

Scopulosa Scyros. Stat. 2. Achill.

In hac Achilles sub puellari habitu adolenit: atque eius regis filiam Deidamiam vitiauit, quæ ab insula & ipsa Scyrias est appellata. Ouid. 1. de Arte.

Scyriades {σκυριάδες} mulieres, ex Scyro insula. Stat. 2. Achill.

Nec minus egressæ thalamis Scyriades ibant
Ostentare choros.

Scyrius, Possessiuum {σκύριος.} Ouid. epist 8,

Ignara tetigit Scyria membra manu. Propert. lib. 2. eleg 10.
Scyria nec viduo Deidamia viro.

Pupes Scyria, A Scyro insula. Virg. 2 Æneid.

Scyricus {σκυρικὸς} Aliud possessiuum. Vnde Scyricum, genus coloris cærulei. Plin. lib. 33 cap. 7. 8.

Scyrpus {σκίρπος} Vide SCIRPVS.

Scytala, apud Pindarum in Olympiis est nũntius, ac velut carminum præco.

¶Scytala est sinus Troglodytici apud Plin. lib 6. cap. 29.

¶Scytala, scytalæ: vel Scytale, scytales, penult. correpta, fœm. gen. {σκυτάλη} Mus araneus Latinè dicitur. Plinius lib. 32. cap. 5, Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, priuatim scytalen & angues.

¶Scytale, Genus serpentis, Solinus, cap. 40, Scytale, tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet: & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Lucan. lib. 9.

¶Scytale Laconica {σκυτάλη λακωνικὴ} Genus erat furtiuarum literarum, quibus vtebantur Lacones. Rationem & modum pulchrè describit Gellius libr. 17. cap. 9, Cur autem Scytala dicta sit. Vide SCYTVLA.

Scytalides sunt artículi, qui subsunt digitis pedis. Cælius Rhodiginus lib. 4. Lect. antiq. cap. 3.

SCYTHAS, æ, nomen filij Hercules à quo & Scythæ dicti sunt: licèt nõnulli dictos putent ἀπὸ τῆ σκύζεσθαι, quod irasci. significat: sunt enim Scythæ iracundiores. Notat Cælius Rhodiginus lib. 18. Lection. antiq. cap. 24.

SCYTHES {σκύθης.} Plinius lib. 7. cap. 56, Iouis fuit filius, qui primus arcus sagittarumque vsum reperisse dicitur.

SCYTHIA {σκυθία} Regio Septentrionalis, à Scytha Herculis filio, vt ait Herodotus, ita dicta. Hæc diuiditur à Tanai fluuio: & pars vna remanet in Europa, altera in Asiam protenditur. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam: in ea soluin est aurum producens (vt Pomponius refert) inhabitabile tamen propter gryphos aurum custodientes. In ea regione sunt Arimaspi homines, quibus singuli oculi esse dicuntur. Ibi Baryslhenes, qui gẽtem sui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœnissimus. Scythia verò Asiæ ita à Iustino lib. 2. describitur, Scythia in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, à tergo Asia & Tanai flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nullisneque enim agrum exercent, nec domus illis vlla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehunt, quibus, coriis, imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius, quippe sine tecto & nauimento pecora & armenta habentibus: quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis vsus ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamẽ ferinis aut murinis vestiuntur. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manserunt. Datium regem Persarũ turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem Zopyrona cum copiis vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Hi hodie Tartari appellantur.

Scythius, a, um.
Paludes Scythiæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
Niuosa Scythia. Ouid. epist. 12.

Scythæ {σκύθαι} populi Scythiam incolentes: qui bipartiti sunt. Alteri Europei Asiatici.

Campestres

Campestres Scythæ. Horat. 3. Carm. ode 24.
Superbi Scythæ. Horat. in Carm. seculari.
Vagi Scythæ. Seneca Troade. 1.

Scythicus, pen. cor. Possessiuum {σκυθικὸς} Apuleius, Plerique eorum Scythicis moribus viuebant. Et apud Ciceronem 5. Tusc. ul. Scythicum regmen.

Aura Scythica. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.
Montes Scythici. Ouid 15 Metam.
Orbis Scythicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Pontus Scythicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Scythes, Scythæ {σκύθης} Qui ex Scythia est. vt Anacharsis Scythes, apud Ciceronem 5. Tusc.

Gelidus Scythes. Horat. 4 Carm. ode 5.
Profugus. Horat. 4. Carm. ode 14. Id est, ant sub Aquilone interius constitutus, qui nunquam in eodem loco maneat, Acron.

Scythis, Patronymicum f. {σκυθὶς.} Ouid. 15. Metam.

Exercere artes Scythides memorantur easdem.

Scythissare apud Scythas, prouerbij figura, erat inremperatius bibere. Alex. Alexandrinus Genial. dier. lib. 5 cap 22.

Scythicæ {σκυθικαὶ} Calceamenti genus apud Alexum & Stephanũ, authore Cælio Rhodigino lib. 18, cap. 24.

Scythice, es: herba, quæ cùm ex Scytharum solertia cognita sit, ab illis proprium nomen accepit. Plinius lib. 25 cap. 8, Scythia primùm eam, quæ Scythice vocatur, circa Bœotiam nascens, præduleis. Idem lib 26. cap. 5, Peucedani succus pectoris doloribus, & acorum subueniri, & ideo antidotis misceetur, tulsi daucum: Item Scythica herba. Vide cap. 1 lib. 27. eiusdem.

SCYTHON, onis {σκύθων} Nomen proprium viri nescio cuius, quem poetæ fabulantur pro suo arbitrio modò in fœminam sese commutasse, modò tursus in virilem formam rediisse. Ouidius libro 4 Metamorphoseos,

Quid loquar, vt quondam naturæ iure nouaro
Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Scython.

SCYTHOPOLIS, vrbs est in Decapolitana Syriæ regione, nomen habẽs à Scythis in eam deductis, quum antea à liberi patris nutrice ibi sepulta Nysa diceretur. Plinius lib 5 cap. 18. σκυθόπολις: Scythopolis, non aspiratum verbum, Libyæ oppidum est, vt ex Polyhistoris sententia tradit Stephanus. σκυτόπολις.

SCYTHOTAVRI {σκυθόταυροι} populi Scythiæ Tauricæ regionis iuga incolentes, qui vt Solinus refert, pro hostiis aduenas cædere cõsueuerunt. Meminit horum & Plinius lib. 4. cap. 12.

SCYZINVM, vinum, cuius (cum ex herba fieret obliterata ratio est. Pliniuslib. 14. cap. 16.

S E

Se {ἑ} Pronomen accusatiui casus, à sui. Vide SVI.

Se, pro διὰ Græca præpositione, separatiua est: vt seculo, separo, seduco. Est etiam abnegatiua, vt securus, sine cura. Hæc Prisc ianus lib. 14. in fine.

Se dicebant veteres pro sine. Cic. lib. 2. de Legib. Ast im cum illo sepelire vretéve, se fraude esto. Verba sunt legis XII. tabularum, vt & illa apud Gellium libro 20. cap. 1, Tertiis nundinis partes secanto. Si plus minúsve secuerint, se fraude esto. Sic enim legit Budæus, & rectè, non antem sine, quod vulgò Gelliani habent codices. Porrò in primo exemplo im accusatiuus est antiquus pro eum, à nominatiuo Is.

Se, particula, interdum valet dimidium: vt in Selibra, Semodio, Semuncia.

SEBASTE {σεβαστὴ} Vrbs Iudææ, antè Samaria dicta, quam Herodes in honorem Augusti Sebastam appellauit. Author Strabo lib. 16, Meminit huius Plin. lib. 5. cap 13.

Sebasteni, Sebastenorum: sunt Samaritani à Sebasta. id est, augusta Ciuitate Iudææ extremæ. Eorum meminit Iurisconsultus Scæuola in tit. De annuis legatis in P.

SEBASTIA {σεβαστία} oppidum in Colopena Cappadociæ regione, de qua Plinius lib. 6. cap. 3.

SEBASTOPOLIS, pen. corr. {σεβαστόπολις} Ponti Cappadocij vrbs Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Vulgò *S. Gregorius*.

SEBENNITVS {σεβεννυτὸς} Stephano vrbs in Ægypto, vbi & palus & amnis sunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sebennitica σεβεννυτικὸς νόμος, & Sebennyticum Nili ostium. σεβεννυτικὸν στόμα, vocari constat, quod in duo alia diuiditur scilicet in Saiticum & Mandesium: Herodotus lib. 2.

SEBETHOS, pen. corr. {σεβέθος} Fons apud Neapolim, cuius aqua vicatim decurrens, omnes ferè vsus Neapolitanis præstat. Statius 1. Sylu. 2,

-& pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius & Virgilius, & Columella meminerunt, quod quidem nomen sine r litera proculdubio scribendum est (etsi sciam esse qui Sebethrus per r legant) testis est, vt alia omittam, tabeila marmorea vetustissima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet, P. Meuius Eutychus Ædiculam Restituit Sebetho.

Sebethis, penult. prod. Sebethidis, pen. corr. f. g. {σεβεθὶς.} Virgilius 7. Æneid.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis.
Oebale, quem genere sse Telon Sebethide Nympha Fertur.

SEBINVS, pen. prod. {σέβινος} Lacus quem facit fluuius Lollius apud Sarnicum, vallis Calepinæ oppidum. Hodie vulgus, ipsum lacum, *Iseo* appellat. Plin. lib. 3. cap. 19.

SEBRITAE, arum {σεβρῖται} populi Ægyptij Nili insulam incolentes, non procul à Meroe. Sebritæ dicti quasi aduenæ eo quòd Psammethicum Regem fugientes in Æthiopiam commigrarint. Strabo libro 17.

Sebum, sebi {σέβος} Vide Seuum. Vnde Sebo, sebas, sebare. Colum. lib. 2. cap. 22, Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, fac pinsere, faces incidere, candelas sebare. Vbi legitur & seuare.

Secale, pen. prod. n. g. Frugis genus, quod inquit Ruellius, Galli de-

trita vha litera seclam vocant. Plinius libro 18. capite 16, Id autem quod secale atque farago appellatur, occari tantùm desyderat, Secale Taurini sub Alpibus Asiam vocant, deterrimum, & tantùm ad arcendum famem vile: fœcunda, sed gracili stipula, nigrita triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius & tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicunque solo, cum centesimo grano ipsúmque pro lætamine est. Hæc Plinius.

Secamentum, Secarius, Vide SECO secas.

Secedo, secedis, pen. prod. secessi, secessum {ἀναχωρῶ, κατοικῶ, παραχωρῶ, σχίζομαι} secedere, Seorsum ire, vel Seorsum venire. Retrocedere.

Trabes pondere commoto secessere. Stat. 12. Thebaid.
A lusu secedere. Propert. lib. 1. eleg. 10.
A corpore sensus secedent. C. rull. Argon. 59.
Secedere de via Plaut. Curcul 7.
Secede huc. Plaut. cap. 6.
Secedere & secernere se à bonis. Cic 1 in Catil.
Secedere in. Liu. 7. belli Sun. Relicto Asdrubale, secedenti in imminenteis castris eius tumulos, &c.
In hortos vacuos secedere. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Ad stylum secedere. Quint. lib. 1. cap. 12.
Secedere, verbum iudiciale aut senatorium. Senec. epistol. 116.
Antequam in cipio secedere, & in aliam partem confider. Translatum à discessionibus quæ fiebant in Senatuconsultis.

Secessio Verbale {ἀναχώρησις, μετανάστασις.} Cic pro Muræna, Etenim te inquirere videbant tristem ipsum: mœstos amicos, obuestationes, testificationes, seductiones testium secessionem subscriptorum animaduertebant. Bulæus Secessionem verbum crimiosum esse dicit. Id enim est in bello secessio, quod defectionem vocamus. Cicero pro Ligario, Secessionem tu illam existimauisti Cæsar initio, non bellum. Tacit. lib 16. Secessionẽ tam id, & partes, etsi idem multi audeant, bellum esse dictabat. Liu. 4. bell. Pun.

Secessiones, narrationes dicebant. Paulus.

Secessus huius secessus {ἀναχώρησις, κατοικία} Significat modo discessum, modò sinum secretiorem. Virg 2. Aen.

Est in secessu longo locus.

Secessus auium. Plin. lib. 10 cap. 29.

¶Secessus, Locus à turba & tumultu separatus. Plin. epist. 13. lib. 2.

Ille meus in vrbe, ille in secessu contubernalis. Id est in villa. Et epist. 15. lib. 3 Petis vt libellos tuos in secessu legam.

Alcus pinguisque secessus. Plin. Iunior. lib. 1. epist. 3. ad Caninium, Quin te in alco isto pinguíque secessu studiis adsertis?

In secessibus agere, id est morari. Vlp. in l. Quid tamen. §. Si atbiter iusserit. D. de recept. arbit.

Secerno, secernis, secreni, secretum, pen. prod. {χωρίζω, διακρίνω} secernere, Diuidere, separare. Cic. de Amic. Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest adhibita diligẽtia, quàm omnia fucata insimulata à synceris atque veris. Sic 4. de Finib. Itaque illa non dico me expetere, sed legere: nec oprare, sed sumere: contraria autem non fugere, sed quasi secernere. Varro 2. de Re rust. cap. 2, Arietes quibus sis vsurus ad fœturam, bimestri tempore ante secernendum, & largius pabulo explendum.

Populo secernerq; aliquem. Horat. 1. Carm. ode 1.
E grege secernere. Liu. 5 bell. Maced.
Dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda vitæ laude secernunt. Quint. lib 2. cap. 15.
Iniquum secernere iusto. Horat 1. Serm. sat. 3.

Nucleos secernere. Caro cap. 10, Pilum seminarium vnum, qui nucleos secernat. Hoc est, quo nucleos à putaminibus separet. de fabis enim loquitur.

Publica priuatis secernere. Horat. de Arte.
Res apertas à dubiis secernere. Lucret. lib. 4.
Voluptatem à bono secernere. Cic. 2. de Finib.
Est ratio secernundi, seorsúmque viuendi. Lucret. lib. 2.

¶Secernere, pro Seligere. Horat. epod. 16,

Iuppiter illa piæ secreuit littora genti.

Secretus, pen. prod. {διακεχωρισμένος, κεχωρισμένος} Participium sine Nomen ex participio, Separatus. Cic. 2. de Nat. deor. Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.

Secretus à voluptate. Cic. 2. de Fin.
Seiunctum & secretum ab inani. Lucret. lib. 1.
Secretum & extra vulgarem vsum positum. Quintilianus libro 9. cap. 3.
Nec singillatim possunt secreta videre. Lucret. lib. 4.
Consultant secretæ. Id est seorsum. Plaut. Bacchid 23.
Domi secretus animum aduersus suprema firmabat. Tacitus.
Stridere secreta diuitos aure susurros. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Colloquium secretum. Plin. de Vitis illust.
Cubilia secreta. Ouid. 1. Fast.
Domus secreta, Virg. 2. Æneid.
Iter secretum. Horat. 1. epist.
Locus secretus & Celebris, contraria. Cic. 2. de Legibus. Loco publico priuatóne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris an foro dicas, interest plurimum.
Loca secreta petere. Horat. de Arte.
Secretissimæ pabulationes, longissimè remotæ. Col. lib. 9. cap 4.
Studia secreta. Quintil. lib. 2. cap 18.
Questus secreti. Tacit. lib. 3.

¶Secretum, pen. prod. pro Secessu. Plin. epist. 1. lib. 3, Quàm pulchrum illud, quàm dulce secretum, quantum ibi antiquitatis.

Venire in secreta. Ouid. 13. Metam.
Facere secretum. Quint. lib. 10. cap 3.
Stylus secretor gaudet. Quint. lib. 10. cap 7.

¶Secretum {κρυπτὸν} pro Re secreta, & separata, quam nulli

communicauimus, eámque apud nos tacitam seruamus: Quint.lib.
1.cap.1, Profert enim mores plerunque oratio, & animi secreta de-
egit. Ouid.2.Metam.
Et legem dederat suа ne secreta viderent.
Mentis secreta ore confuso exerit. Senec.Herc.Oetæo,4.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi.Ouid.9.Metam.
Secreti licentiam nactus. Sueton.in Tiber.cap.42.
Occulere secretum. Senec. Hippol.7.
Secretio, Verbale {κατάκρισις.} Cic.1.Tusculan. Est enim interitus
quasi discessus & secretio, ac diremptus earum partium quæ ante
interitum iunctione aliqua tenebantur.
Secretò,penult.prod. {ἰδίᾳ, κατ' ἰδίαν} Aduerb. Sine arbitris. Cic.At-
tic.lib.7.ep.8,Vnà Formias venimus, & ab hora octaua ad vesperum
secretò collocuti sumus. Idem Gallo, lib.7.ep.26.Secretò hoc audi,te-
cum habeto,ne Apellæ quidem liberto tuo'dixeris.Item 6.Verrina,
Ex his quæritur secretò in curia quid esset actum.
Loqui cum aliquo secretò.Horat.1 Serm.sat 9.
Secretò narrare. Cælius ad Ciceronem,lib.8.1,Inter paucos quos
tu nosti,palàm secretò narrantur.
Secretò rogare. Plin.epist.1.lib.3.
Secretò occidere filium. Quint.lib.9.cap.2.
Secretò ab aliis coquere consilia. Liu.3.ab Vrbe.
Secretius,Separatius {ἰδιαίτερον.} Columel.lib.11.cap.2,His diebus com
modè instruuntur horti,de quibus suo loco dicam secretius.
Secretarium,tij,rio, Aula in qua iudices cõueniunt,& ius redditur,fe-
rè eo sensu quo auditorium, id est, audiendarum litium locus,in l.
Lecta.Si certum petat. in P.lib.12.tit 1.Secretarij sæpe habetur men-
tio in C. Theod. Hinc deduci putem verbum Secretarius, quo in
summis consessibus pro Scriba in Galliis, non illepidè aburimur,
quia in Secretario decreta excipiat vulgo non communicanda.
Secretarius,rij,rio,qui à Secretis Latiniùs dicitur.Vide in dictio-
ne Secretarium:videnda sunt ecclesiasticarum synodum monumen-
ta,in quibus Secretarij verbo pro Scriba,vsos fuisse patres certissi-
mum est:& adnotauit Spiegelus.
Secessipita, secessipitæ, pen.corr.Culter ferreus oblongus, manubrio
eburneo, rotundo, solido,iuncto ad capulum argento auróque fixo
clauis æneis,ære Cyprio,quo Flamines & Flaminicæ virgines Pon-
tificesque ad sacrificia vtebantur: à secando dicta. Sueton.in Tib.
Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro secessipita plumbeum
cultrum subiiciendum curauit. Festus. Secessipitam alij securim, alij
alij dolabram æneam,alij cultellum putant.
Secessio,Secessus,Vide SECEDO.
Secium,Libum est,quod secessipita secabatur.Festus.
Secius, Aduerb. {ἧττον.} Perotus putat è Secus comparatiuum esse,& &
aliquando pro Secus,id est Propè poni. Festus à Seró.
Nihilo secius, Vide NIHILVM.
¶Secius, Minus.Apuleius, Nec eò secius approbabitur tibi nunc
etiam firmita animi mei. Virg.2.Georg.
Interea toto non secius aëre ningit. Virg.3.Georg.
¶Secius,Tardius. Accius,
Si fortè paulo,quàm veniam secius. Festus citans ista Accij verba,
à Serò dicit deriuari, indicans simul geminam esse lectionem hoc
loco,Serius.
Secludo, secludis, secluſi, secluſum, pen.prod. {ἐκκλείω} secludere,
Seorsum claudere. Cic.1. Tusc.Nam qui se humanis vitiis conta-
minassent,& se toros libidinibus dedidissent,&c. iis deuium quod-
dam iter esse secluſum à concilio deorum. Id est clauſum. Propert.
lib.1.eleg 19.
Ille sub extrema pendens secluditur ala.
Aliquem inter ſimiles puellas secludere.Stat.1.Achill.
Nemus secluſum in valle reducta. Virg.6.Æneid.
A communi luce secluſum. Cic.6.Verr.
¶Secludere,Excludere. Virg.1.Æneid.
Soluite corde metum Teucri,secludite curas.
Vitam corpore secludere.Plautus,
Quid magis in rem est meam, quàm corpore vitam secludam? Id
est,quàm vt me occidam?
Secluſus,a,um.Secluſa sacra à priscis dicebantur, quæ Græci μυστήρια,
appellant,ab eo quòd separata ac seorsum clauſa à nobis propter san-
ctitatem aliquam esse debeãt. Id genus sacra Plinius appellat oper-
tanea,quòd in operto occulta sint,ne oculis profanorum obuia pol-
luantur.
Secluſorium,secluſorij {ἐκκλειστήριον} In quo aliquid secluditur. Var-
ro 3.de Re ruſt. cap.5,Quum opus sunt ex hoc auiario vt sumantur
idoneæ, excluduntur in minuſculum auiarium, quod est coniun-
ctum cum maiore ostio & lumine illustriore, quod secluſorium ap-
pellant.
Secco,secas,secui,sectum {τέμνω,κόπτω,σχίζω,διαιρῶ,διακόπτω} Secare,
Excidere. Colum.lib.2, Quum secueris autem herbam medicam,
sæpius eam rigato. Cicero,Id totum secuit in duas partes.
In frusta secare. Virg.1.Æneid.
Infinitè secare atque diuidere,Vide INFINITVS.
Capillos secare. Martial.libro 5. Sic 2,Tuſculan. Secare varices
alicui.
Dispositam congeriem Deus secuit. Ouid.1.Metam.
Hirſuti vepres secant corpora. Virg.3.Georg.
Crimen secare.Virg.4.Æneid.
Culta pinguia secat fluuius. Virg.8.Æneid.
Herbas secare. Virg.3.Georg.
Marmora secanda. Horat.2.Carm.ode 19.
Membra alicuius secare,Execrare aliquem. Ouid.in Ibin.
Pabulum secare. Cæsar 7.bell.Gall.
Glacies secat teneras plantas. Virg.10.eclog.
Terga secare verbere intorto. Tibul.lib.1.eleg.9.
¶Viam secare. Virg.6.Æneid.
Ille viam secat ad naues. Id est,tenet,vt ait Seruius.

¶Æquora vltima secare fuga. Virg 5.Æneid.
Æquora secare ærata naue.Virg.lib.10.Æneid.
Æthera pennis secare, Virg.1.Georg.
Campos salis ære secare, Secare mare nauibus æratis. Virgil.10.
Æneid.
Ventos secare. Virg.4.Æneid.
¶Spem secare. Virg.10.Æneid. Quæcunque est fortuna hodie,
quam quisquam secat spem. Vbi Seruius,Secat, sequitur,tenet, ha-
bet:vt,Ille viam secat ad naues. Vnde & Sectas dicimus, Habitus a-
nimorum,& institutа philosophica circa disciplinam.
Magnæ lites secantur bono viro iudice. Id est,diiudicantur.Horat.
1.epist.17.
Exors secandi cos.Horat.de Arte.
Sectus,Participium {τετμημένος.} Cic.2. Tusc. At verò C. Marius Ru-
sticanus vir,sed planè vir, quum secaretur, vt suprà dixi, principio
vetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse
sectus.
Annus sectus.Stat.8 Thebaid.
Capilli secti Ouid.3.Metam.
Compita secta in multas vias.Ouid.3.Amor.eleg 1.
Corpus sectum.Horat.4.Carm.ode.4.
Scrupulosè in partes secta diuisio.Quint.lib.4.cap.5,
Herbæ sectæ.Horat.2.Serm.sat 4.
Arboribus positis secto via limite quadret.Virg.2.Georg.
Pellis secta.Ouid.2.Fast.
Vnguis sectus.Horat.1.epist 1.
Secaturus pe.pro. {τμήσων} pro Secturus.Col.lib.5.cap.9.Supra quam
ramum secaturus es.
Secamentum secamenti {τρόμμα} Quod secando diuiditur. Plin. lib.
16. cap. 10,Piceæ ad fissiles scandulas cupásque, & pauca alia secа-
menta.
Secarius Adiect. {τεμαχώνεως} In quo secamenta vel segmenta ponũ-
tur.Cato cap.11. Villicum habere oportet,sportas fecarias tres,mo-
las asinarias tres,trusatiles vnas.Vetus exemplar habet fecariæ.
Sectio sectionis {τόμος,τμῆσις} Verbale, Concisio dicitur. Plinius libro
25.capite 7, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctio-
néfque ne sentiantur.
In infinitum sectio.Quint.lib.1.ca.10,
¶Sectio,Media vel aliqua pars bonorum,siue omnia quibus quis
multatur. Cic.2.Philipp.75.Expectantibus omnibus quisnam esset
tam impius,tam demens,tam diis hominibúsque hostis,qui ad illud
scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Anto-
nium,præsertim quum tot essent circa hastam illam qui alia omnia
auderent.Cicer.1.de Inuen. Hoc commodè reprehenditur, si dici
possit ex hostibus equus esse captus,cuius prædæ sectione vænierit.
Sectio, Bona ipsa confiscata quæ vocant. Tacitus, Reliquias sec-
tionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab
exilio concessit.Cæsar 2.bell. Gall. Postridie eius diei refractis por-
tis quum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nos-
tris,sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit. Id est,bona
oppidi vendidit sub hasta.
Sectio,Persequutio iuris.Hinc Sector.de quo verbo,præter nobi-
lem significationem,sic Paulus apud Festum:Sectores,& qui secant,
dicuntur,& qui empta sua persequuntur.
Sector sectoris, m. ge. {τμητής, σχίστης.} Asconius, Sectores dicti sunt,
qui spem lucri sui secuti,bona condemnatorum semel auctiona-
bantur, próque his pecunias pensitabant singulis, ac in posterum
pro compẽdio suo singula quæque pecunia populo venditurі. Vnde
à Cicerone 2.Philip.75, Antonius sector Pompeij appellatur, quo-
niam in subhastatione bona Cn. Pompeij redemerat. Idem pro
Rosc. Amerino, Nescimus per ista tempora eosdem ferè sectores
fuisse collorum & bonorum?Valla.lib.1.cap.2, Sector significat eum
accusatorem qui ex damnatione accusati dimidium bonorum ex-
pectat illius, aut certè aliquam partem.Plautus Trinum.13.
-mira sunt,
Ni illic homo est,aut dormitator,aut sector zonarius. Budæus di-
cit propriè eos appellari posse sectores, qui delationibus faciendis,
confiscationes à principibus impetrant, vt homines interdum in-
sontes fortunis omnibus euertant. Cic.pro Rosc. Amer.Nónne co-
gitas te à sectoribus huc adductum esse? Et 2.Philip.Et eius viri no-
mine me insectari audes,cuius me amicum, te sectorem esse fatea-
ris? Sic 3.Verr. Hæc inquam duo quæ in ædibus tuis sola iam sunt,
quæ sectorem expectant,relicta ac destituta à cæteris signis.
Populus sui fauoris sector. Lucan.lib.1. Id est, emptor & vendi-
tor,siue auctionator suffragiorum comitialium.
Sectrix,Verbale.Plin.lib.36.cap.25,Vnde enim illi vitricus Sylla,& Me-
tella mater,proscriptionum sectrix?
Sectura,secturæ,pen.prod. {τμῆσις.} Plinius lib.17.cap.17,Vt sectura in-
ferior ponatur semper. Idem lib.37.cap.8.
Sectura ærariæ,Cæsar 3 bell.Gall.Illi aliàs eruptione tẽtata, aliàs
cuniculis ad aggerem vineáſque actis, cuius rei longè peritissimi
sunt Aquitani, propterea quòd multis locis apud eos ærariæ secturæ
sunt.Videtur pro fodinis accipere.
Sectilis,& hoc sectile,penult.corr. {τμητὸς} Quod sectum est, aut ex-
cidi potest: vel potius quod in nostros vsus secari solet. vt Secti-
lis porrum, id est sectum, & sua sponte concisum, vt ait Valla lib.
1.Iuuenalis Satyr.3. Plinius libro 16. cap. 39,Medulla sectilis.
Ebur sectile.Ouid.De medicamine faciei.
Sectiles laminæ, Sectæ. Plinius lib.16.cap. 43, Magna autem &
glutini ratio, propter ea quæ sectilibus laminis, ac in alio genere
operiuntur.
Sectilis, pro Sectibilis, quòd facilè secari potest. Plin.lib.16.cap.
43,Durabilia ac sectilia,quæ modicè humida. Ibid. Dat & alnus tu-
ber sectile,sicut cedrus acérque.
Tessellata & sectilia pauimenta. Sueton.in Iulio cap.46,Multi eũ
prodiderunt in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta cir-
cuntulisse

cuntulisse Vitruuius lib.7.cap.1, Ad regulam & libellam exacta pa-
uimenta struantur siue sectilibus seu tesseris. Per sectilia intelligi-
mus sectas partuas marmoreas crustas in varios interdum colores.Id
est,opus amuſsarum siue musiuum vt Spartianus in Pescennio, tus
Mosaicum vocamus. Per tesseras,quadrata grandia.
Sectiuus,pen.prod. Adiect.Idem.vt Sectiuum portum,quòd folia eius
sæpius secantur, vt profundius ereſcat. Colum.lib.11.cap 3, Apud
Martialem titulus est,Porri sectiui, lib.13. Plin.lib 19.cap.10, Sectiui
duo genera.
Segmen,segminis,pen.corr.n.g.à secando,quasi secamen dictum, c in g
mutato. Plin.lib.13.cap.12, Segminibus vetrinque amputatis. Gell.
lib.10 cap.15,Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem fœ-
licem terra operiuntur.
Segmentum,segmenti, Idem {σχίσμα,κόπτωμα.} Plin lib.36.cap.6, Cras-
sior arena laxioribus segmentis terit,& plus erodit marmoris.
Segmenta,etiam incisuræ & virgulæ sectæ ex gẽmis & vnionib.
¶Segmenta {κόμματα} dicuntur partes,&,vt ita dicam, membra
mundi,in quæ vniuersa terra digeritur. Plin.lib 6.cap.33, Plura sunt
autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere,Græ-
ci parallelos. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur seg-
mentis.
¶Segmentum, Ornamentum colli quod monile vocatur, sic di-
ctum,quòd ex segmentis fieri consueuit, id est ex bracteolis argen-
teis, aureíve. Val. Max. lib.5.ca.2, In Coriolani mentione,Senatus
matronarum ordinẽ benignissimis decretis adornauit. Sanxit nan-
que, &c. Permisit quoque his purpurea veste, & aureis vti segmen-
tis.Iuuen.Saty.2, Segmenta & longos habitus, & flammea sumit.
Sunt tamen qui ibi segmenta interpretentur fasciolas, quæ in ordi-
ne vestis extrema parte assutæ, iunctæque ornamento sint indu-
mentis muliebribus,vel quibus noua nupta amicitur,vt ait Probus.
Alij accipiunt pro margaritis & murenulis hoc est torquibus.Ouid.
3.de Arte,
Quid de veste loquar?non iam segmenta requiro,
Segmentatus,pen.prod Adiect.Segmentatæ vestes,dicitur purpureæ,
bracteolis argenteis,aureísque depictæ Plautus,
Quam pulchrè segmentatam vestem Matr.lib 6.
Segmentatum, Quicquid ex tenuissimis segmentis vermiculatim
compositum est,etiam si segmẽta lignea sunt.Iuue Satyr.6 9.Et seg-
mentatis dormisset paruula cunis. Id est vermiculato emblemate
pictis,vel præsegminibus,id est tenuissimis ligneis ramẽtis, ac ver-
sicoloribus depictis.
Secors,secordis,Vide SOCORS.
Secordia,secordiæ {ἀσυνεσία} Componitur ex si, quod est sine, & cor-
de,vt ait Festus. Secordiam (inquit idem) quidam pro Ignauia po-
suerunt. Cato pro stultitia posuit.Plaut.Pœn.4,
Nimia nos secordia hodie tenuit. Vide Socordia in SOCORS.
Secretarium, Secretarius, Secretò, Secretus, Vide SE-
CERNO.
Secta.Sectarius,Sectator,Vide SEQVOR.
Sectilis,Vide SECO,secas.
Sectio,Sector,Sectus,Vide SECO,secas.
Sector,sectaris, Vide SEQVOR.
Secubo, secubas, pen.corr.secubui,secubitum, pen.corr. {κατακοιτῶ}
secubare,Separatim siue seorsum cubare. Propert.lib.2 eleg.26,
Miles depositis anxius secubat armis. Liu.9.bell.Maced.Per io-
cum adolescens vetat eam mitari, si per aliquot noctes secubuisset
Suet.in Tib. Cæsare, cap.7. Cum Iulia primò concorditer & amore
mutuo vixit: mox dissedit,& aliquanto grauius, vt etiam perpetuò
secubaret.
In vacuo toro secubare.Ouid.3.Amor.eleg 8.
A papillis alicuius secubare. Catul.in Epith.Iuliæ.
Secubitus,huius secubitus,pen.corr. {κοιμητήριον.} vt Puellæ secubitus.
Catul.Argon.39.
Tristes secubitus ferre. Ouid.3.Amor.eleg.9.
Secula,seculæ,penult.corrept. {ἀρτάνιον} Falx à secando dicta,vt ait
Varro de Lingua Latina libro 4, Hac vruntur qui in pratis herbas
secant.
Seculum,seculi,penult.corr.siue Secium {αἰών} Spatium centum an-
norum,inquit Festus. Vnde Carmen seculare Horatij, in quo scri-
buntur sacrificia, quæ centesimo quoque anno fiebant. Liu.lib.1.
ab Vrbe condita,scribit Pompilium ante Pythagoram ducentis fer-
mè annis fuisse. Vnde Cic. 2. de Orat. Ex quo etiam quidam Nu-
mam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoræum ferunt, qui
annis permultis antè fuit quàm ipse Pythagoras: quo etiam maior
vir habendus est,qui illam sapientiam constituendæ ciuitatis,duo-
bus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse sen-
serunt.
Seculum spatium x x x.annorum nonnulli dici putant. Seruius
in illud Virg.8.Æneid.
Sed mihi sera gelu,seclíſque effœta senectus, Notandum (inquit)
dicta secula etiam in vno homine, secundum eos qui dicunt secu-
lum triginta annos habere. Nam alij volunt centum & decem: alij
mille annis putant seculum contineri. Hæc ille.
Seculum,à sequẽdo,eo quòd sequatur se, atque in se reuoluatur.
Varro à sene deriuat, quòd longissimum spatium senescendorum
hominum id putauerunt.
Seculum,mille annos habere putant alij. Plaut.Milite,14,
Quin mille annorum perpetuò viuunt ab seculo ad seculum.
Tot annis & seculis.Cic.5.Verr.Verres tot annis atque adeò secu-
lis inuentus est, qui hæc non commutarit,sed euerterit.
Tot seculis, vel secula. Cic. 6. Verr. Parietes quorum ornatus tot
secula manserat. Idem 4. Acad.Nihilne tot seculis, summis inge-
niis,maximis studiis explicatum putamus?
Multis seculis,siue seclis. Cic.de Claris Orat. Atque vtinam ex-
tarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis
esse cantitata à singulis conuiuis, &c.
In multa secula, Id est,diu & in multos annos. Cicero Bruto, lib.
11.14,In multa secula videbamus Remp.liberatam.
Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philoso-
phi garrire cœperunt. Cic 2.de Orat.
Aliquot secula,vel seculis. Cic.6.Verr.Aliquot seculis pòst P.Sci-
pio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Idem de Vniuers.Quũ
aliquot secula in Italia viguisset.
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Virg.4 eclog.
Postera secla. Lucret.lib.3.
Priora secla scriptorum. Lucret.lib.3.
Serere arbores quæ alteri seculo prosint. Cic.de Senect.
Sempiternis seculorum ætatibus non immutari. Cicero 2.de Natura
deorum.
Vitæ vestræ tot secula aguntur. Ouid.3 Meram.
Proinde licet quotvis viuendo condere secla. Lucret.lib.3.
Senectus effœta seclis. Virg.8 Æneid.
Animantum secla breui spatio mutantur. Lucret.lib.2.
Propagare multa secula Reip. Cic.2.in Catil.
Secula,& posteri Martial.lib.10.
Multáque viuendo vitalia vincere secla. Post multa secula, & ætates multas superesse adhuc in viuis, Multas ætates vixisse, & ad-
huc viuere. Lucret.lib.1.
¶Seculum,pro tempore sæpe vsurpatur: vt seculum sterile,effœtum.Plin.epistol.112.Cicer.in Parad. Etiam ipse fortasse in huius sæ-
culi errore versor. Idem 9.Philipp.Huius seculi insolentia.
Æreum seculum, Vide AES ARS.
Aspera cum positis mitescent secula bellis. Virg.1.Æneid.
Aurea secula, Vide AVRVM.
Fœcunda culpæ secula. Horat.2.Carm.ode 6.
Impia secula. Virg.1.Georg.
Proximum seculum.Cicero in Bruto,Denique Pisistratum proxi-
mo seculo Themistocles insequutus est. hoc est ætate sequenti.nam
seculum integrum, id est spatium centum annorum, esse non po-
ruit: siquidem annis septuaginta post Pisistratum Themistocles
fuit.
Rude seculum. Quintil.lib.2.cap.5.
¶Seculum, pro moribus seculi. Tacitus in lib. de moribus Ger-
manorum, verba faciens de eorum in puniendis adulteriis seueri-
tate: Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, seculum
vocatur. Hoc est,nemo vitia risu excipit, nemo arridet, applaudit
& blanditur vitiis: nemo vitia excusat, hoc illis prætexens, Sic se-
culum est. Nunc verò nullis non vitiis,nequitiis,criminibus obten-
dimus illud, Sic seculum est.nobíſque ipsi blandimur, corrumpen-
tes & corrupti,culpam in seculum reijcimus.
¶Seculum, siue potius Seclum,sæpius Lucret.vsurpat pro genere,
vt Serpentia secla,lib 6.
Bucera secla. Lucret.lib.5, Vide Bucerus in dictione nos.
Desiperent homines, saperent fera secla feratum.Lucret.lib.3.
Insipiens seclum & infacetum. Catull.in amicam Form.40.
Et muliebre oritur patrio de semine seclum. Lucret.lib.4
Et genus humanum parit omnia secla ferarum. Lucret.lib.2.
Vt propagando posit procudere secla.Lucret.lib.5.
Efficis vt cupidè generatim secla propagent. Lucret.lib.1.
Sæua secla leonum.Lucret.lib.5.
Secularis, & hoc seculare, penult.prod. Quod centesimo quoque an-
no instauratur:vt Ludi seculares apud Romanos.Plinius libro 7.ca-
pite 48.
Seculares ludi apud Romanos, post centum annos fiebant, se-
culum in centum annos extendi existimabant.Paulus.
Secum {μεθ' ἑαυτοῦ} Dictio composita ex ablatiuo Se,pronominis Sui:
& præpositione Cum,quasi dicas Cum se.Cic.Attic.lib.8.ep6.
Carinis aliquid secum aduehere.Virg.2.Æneid.
Habeat secum. Virg.4.Æneid.
Secundus,Adiect. {δεύτερος,δεύτατος} Quod sequitur ptimum: & tam
numerum,quàm ordinem denotat. Plaut. Pœnul.4,
-primum salua sis
Prima,& secunda in secundo.
Secundus de tribus. Cicero in Orat. Quoniam id secũdum erat
de tribus.
Secundus alicui re quapiam. Virg.11.Æneid.
Nulli virtute secundus. Silius lib.7.
Forma nulli secunda.Ouid.1.Amor.eleg.8.
Secundus à rege.Hirtius 4.bel.Alexand.
Secundus ad. Cic.3.de Finib. Nemo dicit in regia regem ipsum
quasi productum esse ad dignitatem, sed eos qui in aliquo honore
sunt:quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium prin-
cipatum.
¶Secundus,pro Pari.Horat.1.Carm.ode 12,
Vnde nil maius generatur ipso,
Nec viget quicquam simile,aut secundum:
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
¶Secundis admurmurationibus Senatus illum accusaui. Id est,
Senatu submissis verbis assentiente. Cic.Qu.fratri,lib.2.5,Multa fe-
ci verba de toto furore latrocinioque P. Clodij: tãquam reum accu-
saui multis & secundis admurmurationibus cunctі Senatus.
Actiones secundæ. Quintil.lib.4.cap.1.
Amoi secundo pars cætera defluit. Virg 8.Æneid.
Amni secundo missus defluit aries. Virg.3.Georg.Defluit, cum a-
qua fcilicet. Seruius.
Amor summè secundus,Lucret.lib.4.
Secundis auibus,Bona fortuna & fœlicitate.Liu.6.ab Vrbe.
Secunda aura,Grata,aspirans,prospera. Plin.lib.8.cap 32.
Secundis auribus aliquid accipere, Beneuolis, clementibus. Liu.
Omniáne semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ
ab nostrûm aliquo dicentur,aduersis accipietis?

Auſpicia ſecunda. Horat.4 Carm.ode 14.
Secundæ auctoritatis homo Plin.lib.35.cap.6.
Clamor ſecundus. Virg.1.Æneid.
Fiecit equos, curſúque volans dat lora ſecundo. Virg.1.Æneid. Id eſt, inquit Seruius. Obſequẽti Troianis Et tractus eſt ſermo à ſequẽtibus ſeruis, id eſt, pediſequis ſecundis. Vade & Secundam fortunã dicimus: quòd ſecundùm nos eſt, id eſt, prope nos.
Curſus ſecundos dare. Virg.3 Æneid.
Di faciles, & in amore ſecundi. Ouid.epiſt.17.
Exiſtimatio ſecunda, Hoc eſt fama proſpera. Suet. in Claudio Cæſare, cap.7.
Exitus ſecundi. Horat.4.Carm.ode 14.
Fama ſecunda, fœlix proſpera. Liu.7.bel.Pun.
Flumen ſecundum. Tacit.lib 11.
Flumine ſecundo remis augetur curſus euntis. Ouid.4.de Ponto, eleg.15.
Fortuna ſecunda. Cic.3.Verr. Si nulla religionem ſors habebit, nullam ſocietatem coniunctio ſecundæ dubiæque fortunæ, nullam authoritatem mores atque inſtituta maiorum.
Aduerſa fortuna, & Secunda, contraria. Virg.9.Æneid.
Hæres ſecundus. Vide HAERES.
Laboribus ſecundis ereuit Romana pubes. Id eſt, proſperis. Horatius 4.Carm.ode 4.
Loco ſecundo. Cic.pro Cecin. Maximè fuit optandum Ceeinnæ recuperatores, vt controuerſiæ nihil haberet: ſecundo loco, vt ne cũ tam improbo homine: tertio, vt cum tam ſtulto haberet.
Secundus in dicendo locus. Cic.Attico, lib.2.8, Et ille ſecundus in dicendo habet authoritatem penè principis, & voluntate non minus deuinctam beneficio COS.
Mare ſecundum. Tacit.lib.20.
Menſa ſecunda. Cic.Attico, lib.14.304, Hæc ad te ſcripſi apposita ſecunda menſa. Idem Tironi, lib.16.21, In lacinia ſeruantem ex meſa ſecundã ſemina. Virg.2.Georg.
Non ego te diis, & menſis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia.
Notæ ſecundæ vites, Hoc eſt bonitatis & præſtantiæ. Colum. lib. 3.cap.2.
Numinibus ſecundis euenire. Tacit.lib.13, Vt ipſe prouidum potius, & ſecundis numinibus euenire.
Omine ſecundo ire. Horat.3.Carm.ode 11.
Oratio ſecunda, Grata, plauſibilis. Sallust.in Iugurth.
Panis ſecundus, Idem quod ſecundarius. Horat.2.epiſt.1,
-viuit ſiliquis, & pane ſecundo.
Partes tractare ſecundas, Tragœdiæ ſcilicet. Horat.1.epiſt.19.
Partium eſſe ſecundarum. Cic.1.Verr. Vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, quĩ poſſit aliquanto clarius dicere, quàm ipſe primarũ, multũ ſummittere, vt ille princeps quammaximè excellat. Vide PARS.
Interdum reticetur ſubſtantiuum. Plin.lib.7.cap 12, Eiuſdem familiæ Scipioni poſt eum cognomen Salutio mimus dedit: ſicut Spinther ſecundarum, tertiarũmque Pamphilus, collegio Lentuli & Mercilli COSS.
Secundas agere, pro Aſſentiri alicui, & penè aſſentari. Senec.lib. 3 de ira. cap 8, Cælium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat: cum quo cœnabat in cubiculo lectę patientiæ cliens: ſed difficile erat illi in crapulam conjecto rixam eius cum quo edebat, effugere. Optimum iudicauit, quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cælius aſſentientem, ſed exclamauit, Dic aliquid contrà, vt duo ſimus.
Plauſúſque volat, fremitúſque ſecundo. Virg.5.Æneid.
Populo ſecundo aliquid facere, Fauente, non repugnante. Cic.2. Tuſcul Eſt enim Philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſulte ipſa fugiens, eſque ipſi & ſuſpecta & inuiſa: vt vel ſi quis voluerſam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſsit.
Prælium ſecundum. Tacit.lib.20, Secundum prælium fecit.
Res ſecundæ, Proſperæ, ex animo ſuccedentes. Dictæ (vt ait Feſtus) non à numero, ſed quia vt velimus ſequantur. Cic.de Amic. Nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & aduerſas partiens, communicánſque leuiores. Terent.And.5.6,
Age, me in ruis ſecundis rebus reſpice. Horat.1.epiſt.10,
Quem res plus nimio delectauere ſecundæ.
Secundæ res de. Terent.Heaut.2.2,
Si mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, iamdudũ ſcio Veniſſent.
Rumor ſecundus. Horat.1.epiſt.10.
Ergo iter incœptum celerant rumore ſecundo. Virg.8.Æneid.
Tempeſtas ſecunda. Tacit.in vita Agricolæ.
Tempora ſecunda. Horat.4.Carm ode 9.
Ventus ſecundus, Proſper, gratus. Plaut. Merc.22,
Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape modò vorſoriam. Cicero ad Atticum, lib 2.16, Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nunc venti valde ſunt ſecundi, reddo meliorem? Hic per tranſlationem. Idem 3. de Natura deorum, Iſque quum ſecundiſsimo vento curſum teneret, ridens, Videtiſne, inquit, amici quàm bona à diis immortalibus nauigatio ſacrilegis detur?
Vela intendere ventis ſecundis. Virg 3.Æneid.
Secunda iræ verba, pro Apta & congruentia. Liuius ab Vrbe libro 2.
Secunda voluntate hominum, &c. Dicitur & Secunda in aliquem voluntas. Cæſar 2.bel.Ciuil. Tanta ac tam ſecunda in Cæſarem voluntas prouinciæ reperiebatur.
Vites ſecundæ. Virg.2.Æneid.
Voluntate ſecunda hominum. Caſsius ad Ciceronem, lib.13 19, Panſam noſtrum ſecunda voluntate hominum paludatum ex vrbe exiſſe cum ipſius cauſa gaudeo, tum mehercle etiam omnium noſtrum.
Secundior. Comparat. Suet.in Iulio, cap.2, Reliqua militia ſecundiore fama fuit. Id eſt, fœliciore & magis proſpera ſeu meliore.
Secundum {κατ, ἐπὶ, ὑπὲρ} Præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiens, pro Iuxta ſiue prope. Nam quod ſecũdo loco poſitum eſt, prope eſt. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, libro 4.12, Duo vulnera acepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Plaut.Rud.4,
-quid illuc eſt Scepario
Hominum ſecundum littus? Cicero ad Atticum, lib.8 163, Etſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum,
¶Secundum, Poſt. Plaut.Capt.5,
Nam ſecundum patrem tu es pater proximus. Cic. 2.Offic. Proximè autem & ſecundum deos, homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Liu.8.bell.Pun. Cic.3.Verr. Appellat heredem L.Anniũ qui erat inſtitutus ſecundum filiam.
Secundum hũc diem, Cras. Cic.1.de Orat. Hoc facilius nobis expones ea quæ abs te de officiis, præceptíſque oratoris quæſita ſunt: ſed opinor ſecundum hunc diem: ſatis enim multa à nobis hodie dicta ſunt.
Secundum fratrem illis plurimum tribuebat. Cic.4.Acad.
Secundum ea quæro, ſeruariſſe in eo fidem. Id eſt, poſtea, vel præter hæc. Cic.in Vatinium.
Secundum & Ante, contraria. Cic.2.Verr. Tua ratio eſt, vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem.
Secundum te nihil eſt mihi amicius? ſolitudine. Cicero Attico, libro 2.24.
¶Secundum, Pro. vt Secundum te litem do, id eſt, Pro te. Secundũ me iudica, Pro me. Suet.in Claud. Cæſare. cap.15, Abſentibus ſecundum præſentes dabat. Cic.4.Verr. Vtatur inſtituto ſuo, ne cogat ante horam decimam de abſente ſecundum præſentem iudicare. Vlpianus, Et poſt edictum ſecundum præſentem iudicabitur ac ſi præſens eſſet.
Secundum cauſam multa diſputare. Cic.Attico, lib.4.71.
Secundum te decreuit. Cic.Attico, lib.4.71, Nuntiat iam populo Pontifices ſecundum ſe decreuiſſe.
Secundum Buthrotios iudicauit. Cic.Attico, lib.12.343.
¶Secundum, In. Cic.1. de Diuin. Quùmque ſolidam inueniſſet, ſtatuiſſétque tollere: ei ſecundum quietẽ viſam eſſe Iunonem: prædicere ne id faceret.
Secundum quod poſsibile eſt. Paulus in l.1.D. De fundo dotali.
Secundum alio modo. Terent.Eunuch.5,9,
-poſtquàm eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetraui. Liu.10.bel.Pun. Dij teſtes ſunt: qui & illius belli exitũ ſecundum ius fáſque dederunt.
¶Secundum arbitrium tuum, pro Ad arbitrium tuum. Cicero 7. Verrina.
Iudicare ſecundum aliquem. Cic.pro Roſcio Comœdo,
¶Secundũ, Super. Saluſt.in Iugurth Secundum ea vti deliberetiæ
¶Secundum Platonem, Id eſt, iuxta Platonis ſententiam.
Secundò Aduerbium {δεύτερον} Secundò Conſul, Et, Secundò eam noueram, id eſt, bis. Cicero, Semel hominem allocutus fueram: an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.
Secundæ ſecundarum, tantùm pluraliter, {ὑστέρα} Membrana illa qua partus obuolutus vtero prodit, quæ & ſecundina vocatur. Dictæ ſecundæ quòd naſcentem infantem ſequantur. Plin.lib.20.cap.9, Braſſicæ ſuccus contra ardorem febrium & ſtomachi vitia, vtiliſſimè imponitur, & ad ſecundas. Idem lib.20.cap.13, Fœminarum etiam purgationes, ſecundáſque, etiam emortuos partus, vt Hippocrates videtur, ex vino dulci nigro pota. Vulgò *L'arriere faix.*
Secundarius Adiectiuum {δευτέριος} Quaſi ſecundi ordinis. vt Panis ſecundarius. Suet.in Auguſto, cap.76. Plin.libro 18.cap.9, Præterea floris ſemodium, & eibatij, quod ſecundarium vocant, ſextarios quatuor, fut furis ſextarios quatuor. Sic Secundarium minium, apud eundem lib.33.cap.7.
¶Secundarius, Secundæ claſſis. Cic.de Claris Orat. Quod idem faciebat Qu.Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. Id eſt, ſecundæ, & à Craſſo proximæ claſſis. Budæus.
¶Secundarium, pro Proximum, vel Secundum Cic.2. de Inuent. In hoc autem loco, caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, alij nemini cauſam fuiſſe faciendi: ſecundarium, ſi tantam, aut tam idoneam nemini.
Secundarius {δευτεραγωνίστης} Actor ſecundarum partium. Cicero metaphoricè vſus eſt in Bruto, Quod idem faciebat, inquit Qu. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. Alij interpretantur, ſecundæ claſsis. Sunt qui legant ſecundarum: ſubaudiũntque partium. Alij ſecundanus: nec deſunt qui ſecundator legendum putent.
Secundanus, pen.prod. Adiect. {δευτεραγενὲς} Plin.lib.3.cap.4, In mediterraneo coloniæ Arelate ſextanorum, Blitetæ ſeptimanorum, Arauſio ſecundanorum. Hoc eſt, ſextæ, ſeptimæ, & ſecundæ legionis vel cohortis militum. Liu.4.bel.Maced. Dum repetunt enixè ſigũ, priores ſecundani ſe porta eiecere.
Secundani milites. Liu.4.bel.Maced.
Secundiceriius, non ſecundocerius, aut Sericerius, legendum eſt in Codice Iuſtiuiani libro 12. titul.7.in Rub. Eſt autem Secundicerius, ſecundarius, ſicut Primicerius, primarius: id eſt qui ſecundum locum in dignitate primicerij obtinet: quaſi notarius ſecundarius & poſt protonotarium. vide l. Scriniis omnibus. §. Scrinij. De palatinis. lib.12. C.tit.24.
Secundo, ſecundas {ὑποτιθέμαι} ſecundare, pen.prod. Proſperum reddere. Propert.lib.3.eleg.21,
Iam liquidum nautis aura ſecundat iter. Virg.7.Æneid,
-di noſtra incœpta ſecundent.
Aura blanda ſecundat aquas. Ouid.epiſt.13.
Viſus ſecundare, & omen leuare. Virg.3.Æneid.
Deus ſecundet votum noſtrum. Senec. Herc.fur.9.

Secundare

Secundare, in melius conuertere, vel obſequi, vt ait Donatus. Terent. Adelph.5.9,
Hæc reprehendere & corrigere me, & ſecundare in loco. Quædam exemplaria hoc loco legunt Obſecundare.
Secundans, Participium {εὐπαραδέκτως} vt Vento ſecundante. Tacit lib. 2. Ex Philoſtrato.
SECVNDVS, Philoſophus fuit Athenienſis quem aliqui Epithyrum vocant, quòd Architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis æmulúſque Herodis Attici, qui illud Heſiodi elegãti mutatione in eum cauillatus eſt, Figulus æqualem exagitat, tu Rhetora tecton. Nihilominus tamẽ ſenem poſteà mortuum & epicedio & lacrymis honorauit. Ex Philoſtrato. Secundus alter Tridentinus, vir ſanctus, Agiulphi regis Longobardorum tempore, ſcripſit breuiter Longobardorũ hiſtoriam. author Paulus Foroiulienſis. Fuit etiam hoc illuſtris Veronenſis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis hiſtoriæ ſcriptor.
Securidaca, Herba eſt ciceris foliis puſilla, foliculos habens cornículorum modo aduncos, & in his ſemen rufum, ſecuriculæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen inuenit, πτερώσεως. Naſcitur in hordeo & tritico quæ & amplexu ſuo nos rarò enecat. Alio nomine hedyſarum dicitur. Apud Gallos varia ſortitur nomina: aliis fabam lupinam, aliis erbum, aliis granum appellantibus.
¶Securidaca, Nomen eſt in Latinis ſcriptoribus non rarum. Turnebus tamen iſtam nominis formam non agnoſcit, cùm præſertim Græcè πτερώσεως à ſecuri vocetur, & à ſecuritate nomen oriti non poſſit. Ex eo fit vt contra fidem omnium librorum ſecuriclatam ſcribi debere contendat, id eſt ſecuriculatam, à ſecuricula. Hæc ille.
Securis, huius, ſecuris, pen.prod.f.g. {πέλεκυς, πέλεκυς, ἀξίνη} Inſtrumentum ad ſecanda ligna, quaſi ſemiquiris, vt ait Seruius. Sabinienim quirim haſtam appellabant. Virg.11.Æneid.
-æratam quatiens Tarpeia ſecurim. Cic. 3. Verr. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necauit.
Acies ſecurium, Vide ACIES.
Anceps ſecuris. Ouid.8.Metam. Ex vtraque parte incidens, vtrinque acuta.
Curuæ ſecures. Virg.7.Æneid.
Ex adamante facta ſecuris. Ouid.3.Faſt.
Hebetes ſecures. Iuuen.ſaty.8.
Impacta ſecuris cædit rotas bigarum. Iuuen.ſaty.10.
Laurigeræ ſecutes. Claud 7.Paneg.
Sacrifica ſecuris. Ouid.lib.12.Metamorph.
-veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri.
Pacificæ ſecures. Lucan.lib.7.
Sæuæ ſecures. Virg 6.Æneid.
Valida ſecuris. Virg.11.Æneid.
Cædere ſecuri. Virg.3.Georg.
Rara ſecuris eò fertur, Id eſt, Eò rarò venitur cædendorum lignorum gratia. Horat.1.Serm.ſaty.7.
Securi ceruices ſubiicere. Cic.in Piſonem, Quum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret.
Inſtigere ſecurim, vel iniicere, dicuntur qui vehementer lædunt, ac vulnerant. Cic.pro Murænã, Sed tamen Serui, quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ, quum tu populum Rom.in ſeum metũ adduxiſti vt pertimeſceret, &c. Atque inibi paulò ſuperius quòd hîc ſecurim dixit, velut exponens appellat plagam: Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Planc. Grauiorem potuerunt Reip.inſtigere ſecurim. Idẽad Qu. Frat.lib.2 13, Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt. Et Demoſthenes Phocionem appellare ſolet ſuorum argumentorum ſecurim. Omnia tela in patriam intẽta, dixit Cic.de Prouinciis Conſul. Eraſmus.
¶Secures, pro honoribus. Solebant enim & Conſulibus Romæ, & Prætoribus in prouincia faſces & ſecures præferri. Horatius 3. Carm.ode 2,
Nec ſumit, aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.
Securicula, ſecuriculæ, penult.corr. {πελέκιον} Diminutiuum. Plinius libr.18.cap.19, Securiculam inſtituam pendere, qua intercidantur radices.
Securicla, ſecuriclæ, Ligneum retinaculum, quod etiam ſuſcus, ſubſcúſque dicitur, quo duo ligna tenaciſſimè inter ſe vinciuntur: Vide Securiclati cardines, apud Vitruuium lib.10, Noſtri (vt arbitror *hirundinum caudas* appellant. Bud.
¶Securicula {πελέκινος} In fabrica balliſtæ apud Vitruuium, ea eſt quæ incluſa & inſita, operitur chelonij puluino. Turnebus.
Securifer, pen.corr. Adiect. {πελεκοφόρος} Qui fert ſecurim: vt Pyragmon ſecurifer. Ouid.12.Metam.
Securiger, pen.corr. {πελεκοφόρος} Aliud adiectiuum, Idem.
Cateruæ ſecurigeræ. Valer.5.Argon.
Dextra ſecurigera. Siliuslib.16.
Puellæ ſecurigeræ. Ouid.epiſt.4.
Securus, pen.prod. Adiectiuum. {ἀπροκλὴς, ἀδιάλειπτος, ἀμέριμνος, ἀσυμπαθὴς, ἀφροντις} Qui ſine cura eſt, quaſi ſeorſum à cura. Plin.epiſtol.14. lib.3. Vides quot periculis, quot contumeliis, quot lubdiriis ſimus obnoxij: nec eſt quod quiſquam poſſit eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus ac mitis.
Securus à metu ſomnus. Plin.lib.28.cap.9.
Securæ ab Annibale res. Liu.lib.4.bell.Pun.
Securus ab afflatu. Plin.lib.12.cap.1. Id eſt, nullum afflatum timens ſibi.
Securus de bello. Liu.6.bel.Maced.
Reddere ſecurum. Plancus Ciceroni, lib 10.24, Si Africanæ legiones celeriter venerint, ſecutos vos ab hac parte reddemus.
Æther terris ſecurior. Ouid.1.Metam.
Ævum ſecurum agere. Lucret.lib.5.
Animi ſecuri homo. Cic.Attico, lib.12.260, De Lingua Latina, ſecuri es animi, dices, qui talia ſcribis.
Damnum ſecurum. Marc. lib.1.
Puella non ſinit tibi ire ſecuros dies. Tibullus lib.1.eleg.4.
Domus ſecuræ ac parentes. Plin.in Paneg.
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes. Ouid.1.Metam.
Otia ſecura agere. Virg 3.Georg.
Somnos ſecuros rumpere. Lucan.lib 3.
Teſtamentum ſecurum, Firmum, & de quo nihil eſt dubitandum. Plin.in Paneg.
Virtus ſecura. Lucan lib 2.
Securus, Diſſolutus, ſine vlla cura, quem ſupinum Iuriſconſulti vocare ſolent, id eſt, ſocordẽ, & deſidem. Genitiuo iungitur. Quintil.de Tautologia loquens, lib.8. Hæc enim quanquam non magnopere ſummis authoribus vitiata, interim vitiũ videri poteſt, in quod ſæpe etiam incidit Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis. Id eſt, negligens & contemptor. Lucanus lib.1, de leone loquens, Per ferrũ tanti ſecurus vulneris exit.
Amorum ſecurus. Virg.10.Æneid.
Loca caſuum ſecura. Tacit.lib.17, Non modò iacentia, & plana vrbis loca, ſed ſecura huiuſmodi caſuum impleuit.
Coniugij ſecura. Valer.8 Argon.
Decoris ſecurus. Tacit.lib.19.
Famæ ſecurus, Sine cura comparandæ laudis. Ouid.1.Triſtium, eleg 1.
Virtus ſecura fortunæ. Claud 8.Paneg.
Futuri ſecura. Ouid.6.Metam.
Odij ſecurus. Tacit.in vita Agricolæ.
Pœnæ ſecurus. Horat.1.epiſt.2.
Potentiæ ſecurus. Tacit.lib 3.
Veniæ ſecurus. Lucan.lib 8.
Securitas, penult.corr. ſecuritatis, fœm.gen. {ἀσφάλεια, ἀδεὲς, ἀμεριμνία, ἀδιαφορία, ἀφροντις} Curæ & anxietati opponitur: eſtque animi recta placidáque conſtitutio, malorum impendentium cura vacans. Plinlib.9.cap.47, Certiſſima eſt ſecuritas videre planos piſces: quia nunquam ſunt, vbi malefiçæ beſtiæ. Cicero lib 5.de Finib. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant ἀθυμίαν. Idem libro 5. Tuſculan. Qui autem illam maximè, optatam & expeditam ſecuritatem (ſecuritatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt) habere quiſquam poteſt, cui aut adſit, aut adeſſe poſſit multitudo malorum?
Infelix ſecuritas. Quintil.in Procem.lib.6,
Inhumana ſecuritas. Tacit.lib.19.
Compoſitus in ſecuritatem. Tacit.lib.3.
Conſequi ſecuritatem. Vlpian.in l. Si ſeruus communis. D.de noxalib.action.
Parere ſecuritatem. Quintil.lib.1.cap.2.
Præſtare ſecuritatem. Cato ad Ciceronem, libro 15.5, Vale, & nos dilige: & inſtituto itinere ſecuritatem, diligentiámque ſocij & Reipub.præſta.
Vt tranquillitas animi adſit, & ſecuritas. Cic.1.Offic.
Secus, neutri generis nomen (inquit Fla. Soſipater lib.1.Inſtitutionum.) vnde & Saluſtius virile ſecus dixit, hoc eſt virilis ſexus, quod per omnes caſus integra forma declinatur. Fit ſecus & aduerbium quod ſignificat aliter vt mox declarabitur.
Secus {ὑπὸ} Præpoſitio, accuſatiuo iungitur. Significat prope. vt, Sscus decurſus aquarum ſeruntur ſalices.
Secus {ἄλλως} Aduerbium ſignificat Aliter, præſertim quando Non vel Haud comites habet, Plautus Epid.3,
Vbi erit empta, vt aliquò ex vrbe amoueas: niſi quid tua ſecus
Sententia eſt. Cicero in Piſonem, Rectè an ſecus, nihil ad nos. Idem de Clar.Orat. Nemo dicet ſecus.
Secus quàm. Plaut.Caſin.2. Et Aulul.16,
Quid diximus tibi ſecus quàm velles? Cic.Att.lib.6:13,
Mihi autem erit maximè curæ, nequid fiat ſecus quàm volumus, quámque oporter.
Secus ac. Cic.pro Muræna, Non ſecus ac ſi meus frater eſſes. Et 2 de Oratore, Non dixi ſecus ac ſentiebam. Virg.3.Æneid.
Haud ſecus ac iuſſi faciunt.
Secus atque. Cicero 3.de Oratore, Sed paulò ſecus à me atque ab illo partita ac diſtributa. Idem 2. de Natur.deor. Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio dixeram.
Longè ſecus, Vide LONGVS.
Multò ſecus, Vide MVLTVS.
Non ſecus ac, Vide NON.
Vndique ſecus. Solinus cap 64, Arcent ſanè afflatum noxium colles, quæ ſalubri apricitate vndique ſecus obiecti, prohibent auras peſtilentes.
SECVSSES, populi ſunt in Alpibus, vt notat Plin.lib.3.cap.20.
Sed particula, d, determinanda litera eſt. ſedum enim antiqui pro Sed ponebant dempráque nouiſſima parte, alteram tamen immutare nõ voluerunt. Chariſius lib.primo.
Sed {ἀλλὰ, πλήν, αὐτάρ} Coniunctio, aliquando tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei, inquit Donatus. Terent.Phorm.1 4,
Sed quis hic eſt ſenex quem video in vltima platea?
Sed, contrariæ ſententiæ ſignificationem habens. Terent.And 3.1,
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. Et paulo pòſt,
Sed hic Pamphilus. s. quid dicit? M. firmauit fidem. Idem,3 2,
-haud ſcio an quæ dixit, ſint vera omnia,
Sed paruipendo. Donatus. Virg.eclog.9.
Sed, incœptiuum, pro Atque. Terent.And.2.1,
Tu ſi hîc ſis, aliter ſentias. B. age age, vt lubet. c. ſed Pamphilum

Video. Donatus.
Sed mane. Quæsi incipientis, demonstrantisque aliquid noui se inuenisse. Terent. And. 4.1,
-at iam hoc opus est.
p. Hem. sed mane: concrepuit à Glycerio ostium. Donatus.
Sed quid hoc? Non interrogantis, sed mirantis, & non intelligentis est, inquit Donatus. Terent. 4.4,
Sed videon' ego Philotion? Sic solet (inquit Donatus) dubitari aduenientibus ipsis quos post multum temporis intervallum vident. Terent. Hecyr 1.2,
Sed, interdum auget. Vide Certus homo, in CERTVS.
Sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram vnam Veneris? Plaut. Rud 2.
Sed contra. Cicero 1. Academicarum, Zeno igitur nullo modo is erat, qui vt Theophrastus, neruos virtutis incideret, sed contrà qui, &c.
Sed de perceptione hactenus. Cic. 4 Acad.
Sed dissoluerit sanè. Cic. 4. Acad. Idem mihi quidem non videtur: sed dissoluerit sanè, certè tam multa non collegisset quæ nos falserint probabilitate magna. Idem pro Ligario, Sed ierit ad bellum, dissenserit non à te solùm, verùm etiam à fratribus.
Sed enim, pro Certè. Plaut. Curc. 4,
Sed enim nequeo durare quin herum accusem meum. Cic. ad Atticum. lib. 6. 111, Sed enim διαπορῶ si pertutbatior est, tibi assignato. Gell. lib. 1. cap. 11. Cic. pro Cælio, Sed enim nequeo durare quin herum accusem meum.
Sedenimuerò, pen. prod. Liu. Decad 5 lib. 5, Sedenimuerò quum detestabilis altera res & proxima parricidio sit, quid ad deliberationem dubij superesse?
Sed & nostrorum gloriam percenseamus. Plin. lib. 7. cap 30. Videtur ibi significare Quinctiam.
Sed in confirmatione superiorum positum. Cic. 5. Verr Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat, sed homines & satis fortes, & satis planè frugi ac sobrij.
Non, sed. Cic. Attico, lib. 1. 13, Non odio adductus alicuius, sed animo corrigendæ & sanandæ ciuitatis.
Sed non, sed. Cic. 4. Acad. Sed non de me, vt dixi, sed de sapiente quæritur. Idem 2. de Orat. Sed non de præstanti quadam & eximia, sed prope de vulgari & communi prudentia disputo.
Sed vellem non solùm, &c. sed etiam, &c. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Vide NON.
Non modò, sed ne. Cic. pro Rabirio perduel. reo. Nō modò huius libertatis, manserudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numæ Pompilij, sed Tarquinij. Vide NON.
Sed siue est ars, siue artis quædam similitudo, non est quidem ea negligenda, verùm intelligendum, &c. Cic. 1. de Orat.
Sed verò. Cic. 7. Verr. O præclarum imperatorem, nec iam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed verò cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum.
Sed nunc verò. Curtius lib. 3. Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex re pependit: sed nunc verò arbitror facto & venerabiliore trahitur. Verba sunt Philippi medici ad Alexandrum.
Sed pro Verumetiam. Cicero 1. de Natura deorum, Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, poplitibus, manibus.
Sed, in obiectione ponitur, & in antipophora. Cic. 12. Philip. Sed ef fugi insidias, perrupi Apenninum: nempe in Antonij congressum, colloquiúmque veniendum est. Id est, Verùm esto vt effugerim, vel effugiam, &c. Budæus.
Sed, Plerunque in oratione vacat: sed eo solent interdum vti Latini, cùm inchoatum sensum & longo tractu productum, aut interpellatum interiectione, & distractum reuocare & continuare volunt: vt apud Horat. in satyr.
Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Cicero 2. Tusculan. Etenim si orationes quas nos multitudinis iudicio probari volebamus: popularis est enim illa facultas, & effectus eloquentiæ audientium approbatio. Sed si reperiebantur nonnulli qui nihil laudarent, nisi quòd se imitari posse confiderent, quémque & sperandi sibi, eundem & benedicendi finem proponerent, quid futurum putamus, cùm adiutore populo, quo vtebamur antea, nunc minimè nos vti posse videamus? Ex Turnebo.
Sed, pro Sed etiam. Cic. pro Milone, Obliti estis Iudices recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modò inimicorum Milonis sermones & opiniones, sed nonnullorum imperitorum. Idem in Pisonem, Senatus odit te, quod cum tu facere iure concedis, afflictorem & proditorem non modò dignitatis atque authoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui. Et sic ferè vbique. Budæus.
Sed is. Cic. 5. Verr. In quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus atque concessus.

Sedate, Sedatio, Sedatus, Vide SEDO, sedas.

Sedeo, sedes, sedi, sessum {ἧμαι, καθίζομαι, καθέζομαι, καθίζω, ἵζω, ἕδρᾶν, ἐφεδρεύω, ἐπικαθίζω, ἐπιπολάζω, ἐφίζανω, ἐφιζάνω} sedere, Componitur ex se, & eo, quasi seorsum eo: nā seorsum ire videmur, & quasi à cæteris separari dum sedemus. Quidam à Do fieri existimāt, quòd qui sedet, seorsum dare se videtur. Plautus,
Si non, vbi sedeas, locus est: at est vbi ambules. Virg. 10. eclog.
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco.
Sedere ad. Liu. 2. bel. Pun. Id horreum fuit præsidiū Pœnis sedentibus ad Trebiam.
Ad aliquem sedere. Ouid. 1. de Arte.
Ad latus alicuius sedere. Cicer. 7. Verr. Atque eum vident sedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, vt solitus erat, insusurrare.
Ad gubernacula Reipubl. sedere. Cicero pro Rosc. Ameri. Cùm apud maiores nostros summi viri, clarissimique homines, qui omni tempore ad gubernacula Reip. sedere debebant, tamen in agris

quoque aliquantum operæ temporisque consumpserint.
Sedere apud. Plaut. Amph 7,
Ordine omne vt quicquid actum est, dum apud hostes sedimus,
Edissertauit.
Iudicem in aliquem sedere. Cic, pro Rabirio Posthumo, Modò vos iidem in A. Gabinium Iudices sedistis.
In subselliis, sella, rheda sedere. Plaut. Pœnulo, 2. Cicero ad Atticum, lib. 4. 79, Malóque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli. Idem pro Milone, Quum alter veheretur in rheda penulatus, vnà sederet vxor.
In proximo Senatui sedere. Plin. lib. 16. cap. 4.
In equo sedere, pro Equitare. Cic. 7. Verr. Vt eum nemo vnquam in equo sedentem videret.
In ouis sedere, pro Incubare. Plin. lib. 9. cap. 51.
Equo, vel carpento sedere. Martial. lib. 5,
Vno credis equo posse sedere duos? Liu. 1. ab Vrbe, Ibi ei carpento sedenti cum vxore, aquila suspensis demissa leniter alis pileum auferre. Subaudiitur præpositio IN.
Vehiculo sedere. Celsus lib. 4. cap. 19, In hoc autem affectu corporis, neque ambulatione, neque frictione opus est: vehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest.
Post aliquem sedere. A tergo alicuius sedere. Horatius 3. Carm. ode 1.
Sedere super. Quintil. lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 35. cap. 4, Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, &c.
Altis sedibus sedere. Ouid. 6. Metam.
Gremio tuo sedi. Ouid. epist. 8.
Humo sedere. Ouid. 4. Metam.
Sella curuli sedere. Liu. 9. bel. Pun.
Vestibulo sedet custodia. Virg. 6. Æneid.
¶Sedens auribus vox. Quintil. lib. 12. cap. 3, Vox clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Ouid. epist. 24,
Nondum Tyndaridis nomen mihi sederat aure. Id est, nondum audieram.
Nomen in ore sedet. Stat. 12. Thebaid.
-vnum Polynicis amati
Nomen in ore sedet. Id est, Nil aliud loquitur quàm, &c.
Animo sedet fixum, immotúmque, Sic statui. Virg. 4 Æneid.
In ingenio alicuius sedere, Hærere in memoria alicui. Ouidius epistol. 2.
¶Sedere iudicium dicitur, pro Constare vel firmum esse. Seneca epist. 46.
Sedent niues. Plin. lib. 17 cap. 2.
Flumina sederunt viso Iouis nutu. Stat. 9. Thebaid.
Sedet morbus. Martial. lib. 7,
Adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes.
¶Vestis sedere dicitur, quæ apta est. Quintil. lib. 11. cap. vlt. Nam & ita sedet melius toga, & continetur.
Sedet imperium. Plin. in Paneg. Quum abundè expertus esset quàm bene humeris tuis sederet imperium.
¶Sedere de auibus dicitur, in loco altiore esse: vt Passer sedet in tecto. Virg 2. Æneid.
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras.
¶Sedere, aliquando ignauiam cessationémque denotat, Sedere enim dicuntur qui turpi otio languent: & qui otiosi sunt: qui nihil agunt, & tempus otiosè terunt. Virg. 12. Æneid.
-sedeant, specténtque Latini. Terent. Adelph. 4. 5, Cic. ad Tironem, lib 16. 2, His ventis istinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyræ non sederemus.
Totos dies sedere in villa. Cic. ad Atticum, lib. 12. 257.
Continenter sedere. Catul. ad Contubernales, 35.
¶Sedere, pro Placere, datiuo construitur. Virg. 5. Æneid.
Idque pio sedet Æneæ, probat author Aceستes. Idem 2. Æneid.
Et sedet hoc animo. Plin. lib. 2. cap. 7, Sedere cœpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit.
¶Sedere, Figi. Florus. lib. 4. cap. 2, Egregia virtus Sceuæ centurionis emicuit, cuius in scuto centum atque viginti tela sedere. De hoc sic ait Cæsar lib. 3. bell. ciuil. Scutóque ad eum relato Sceuæ centurionis, inuenta sunt in eo foramina CCXXX.
¶Sedere, Consyderare. Virg. 1. Æneid.
-celsa sedet Æolus arce. Id est, curat, Seruius. Idem 9. Æneid.
-Turnus sacrata valle sedebat. Vbi Seruius, Sedebat, vt Asper dicit, erat: quæ clausula antiqua est, & de vsu remota. Secundum Plautum, Sedere, est Consilium capere, qui inducit seruum dicentem, Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. Sed secundum augures, est augurium captare: nam post designatas cæli partes, à sedentibus captantur auguria: quod & suprà ipse ostēdit latenter, inducens Picum solum sedentem, vt,
-paruáque sedebat Succinctus trabea. Aut erat, aut consilia capiebat, aut augurabatur.
Ars sedendi, Cunctatio. Silius lib. 8, De Fabio qui cunctando dicitur rem restituisse.
Partes quascunque flectimus sedendo. Ouid. 2. Meram.
¶Sessum deducere in, Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die annulo aureo donatum in quartodecim sessum deduxit.

Sedeor, sederis, pen. prod. Passiuum. Vide Equarius Substantiuum, in EQVVS.

Sedens, Participium. Apud Martial. lib. 10, Sedens lactuca legitur, quæ & sessilis etiam dicitur. Cic. de Amic.
Prope limina tecti sedens ianitor. Ouid. 1. Fast.
Aduersus sedens. Catul. ad Lesbiam, 48.

Sessurus, penult. prod. Participium {ἐφεδρεύσων.} Horat. de Arte.
Si plausoris ege saulæa manentis, & vsque

Sessuris

Sessuri donec cantor, vos plaudite, dicat.

Sedes, sedis, fœm. gen. In qua sedemus {ἕδρα, καθέδρα, καθέστρα, θρόνος, θρόνωσις, καθεδρών.} Plin. in Paneg. Horum vnum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, & media inter deos sedes auro stare, aut ebore.
Solidæ sedes, Terra. Ouid. 2. Metam.
Patria sede sedens. Virg. 7. Æneid.
Latere in secreta sede. Virg. 2. Æneid.
Exiguam sedem parituræ terra negauit. Ouid. 6. Metam.
Locare in sede sacra. Virg 2. Æneid.
¶Sedes, Habitaculum ac domicilium. Cæsar, Crescente enim populi multitudine, mutare sedes statuerunt. Cic. 1. Tusc. Alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.
Æthereæ sedes. Ouid. 15. Metam.
Augusta sedes, Vide AVGVSTVS.
Beatæ sedes. Virg. 6. Æneid.
Celsa sedes. Persius saty 1.
Dulcis sedes. Stat. 1. Sylu 1.
Horrida sedes. Horat 1. Carm. ode 34.
Imæ sedes Erebi. Virg 4 Georg.
Infausta sedes. Senec Thyeste 1.
Inferna sedes. Ouid 3. Metam.
Infida instabilisque sedes, Vide INFIDVS.
Lætæ sedes. Horat 1. Carm. ode 10.
Maligna sedes. Stat. 4. Sylu. 3.
Moribunda sedes Pisauri. Catul. ad Iuuentium, 76.
Nemoralis sedes. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Optatæ sedes. Virg. 6. Æneid.
Patria sedes. Virg 2. Æneid.
Peregrina ac sordida sedes. Lucan. lib. 5.
Sedes procidua Plin. lib 21 cap. 20.
Quietæ sedes. Virg 1. Æneid.
Sanctæ sedes deūm. Lucret. lib 5.
Sedes stabilis & domicilium certum. Cic pro Marcello, Sedem quidem stabilem, & domicilium certum non habebit.
Superæ sedes, Cælum. Ouid. 3. Fast.
Syderea sedes. Virg. 10 Æneid.
Tenebrosa sedes. Ouid. 5. Metam.
Verendæ sedes. Lucan. lib. 5.
¶Capere sedem, Vide CAPIO.
Commouere sedibus, Vide COMMOVEO.
Considere in sedibus. Cic. 1. de Orat.
Conuellere ex suis sedibus, Vide CONVELLO.
Deserere sedem. Virg. 3. Æneid.
Destituere sedem. Claud. de bel. Getico.
Exuere aliquem sedibus. Tacit. lib. 13.
Figere sedem alicubi. Iuuenal. sat 3.
Incolere sedem aliquam. Cic. Antequam iret in exilium. Dij deæque mortales, qui excelsi tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constituram.
Lucidas inire sedes. Horat. 3 Carm ode 3.
Labefactare animam sedibus. Lucret. lib. 6.
Mutare sedem, Vide MVTO mutas.
Ponere sedes. Virg 3. Æneid.
Præbere sedem & domicilium. Cic. de Prouinc. Consul.
Reponere in sedem suam ossa. Celsus lib. 8. cap. 10.
Reuisere suas sedes. Virg. 1. Æneid.
Succedere sedibus alicuius Virg 4 Æneid.
Tenere sedem Ionis Optimi Max. pro Vincere, siue captam obtinere. Tacit. lib. 19.
Transferre regnum à sede Lauini. Virg. 1. Æneid.
¶Sedes, per translationem, pro Statu. Cic. 2. de Lege agrar. Colonia Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati. Idem pro Archia, At domicilium Romæ non habuit is qui tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum & fortunarum suarum Romæ collocauit.
Celsissima sedes honotis, Vide CELSVS.
Habere sedem. Quintil. lib. 6. cap. 1.
¶Sedes, Sepulchrum. Virg. 6 Æneidos,
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
¶Sedes, aliquādo pro natibus, & tota ea parte corporis accipitur, super qua sedentes innitimur. Plin. libr 24. cap. 7, Lacryma sedis vitiis prodest, nequid siccati, excalfierive opus sit.
Procidentia sedis. Vide PROCIDO.
Sedes procidua. Plin. lib. 21 cap. 20, ad finem. Testes verò, vt sedem procidua m, quæque ibi sint vitia, &c.

Sedecula, sedeculæ, pen. corr. Diminutiuum {ἑδράνιον} Parua sedes. Cic. ad Atticum, lib. 4. 78, Sic literis sustentor & recreor, maloque in illa tua sedecula qaam habes sub imagine Aristotelis sedere, quàm in istorum sella curuli. Valla mauult sedicula per tertiam vocalem.

Sediculum, Sedile. Paulus.

Sedile, sedilis, penult. prod. neut. gen. {ἕδρανον} Super quod sedemus. Plinius epistol. 101. n. libr. 5, Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore.
Sedile auium. Varro 3. de Re rust. cap. 5.
Sedilia viuo saxo. Virg. 1. Æneid.
De viuo saxo facta sedilia. Ouid. 5 Metam.
Spissa sedilia. Horat. de Arte.
Vitrea sedilia. Virg. 4 Georg.
Tusi per dura sedilia nautæ. Virg. 5 Æneid.
Membra sedili releuare. Ouid. 8. Meram.
Complere sedilia. Claud. 1. in Eutropium.

Sedularium, Lectica, seu sella: inquit eum Spiegelo Nebrissensis: At rectius Antonius Augustinus, vt homo est prudentissimi acutissimique ingenij. Sunt autem (inquit ille lib. 1. Emendat. cap. 4.) Sedularia, quæ in Rheda sedenti subiiciebantur. Paulus in l. Rhedæ. D. suppellectile legata. lib 33. P. titul. 10, Rhedæ, & Sedularia suppellectili adnumerari solent. Malè reposuerant Sellularia, & seliquastra.

Sedularia, sedilia videntur esse, eáque multa, vt & cathedraria, cathedræ: sicut rosaria, rosæ, cibaria, cibi: sūtque sedularia, tanquam sedillaria. Turnebus.

Sedum, ab sedendo, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Idem quod sedes.

Sedentarius, Adiectiuum {ἑδρικός} Quod sedendo fit. vnde Sedentarij laborem dicimus, qui sedendo peragitur. Apuleius, Vt etiam fatigationem sedētariam incessus vegetatione discuterem. Plin. in Paneg. Cæteri quidem desixi & attoniti ipsum illam mutam ac sedentariā assentiēdi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?
Sedentaria opera, Quæ sedendo fit. Colum. lib 12. cap 13.

Sedentarij {ἑδρικοί} Qui sedendo opus faciunt. Plaut. Aulul. 15,
-calceolarij, Sedentarij, sutores.

Sessio, sessionis, Verbale {ἕδρασμα.} Cic. 2. de Orat. Num tādem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa vbi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commouent? Idem 1. de Nat. deor. Accubatio, inclinatio, sessio, Sic 1. offic. Status, incessus, sessio, accubatio.
¶Sessio, pro mora, & ignauia. Nam sedere quandoque valet nihil agere, tempus otiosè terere. Cic. Art. lib. 14, Illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es. Reprehendit Brutum & Cassium, qui illo ipso primo die Capitolino, post Cæsarem interfectum, senatum in Capitolium non vocarint, sed otiosi tempus consumpserint.

Sessor, Aliud verbale {ἑδρευτής.} Horat. 2 epist. 2,
In vacuo lætus sessor, plausóque theatro.

Sessito, sessitas, pen. corr. {καθέζεσθαι} sessitare, Frequentatiuum. Cic. de Claris Orat. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quā deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Id est, sæpius sedisse.

Sessibulum, sessibuli, pen. corr. {ἑδρανάριον} Super quod sedemus & quiescimus. Plaut. Pœnulo, 4, Qui tibi oleant stabulum, statum, sellam & sessibulum merum.

Sessilis, & hoc sessile, pen. corr. {ἑδρικός} Quod sedet, vel sedere videtur. Plin. lib. 15. cap. 3, de pyris, Incerta nominum causa est barbaricis venerisque, quæ colorata dicunt: regissque quæ minimo pediculo sessilia: patriisis, voconiis, viridibus, oblongisque.
Tergum sessile. Latum, In quo quis possit sedere. Ouid. 12. Metam. De Cyllaro Centauro dixit. Passiuè accipitur.
Sessilis lactuca, quæ & sedens dicitur, Hoc est quæ ita humi proiecta est, vt sedere videatur, neque sursum vecta esse, aut in sublime ascendere. Martial. lib. 5.

Sedigitus, pen. corr. {σοφίστης} Dictus est Volcatius illustris poeta à sex digitis. Plin. lib. 11. cap 43, Digiti quibusdam in manibus seni: C. Horatij ex patritia gente fitias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcarium, Sedigitum illustrem in poetica.

Sedimentum, Vide SIDO.

Seditio, seditionis {στάσις, διάστασις, ἀκροστασία} Tumultus, dissensio, A se, id est, seorsum, & tio, itionis, quod ab Eo, is, deriuatum est. Cic. lib. 6. de Rep. Declarat seditionis proprietatem à dissensione ciuium dictam esse, quòd seorsum eunt alij in alium. Est enim propriè quum populo discordante itur ad manus, qualem describit Virg 1. Æneidos,
Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus:
Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat. Seditionem facit lien, dixit Plaut. Merc. 4. Dicitur autem seditio in exercitu, in classe, in campo, & vbicunque est multitudo hominum.
Incursio seditionis, Vide INCVRRO.
Adulta seditio, Vide ADOLEO.
Clamosa. Claud. de bel. Getico.
Recens. Ouid. 12 Metam.
Turbida seditio. Ouid. 9. Metam.
Abstinere seditionibus, Vide ABSTINEO.
Afferre seditiones, Vide AFFERO.
Agitare seditionibus plebem, Vide Agito in AGO.
Ardere seditiones. Liuius lib. 6.
Colere seditiones, Vide COLO.
Commota seditio. Cic. Attico lib. 2. 16.
Comprimere seditionem. Tacit. lib. 1.
Concire seditionem, Vide CONCIEO.
Concitare seditionem & discordiam. Cic. pro Murena.
Conferre seditionem, Vide CONFERO.
Conflare seditionem, Vide CONFLO.
Deflagrante paulatim seditione. Tacit. lib. 18.
Discussa est seditio. Paterculus lib. 2. Subita deinde exercitus seditio, partim seueritate, partim liberalitate principis discussa est.
Extinguere seditionem. Liu. lib. 6.
Facere seditionem. Pollio Ciceroni, lib. 10. 32. Singulæ quædam cohortes seditionem fecerunt. Idem ad Brutum, 2, Quod scribis de seditione quia facta est in legione quarta de Caronis (quod dicā, in bonam partem accipies) magis mihi probatur militum seueritas, quàm tua.
Gliscere seditionem. Liu. lib. 6.
Incedere seditio dicitur, pro Subire. Tacit. lib. 1. Quū Pannonicas legiones seditio incessit. Sed forte ab Incesso venit, non ab Incedo.
Inducere seditionem in ciuitatem, Vide INDVCO.
Inducere seditionem. Tacit. lib. 2.
Lenire seditionem. Liu. lib 6.
Oritur seditio. Cæsar 7. bell. Gall.
Redintegratur seditio. Tacit. lib. 1.

Restincta seditio est. Cic.lib.3.de Legib.
Seditio militum sedata ab Appio. Cic. Attico, lib.5.101.
Sustinere seditionem. Liu.de bell. Maced.
Prope seditionem ventum. Tacit.lib.19.
Juxta seditionem ventum. Tacit.lib.5.
Maris seditio. Stat.9. Thebaid.

Seditiosus, pen.prod. { στασιώδης, στασιαστικὸς } Qui seditionem amat. Cic.3. Verr. Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Idem 3.de Legib. Initis seditiosis Tribunis pl.
Seditiosa vita, & tumultuosa. Cic.1.de Inuent.

Seditiosè, pen.prod. Aduerb. { στασιωδῶς } Contentiosè. Cic. pro Cluent. Altera autem quæ procul à iudicio remota est, quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est, quàm tranquillis, moderatissque iudiciis. Idem ad Atticum, lib.2 36, Multa quum seditiosissimè diceret, vocem exprimere non potuit.

Sedo, sedas { παύω, καταπαύω, κατασβεννύω, κατέζω, ἡσυχάζω, ἡσυχάζομαι } sedare, pen.prod. Mitigare, placare, lenire, extinguere. Variis nominibus iungitur.
Animum sedare. Salustius, Namque animus impurus, diis hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitatam vexabat.
Arrogantiam. Cic. pro Flacco, Remittant spiritus, comprimant animos hos, fedent arrogantiam.
Bellum. Cic.2.in Catil. Atque hæc omnia sic agentur Quirites, vt res maximę, minimæ motu: pericula summa nullo tumultu: bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimũ & maximum, me vno rogato duce & imperatore sedetur.
Controuersiam. Cic.1.de Legib. Hoc dico controuersiam totam istam posse sedari.
Discordias. Cic.1 Philipp.
Flamma per incensas citius sedetur aristas. Propert.lib.3 eleg.19.
Fletus. Propert.lib.2.eleg.17.
Ieiunia carne. Ouid.15. Metam.
Incendia. Ouid.1.de Remed.amor.
Infamiam. Cic.2. Verr. Quod vnum ad inuidiam vestri ordinis, infamiámque iudiciorum sedandam maximè pertinebat, id non humano cõsilio sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipub.tempore videtur.
Iram. Plaut. Merc.24.
Lassitudinem. Plaut. Bacchid.1.
Lites. Cic.5. Verr.
Mentes commotas. Plin.lib.20.cap.19.
Metum sedat dies. Senec. Thyeste, 8.
Miserias. Plaut. Pœnulo, 18.
Motus animi. Cic 3. Tusc.
Pauorem. Liu.1.ab Vrbe.
Quæstus. Senec. Herc. Oetæo, 14.
Sitim. Lucret.lib.4.
Tempestatem. Cic.3. Verr.
Tumultum. Cæsar 3 bel. Ciuil.
Vulnera, Cohibere dolorem. Stat.2.Sylu.1.
Incendere & Sedare, Contraria. Cic.3.de Legib. At aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur.

Sedatus, pen.prod. { ἡρέμα, πραϋπαθὴς } Participium, siue Nomen ex participio.
Amnes sedati. Virg.9. Æneid.
Animo sedatiore scribere. Cic. Attic.lib.8.147.
Corde sedato respondere. Virg.12. Æneid.
Curæ sedatæ. Stat.12. Thebaid.
Homo sedatus. Minimè præceps, beate moderatus. Horatius 1.epistol.19,
Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi,
Sedatum celeres. Id est, Præcipites oderunt sedatum.
Orator sedatus in numeris. Cicero in Oratore, Est enim vt in transferendis, faciendísque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior.
Pectus sedatum. Silius lib.11.
Tempore sedatiore. Cic. pro Cluentio, Paulò sedatiore tempore est accusatus, quàm Iunius, sed eadem ferè lege, & crimine.
Venti sedati. Ouid.15. Metam.

Sedatè, pen.prod. { ἡρεμαίως } Aduerbium, Constanter. Cic.2. Tusc. Nõ constanter & sedatè ferest Sic in Orat. Cuius oratio cum sedatè placidéque loquitur, &c.

Sedatio, Verbale { ἡρεμία. } Cicero 1.de Finib. Sic è physicis fortitudo sumitur contra mortis timorem, & constantia contra metum religionis, & sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratione iubiata.
Afferre sedationem. Cic.3. Tusc. Vt apud Homerum quotidianæ neces, interitúsque multorum sedationem mœrendi afferunt.
Perturbationum sedatio. Cic.1 Offic.

Seduco, seduceis, penult. prod. seduxi, seductum { ἀποστρέφω, ἐξαγω, παραπείθω, παραγοητεύω, πλανάω } seducere, Propriè seorsum seducere ab aliis, quasi de rebus aliquibus loquuturus. Terent. Hecyr.1.2,
Pòst Pamphilus me solum seduxit foras. Ibidem, 4.1.
Vxor vbi me ad filiam ire sensit, seduxit foras. Cic. Attico, lib.5.110,
Quum hæc disseruissem, seducit me Scaptius.
Manu blanda seduxit eum. Ouid.2. Metam.
Castra seducere, separare, In duas partes diuidere. Ouid.13. Metamorph.
Quippe vbi non liceat vacuos seducere ocellos. Propert. libro 1. eleg.9.
Mors seducit artus animâ. Virg.4. Æneid.
Seducere, ad animum transtulit. Cic.1. Tusc. Quum à negotio omni seuocamus animum, quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximéque corpore seducimus? Legitur alibi abducimus.

¶Seducere, in malam partem per transtationem significat Decipere. Cicero ad Articum, libr.10.206, Me verò adiuuarent iis in angustiis seductum. In nonnullis codicibus abest seductum. Terent. And.4.1,
-etiam nunc me seducere istis dictis postulas.

Seductus, Participium { ἀπωχθὲς } Seorsum ductus. Liu.10 bel. Pun. Singulos deinde seperatim, Lælium ac Masinissam, seductos obtestatur, vt quantum nox prouidentiæ adimat, tantum diligenti expleant cura. Sic Suetonius in Claudio Cæsare, cap.37.
Recessus seducti, sinus secreti. Ouid.13. Metam.
Terræ seductæ ex æthere, Separatæ, seiunctæ. Ouid.4. Metam.
¶Seductus, pro distincto seu diuerso. Senec. epist.118, Si proprium habent quidam & à corporibus seductum.

Seductio, Verbale { ἀναγωγή. } Cic. pro Muræna, Mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, successionem subscriptorum animaduertebant.

Seductus, huius seductus. Verbale, pro Secessu. Senec. de Tranquil. vitæ. Sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt, &c.

Seduculum, li, quasi sedaculum, genus est flagelli, quòd vapulantes sudare faciat dictum. Festus.

Sedularium vide SEDEO.

Sedulus, pen.corr. Adiect. { ἀνεπιτρόχαστος, ἀπαυδῶν } Donato & Nonio testibus, dicitur qui ex animo & sine dolo, instantéque intentus est alicui rei, vt sit quasi assiduus: quia negligentes dolosi dicuntur. Cic.de Clar. Orat. Eloquentes enim videbare, non sedulos velle conquirere.
Sedulus, quasi sine dolo. Acron in Horatium lib.1.epist.
Anus sedula. Tibul.lib.1.eleg.3.
Turba sedula. Ouid.1.de Remed.Amor.

Sedulitas, pen.corr. sedulitatis { σπουδὴ, ἀκριβεία } Instans & fidele officium, & diligentia, assiduitas. Cicero pro Cecinna, Quis igitur Ille quem supra deformaui, voluntarius amicus multitis, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatáque sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli. Idem ad Atticum, libro 11.217, Quæ si non essent sedulitate effectæ, & beneuolétia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas.
Multæ sedulitatis anus. Ouid.3 Fast.
Apta sedulitas. Quid.10. Metam.
Argura sedulitas. Cælius Ciceroni Famil.lib.8.epist.
Blanda sedulitas. Ouid.2.de Arte.
Officiosa sedulitas. Horat.2.epist.7.
Senilis sedulitas. Silius lib.7.
Placere sedulitate. Ouid.1.de Arte.

Sedulò, penult.corr. { ἀσπαρτῶς } Aduerbium, Idem quod Sedulò. Columell.lib.9.cap.9, Semper quidem custos sedulè circumire debet aluearia.

Sedulò, pen.corr. { ἀπαρτῶς } Aduerbium, Ex animo & sine dolo, instanter, inquit Donatus. Plaut. Aulul.5,
Nam nunc, quum celo sedulò, omnes ne sciant,
Omnes videntur scire. Terent. Phorm.2 4,
Ego sedulò hunc dixisse credo. Id est, simpliciter, inquit Donatus. Idem Hecy.4.2,
Etsi ea dissimulas sedulò. Idem Eunuch.2.3,
Obsecro herclè Parmeno fac vt poriar. P. faciam sedulò ac
Dabo operam, adiuuabo. Plaut. Menæch.2.1,
Propterea heri imperium exequor, bene & sedulò seruio. Cic.3.de Finib. Sedulò inquam faciam, sed fortuna fortis.

Sedum, sedi { ὄξωον } Herba quæ semperuiuum dicitur, à semper sedendo. Plin.lib.18.cap 17, Democritus succo herbæ quæ appellatur aizoon in tegulis nascens, tabulísve, Latinè verò sedum aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Columel.libro 2.cap. 9, Id ne fiat, remedio est mistus succus herbæ, quam rustici sedum appellant.

SEDVNI, populi in Alpibus, quos commemorat. Plin.lib.3.cap.20.

Seges, segetis, pen.corr. f.g. { λήϊον } Proprie fruges eorum seminum ex quibus conficitur panis, nondum demessa, vt ait Valla lib.4. Plin. lib.18.cap.17, Si in articulum seges ire cœperit, runcare remedium est, ne herbæ vincant. Et paulo pòst, Luxuria segetũ castigatur dente pecoris in herba duntaxàt.
Luxuries segetum. Virg.1.Georg.
Rapinæ præmaturæ segetum. Lucan.lib.7.
Ægra seges negabat victum. Virg.3 Æneid.
Altæ segetes. Virg 3.Georg.
Arida sedes. Ouid.2. Metam.
Cana seges. Ouid.10. Metam.
Dura seges. Tibul.lib.2.eleg.3.
Feraces segetes. Horat.1.Carm.ode 31.
Fertilior seges est alienis semper in agris. Ouid.1.de Arte.
Grauida seges. Virg.1.Georg.
Immatura seges. Silius lib.15.
Intacta seges. Virg.7. Æneid.
Lætæ segetes, Vide LAETVS.
Segetes meliores existimantur esse campestres. Varr.lib.1.de Re rust.cap.6.
Opportuna pecori seges. Virg.4.Georg.
Picturata seges. Claud. de Histrice, 37.
Teneræ segetes. Ouid.4. Fast.
¶Cingenda est altis sepibus ista seges. Ouid.3.de Arte.
Lætas facere segetes. Virg.1.Georg.
Validas segetes mora facit. Ouid.1.de Remed.amor.
Iste feret segetes, iste serendus ager. Ouid.2.de Arte.
Adulta leni fluctuat Zephyro seges. Senec. Herc.fur.9.
Indui segetibus dicitur, Vide INDVO.
Intereunt segetes. Virg.1.Georg.
Metere segetem. Silius lib.16.
Herbæ obducunt segetem. Virg.2. Georg.

Oceare

Occare segetes. Horat.2.epist.2.
Pectinare segetem, Vide Pectino, in PECTEN.
Prætendere spem segeti. Virg.1.Georg.
Proculcare crescentes segetes. Ouid.8. Metam.
Resecanda falce seges. Ouid.epist.1.
Runcare segetes. Varro lib.1.de Re rust.cap.30.
Senescit seges nimio imbre. Stat.5.Sylu.1.
Sternuntur segetes. Ouid.1. Metam.
Matura seges surgit. Senec. Thyeste 5.
Hic segetes veniunt, illic fœlicius vuæ. Virg.1.Georg.
Vrit campum seges lini. Virg.1.Georg.
¶Seges, De leguminibus. Colum.lib.2. cap.14, Quod prædictorum leguminum segetibus satisfeit.

¶Seges { ἄροσις, ἐργασία } Accipitur nonnunquam pro ipsa humo arata & ad accipiendum semen subacta. Varro lib.1. de Re rust.cap. 29. Seges dicitur, quod aratum, sarum est: Aruum, quod aratum necdum satum est. Festus, Seges dicitur ea pars agri quæ arata & consita est. Virg.1.Georgicorum,
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit. Plin.lib.18, Segetes quæ interqueuere, fundunt rosam odoratiorem satiua: adeò terra non cessat parere.
Fœcunda seges. Lucan.lib.6.
Segetes fœcundæ, & vberes. Cic. in Orat. Segetes fœcundæ & vberes, non solùm fruges, verùm herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus.
¶Seges stimulorum, apud Plautum in Aulul.4.
Ferrea seges telorum. Virg.3 Æneid.
Ferrea seges strictis horret mucronibus. Virg.12. Æneid.
Virûm seges. Virg.2. Georg.
Seminibus iactis segetes adolesse virorum. Ouid.epist.6.
Clypeata seges virorum. Ouid.2. Metam.
¶Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milone, Quid enim odisset Clodium Milo, segerem ac materiam suæ gloriæ.

SEGESTA { στρῶσις } Deæ nomen. Plin.libro 18.cap.2. Seiam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus. Macrobius 1.Saturn.cap.16, Segetiam vocat. Diuus Augustinus Ciuitatis diuinæ libro 4, Sata, inquit, frumenta quandiu sub terra essent, præpositam voluerunt habere deam Seiam. Quum verò iam essent super terram, & segetem facerent, deam Segetiam. Frumentis verò collectis atque conditis, vt tutò seruarentur, deam Tutilinam præposuerunt.

SEGESTA quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Æneas condidisse præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominauit, sed præposita est ei S litera, ne obscœno nomine appellaretur, vt factum est in Maleuento, quod Beneuentum dictum est, & in Epidamno, quod vsurpant Dyrrachium. Festus.

Segestanus, pen.prod. Adiect. { στρωτικὸς } Qui segestam incolit. Cic.6. Verr. Segestani non solùm perpetua societate, &c.

Segestensis, Aliud adiect. Cic. Verr.5. Multò etiam impudentius in decumis Segestensium versatus est.

Segestre, segestris, neut.gen. Quo aliquid inuoluitur. Varr.de Ling. Latin.lib.4, Quo lecticam inuoluebant, quòd ferè stramenta erant è segete, segestria appellabant, vt etiam nunc in castris. Festus Pompeius lib.4. δέρεις Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus segestria. Nonius Marcellus, Lecticam quo inuoluebant, segestria appellabant. Plin.lib.13.cap.12. De chartarum generibus, Nam emporetica inutilis scribenda, inuoluendis chartarum segestriúmque vsum præbet, & ideò à mercatoribus cognominata.

SEGETIA, Vide SEGESTA dea.

Segmen, Segmentarius, Segmentatus, Segmentum, Vide SECO.

Segnis, & hoc segne { ἀργὸς, νωθὴς, βάθυμος, νωθρὸς } Quasi seorsum à recto nitens, G interposita, causa euphoniæ. Componitur enim à se, & nitor, niteris. Vel dicitur segnis quasi sine igne. Vnde segnis dicitur tardus & ignauus: cuius contrarium Ardens, qui festinans, & acuto ingenio est. Virgil.lib.3. Æneidos,
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorant ventos. Cic.ad Attic.lib.8.157, Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro.
Ad credendum segnis. Liu.4.bel.Pun.
Ad imperandum segnior. Id est tardior. Cic. pro Fonteio, Segniores ad imperandum posthac cæteri sint, quum videant eos oppugnari, quibus oppressis populi Roman. imperiis, incolume esse non possit.
Segnis & iacens. Quintil.lib.1.cap.3.
¶Acta segnia, Ignauia. Quid.12. Metam.
Animus segnis. Plinius lib.11.cap.52.
Anni segnes, In quibus nihil præclari gestum est. Ouid.ad Liuiam.
Campus segnis sicu durescit. Virg.1.Georg.
Segnior est cultus terræ. Cic.2.de Legib. Terræ cultum segniorem suspicor fore, si ad eam tuendam ferróque fubiiciendam, superstitionibus aliquid accesserit.
Dextra non segnis dare vulnera, Hoc est ad vulnera inferenda. Ouid.5. Trist.eleg.8.
Discordia non segnior. Liu.2.ab Vrbe.
Epistola non segnis, lenta mors. Stat.4.Sylu.4.
Exitus segnis. Stat.5.Sylu.3.
Indoles segnis. Tacit.lib.12.
Iter lucis non segne. Valer.1.Argon.
Mens segnis ad lætitiam. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.
Mora segnis. Liu.5.bel.Pun.
Moras segnes rumpere. Virg.3.Georg.
Mors segnis. Liu.10.bel.Maced.
Otium segne. Ouid.1.de Ponto, eleg 6.
Pes segnis. Horat 3.Carm.ode 12.

Pugna segnior. Liu.3.ab Vrbe.
Sopor segnis. Lucan.lib.5.
¶Segnis, cum genitiuo. Tacit.lib.16. Inquietus animo, & occasionum haud segnis.
¶Segnis, In fœcundus & inutilis. Virg.1.Georgicorum,
-segnísque horret in aruis Carduus, Seruius.

Segnities, segnitiei: vel Segniria, segnitiæ { ναθρότης, ἀργία } Tarditas ac negligentia ad agẽdum, inquit Donatus: quòd vt ait Festus, sit sine nitendo quid vtile & honestum. Plaut. Trin.11,
In huiusmodi negotio diem sermone terere, segnities mera est. Terent. And.1.3,
Enimverò Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ. Cic.1.de Finib. Rudem enim esse omnino in nostris pueris, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.
Segnities & inertia. Cic.1. de Orat. Et quoniam de imprudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum atque inertiam.
Sera segnities. Virg 2. Æneid.
Immunda segnities, Vide IMMVNDVS.
¶Segnities, Infœcunditas. Plin. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. Id est, sterilitas. Sipontinus.
Segnitas antiquis pro segnitia. Acc. Ænead.
Eo nunc quòd eorum segnitate ardet focus. Vide Nonium si plura desideras.

Segniter, pen.corr. Aduerbium { ναθρῶς. } Liu.2.ab Vibe, Segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere nec pudor, nec metus coërcebat. Plin.lib.14.cap. 22, Nec segniter vita in eo elaborauit. Virg.9. Æneid.
Positi artus segniter. Stat.1.Sylu.4.
Ire non segnius sagitta Scytica. Ouid.10. Metam.
Nihilo segnius, Vide NIHILVM.

Segnipes, pen.corr. segnipedis, pen.corr. { ναθρόπους } Qui tardè incedit. Iuuenal. Satyra 8,
-Tricóque trahunt epirhedia collo
Segnipedes. De equis hîc loquitur.

SEGOBRIDA { στρῶσις } Oppidum Hispaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput: circa quod Sertorius & Metellus præliũm commisere. Strabo libro 3.

SEGOR { στρῶς } Fuit quinta ciuitas post Sodomam & Soboim, quæ (vt Sacræ testantur literæ) ad preces Loth seruata est. Moses in Genesi.

SEGORGII, Populi de quibus sic Alex. Alexand. lib.1.cap.24. Segoregiorum vetus erat mos, vt paratis instructísque mensis, inter epulas virgo introducatur: & cui ex conuiuis aquam dederat, cum sibi virum delegisse videbatur.

Segrego, segregas, pen.corr. { ἀφορίζω, διακρίνω } Segregare. Ab aliorum numero, vel societate & grege separare, quasi seorsum à grege ponere. Plaut. Milite. 18. Terent. And.1.5,
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras.
Segregare è senatu aliquem. Plaut. Mostel.15.
Ab agmine semet segregare. Stat.12. Thebaid.
Seiungi & segregari. Lucret.lib.1.
Segregare ab se culpam vel suspiciones. Plaut. Trin.4.
A numero ciuium segregare. Cic. pro Archia, Quod si mihi à vobis tribui, concedíque sentiam, perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modò non segregandum, quum sit ciuis, à numero ciuis, verum etiam, si non esset, puretis asciscendum fuisse.
Virtutem segregare à summo bono. Cic.3.de Fin.
Pugnam segregare. Liu.1.ab Vrbe.
Sermonem segregare. Plaut. Milite, 10. Idem Pœnulo, 4,
Segregare sermonem, tædet. Hoc est, tace.
Séque gregari, pro segregarique, apud Lucretium lib.1,
Dissidio potis est seiungi, séque gregari.

Segrex, segregis, pen. corr. om. gen. vt regrex vita, id est, Solitaria. Seneca de Benefi. lib.4.

Segullum, segulli. Plin. lib.33.cap.4. Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, ita vocatur indicium, alueus vbi id est, arenæque lauantur, atque ex eo quod resedit cõiectura capitur, vt inueniatur aliquando in summa tellure protinus rara fœlicitate.

SEGVSIVM { στρῶσις } Ptolemæo libro 3.cap.1. Segusianorum vrbs in Græcis Alpibus. Vulgò *Sion*.

SEIA, & SEGESTA, Dearum quarum apud veteres nomina, de quibus sic Plinius, Seiámque à serendo, Segestam à segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus: tertiam ex his nominare sub tecto religio est. Plinius manuscriptus Setiam exhibet, quam Tertullianus Sessiam vocat. Macrobius Saiam, vt Segestã segetiam: atque siquis nominasset Salutem semoniam, Saiam, Segetiã, Tutilinam, ei festas obseruandas fuisse. Tertia autem illa, quàm religiosum erat sub tecto nominare, Tutilina, vt reor, erat. Turneb.

SEIANVS, pen. prod. { σείανὸς } Nomen viri proprium, de quo multa Sueton. in Tiberio, cap.48. Iuuen. Satyra 10,
-Seianus ducitur vnco Spectandus.

SEIR { σείρ } Mons in terra Edom in quo habitauit Esaũ in regione Gabalena, quæ ex eo, quòd Esaũ pilosus esset & hispidus Seir, id est pilosi nomen accepit.

Seiugi, siue seiuges, pen. corr. { ἅρματα } dicuntur equi seni ad vnum curum iuncti. Apuleius in floridis, Vni cui omnes prouinciæ, quadriuges & seiuges currus vbi gentium ponere gratulantur. Plin. lib. 34.cap.5, Serum hoc, & in his non nisi à diuo Augusto seiuges, sicut & elephanti. Liu.8.bel.Maced.

Seiugo, seiugas, pen. corr. seiugare { ζεύγνυμι } Idem quod Seiungere. Cic.1.de Diuinat. Humani autem animi eam partem, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.

Seiungo, seiungis, seiunxi, seiunctum { διαχωρίζω } seiungere, Seorsum iungere siue seorsum ponere & separare. Cic. Lentul. lib.1.9. Tibi autem multò notior atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni quo seiuncti fuimus, & vnà & Romæ fuissemus.

Diſſidio perniciali ſeiungi. Lucret. lib. 1.
Seiungendus ab Antonio. Cic. Attico, lib. 15. 326.
Ab honeſtate ſeiungi. Cic. 1. Acad.
A ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi non poteſt. Cicero 1. de Finibus.

Seiunctus, Participium { διεζευγμένος. } Propert. lib. 2. eleg. 17.
Dolor ſeiunctus corpore. Lucret. lib. 2.
Seiunctum & ſecretum à corpore. Lucret. lib. 1.
Semota, & ſeiuncta à rebus noſtris. Lucret. lib. 2.

Seiunctio, Verbale { διεζευξις. } Cic. 3. de Orat. Propoſitóque quid ſis dicturus, & ab eo quod eſt dictum ſeiunctio, & reditus ad propoſitum, & iteratio, & rationis apta concluſio.

SEIVS { σείειν } Viri nomen: à quo Seianus equus. Gel. lib. 3. cap. 9. Caius Baſſus in commentariis ſuis, item Iulius Modeſtus in x I. Quæſtionum conſularum, hiſtoriam de equo Seiano tradunt, dignam memoria atque admiratione. Cn. Seium quempiam ſcribũt fuiſſe, cúmque habuiſſe equum natum Argis, in terra Græciæ: de quo fama conſtans eſſet tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuiſſent, quos Hercules Diomede occiſo è Thracia Argos produxiſſet. Eum equum fuiſſe dicunt magnitudine inuſitata, ceruice ardua, colore phœniceo, flaua & comanti iuba, omnibúſque aliis equorum laudibus quoque longè præſtitiſſe: ſed eundem equum tali fuiſſe fato, ſiue fortuna ferunt, vt quiſquis haberet eum, poſſideréque, is cum omni domo, familia, fortuniſque omnibus ſuis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Seium dominum eius à M. Antonio, qui poſteà Triumuir Reipub. conſtituendæ fuit, capitis damnatum miſerando ſupplicio affectum eſſe. Eodem tempore Corn. Dolabellam coſ. in Syriam proficiſcentẽ fama iſtius equi adductum, Argos diuertiſſe, cupidinéque habendi eius exarſiſſe, emiſſéque eum HS centũ millibus. Sed ipſum quoque Dolabellam in Syria bello ciuili obſeſſum, atque interfectum eſſe. Mox eundem equum qui Dolabellæ fuerat, C. Caſſium qui Dolabellam obſederat, abduxiſſe. Quem Caſſium poſteà ſatis notum eſt, victis partibus, fuſóque exercitu ſuo miſeram mortem oppetiſſe. Deinde Antonium poſt interitum Caſſij parta victoria: equum illum nobilem Caſſij reliquiſſe: & quum eo potitus eſſet, ipſum quoque poſteà victum atque defectum de eſtabili exitio interiiſſe. Hinc prouerbium de hominibus calamitoſis ortum, dicíque ſolitum, Ille homo habet equum Seianum.

Selache. Appellantur apud Græcos omnes piſces plani, quod nomen eis Ariſtoteles impoſuit.

Selago, ſelaginis: Herba Sabinæ ſimilis. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicam, qua ſiniſtra exuitur, velut à furante, candida veſte veſtito, puréque lotis nudis pedibus, ſacro facto prius quàm legatur, pane vinóque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem pernitiem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodeſſe. Plin. lib. 24. cap. 11.

SELECTI DII, apud Romanos vocabantur præcipui & ſummates, qui habebant ampliorem poteſtatem, quíque celebriores, & in maiori haberentur cultu ac veneratione. A D. Auguſtino ex Varrone viginti numerantur, duodecim videlicet mares: Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater: fœminæ octo, Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Veſta. Certè ſelecti alij erant à Conſentibus. Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. dei. Lilius Geraldus Syntag. 1. lib. Hiſtoriæ deorum.

Selectio Selectus, Vide SELIGO.

Selenites { σεληνίτης } Gemma in Arabia naſcens, ex candido tranſlucens melleo fulgore imaginem Lunæ continens, reddenſque in dies ſingulos creſcentis minuentíſque numero. Plin. lib. 37. cap. 10.

Selenitium, Hederæ genus, cuius eſt minor acinus, ſpartior racemus. Plin. lib. 16. cap. 34.

Selenuntiæ, Aquæ in Ætna ſalſæ ad Himeram, Ægeſtanæ potabiles. Strabo lib. 6.

SELEVCIA, penult. prod. { σελεύκεια } Prima Syriæ ciuitas, vt ait Strabo lib. 11. & 14. & 15. iuxta quam Orontes affluit amnis. Hodie *Solda* vocatur, teſte Oliuario in Melam. Hanc alij à Nicanore, alij à Nicatore conditam ferunt. Strabo, Seleuciam (inquit) ad Tigrim amnem, iuxta Babylonem, tercentis ferè ſtadiis, Seleucus Nicator exædificauit. Ptolemæus tres Seleucias fecit, Pieriam, ad Euphraten, ad Belum. Scribit Plin. lib. 11. Seleuciam plerunque Meſopotamiam dictam fuiſſe.

Seleucianus, pen. prod. Adiect. Cic. Attic. lib. 4. epiſt. vlt. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contemptionem Seleucianæ prouinciæ. hoc eſt, nobilis prouinciæ Ciliciæ, quam Seleucus vrbibus auxit. Vide, inquit, me nihil laborare, vt Proconſul in Ciliciam mittar.

Seleucides. Aues vocantur, quarum aduentum ab Ioue præcibus impetrant Caſſij montis incolæ, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec vnde veniant, quóve abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur. Plin. lib. 10. cap. 27.

Seleucides. Calceamentum muliebre, apud Pollucem libro ſeptimo capite 22.

SELEVCVS { σέλευκος } Vnus fuit ex principibus Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syria regnauit. De quo Appianus clariſſimus hiſtoricus Græcus in Syrico.

Selibra, ſelibræ, pen. prod. { λιβυρνικὸν } Dimidia libra. Plin. lib. 14. cap. 16, Malobathri ſelibris in muſti congios duos additis. Liu. 5. ab Vrbe, Selibra farris. Gell. lib. 7. cap. 18, Darent argenti pondo libram ſcilicet & ſelibram. Fit autem ſelibra à ſemi libra, per ſyncopen. Martial. lib. 1,

Et thuris, piperíſque tres ſelibræ.

Selicaſtra, Sedilia antiqui generis appellantur, D litera in L conuerſa, vt etiam in ſella factum eſt, & à ſubſellio, & ſolio, quæ non minus à ſedendo dicta ſunt. Feſtus. Paulus in l. 4. D. De ſuppellectil. legata, Inſtrumenti ſignificatione rhedæ & ſelicaſtra in ſuppellectili adnumerari ſolent. Ita legit Haloander. Antonius verò Auguſtinus ſedularia, id eſt quæ in rheda ſedenti ſubiiciuntur.

Seligo, ſeligis, pen. corr. ſelegi, penult. prod. ſelectum { λέγω } ſeligere, Seorſum colligere, ſecernere. Cicero in Orat. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quærerent. Idem in Oratore, Nec verò vtetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet & ſeliget. Et 3. de Finibus, Sed hoc quaſi vltimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus: illud autem vt feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum. Ouidius 3. Amor. eleg. 10.

Selectus, Participium: vt Selectæ, breuéſque ſententiæ. Cicero 1. de Natura deorum.
Corpora ſelecta. Ouid. 5. Faſt.
Selecti iudices, Equites dicti ſunt. Cic. pro Cluent. Deinde Prætores tantùm vrbani, qui iurari debent optimum quemque in ſelectos iudices referre. Horat. 1. Serm. Saty. 4,
-habes authorem quo facias hoc,
Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat. Id eſt, ex Equeſtri ordine. Cicero 4. Verr. Cæterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi ſolent. Id eſt, Equitibus qui illuc conueniunt. Ibidem 5, Hic tu medicum & Aruſpicem & Præconem tuum recuperatores dabis? aut etiam illum ipſum quem tu in cohorte tua Caſſianum iudicem habebas, ſiqua res maior eſſet, Papyrium Potamonem, hominem ſeuerum ex veteri illa Equeſtri diſciplina? Quæ verba per ironiam dicta ſunt. Selecti iudices, ſunt præcipui. Vnde dij ſelecti & præcipui, de quibus ſuprà apud Auguſtinum de Ciuitate, cap. 1. 2. 3. & 4. Hæc Budæus. Plinius lib. 33. cap. 2, Decuriæ quoque ipſæ pluribus diſceretæ nominibus fuere. Tribunorum æris, & Seſtertium, & Iudicum: præter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus ſelecti, ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis. Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nomiuum, quum alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret.

Selectio, Verbale { λόγισμα. } Cic. 2. de Finib. Dum enim in vna virtute ſe omnia eſſe voluerunt, vt eam rerum ſelectione expoliarent: nec ei quicquam aut vnde oriretur, darent, aut vbi niteretur. Idem 3. de Legib. Selectio vitiorum.

Selinas, vel Selinois: braſſicæ genus criſpum. Plin. lib. 20. cap. 9, Intres ſpecies diuiſere eam (de Braſſica loquitur) Græci antiquiſſimi Criſpam, quam Selinada vocauerunt à ſimilitudine apij foliorum, ſtomacho vtilem, aluum modicè mollientem. vide cap. 157. de Re ruſtica.

SELINIS, penult. prod. { σελίνις } vt inquit Seruius, ciuitas iuxta Lilybæum, abundans palmis quibus veſcuntur, & apio. Virgilius 3. Æneidos,
Téque datis linquo ventis palmoſa Selinis,
Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

Selinon { σελίνου } à Græcis appellatur herba notiſſima, quam Latini Apium nominant. Inde fiunt compoſita Petroſelinon, Hippoſelinon & Elioſelinon. Vide Dioſcoridem Matthioli.

SELINVS, penultima producta { σελινοῦς } Duorum fluuiorum nomen in Aſia, qui in mare influentes Dianæ Epheſiæ templum vtrinque complectuntur. Plin. lib. 5. cap. 29. Eſt & Selinus alius in Ægeorum agro qui eſt in Achaia propriè dicta. Item alius in Elide. Rurſus alius in Sicilia iuxta Megara & Hyblam montem, quorum omnium meminit Strabo lib. 8.

SELINVS, ſelinuntis: Oppidum eſt Siciliæ palmis abundans { σελινοῦς. } Hinc Selinuſius, ſelinuſia, ſelinuſium σελινούσιος. Attributum, vt terra Selinuſia, quæ à Galeno libro 9. ſimplicium Medic. inter medicamenta opthalmica ponitur.

SELINVSIVS, Eſt lacus poſt Cayſtri oſtia ex pelago refuſus. Strabo libro 14.

Sella, ſellæ { ὄρθιος, ὀρθοῦσθαι, ὀρθοῦν } Quaſi ſeda, à ſedendo. Plautus, Curcul. 7,
Vide vt ex palluit, datin' iſti ſellam vbi aſſidat citò? Cic. 1. de Diuin. vt in eius ſella requieſceret. Cato cap. 10, Scabilia tria, ſellas quatuor, ſolia duo, &c.
Erat apud Romanos magiſtratus Ædilis, & Prætoris ſedes, qua per vrbem ius dicentes comportabantur. Græci autem θρόνον dicunt ſellam. Cic. 3. Verr. Quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit conuenire. In eundem, 5, Iam anteà in ſella ſedens Prætor, quum prouinciam Siciliam obtineret.
Aurea ſella. Propert. lib. 4. eleg. 11.
Curulis ſella. Quintil. lib. 6. cap. 3. Vide CVRVLIS.
Sella familiaris, ſiue familiarica. Vide FAMILIA.
Geſtatoria ſella, Vide Geſtatorius in GERO.
¶Sella, aliter. Scribonius Largus, Qui id biberint primum ab ore ſanguinem eſpuunt, deinde ex ſtomacho cruorem reiiciunt, poſteà per ſellas abundantius eundem deiiciunt.

Sellaria, Subſtantiuum, ſellariæ { ἑδώδιμα } Loca in quibus ſedes diſponi ſolebant. Plin. lib. 34. cap. 8, Violentia Neronis in vrbem conuecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita. Sueton. in Tiberio, cap. 43. Seceſſu vero Caprenſi etiam ſellariam excogitauit, ſedem arcanarum libidinum.

Sellariolus, penult. corr. { ἑδώδιος } Adiectiuum diminutiuum. Martialis, lib. 5,
In ſellariolis vagus popinis. Sellariolæ popinæ dicuntur, in quibus deſident homines ignaui ad libidinem & luxum.

Selicaſtrum, ſelicaſtri, Vide SELICASTRA ſuo loco.

Selliſternium, ſelliſternij, Vide Sola, inquit Feſtus, in SOLVM, ſoli.

Sellularius, Adiectiuum { ἑδώδιος } Sellularij opifices, qui ſedendo opus faciunt, quos Liuius libro 8. ab Vrbe, ſcribit militiæ minimè aptos.

SELLAE, Oppidum eſt Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Lucanus libro tertio,
-Quercúſque

Quercúſque ſilentes
Caonio veteres liquerunt vertice Sellæ.

SELLEEN, Regio eſt proxima Pylo in finibus Arcadiæ. Strabo libro octauo.

SELYMBRIA { σηλυμβρία } Ciuitas eſt Thraciæ ad Propontidem, propinqua Bizantio. Herodot. lib. 6.

Semaſitis, a, um, Semaſſij Chriſtiani. Vide in dictione Sarmentitius. & Cælium Rhodig. lib. 10. Lection. antiq. cap. 9.

Sembella, ſembellæ { ἡμίλιτρον } Quod ſit libellæ dimidium, inquit Varro de Ling. Lat. lib. 4. Idem quod ſemis aſſis.

Semel. Aduerbium { ἅπαξ, ἐφάπαξ } Quaſi vnà, non diuiſim, vel vno (vt ita dicam) tempore: nam quod ſemel fit, nullam recipit diuiſionem. Plaut. Capt. 12.
Satis ſum ſemel deceptus. Terent. Heaut. 1. 2. 3. 4.
-vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Nec-eſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. Cic. 7. Verr. Verum hoc erat, ſi ille ſemel vetus archipirata ſecuri percuſſus eſſet, pecuniam illam non haberes.
Semel anno. Plin. lib. 12. cap. 14, Thus meti ſemel anno ſolebat.
Semel atque iterum. Cic. pro Cluent. Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, vt re ſemel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit.
Semel iterum. Liu. 1. ab Vrbe. Semel T. Manilio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod noſtræ ætati dij dederunt vt videremus.
Semel ac vicies. Plin. lib. 7. cap. 48. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius.
Semel vnquam. Plin. lib. 2 cap. 35. Dein quum in cœlum ſe recipere, lampadem factam, ſemel vnquam proditur, Cn. Octauio, C. Scribonio coſs.
¶Semel, inquit Aſconius, vicinum eſt ad Penè nunquam. Cic. 2. Verr. Semel ait ſe in vita pertimuiſſe, tum quum primum à me reus factus ſit. Quaſi dicat, ferè nunquam. Simile eſt quòd ſemel in vita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius.
¶Semel, Omnino & prorſus, ita vt iterum obtineri non neceſſe ſit. Cic. pro Deiotaro, Cùm facilè exorari Cæſar, tum ſemel exorari ſoles. Budæus.
¶Semel, Irreuocabiliter. Quintil. lib. 1, cap. 3, Nec ſemel de hoc decretum erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem. Ouid. de Virginitate loquens ſepiſt. 5,
-deperit illa ſemel. Budæus.
Semel à condito æuo. Plin. lib. 7. cap. 34. Ibidem, cap. 35. Pudicíſſima fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt, Sulpitia Paterculi filia. Hîc particula, Semel, affirmantis venuſtatem habet, vt quod veriſſimum eſſe aſſeuerare volumus, id ſemel tantùm dixiſſe ſufficiat.
¶Semel, Ad ſummam, vel in ſumma. Valla de Ad ſummam loquens, Quintilianus in ſenſu priore ſolet vti tali genere dicendi per aduerbium ſemel. libro 9. cap. vltimo, Denique vt ſemel finiam, ſic ferè componendum, quomodo pronuntiandum erit. Et alibi lib. 11. cap. 1, Et vt ſemel omnia complectar. Id eſt, vt in ſumma dicam. Cuius rei cauſa eſt ipſum illud ſemel, quod ſignificat Vna vice pro omnibus, ita vt poſtea non oporteat quid addi. Quod enim ſemel tantùm fit, id non habet regreſſum vt iterum fiat. Virgilius 12. Æneidos,
-qui nequid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Ouid. epiſt. 5,
-nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Lucan. lib. 9,
-dixíſque ſemel naſcentibus autor
Quicquid ſcire licet. Semel, inquit, vt nullum poſtea verbum addat. Hactenus Valla lib. 6.

SEMELE, penult. corr. { σεμέλη } filia Cadmi regis Thebarum, ex qua Iupiter Bacchum genuit, teſte Horatio 1. Carm. ode 19, Thebana Semele.
Proles Semeles, Bacchus. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Semeleius, Adiectiuum { σεμελήϊος. } vt Thyoneus Semeleius. Horat. 1. Carm. ode 17.
Proles Semeleï. Ouid. 5. Metam. Hoc eſt Bacchus.

Semen, ſeminis, pen. corr. n. g. { σπέρμα, γόνος, γονὰ, σπορὰ } à Sero, ſeris, notæ ſignificationis. Colum. lib. 1. cap. 7, Et cætera pecora malè paſcunt, nec induſtriæ terram vertunt, longéque plus imputant ſeminis iacti quàm quod ſeuerint.
Perceptum ſemen. Ouid. 11. Metam.
Pinguia ſemina. Horat. Epod. 16.
Vitiata ſemina. Ouid. 5. Metam.
Abire in ſemen. Plinius lib 21 cap. 11.
Exire in ſemen. Plin. lib. 19. cap. 6.
¶Committere ſemina ſulcis. Virg. 1. Georg.
Permiſto ſemine conſtant omnia. Lucret. lib. 2.
Differere ſemina in areas. Colum. lib. 11. cap. 2.
Data ſemina rudi humo. Ouid. 6. Metam.
Eruere roſtro ſemina. Ouid. 15. Metam.
Iactare ſemen, Vide IACIO.
Ingerere ſemen ſolo, Vide INGERO.
Mandare ſemina terræ, Vide MANDO, mandas.
Mittere rude ſemen in ignotam humum. Ouid. 3. Triſt. eleg 8.
Reddere ſemen. Plin. lib. 16. cap. 26.
Semina mollit humus valido prætincta veneno. Ouid. 7. Metam.
De dentibus ſerpentis quos Cadmus ſeminauerat.
Obrue verſata Cerealia ſemina terra. Ouid. 1. de Remed.
Spargere ſemina per aruas. Ouid. epiſt. 12.
Fruſtra ſpargere ſemina. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris. Ouid. 3. Amorum, elegia 9.
¶Semen pro zea, Vide ZEA.

¶Semina, dicuntur etiam de virgultis & ſurculis. Virgilius 2 Georgicorum,
Seminibus poſtris ſupereſt deducere terram
Sæpius. Ibidem 2,
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: vt altæ
Caſtaneæ. Colum. lib. 3. de arboribus, cap. 2, Si compluribus vindemiis eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina multum bonúmque vinũ præbebunt. Ibidem, cap. 1. Semina appellat ſurculos depactos, qui quum radices egerunt, in vineam tranſferuntur. Idem lib. 5. cap. 10, Arbores & ſemina cum radicibus Autumno ſerito.
Oleagineum ſemen, Vide Oleagineus in OLEA.
Ordinaria ſemina, Vide Ordinatius in ORDO.
Deponere ſemina. Colum. lib. de Arboribus. cap. 20, Quum ſemina depones, dextra ſiniſtráque vſque in imum ſcrobem faſciculos ſarmentorum brachij humani craſſitudine demittito.
¶Semina, pro ſurculis qui inſeruntur arbori, *des Greffes*. Colum. libro 5. cap. penult. Surculos ſic inſerito, vt ſemipede, nec amplius de arbore extent: ſuprà deinde muſcum imponito, & ita ligato, ne pluuia dilabatur. Quoſdam tamen magis delectat in trunco arboris locum ſeminibus ſerra facere, infectáſque partes tenui ſcalpello leuare, atque ita ſurculos aptare. Paulo pòſt, Surculos ex vtraque parte deraſos demittito, ſic vt librum ſeminis libro arboris æqualem facias.
¶Flammæ abſtruſa ſemina in venis ſilicis. Virg. 6 Æneid.
Semina limus habet virides generantia ranas. Ouidius 15. Metamorph.
¶Semen, per tranſlationem, ſignificat authorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum eſt. Cic. 2. Philipp. Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.
Semen vrbanitatis. Cic. ad Atticum, lib. 7. 32, Veni igitur quæſo, ne tamen ſemen vrbanitatis vnà cum Rep. intereat. Idem 5. de Finibus, Quorum ſimilia ſunt prima in animis, quaſi virtutum igniculi & ſemina.
Nequitiæ ſemina languidiora. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Probationum ſemina ſpargere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
¶Semen alicuius, pro genere. Sueton. in Caligula, cap. 25, Nec vllo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis.
Conceptus ſemine. Ouid. 10. Metam.
Ætherium ſemen. Virg. 7. Æneid.
Cæleſti ſemine omnes ſumus oriundi. Lucret. lib. 2.
Diſſona partu ſemina. Claud. 2. in Eutropium.
Diuinum ſemen. Ouid. 1. Metam.
Generoſo ſemine implere vterum. Ouid. 9. Metam.
Impia ſemina ferre vtero. Ouid. 10. Metam.
Inclyta ſemina. Silius lib. 13,
-inclyta nanque
Semina ab OEnei ductoris ſtirpe trahebat.
Mortale ſemen. Ouid 3. Metam.
Virile ſemen. Lucret. lib. 4.
Veterino ſemine partum genus. Lucret. lib. 5.
¶Semen etiam apud Latinos eſt genus quoddam frumenti, quòd à Græcis ζειὰ dicitur. Plin.

Seminium, ſeminij, neut. gen. Aliud ſemen, aliud ſeminium quibuſdam eſſe videtur, niſi forte bis idem Æſchyli more & Homeri locutum Lucretium opinamur, quum dixit,
Si non certa ſuo cum ſemine ſeminióque
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque. Quod ſanè non cenſent, ſatiúſque putant iſta diſtingui, quæ origine & propinquitate orationis videntur cohærere & eadem eſſe. Eſſe igitur ſemen ere dunt illam materiam genitalem, vnde animalia oriuntur, plantæque réſque inanimæ, ſiquis elementa earum ſemina vocare velit: at ſeminium ſobolem eſſe dicunt ipſam & fœtum. Id adeò ex eo ſciri poſſe exiſtimant, quòd ſeminium leonum Lucretius dicit, leonum ſobolem & genus indicans,
Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur. Seminium tamen apud Plautum ſemen eſt, In Glorioſo milite,
Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico, niſi huic Verri affertur merces, Non, hic ſuo ſeminio quàquæ porculenam impartiturus eſt. Quanquam & pro prole intelligi poſſet. Et apud Lucretium,
Hæc aliquo fine ſeminio grauiore coorta eſt. Atque vocabulum videtur ruſticum fuiſſe, vt è Varrone de Re ruſtica apparet, & Lucretius duobus verbis idem elocutus eſt, quum ſemen & ſeminium poſuit. Hæc Turnebus.
Triſte ſeminium. Lucret. lib. 3.
¶Seminium, Seminis luctum. Plaut. Rud.

Vænundatur merces non hoc ſuo ſeminio.

Seminarium, ſeminarij { φυτωτήριον } Locus ſubactus in quo ſemina aut vitium aut arborum panguntur: vt quum ad certam quantitatem excreuerint, in vinetum vel arbuſtum vel pomarium transferantur. Columel. lib. de Arboribus, cap. 1, Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit: ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit. Idem lib. 5. cap. 6, Operam dabit, ne emottuis arboribus rareſcat, ac primam quamque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummoueat, & inuicem nouellam ſobolem ſubſtituat. Id autem facilè conſequi poterit, ſi vlmorum ſeminarium pararum habuerit. Varro 3. de Re ruſtica, capite 16, Quidam thymon contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida: ea conſpergunt omnia ſeminaria conſita apium cauſa. Idem lib. 1. cap. 29, In primo interuallo inter Fauonium & Æquinoctium vernum hæc ſeri oportet, Seminaria omne genus vt ſerantur, putari in primis, circùm vites ablaqueari, &c. Cato cap. 46, Seminarium ad hunc modum facito: Locum quàm optimum & opertiſſimum & ſtercoroſiſſimum poteris, & quàm ſimillimum genus terræ eæ, vbi ſemina

posturus eris, & vti ne nimis longè semina ex seminario seratur, eum locum bipalio vortito, delapidato, circúmque sepito bene, & in ordine serito, in sesquipedem quoquo versum taleam demitto, opprimitóque pede: si parum deprimere poteris, malleo aut mateola adigito: digitum supra terram facito semina emineant: simóque bubulo summam taleam oblinito, signúmque apud taleam apponito, crebróque sarrito. Si voles citò semina crescant, ad eundem modum alia semina serito.

¶Seminarium, per translationem, in malum, pro Origine, & eo à quo omne malum dependet, veluti à quodam malè consito seminario pessimi fructus. Cic. 2. in Catil. Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in Repub. seminarium Catilinarium futurum.

Fons & seminarium triumphorum, In bonum. Cic. in Pisonem, Ex illo fonte & seminario triumphorum, quum arida folia laureæ retulisses, quum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum iudicium pronuntiauisti.

Principium & seminarium Reipub. Cic. 1. Offic. Id autem est principium vrbis, & quasi seminarium Reip.

Seminatius, Adiectiuum. Florus lib. 2. cap. 6. Bellatricem illam viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminariam hostilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem.

Sementis, huius sementis, fœm. gen. {σπορὰ} Ipsa satio, seu seminatio, sed præcipuè frugum & leguminum. Plinius lib. 18. cap. 14. Sunt qui properent, atque ita pronuntient, festinatam sementem sæpe decipere, serotinam semper. Colum. lib. 13. Quibus magna sementis præparatur. Cæsar 1. bell. Gall. Sementes quàm maximas facere, vt in itinere copia frumenti suppeteret.

Vos date perpetuos teneris sementibus auctus. Ouid. 1. Fast.

Proscriptionis facere sementem. Cic. ad Atticum, lib. 9. 176, In agro Sabino sementem fieri proscriptionis, Senatores multos esse Romæ, nos quoque audieramus. De Cæsare intelligit.

¶Sementis, Seminandi tempus. Colum. lib. 2. cap. 9. Prima sementis ratius serere permittit: nouissima spissius postulat. Id est, primum tempus sationis.

¶Sementis, pro Segete. Gel. lib. 2. cap. 29. In sementes forte conferat tempestiuiores.

¶Sementis, Semen ipsum iam terræ mandatum. Colum. lib. 2. cap. 8, Nam quod sicco loco ingestum, & inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur: at vbi venit imber, multorum dierum sementis vno die surgit.

¶Sementim, in accusatiuo apud antiquos. Columel. lib. 2. cap. 10. Cato sæpe cap. 27. Sementim facito ita.

Malorum facere sementim. Cic. 3. de Natur. deor. Hanc igitur tantam à diis immortalibus arbitramur malorum sementim esse factam.

Sementi, in ablatiuo. Colum. lib. 2. cap. 9. Media ferè sementi, &c. Sic ibidem, cap. 10. & cap. 12. Peracta sementi.

Seminalis, & hoc seminale, penult. prod. {σπερματικὸς} Quod ad sementem faciendam pertinet. Columel. lib. 11. cap. 2, Vicia pabularis modios septem vel octo, viciæ seminalis modios quinque vel sex. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. vltimo.

Sementinus, penultima prod. {σπορατικὸς, σποριμαῖος} Adiectiuum, vt Sementina pyra, vel à seminum multitudine, vel quòd vsque ad sementis tempus durent, dicta. Cato cap. 7, Pyra volema, aniciana & sementina.

Dies sementina. Festum fuit antiquis celebratum, postquam terræ mandassent semina agricolæ. Ouid. 1. Fastorum,

Ter quater euolui signantes tempora fastos
Nec sementina est vlla reperta dies.

Sementinæ feriæ, fuerant institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possint. Festus.

Sementicus, pen. corr. Adiectiuum {σπόριμος} Quod seminari potest. Plin. lib. 18. cap. 7. Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam appellant.

Sementiuus, sementiua, sementiuum: Quod, seminatur. vt sementiua frumenta, sementiuum triticum, hordeum, faba, napus, rapa. Plin. libro 18. cap. 7.

Sementiuæ feriæ. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2. In ipso statim initio, Sementiuis feriis in ædem Telluris veneram. Paulo pòst, Num feriæ sementiuæ oriolos vos huc adduxerunt? Sic enim habent plerique codices, non sementinæ, nec sementinis.

Semento, sementas {σπορεύω} Sementare, Semen producere. Plin. libro 18. cap. 28. Est enim in primis inutile nasci herbas sementaturas.

Sementesco, sementescis, sementescere, Semen producere. *Venir à graine, Grainer.* Vtitur semel & iterum Ruellius lib. 2. cap. 82.

Semino, seminas, penult. corr. {σπείρω, σπορῶ} Seminare, Semen in terram proiicere. Columel. lib. 2. cap. 9. Seminari debet hordeum post Æquinoctium. Seminatur autem hordeum, & seminatur ager, fluent aspergitur humor, & aspergitur humore vestis. Idem libro 2. capite quarto, Neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est. Et lib. 2. cap. 8. Ne seminarentur agri, nisi cum terra pluuiis maduisset. Virg. 6. Æneidos,

Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos.

Seminare marem, quod Generare dicimus. Columella libro 6. capite 24. De tauris.

Seminatus puer. Plaut. Amphitr. 5,

Alter decumo pòst mense nascetur puer,
Quàm seminarus.

Seminatio {σπορὰ} Verbale. Varro 2. de Re rust. cap. 8. Ad seminationem onagrus idoneus, quòd è fero sit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.

Seminator, penult. prod. Aliud verbale {σπορεύς.} Cicero 2. de Natura deorum, Omnium autem rerum quæ natura administrantur, semi-

nator & sator, & parens, vt ita dicam, atque educator & altor est mundus, omniáque sicut membra & partes suas nutricatur & continet.

Seminator omnium malorum: apud Ciceronem, lib. 3. de Natura deorum, Qui est versus omnium seminator malorum.

Seminosus, pen. prod. Adiectiuum. vt Cucurbitæ seminosæ, seminibus abundantes. Author eius Iambici, cuius inter Priap. initium est,

Quid hoc negotij est?
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocymúmve, cucumeréve humi fusos
Venire credo, sessi! éve lactucas.

Semestris & hoc semestre {ἑξάμηνος, ἑξαμηνοβίος} Quod est sex mensium, vt Semestris Consulatus. Plin. epist. 69. Plin. maior lib. 10. cap. 25. Temporum magna differentia auibus: perennes, vt columbæ: semestres, vt hirúndines: trimestres, vt turdi & turtures: & quæ quum fœtum eduxêre, abeunt, vt galguli, vpupæ.

Semestrem vitam excedere. Plin. lib. 8. cap. 39.

Semestris Dictatura. Liu. 4. ab Vrbe.

Semestris Censura. Liu. 4. ab Vrbe.

Infans semestris. Liuius Decad. 3. lib. 1. non ita procul à fine.

Semestre regnum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 197, Sed tamen ea pone ante oculos, iam intelligere id regnum vix semestre esse posse.

Semestria D. Marci, in libris Ciuilis iutis, sic accipienda sunt, quæ in semestribus consiliis constituta ab eo, & referipta erant. Augustum quoque semestria sibi consilia instituisse Suetonius in eius vita scribit. Vide Dionem lib. 53. l. 46. De pactis in P. l. vlti. De seruis exportan. l. 12. de acquir. hæredit. §. Item Diuus. de excusat. tutorum, libro 1. Institutionum Ciuilium. Erat enim molestum D. Principi annum totum miseris hominum controuersiis hærere: itaque sufficere visum est, si semestre tempus litibus diiudicandis incumberet.

Semesus, penult. prod. Adiectiuum {ἡμίβρωτος} Semicomestum. Eadem enim forma dicitur qua ambesum & comesum. Sueton. in Tiberio, cap. 34. Solennibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit. Virg. 8. Æneidos,

Ossa super recubans antro semesa cruento.

Frusta lardi semesa. Horat. 2. Serm. saty. 8.

Membra semesa. Silius lib. 6.

Prædæ semesa. Virg. 3. Æneid.

Pisces semesi. Horat. 1. Serm. saty. 3.

Semet {ἑαυτὸν} Pronomen accusatiui, vel ablatiui casus, à suimet genitiuo. Sueton. de Claris grammat. Ab semet nominatus. Plinius de Viris illust. Mox à Sylla Pergami oppressus, corrupto exercitu desertus, semet occidit. Liu. 2. ab Vrbe, Timens scisciti vter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset.

Semhammemphoras, apud Rhabbennum, id est nomen expositum, de Dei optimi Maximíque nomine. Moses Ægyptius in libro More: Omnia (inquit) nomina creatoris & opificis, in libris omnibus inuêta ab effectibus deriuata sunt, præter vnum illud Ichoua, seu Ichuhe, quod est nomen peculiare Creatori altissimo: & propterea vocatur Semhammemphoras, id est nomen expositum.

Semianimis {ἡμίψυχος} & cætera à semis, siue semi composita, Vide SEMIS.

Semigro, semigras, penult. corr. {ὑποκινῶ} Semigrare, Idem quod Migro, vt Semigrare ab aliquo. Cic. pro Cælio, Reprehenditis, à patre quòd semigrarit: quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendendum est, qui quum ex Reipub. causa iam esset mihi quidem molestum, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus, & per ætatem magistratus petere posset: non modò permittente patre, sed etiam suadente ab eo semigrauit.

SEMIGVNTVS, Segesti filius Cheruscorum ductor, à Germanico bello captus & ostensus, tractus est in triumphum. Strabo lib. 7.

Seminarium, Semínium, Semino, Vide SEMEN.

SEMIRAMIS, penult. cort. huius Semiramis & Semiramidis {σεμίραμις} vnde accusatiuum Semiramin vel Semiramidem facit. Fuit nomen Assyriorum reginæ, Nini regis vxoris, quæ mortuo viro res præclaras gessit. De hac prudentissima, & viri nomine digna fœmina lib. 3. Diodorus, Iustinus, Orasius, Eusebius, Augustinus, Iosephus, Philostratus, scripserunt & alij. Ea mulierum omnium, quarum ex historia ad nos perlata notitia est, longè celeberrima: quámque cum Cyro præcipuè Alexander admiratus fertur, quòd in illa & magnitudo quædam animi, & rerum claritas plurima emicuisset: quum sibi iam magno natu monumentum, in quo perfuncta humanis recondereretur, struxerat, inscriptionem eiusmodi exsculpendam curasse dicitur. Quicunque ex regibus pecuniæ inópiam senserit, conditorio recluso sumat inde quicquid visum fuerit. Id quum legisset Darius, vt qui auri foret auidior, sepulchrum iussit recludi sed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, in eas autem incidit literas, Ni malus vir fores, & pecunia prorsum inexplebilis, non vtique mortuorum loculos moueres: exprobratione lepida in sacram auri famem, vt eminentissimi authores tradidere. Hæc Cælius Rhodiginus lib. 23. cap. 5. ex Plutarchi Apophthegmatis. Verùm eadem impudica & mollis fuisse traditur, vtpote quæ filij concubitum expetierit, & equum vsque ad coitum adamasse dicatur. Semiramis, lingua Syriaca, auem significat. Nâque ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Vide Derceto. Scribit Valerius Maximus lib. 9. cap. 3. Dum die quodam circa cultum corporis occupata esset, & nuntiaretur ei Babylonem defecisse, soluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in suam potestatem redegit. Iuuenal. Satyra 2,

Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe. Propert. libro 3. ecloga 11. Si tamen Eroticum Plutarchi legeris Semiramin ancillam fuisse inuenies, quæ Ninum interfici iussit, præcario accepto sceptro.

Semiramius, Adiectiuum {σεμιράμιος} Claud. 5. Paneg.

Nostra

Nostra Semiramiæ timeant insignia turres.

Sanguine Semiramio cretus. Ouid. 5 Metam.

Semis, vel potius semi, indeclinabile {ἥμισυ} Dimidium significat, & melius desinit in semi: quo extra compositionem rarò vruntur: vt Semiuius, à Græco deducitur ἥμι &, S, habet pro aspiratione Græca. Festus.

Semis, semodius, semuncia: ex Græco trahuntur, sicut & alia nonnulla, quæ, S, literam pro aspiratione eorum habent, vt ὑπνος, septem: ὕλη, sylua: sic ista ab eo, quod illi dicunt ἥμισυ, declinata sunt. Paulus apud Festum Pompeium.

Semiambustus, Adiectiuum. Sil. lib. 2,

Semiambusta iacet nullo discrimine passim,
Infœlix obiens permisto funere turba.

Semianimis, & hoc semianime, penult. corr. & interdum Semianimus, semianima, semianimum {ἡμίψυχος, ἡμιθνὴς} Quasi exanimatus. Plin. de Viris illustr. Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus & sanatus, magno posteà terrori hostibus fuit. Liu. ab Vrbe, lib. 1. Vbi tolletes corpus semianime virginis. Sic 8. bell. Punic. Quum turbam fœminarum, puerorúmque imbellem, inermem ciues sui cæderent, & in succensum rogum semianima pleráque iniicerent corpora, &c.

Media procubuit domo semianimis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Artus semianimes. Ouid. 14. Metam.

Clamor semianimis. Stat. 8. Thebaid.

Equi semianimes voluuntur. Virg. 11. Æneid.

Attollere terra semianimem heram. Lucan. lib. 8.

¶Semianimus antiqué. Cic. 1. de Diuinatione,

Arboris è trunco serpentis saucia morsu,
Subigit ipsa feris transfigens vnguibus anguem
Semianimum, & varia grauitet ceruice micantem. Ex Ennio. De aquila.

Corpore semianimo languida membra. Lucret. lib. 6.

Semiapertus, Adiect. {ἡμιανοικτος.} Liuius 6. bel. Pun. Paucos ex multis trepida fuga incendentes, semiapertis portarum foribus in vrbem compulit.

Semiassus, Adiectiuum {ἡμίοπτος.} Cic. 1. Tuscul.

Heu reliquias semiasti regis denudatis ossibus, Ex poeta.

Semibos, penult. corr. semibouis {ἡμίβους.} Ouid. 4. Trist. eleg. 6,

Centimanúmque Gygen, semiboúmque virum.

Semicaper, pen. corr. semicapri. Ouid. 5. Fastorum.

Semicaper coleris succinctis Faune Lupercis.

Deus semicaper. Ouid. 4. Fast.

Pan semicaper. Ouid. 14. Métam.

Semicinctium, semicinctij {ἡμίζωστον} quod & Ventrale dicitur, Vulgò *Demi-ceint*, quod medium hominem cingat. De hoc est illud Martialis apophoretum lib. 14. disticho 153,

Det tunicam diues: ego te præcingere possum,
Essem si loculos munus vtrumque datem. Alij semicinctium vestem breuissimam interpretantur.

Semicirculus, pen. corr. {ἡμίκυκλος} Medius circulus. Columel. libro 5. cap. 2. Cic. lib. 5. de Fin. Quúmque non habeant ex doctrina oblecta tiones, circulos aliquos, & semicirculos consectari.

Semicircularis, penultima prod. Adiectiuum {ἡμικύκλιος} Quod habet mediam circuli formam. Columel. libro 5. cap. 2, Semicircularis agri forma.

Semicirculatus, penult. prod. Adiectiuum. Celsus lib. 7. cap. 26. titulo 2, Ferramentum fecit rectum in summam partem labrosum, in imam semicirculatum acutúmque.

Semicoctus, Adiectiuum {ἡμίεφθος.} Plin. lib. 18. cap. 11, Ex tritico candidissima atque grandissima eligunt grana, & semicocta in ollis. Colum. lib. 8. cap. 5, Semicoctum ordinem. Et apud Plin. lib. 22. cap. 25, Semicocta aqua.

Semicorporalis, & hoc Semicorporale, penult. prod. Firmic. lib. 2. cap. 12. Aries est signum in cœlo masculinum, semicorporale, oculis languidis, erraticum.

Semicorporeus, semicorporea, semicorporeum. Firmicus lib. 2. cap. 12, Cancer signum est in cœlo fœmininum, mobile, semicorporeum, irrationale. Rursus ibid. Libra signum est in cœlo masculinum, mobile, semicorporeum, rationale.

Semicremus, pen. corr. Adiect. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Semicremóque nouat repetitum stipite vulnus. Id est, qui dimidia ex parte crematus erat.

Semicrematus, pen. prod. Adiect. {ἡμίκαυτος} vt Membra semicremata. Ouid. in Ibin. Et Martialis, lib. 11,

Thuráque de medio, semicremata rogo.

Semicrudus, pen. prod. Adiect. {ἡμίπεπτος.} Colum. lib. 6. cap. 26, Si iam tali vitio laborant, lupini semicrudi córeuntur, & offæ saluiati more faucibus ingeruntur. Stat. 4. Sylu 9.

Quid si cùm bene mane semicrudus
Illatam tibi dixero salutem?

Semicubitalis, & hoc semicubitale, pen. prod. Liu. lib. 2. Decad. 5. vt palmæ spiculum hastili semicubitali infixum.

Semideus, Adiectiuum {ἡμίθεος.} vt Canes semidei. Lucan. lib. 8,

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideósque canes. Anubim intelligit.

Genus semideûm. Ouid. in Ibin,

Vos quoque plebs superûm Fauni, Satyrísque, Larésque
Fluminúque, & Nymphæ, semideúmque genus. Deos indigetes significare putatur poëta.

Reges semidei. Stat. 2. Achil.

Semidoctus, Adiectiuum {ἡμιμαθὴς.} Cic. 2. de Orat. Hæc vt & properans & apud doctos & semidoctos ipse percurro, vtaliquando ad illa maiora veniamus. Plautus Asinaria 5,

Culpa tua isthæc, quæ discipulum semidoctum abs te semoues.

Semiermis, & hoc semierme {ἡμίσπλος} Partim tantùm armatus. Liu. 5. bel. Punic. Haud dubia res est, quippe inter Anabalem ducem & centurionem, exercitúsque, alterum vincendo veteranum, alterum nouum totum, & magna ex parte etiam tumultuarium & semiermem. Ibid. lib. 2, Binis in castris quum multitudo semiermis sine ducibus esset, &c. Dicitur & semermis vt Decad. 3. lib. 10, Ex agrestium semermi turba.

Semifactus, Adiectiuum {ἡμιεργασμένος.} vt Opera semifacta. Tacitus libro 15.

Semifer, pen. corr. Adiectiuum {ἡμιθήρ, ἡμιθηρίος.} Ouid. 2. Metamorphoseos,

Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Lætus erat. De Chirone Centauro. Plinius libro 8. capit. 57,

Semiferum & ipsum animal cui viuaria in doliis idem qui apris instituit.

Caput semiferum panis. Lucret. lib. 4.

Corpus semiferum. Valer. 6. Argon. Cic. 2. de Nat. deorum.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Ex Arato.

Fremitus virorum semiferi. Valer. 6. Argon.

Lupi semiferi. Valer. 1. Argon.

Pectus semiferum. Virg. 10. Æneid.

Species hominum semiferæ. Lucret. lib. 2.

Semiformis, & hoc semiforme {ἡμίμορφος.} Colum. lib. 4. cap. 25, Cui superposita semiformis lunæ species, securis. Idem libro 8. cap. 5. Pullíque semiformes interimuntur, antè quàm totis partibus suis consumentur.

Semifultus, Adiect. {ἡμιστήκτος.} Martialis lib. 5,

Subsellióque semifultus extremo, &c.

Semigermanus, pen. prod. Adiectiuum {ἡμιαδελφογνήσιος.} Liu. 1. bel. Pun. Vtique quum quæ ad Apenninum ferât obsepta gentibus semigermanis fuissent.

Semigræcus, Adiectiuum {ἡμιέλλην.} Varro 2. de Re rust. cap. 1. Vt semigræcis pastoribus dicam Græcè.

Semigrauis, pen. corr. Adiectiuum {ἡμιβαρὺς.} Liu. 5. bel. Pun. Quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraues potabant.

Semihomo, penultima correpta semihominis {ἡμίανθρωπος.} Columella libro 10,

Quamuis semihominis vefano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstámque cicutam.

Semihomo Cacus. Virg. 8. Æneid.

Nasamones semihomines. Sil. lib. 11.

Semihora, semihoræ, penul. prod. {ἡμιώριον.} Cicero pro Rabirio perduellionis reo, Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ, temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato & constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum coegisti, parebitur, & quod iniquissimum est accusatoris conditioni, & quod miserrimum inimici potestati.

Semiiugerum, semiiugeri, pen. corr. {ἡμιπλέθριον.} Colum. lib. 5. cap. 1. At Galli candetum appellant in areis vrbanis, spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum c 1. quod aratores eadetum nominant: semiiugerum quoque arepennem vocant. Idem lib. 4. cap. 18, Vel in semiiugera omnibus modis ditimatur.

Seminanis, & hoc Seminane, pen. prod. pro semiinanis. Plin. lib. 2 cap. 18, Itaque in quadrato solis diuidua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso. De Luna.

Semilacer, penult. corr. Adiectiuum {ἡμιέφακτος.} Ouid. 7. Metamorphoseos,

Ille cruore fluens, subitò tamen alleuat artus,
Semilacérque toro tentat consurgere.

Semiliber, pen. prod. {ἡμιαθέτητος.} Cic. ad Attic. lib. 13. 286, Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus.

Semilixa, semilixæ, masc. gen. {ἡμιπανδοχεύς.} Liuius 8. bell. Punic. Sed illi primùm non Annium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium Tribunum militum secuti sunt.

Semimadidus, penultima corr. Adiectiuum {ἡμιβρεγὴς.} Columella libro 2. cap. 4, Ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

Semimarinus, pen. prod. Adiect. {ἡμιάλιος.} Lucret. lib. 5,

Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas. Tanquam canes, Scyllam circunlatrantes, sint partim pisces, partim terrena animalia.

Semimas, pen. corr. semimaris, pen. corr. m. g. {ἡμιάρρην.} Castratus, Euiratus. Varro 3. de Re rust. cap. 9, Capi semimares, quod sunt castrati. Liu. 1. bel. Maced. Ante omnia abominati semimares, iussíque in mare extemplò deportari.

Ouis semimas. Ouid. 1. Fastorum,

Semimaris flammis viscera libat ouis.

Semimares, dicuntur etiam androgyni. Ouid. 7. Metam. de Hermaphrodito,

Ergo vbi se liquidas, quò vir descenderat, vndas
Semimarem fecisse videt, &c.

Semimithra, semimithræ, quæ vox reperitur apud Iurisconsultum, tanquam dimidium mithræ est. Est enim minor quædam mithra, vt semicinctum antè explicauimus. Quæ enim similis & geminæ formæ sunt, ex proportione parem explicationem desiderant. Turnebus.

Semimortuus, Adiect. {ἡμιθανὴς} vt Membra semimortua. Catul. ad Licinium, 47.

Semineeis, semineci, semenecem, semineee, pen. corr. {ἡμιανὴκτος} Semimortui, parum adhuc viuentis post acceptum vulnus. Liu. 9. bell. Pun. Tandem postquam ij qui circa regem semineeem restarent, deinde pilo terræ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. Ibidem lib. 3. Semineeem eum ad Cannas in aceruo cæsorum corporum inuentum, curatúmque benignè etiam cum donis Annibal domum remiserat.

Artus semineees. Ouid. 1. Metam.

Oculi semineces. Ouid. ad Liuiam.

Semiiudus, pen. prod. Aduerb. { ἡμιγυμνος. } Liu. 9. ab Vrbe, Primi Consules propè seminudi sub iugum missi, tum vt quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectus. Idem 1. bell. Maced. Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes consuetior, & vagus, & propè seminudus, genere armorum veliti Romano parmam gladiumque habenti.

Sémipaganus, pen. prod. Adiect. { ἡμικώμητης } Persius in Prologo,
-ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum. Vide Paganus in PAGVS.

Sèmipater, penult. corr. semipatris, penult. corr. { ἡμίπατρος } Ouidius 6. Fastorum,
Quærebam nonas Sancto, Fidióne referrem,
An tibi semipater. tunc mihi Sanctus ait, &c.

Semipes, pen. corr. semipedis, penult. corr. m. g. { ἡμίπους. } Colum. lib. 3. cap. 19, Paulò minor dodrante, longior vtique semipede. Plin. lib. 12. cap. 19. Varro 3. de Re rust. cap. 8, Infimum ordinem oportet abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad camaram ad semipedem.

Semipedalis, & hoc semipedale, penultima prod. { ἡμιποδιαῖος } Quod medij pedis longitudinem habet. Plin. libro 13. cap. 4, Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem. lib. 36. cap. 25, Materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam exigitur.

Semiplacentinus, pen. prod. Adiectiuum { ἡμιπλακουντῖνος. } Cic. in Pisonem, Quum esses interrogatus quid sentires de Consulatu meo, gratis author, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius semiplacentinus Caluentius, respondes, altero ad frontem, &c.

Semiplenus, penult. prod. Adiectiuum { ἡμίπλεως. } Liu. 5. bel. Pun. Qui improuisò adorti semiplenas stationes, & adaperras fores portæ. Cic. 7. Verrin. Semiplenæ naues. Et apud Columel. lib. 5. cap. 5. Semiplenæ scrobes.

Semiputatus, pen. prod. Adiect. { ἡμιτεταδότος. } vt
Vitis semiputata. Virg. 2. ecloga,
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.

Semiquinarius, Adiectiuum { πενταημερικὸς } Semiquinaria diuisio est quum in scandendo quinque pedes per dimidium diuiduntur, ita vt post duos pedes, vltima dictionis superst, vt Armavi, rúmqueca, no. Semiseptenaria autem diuisio, quum post tres primos pedes syllaba similiter relinquatur dictionem terminans: vt Armavi, rúmqueca, no Troiæ.

Semirasus, Pro eo qui est extremæ vltimæque conditionis & sortis. Nam seruitia, præsertim quæ in machinis habebantur, ergastulis, pistrinis, semirasa erant. Apuleius, Frontes literati, & capulum semirasi, & pedes annullati. Catullus,
A semiraso tonderetur vstore. Id est, extremæ sortis viro. Turnebus.

Semireductus, Adiectiuum { ἡμιαναβὰς. } Ouid. 2. de Arte,
Protegitur læua semireducta manu. Id est Semicontractæ.

Semirefectus, Adiectiuũ { ἡμιανασκεύαστος. } vt Classis semirefecta. Ouid. epist 7,
Et socij requiem poscunt: laniatáque classis
Postulat exiguas semirefacta moras.

Semirutus, pen. corr. Adiect. { ἡμικαθὼς } Quasi semidirutus. Liu. 2. bel. Maced. Purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat. Et lib. 8. bell. Pun. Semiruta castella.
Semiruta ac spoliata patria, Ferè deleta. Liu. 6. bell. Pun. Quum vbi semiruram ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam, &c.
Tecta semiruta. Lucan. lib. 1,
At nunc semirutis pendent quòd mœnia tectis.
Vultus semiruti. Stat. 1. Syl. 3.

Semisenex, penult. corr. vel semisenex, antiquè { ἡμιγέρων. } Plautus Milite 10,
O lepidum semiseneum, næ si quas memorat, virtutes habet.
Quædam exemplaria semisenem legunt.

Semisepultus, Adiectiuum { ἡμιθαμὴς } vt Ossa semisepulta. Ouidius epistola 1,
Semisepulta virûm curuis feriuntur arattis
Ossa: ruinosas occulit herba domos.

Semisomnus, Adiect. { ἡμίυπνος } Ferè adhuc dormiens, neque vixdum experrectus satis. Plaut. Curcul. 3,
Vini pollens lepidus Liber: qui screanti tibi
Siceræ, semisomnæ potionem affert. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. Quum illi interessè qui re ibi reliquerunt, spectarent communes mimos semisomni. Liu. 10. bell. Maced. E comitio & comessatione propè semisomnus raptus sum ad causam parricidij dicendam. Tacit. lib. 1. Sine vulnere milites, qui semisomnos, inermes, aut palantes cæciderant.

Semisomnis, & hoc semisomne, Idem. Cic. 7. Verr. Confirmant ipsi se, eùm is etiam tum semisomnis stuperet, arma capiunt. Liu. 7. bell. Maced. Spaisos per negligentiam & semisompnes propè adorti sunt.

Semisonarius, Qui crotalia sonitat, quæ veluti medij tintinnabuli formam gerit. Plaut. Aulul. 15,
-sarcinatores petunt,
Scropharij astant, semisonarij. Sunt qui legunt semizonarij.

Semisopitus, pen prod. Adiect. { ἡμικοίμητος. } Liu. 5. bell. Pun. Pars semisopitos hostes cædunt. Ouid. 1. Amor. eleg. 14,
Purpureo iacuit semipositus toro.

Semispathium, semispathij { ἡμισπάθιον } Breuior ensis, quasi dimidiata spata.

Semisupinus, pen. prod. Adiectiuum { ἡμιανάπτης } Martialis lib. 6,
Ampullis potas semisupinus aquam. Ouid. 3. de Arte,
Quum iacet in dextrum semisupina latus.

Semitritus, penult. prod. Adiect. { ἡμιτριβὴς. } Colum. lib. 1. cap. 6, Huic autem subilarium applicari debet, maximéque in Italia propter inconstantiam cæli, quo collocata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

Semiuictus, pen. prod. Adiectiuum, Mollis, ferè consumptus. Colum. lib. 12. cap. 16, Alij foliis vitigineis, nonnulli plataninis semiuictas vuas conteguntˌ & ita in amphoras recondunt. *Demi flestrives.*

Semiuir, pen. corr. semiuiri, pen. corr. { ἡμιάνηρ. } Ouid. epist. 9,
Semiuir occubuit vi, Lerniferóque veneno Nessus.
¶Semiuir, pro effœminato. Liu. 3. bell. Maced. Errare vt ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiuiros crederent. Virgil. 4. Æneidos,
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu. Ouidius 4. Metamorphoseos,
Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis subitò mollescat in vndis.
Chorus semiuir. Sil. lib. 17. De sacerdotibus Cybelles.

Semiuiuus, pen. prod. Adiectiuum { ἡμιζωὸς } Cic. in Pisonem, Qui non admurmuratione, sed voce & clamore abiecti hominis & semiuiui, &c. Idem 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, Populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum, semiustum reliquit.
Semiuiua vox. Cic. pro Sestio, Et quum erat reclamatum semiuiuis mercenariorum vocibus, &c.

Semuncia, semunciæ { ἡμιουγκία } pro Semiuncia. Persius Satyra 5,
-sed nullo thure litabis,
Hæreat in stultis breuis vt semuncia recti. Cic. pro Cecinna, Facit heredem ex deunce & semuncia Cecinnam. Columel. lib. 5. cap. 1, Pars vicesimaquarta, pedes mille ducentos. hoc est semuncia, in qua sunt scrupula duodecim.

Semuncialis, & hoc semunciale, penult. prod. { ἡμιουγκιῶδες } Quod ad semunciam pertinet. Plinius lib. 33. cap. 3, Mox lege Papyriana semuncialesˌ asses facti.

Semunciarius, Adiectiuum, Idem { ἡμιουγκιαῖος. } Liu. 7. ab Vrbe, semunciarium tantùm ex vnciario fœnus factum.

Semiustus, Adiectiuum. Liuius Decad. 3. lib. 2. Se populare incendium priore Consulatu semiustum effugisse.

Semiustulandus, Adiectiuum { ἡμικαυτέος. } Sueton. in Tyberio Cæsare, capite 75, Corpus vt moueri à Miseno cœpit, conclamantibus plerísque Atellam forius deferendum, & in amphitearro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematúmque publico funere.

Semiustulatus, pen. prod. Adiectiuum { ἡμίκαυτος } Idem quod Semiustus. Cic. pro Milone, Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicum eiecisti, tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infœlicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Semustus, Adiect. { ἡμίκαυτος } pro Semiustus: vt
Pax semusta. Ouid 4. Fast.
Corpus semustum fulmine. Virg. 5. Æneid.
Membra semusta. Lucan. lib. 9.
Robora semusta. Lucan. lib. 8.

Semisis, huius semissis, m. g. { ἥμισυ } Idem quod Semis. Cic. Attic. lib. 15. 330, Sed ficubi inciderit, de Talliano semisse Maximam adhibebis, vt scribis.
Semisis, Monetæ pars. Lampridius de Alexandro principe Romano loquens, Vectigalia (inquit) publica in id contraxit, vt quì decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam, parrem aurei præstarent, hoc est tricesimam partem. Túnque primùm semisses aureorum formari sunt: tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses: dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quòd minus non posset, quos quidem iam formatos in moneta derinuit, expectans vt si vectigal contrahere potuisset, & eos ederet. Sed quum non potuisset, per publicas necessitates, conflare eos iussit, & tremisses tantùm, solidósque formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atque amplius vsque ad quinquagenarias quoque & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit, neque in vsu cuiusquam versari. atque ex eo iis materiæ nomen inditum est, quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos minores dare posset, dans decem vel amplius vna forma triginta & quinquaginta & centum dare cogererur. Ex his verbis Lampridij, quæ vulgò corruptissimè leguntur, facilè intelligimus, solidos primùm dictos esse aureos nummos, certi cuiusdam, susque ponderis quasi integros. Erant dimidiati aurei, & tertiarij, à tertia parte dicti, qui semisses tremissésque dicebantur: quemadmodum binarij, ternarij, quaternarijque, & deinceps sic dicti sunt, qui binos aureos & ternos, & quaternos, denósque penderent. Sic intelligendi tremisses, in l. Iubemus, De erogatione mil. an. lib. XII. Cod. Trientales autem Latiné dici possent. Hæc Budæus. Cic. pro P. Sest. Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberentur: vt remissis semissibus & trientibus, quinta propè pars vectigalium tolleretur.
Homo semissis, Dicitur homo vilis, & quasi semihomo: sicut semissem semiassem dicimus. Varinius Ciceroni, lib. 5. 10, Simius, non semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Semissis, Adiectiuum, vt Homo semissis, Dicitur homo vilis, & quasi semihomo: sicut semissem semiassem dicimus. Varinius Ciceroni lib. 5. 10, Simius, non semissis homo, contra me arma tulit, & eum bello cepi.
Vsura dicitur semissis, quoties de centum nummis senus nummus vsuræ nomine percipitur. Capitolinus in Alexandro, Trientarium fœnus ait eum vt æquissimum & leuissimum exercuisse ad vsum Reip. Hæc Budæus. Plin. libro 14. cap. 4. Ex his tamen vsura multiplicata semissibus. Sæuol. in l. Qui semisses. D. De vsur. & fructib. Qui semisses vsuras promiserat, &c. Semissis vsura (ait Paulus Manutius) est, quum pro centum assibus (assis autem ad nostratis pecuniæ rationem redactus quadrantes æreos tres efficiet)

semis assis, id est dimidius assis, singulis mensibus penditur. Quòd si ad annuam vsuram, subducamus, asses sex in anno pendentur. Quum igitur pro centum nummis aureis dimidius nummus aureus in mense pendetur: si hæc summa in asses diuidatur, pendi pro centenis assibus dimidium assem repetietur. Itaque semissis semper dicetur, quum pro centum nummis, siue argenteis, siue magni pretij, siue parui, dimidius vsuræ nomine pendetur.

Semissalis, & hoc semissale, Adiectiuum pen. prod. Modestin. in l. Septritia. D. De pollicitat. Septitia certamen patriæ suæ pollicendo, sub hac conditione pollicita est, vti sors apud eam remaneret, & ipsa vsuras semissales ad præmia certantium exsolueret.

Semissarius, a, um. Semissarius coheres, apud Florentinum in l. Legatum. 116. De legat. libro 1. Pandect. lib. 30. A coherede vero semissario (inquit Florentinus) duobus extraneis concurrentibus non amplius tertia parte.

Semitogium, gij, Breuis & quasi dimidiata toga, à quo semitogatus, ἡμιτόγιον.

Semiuocalis, quod proximè ad vocalem literam sono accedat. Earum semiuocaliũ meminit Plutarchus in Sympofiacis, quarum numero sex sunt, vt ex Grammaticorum regulis cuicunque cognitum est.

Semizonarius, qui semizonia, siue semicinctia conficit. Plautus Aulul. Strophiarij astant, semizonarij, &c.

Semita, semitæ, pen. corr. { τρίβος, ἀτραπὸς } Quasi semiiter, arcta via, siue dimidia via. Plaut. Casina. 3,
Post id locorum, quando ad villam veneris,
Dabitur tibi amphora vna, & vna semita.
Fons vnus. Cæsar 7. bell Gall.
Ferri semitis. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Velox semita Lunæ, pigra Saturni. Id est, cursus, vel motus. Claud. 2. Paneg.
Semitam pro Via. Cic. in Verr. act. 4, Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua via modò visa est exire ab isto, eadem semita reuertisse.
Rara per occultos ducebat semita calles. Virg. 9. Æneid.
Spumea subsequitur fugientis semita claui. Valer. 2. Argon. Id est, vestigium gubernaculi nauis abeuntis. Præcedit enim,
Iam remi rapuere ratem, iam flumina portant. Dein sequitur,
Spumea, &c.
Viæ fallentis semita. Vita occulta & solitaria. Horat. 1. epist. 19.
¶In semitam rectam deorum reuerti, metaphoricè dicitur à Plauto Cista 10,
Nunc pol ego deorum in rectam redij semitam.
¶Semitæ sunt in vrbe, qui limites etiam dicuntur. Inde

Semitalis, & hoc semitale, pen. prod. vt Semitales dij, semitarum præsides. Author eius Iambici quod est inter obscœna carmina, cuius titulus est, De Sabino,
Neque vlla vota semitalibus Deis
Sibi esse facta.

Semitarius dictus, Qui semitas percurrit. Catull. ad Contubernales, 35,
Omnes pusilli & semitarij mœchi.
Semitarios mœchos vocat, qui vulgaria scorta & in semitis prostitutra sectantur.

Semitatim, Aduerbium, Per semitas. Titinnius, Ita semitatim effugi, & effugi patrem.

Semito, semitas, pen. corr. semitare, Eo modo dictum quo Limitare. Plin. lib. 17. cap. 22, Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliísque transuersis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quot decumano limitari. Semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur.

Semiuiuus, Semiustus, & cætera à Semis composita, Vide in SEMIS.

SEMNESERTEVS, Rex fuit Ægypti, quo regnante Pythagoras nauigauit in Ægyptum: Vide Plin. lib. 36. cap. 9. qui de eo in hunc modum adnotat, Is autem obeliscus, quem Diuus Augustus in circo magno statuit, excisus est à rege Semneserteo, quo regnante Pythagoras in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum, & dodrantis, præter basim eiusdem lapidis. Is verò qui est in campo Martio, nouem pedibus minor, à Sesostride. Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera philosophiæ continent.

Semnion, Herba à Magestate sic dicta, Pauonis picturis similis, odore eximio. Hanc à Persarum regibus comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatémque mentis commemorant. Theombrotium à Plin. lib. 14. cap. 17. appellatur.

Semodius, semodij { ἡμιμάδιος } Quasi semimodius. Iuuenalis Satyra 14,
-& tamen vno
Semodio scobis hæc emundat seruulus vnus. Colum. lib. 2. cap. 11. Martialis libro 7. 52, Semodiúsque fabæ cum vimine picenarum. Plin. lib. 18. cap. 9, Præterea floris semodium.

SERMONES, inquit Fulgentius, dici voluerunt deos, quos nec cælo dignos adscriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Hippona, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent pro gratiæ remuneratione, sicut Varr. in Mystagog. ait,
Semonéque inferius derelicto
Deum pennato atollam orationis eloquio. Hæc ille.

Semoueo, semoues, pen. corr. semoui, semotum, pen. prod. { ἀποκινῶ } semouere. Seorsum mouere. Plaut. Asin. 5,
Culpa tua ist hæc, quæ discipulum semidoctum abs te semoues. Terent. And. 1. 5.
Semouere & segregare. Cic. de Arusp. resp. Itaque qui anteà voce præconis à liberis semouebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos segregabant.
A contemplatu mali semoueo me. Ouid. 5. Trist. eleg 8.
Semouere à disciplina. Cicero 1. Acad. Nam Stratο eius auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semouendus est.
Semouenda est igitur voluptas, non solùm vt recta sequamini, sed etiam vt loqui deceat frugaliter. Cic. 2. de Fin.

Semotus, pen. prod. Partic. { διακεκριμένος. } vt
A curis semotus. Lucret. lib. 1.

Semper, Aduerbium temporis { ἀεὶ, αἰεὶ, εἰσαεὶ, διαπαντὸς. } Terentius Andr. 4. 5,
Rectè ego semper fugi has nuptias. Cic. 1. Tuscul. Quod semper mouetur, id æternum est. Idem 1. Offic. Ea quum tempore commutantur, commutatur officium, & non semper est idem.

Semperflorens, Adiectiuum, vt Semperflorens Homerus. Lucret. lib. 1, Vnde sibi exortum semperflorentis Homeri
Commemorat speciem.
Semper-lenitas, Vnica dictio, authore Donato. Terent. And. 1. 2,
Mirabor hoc si sic abiret: & heri semper-lenitas
Verebar quorsum euaderet.

Sempiternus, Adiect. { ἀΐδιος } quasi perpetuus, & quod semper durat. Plaut. Mercat. 7,
Homo me miserior nullus est, æquè opinor, neque aduorsa cui
Plura sint sempiterna. Terent. And. 5. 5. Cic. 2. Acad.
Ratio perfecta & sempiterna. Sic ibid. 4.
Gloriæ sempiternæ per aliquem commendari. Cic. Luc. lib. 5. 12,
Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim.
Potentia sempiterna. Tacit. lib. 3.

Sempiternò, Aduerbium antiquum, pro semper, Pacuuius Medo,
Populóque vt Medum sempiternè sospitent.

Sempiternò, Aduerb. Solinus cap. 53, At iuxta Ilium Memnonis stat sepulchrum, ad quod sempiternò ex Æthiopia cæteruatim aues aduolant, quas Ilienses Memnonias vocant. Idem cap. 48, Tenacibus foliis sempiternò inumbrantur.

Semperuiuum, semperuiui, pen. prod. { ἀειζῶον } Herba. Plin. lib. 25. cap. 13, Aizoi duo genera, Maius in fictilibus vasculis seritur. Et paulo pòst, Alterum minusculum quod erithales vocant, alij tritales, quia ter floreat, alij chrysothales, aliqui isoetes: sed aizoum vtrunque, quoniam vireat semper, aliqui semperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plus quàm pollicari. Vulgus nostrum *Iouis barbam* vocat.

SEMPRONIVS { σεμπρώνιος } Senator Romanus: de quo Pomponius De origine iuris, l. Necessarium, sic ait, Sempronius quem Pop. Rom. σοφὸν appellauit: nec quisquam ante eum hoc nomine cognominatus est. Fuerunt autem plures Sempronij: de quibus multa apud Liuium.
Sempronij præclara gesserunt, quorum seriem legito apud Volaterranum lib. 19.

Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad custodiam frumenti publici. Festus.

SEMVRIVM, Campus erat Romæ propinquus, in quo, vt reor, templum erat Apollinis. Cic. in Antonium, Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: his quoque diuisit semurium. Macrobius de Acca Laurentia, Post excessum suum pop. Romano agros Thuracem, Samurium, Lincerium, & Solnoium reliquisse scribit. Hinc

Semurinus, Adiectiuum, vt Semurini campi. Martialis,
Campis diues Apollo semurinis. Sipontinus & Domitius aliter legunt, vt videre est, sed perperam, vt doctissimè Turnebus adnotauit.

Sena, Herba dissoluendo aluo vtilissima, quam egregiè depictam, vitibúsque illustratam tradit Matthiolus in Dioscoridis lib. 3. cap. 70, Is videndus, ne prolixiores, & pro Grammaticis medici videri esse velimus.

SENA, Britannici maris insula, Ossinicis aduersa litoribus, Gallici numinis insigne oraculum capiens, cuius antistites perpetua nobiles virginitate Gallicænas ædidere nomen, ingenij potestate, ac magici carminis vi in mari procellas dicuntur mirè concitare, sed & in quæ collibuerit animalia identidem sese afformare: quin & medicam prorsus manum respuentia, diuinitus persanare: futurorum item sibi vendicare scientiam, ac destinato ad eas profectis stipenda subinde præcinere. Cælius Rhodiginus lib. Lect. antiq 12. cap. 33, Quæ ille, suppresso nomine, ex Pomponio Mela De situ orbis lib. 3. cap. 6. de verbo ad verbum expressa extulit. Præceptor verò meus Adrianus Turnebus in notis ad Plutarchum De oraculorum defectu, non Gallicænas, aut, vt apud Pomponium Gallicenas, legi debere statuit: sed Galli Senas aut Zenas, distinctis verbis.

SENA { σήνα } Vibs Hetruriæ octingentis stadiis à Roma distans. Profertur etiam numero multitudinis Senæ, Senarum, de qua Plin. lib. 3. cap. 5.

Senaculum, huius senaculi, pen. corr. { βουλευτήριον } Vbi Senatores consultandi gratia consistebant. Valerius lib. 2. cap. 1. de mira constantia legatorum Romanorum, scribit Senatum apud senaculum habitare consueuisse, vt quum à curia vocaretur, præsto adesset. Festus, Senaculum, locus Senatorum.
Senaculum à loco & senatu dictum author est Paulus: Senacula tria fuisse Romæ, in quibus Senatus haberi solitus sit, memorię prodidit Nicottratus in libro, qui inscribitur, De Senatu habendo. Vnum vbi nunc est Ædes concordiæ inter Capitolium & forum, in quo solebant Magistratus de Republica eum senioribus deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exteratum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Festus.

Senarius, Vide SEX.

Senator, pen. prod. huius senatoris, m. g. { βουλευτὴς, συνέδριος } Vlpian. D. de Senatoribus. l. Nuptæ. dici senatores dicit qui à Patricijs & Consularibus vsque ad omnes viros illustres descendunt, quia hi soli

in ſenatu dicere ſententiam poſſunt. Appellatiſque ſunt ab ætate prouecta,quòd tales in principio in ſenatum electi fuêre. Feſtus,Senatores è ſenectute dici ſatis conſtat,quos initio Romulus elegit centum:quorum conſilio Remp.adminiſtraret. Itaque etiam Patres appellari ſunt,& nunc quum ſenatores adeſſe iubentur, quibúſque in ſenatu ſententiam dicere licet, quia hi poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum cœpêre, & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur ſenatores antequàm in ſenioribus ſint cenſi. Cic. 2.de Legib.Senatori tria iuſſa ſunt,Vt adſit. nam grauitatem res habet,quum frequens ordo eſt,Vt loco dicat:id eſt rogatus. Vt modo: ne ſit infinitus. Paſcebárque ſuas ipſe ſenator oues.Ouid.1.Faſt.

Senatori ab Vibe diutius abeſſe non licebat, niſi iure liberæ legationis impetrato.

Senatorius, Adiectiuum poſſeſſiuum {βουλευτικὸς} Cic.3. Verr.Socios, leges,Remp.ſenatorio conſilio maximè poſſe defendi.

Ætas ſenatoria. Tacit.lib.5.
Lex ſenatoria.Cic.pro Rabirio Poſthum.
Literæ ſenatoriæ.Cic.2.Offic.
Munera ſenatoria.Cic.1.Tuſc.
Ordo ſenatorius.Cic.pro Cluentio.
Potentia ſenatoria.Cic.ad Attic.lib.2.24.

Senatus, huius ſenatus & ſenati, pen.prod. {σύγκλητος, ἐκκλησία, βουλευτήριον} Tam locum in quem ſenatores conueniunt, quàm ipſos ſenatores ſignificat Cic.de Aruſp.reſp.Senatus princeps ſaluti,méque publicæ. Idem Sulpitio,lib.4.1, Atque ipſe ad te anteà ſcripſiſſe,te fruſtra in ſenatum,ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe venturum. Et 3 de Legib.Nam ita ſe res habet, ſenatus dominus publici conſilij,&c. Item 1 in Catil.Hic tamen viuit: viuit? imò in ſenatum venit publici conſilij particeps.

Senatus,primi ſententias in ſenatu à conſule rogabantur cõſules deſignati: ſi modò poſt conſularia comitia ſenatus haberetur: ſin antè rogabat conſul arbitratu ſuo, non quem vellet ex omni ſenatorum frequentia, ſed quem vellet è numero conſularium, & antiquæ conſuetudini dabatur,vt,quem ordinem interrogandi ſententias conſul calendis Ianuariis inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret.quo ordine, Cæſar,neglecto, primum Pompeium poſt affinitatem conſul rogare ſententiam cœpit, cum anteà Craſſum ſolitus eſſet. Quoniam autem cum deſignati conſules fuiſſent, ij ſententiam primi rogabantur: venit in mentem, quæri poſſe, vter ex ipſis deſignatis prior rogaretur. nec difficile eſt quærenti reſpondere. nam me quoque olim ex ipſa re in eádem dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem,obſeruatio vetuſti moris expediuit. Sciendum igitur,ſiue patricius,& plebeius,ſiue duo plebeij deſignati conſules eſſent, qui priore loco declaratus eſſet conſul, eum in magiſtratu priorem quoque ſententiam rogaſſe: ideóque rogauit in re Catilinaria non C.Antonius,ſed M.Cicero, quia conſul priore loco declaratus.nam genere pares erant, vtérque plebeius. & lib.1.epiſt. ad Attic.rogat ſententiam MP.upius Piſo conſul,ex familia plebeia M.Valerius Meſſala,etſi patricius,tamen non rogat. plebeius igitur anteponitur patricio. cur? quia priore loco declaratus conſul. Vter in magiſtratu prior rogaret, oſtendi.quo coniicitur, & vter rogaretur,cum deſignati eſſent. Ex noſtro commentario in epiſt. ad Atti. Legitimi habendo ſenatui dies erant, calendæ, nonæ, idus.reliquis diebus,modò comitiales non eſſent, haberi quidem ſenatus poterat, ſed certus neque lege, neque more ſtatutus erat dies. poſtium id erat in voluntate magiſtratuum. Ex noſtro commẽtario ad Qu. fratrem. Animaduerſione dignum eſt,quod legendo obſeruauimus: qui ex equeſtri ordine ſenatoriæ dignitatis ad gradum aſcendiſſent eos inter ſenatores quidem eſſe cenſos, vt, ſi quid ordine ſenatorio minus dignum admiſiſſent,ſenatu mouerentur, verùm eoſdem,cùm deinde equitum centuriæ recognoſcerentur inter equites, quandoquidem ipſi quoque equum publicum haberent, citatos eſſe,vt, ſi flagitium vllum, quod in equite Romano dedeceret, feciſſent, equum publicum amitterent. patet hoc apud Liuium quorum cenſorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cùm cenſus equitum ageretur, equum ademit: quos tamen antè, quum ſenatorum ſenſus ageretur,in recitandis ſenatorum nominibus eſſe lectos, dubitari non poteſt. Atque ego, huius generis ciues, minimè crediderim,ſua manu, vt cæteros equeſtris ordinis, equum per forum traduxiſſe. proprius enim eorum cenſus non in equeſtri,ſed in ſenatorio erat ordine: nec equeſtris ordinis, ſed ſenatorij dicebantur: nec ideò, quod equeſtris eſſent ordinis,quem,adepti ſenatorium amiſerant,ſed quia equum publicum haberent, inter equites citabantur.qui vero in ſenatum, etſi nondum à cenſoribus lecti, iure tamen magiſtratus, quem aut gererent, aut geſſiſſent, aditum haberent, eos video, ſi equites eſſent, equum publicum inter cæteros equeſtris ordinis ciues ante cenſores per forum traduxiſſe, nec inter ſenatores, cùm tamen irent in ſenatum, eſſe lectos. quod de Pompeio, qui poſteà cognomentum Magni eſt adeptus, à Plutarcho traditum obſeruauimus. is enim eques adhuc,nondum in ſenatum lectus,conſul ob virtutem ac ſingularia in Remp.merita,legitimam ætatem creatus (ſoluebantur enim legibus boni viri) equum publicum ipſe ad cenſores adduxit: præclarúmque fuit populo Romano ſpectaculum, cenſulem ſua manu equum publicum ducentem intuenti. Atque hæc, quæ diximus de ciuibus Romanis,& ex equeſtri ordine,& ex plebe in ſenatum lectis ita tradimus,vt ad reipub. tempora ſpectemus. nam regum ætate ſolis patriciis curia patuit: cùm tamen,quod Dionyſius Halicarnaſſeus docet,non omnes patricij ſenatores eſſent,ſed alij ſenatores,alij equites, alij de plebe. vt verè diceres: ſenator eſt, ergo patricius: non contrà: patricius eſt, ergo ſenator. & quanquam ex familiis tum patriciis, tum plebeiis ſenatus conſtaret, veteres tamen ita locuros animaduerti, vt de vniuerſo plane ſenatu nobilitatis nomen vſurparent: quia ſcilicet ſummus ordo ſenatus eſſet, cùmque adepti præter cæteros nobiles eſſe viderentur: quandoquidem ob virtutem,quæ nos ſola nobiles,ſola patricios,ſola reges verè facit,dignitas illa mandaretur.Hæc Paulus Manutius.

Princeps ſenatus.Vide PRINCEPS.

Senatus frequens diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda.Cic.Qu.frat.lib.2.9.

Grandeuus ſenatus.Lucan.lib.7.

Prætextus Senatus,à toga prætexta.Propert.lib.4.eleg 1.

Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,

Pellitos habuit ruſtica corda patres.

Purpureus ſenatus.Stat.lib.2.Sylu.de Lucano poëta,

Et doctos equites,eloquente

Cantu purpureum trahes ſenatum.

Sanctus ſenatus.Virg.1.Æneid.

Floreat,& claro cingatur Roma ſenatu.Claud.5.Paneg.

Cogere ſenatum,Conſules & ſenatores in conſilium conuocare. Cic.Metello,lib.5.2, Recordare cætera, quàm citò ſenatum illo die facta ſortitione coegerim. Et 3.de Fin.Quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi reformidans,in ipſa curia ſoleret legere dum ſenatus cogeretur.De Catone.

Conuocare,vel vocare ſenatum,Idem. Cic.Plancio,lib.10.12. Senatus eſt continuò conuocatus, frequénſque conuenit propter famam atque expectationem tuarum literarum. Idem Trebonio, lib.10.28,Nam quum Senatum ad XIII.Cal.Ianua. Tribunipl.vocauiſſent,déque alia re referrent, totam Remp.ſum complexus,&c.

Coeptare ſenatum,pro Senatum conſtituere. Cic.4.Verr. Quum haberent inter ſe controuerſias de ſenatu cooptando: leges à ſenatu noſtro petiuerunt.

Diſcedit ſenatus, quum ſenatores à Prætore miſſi facti,domum abeunt. Cic.Tuum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas.

Dare ſenatum alicui, Senatum cogere, ſuper deliberatione rei ad aliquem ſpectantis. Cic.ad Qu. fr.at.lib.2.15. Eodem igitur die Tyriis eſt ſenatus datus frequens.

Frequẽtem ſenatum efficere,pro Cogere, Cælius ad Ciceronem, libro 8.5. Marcellus idem illud de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit.

Expulſus ſenatus. Lucan.lib.5.

Extinguere ſenatum, Senatus authoritatem & dignitatem deprimere,vel Senatus authoritatem tollere.Cic.3.Offic. Noſtrum autem otium negotij inopia,nec tenuiſſe ſeendi ſtudio conſtitum eſt.Extincto enim Senatu, deletiſque iudiciis, quid eſt quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere poſſimus?

Haberi ſenatum,pro Senatum cogi. Cic.Lentulo,lib.1.4.Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Puppiam,id quod ſcis, non poteſt.Idem ad Qu.frat.lib.2.6. Conſequuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non potuit.

Legere ſenatum,Vide LEGO legis.

Lectus ſenatus. Ouid.1. de Arte,

In ſenatum legere,pro Senatorem facere. Cic. Valerio, lib. 13.59. Hoc autem tempore eum Cæſar in ſenatum legit:quem ordinem ille iſta poſſeſſione amiſſa tueri vix poteſt.

Mitti vel dimitti ſenatus dicitur, quando datur facultas ſenatoribus abeundi domum:quod à prætore apud Romanos fiebat his verbis. Nihil vos moramur Patres conſcripti, ad Qu. fratrem libro 2.Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me,miſſo ſenatu veſperi venit. Idem de Amicit. Quum ſenatu dimiſſo domum reductus ad veſperam eſt à Patribus Conſcriptis.

Monere ſenatu,& Ex ſenatu reiicere. Plin. de Viris illuſt. L. Flaminium Conſularem ſenatu mouit. Cic.pro domo ſua, Atqui Qu. Atinius patrũ memoria,bona Qu. Metelli,qui eum ex ſenatu Cenſor reiecerat,aui tui Qu Metelle tua P.Seruilij,& proaui tui,P.Scipio conſecrauit foculo poſito in Roſtris adhibitóque tibicine. Vide MOVEO.

Omni Senatu,Omni Senatorum coitione,Quoties congregantur Senatores.Plin.lib.15.cap.18.

Regere conſiliis ſenatum,Quintil.lib.2.cap.18.

Reuocare ad virtutem priſtinam ſenatum iam languentem & deſeſſum.Cic.Trebonio,lib.10.28, Senatum iam languentem & deſeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinémque reuocaui.

Eſſe ſenatum,pro Conuocari.Cic.ad Lentulum,lib.12, Eo die ſenatus erat futurus. Idem Cornificio,lib.12.25,Eo die non fuit Senatus,neque poſtero.

In ſenatum venire,pro Senatorem fieri. Cic.pro L.Flacco, Tenni vſque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit. Ibidem, Pari Fœlicitate vnà legatus Nicomedes,qui neq; in ſenatũ vlla ſedition ne peruenire potuit,& furti,& pro ſocio damnatus eſt.

¶Senatum conſilij in cor conuocare.Plaut.Amphit.8. Idẽ Epid.3, Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium. Hoc eſt,conſulam apud me quid agendum ſit.

Senatus decretum à Conſulto Ælius Gallus ſic diſtinguit, vt id dicat particulam quandam eſſe ſenatuſconſulti: vt cùm prouincia alicui decernitur,quod tamen ipſum ſenatuſconſulti eſt.Feſtus.

Senatuſconſulum, ſenatuſconſulti {δόγμα, διάταγμα, συγκλήτου} Id eſt,ſenatus ſententia,quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur vnuſquiſque ſententiam quam verbis efferebat. Aut per diſceſſionem,quando plerique idem ſentientes, in vnam partem pedibus ibant,ſicut teſtatur Gell. lib.3.cap.18. & lib.14.cap.7. Flauius Vopiſcus de Aureliano,Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, plerique verbo conſentientibus, condictum eſt ſenatuſconſultum. Cic.1.de Diuin. Vt audiuiſſes in monumento Marij de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatuſconſultum eſſe factum.Cæſar 1.bell.Gall.

Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italia aduehere.Plin.lib.8.cap.17.

Honorificum ſenatuſconſultum.Cic.4.Verr.

Magnificentiſſimum ſenatuſconſultum,Vide MAGNVS.

Senatuſconſultum facere contra aliquem.Cic.de Aruſp.reſp.

Senatuſconſultum facere de. Cic 3. Philip.Effugere feſtinans,ſenatuſcõſultum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, quum id factum eſſet anteà nunquam.

Senatulus mulierum ſenatus apud Cælium Rhodig. libro 13. capit. 33. dicitur.

SENECAE {ſenecæ} duo fuerunt: M. Anneus Seneca Senecæ philoſophi pater,patria Cordubenſis & Equeſtris ordinis,ac eruditiſſimus fuit, vt cui declamationes quæ filij dicuntur eſſe, nonnulli tribuant. M. Anneus Seneca ex Elbia Albina tres liberos ſuſcepit:L.Anneum Senecam Philoſophum: Iunium Anneum Gallionem : & L. Anneum Melam Lucani patrem. Duo in primis memorantur Senecæ, Philoſophus, & Poëta tragicus, Quod Sidonius teſtatur. Senecam putat Caſſiodorus inde dici, quoniam cui primo cognomentum id impoſitum fuit, caeus ſit natus : ſicuti de Numa Pompilio legitur.

Et docti Senecæ ter numeranda domus.Martial.lib.1.

Facundi Senecæ potens amicus Martial.lib.7.

Duóſque Senecas vnicúmque Lucanum

Facunda loquitur Corduba,Mart.lib 1.

Senecio,ſenecionis {ſenecionis} Plin.lib.26.cap.13. Erigeron noſtris vocatur ſenecio. Et paulo pòſt, Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubtubicundis, naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia Vere canéſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diuiſuras exeunte.

SENECIO vir in Betica natus & ibi quæſtor: cuius meminit Tacitus & Plinius Epiſt 5.

Senecta,Senectus,Seneſco, Vide SENEX.

Senex,ſenis.o.g. {γέρων, γεραιός, γηραιός, γηραλέος, γηρασκῶν} ſecũdum Priſcianum. Varro de Lingua Latina,Et tua amica ſenex.Cic. pro Cælio, Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderet Cælius.Et pro Seſtio,Imbecillus ſenex. Idem de Senect. Nec enim vnquam ſum aſſenſus illi veteri, laudatóque prouerbio, quòd monet maturè fieri ſenem,ſi diu velis eſſe ſenex. Genitiuus eſt ſenis,vel ſenicis antiquè.Plaut.Ciſtel.10, Negotioſi ſenicis ſoletis eſſe.

Senex ingenio.Plaut.Milite,10.

Senex memoria,Antiqua.Cicero pro P.Seſtio,Et quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de Reip meritorum memoria,etiam mortuorum. Correctiora exemplaria non legunt dictionem Senex, ſed eius loco habent Bene.

Acheronticus ſenex,vierus,decrepitus.Plaut.Mercator.6.

Anheli.Virg.2.Georg.

Annoſus.Ouid.1.de Arte,

Aprici ſenes.Perſius Satyr.5.hoc eſt,ſole gaudentes,ſiue quilibenter apricantur.

Comici ſenes, Vide Comicus in COMOEDIA.

Delirus.Horat.2.Serm.ſat.5.

Grandæuus.Lucan.lib.3.

Inualidus.Virg.12.Æn.

Iuſtus.Ouid.1.epiſt.

Longæuus.Virg.5.Æn.

Maturus.Horat.in Arte,

Miſerabilis.Quint.lib.4.cap.1.

Odioſus.Ouid.2.de Remed.

Parcus.Horat.2.Carm.ode 8.

Priſcus.Ouid.10.Metam.

Rugoſi paſsíque ſenes.Lucilius apud Nonium.

Sanctus.Claud.2.Paneg.

Siccus.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Verendus.Claud.2.Paneg.

Vetus.Tibull.lib.3.eleg 8.

Vietus,Vide VIEO.

¶Ceruus ſenex.Lucret.lib 3.

Dies ſenex. Plantus Sticho, 11. Id eſt, Iam ad occaſum perductus.

Tupe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Ouidius 1. Amor. eleg.9.

¶Senior,Comparatiuum,Valde ſenem ſignificat.Ouidius 12.Metamorph.

Tum ſenior,quamuis obſtet mihi longa vetuſtas. Quint.lib.3. cap. 1.de Iſocrate.

Anni ſeniores.Ouid.15.Metam.

In ſenioribus eſt,Vide IN. præpoſitione.

Oratio ſenior. Cic.in Bruto, Extat in eam legem ſenior (ita dicam) quàm illa ætas ferebat, oratio. Id eſt, ſtylo & dicendi genere remiſſiore & maturiore,quali ſenes vti ſolent,ſcripta.

Vis & ætas ſenior. Cic. lib.2. de legib.Sed verò intelligi ſic oportet & hæc,& alia iuſſa ac vetita populorum, vim non habere ad rectè facta vocandi,& à peccatis auocandi: quæ vis non modò ſenior eſt,quàm ætas populorum & ciuitatum, ſed qualis illius cœlum atque terras tuentis & regentis Dei.

¶Senior,m.g.tamẽſi in obliquis cõmune trium generum videatur,vt Senioris ætatis,Senioris aui.

¶Seniores, pro Senatu: quoniam ex prouectioris ætatis hominibus fieret.Liu.4.bell.Maced. Scriptum erat: Atiſtonem priuatim ad neminem, publicè ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe.

Senecta,ſenectæ {γεγηρακυῖα} Tempus ſenectutis,Senilis ætas.Virg. lib.6.Æneid.

vires vltra ſortẽmque ſenectæ.Plin.lib.16.ca.27.Eſt etiamnum ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in ſenecta fertiliſſimæ, vt glandiferæ,& quoddam genus ficorum.

Pondera amata ſenectæ.Ouid.9.Metam.

Annoſa ſenecta.Ouid 7.Metam.

Curua.Ouid.2.de Arte,

Extrema.Catull.Argon.59.

Frigens.Sil.lib.5.

Infirma.Tibull.lib.1.eleg.4.

Longæ ſenectæ extrema tempora, Ouidius libr. 6. Metamorphoſeos.

Neſtorea ſenecta.Stat.1.Sylu.3.

Occiduæ ſenectæ decliue iter.Ouid.15.Metam.

Orba ſenecta luminibus. Plinius libro 9. capitulo 22. Vide ORBVS.

Rugoſa ſenecta.Tibull.lib.3 eleg.5.

Sacra ſenecta. Iuuen.Saty.13.

Tarda ſenecta. Ouidius 3. Triſtium, elegia 7. Senec. Hercule furente 9.

Tardante ſenecta gelidus ſanguis.Virg.5.Æn.

Lenior, & melior ſis accendente ſenecta. Horatius 2. epiſtola 1.

Longa ſenecta confectus.Ouid.6.Metam.

Finire ſenectam morbis.Lucan.lib 5.

Inopem ſenectam trahere.Ouid.7.Metam.

Diſcite venturam iam nunc ſentire ſenectam. Propertius lib. 4. elegia 12.

Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ. Ouidius 3. de Arte,

Grauis ſenecta.Ouid 7 Metam.

In ſenecta,Vide IN præpoſitionem.

Senecta,ablatiuus,pro In ſenecta.Plin.lib.7.cap.18.Naturam feciſſe ſe conſuetudinem,& ſenecta caruiſſe potu.

Senecta dies,Vide DIES.

¶Senecta, Sexta hominum ætas. Ætas enim prima quibuſdã incipit ab infantia vſque ad ſeptimũ annum,quæ quidem ætas nomẽ accepit à non fando,quia homo in ea non fatur: vel ſi fatur, imperfectus eſt eius ſermo.Secunda, puertia cuius pars eſt pubertas, vt ad XIIII.annũ. Tertia,adoleſcẽtia, Quarta iuuenta.Quinta, virilis ætas.Sexta,ſenectus:cuius pars eſt ætas decrepita.

Senecta,Serpentium vernatio,ſiue cotium illud quod verno tempore exuunt.Plin.lib.20. cap.23. Fœniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu, vt diximus, ſenectam exuendo, oculorúmque aciem ſucco eius reficiendo. Idem lib.28.cap.11. Alij cum ſenecta ſerpentium & acero includunt lanas,antè aqua calida collutas.

Senectus,ſenectutis,pen.pro.f.g. {γῆρας,γηγενεμία} Idem.Terent. Phorm.4.1,

Senectus ipſa eſt morbus. Cicero in Topicis, Senectus eſt occaſus vitæ.

Balba ſenectus.Horat.1.epiſt.21.

Cana.Ouid.epiſt.14.

Cariоſa.Ouid.1.Amor.eleg.12.

Crudaac viridis.Tacit.in vita Agricolæ.

Deſerta.Senec.Herc.fur.13.

Effœta ſeclis.Virg 8.Æn.

Exanguis.Lucan.lib.1.

Exhauſta.Stat.3 Sylu.3.

Infeſta,Vide INFESTVS.

Longa.Horat.2.Carm.ode 16.

Longa & ceruina.Iuuen.Saty.14.

Loquax,Vide LOQVOR.

Placida.Horat.in Carm.lee.9.

Prouecta.Tacit.lib.1.

Queribunda.Sil.lib.13.

Sera.Senec.Hercul.furen.11.

Tarda.Horat.2.Serm.ſaty.2.

Tranquilla.Horat.2.Serm.ſat.1.

Triſtis.Virg.3.Georg.

Turpis.Virg.3.Georg.

Viuax Senec.Herc.fur.11.

Vrgens & aduentans ſenectus. Cic.de Senect. Hoc enim onere (quod mihi tecum commune eſt) aut iam vrgentis, aut certè aduentantis ſenectutis,& te & meipſum leuari volo.

¶Adipiſci ſenectutem. Cic. de Senect. Quo in genere in primis eſt ſenectus,quam vt adipiſcantur,omnes optant, eandem accuſant adepti.

¶Iners ſenectus adiuuat baculo gradum.Senec.Herc.fur.9.

Homo confectus ſenectute.Cic.5.de Fin.

Turpem ſenectutem degere.Horat.1.Carm. ode 31.

Deſipere ſenectute.Cic.Lent.lib.1.9. Quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope iam deſipientem ſenectute,&c.

Vetus ſenectus rugis frontem exarat.Horat.Epod.8.

Senectus habet authoritatem. Cic.in Orat. Habet autem vt in ætatibus authoritatem ſenectus,ſic in exemplis antiquitas.

Obrepit non intellecta ſenectus.Iuuen.Saty.9.

Ægra ſenectus tremulo venit gradu.Ouid.14.Metam.

Ad ſummam ſenectutem viuere. Cicero de Claris Orator. Et 8. Philipp.Quum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine.

Senectus orationis, Maturitas,Grauitas. Cicero de Claris Orat.

Quiſque oratio iam noſtra caneſceret, haberétque ſuam quãdam maturitatem & quaſi ſenectutem.

Plena literatæ ſenectutis oratio.Cic.de Claris Orat.

¶Senectus,Pellis quam verno tempore ſerpentes exuunt, quæ & vernatio dicitur. Vnde Senectutem exuere dicuntur.Plin.lib.8. cap. 30.Idem lib.29.cap.5.Membrana ſiue ſenectus anguium, vernatione exuta,cum cancto maſculo trita.

Senectus,Adiect.Lucret.lib.3,

Quid ve foras ſibi vult mẽbris exire ſenectis? Alij legunt ſenectus.

Senecta ætas.Plaut.Auſul.7.Idem Trinum.4,

Hic ille eſt,ſenecta ætate,qui factus eſt puer.Lucret.lib.5,

Poſt vbi equum validæ vires ætate ſenecta,

Membráque deficiunt,&c.

Senectum corpus. Sallust. lib. 4. Histo.
Senecta dies. Vide DIES.

Senium, senij, Idem {ὑφίεσθαι} Dicimus enim Hominem confectum senio, pro sene.
Anguis senio liber. Stat. 4. Thebaid.
-ceo lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur liber senio, & squallentibus annis Exutus. Depositæ enim pelle dicuntur serpentes in inuenturem redire. Herba quædam dicitur Mathios, quam cùm comederint, senium deponunt ætatis. Lactantius.
Mens senio fluxa. Tacit. lib. 5.
Deforme senium. Senec. Hippolyto, 7.
Senium à senili acerbitate, & vitiis dictum posuit Cæcilius in Hymnide,
Sine (inquit) suam senectutem ducat vtique ad senium sorbitio. Festus.
Senium, dicitur Tædium, & Odium, vt ait Nonius: dictum à senectute, quòd senes omnibus odio sint, & tædio. Turpilius, Quia odio ac senio mihi nuptiæ sunt. Nævius Senium sonticum appellat, quasi nocens: quia senectus, naturalis morbus est, vt inquit Aristoteles.
To rpescere senio rerum. Sil. lib. 16 3.
Componere senium patria terra. Stat. 3. Sylu. 5.
Sen ium ad conuitium retulit. Terentius in Eunuch. 2. 3. pro improbo & moroso sene,
Vt illũ di, deræque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Lucil.
At quidem te senium, atque insulsa sophista.
Senium, pro Tristitia & squalore. Cic. pro Milone, Luget Senatus, mœret Equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ.
Senium lunæ, pro Decurso. Plin. lib. 7. cap. 48.

Senica, significat senex, teste Nonio. Pompon. Præcon. poster. Sed me exercet senica nequam, neque illo quid faciam scio? Obsolerum.
Senis crinibus nubentes ornantur, quòd is ornatus verustissimus fuit. Quidam quòd eo Vestales virgines ornentur, quarum castitatem viris suis spondeant à cæteris. Festus.

Seneo, senes, senui {γηράω} senere, Senem fieri. Cat. de phaselo, 4. Quiete recondita senet.

Senesco, senescis {γηράσκω, κατατηρόσκω, παρελεύω, παραμαίομαι} senescere, Senem fieri, Plin. lib. 7. cap. 42. Fœminas gigni celerius, quàm mares, sicut celerius senescere.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. Ouid. 6. Fast.
Æuo & macie senescere. Lucret. lib. 1.
Fama senescere dicitur quis, quando declinat ab existimatione & authoritate. Liu. 7. bell. Pun. Idem 9. bel. Pun. Annibalem ipsum iam & fama senescere, & viribus.
Amor senescet. Ouid. 3. de Arte.
Senescens in salem cæsus. Plin. lib. 11. cap. 42.
Ciuitas otio senescit, Torpescit otio. Liu. 1. ab Vrbe.
Consilia senescunt, quum nimia diuturnitate & mora vana fiunt. Liu. 5. bel. Maced. Ne cunctando senescerent consilia.
Equus senescens. Horat. 1. epist. 1.
Fama senescens. Tacit. lib. 18.
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8.
Humus lassa senescit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.
Hyems senescit, Declinat. Cic. 2. de Nat. deor. Et ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescendi adiunctum est, alterum æstati.
Laus senescit, Deprimitur. Cic. 2. de Orat. Vel mehercule etiam vt laudem eorum iam propè senescentem, quantum possem ab obliuione hominum, atque à silentio vindicarem.
Literæ senescunt. Plin. epist. 165.
Luna senescens, cui Crescẽs opponitur. Varro 1. de Re rust. cap. 37
Quedam facienda in agris potius crescente luna, quàm senescente.
Crescere sentimus, paritérque senescere mentem. Lucret. lib. 3.
Morbus senescit, Remittitur, relaxatur. Cic. ad Gallum. lib. 7. cap. 7. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse.
Pugna senescit. Liu. 5. ab Vrbe.
Rumores senescunt. Tacit. lib. 2.
Seges alta imbre nimio senescit. Strat. 5. Sylu. 1.
Virtus paulatim euicta senescit. Sil. lib. 3.
Vitia senescunt, maturescunt virtutes. Liu. 3. ab Vrbe.

Senilis, & hoc senile pen. pro. {γεροντικὸς, γεράσιος, γηροβοσκικὸς} Quod ad senem pertinet: vt Senilis statua. Cic. 4. Verr.
Animus senilis. Claud. 5. Paneg.
Annis senilibus fessus. Ouid. 7. Metam.
Corpus senile. Plin. lib. 34. cap. 18.
Declamatio senilis. Cic. 1. Tusc. Vt enim anteà declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic hęc mihi nunc senilis est declamatio.
Genæ seniles Ouid. 8. Metam.
Guttur senile. Horat. Epod. 3.
Hyems senilis tremulo venit horrida passu. Id est, senectus hyemi similis. Ouid. 15. Metam.
Iudicio senili adolescens. Cic. pro Sestio, Te sororis filius Posthumius adolescens grauis senili iudicio notauit, quum in magno, &c.
Prudentia senilis. Cic. 3. de Diuin. Is autem Tages, vt in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia.
Ruga senilis. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Seniliter, pen. cor. aduerb. {γεροντικῶς} vt Tremere seniliter. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Senĩ, senæ, sena, Vide SEX.

SENIA oppidum est Illyrici apud Plinium lib. 3. cap. 21.

Senio, senionis, m. g. In talis sex puncta continet. Nam à senario numero dici videtur. Vnde & eius iactus perutilis erat. Interdũ etiam damnosus, sicut & canis. Nam qui iecerat canem, aut senionem, ille denarios singulos conferebat in medium, vt est apud Suetonium in Augusto, cap. 71. Martialis lib. 13,
Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec noctrum cum cane quassat ebur. Persius Saty. 3,
Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto. Vide CANIS.

Senium, Vide SENEX.

SENNAAR {σενναὰρ} Campus Babylonis, in quo à Nimrod gigante extructa est turris illa celsissima diuortio linguarum notissima. Inde egressus Assur Niniuen ædificauit. Vide MOSEM in Genesi.

SENOGALLIA {σενεγαλλία} Italiæ vrbs, quam Plinius & Ptolemæus infra Aconam Ariminum versus statuunt. Pomponius Mela lib. 2. Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia. Senogallia autem est dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Sil. lib. 8. Nunc *la Romandiola & Campagna* Oliuarius in Melam.

SENONES, pen. cor. {σένωνες} Populi Galliæ Lugdunẽsis, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 18. finitimi Belgis, qui olim vrbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeò ce cidit, vt incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Veritus ideò Senones appellatos, quia noui venerunt ex Transalpina Gallia, quasi cænonas, littera immutata: καινὸς enim Græcè, Latinè nouus dicitur. Sil. lib. 4,
-sociata examina densant
Infandi Senones.
Motus Senonum. Lucan. lib 1.
Et Senonum furias Latiæ sensere cohortes. Stat. 5. Sylu. 3.

Sensibile, Sensim, Sensus, Vide SENTIO.

SENTA, Fauna {σεντα φαῦνα} filia fuit Pici regis, & coniunx Fauni fratris sui, teste Lactantio. Hanc Varro scripsit tantę pudicitiæ fuisse, vt nemo illam dum vixit, præter suum virum mas viderit, nec nomen eius audierit. Propter quod in operto mulieres illi sacrificabant, & Bonam deam nominabant. Augustinus lib. de ciuitate Dei Sentiam appellat. Vide Lactantium lib. 1. cap. 22. Vbi nõ Senta Fauna legitur, sed fatua Fauna.

Sententia. Sententiosus, Vide SENTIO.

SENTICA {σεντικὴ} Hispanię vrbs Ptolemęo lib. 2. ca. 6. Vulgò *Simancas*.

Sentina, senting, pen. prod. {κάψηλον, αἴγιλα} Pars nauis inferior: in quam quicquid instillat aquarũ, defluit, corruptæque malè olent. A sentio, sentis, quòd eius fœtor sentiatur. nam odorem fœdum emittit. Iuuen. Saty. 6,
Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauim:
Tunc sentina grauis, tunc summus vertitur aër.
Conflictari sentinæ vitiis. Cæsar 3. bell. Ciuil.
¶ Sentina, per translationem, Receptaculum sceleratorum homi num, vel ipsi scelerati homines. Cic. 2. in Catilinam, O fortunatam Rempub. si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit, vno me hercle Catilina exhausto, releuata mihi & recreata Resp. videtur. Idem pro Lege Agr. Hoc enim verbo est vsus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur.
¶ Sentina, pro loco infimo in Repub. Cic. ad Papirium Pætum, lib. 9. 15. Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.

Sentino, sentinas, sentinare, Satagere: dictum à sentina nauis, quã quis vt aqua liberet, euacuare contendit. Cæcilius in Æthrione, Cũ Mercurio capit consilium postquam sentinat satis. Est itaque sentinare, periculum subtilitate euitare. Festus.

SENTINVM, pen. pro. {σουτῖνον} Italiæ oppidum in finibus Vmbriæ & Piceni à quo Sentinates, pen. pro. populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

SENTINVS Deus apud D. Augustinũ lib. 7. de ciuitat. Dei, à veteribus cultus, quod sensus à puerperio largiri crederetur. Videndus Lilius Syntagmate. 1. Histor. Deorum.

Sentio, sentis, sensi, sensum {αἰσθάνομαι} sentire, Sensu percipere: ad corpus pertinet. Plaut. Cur. 3,
Sentio sonitum. Lucret. lib. 1,
Quin porrò varios rerum sentimus odores:
Nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam.
Famem sentire. Liu. lib. 5. bell. Pun. Famen Campani sentiebant, quia sementem eos facere prohibuerant Rom. exercitus. Sic Sentire situm aut vitium, pro Contrahere. Budæus.
Labor non sentitur sedulitate. Id est, vehemens studium laborem fallit. Ouid. 4. Fast.
Medicinam sentire, pro Melius habere post medicinam. Apud Celsum. Sic Plin. lib. 29. cap. 5, Vermiculo qui lytta vocatur, exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Budæus.
Ianua sensit clauem. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 7.
Fluuij sensere alnos cauatas. Virg. 1. Georg.
Lætiriam toto pectore sentire. Ouid. 10. Metam.
¶ Sentit cariem ea res. Plin. lib. 12. cap. 7. Hoc est efficitur caries. Idem lib. 11. cap. 42. Vt vetustatem non sentiret. Id est, nõ senesceret.
Teredinẽ sentire dicitur herba, caro, autres alia, Vide TEREDO.
¶ Sentire, Intelligere. Terent. And. 1. 2,
Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari. Idem Adelph. 3. 3,
-si me sensesit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex. Cic. ad Lent. lib. 1. 5.
Te videre & sentire eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Ouid. 4. Metam.
Sensit adulterium Phœbeius, vtque latentem, &c.
Villicus sentit te dominum. Horat. 2. epist. 2.

¶ Senti

¶ Sentire, Iudicare, opinari. Cic. de Amic. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse.
Restè sentire. Quint. lib. 2. cap. 15.
Sentire de. Cic. de Amic. Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potuisse dicere. Idem 1. Offic. Benè de Republica sentientes ac benè meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus.
Omnes ad vnum sentiunt de. Cicero de Amicitia, De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. Hoc est, idem omnes sentiunt & iudicant.
Ab aliquo sentire. Plaut. Rud.
Omnia ego facilè patior, dum hic hinc à me sentiat.
Sentio pro re. Gell. lib. 5. cap. 10.
Cum aliquo sentire. Terent. And. 2. 1,
Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit. Cic. 1. de Inuent. Nam neque eum iis sentimus, qui ciuilè scientiam eloquentia non putant indigere.
Sentire grauiter de aliquo, Est ei malè cupere & optare. Cæsar, Quid enim irati grauius de vobis sentire possent, quàm vt eos prodatis, qui se nobis omnia debere iudicãt: & in eorũ potestatẽ veniatis, qui se per vos periisse putã? Sic dicitur vt, Grauiter de aliquo iudicare & statuere. quo ipse vtitur Budæus.
Malè sentire de aliquo. Quint. lib. 2. cap. 2.
¶ Sentire, Scire. Plaut. Trinum. 10,
-scio ego &
Sentio ipse quid agam, neque à me officium migrat. Ibid. 9. Terent. Eunu. 1. 1,
-sine modo,
Mori me malim: sentiet qui vir sicm.
Maturè sentire, Vide MATVRVS.
Animo sentire. Cicero 1. de Finibus. Nam corpore nihil nisi præsens, & quod adest sentire possumus: animo autem & præterita & futura.
Sensum est. Cic. lib. 3. de Oratore. Non vt dictum est in eo genere intelligitur, sed vt sensum est.

Sensurus, pen. pro. Partic. {αἰσθησόμενος} Ouid. 13. Metam.
Est animus certè vestros sensurus honores.

Sentisco, sentiscis {αἰσθάνομαι} sentiscere, Meditatiuum, Lucret. libro 3,
Quam primordia sentiscant concussa animai. Idem lib. 4,
Et genus agricolũm latè sentiscere, quum Pan
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.

Sensus, huius sensus, masc. gen. {αἴσθησις, αἴσθημα} Quo sentimus. Vnde dicimus quiquæ esse sensus, tactum, gustum, visum, odoratum, auditum. Plin. lib 10. cap. 69. Ex sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis, Aquilę clarius cernunt, vultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Cic. 2. de Nat. deor. Gustatus præclarè septus est: ore enim continetur, & ad vsum aptè, & ad inconlumitatis custodiam: omnisque sensus hominum multò antecellit sensibus bestiarum.
Gassa sensu simulachra. Lucret. lib. 4.
Sensus humanitatis. Cicero 3. Verr. Nõ dubito quio, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vnquam fuit religionis, nunc tamen in metu periculóque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem.
¶ Accensi sensus, Incitati, Vegetati, Anima & vitalitate donati. Lucret. lib. 2.
Acerrimus sensus, Vide ACER radiecs.
Integer sensus, Vide INTEGER.
Nitidi sensus. Claud. 8. Paneg.
¶ Timor abstulit mihi omnem sensum. Ouid. 14. Metam.
Accendere sensus, Vide ACCENDO.
Accipere sensum. Quint. lib. 6. cap. 1. Non enim audire iudex videtur aliena mala deflentes, sed sensum ac vocem auribus accipere miserorum.
Affici sensu doloris. Cic. 7. Verr. An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit?
Corpus affluit sensu. Lucret. lib 3.
Amittere sensum humanitatis, Vide AMITTO.
Auertere sensus infandos non sani pectoris. Senec. Hercul. furente, 11.
Auertere sanos sensus alicuius sacris magicis. Virgilius 8. eclog. Seruius, Auertere, à sanitate mutare. Aut auertere ait, pro Conuertere, vt sit mutata præpositio.
Humanum sensum auferre. Cic. in Orat. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris. Sensus est, Iudiciis non conuenit concinna & composita oratio, quoniam non patitur vt orator indignetur, conqueratur, supplicet, doleat, illachrymet: quæ res ab humano sensu proueniunt. Dum enim in numeris & concinnitate occupatus est, affectus illi grauiores euanescunt. Ira neque actor ipse mouetur, neque alios mouet. Oportet autem oratorem ipsum primò cõmoueri, si alios commouere studet, vt M. Antonius 2. de Orat. testatur. Et Horat.
-si vis me flere, dolendum est
Primùm ipsi tibi.
E pectore attonito cesserunt sensus. Lucret. lib. 3.
Credere sensibus. Lucret. lib. 4.
Deducere sensum membris. Lucret. lib. 3.
Deperdere vitalem sensum membratim. Lucret. lib. 3.
Deponere sensum. Cic. Famil. 1.
Iucundo sensu fruatur mens. Id est, iucunditate, & delectatione. Lucret. lib. 2.
Sensus & consilium fugiunt cum re. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 12.

Haurire sensibus. Claud. 8. Paneg.
Impellunt sensum vox & sonitus. Lucret. lib. 4. Id est, lacessunt & commouent.
Sensus inest formicis. Plin. lib. 7. cap. 15.
Intendere sensus ad res percipiendas. Vide INTENDO.
Labefactantur sensus. Lucret. lib 4.
Lædere sensus. Lucret. lib. 2.
Obstruere sensus, Vide OBSTRVO.
Orbare sensibus. Cic. 4. Acad.
Pellere sensum, Mouere. Lucret. lib. 4.
Percipere sensum & voluptatem. Plinius iunior. libro 1. epist. 10. ad Arrium, Neque enim ego, vt multi, inuideo aliis bonum quo ipse careo: sed contrà sensum quendam voluptatémque percipio, si ea quæ mihi denegantur, amicis video superesse. Hoc est, velut quandam titillationem cum delectatione, superesse, id est, abundare.
Præbere sensum & materiam malis. Ouidius 4. de Ponto eleg. 16.
Reconflatur sensus, id est, resuscitatur. Lucret. lib. 4.
Reducere sensum, Redire ad se. Claud. 2. in Eutrop.
Vitalem reddere sensum. Lucret. lib. 2.
Titillare sensus. Lucret. lib. 2.
Vti sensibus. Leuiter ferire. Lucret. lib. 3.
¶ Sensus, Mentis conceptus, quod sensu comprehenditur. Cic. lib. 1. Acad. Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat. Quint. lib. 8. cap. 5. Sententiam vereres quod animo sensissent vocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iurarunt ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic loquuti sunt, vt sensa sua dicerent: nam sensus, corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita, sententias. Plin. Nihil enim tam ridiculum, quam verborum sonitus inanis sine sensu ac scientia. Ter. Adel. 4. 1,
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo. Id est, Quid ille sentiat.
Manus est ministra sensus. Id est voluntatis, seu animi. Literis enim exprimit quod habemus in animo. Ouid. epist. 17.
Arcanus sensus, Vide ARCANVS.
Sensus communis. Quint. lib. 1. cap. 1. Sensum ipsum qui communis dicitur vbi discet, quum se à congressu, qui non hominibus solùm, sed multis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi qui in interiore cerebri ventriculo à physicis collocatur. Discere sensum communem Budæus interpretatur *Apprendre son entregent*.
Carere communi sensu. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Permodestus sensus. Tacitus lib. 1.
Vnus sensus bonorum omnium. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. Idémque memineram nobis priuatis vsque ad Cæsarem & Bibulum Cõsules, cùm sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent, vnum ferè sensum fuisse bonorum omnium.
Vulgatissimi sensus. Quint. lib. 2. cap. 4. 22.
Ad meum sensum, Vide AD præpositionem.
¶ Abstrahere à sensu mentis, Vide ABSTRAHO.
Sensum oculis & animo accipere. Cic. 5. Verr. Non mehercule criminis augendi causa dicam Iudices, sed quem accepi ipse oculis, animóque sensum, hunc vere apud vos, & vt potero, planissimè exponam.
Conuertere se ad sensum alterius, Vide CONVERTO.
Varios sensus expromit animus. Lucret. lib. 2.
Fateri alicui suos sensus. Ouid. epist. 20.
Gerere sensus abditos, Vide Abditus in ABDO.
Iudico de meo sensu, Vide IVDICO.
A falso sensu orta oratio. Lucret. lib. 4.
Ostendere sensum suum. Plaut. Mostel. 15.
Remota à sensibus nostris natura deũm. Lucret. lib. 5.
Suffugere sensum res dicitur, quam sensu percipere nõ possumus. Lucret. lib. 4.

Sensum, sensi {γέντης} Cic. 1. de Orato. Hoc enim vno præstamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. Ibidem, lib. 3. Sensa mentis & consilia sic verbis explicat. Vide paulo antè SENSVS, Mentis conceptus ex Quint. lib. 8. cap. 5.
Sensus & Sensa hoc separantur. Sensus enim sunt, qui sentiunt: Sensa quæ sentiuntur. Cic. de Orat. Et quòd exprimere dicendo sensa possumus. Nam primum manifestum est, & sapere nos cùm incitatio sit, vel sensus. Ex Nonio.

Sensiculus, sensiculi, pen. cor. {γνωμάτιον} Diminut. à Sensus. Quintilianus libro 8. cap. 5. Inde minuti, corruptíque sensiculi, & extra rem petiti.

Sensim, Aduerbium {ὑφέως} Paulatim, Quia ea maximè sensum faciunt quæ morantur, quasi cum meditatione & sensu. Plin. in Paneg. Gratius tamen quod sensim & placidè, & quantum respectantium turba pateretur, indiceres.
Sensim, & Repentè, contraria. Cicero 1. Officiorum, Magis decere censent sapientes sensim discuere, quàm repentè præcidere.
Sensim postulare, & Passim, veluti contraria. Liuius secundo ab Vrbe.
Sensim & moderatè arrepere. Cicero 5. Verrina. Quibus rebus non sensim atque moderatè ad istius amicitiam arrepserat, sed breui tempore totum hominem, totámque eius præturam possederat.

Sensim & modicè crescere. Plin. lib. 5. cap. 9.
Sensim ad montes succedit. Liu. 1. ab vrbe.
Sensim progredi. Cic. 5. de Finib.

Sensatus, pen. prod. Adiectiuum. Firmicus lib. 3. cap. 10. Sensatos quidem & intelligentes, & quorum dicta & rationes ab omnibus comprobentur. Idem lib. 5. ca. 12. Mars homines facit sensatos, callidos, astutos.

Sensibilis, & hoc sensibile, pen. corr. {αἰσθητός} dicitur tam quod sentit, quàm quod sentitur. Vnde Insensibilis apud Gellium libro 17. capit. 10.

Sensilis, & hoc sensile, pen. cor. {αἰσθητός} Idem quod Sensibile, quod sensui subiectum est. Lucret. lib. 2.
Ex insensibilibus ne credas sensile gigni. Id est, corpus sensum habens.

Sensificus, pen. cor. adiect. {αἰσθηματοποιός} Quod sensus causam præstat. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 9. Spiramentum sensificum ad sua quæque loca naturali lege ducentes.

Sensifer, pen. cor {αἰσθηματοφόρος} Aliud adiect. Lucret. lib. 3.
-ideo concussa mouebunt.
Sensiferos motus. Id est, motus qui faciunt sensus. Ibidem, Longè ab sensiferis primordia motibus errant.

SENTENTIA, sententiæ {γνώμη, δόξα, δόγμα, διάνοια, ὑπόληψις, θέσπισμα} Id est quod animus sentit, quod & credulitas & opinio vocari solet. Dicitur etiam sententia, ipsum iudicium.
Hæc mea sententia. Plaut. Pseud. 5,
Hæc mea sententia est, vt hinc porrò quid agas, consulas. Cic. 3. Offic. Cum his, velis equisque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.
Mea sentétia, Opinio, iudicium. Vide MEVS. Terent. Phorm. 2. 2,
Alere nolunt hominem edacem, & sapiunt mea quidem sententia. Cic. pro Rosc. Amer. Postremò Iudices, id quod ad rem mea sententia maximè pertinet, vtrum inimicus potius, an filius?
Sententia mea de. Terent. Adel. 3. 5,
-sin aliter de hac re est eius sententia, Idem And. 1. 3,
Quantum intellexi senis sententiam de nuptiis.
Testis mearum sententiarum Gyges Sententiarum. Horat. 3. Carm. ode. 4. 14.
Benignior sententia. Vlpianus 1. Per seruum. ff. de vsu & habitatione.
Discors sententia. Stat. 12. Thebaid.
Diuina futuri sententia. Diuinatrix rei futuræ. Horatius in Arte.
Dubia est sententia nobis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Exquisita sententia. Tacit. lib. 12.
Hominum sententia fallax. Ouid. 5. Fast.
-non hæc sententia tantum
Fida, sed & fœlix quum sit, facit esse fidelem. Ouidius 13. Metamorph.
Leui sententia puer, Vide LEVIS.
Libera sententia. Quint. lib. 2. cap. 8.
Ar Capys, & quorum melior sententia menti. Virg. 2. Æn.
Moiles sententiæ, Vide MOLLIS.
Muliebris sententia, Vide MVLIER.
Nulla sit hac potior sententia. Horat. Epod. 1.
Populares sententiæ. Quint. lib. 5. cap. 13.
Præcipires vel obscuræ sententiæ. Quin. lib. 5. cap. 2.
Salubertima sententia, Vide Saluber in SALVS.
Salutaris sententia, Liu. lib. 6. ab vrbe.
Sancta sententia. Lucret. lib 3.
Velox sententia. Ouid. ad Pisonem.
¶Abesse à sententia. Cic. 1. de Orat.
Accipere sententiam. Liu. lib. 3. ab vrbe, Hæc sententia accepta est. *On a pris ceste opinion pour la meilleure.*
Adducere in sententiam. Cic. Famil. 2.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit. Virg. 9. Æneid.
Confirmare sententiam, Cicero, Cùm hominis amplissima fortuna, authoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem, &c.
Animo sententia constat. Virg 5. Æn.
Decedere sententia. Tacit. lib. 14. Non ideo aut Cõsules mutauêre relationem, aut Thrasea decessit sententia.
Dedncere de sententia. Cic. ad Att. 2.
Deiicere de sententia. Cic. Tusc. 2.
Depellere de sententia. Cic. Famil. 1.
Desistere sententia, vel de sententia. Cic. offic. 3.
Destinare sententiam. Cic. Tusc. 2.
Deterrere de sententia. Cic. 2. de Diuinat.
Detrudere de sententia. Cic Familiar. 14.
Ex sententia alicuius dicere. Cic. 3. de Legib. Quod verò actoris esse iubeo fraudem, id totum dixi ex Crassi sapientissimi hominis sententia.
Discedere à sententia. Cæs. 1. de bell. ciuil.
Discrepat sententia. Orat. in Arte.
Dissidet & variat sententia. Ouid. 5. Metam.
Diuidere sententiam. Cicero ad Lentulum lib. 1. epist. 2. Itaque quum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, vt tres legati Regem reducerent, &c. Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur. Quatenus de religione dicebat, ei rei Bibulo assensum est. de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Sensus hic est: Quum Bibulus sententia sua duas res complexus esset, de religione, & de tribus legatis: postulatum est vt eius sententia diuideretur. Id est, vt singulis de rebus separatim referretur. Ac de religione quatenus dixit, vt scilicet ne contra Sibyllinos libros decerneretur, qui Regem Ægyptium cum exercitu reduci vetarent: assensum est. Caput illud, de tribus legatis, qui Regem reducerent, improbatum. Vide DIVIDO.

Ducere in sententiam. Cic. 1. De Inuent.
Frangere sententiam alicuius: labefacere", infirmare. Cicero ad Lentulum libro primo, epistola 4. Quum in senatu pulcherrimè staremus quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.
Habere sententiam. Cic. Verr. 6.
Illigari sententiam verbis, Vide ILLIGO.
Inclinat sententia, Vide INCLINO.
Post etiam inclusa est voti sententia compos. Horat. in Arte.
Inspicere sententiam alicuius. Plaut. Mil. 4,
Ego quoniam inspexi mulieris sententiam,
Cepi tabellas, &c.
Intelligere sententiam alicuius, Vide INTELLIGO.
Ire in sententiam. Cic. Famil. 1.
Loqui in eandem sententiam, Vide LOQVOR.
Manere in sententia, Vide MANEO.
Manent in sententia philosophorum, Vide MANEO.
Mouere aliquem de sententia, Vide MOVEO.
Mutare sententiam, Vide MVTO, mutas.
Nata est sententia, Vide NASCOR.
Numerantur sententiæ, non ponderantur. Plin. Iunior lib. 2. epist. 12. Ad Arianum.
Ostendere sententiam suam, Vide OSTENDO.
Ostendere sententiam suam per alium. Terentius Heautontim. 2. 1,
Non vt mens, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Pensata sententia, Examinata. Sil. lib. 1,
Stat pensata diu belli sententia.
Peragere sententiam suam alicui, Vide PERAGO.
Perducere ad sententiam. Cic. ad Attic. 16.
Perseuerare in sententia, Vide PERSEVERO.
Perstare in sententia, Vide PERSTO.
Ponere suam sententiam. Quintil. libro 3. capit. 1, Non tamen post tot ac tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam.
Positus in multis sententiis, De quo vatię sunt hominũ sententiæ. Plaut. Epid. 10,
Quid nunc qui in tantis positus sum sententiis,
Eúmne ego suoam impunè?
Repudiare sententiam. Cic. Philip. 6.
Rogatus sententiam, Salust. At M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiusce modi orationem habuit.
Rogantur sententiæ de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 8. Et primum, aut propter ipsam rem, de qua sententiæ rogantur, consultabitur, aut, &c.
Scire sententiam alicuius. Plaut. Cistel. 5. Scis iamdudum omnem meam sententiam. Terent. Phorm. 5. 9, Imò vt iam scias meam sententiam.
Sequi sententiam. Cic. Philip. 6.
Sic stat sententia. Ouid. 1. Metam.
In ea sum sententia pro Ita sentio. Cic. 3. de Leg. Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio. Idem 2. de Fin. Vt facilè intelligi possit, eos qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire velle contraria.
Esse in eadem sententia, Vide IN præpositionem.
Sententiæ alicuius esse. Liu. 1. ab Vrbe, Eorum magis sententiæ sum, qui, &c.
Sic sententia est. Plaut. Trinum. 10.
-ego amicus
Nunquam tibi ero alio pacto. Sic sententia est. Id est, ita statui in animo.
Hæc sententia est mihi cordi. Sil. lib. 16.
Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit? Id est oritur. Virg. 1. Æneid.
Tenere vel retinere sententiam. Cic. 1. de Finib.
Traducere ad sententiam. Cic. pro Cluent.
Variant sententiæ. Vide VARIVS.
Vertit te sententia. Virg. 1. Æneid.
-quæ te genitor sententia vertit?
Cælicolæ magni, quianam sententia vobis versa retro? Virgilius 10. Æneid.
¶Ex sententia nauigare. Cic. 4. Acad. Quid enim consecndens nauem sapiens, num comprehensum animo habet atque perceptum se ex sententia nauigaturum?
¶ Sententia aliquando dicitur Iudicatum, hoc est quum ex lege, ex æquo & bono sententia dicitur. vt, Iudex in causa mea sententiam dixit. Id est sanciuit quod ius vellet. Vnde Dicere sententiam (inquit Paulus, ff. De arbitris) æstimatur is qui ea mente id pronuntiat, vt secundum hoc discedere eos qui litigant, à tota controuersia velit. Quint. lib. 5. cap. 13. Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententiam, de confessis præcipere ridiculum est.
Candida sentétia. Qua quis absoluitur. Alludit ad calculos. Ouid. 15. Metam.
Contrariam sententiam accipere, Causam iudicij perdere. Papinian. in l. Iudicatæ. §. fi. D. De except. rei iu. Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, nõ admonito creditore causam egit, & contrariam sententiam acceperit: creditor, &c.
Dicere sententiam, proferre. Vlpianus in l. 1. D. De feriis & dilationibus. Sed si prætor sententiam dixerit, præsentibus illis, & sponte litigantibus: sententia valebit. Sin verò quum abesse perseuerauerint, sententiam protulerit, etiam absentibus illis: cõsequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti. Citra igitur appellationem sententia infirmabitur.
Dicere sententiam. Quint. lib. 1. cap. 10.
Ferre sententiam de re aliqua. Quint. lib. 3. cap. 6.

Tristis

Tristis sententia lata est. Condemnatus est. Ouid. 15. Metam.
Inclinabant eò sententiæ, Vide INCLINO.
Perrogare sententias. Tacit. lib. 20. Quum perrogarent sententias Consules, Vulcatius Tertullinus, &c.
Omnibus seruentiis, pro Omni cõsensu, omnibus sentientibus & deliberantibus. Cic. ad Cassium, lib. 12. 10. Idem ad Qu. frat. lib. 2. 8,
Omnibus sententiis absolutus est.
Ornare aliquem sententiis, Vide ORNO.
Ornatissima sententia, Vide Ornatus in ORNO.
Seruare sententiam suam dicitur iudex, quum id agit vt insolidum, non partim ea obseruetur. Papin. in l. Iudicat. in prin. D. De excep. rei. iud. Nec in seruitute videtur peti post rem pro libertate iudicatam, nondum ex causa fideicommissi manumissus: sed Prætoris oportet in ea re sententiam seruari, quam pro parte victi præstare non potest.
¶Verborum sententia. Lucret. lib. 4.
Ergo sit, sonitum vt possis sentire: neque illam
Internoscere verborum sententia quæ sit.
Currit sententia. Horat. 1. Serm. sat. 10.
Est breuitate opus, vt currat sententia: neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
¶Sentétia, Lumẽ orationis dicitur, quod in clausulis breuiter collectum est. vt,
Obsequium amicos, veritas odium parit.
Vide paulo antè, Sensus, Mentis conceptus. Author ad Heren. lib. 4.
Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit, hoc modo, Difficile est primum virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit vsus. Inde dictæ sunt sententiæ, quòd similes sunt consiliis & decretis. Qu. lib. 8. ca. 5.
Grandes sententiæ. Quint. lib. 2. cap. 11.
Otiosæ sententiæ, Vide Otiosus in OTIVM.
Dictare sententiam. Quint. lib. 2. cap. 15. Formæ pulchritudo sententiam dictat.
Ducere sententias ex quæstionibus. Quint. lib. 4. cap. 1.
Petere sententias. Quint. lib. 2. cap. 12. Sententiæ quoque ipsæ, quas solas petunt, magis eminent.
Reflecere sententia stomachum fatigatum. Quintilianus libro 4. cap. 3. Ne sententia quidem velut fatigatũ intentione stomachum iudicis reflecere dissuaserim.

Sententiola, sententiolæ, pen. cor. Diminut. {γνωμίδιον} Cic. 3. Philip. At in rebus tristissimis quantos excitat risus sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare. Quint. lib. 5. cap. 13.

Sententiosus, pen. pro. Adiect. {γνωμικός, διανοητικός} Quod sententiis abundat, & dictis quibusdam breuiter collectis. Cic. de Claris Orat. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt. Vnum sententiosum & argutum, sententiis nõ tam grauibus & seueris, quàm concinnis & venustis.

Sententiosè, pen. pro. Aduerb. {γνωμικῶς} Cic. 2. de Orat. Sæpe etiam sententiosè ridicula dicuntur. Idem in Orat. Res autem se sic habet {vt breuissimè dicam quod sentio} compositè & aptè, sine sententiis dicere, insania est: sententiosè autem sine verborum & ordine & modo, infantia.
Sententialiter, pen. corr. Aduerbium, Macrobius libro 5. Saturnalium cap. 16. Et alia innumerabilia, quæ sententialiter professuntur.

Sentis, huius sentis, masculini generis, {ἄκανθα} teste Phoca, Spina, quòd à tangentibus quamprimum sentiatur. Plautus Casina, 17,
Vide fur, vt sentis sub. signum ducas. c. qui verò sentes?
o. Quia quod tetigêre, illico rapiunt: si eas ereptum, illico scindunt. Idem Capt. 4,
Asper meus victus sanè est. 2. sentéfne esitas?
Asperæ sentes, Virg. 2. Æneid.
Inprouisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repnetè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.
Hamati sentes. Ouid. 2. Metam.
-pectúsque manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia sentibus implet.
Incultísque rubens pendebit sentibus vua. Virgilius 4. ec log.
Sentes notant etura. Ouid. 1. Metam.
Sentis, masculino genere legitur apud Col. lib. 6. cap. 3. Liberantur arua sentibus, qui æstuo tempore per Caniculæ ortum reciśi, plerunque intereunt radicitus.
¶Sentis canis, Maior ille rubus in agris crescens, & numerosa atque crassiora mora ferens. Col. lib. 11. cap. 3. Modum altitudinis & latitudinis eorum abundè est esse bipedaneum, sed eos vacuos perhyemare patiemur, præparatis semitibus, quibus obsérãtur: ea sunt vastissimarum spinarum, maximéque rubi, & paliuri, & eius quam Græci vocant {κυνόσβατον}, nos sentem canis appellamus.

Sentícosus, pen. pro. Adiect. {ἀκανθώδης} Sentibus plenum, Spinosum & asperum. Lucilius,
Quàm senticosa verba perrorquet.

Senticetum, senticeti, pen. pro. {ἀκανθῶδες} Lucus in quo septes sunt, Plautus Capt. 13, Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Sentus, Adiectiuum {λόγος ἀκανθώδης} Horridus, inquit Donatus: quasi spinosus, Laceras vestes habens. Terent. Eunuch. 2. Video sentum, squallidum, ægrum, pannis, anísque obsitum.
Loca senta situ. Virg. 6. Æneid.

Seorsum, Aduerb {χωρίς} Separatim. Plaut. Epid. 9. In ædiculam seorsum isthæc eat iube. Liu. 2. bel. Pun. In castra hostes acceperunt: raditíque in custodiam omnes sunt, sed seorsum ciues, sociíque.
Seorsùm à patre si filius familiàs habitet. Caius in l. ex maleficio. §. penult. D. de actionibus & obligationibus. Seorsum à domino rationem habere. Pomponius in l. 4. in princ D. de peculio.
Seorsum ab altero aliquid parare. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 9,
Hoc vehementius laboro nunc, quòd seorsum à Collega puto mihi omnia paranda.

Seorsus, a, um, Adiect. {χωριστός} Separatus. Virg.
In eo opusculo cuius est initium, Est & non:
-pariter nonnunquam, seorsis Obsistunt dubiis,
¶Seorsum, Nominatim. Teren. Adelph. 5. 9. Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea.
Seorsum à te sentio, Diuersam habeo à te opinionẽ. Plau. Capt. 12.
Sed malène id factum arbitrare? AB. pessumè.
T. At ego aio, rectè: qui abs te seorsum sentio. Hoc est, aliud sentio quàm tu.

Seorsus, Idem quod Seorsum, antiquè. Plaut. Rud. 30. Præterea centum mnę philippicę in paceolo seorsus. Lucret. lib. 4.
Seorsus item sapor oris habet vim: seorsus odores,
Nascuntur, seorsum sonitus, &c.

Separo, separas, pen. cor. {χωρίζω, διαστέλλω, χωρίζω} Separare, Diuidere, distrahere, A se, & paro compositum. Plin. lib. 13. cap. 17. Mox separant lauando, & siccata tundunt.
A domina separari. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Separare vera à falsis. Cic. 4. Acad. Quoniam vera à falsis nullo di scrimine separantur.
Separatum extra. Cic. 1. de Inuent. Separatum quiddam est extra assumptionem approbatio.

Separatus, pen. pro. {χωρισμένος} Participium Cic. 4. Tusc. Quando igitur virtus est affectio animi, &c & virtus ipsa per se sua sponte separata etiam vtilitate laudabilis. Idem ad Att. lib. 14. 3. 4, Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant.

Separatim, pen. pro. Aduerb. {χωρίς} Idẽ. Cæs. 7. bel. Gall. Ac Vercingetorix, castris pro oppido in monte positis, mediocribus circum se interuallis separatim singularum ciuitatum copias collocauerat.
Coniunctim & Separatim, contraria. Cic. 3. de Fin. Exenim si valere & sæpe & magis expetendum sit, quàm sapere solùm: neque tamen si vtrunque sit æstimatione dignũ, pluris sit coniunctim, quàm sapere ipsum separatim. Legitur & coniunctum.
Separatim de probitate alicuius dicere, pro peculiariter: cui opponitur Cõmuniter. Cic. ad Brut. lib. 13. 11. Video mihi quum separatim de probitate eius & moribus dicturus fuissem, si prius causam cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate scripsisse. Ibidem, epist. 12. 1. Alia epistola communiter tibi commendaui ligatos Arpinatium, vt potui diligentissimè, ac separatim Quint. Fusidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo.
Separatim à. Cic. ad Cælium lib. 2. 15. Nihil accidit ei separatim à reliquis ciuibus.

Sepelio, sepelis, pen. cor. sepeliui, sepultũ {θάπτω, ἐνδιαστέλλω, ἐνθηκαίζω, ταφὴν ποιῶ} Sepelire, Humo iniecta cõtegere, in sepulcrum inferre, tumulo mãdare mortuũ. Cic. 2. de Legib. Hominẽ mortuũ inquit lex in XII Tab. in vrbe ne sepelito, néve vrito. Et paulo pòst, Non qui vratur sepeliri, sed qui humetur. Plin. lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus verò, humo tectus.
¶Sepelire doloré, per translationem, pro Deponere, tegere. Cic. 2. Tusc. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.
Illic siqua meum sepelissent fata dolorem. Propertius lib. primo, eleg. 16.
Cuncta tuus sepeliuit amor. Propert. lib. 3. eleg. 15.
Sepelire somnum. Plaut. Mostel. 16.
Vbi somnum sepeliui, omnémque obdormiui crapulam.
Sepelire se vino & epulis. Senec. epist. 12.

Sepultus, Particip. {θαπτός} Cic. in Pisonem, Hæc sunt ó carnifex in gremio sepulta. Consulatus tui.
Bella sepulta, Vide BELLVM.
Templis & auro sepultus. Lucan. lib. 8.
Custos sepultus. Virg. 6. Æneid.
Somno sepultus, Sopitus, dormiens. Lucret. lib. 1.
Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus,
Cernicem inflexam posuit.
Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam. Virg. 2. Æn.
Et stupeant multo corda sepulta mero. Ouid. 2. de Rem. amor.
Assiduo mero lingua sepulta. Propert. lib. 3. eleg. 11.
¶ Sepultus sum, pro Perij. Terent. Phorm. 5. 8,
Lemni habuit aliam. c. nullus sum. p. ex qua filiam
Suscepit, & eam clàm educar. c. sepultus sum. Vbi Donatus, *ait*, plus est enim quàm nullus sum.
Sepultum, ac sublatum bellũ. Cic. pro Lege Man. Quod bellũ expectatione Pompeij attenuatum atque imminutum est, aduentu sublatum ac sepultum.
Tecum vnà tota est nostra sepulta domus. Catul. ad Mall. 63.
Fama sepulta. Ouid. epist. 7.
Inertia sepulta. Horat. 4. Carm. ode 9.
Vrbs sepulta, Tacit. lib. 19. Cæterùm assidère sepultæ vrbis ruinis noxia tabo humus haud permisit. De vrbe excisa.

Sepultura, sepulturæ, pen. pro. {ταφή, ἐνθήκη, ἐνταφιασμός} Aliquando sepulchrum significat. Sulp. ad Cic. lib. 4. 12. At Athenienses locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui,
Insepulta sepultura, Vide INSEPVLTVS.
¶Sepultura, Sepeliendi actus. Cic. 1. Tusc. Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiã de humatione & sepultura dicendũ existimem.
Mos sepulturæ. Lucret. lib. 6.
Afficere sepultura, Vide AFFICIO.
Fata sepulturæ. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Iustę sepulturæ tradere. Martianus in l. Diui fratres. D. de relig. & sumpt. funer. Diui fratres edicto admonuerunt, ne iustæ sepulturæ traditum, id est terra condirum, corpus inquietetur.
¶ Sepultura, interdum etiam funus, & propriè exequias denotat. Cicero 1. Philippica. Qui illam insepultam sepulturam effecerant. Et libro 2. de Legibus. Nec de mortui laude, nisi in publicis

sepulturis, nec absque alio, nisi qui publicè ad eam rem constitutus esset, dici licebat.

Sepulchrum, sepulchri {τάφος, τύμβος, σῆμα, θέσις, θήκη} Locus in quo corpus, cinisque demortuorum corporum reconduntur. Dictum est quasi seorsum à pulchro, vt ait Seruius, propter recordationem doloris. Vel dicitur à Semis: quia pulchrum superficie, intus ossibus plenum est. Vel vt ait Donatus, quòd sine re pulchra sit. Aut quòd ibi sine pulsu sint, id est mortui. Aut à separãdo, quòd illis animæ à viuis separentur. Rectius tamen videbitur si Sepulchrum dicatur à sepeliendo, vt simulachrum & lauacrum à simulando & lauando.

Clausum sepulchrum. Ouid. 5. Metam.

Commune sepulchrum rerum Terra. Lucret. lib. 5.

Sepulchra familiaria. l. 5. D. de religios. familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi familiæque suæ constituit.

Sepulchra hereditaria. l. 5. & 6. D. de relig. Hæreditaria autem, quæ quis sibi hæredibúsque suis constituit: vel quod paterfamiliàs iure hæreditario adquisiuit.

Inane sepulchrum Ouid. 6. Metam.

Partum sepulchrum. Ouid. 15. Metam.

¶ Asterni sepulchro, Vide ASTERNO.

Condere corpus sepulchro Ouid. 8. Metam.

Animam sepulchro condere. Virg 3 Æneid.

Donare cinerem sepulchro. Stat 3 Sylu. 3.

Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulchris. Virg. 1. Georg.

Exeire animas sepulchris, Vide EXCIO.

Latè e post magna sepulchra. Horat. 1. Serm. saty. 8.

Reddere corpus sepulchro. Virg. 2. Æneid.

Néve rerere, meo subscribi causa sepulchro. Ouid. 9. Metam.

¶ Sepulchri appellatione, omnis sepulturæ locus continetur, vt ait Vlpianus De sepulchro violato, l. Prætor ait. Idem de Religiosis & sumpt. fun. l. Locum, Sepulchrum est vbi corpus ossáve hominis cõdita sunt. Cic. 9. Philip. Vtique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pãsa Cõsul, seu quo alio in loco videtur, pedes triginta quaq; versus designet, quò Seruius Sulpitius inferatur. Quod sepulchrum ipsius, liberorum, posterorúmque eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publicè datum est. Idem de Senect. Nec sepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam.

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum. Horatius primo Serm. satyra 8.

SEPVLCRVM, Sacra fuisse Romanis iura sepulcrorum, antiquæ legis illa verba declarant: Vbi corpus demortui hominis condas, sacer esto. & illa, Nequis vestibulum adiúmve ad sepulcrum vsu capito, néu bustum violato. & illa, Deorum manium iura sancta sunto, quod & anteà seruatum esse, irrogata violantibus pœna, posteriores iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Caius tradiderunt. Quod autem Cicero scripsit. lib. 11. de legibus: Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis causa tributũ est, vt Poplicolæ, vt Tuberto: quod eorum posteri iure tenuerunt, aut eos, si qui hoc, vt C. Fabricius, virtutis causa soluti legibus, confecuti sunt: id planè significat, etiam ante XII. Tab. inter a vibem sepeliri non licuisse, siquidem Poplicolæ & Tuberto virtutis causa tributum est. Quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus. Seruius quidem vbi exponit illud Virgilij, lib. XI,

Finitimos rollunt in agros, vbíque remittunt.

Duilio consule primum à Senatu decretum esse ait, nequis in vrbe sepelireur. quod imperatores quoque Adrianus & Antoninus prius renouarunt. & fuisse hanc veterem consuetudinem patet in lege mortuorum, C. de religiosis. & sumptibus funerum. legis quidem XII. tab. illa nota sunt in vrbe ne sepelito, néve vrito. quæ scripta sunt ob eam causam, tum vt ab oculis viuentium cadauera, quæ mœstitiam animis inferunt, quamprimùm amouerentur, tum ne cœlum illud vibanum, vnde proximè spiritus duceretur, tetro putrescentium corporum nidore corruptum pestem aliquam importaret. Datum autem decreto Senatus iis, qui triumphassent, vt cùm eorum corpora extra vrbem cremata essent, in vrbem ossa & cineres referentur, humíque mandarentur. hoc Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Illa verò, non inutile est cognoscere, in agris sepulchra fuisse, in agri venditione, iura tamen sepulcrorum penes eum, qui venderet, remansisse, eúmque sibi tantum agri in venditione excepisse, quantum adeundo sepulchro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse, vnde illud in oratione Ciceronis pro Roscio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. hac autem ipsa de re Pomponius iuris consultus ita scripsit: Dominis fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulcrorum ius est. tum igitur in agris, tum iuxta militares, vel publicas vias cadauera, aut, si cremata essent, cineres condebantur. nam & sepeliendi cadaueris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in XII tab. In vrbe ne sepelito, néve vrito. & illud quod in II de legibus scripsit Cicero: P. Cornelium Africanũ sepultũ esse, L. Cornelium Syllam primũ è Corneliis cremati voluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quàm cremari, Plinius lib. VII, cap. IIII declarat his verbis: Ipsum cremari, apud Romanos non fuit veteris instituti. terra condebantur. at postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum & tamen multæ familiæ priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus, idque voluisse veritum talionem, eruto C. Marij cadauere. hæc Plinius. Cui, quod ante XII tab. in more fuerit, id verus non videri, mirum est. Cremãdi consuetudo vsque ad Antoninorum imperatorum ætatem perduravit. rursus terra condi ceperum est. Legimus & illud, maiores natu ad tubas, minores ad tibias ad sepulcrum esse delatos: qui verò claris maioribus orti essent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Seruius Honoratus, ante sepulcrum aram fieri solitam. quod & Cicero in epistolis ad Atticũ significat. tametsi non aram modò, sed fanum quoque filiæ mortuæ cogitabat. Illud ex Festo scitu dignum, antè, quàm cadauer ad pyram defertetur, digit um abscissum esse, vt reliquo corpore perusto, ad eum iusta fierent. Cadauere pyræ imposito, qui propinquitate mortuo deuinctus arctissimè fuerat, is auersus, rogo facem accensam inferebat. Signum hominis sepulti non vnum fuit. nam & lapis, & tegula, & cæspes, & tumulus, & cippus sepulturæ locum indicabant. Ex lib. P. Manutii de legibus Romanis.

Sepulchralis, & hoc sepulchrale, pen. prod. {τυμβικός} Quod ad sepulchrum pertinet: vt Cæremoniæ sepulchrales, quæ pertinent ad impensam, structúramque sepulchrorum.

Aræ sepulchrales. Ouid. 8. Metam.

Fax sepulchralis. Ouid. epist. 12.

Sepulchretum, pen. pro. Catull. de Rufa & Rufulo, 55.

Vxor Meneni, sæpe quam in sepulchretis

Vidistis ipso carpere è rogo cœnam. id est in cœmeteriis.

Sepelibilis, & hoc sepelibile, pen. cor. {ἐνταφιαστός} Quod sepeliri debet aut est sepultum. Plaut. Cistel. 2,

-facito vt facias stultitiam sepelibilem.

Sepes, sepis. priore longa: uel Seps, sepis, f. g. {φραγμός, ὁρυκτὸς χαράκωμα} Quæ obiecta inter agrorum diuisiones vel ipsis hortis introitum prohibet. Cic. 1. de Nat. deor. Prætereo Samothraciam eáque quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur sylueſtribus sepibus densa. Columel. lib. 10.

Talis humus vel parietibus vel sepibus hirtis

Claudatur, neu sit pecori, neu peruia furi. Virg. 8. eclog.

Sepibus in nostris paruam te roscida mala

(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

Longę sepes. Ouid. 3. Fastor.

Opaca sepes, Vide OPACVS.

Sinistræ sepes Ouid. 2. Fast.

Structiles sepes. Vide Viua SEPES.

Texendæ sepes. Virg. 2. Georg.

Virgea sepes. Colum. lib. 11. cap. 3.

Viua sepes. Colum. lib. 11. cap. 3. Vetustissimi authores viuam sepem structili prætulerunt.

Prætendere sepem segeti. Virg. 1. Georg.

Sepio, sepis, sepiui, sepitum, pen. pro. vel sepsi, septum {φράττω, ὀχυρόω, περιτειχίζω} Septa autem dicitur à sepibus quæ obiectæ iter cludunt, inquit Nonius. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit, quas primùm perlucidas fecit, vt per eas cerni posset. Ibidem, Latent prætetea viriliter, excelsis vndique partibus sepiuntur.

Circundare & sepire. Cic ad Catonem, lib. 15. 4. Vallo & fossa circundedi: sex castellis, castrísque maximis sepsi.

Acribus namque custodiis domum & vias sepserat Liuia. Tacit. libro 1.

Abitus sepire. Vide Abitus in ABEO.

At Venus obscuro gradientes aëre sepsit. Virg. 1. Æneid. Intelligit Æneam & Achaten.

Sepire se difficultate abrogationis dicitur lex. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. Neque enim vlla est dex quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Sepire, veteres ambage quadam verborum rem obscurare, & quadam sepe obducere dixerunt, vt circumuestire. Vetus poëta apud Ciceronem. Quandoquidem iste circumuestit dictis, sepit sedulò. Turnebus.

Septus, Partic. {περιεργμένος} Stat. 1. Sylu. 1.

Ipse autem puro celsum caput aëre septus.

A gentibus belligeris septus. Ouid 3. Trist. eleg. 11.

Septa ab armatis pubes. Liu. 1. ab vrbe. Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenet.

Aggere septus. Silius lib. 16.

Armis septus. Virg. 1. Æn.

Charitate septus. Plin. in Paneg. Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit. Armis enim arma irritantur.

Comitatu septus. Cicero in Parad. Non denique animus ipse, qui tot virtutum præsidio, tantóque comitatu virtutis septus. In quibusdam exemplaribus desyderantur hæc verba, Virtutis septus.

Fraude locorum septi. Silius lib. 7.

Nebula septus. Virg. 1. Æneid.

Opibus septus & munitus contra conscientiam. Cicero 1. de Finib. Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse, & muniti videntur, deorum tamen numen horrent, &c.

Præsidiis philosophiæ septus. Cic. ad Tironem, lib. 10. 23.

Loca septa. Lucret. lib. 6.

Septum, septi, Substant. {φράγμα} Septa autem generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam sepimento vallata. Inde stabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, septa nuncupantur. Vnde & septa aliquando pro ouilibus ponuntur. Virgilius 1. ecloga.

Quamuis multa meis exiret victima septis.

Domorum septa. Lucret. lib. 1. Transit enim fulmen cœli per septa domorum.

In Martio campo loca inclusa tabularis, in quibus stans Pop. Ro. suffragia ferre contionerat, septa dici meruerunt ad similitudinem ouilium: de quibus Mart. lib. 9.

In septis Mamurra dis, multúmque vagatus,

Hîc vbi Roma suas aurea vexat opes.

Ineludere populum septis. Ouid. 1. Fast.

Varro de Re rustica vocat septa omnia quæ habent inclusa animalia quæ pascuntur. 1. de Re rust. cap. 11. Intra septa villæ habeat aquam. Apud eundem inscriptio est, De fundo & septis, libro 1. de Re rust. cap. 14.

¶ Septum, Sepes, & Sepimentũ, idé significare declarat his verbis Varro. lib. 1. de Re rust. ca. 14. Nunc de septis, quę tutãdi causa fundi, aut partis

aut partis siant videamus, Earum tutelarum genera IIII. vnum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Horum vnumquodque species habet plures. Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, &c. Secunda sepes est ex agresti ligno, &c.

Septa, pro Obicibus & claustris quibus vtimur ad impetus fluuiorum coërcendos accipiunt Iurisconsulti. Vlpianus D. De riuis l. prima, Septa sunt quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandæ compellendæ ve ex flumine causa, siue ea lignea sunt siue lapidea, siue ex alia qualibet materia ad continendam, transmittendámque aquam excogitata.

Sepimentum, sepimenti {φραγμός, φύρμα} Id dicitur quo aliquid sepitur. Varro. 1. de Re rust. cap. 14. Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices viuæ sepis. Cic. 1. de Leg. Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, dissendi ratione veri & falsi, iudicandi scientia.

Septuosè, aduerbium à septio, id est, obscurè {ἀποφατικῶς} Liuius Antiopa Ita septuosè dictio abs te datur, quod cõsecutam sapiens ægrè contulit.

Sepia, sepiæ {σηπία} Genus pisces atrum eruorem per aquam spargẽs, cum se persecutum videt, atque ita piscatoribus iter veluti sepit & occludit. Persius Satyr 3.

Nigra quòd infusa vanescat sepia lympha. Plin. lib. 9. cap. 29.

Sepiarum generis mares varij & nigriores, constantriáque matoris. Percussæ tridente fœminæ auxiliantur, at fœmina icto mate fugit. Ambo autem vbi sensere se apprehendi, effuto atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Cic. 2. de Natu. deor. Aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines.

Sepiola, sepiolæ, pen. cor. Diminutiuum {σηπίδιον} Plautus Casina. 11,

Emitto sepiolas sepidas, lolligunculas Ordeias.

Sepiacus, a, um: Ripa Sepiaca: Strabo extremo lib. 9. Tamen ipsam ripam Sepiacam tragœdiarum scriptores vulgarunt, posteáque col laudarũt, cum ibi Persarum classis interierit, & in nihilum omnino redacta fuerit. Ripa quidẽ ipsa faxosa est: inter illam verò v. cũque Castaneum, sub Pelio locatum litus iacet, in quo classis ipsa Xerxis, cùm staret in anchoris ingenti flante Euro, periit.

SEPIAS, adis {σηπιάς} Magnesiæ promontorium est, Herodot. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 9.

SEPINATES, vel potius Sepinates {σεπινάτιοι} populi sunt inter Samnites in quarta regione Italiæ à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum commemoratur à Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Sepio, Vide SEPES.

SEPISSA, vrbs in Ceramico Asiæ sinu, apud Plinium lib. 5. cap. 31.

SEPLASIA {σηπλασία} Fuit forum Capuæ, in quo vnguentarij negotiabantur, cuius deliciis fractam fuisse Punicam ferociam, testatur Valerius Max. lib. 9. Cic. 2. de Lege Agrar. Iam verò qui meros erat tunicatorum illorum & in Albana, & Seplasia, &c. Hinc seplasiarius, pro vnguentario & effœminato. Lampridius in Heliogabalo. Finxit se vt cupedinarium, vt seplasiarium, vt popinarium. Plin. libr. 34. cap. 11. Nunc quoties incidêre in libellos, componere ex his volentes ali qua, hoc est impendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpẽti, factáque iampridem emplastra & collyria mercantur, tabésque mercium. Idem lib. 26. cap. 10. Et inde fraus Seplasiæ.

Seplasium, neut. gen. Varr.

Doti dato insulam Chium, agrum Cæcubum,

Seplasia Capuæ, macellum Romuli. Nonius.

Sepono, seponis, pen. pro. seposui sepositum, pen. cor. {ἀποτίθημι} seponere, Seorsum ponere.

Seponere & occultare. Cic. ad Att. lib. 11. 230. Sed equidem venire nunc nil posse, sed seponi & occultari possunt, vt extra ruinam sint eam quæ impendet.

Sepouere à. Cic. 2. de Orat. Græci seposuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi, quæ, &c.

Seponere ad. Cic. ad Att. lib. 15. 328. Quódque ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud fanum seposítum putabam.

Seponere extra. Liu. 6. ab Vrbe, Seponendum extra certamen alterum Consulatum ad quem plebi sit aditus.

Seponere pecuniam in ædificationem. Liu. 1. ab Vrbe, Captiuam pecuniam in ædificationem eius templi seposuit.

Diuitiæ sepositæ. Stat 2. Sylu 2.

Seponere sibi tempus ad rem aliquam. Cic. in Orat. Alteros enim respondentes audire sat erat, vt ij qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent: sed eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus.

Onus tutum coniugij seponere, Id est, vxorem in loco tuto. Luc. libro 5.

Scimus inurbanum lepido seponere dicto. Lucan. lib. 5.

Sepositum ac reconditum. Cic. 6. Verr. Quod celari oportuerat, habebãt seposítum ac recõditũ. Idem 2. de Diuin. Quamobrem Sibyllam quidem seposítam & conditam habeamus, vt id quod proditum est à maioribus &c.

Fontis seposíti aquam quærere. Propert. lib. 1. eleg. 19.

¶ Seposítus, pro Remoto, Qui in longinquis habitat finibus. Martial. lib 2,

Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara Cæsar,

Ex qua spectator non sit in vrbe tua?

Seps, sepis. f. g. Vide SEPES.

Seps, m. g. {σήψ} Paruus serpens ex cuius ictu membra percussa putrescunt: ab σήπω putrefacio. Nam quicquid momorderit, resoluitur in puti edinem. Lucan. lib. 9. Ossáque dissoluens cum corpore tabificus seps.

Septa, septorum, Vide Sepio in SEPS.

Septem, Numerale nomen, indeclinabile. Græci {ἑπτὰ} dicunt, Latini spiritu aspero in s, mutato, & vocali vltima in em septem dicunt.

Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Virg. 6. Æn.

Septangulus dicitur quod septem angulos habet: ἑπτάγωνος.

September, Septembris, m. g. {μαιμακτηριών} Mensis dictus est, quòd sit septimus in ordine. Vide OCTOBER. Aliquando sumitur adiectiuè: vt

Horæ Septembres. Horat. 1. epist. 17.

Hæ lacrebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ

Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.

Septemfluus, Adiect. {ἑπτάῤῥους} Quod septem alueis, riuis, aut fontibus fluit. vt

Flumina septemflua Nili. Ouid. 15. Metam.

Pérque papyriferi septemflua flumina Nili

Victrices egisse rates.

Septemgeminus, pen. cor. {ἑπτάσκις} Aliud adiect. vt

Nilus Septemgeminus. Catul ad Furium, 11. Virg 6. Æneid.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Septemmatrus, septem dies festi seu Mineruæ, seu Deastris aliis: notat Alexander Alexandrinus libro Genial. dier. secundo, capit. 22.

Septempedalis, & hoc septempedale, pen. prod. {ἑπταπόδης} Quod est longum septem pedes. Plau. Curcul. 8,

-ibi nunc statuam vult dare auream

Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ siet Septempedalis.

Septemplex, septemplicis, pen. cor. adiect. {ἑπτάπτυξ} quod in septem partes diuisum est: vt

Clypeus septemplex. Virg 12. Æn.

-& clypei extremos septemplicis orbes

Per medium stridens transit femur.

Istes septemplex. Ouid. 2. Trist.

Nilus septemplex. Ouid. 15. Metam.

Septemstadium, secessus est in Alexandria. author Strabo lib. 17.

Septemvir {εἷς τῶν ἑπτὰ} ea forma dictum qua Triumvir. Nomen magistratus apud Romanos. Cic. ad Attic. lib 329. Caius Antonius noluisse fieri septemvir: Idem 5. Philip. Iudicandúmque nullos Septemviros fuisse.

Septemviralis, & hoc septẽvirale, pen pro. {τῶν ἑπτὰ} Quod ad Septemviros pertinet. Liu 4. bel. Pun. Vt proditio pro septemvirali iudicio esset. tempérque aliud sentirer, insidus socius, vanus hostis, &c.

Septemviratus, huius Septemviratus. pen. prod. m. g. {ἑπταρχία} Ipsa Septemvirorum dignitas. Cic. 2. Phil. Iundem in Septemviratu nónne destitisti? interuenit enim. Plin. epist. 230.

Septenarius, Adiect. {ἑπτάδικος} Idem quod Septimus: vt Septenarius numerus.

Septenarius versus, Qui constat septem pedibus. Cicero primo Tusculan. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

Septenaria synthesis. Martial. lib. 1.

Piceno quoque venit à cliente

Parcæ cistula non capax oliuæ,

Et crasso figuli polita cœno

Septenaria synthesis Sagunti.

Septenaria synthesis vasorum dicitur, quæ septies mutari poterãt pro vario mensæ ornatu.

Septendecim, pen. cor. {ἑπτακαίδεκα} Hoc est decem & septem, indeclinabile. Cic. 7. Verr. Et quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in septendecim populis Siciliæ non eramus. Idem pro L. Agr. Per tribus septendecim.

Septennis, & hoc septenne: vel Septuennis, & hoc septuenne {ἑπταέτης} Quod est septem annorum. Plaut. Bac. 8.

At nunc prius quàm est septuennis. Idem Menæch. 2,

Postquam iam pueri septuennes sunt, &c.

Septentrio, septentrionis {ἑπτάστρος} Septentriones sunt septem stellæ, ex quibus quasi iunctitriones figurantur. Scribit Varro, triones tusticorũ vocabulo boues vocari, quasi teriones, hoc est arandæ terræ accolendæ idonei. Vel ideò magis hæ septem stellæ triones appellatæ sunt, quoniam ita sitæ sunt, vt ternæ quoque stellæ proximè inter se trigona, id est triquettam figuram constituant, quam recentiores vocant triangulum. Ex septem siquidem stellis duæ pariles vno in loco videntur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ figuræ plaustri figuram designant. Itaque & proximum huius sydus, bubuleus, id est bootes appellatur, qui more bubulci currum sequitur. Hoc sydus à figura, quia simile plaustro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν id est plaustrum dixerunt: nostri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Vide Gellium lib. 2. cap. 21. Ab his etiam ventus spirat, qui austro obiectus est, & Latinè Septentrio, & septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè verò, quòd ab Arcto flat, Aparctias appellatur. Plau. Amph. 4.

Nam neque se Septentriones quoquam in cælo commouent. Cæs. 7. bel. Gal. Erat à Septentrionibus collis. Cic. 2. de Natu. deor. Inflectens autem Sol cursum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æstates & hyemes efficit.

Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni Tenasmos. Virgilius 3. Georg.

Septentrio, Polus Septentrionalis. Plin. lib. 6. cap. 22. Syderum in naui gando nulla obseruatio, Septentrio non cernitur.

Septentriones venti {ἀπαρκτίαι} Cic. ad Attic. lib. 9. 173. Ex ea die fuere Septentriones venti: nauces quibus vsus nõ est, omnes aut præcidisse aut incendisse dicunt.

Septentrionalis pen. pro. Adiect. {ἀρκτικός} vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin. lib. 9. cap. 17.

Septentrionarius, ventus qui a Septentrione flat Latinis dicitur, quem Græci {ἀπαρκτίαν} vocant. De hoc Gellius lib. 2. cap. 22.

Septenus, pen. prod. {ἑπτὰς} Aliud adiectiuum, Idem quod Septem. Cic. in Somnio Scipionis. Quum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditúsque conuerterit. Idem 4. Verr. Sic Plin. lib. 7. cap. 25, Epistolæ septenæ.

Fistula dispar cannis septenis. Ouid. 2. Metam.
Corpora septena. Virg. 6. Æn. -tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis fortibus vrna.
Noctes septenæ. Propert. lib. 2. eleg. 17.
Non quia septenas noctes seiuncta cubatis
Portæ septenæ. Stat. 3. Thebaid.
Anguis traxit septena volumina. Virg. 5. Æneid.

Septies, Aduerb. {ἑπτάκις} Plin. lib. 16. cap. 40. Septies restituto templo. Cic. 2. Philip. Vbi est septies millies festertiũm, quod in tabulis quæ sunt ad Opis, paretbat.

Septifariam, Aliud aduerb. vt Multifariam, Satra de Verborum antiquitate, In quod volumen vnum nos lectitauimus, & postea inuenimus septifariam diuisum. Nonius.

Septimus, pen. cor. Adiect. {ἕβδομος} Plin. lib. 7. cap. 52. Vt tamen in septimum & quinquagesimum atque cẽtesimum vitę duraret annum. Plaut. Pseud. 9.
-ædes esse septimas Aporta.

Septimum, Aduerb. Septimò. {ἑβδόμον} Cic. de Natur. deorum. Cur enim Marius tam fœliciter septimum Consul domi suæ senex est mortuus?

Septingenarius, Adiect. Quod septingẽtorum numerum cõplectitur, {ὁ ἑπτακοσίους ἑπτάκοντα πέντε} vt Septingenarius grex. Varro de Re rust. cap. 10. In quibus septingentæ sunt oues.

Septingenti, septingentæ, septingenta, {ἑπτακόσιοι} Pluraliter tantùm. Plin. lib. 35. ca. 2. Et M. Varro benignissimo inuento insertis voluminum suorum fœcunditati, nominibus tantùm septingentorum illustrium. Liu. 3. bell. Pun.

Septingẽtesimus, pen. cor. Adiect. {ἑπτακοσιοστὸς} Liu. 1. ad Vrbe, in Proœmio, Res est præterea & immensi operis, vt quæ supra septingentesimum annum repetatur.

Septuaginta {ἑβδομήκοντα} Cic. 5. Verr. Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inanior quum sit, vos coniecturam totius prouinciæ non facietis?

Septuagenus pen. pro. Adiect. {ἑβδομηκοντα} Plin. lib. 26. cap. 10. Septuageno coitu durare libidinem conractu herbæ cuiusdam, &c. Hoc est septuagesimo. Col. lib. 5. cap. 2. Hoc in se multiplicato, septuagies septuageni fiunt quatuor millia, & noningenti.

Septuagies, Aduerb. {ἑβδομηκοντάκις} Vide proximum præcedens exemplum.

Septiana mala: aut vertus Sextiana, à quodam Sextio libertino, eorum primo insitore, insigni rotunditate prædita. Columella lib. 5. capit. 10.

SEPTICOLLIS {ἑπτάλοφος} vrbs Roma, quòd septem colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Auẽtinum, Cœlium, Viminalem, Exquilium, & Ianicularem.

Septimiana porta, fouitia denominatione in vrbe dicta fuisse perhibetur. Alexan. Alexandrinus lib. Genial. dierum. 4. cap. 1.

Septicus, pen. cor. {σηπτικὸς} Adiect. Corrosiuus, à verbo Græco σήπω, putrefacio. Vnde σήπτικα medicamenta quæ vim habent erodendi, putrefaciendíque. Plinius libro 28. capite 9. Quin & sanguis equorũ septicam vim habet. Idẽ lib. 34. ca. 18. Summa eius dos septica.

SEPTIMVLEIVS, C. Gracchi interfector, tametsi anteà familiaris, Is auro repensum caput Gracchi ad Opinium tulit, plumbóque in os addito, parricidio Rempublicam etiã circumscripsit. Plin. lib. 33. ca. 3.

SEPTIMONTIVM, septimonti. Varro lib. 5, de lingua Lat. Dies, inquit, Septimontium nominatus ab his septem montibus, in queis sita vrbs est: feriæ non populi, sed montanorum. Hoc etiam testatur Festus lib. 17. authorem citans Antistium Labeonem. Septimontium, Ait Lilius in historia deorum, inueni nuncupatum, quum septimus collis vrbi effet additus: in cuius celebritate in locis septem sacrum factum fuisse, testis est Varro, Palatio, Subutra, Velia, Fagurali, Cœlio, Oppio, & Cespio. quo die per vrbem vehiculis vehi, crimino sum habitum fuit. Plutarchus in Problemat. Roman. Quid est quòd Septimontio vehiculis iunctis vti cauebant, & nunc etiam qui vetera non contemnunt, cauent? Septimontium verò diem festum agunt Romani, quòd quum septimus collis vrbi attributus est, septicollis Roma facta est. An, vt quidam Latini accipiunt, quòd vrbs nondum suis partibus penitus coniuncta erat? An, hoc quidem ad Dionysium non est? Magna verò re effecta, constituta ciuitate, quòd vrbem iam augeri, & quasi vlterius progredi desisse existimarent, cùm seipsos, tum verò inmenta quibus fuerant vsi, quiete affecerunt, & communis festi otio frui voluerunt? An quòd cùm omnes dies festos ciuium præsentia ornari ac celebrari semper voluerunt, tum illum præcipuè qui propter ciuitatis habitationem ageretur? Quapropter ne vrbem cuius dies festus ageretur, relinqueret, eo die vehiculis vti permissum nõ est.

Septimontialis, & hoc septimontiale pen prod. Adiectiuum. Columel. lib. 2. cap. 10. De fabis loquẽs, Media sementi seri, & pars vltima debet, quæ septimontialis satio dicitur. Suetonius in Domitiano cap. 4. Septimontiali sacrorum quidem die, senatui, equitíque panariis, plebeis sportellis cum obsonio distributis. Initium vescendi primus fecit: &c. Hoc est, Domitianus die vrbis festo qui Septimontialis vocatur, epulum largissimum inter spectacula dedit: in quo ordini senatorio, & equestri panaria distributa sunt cum obsonio, sicut plebeiis sportellæ. In eo autem epulo ipse princeps primus fecit initium vescendi.

Septunx, septuncis, m. g. {ἑπτάγκια} Nomẽ dictum à septem & vncia: estque pondus septem vnciarum. Interdum etiam mensura iugeri, hoc est partis mediæ & vnius duodecimæ ipsius iugeri. Col. lib 5. ca. 1. Pars dimidia & vna duodecima, pedes sexdecim millia & octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scrupula c ɪ̃ ɔ̃ xviii. Liu. 5. ab vrbe, Triumuirique ad id creati terna iugera & septunces viritim diuiserant. Liu. 3. bel. Pun.

¶ Septunx, pro Septem vini cyathis. Solebãt enim veteres quando se paulò liberalius inuitabãt, tot vini cyathos hauftibus singulis

ebibere, quot erãt literæ in suorum amicorum amicarũmve nominibus, singulósque cyathos appellabant vncias.
Martial. lib. 8. De phiala ab Instante Rufo sibi data,
Det numerum cyathis Instantis littera Rufi,
Author enim tanti muneris ille mihi.
Si Thelethusa venit, promisṫáque gaudia portat:
Seruabor dominæ Rufe triente tuo.
Si dubia est: septunce trahar, si fallit amantem:
Vt iugulem curas, nomen vtrunque bibam.
Instans constat septem literis, Rufe vocatius quatuor. Si Thelethusa Martialis amica venit, epoturus est trientem, id est quatuor cyathos, quot sunt literæ in vocatiuo Rufe. Si dubia est ventura, sit nec ne: bibet septuncem, hoc est septem cyathos, quot sunt literæ in Instans. Si omnino ventura non est: bibet vtrunque nomen, id est vn decim cyathos. Tot enim literas habent duo hæc nomina Instans & vocatiuus Rufe.
Vide Sextarius Romanus in SEX.

Septuncialis, pen. pro. Adiect. {ἑπτάγκιος} vt Septuncialis satio, quãdo media & vltima pars sementis seritur. Col. lib. 2. cap. 10. Media sementi pars seri, & pars vltima debet, quæ septuncialis satio dicitur. Alij legunt Septimuncialis.

SEPTIMIVS {σηπτίμιος} vir Romanus, cuius amores describit Catullus. A quo

SEPTIMILLVS, Diminutiuum. Catul. de Acme, 43,
Sic, inquit, mea vita Septime,
Huic vni domino vsque seruiamus.

Septuose: Vide SEPES.

Sepulchrum Sepultura, Vide SEPELIO.

Sepum, sepi {σήπω} quod & seuum dicitur. Fit ex adipe ruminantium, autore Nonio, Vide SEVVM.

Sepatius, Adiect. {σεπάτιος} Quod ex sepo est: vt Candelæ sepatiæ. Aul. Gell. Tota domus compleatur tedis, lucernis, cereis sepatiis, & cæteris nocturni luminis instrumẽtis. Quidã legunt Sebũ. & Sebo, sebas.

SEQVANA, pen. cor. {σηκουάνα} Fluuius Belgarũ in Gallia, iuxta quem habitantes, Sequanici dicti sunt: & Sequani, hodie Burgundię ducatum incolẽtes, Heluetiis, Heduis, ac Lingonibus finitimi. Lucan. lib. 1, Optima gens flexis in gyrum Sequana fræuis.

Sequanicus, sequanica, sequanicum, Martial.
Hanc tibi sequanicæ, pinguem texricis alumnam.

Sequanus, pen. cor. Adiectiuum. Plin. lib. 14. cap. 1. sub finem, Aruerno, Sequanóque, & Heluico generibus non pridem illustrata.

Sequax, Sequela Vide SEQVOR.

Sequester, hæc sequestris, & hoc sequestre: vel hic & hæc Sequestris, & hoc Sequestre: & Sequester, sequestra, sequestrum {μεσίτης, ὁ, ἡ, μεσίτις, ἡ, ἐγγυητής, ὁ, ἡ} Dicitur (inquit Modestinus de Verb. signific.) apud quem plures eandem rem de qua controuersia est, deposuerunt. Dictus à sequendo, vt docet Gellius lib 20. cap. 10. Quòd eius qui, electus sit, vtraque pars fidem sequatur. Plaut. Rud. 23.
Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, cuius hæc res arbitratu fiat. Idem Merc. 15.
Imò sic sequestro mihi data est.
¶ Pace sequestra, dixit Virg lib. 11. Æneid. inducias intelligens, quòd sit media inter bellum præteritum & futurum, Seruius.
Pacis sequester, Mediator, Silius lib. 6.
¶ Sequestrem vocat Asconius, apud quem pecunia deponitur. Budæus, corrumpendarum tribuũ conductorẽ. Cic. 4. Verr. Qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus estris est? Caius Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, cõfector negotiorum, propè Collega Timarchidi, numerabatur. Idem pro M. Cælio, Quod haud scio an de ambitu, & de criminibus istis sodaliũ ac sequestriũ quoniam hunc incidi, similiter respondendũ putẽ. Idẽ pro Cluentio, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo dicebatur esse vsus. Et 2. Verr.
Rem perficiendã suscipere, & inde lucrum facere, vt redemptores solent, hoc genus Cicero sequestres (teste Budęo) appellate solet, vt in prima in Verrem actione.
Sequester, apud Quintilianum, pro eo qui à litigatore doctus, docet patronum lib. 12. cap. 8. Quo modo autem sequester ille & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, quum dicturus ipse non sit?

Sequestrarius, Adiectiuum, vt Sequestraria actio, quæ aduersus sequestrem datur. l. 12. § cum sequestre. Cum sequestre (inquit Poponius) rectè agetur depositi sequestraria actione. in tit. Deponti. vel contra. lib. 16. P. tit. 16.

Sequestratio, est rei de qua agitur controuersia vel separatio, vel compositio, vel possessionis interdictio. Est autem duplex. Quædam est voluntaria, quando partium consensu deponitur res litigiosa. Et hęc semper potest fieri ante iudicium, vel pendente iudicio. l. 1. in principio. D. de positi. l. Si ciuitatis. D. de solutionib. Quædã verò est cõtentiosa, seu vt nonnulli vocant, necessaria sequestratio, quæ per iudicem decernitur causa cognita, etiã inuitis vtrisque litigatoribus, & altero eorum petente. Vide tit. C. de prohibit. sequestrat.

Sequestrum, sequestri, sequestre, substantiuum n. g. Paulus lib. 3. Ad Edictum, Proprię (inquit) in sequestro est depositum, quod à pluribus insolidum certa conditione custodiendum reddendúmque traditur l. 6. Depos. vel contr. lib. 16. P. tit. 3.

Sequestrò, Aduerbium, vt sequestrò ponere, pro, apud sequestrem deponere. Cato de Ptolemæo contra Thermũ, Per deos immortales, nolite vos sequestrò ponere. Meminit Gellius lib. 20. cap. 10.

Sequior, & hoc Sequius. Vlpia. in l. Cum hi. §. Sed & personarum. D. de transact. Sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est, cuius vitæ sint hi quibus alimenta relicta sunt: vtrum frugi vitæ, & qui aliãs sufficere sibi possint: an sequioris, qui de alimentis pendeant.

¶ Sequius, pro deterius. Tranquillus, Multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam sequius admissa in Rempublicam extant. Excussi secus habeãt, sed hac voce Varro etiam apud Nonium vtitur.

Non modò absens quicquam sequius de te cogitat, sed etiam ruminabitur humanitatem. Nam sequior pro deterior dici, non est perinde infrequens, quòd à sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. Sed & nihilo deterius, quod insolentius videri poterat, pro nihilo secius apud Asconium legi. Petebat, inquit, nihilo deterius consulatum. Turnebus.
¶ Sequius, pro Secius Aduerb. Liu. 2. ab Vrbe. Inuitus, inquit, quod sequius sit, de meis ciuibus loquor: non tamen admissum quicquam ab iis criminatum venio, sed cautum ne admittant.

Sequor, sequeris, sequutus sum {ἕπομαι, εἶμι ὀπίσω, ὑπεισέρχομαι, διώκω, σπεύδω, σπουδάζω, ὑπόπτευω,} sequi. A Seco secas, detiuatur, vt vult Sipontinus. Terent. And 1. 1.
-funus interim
Procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus. Varro 1. de Re rustic. cap. 47. Nam aridæ factæ tixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur.
Sequi & assequi. Cic. 1. Offic. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi non queas.
A tergo sequi. Virg. 1. Æneid.
Amicum sequi, Facere quod amico placet, obtemperare illi. Cic. de Amicitia, Quare talis improborum consensio non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est: vt nequis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. Plaut. Merc. 18.
Quicquid complacitum, id sequuntur.
Autoritatem alicuius sequi. Cic. 2. de Fin. Huius ego nunc autoritatem sequens, idem faciam, Vide AVTORITAS.
Cibum sequitur somnus. Lucret. lib. 4
Compendia temporis sequi. Colum. lib. 9. cap. 4.
Cogitationes lætus euentus sequitur. Plin. epist. 23.
Consuetudinem sequi, Facere secundum consuetudinem. Plinius epist. 30.
Disciplinam philosophorum sequi. Cic. 4. Acad.
Discordia vadit, hanc Bellona sequitur. 8. Æneid.
Ex fuga aliquem sequi. Cæsar. 3. bel. Ciu. Quicunque ex fuga Pompeium sequerentur, atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti erant. Id est, Quicunque fugerent, & sequerentur Pompeium.
Famam sequi. Horat. in Arte.
Fames sequuta est. Plin. lib. 7. cap. 3.
Feras sequi. Ouid. 2. Metam.
Fidem alicuius sequi. Cæs. 5 bel. Gal. Ex qua Mandubratius adolescẽs Cæsaris fidem sequutus, adeum in continentẽ Galliam venerat.
Fidem Populi Romani sequi, Populo Romano fidem seruare, non discedere à fide: Cæsar 4. bel. Gall. Cicero 2. de Diuinatione, Quod fidem sequutus amicitiámque populi Romani functus sit officio.
Vulgò, *Tenere bonum pro populo Romano.*
Fortunam suam sequi. Liu. 2. bel. Pun.
Gratiam Cæsaris. Cæsar 1. belli Ciuil.
Interuallo magno sequi aliquem. Cæsar 1. bel. Gall.
Iudicium alterius sequi. Cic. ad Brutum, 8 1. Optimus enim quisque vir, & ciuis maximè sequitur tuum iudicium, tibíque omnes fortes viri nauare operam & studium volunt.
Sequi librum lapsum Plin. epist. 25.
Sequi lites. Terent. Adelph. 2. 2.
Magistrum sequi. Plin. epist. 119.
Matrimonium diuitis sequi. Plin. epist. 171.
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur. Virgilius 3. Æn.
Militiam sequi. Cic. pro Muræna, Seruius hic nobiscum hanc vrbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi sequutus est.
Naturam ducem sequi, Facere quemadmodum natura aliquem inclinat. Cic. 1. Offic. In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes vtilitates in medium afferre. Idem 1. de Legib. Sed certe ita res se habent, vt ex natura viuere, summum bonum sit, id est, vita modica & apta virtute perfrui, aut naturam sequi, aut eius quasi lege viuere. Id est, nihil quantũ in ipso est prætermittere, quo minus ea quæ natura postulet, conseq uatur.
Sequitur necessitas militandi. Cic. 3. ab Vrbe.
Officium sequi. Cic 2. de Finib. Tamen ea faciatis, è quibus appareat non voluptatem vos, sed officium sequi.
Opportunitatem sequi. Cic. 1. Offic. Sed credo illos secutos opportunitatem loci, maximè ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.
Ordinem vitæ sequi. Plin. lib. 12. in Proœmio.
Otiose sequi: Vide otiosus in OTIVM.
Pedibus aliquid sequi. Liu. 4. bel. Maced.
Sequitur pœna damnatum. Cæsar. 1. bel. Gall.
Ponè sequi. Claud. 2 Paneg.
Promissa sequi Liu. 4. bel. Pun.
Quæstum & sumptum sequi. Cic. pro Quintio, Non vsque eò tamen, vt in capite fortunísque hominum honestissimorum dominentur hi, qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt.
Ratione sequi voluptatem. Cic. 1 de Finib.
Sectam alicuius sequi. Liu. 9. bel. Pun.
Sententiam alicuius sequi. Cæsar 1. bel. Ciuil. Inuiti & coacti Scipionis sententiam sequuntur. Cic. 2. de Finib. Vnde si secutus esset eorum sententiam qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, nummum nullum attigisset.
Sponte sequi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Studia sequi disparia. Cic. de Amic. Dispares enim mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.
Vtilitates sequi. Cic. de Amic. Amare autẽ nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita: quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sis sequutus.

Verbum aliquod sequi. Cic. pro Cecinna, Nónne si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi cui manus afferantur?
Vestigiis sequi aliquem. Liu. 9. ab Vrbe,
Voce aliquem sequi. Virg. 9. Æneid.
¶ Sequitur, absolutè, pro hinc est. Cic. 4. Academ. Illud certè opinatione & perceptione sublata sequitur, omnium assentionum retẽtio.
Sequitur videre de eo, quod veteres constituerunt. Paul. in l. Si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obligat.
Sequitur vt. Cic. 2. de Fin. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat ei non sapiat palatus. Idẽ de Faro, Ibidẽ, Nec si omne enuntiatũ verum aut falsum est, sequitur ilico esse causas immutabiles & æternas.

Sequutus, pen. prod. Particip. Plin. lib. 13. cap. 22. ad finem, Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatã faciem illinens fibi cum thure ceráque, & sequuto die contra famam cutem synceram circumferens.
Sequendus, Participium passiuum. Triphonius in l. penul. D. De eu ratoribus fisco dandis. Per omnia iudicium testatoris sequendum est. Vlpian. in l. Item videndum. D. de petitione hæreditatis. Octaueni sententia sequenda esse videtur.

Sequutor, pen. prod. Verbale {ἀκόλουθος, ἀφηγητὴς} Iuuen. Satyra 8.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere cum Gracho iussus pugnare sequutor. Gladiatorũ alter Sequutor & Mirmillo, alter Retiarius dicebatur. Mirmillo scutum & falcem sumebat & galeam, in cuius vertice erat pisces effigies: aduersus quem retiarius pugnans, cùm eum insequeretur, hæc cantabat, Non te peto, Piscem peto: quid me fugis Gallę? Retiarius autem fuscinam & rectè gestabat tunicatus, quò Mirmillonẽ implicitũ caperet. Quæ omnia fusissimè describit Iuuen. Saty. paulo antè citata. Acrõ in illud Horatius Serm. li. 2. Saty. 6. Thrax est Gallina Syro par. Thrax, inquit, dicebatur gladiator sequutor. Retiarius Mirmillo. Gallina nomẽ est gladiatoris. Sed fallitur Acron. Hoc genus pugnæ institutũ est à Pitthaco, vno ex septem sapiẽtibus: qui aduersus Phrynomem dimicaturus, reti occultato impediuit impl. caustque aduersarium. Sueton. in Caligula cap. 30. Retiarij tunicati quinque numero gregatim dimicarunt, sine certamine vllo, totidẽ sequutoribus succubuerant, quum oculi iuberẽtur, vnus resumpta fuscina, omnes victores interemit. Retiarium expressit Iuuenalis Satyra 8.
-mouet ecce tridentem
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nec quicquam effudit. Tunicati dicebantur, quòd in tunica digladiabantur, vt essent expeditiores. Hinc illud Iuuenalis Satyra 2.
Vincit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Vide Gladiator in GLADIVS.
Sector, sectaris {αἱρετίζω, αἱρετίζομαι} sectari, Frequentatiuum, Sectari dicitur, qui aliquem sequitur frequenter, vt eum possit vel videre vel alloqui. Cic. 6. Verr. Qui illic eiusmodi est, vt eum pueri sectentur, vt omnes, quum loqui cœperit, irridant. Idem in eundem 4. Is prætorem circum omnia fora sectaretur. Et pro Murœna, Sectari aliquem totos dies.
Aliquem pennis sectari. Ouid. 2. de Arte.
Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Læuia sectantem nerui deficiunt. Horat. in Arte. Id est, Eneruatos versus scribet, qui dat operam vt scribat delicatos.
Aratrum sectari. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
¶ Sectari belluas, apros, ceruos, Venando sectari & persequi, inuestigare, perquirere, sequi. Plaut. Milite,
Respondit se sectari similam. Terent. in prologo Phorm.
-adolescentulum
Ceruam videre, fugere, & sectari canes. Virg. 3. ecloga,
Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo.
Sectari leporem. Horat. 2. Serm. saty. 2.
¶ Sectari aliquem, conuenienter sequi, vt fit quum quempiam in sermonibus, in sententiis, in disciplinis & cæteris factis sedulò, perpetúq; sequimur ac imitamur. Terent. Eunuch. 2. 2.
Sectator. pẽnult. produ. sectatoris, Verbale {ἀκόλουθος, ἀφηγητὴς} Qui vt aliquid conditscat, frequenter aliquem consequitur. Cic. pro Murœna, Quid opus est, inquit, sectatoribus? Plin. li. 18. ca. 28. Hoc postèa Sestius è Romanis sapientiæ sectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Gel. lib. 2. cap. 2.

Secta, sectæ {αἵρεσις} à Sector, sectaris: vel à Sectus. Græcè hæresis dicitur, vnde Sectæ Philosophorũ, familiæ & disciplinæ. apud Cic. de Orat. Est autem secta, disciplina, certa quædam disciplinæ formula, factio, studium, ratio vitæ.
Secta & lex in proscindendis agris, Colum. lib. 6.
Secta & ratio vitæ. Cic. pro Cælio, Qui hanc sectam rationémque vitæ re magis quàm verbis secuti fumus.
Aspertima secta. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Immota Catonis secta. Lucan. lib. 2.
Seuerissima secta. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Exequi sectam alicuius. Catull. de Berecynthia 58.
Viam & sectam quãdam sequi. Cic. 2. de Nat. deor. Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi viam quandã & sectã quã sequatur.
Sectã & institutа aliquorum persequi. Cic. 7. Verr. Horum nos hominum sectam atque institutа persequimur.
Sequi sectam aliquorum. Cic. de Clar. Orat. Quo magis tuũ Brute iudicium probo, qui eorum, id est ex vetere academia Philosophorum sectam sequutus es.

Sectarius, Adiect. vt Veruex sectarius, qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. Capt. 13,
Qui Petroni nomen indunt verueci sectario. Cato cap. 150. Menses decem ab coactore releget porcos sectarios.

Sectacula, sectaculæ, pen. cor. {ἀφηγούμενον} Diminutiuum à Secta, Quasi sequela quædam & propagatio. Apuleius, Occipiunt scisciturari qualis ei maritus, & vnde natalium sectacula proueniret. Fortassè scribendum sectatula.

Sequela, sequelæ, pen. prod. {ἀκολουθία} Scævola in l. Si duo rei. ff. de solut. Vt vbi ei obligationi, quæ sequelæ obtinet locum, principalis accedit, cõfusa sit obligatio: quoties verò duæ sint principales, &c. Lactan. de opific. dei. cap. 4. Mors sequela morborum est.

Sequax, sequacis, pen. prod. om. gen. {ἀκόλουθος} Quod aliquid sequitur. Plin. in Paneg. Flexibiles quancunque in partem ducimur à principe, atque vt ita dicam, sequaces sumus. Plin. maior lib. 11. cap. 37.
Capreæ sequaces. Id est, persecutrices. Seruius. Vincta enim sequuntur, & eis plurimùm nocent. Virg. 2. Georg.
Curæ sequaces. Lucret. lib. 3.
Mores sequaces. Qui sequuntur cuiusque naturam. Lucret. lib. 3.
Oculi sequaces. Stat. 3. Thebaid.
Telum sequax. Silius lib. 15. Quò persequimur hostem.
Sequax, Quod se spargendo dilatat. Persius in Prologo,
-quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces. Virg. 8. Æneid.
-sonitúmque metúmque.
Miscebat operi, flammísque sequacibus iras. Hoc est persequtricibus. Seruius.
Sequax bitumen, Lentum, & quod attractum digitos sequitur, picis vel visci more. Plin. lib. 7. cap. 15.
Sequaces lanæ. Martial. lib. 13.
Sequax materia, pro inhærente. Plin. lib. 11. cap. 2.
Vndæ sequaces. Id est, persecutrices. Seruius. Virg. 5. Æneid.

Sequacior, Comparatiuum. Plin. lib. 36. cap. 26. Nec est alia nunc materia sequacior.

Sequaciter, pen. cor. Aduerb. Arnob. lib. 2. aduersus gentes, Concludere acutissimè syllogismos, ordinare sequaciter inductiones suas. Rursus lib. eodem, Nõ enim si negemus muscas, scarabeos, & cimices omnipotentis esse opus regis: sequaciter postulandum à nobis est, vt quis ea fecerit dicamus.

Ser {σής} vermiculus apud Seres, qui Sericum procreat. Bayf. de re vestiar. cap. 5.

Sera, seræ {σφῆνες} Instrumentum quo clauduntur ostia. Iuuenal. Pone seram, cohibe, sed quis custodiet ipsos? A serare, id est aperire detiaturque, authore Varrone lib. 3. de lingua Latina. Festus, Asserere manum, est admouere, quòd ea quoque quæ in terram dimittũtur seri dicuntur: vnde etiam seræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur, defixæ postibus, quemadmodum ea quæ terræ inseruntur.
Dura sera. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Rigidæ seræ. Ouid. 1. Fast.
Excuresseram poste. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

SERANVS, pe. prod. {σπερμολόγος} Romani viri cognomen, dictus Qu. Atilius cincinnatus Seranus: cui quum suum agrum & araret & sereret, Dictatura ei à populo Romano delata est. Vnde à serendo Seranus appellatus est. Vide SERRANVS.
Seranus, Satyra vna fuit Varronis sic inscripta, quòd ex agro euocatus esset Seranus, quem serentem dati honores inuenerunt. Turnebus.

Seraphim, vox est Hebraica pluralis numeri idem significans quòd igniti, candentes, à verbo שרף saraph, succendo, vro, exuro, comburo. Numeri 21. Misit Dominus in populum hanneasim, haseraphin, id est ignitos serpentes. Significat & certum ordinẽ angelorum cælestis hierarchiæ, estque generis tam masculini quam neutri. Isaiæ 6. Seraphim stabant super illud. Ibidem, Et volauit ad me vnus de Seraphim. Diuus Hieronymus ad Furiam: Hæc sunt duo Seraphim ter glorificantia trinitatem.

Serapias {ἄγχουσα, σκορπίος} Herba quæ & orchis dicitur, quòd (inquit Dioscorides) eius radix inter pauca sit vtilis. Dicitur & cynosorchis, Latinè Testiculus canis, quod nomen vulgus retinet. Aetius & Paulus Æginera triorchiu appellant, à tribus testiculis in radice dependentibus. Plin. lib. 26. cap. 10.

Serapinum. Vide SAGAPENVM.

SERAPION {σεραπίων,} Ælianus dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem panegyricum: orationes in genere deliberatiuo, apud Alexandros: item vtrùm Plato iure remouerit Homerum à sua Republica: præterea artem rhetoricam. Autor Suidas. Serapion, pictor cognominatus Rhyparographus, author Plin. lib. 35. cap. 10. Serapion, Præsul Antiochenus sub Commodo principe, cuius meminit Hieronymus. Serapion alter Christianus, qui ob elegantiam ingenij Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, vt idem Hieronymus author est.

Serapis, vel Seraphis, penult. prod. {σεράπις} Serpens, deus apud Ægyptios, qui apud Græcos Pluto, quem colunt qui Nilum inhabitant. Martial. lib. 9.
Heu quæ lingua silet non illam mille catastæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Matt. Capella ausus est corripere penultimam, lib. 2.
Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin. Plin. lib. 37. cap. 5. Apion cognominatus Plistonices, paulo antè scriptum reliquit, esse etiam in labyrintho Ægypti colosseum Serapin è smaragdo nouem cubitorum. Vide OSIRIS. Huius meminit Cic. lib. 3. de Nat. deor. & multis Cæl. Rhodig. lib. 2. cap. 13. Antiquarum lectionum.

SERBONIS, {σιρβωνὶς} Palus est, iuxta quam est mons Cassius, teste Herodoto lib. 2.

SERENSIS, Ciuitas Arabum non procul à Troglodytis. Plin. lib. 6. cap. 29.

SERENA, pen. prod. {σεμνὴ} ex Hispania oriunda, vxor fuit Stiliconis, soerus Honorij Imperatoris, qui Mariam filiam ipsius, vxorem duxit. Huius Serenæ laudes eleganti carmine celebrauit Claudianus.
Docta Serena. Claud. de concha.
Sydera serena. Claud. de nuptiis Honorij.

Serenus, pen. prod. {ἥσυχος, γαληνός} Adiectiuum, significat Tranquillum, sine nubibus, sine imbre, quòd id maximè tempus fationi aptum sit. Plaut. Merc. 22,

Hîc Fauonius serenus est, hîc Auster imbricus. Hîc siccum significare potest, quòd sereno cælo, sicca sit maximè tempestas.
Æstas serena. Virg. 6. Æneid.
Cælum serenum. Mart. lib. 1.
Color serenus, Lucidus. Plin. lib. 9. cap. 35.
Horæ serenæ. Silius lib. 15,
Sed current albúsque dies horæque serenæ. Id est, vita felix & sine perturbatione.
Hyemes serenæ. Virg. 1. Georg.
Lumen serenum. Lucret. lib. 2.
Lux serena. Virg. 5. Æneid.
Lux serena & tranquilla ex turbido die. Liu. 1. ab Vrbe.
Nubes serenæ, Siccæ. Virg. 1. Georg. Nonius.
Sydera serena. Lucret. lib. 4.
Tempestas serena. Tranquillus in Tito Vespasiano, cap. 10.
Venti sereni. Ouid. 1. Fast.
Ver serenum. Virg. 1. Georg.
Animus serenus. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.
Doctrina serena. Lucret. lib. 2.
Frons tranquilla & serena, pro Læta. Cic. 1. Tusc. Nec verò eadem frons erat quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla & serena. Martial. lib. 7.
Vultus plenus grauitate serena. Ouid. ad Pisonem.
Ore sereno annuere. Mart. lib. 2.
Pectora facta serena. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.
Vitam serenam degere. Lucret. lib. 2,
Nam prò sancta deum tranquilla pectora pace
Quæ placidum degunt æuum, vitámque serenam.
Vultu sereno fortis. Horat. 1. Carm. ode 37.

Serenissimus, ma, mum: plenissimus, vt ita dicam, tranquillitate: non crebulus, affabilis, lætus. Serenissimo principi supplicare, dixit Iustinianus in l. Imperialis beneuolentiæ. § similis verò. De nuptiis lib. 5. C. tit. 4. Sed & si (inquit) non serenissimo principi supplicauerim, &c.

Serenum, Substantiuum {εὐδία} Virg. 1. Georg.
Nec minus ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere.
Sereno, Ablatiuus, pro Sereno tẽpore, cui Nubilo opponitur. Plinius libro 11. cap. 24, Aranei sereno non texunt, nubilo texunt. Liuius 1. bel. Maced.

Sereno, serenas. pen prod. {αἰθριάω} serenare, Serenum reddere, & clarum.
Virg. 1. Æneidos,
Olli subridens hominum sator, atque deorum,
Vultu quo cælum, tempestatésque serenat. Plin. lib. 2. cap. 6. de Sole, Atque etiam nubila humani animi serenat.
Domum serenare largo igne. Lætificare, vel illustrare.
Afflatibus viuis ora serenat. Id est, Auræ vitalis afflatu fit lætior. Stat. 2. Thebaid.
Spem serenare fronte. Virg. 4. Æneidos,
Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.
Tristia fronte serenare. Silius lib. 11.

Serenatus {ἡδυσμοβόστις} Phœbus. Silius lib. 5.

Serenitas, pen. cor. serenitatis {αἰθρία, εὐδία, διαυγία} Tranquillitas, claritas. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandra serenitate deficiens.
Serenitas, & Perturbatio cæli, cõtraria. Cic. 2. de Diuin. Hæc igitur cùm sit tum serenitas, tum perturbatio cæli, estne fanorum hominum hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere? quod certè non pertinet.
Serenitas & tranquillitas. Liu. 6. bel. Pun.
Tranquilla serenitas est. Liu. 1. Decad. lib. 2. non ita procul à fine.

SERES {σῆρες} Scythæ Asiaticæ populi, à quibus nobilis illa lana ex arboribus, ex qua fit sericum, aduehi dicitur. Hi ex Virgilio, Plinio, Strabone, Solino notissimi sunt. De quibus Marcellinus libro suæ historiæ 23. Agunt (inquit) ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorũ expertes: vtique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, cæli apud eos iucunda salubrísque temperies: aëris facies munda, leuiúmque ventorum commodissimus flatus, & abundè syluæ sublucidæ: à quibus arborum tectus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt: nentéque subtegmina, conficiunt sericum ad vsus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione proficiens: ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vitæ cultores, vitant reliquorum mortalium cœtus: quúmque ad coemenda fila, vel quædam alia transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur: & (ita sunt abstinentes) apud se tradentes genita, nihil ipsi comparant aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus. Cæterùm vt plurali numero Seres dicitur, ita singulari Ser, huius Seris. Virgil. 2. Georg. lib. 1.
Sub iuga iam Seres, iam Barbarus isset Araxes. Sidonius Apollinaris, Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Ex Hermolao.
Ad Seras aliquid petere, Vide AD.
Colorati Seres. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Nobiles vellere Seres. Senec. Thyeste, 4.

Sericus, pen. corr. {σηρικὸς} Adiect. ab eo quòd Seres vocantur. Serica enim est gens Parthis vicina sagittandi arte famosa, à qua & Sericum vocatur, vt ait Acron. Horat. 1. Carm. ode 29,
Doctus sagittas tendere Sericas arcu paterno. Hoc est Parthicas. Porphyrio.
Hostis Sericus. Propert. lib. 4. cap. 3.
Carpenta Serica. Propert. lib. 4. eleg. 8.

Serefco, serefcis, serescere, Per syllabæ detractionem curtatum, valet serenescere & siccare. Lucretius,
-dispansæ in sole serescunt.
¶Significare & hoc verbum potest, in serum abire mutarique, quæ tenuissima pars lactis est: vt si lac serescere dicetes, qua notionem accipi in vesle non potest: nisi si quis vt caseus exeunte sero siccatur, sic exe-

unte humore siccari vestem diceret: quam translationem vix probauerim. Probabile est à sero, priore correpto, serenũ deductum, à quo & serescor: sed & serum casei est eius siccatio, & tanquam serenum cùm exit foras. Hæc Turnebus.
Serescere, In serum abire. Plin. lib. 11. cap. 41, Omne lac gnessissatum, frigore serescit.

SERGIA, Romana tribus legitur apud Alexandrinum libro 1. Genial. dierum cap. 17.

SERGESTVS, Æneæ nauta apud Virg. 4. Æneid. Et lib. 5.
Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen. Nam à Sergesto Sergia familia fuit, à Cloancho Cluentia. Seruius.

SERIA {σηρία} Hispaniæ vrbs apud Ptolemæum lib. 2. ca. 4. Plinio Fama Iulia dicta.
Seria, seriæ {πιθάρμιον} Vas vinarium oblongum. Liu. lib. 4. bel. Puni. Terent. Heaut. 3. 1,
-fodes vide
Releui dolia omnia, omnes serias. Pers. Saty. 2. Colum. lib. 12. cap. 18, Dolia quoque & seriæ, cæteráque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt.
Seriæ olearieæ. Varro 3. de Re rust. cap. 2.

Seriola, serioläe, penultima correp. Diminutiuum, {αἰνιγματώδης} Persius Satyra 4,
Seriolæ veteris metuens deradere limum.

Sericum, pen. corr. {σηρικὸν} Id dici potest quòd à seribus fiebat, & depectebatur ex arboribus ad vestimentorum nobilitatẽ, vt refert Plin. lib. 6. cap. 17. Vnde Virg. 2. Georg.
Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres. Vulgus autem nostrum Sericum accepit pro eo texturæ opere quod ex bombycum lanificio depecti solet.
Serica variis textilibus. Propert. lib 1. eleg. 13.
Serica, sericorum, an eadem sint quæ Zizipha, videndus Dioscorides libro 1. cap. 137. & apud eum Mathiolus, qui longa oratione de ea re disserit.

Sericus, Adiect. {σηρικὸς} Quod confectum est ex serico: vt vestis serica. Plin. lib. 11. cap 3.
Pallia serica. Stat. 3 Sylu. 4.
Puluilli serici. Horat. Epod. 8.

Sericacus, pen. pen. prod. Aliud adiectiuum, Serica veste indutus. Sueto. de Caligula cap. 52. Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus & cycladatus.

Sericarius, sericarij, Textor sericorum. Iulius Firmicus li 8. Matheseos, refert sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in 28. parte Arietis.

Sericobaptæ. id est serici tincti, βάπτω enim significat tingo. Inde Vaptæ apud Iuuenalem dicti, quòd faciem fuco illinerent, μυτῷ Græcis, nobis sericum dicitur: cuius tinctor es Baphij, παρὰ βάπτειν quod est tingere. Hinc Baptosericum pallium. Alciatus in l. Baluca. de metal. lib. 11. Cod.

Series, pen. cor. seriei, penul. prod. f. g. {εἰρμὸς} Ordo & quasi quædam rerum continuata progressio, à sero, id est, ordinando dicta. Quinti. Quod non nisi in contextu orationis, seriéque contingit. Valerius Max. Quis compos mentis domesticæ peregrinæque historiæ seriem fœlici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia traditurum se speraueriit? Plin. lib. 7. cap. 16.
Ordo & series causarum. Cic. 1. de Diuin Fatũ autẽ id appello quod Græci εἱμαρμένην id est ordinem seriéque causarum. Idem 1. de Natu. deor. Est enim admirabilis quædam continuatio seriéque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligataéque videantur.
Series & connexio. Cic. in Partit. Tanta series artis est: & sic inter se sunt pleráque connexa & apta, &c.
Series nectens. Cic. 4. Academ. Cætera series deinde sequitur maiora nectens, vt hæc quæ quasi expletam rerum comprehensionem amplectuntur, Si homo est, animal est, mortale rationis particeps. Idem 1. de Legibus.
Atra series tuæ vitæ. Ouid. in Ibin.
Immensa series laborum. Ouid. 1. de Ponto eleg. 5.
Inexplicabiles series. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Innumerabilis annorum series. Horat. 3 Carm. ode 30.
Longissima series rerum Virg. 1. Æneid.
Longè porrecta viarum series. Viæ longo tractu sternendæ. Stat. 3. Sylua 3.
Euoluere seriem fati. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Vidi quam seriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ sorores. Stat. 4. Sylu. 3.

Serilla. {ἱερὰ πόλις} (inquit Festus). Verrius appellari putat nauigia Iltrica, ac Liburnica, quæ lino ac sparto condensantur, à conserendo & contexendo dicta, quia dicat Pacuuius in Nuptiis,
Nec vlla subsceus cohibet compagem aluei,
Sed suta lino & sparteis serillibus. Quum σειραφορικῶς & ficto vocabulo vsus sit, pro funiculis qui sparto conseruntur. σπάρτον enim à σφίγγω, id est fero deducitur. hinc funiculi spartæi Græcis σπάρτα vocantur.

Serio, Aduerbium, Vide SERIVS Adiectiuum.

SERIPHOS, pen. prod. {σίφνος} Insulauna ex Sporadibus in Ægæo mari: quam notiorem fecerunt ranæ, cognomẽto Seriphię, quæ illic non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos aut taciturnos. Plura Erasmus in Chiliadibus. Plin. lib. 8. cap. 58. Mutæ, inquit, etiamnum sunt ranæ in Seripho insula.
Humilis Seriphos. Stat. 1. Achill.
Parua Seriphos. Iuuen. Saty. 6.
Plana Seriphos. Ouid 7. Metam.

Seriphius, Adiect. {σιφάτιος} vt in illo Themistoclis, Neque enim vel tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses: aut ego, si Seriphius essem ignobilis.

Seriphum, seriphi, pe. prod. {σίφιον} Genus absynthij, quod & Seriphium, & marinum dicitur. Plin. lib. 27. cap. 7.

Serius, huius seris, f. g. {σήριον} Genus eichorij. Vocant autem Latini intybum, siue intybum. Vulgus nostrum *Endiuiam*. Varro 3. de Re rustic. cap. 10, Anseres pascunt in humidis locis, vbi pabulum serunt quod aliquem fructum ferat, serúntque his herbam quæ vocatur seris, quòd ea aqua tacta eriam quum est arida, fit viridis.

SERIVS {σήριον} Fluuius Cisalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum in Aduam fluens, à quo Vallis Seriona in eodem agro populosa artificiosaque nominata est.

Serius, Adiect. {σπουδαῖος} Quòd cum assertione, & non per iocum dicitur. Accius,
Vos nugas asseritis, nos seria loquimur. Nonius,
Serium, triste, & quasi sine risu, vel sine ridiculo. Plautus Pœnulo, 6. Terent. Eunuch. 3 3,
Ait rem diuinam feciſſe, & rem seriam velle agere mecum. Plinius in Panegyr. Simul cogito, quum sint istæ ludus, & auocamentum huius: illæ seriæ, & intentæ, & à quibus se in tale otium recipit, voluptates.

Seria. Substantiuè {σπουδαῖος} Ouidius 5. Fastorum. Horatius 1. Sermon. Satyra 1,
-sed amoto quæramus seria ludo.
Verba seria. Tibul. lib. 3. eleg. 7.
Serium & Iocosum, contraria. Cic. 1. Offic. Ludo autem & ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris, tum cùm grauibus seriisque rebus satisfecerimus. Ibidé, Ac videat in primis quibus de rebus loquatur: si seriis, feueritatem adhibeat: si iocosis leporem. Quintil. lib. 6. cap. 4, Dictorum vrbanorum alia seria, alia iocosa, alia media.
Ioca seriáque, Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus cum ea ioca seriáque confertre dicimur. Cic. 2. de Finibus, Ac quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Erasmus.
Dictu seria. Horat. de Arte.

Laxare seria Persius Saty 5.
Posthabuit tamen illorum mea seria ludo. Virg. 7. eclog.
Vertere seria ludo. Horat. de Arte.

Seriò, Aduerb. {σπουδαίως} Sine ioco. Plaut. Amphit. 11,
An id ioco dixilti? equidem seriò ac verò ratus. Terentius Eunucho 3.3,
Misit porrò orare vt venirem serio. Cic. ad Atticum lib. 5. 103, Inde ad Taurum cogitabam, vt cum Mosthragine signis collatis, si possem, de cernerem. Vetus exẽplar sic habet, Si possem, de seruo tuo decidere. Plin. lib. 9. cap. 35.
Serio rem agere. Liu. 4. ab Vrbe.

Sermo, sermonis, masc. gen. {λόγος, διαλέκτη} Loquela, à compositis & contextis verbis. Seruius, Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum vel plurium. Cic. de Senect. Sed tamen decorus est sermo senis, quietus, & remissus. Plaut. Milit. 10.
Tractare aliquid Græco sermone vel Attico. Cic. 1. de Finib.
Sermo & colloquutio. Cic. Lentulo. lib. 1. 9, Hac me mente fuisse, & Senatus ex me te Cos. audiuit, & tu in nostris sermonibus, colloquutionibúsque ipse vidisti.
Sermo & oratio differunt. Est enim sermo, locutio qua communiter omnes vruntur: oratio verò propriè oratorum est. Cic. in Orator. Mollis est oratio philosophorum, & vmbratilis: nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum. Itaque sermo potius quàm oratio dicitur. Quanquam omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. Hactenus Cicero.
Sermo de. Cic. de Aruspicum respon. De Alexandrinis video esse sermonem, quem ego non refuto. Idem in Somn. Scip. Quid autem interest ab iis qui posteà nascentur, sermonem fore de te, quum ab iis nullus fuerit qui antè nati sunt?
Sermonem cum. Cic. in Vatinium, Cum Albinouano sermonẽ non modò de Sestio accusando, sed nulla vnquam de re fuisse, paulo antè imprudens indicasti.
Sermo mihi cum literis. Cic. ad Attic. lib. 12. 24.
In sermone. Trebonius Ciceroni, lib. 12. 16, Quum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere, Vide INITIO.
Eccum tibi lupum in sermone: Hoc est, de quo loquebamur, adest. Plautus Sticho 9.
In sermonibus. Plaut. Trinum. 4. 47. Cic. Attico lib. 1. 11, Vsque eò vt nostri isti comessatores coniurationis barbatuli iuuenes illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent.
Hac vice sermonum roscis Aurora quadrigis. Virg. 6. Æneid.
Verbosa sermonis affluentia. Firmic. lib. 8. cap. 10.
Sermonis caput & pes, pro principio & fine. Plaut. Asin. 12.
Doctus sermonis vtriusque linguæ. Horat. 3. Carm. ode 8.
Honos sermonis. Horat. de Arte
Insolentia sermonis, Vide INSOLENS.
Littera sermonis fida ministra mei. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.
Particeps sermonis. Cic. 3. de Orator.
Accuratus sermo, Vide Accuratus in ACCVRO.
Amari sermonis homo. Horat. 1. Saty. 7.
Auersus sermo. Quintil. lib. 4. cap. 1. Sermonem à persona iudicis auersum, qui ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum à procœmio submouent.
Benignus sermo. Horat. 1. epist. 5.
Blandus sermo. Vide BLANDVS.
Breuis sermo, Vide BREVIS.
Comis sermo. Tacit. lib. 15.
Communis sermo. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Compositi sermones ad coarguendos qui contrà disputant, à Græcis ἐνστατικοὶ vocantur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ad præcipiendum compositi sermones, qui διδασκαλικοὶ appellantur. Quintil. lib. 2. cap 15.
Concinnus sermo vtraque lingua. Horat. 1. Serm. saty. 10.

Credibilis sermo. Ouid. 1. de Arte.
Curatus sermo, Vide CVRO.
Dilucidus sermo. Quintil. lib. 5 cap. 14.
Distinctus sermo. Quintil. Ibidem.
Doctissimus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Fideles sermones. Quibus fides haberi debet. Catul. Argom. 59.
Fortuiti sermones. Tacit. lib. 4.
Græcus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Horridus sermo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque ignoro quosdam esse, qui curam omnem compositionis excludant, atque illum horridum sermonem vt fortè effluxerit, modò magis naturalem, modò etiam magis virilem esse contendant.
Imperitus sermo. Cic. in Oratore.
Incœptus sermo. Virg. 6. Æneid.
Iniqui sermones, Vide INIQVVS.
Intentior sermo, Vide intentus in INTENDO.
Intimus sermo, Vide Intimus in INTRA.
Iocosus sermo. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Latialis sermo, Vide Latialis in LATIVM.
Latinus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Latus ornatúsque sermo. Quintil. lib. 5. cap. 14, Argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæterùm minimè lato, ornatóque putant esse dicenda.
Longinquus sermo, Vide Longinquus in LONGVS.
Longus sermo, Vide LONGVS.
Medius ambiguúsque sermo, Vide MEDIVS.
Multiplices variísque sermones. Cic. in Oratore, Solebant Academici de rebus omnibus in vtranque partem disputare: atque ideò sermones eorum Cicero multiplices & varios appellat.
Obscœni sermones. Horat. 2 epist. 1.
Otiosi sermones. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Pacificus sermo. Lucan. lib. 3,
-durámque viri deflectere mentem
Pacifico sermone parant, &c.
Patrius sermo. Lucret. lib 3.
Pedestris sermo, Humilis, non magniloquus. Horat. de Arte.
Perpetuus sermo. Lucret. lib. 4.
Politi sermonis mella. Claud. 8. Paneg.
Promptus sermo. Iuuenal. Sary 3.
Purus, dilucidus, & distinctus sermo. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Purus & nihil se supra modum extollens sermo. Quintilian. libro capite 9.
Quotidianus & in quemcunque etiam in doctorum cadès sermo. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Rectus & secundum naturam enuntiatus sermo. Quintilianus libro 2 cap. 5.
Romanus sermo. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Sinistris sermonibus aliquem carpere, id est, maledicis, & iniquis. Plin. Iunior lib. 1. epist. ad Fundanum, Nemo me apud quenquam sinistris sermonibus carpit: nemiaem ipse reprehendo.
Tristis sermo. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Truncus sermo. Stat. 12. Thebaid.
Vetus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Vitiosus sermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Vulgaris sermo. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Vulgati sermones. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Abrumpere sermonem. Virg 4. Æneid. Vide ABRVMPO.
Abstinere sermonem de re aliqua, Vide ABSTINEO.
Abuti aliquo sermone pro mandatis, Vide ABVTOR.
Accedere ad sermonem. Cic. 2. de Orator.
Aceipere sermonem ab ipsa rerum natura. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Adiungere ad sermonem. Cic. Famil. 12.
Dignum sermone aliquid agere. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Arripere sermonem, Vide ARRIPIO.
Auertere se à sermone, Vide AVERTO.
Captare sermonem. Ouid. 3. Metam. 56. Vide Capto in CAPIO.
Cedere sermones Terent. Heaut. Act. 2 scen 3,
Interea dum sermones cedimus, Illæ sunt relictæ. Hoc est, Dum sermones miscemus, dum colloquimur. Putant figuram dicendi ortam esse à crebra inter loquentes verbi iteratione. Sunt qui cædimus scribant.
Celebrare sermonibus. Cic. Id multo sermone celebratur.
Cohærer sermo, Vide COHÆREO.
Commeant sermones. Tacit. lib. 2.
Communicare sermones. Cic. 2. de Inuentione.
Conferre sermonem cum aliquo. Cic. 1. Offic. Maximéque curandum est vt eos quibuscum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. Vide CONFERO.
Conficere sermonem, Vide CONFICIO.
Confundere sermones in vnum, Vide CONFVNDO.
Copulare sermonem cum aliquo, Vide COPVLO.
Crebresceit sermo. Virg. 12. Æneid.
Sed neque declament medio sermone diserti. Ouid. 2. de Arte.
Deferre sermonem. Cic. Famil. 3.
Dies deficiens sermoni. Ouid. 5. Trist. eleg. 14.
Defugere sermonem. Cæsar, Aditum sermonémque defugiunt.
Delabi in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtrique nostrum cecidit, vt in istum sermonem Crasse delaberemini.
Detinuit sermone diem. Ouid. 1. Metam.
Deuenire sermonem in alienas manus. Cic. ad Attic. 1.
Dictare in sermone. Cic. Famil. 1.
Differre sermonibus. Dissipare, inuulgare. Liu. 4. bel. Maced.
Dispersus sine vllo certo authore sermo. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Dissipatus sermo. Cic. pro Flaeco. 1
Diuulgare sermonibus rem aliquam, Vide DIVVLGO.

Sermo datus per ciuitatem, Diffusus, disseminatus. Liuius 2. ab Vrbe.
Dare sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cic. ad Varronem, lib. 9. 3, Dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Budæus.
Dare aliquem testem sermoni. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Ducere sermonem. Cic. Nempe igitur hinc tum Pomponij ductus est sermo.
Effugere sermonem. Cic. Cuius frater germanus sermones iniquorum effugere potuit.
Emanat sermo, Vide EMANO.
Erumpere sermonem. Cic. ad Quint. fratrem.
Excitare sermonem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 10.
Exequi sermonem cum aliquo, Verba facere, loqui. Plaut. in Trinum. Act 2. scen. 2,
-nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi, neque in via, neque in foro vllum sermonem exequi. Id est, vlla verba facere.
Exhauriri sermonem. Cic. ad Qu. fratr.
Exprimere sermonem. Cic. Meúmque sermoné expressum statim mittam.
Facere sermonem, Vide FACIO.
Ferre sermonibus. Liu. lib. 4. ab Vrbe.
Vario superi sermone fremebant. Ouid. 9. Metam.
Habere sermonem. Cic. de Senect. Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone quem habuit moriens. Idem de Amic. Itaque tum Scæuola cùm in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælij de amicitia habitum ab illo secum, & cum altero genero Scæuola.
Primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. Cic. ad Qu. frater. lib. 1. 1.
Habere sermonem per biduum. Quintil. in Procem. lib. 1.
Habere multum sermonem de aliquo, Vide MVLTVS.
Iacere sermones. Tacitus lib. 4. Latiaris iacere fortuitos primum sermones.
Iactis sermonibus iræ intumuere. Stat. 1. Thebaid.
Imbuere aures alituius honestis sermonibus. Tacit. lib. 20.
Imitatus sermones hominis turdus, Vide IMITOR.
Incidère nobis varij sermones. Catul. de Vario 10.
Incidit sermo, &c. Vide INCIDO, pen. corr.
Incidere in sermonem aliquem fortuitò. Cic. 1. de Orat.
Incidere sermonem, Vide INCIDO pen. prod.
Increbuit sermo, Vide INCREBRESCO.
Inferre sermonem delicatum in, &c. Vide INFERO.
Inferre sermonem de re aliqua, Vide INFERO.
Inricere sermonem, & iniicere in sermone. Cic. Famil. 12.
Insinuare se familiariter in sermonem aliquem, Vide INSINVO.
Instigari sermonibus alicuius, Vide INSTIGO.
Instituere sermonem cum aliquo. Cic. 2. de Orat.
Intercipere medium sermonem, Vide INTERCIPIO.
Interesse sermoni. Cic. Famil. 11.
Labare sermone, Vide LABO, labas.
Lacessere sermones, Vide LACESSO.
Legere sermonem alterius, Vide LEGO, legis.
Manare sermonem. Cic. pro Cornel. Balb.
Mittere sermonem. Cic. 3. de Orat.
Mittere aliquem in fabulas & sermones. Quintil. Declam.
Moritur sermo, Vide MORIOR.
Moueri sermonibus alicuius, Vide MOVEO.
Obmutescere sermonem. Cic. Denique etiam de sermonibus hominum nisi obmutuerint.
Ordiri sermonem. Cic. 2. de Oratore.
Sermo ab iis oritur, Vide ORIOR.
Oritur sermo de re aliqua. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Percrebuit omnium sermone, Vide PER CREBRESCO.
Perferre sermonem alicuius ad aliquem. Cic. Lent. lib. 1. 9.
Perferuntur sermones, Vide PERFERO.
Perhibet se vel nobis nolentibus Latinus sermo. Quintilianus libro 1. cap. 1.
Peruagatus sermo. Cic. pro Milone.
Peruulgare sermonem. Cic. Audita, & peruulgata, & pererebrata sermonibus res est.
Largo sermone aliquid probare. Lucret. lib. 5.
Producere sermonem. Cic. in Somn. Scipion.
Medio viri sermone profari. Silius, lib. 6.
Quærere sermonem. Terent. Mihi sese dare, sermonem quærero.
Refercire sermonibus. Cic. pro Rabir. Posthum.
Referre sermones aliquorum. Cic. ad Lentulum. lib. 1. 9.
Refrigerare sermonem. Cic. Fam. 3.
Relinquere verba imperfecta sermonis. Ouid. 1. Trist. eleg 3.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat. Virg. 4. Æneid.
Reprimere sermonem. Cic. Famil. 3.
Amissos socios sermone requirunt. Virg. 1. Æneid.
Restringere sermonem. Cic. ad Attic. 13.
Rumpere sermone silentia. Ouid. 2. Meram.
Scribere contra aliquem scito sermone & Attico. Cicero. 1. de Natura deorum.
Sedare sermonem. Cic. ad Attic. 13.
Serere sermones, Vide SERO, seris.
Multa inter sese vario sermone serebant, Virg. 6. Æneid.
Subire sermonem. Cic. ad Attic. 2.
In sermone omnium esse. Cic. 10. Philip. Erat enim in desyderio ciuitatis, in ore atque in sermone omnium.
Sermo est omnibus Plaut. Pseud. 7.
Sermo est mihi apud deos. Cic. 2. de Legib. Tamen quoniam mihi sermo est apud deos, mihil retinebo.

Plurimus

Plurimus ei de honesto ac bono sermo fit. Quintil. lib 2. cap. 2.
Multi sermonis sunt ista. Cic. ad Att. lib. 7. 12. 4. Sed hæc coràm: nam multi sermonis sunt.
Sermo est eum reginam amare, &c. Plin. lib 35. cap. 11.
Multus est sermo me iudicium iam de causa publica fecisse. Cic. ad Attic. lib. 7. 14.
Suscipere sermonem. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sustinere sermones. Cic. Fam. 15.
Benigno sermone extendere noctem æstiuam Horat. 1. epist. 5.
Vario sermone noctem trahere. Virg 1. Æneid.
Vapulare sermonibus. Cic. ad Attic. 2.
Venire in sermonem hominum. Cic. 6. Ver. In sermoné hominum atque in tantam vituperationem veniret.
Verberatæ aures sermonibus. Tacit. in vita Agricolæ.
Versari in peruagato sermone ciuitatis. Cic. pro Milone, An verò Iudices vos soli ignoratis? vos hospites in hac vrbe versamini, vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur?
Vitare sermonem. Cic. Fam. 9.
Vsurpare sermonibus. Cic. pro M. Marcello.
Vtcúmque planè sermone, vt numo, cui publica forma est. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Sermunculus, sermunculi, pen. corr. Diminutiuum {λογίδιον} Plin. epist. 103. Vt sermunculis etiam, fabellísque ducantur. Cic. pro Deiotaro, Nónne intelligis Cæsar, ex vrbanis maleuolorum sermunculis, hæc ab istis esse collecta? Idem ad Atticum, lib. 13. 268, Sermunculum enim omnem aut restrinxerit, aut sedarit.

Sermonor, sermonaris, Gellius lib. 17. cap 2. Sermonari rusticius videtur, sed rectius: sermocinari crebrius est, sed corruptius. Hæc ille.

Sermocinor, pen. corr. sermocinaris {λογοδαιμονῶ} sermocinari, Loqui, Colloqui. Plin. lib. 10. cap. 42, Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. Cic. 2. de Inuent. Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi aut sermocinandi eo verbo vti soleant, considerabitur. Idem 3. Verr. Respondit illa, vt meretrix, non inhumanè: libenter ait se esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam: reuerti iubet.

Sermocinatio, ônis, Verbale. Quintil. lib. 9. cap 2. Sermones hominum assimulatos dicere διαλογισμὸν malunt, quam quòd Latinorum quidam dixerunt sermocinationem.

Sermocinatrix, pen prod. sermocinatricis, fœ. gen. Verbale {λογοδαιμονητὴς} Quintilianus libro 3. cap. 4, Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

SERMYLA, Ciuitas in Sithonia Macedoniæ. Herodot. lib. 7.

Sero, seris, seui, satum {σπείρω, χαυτίζω} serere, Seminare & plantare significat. Plin. lib. 12. cap 3, Qualiter omnia transitura longius, seri arctissimè, transserrique meminisse conuenit. Cic. 1. Tusc. Serit arbores quæ alteri seculo prosint.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam. Virgilius 2. Georgic.
Densa serere. Virg. 2. Georg.
Fruges serere. Tacit. lib. 14.
Campis ordea serere. Virg. 1 Georg.
Serere manu. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Vitam serere. Colum. lib 3 cap. 20.
Pisces serere. Plin. lib. 9. cap. 17.
¶Serere, per transtationem. Liu 1. bel. Macedo. Incusauerat bella ex bellis seri, ne pace vnquam sui plebs posset.
Bella sermonibus serere. Liu. 4. ab Vrbe, Si hæc impedier aliquis, serite sermonibus, & multiplicate fama bella. Alia exemplaria habent, Ferte.
Certamina serere. Liu. 7. bel. Pun. Annibal turmatim per equites, peditúmque iaculatores leuia certamina serens, casum vniuersæ pugnæ non necessarium ducebat.
Certamina serere cum aliquibus, Mouere lites & dissensiones. Liuius 2. ab Vrbe.
Colloquia cum aliquo serere, Colloqui. Liuius, Quæ licentia Cretensium esset rogitantes serendi colloquia cum hoste. Id est, verba faciendi. Sic. 4. bel. Maced.
Crimina serere in Senatum. Liu. 4. bel. Pun.
Erycina serens in pectore curas. Catull. Argon. 59.
Discordias serere. Liu 3. ab Vrbe.
Fabulam serere. Liu. 7. ab Vrbe.
Lites serere. Plaut. Pœn. 8.
Mentionem alicuius rei serere ad vulgus. Liu. 3 ab Vrbe.
Negotium serere. Plaut. Mostel. 15.
Prælium serere. Tacit. lib. 21.
Rumores vanos serere. Virg 12 Æneid.
Serere sermonem. Locutio est Plauto vsitata & frequens: & à seren do sermonem declinatum esse Varro censet. Plaut. Casina,
Quæ huius similes sermones serunt. Idem Curculione,
Quod quidem mihi pollutus virgis seruos sermonem serat? Turnebus.
Serere occultis sermonibus aliquid. Liu. 7. ab Vrbe.
Vulnera serere. Lucret lib 5.
¶Seritur, pen. corr. Impersonale. Plaut. Epid. 5,
Mihi istuc nec seritur, nèc metitur: nisi ea quæ vis, nolo. Vide METO, metis.

Serendus, Participium {φυτευτέος} vt Arua serenda. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

Satus, aliud Participium {πεφυτευμένος} Plin. lib. 12. cap. 1. Satæ platani regenerauere vitium.
Frumenta sata. Virg. 3 Georg.
Messes satæ. Virg. 8. eclog.
¶Satus, Genitus. Virg 2. Æneidos,
At non ille, satum quo te mentitus Achilles. Liu. 8. bel. Maced.
Satus Anchisa. Virg. 7. Æneid.
Genitore Lucifero satus. Ouid. 11. Metam.

Satus & creatus. Cic. 1. Tusc. Non enim temerè nec fortuitò sati & creati sumus.
Animi sati & quasi sparsi. Cic. de Vniuers.
Ætas aurea fata est prima. Ouid 1. Metam.
¶Sata, substantiuum, pro Segetibus. Quintil lib. 8. in Proœ. Et velut læto gramine, fata strangulant. Virg. 1. Georg.
Quique satis largum cælo dimittitis imbrem.
Dare stragem satis, & ruinas arboribus. Virg 12. Æneid.
Læta sata torrens sternit. Virg 2. Æneid.
Verere sata. Virg. 4. Georg.
Animos tollent sata. Virg. 2. Georg.

Satus, huius satus, mascu. gen. {σπορὰ} Plin. lib. 17. cap. 17, Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Id est, plantatione. Cic. de Senect. Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem?
Conceptus, & satus pecudum. Cic. 1. de Diuinat. Ob eandem causam multa inusitata partim è cœlo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam ex hominum pecudúmve conceptu & satu.
Genitalis satus. Lucret. lib. 4.
Cœli satus, & terræ conceptus. Cic. de Vniuersit. Oceanum, Salutámque cœli satu, terræque conceptu generatos, edtósque memoremus.
Humanus satus. Cic. 2. de Diuin. Herbam autem asperam credo auium congestu, non humano satu.
Hercules Iouis satu editus. Cic. 1. Offic.
A primo satu. Cic 5. de Finib.
Satus accipere. Cic. 2. Tusc. Cultura autem animi Philosophia est, quæ extrahit vitia radicibus, & præparat animos ad satus accipiendos.
Primus satus. Cic. 5. de Finib. Et ipsa charitas generis humani, quæ nata à primo satu, quo à procreatoribus nati diliguntur.
Vitalis satus. Plin. lib. 13. cap. 4.

Satio, Verbale {σπορὰ} Idem quod Satus. Cic. de Vniuers. Post autem eam sationem, diis, vt ita dicam, iunioribus permisit, vt corpora mortalia effingerent. Cic 5. Ver. Ne si tempus sationis præteriisset, grauum in prouincia Sicilia nullum haberemus.
Specimen sationis. Lucret. lib. 5.
Optima vineris satio est quum, &c. Virg 2. Georg.
Perpetua atque æquabilis satio, Vide PERPETVVS.
Iugera sationum suarum profiteri. Cic. 5. Ver.

Sator, satoris {σπορεὺς} Qui serit, aut plantat. Varro 1. de Re rust. cap. 45, Idque id esse docent sylueſtria, ad quæ sator non accessit. Colum. lib. 3. cap. 15, Satoris officium est primùm, &c.
Sator cœlestium, Creator, genitor. Cic. 2. Tusc.
Videte eunctí diy, túque cæleſtium sator, iace obscero in me vim coruscam fulminis.
Sator mundi, Ianus. Martial. lib. 10.
Omnium rerum sator & seminator manduus. Cicero 2. de Natura deorum.
Hominum sator atque deorum. Virg. 1. Æneid.
Diuûm sator, Iuppiter. Propert. lib. 4. eleg. 2.
¶Sator litis, per translationem, Qui litem disseminat & creat, vel litis causa est. Liu. 1. bel. Pun.

Satorius, Adiectiuum {σπορεῖακὸς} Quod ad satorem pertinet, vt Trimodiæ satoriæ. Vide TRIMODIA.

Satiuus, penul. prod. {ἥμερος} Aliud adiectiuum. Quod seritur: siue plantatur & excolitur: cui contrarium est Agrestis. Plin. lib. 15. cap. 7, Eadem ratio & in satiua myrto.
Satiuum tempus sationi aptum. Plin. lib. 19. cap. 8.

Sero, seris, serui, diuisis syllabis, sertum {πλέκω} serere, Admouere. Vnde Asserere manum, veteres dicebant comprehendere, quum eam reprehendebant in libertatem.
Serere, Texere, ordinare: quoniam ea quæ ordinantur, annectuntur inuicem atque cohærent.

Sertus, Participium {πλεκτὸς} vt Serti flores, Sertæ coronæ. Lucan. lib. 10. Idem quod contextus, compositus.

Sertum, serti {στέφανος} Serta dicuntur coronæ: à Sertis, id est, digestis inuicem floribus frondibúsque ex quibus ab initio fieri coronæ solebant. Plaut. Asin. 13,
Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit
Ancillam ferre Veneri. Virg. eclog. 6,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Cic. 3. Tusc.
Incendes odores, & sertis redimiri iubebis, & rosa. Martial. lib. 6,
Textilibus sertis omne rubebat iter. Charisius lib. 1. Serta neutro genere dicuntur, vt Virgilius,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Sed Propertius fœminine extulit,
Quum tua præpendent demissæ in pocula sertæ. Et Corn. Seuerus,
Huc ades Aonia crinem circundata serta. Hæc Charisius. Propertij locus lib. 2. eleg. 34. nunc sic legitur,
Quum tua præpendent demissa in pocula serta.
Flauentia serta. Claud. 3. de raptu Proserp.
Horida. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Genialia. Ouid. 13. Metam.
Recentia. Virg. 1. Æneid.
Spicea. Ouid. 13. Amor. eleg. 9.
Stellantia serta. Claudian. de Nupt. Honorij & Mariæ.
Variis sertis florentia limina. Virg. 4. Æneid.
Myrtea gerit serta. Tibul. lib. 1. eleg. 3.
Odoratis sertis innectunt tempora. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.
Intendere locum sertis, Vide INTENDO.
Legere serta. Virg. 10. eclog.
Laurea serta ponere in coma. Ouid. 2. Trist.
Texere serta. Seneca Medea, 10.
Adfuit & sertis tempora vinctus Hymen. Ouid. epist. 6.

Sero, Aduerb. Serotinus, Vide SERVS.

SEROPTA {σεφόπτα} Ciuitas Phœniciæ, apud quam nascebatur vinum

laudatissimum. Vnde Seroptanum vinum. Sidonius,
Quæque Seroptano palmite missa bibas.

Serpens, serpentis. Vide SERPO.

Serperastrum, neut. gen. Instrumentum quod geniculis puerorum ambulare discentium alligabatur, ne vari fierẽt, aut compernes. Varr. lib. 3. de ling. Lat. Non sequitur vt stultè faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, vt eorum deprauata corrigant crura, &c.

Serperastri. Cic. Attic. lib. 7. epist. 3. De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas. Serperastros interpretatur Turnebus, homines auaritissimos & sordidissimos, quales erant Prætorum & Proconsulum comites, velut omnia radentes, assimiles rastris per humum serpentibus, & radentibus: iocosèque sic appellauit, ad illa interim alludens serperastra, quæ genicülis infantium admicula iuuandi gressus causa alligata adhibebantur, ne comperes fierent: Paulus Manutius explicat, homines qui nihil sublime cogitent, sed humi serpant, pecuniæ, qua nihil sordidius, addicti. Suspicatur tamen legi posse Cerberastris, quasi Cerberi imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, & ad pecuniam, tanquam Cerberus ad offam latrantibus.

Serpo, serpis, serpsi, serptum {ἕρπω, ἑρπύζω} serpere, Repere. Paulatim decurrere & progredi. Plin. lib. 9. cap. 33, Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. Cic. 5. de Finibus, Serpere anguiculos.

Vipera serpit humo. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 3.

Serpit draco subter, superáque reuoluens sese. Cicero 2. de Natura deorum.

Serpere per humum dicitur herba. Plin. lib. 21. cap. 16.

Ad humum serpere. Ouid. 15. Metam.

Humi serpere. Horat. de Arte.

Ad alios etiam hæc res serpit, id est spectat. Vlp. in l. Si quis pecuniam. § Quanquam. D. Si quis omissa causa.

¶ Serpere homo etiam dicitur, per translationem, quando paulatim prouchitur siue procedit in re aliqua. Cic. 2. de Amic. Serpit enim deinde res, quæ procliuius ad perniciem, quam semel cœpit, labitur.

Hedera serpit. Virg. 8. eclog.

Serpere in immensum. Cic 3. de Nat. deor. Ergo hoc aut in immensum serpet, aut nihil horũ recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis probabitur.

Serpit enim nescio quo modo per omnium vitam amicitia. Cicero de Amicitia.

Ardor. Cic. 2. Tusc.

Argumentum. Cic. 1. de Nat. deor. Etenim si semel Vellei suscipimus genus hoc argumenti, attende quò serpat.

Consuetudo. Cic. 2. Verr. Putant fore vti si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit, &c.

Dira per incautum serpent contagia vulgus. Virg. 3. Georg.

Cura altius serpit. Plin. lib. 14. cap. 11. Id est, augetur.

Flamma. Liu. 10. bel. Pun. Ignibúsque in proxima tecta cõiectis, effusa flamma primò veluti sparsa pluribus locis relúxit: dein per continua serpens, vno repentè omnia incendio hausit.

Flammæ tacitæ serpunt in viscera. Ouid. 1. de Remed. amor.

Iniuria. Cic. 4. Verr. Quam facilè serpat iniuria, & consuetudo peccandi, quàm non facilè reprimatur, videte Iudices.

Lacrymæ serpunt per vulnera. Stat. 11. Thebaid.

Lues. Martial. lib. 1,

Indignas premeret pestis quum tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues.

Malum. Cic 5. Verr. Ita serpit illud insitum in natura malum cõsuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere sibi non possit. Idem 4. in Catil. Latius opinione dissemínatũ est hoc malum: manauit non solùm per Italiam, verúmetiam transcendit Alpes, & obscurè serpens multas iam prouincias occupauit.

Murmur serpit per agmina. Virg 12. Æneid.

Rumor. Cic. pro Muræna, Iacet, diffidit, abiecit hastas: serpit hic rumor.

Simulatio. Cic. ad Att. lib. 14. 313, Sustulisse mihi videtur simulationem desyderij, adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata, verebar ne periculosa nostris tyrannorum esset.

Vlcera serpentia, Græci herpetes vocant. Plin. lib. 34. cap. 15.

Serpentia vlcera oris, quæ κρῶτας Græci nominant. Celsus libro 2. capite 1.

Vlcus serpit alte atque late. Cels. lib. 6. cap. 18.

Serpere latius, vel longius. Liuius 8. bel. Pun. Cicero ad Atticum libro 1. 8.

Serpens, serpentis, Particip. {ἕρπων} Quod longius ac latius serpit & diuagatur. Cic. de Senectute, Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum ne sylueścat sarmentis. De vite.

Secta serpentia ferarum. Lucret. lib. 6.

Serpẽs, serpentis {ὄφις} Nomen tam masculi, quàm fœm. Generale nomen est ad omnia quæ serpunt citra vsum pedum. Plin. lib. 8. cap. 14, Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo imperatore, balistis tormentísque, vt oppidum aliquod, expugnata serpens CXX pedum longitudinis. Idem lib. 8. cap. 13, Nec pedibus pauendas tantùm serpentes, sed & missili volare tormento.

Lapsus serpentum, Vide LABOR, laberis.

Ignei serpentium oculi Seneca Hercule furente 4. 3.

Pares serpentum spiræ. Virg. 12. Æneid.

Immani corpore serpens. Lucret. lib. 5.

Ille malum virus serpentibus addidit atris. Virg. 1. Georg.

Attollens minas serpens, Vide ATTOLLO.

Cæruleus serpens. Ouid. 3 Metam.

Dira. Ouid. 2. Metam.

Lætiferi serpentes. Lucan. lib. 9.

Lubrica. Lucret. lib. 4.

Minax vibrante lingua. Lucret. lib. 3.

Pigra. Ouid 2. Amor. eleg. 13.

Tumens. Claud. 6. Paneg.

¶ Serpentes, pro pediculis. Plin. lib. 7. cap. 51, Morborum verò tam infinita est multitudo, vt Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore eius erumpente expirauerit. Laërtius lib. 1. in Pherecyde, Alij à pediculis consumptum, obiisse diem tradunt. Ælianus lib. 5. Pherecydes Syrius miserrimè omnium hominum vitam exegit, toto suo corpore à pediculis exeso atque consumpto. Idem tradit Serenus cap. 5. Proinde Cornarius in 7. cap lib. 1, Galeni De compositione pharmacorum secundum locos, rectè sic exponit verba Plinij: Neque aliud serpentium genus accipio, quam pediculorum. Solent enim Græci ἕρπητα simpliciter, & ἕρπητα ἐν τῇ κεφαλῇ, pediculos appellare, quos Plinius eorum imitatione, serpentium voce expressit.

Serpentiger, pen. corr. Adiectiuum {ἑρπετόφορος} Ouid. 4. Trist. eleg. 6,

Sphyngáque, & Harpyias serpentigeróſque Gigantes.

Serpentigenæ, penult. correp. {ἑρπετογενεῖς} Ex serpentibus nati. Ouidius 7. Metamorphoseos,

Vos serpentigenis in se fera bella dedistis.

Serpula, à verbo serpo, serpens à festo dicitur. Messalla serpula serpserit, & serpens intepserit. Paulus.

Serpyllus, serpylli, m. gen. vel Serpyllum, serpylli {ἕρπυλλος} Herba paruorum foliorum. Plin. lib. 20. cap. 22, Serpyllum à serpendo putant dictum. Quod in syluestri euenit, in petris maximè. Satiuum non serpit sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguius voluntarium, & candidioribus foliis, & ramis aduersus serpentes efficax, maximè ceruchrin. Varro 1. de Re rust. cap. 3, A fauonio vsque ad Arctum exortum rectè serpyllum. Virg 2. eclog.

Allia, serpyllumque herbas contundit olentes.

Olentia serpylla. Virgil. 4. Georgic. Quidam per i Latinum scribi malunt.

Serra, serræ {σπεῖρον} Instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur. Colum. lib. 5, Vno ictu arborem præcidiſi minus, serra desecari. Martialis,

Et pingues tunicas serra secare potest. Colum. de Arboribus, cap. 9, Vitem serra præcidito, & plagam læuato. Taleas recidito.

Vsum serræ repperit Talus. Ouid. 8. Metam.

¶ Serra, Instrumentum ligneum, quo trahentibus bobus homines torquebantur.

¶ Serra, Militare instrumentum. Veget. Item, inquit, serra dicitur, quæ ab strenuis directa ante frontem opponitur hostibus, vt turbata acies reparetur.

Serra præliari dicitur, cùm assiduè acceditur, recedicúrque, neque vllo consistitur tempore. Cato de Re militari. Siue forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut serra, vti adoriare. Festus.

Serram ducere ante aliquem. Varro, De Pauone liberè licet dicas, quia discessit Fircellius, quiſcunque si qui dicerer de iis, gentilitatis causa ante eum serram duceret. Quidam locum explicant de serra militari, Festi & Vegetij authoritate freti. Nam serra pugnari dicitur, cùm subinde acceditur ad hostem & recedicur. Verùm hanc expositionem ingeniosiorẽ quàm veriorẽ Turnebus credidit, existimátque Varronem dicere, Fircellium Pauonem propter nomen commune & gentilitatem, quæ ei cum Pauonibus intercedebat, si quis de eis fecus, id est malè loquererur, streperum & odiosum puturum fuisse, neque libentius hominem eum auditurum, quàm stridentem & obstrepentem serram, cuius argutia auribus molesta est. Hæc ille.

¶ Serra, Genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

¶ Serra, Tyberini fluuij cognomen. Seruius in illud 8. Æneidos,

-ego sum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.

Cæruleus Tybris, cælo gratissimus amnis. Stringentem (inquit) radentem, imminuentem. Nam hoc est Tyberini fluminis proprium, adeò vt ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminãs & exedẽs. In Sacris etiam Serra dicebatur. Vnde ait nunc,

-& pinguia culta secantem. In aliqua etiam verbis parte Terentum dicitur, eo quòd ripas terat. Hactenus Seruius.

Serrula, serrulæ, pen. corr. Diminutiuum {σπειρίον} Colum. de Arboribus cap. 6, Et si fieri potest, iuxta aliquem nodum serrula desecato. Cicero pro Cluẽtio, Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium, & tortuosam vænire serrulam, qua illud potuisse ita cuncuncari videretur.

Serro, serras {σπείρω} serrare, Per medium secare. Silius lib. 6, Auro serrauit ramos Iunonius anguis.

Serratus, penult. produ. Participium {σπειροειδής} Quod serra sectum est.

Serratus {σπειρώδης} Ad modum serræ factus. Plin. lib. 11. cap. 37, Dentium tria genera, Serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exerti, apro, hippopotamo, elephanti.

Serrato ambitu folia. Plin. lib. 25. cap. 6.

¶ Serrati numi ab impressa serræ nota appellati. Tacit. de Moribus Germanorum, Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos bigatósque. Quem sanè locum Rhenanus in castigationibus in Tacitum ex Plinij lib. 33. cap. 3. hunc in modum explicat, Nota argenti, inquit, fuêre bigæ atque quadrigæ, & deinde bigati, quadrigatíque dicti. Porrò argenti bigati ex Gallis Boiis, item ex Liguribus Romam allati sæpe fit mentio Liuio. Nec aliter apparet serratos ab impressa serræ nota appellatos.

SERRANVS, pe. prod. Qui Attilius Serranus fuit. Vel à Serendo dictus. Virg. 6. Æneidos, -paruóque potentem
Fabritium, vel te sulco Serrane serentem? Sub. tacitum relinquat? Vide Seranus post SERO, seris.

Serrata, serratæ, pen. prod. {σκιμποῦς} Herba à serrata foliorum textura sic dicta. Plin. lib. 24. cap. 15, Chamedrys herba est quæ Latinè trissago dicitur.

Serratula, serratulæ, pen. cor. {λείριον} Herba. Plin. lib. 25. cap. 8, Vetones in His-

in Hispania eam quæ betonica dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, à Græcis cestron, aut pticotrophon, ante cunctas laudatissima.

SERRHEVM, siue Serrhium, pen. prod. {σιδήριον} mons Thraciæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Meminit & Stephanus.

SERRHI {σιδῆροι} populi sunt Colchidi vicini inter Cercetas & Cephalotomos siti, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

SERTORIVS {σερτώριος} è Nursia oriundus, partium Marianarum fuit vnà cum Cinna, moderatius tamen se gessit quàm alij. Sylla redeunte è bello Mithridatico, vrbéque porito, ipse quoque in Hispaniam aufugit: vbi breui tempore ob virtutem, sibi graciam earum gentium cõciliauit, traditúrque per eum Hispanos, disciplinã rei militaris Romanam didicisse, ac fortiores deinde fuisse. Dux Lusitanorum delectus, paruis copiis multas vrbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus afflixit. Primùm Cottam nauali prælio superauit. Phidiam Hispaniæ Prætorem cum duobus millibus ciuium Romanorum interfecit. Domitium Proconsulem conciuit. Postremò Torantium à Metello missum cum toto exercitu deleuit. Denique à Perpẽno socio suo belli & ciusdem factionis per proditionem in cœna interfectus est. Ex Plutarcho. Lucan. lib. 2,

Quíque feros mouit Sertorius exul Iberos.

Sertula, Campana {μιλίακωτος} Herba quæ meliloton aliàs dicitur. Plin. lib. 21. cap 9.

Sertum, serti, Vide SERO, serui, trisyllabum.

Seruia, seruiæ {σάφακες} Sertum quòd ex floribus fiebat. Plin. lib. 21. cap. 2, Tenuioribus vtebantur antiqui strophia appellantes, vnde nata strophiola. Quin & vocabulum ipsum tardè communicatum est, inter sacra tantùm & bellicos honores coronis suum nomen vindicãtibus. Quum verò è floribus fierent serta, à serendo seruiæ appellabantur: quod apud Græcos quoque non adeò antiquitus placuit.

SERVILIORVM Gens notissima ex Volaterrano lib. 19.

SERVILIVS, Lacus appellabatur ab eo qui eum faciendum curauerat in principio vici Iugari cõtinens Basilicæ Iuliæ, in quo loco fuit effigies Hydræ posita à M. Agrippa. Festus.

Seruilis, Seruiliter, Seruio, Seruitium, Seruitudo, Seruitus, Vide Seruus, in SERVO, seruas.

SERVIVS {σέρβιος} Cognomen apud Romanos fuit. Seruius, qui mortua matre in vtero seruatus est. Probus in Epitome.

Seruius Tullius præcipuus sanctor legum fuit. Tacit. lib. 3.

Seruianus, a, um: à nomine Seruius, vt pleraque alia à suis deriuatur Seruiana actio. § item Seruiana. De actionib. lib. 4. Institutionum ciuilium. l. vlt. De Saluiano interd. in P.

Serum, seri, Vide SERVS, adiectiuum.

Seruo, seruas {σώζω, τηρέω, φυλάττω, περιέχω} seruare, Liberare. Plautus Epid. 8,

Me quidem certò seruauit consiliis suis. Cic. ad Atticum, libro 17, Clodium Appij filium credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, quum pro populo fieret, eúmque per manus seruulo seruatum & eductum.

Ope nostra seruare aliquem. Ouid. 7. Metam.

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti. Horat. in Arte.

Hœdos pascentes seruare. Virg. eclog. 3.

¶ Seruare, Diligenter ac superstitiosè obseruare. Terent. Heaut.

Die me hic oppidò esse inuitam, atque seruari. Virg 1. Georgic.

Hoc metuens, cœli menses & sydera serua. Idem 6. Æneidos,

Qui Lybico nuper cursu dum sydera seruat,
Exciderat puppi.

¶ Seruare, custodire, tueri. Terent. Eunuch 5. 9,

Serua obsecro hæc nobis bona.

Amicitiam seruare, apud Ciceronem de Amic. Plaut. Rud. 10,

-etiam qui it lauatum
In balineas, ibi quum sedulò sua vestimenta seruat,
Tamen surripiuntur. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 2, Te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacẽre in lachrymis & sordibus: idque fieri mea culpa qui cæteros seruaui vt nos periremus!

Hei mihi, quòd dominam, nec vir, nec fœmina seruas. Ouidius 2. Amorum eleg. 3.

Ad reditum, vel ad alia tempora seruare. Cic. Attico, lib. 8 146, Non expulsi, sed euocati è patria, quam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam & inflammandam reliquimus. Idem 2. Offic. Vtinam, inquit, C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset.

Retinere & seruare amicos. Horat. 1. Serm. saty. 1.

Amorem nati seruare. Virg. 2. Æneid.

Animi rectum seruare. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Concentum seruare. Cic. 4 de Finib. Vt, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numeris sit vt concentum seruare possit, omnes æquè incontenta sint.

Hectoris Andromache Pyrrhi connubia seruas? Virg 3. Æneid.

Consuetudinem. Colum. lib. 11. cap. 3, Seruánteque adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolæ.

Consuetudinem in re aliqua facienda. Vatinius ad Ciceronem, libro 5. 9, Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit.

Qui consulta patrum, qui leges, iuráque seruat. Horat. 1. epist.

Cursum eundem constantissimè seruare. Cic 1. Tusc. Tum in eodẽ orbe in duodecim partes distributo quinque stellas, eosdem cursus constantissimè seruantes disparibus inter se motibus.

Seruare de cœlo, Est nuntiare aut pluisse aut intonuisse: ideo diremptum esse auspicium, & contra auspicia esse factum. Cic. pro Domo sua, Negant fas esse agi cum populo, quum de cœlo seruatum sit, Et ad Atticum li. 2 31, Bibulus de cœlo tum seruasset, nécne, sibi quærendam non fuisse. Eidem lib. 4. 72, Proscripsit se per omnes dies comitiales de cœlo seruaturum. Ex Budæo.

Sed tum seruare illud poëtas quod deceat dicimus, quum id quod quaque persona dignum est, & fit & dicitur. Cic 1. Offic.

Eò me seruaui. Cic. ad Attic. lib. 5. 105, Paucis diebus habebam cer-

tos homines quibus darem literas: itaque eò me seruaui.

Fidem seruare, Præstare promissum. Plautus Mostel. 14. Terentius in Andria, 1. 5,

-neque amor, neque pudor
Commoueat neque commoueat, vt seruem fidem?

Fidem seruare, & manere promissis. Virg. 2. Æneid.

Fidem seruare in eo quod dixeris. Terent. Hecyra 3. 3, Cicero in Vatinium, Secundum ea, quæro seruarísne in eo fidem.

Fidem seruare de re aliqua. Cæsar. 6. bel. Gall.

Fidem veritatis seruare. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Fœdera seruare. Ouid 2. Fast.

Gloriam seruare. Plaut. Rud. 13,

Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Iustitutum seruare. Cæsar 3. bel. Ciuil. Cic. 4. Acad. In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandísque ciuitatibus, tanta acquiras, vt hodie ster Asia Luculli institutis seruandis, & quasi vestigiis persequendis.

Omnia integra principi seruare. Plin. epist. 126.

Intus serua, Vide INTVS.

Iura inducirum seruare. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Limen seruare. Virg. 6. Æneid.

Modum, Hoc est mensuram tenere & obseruare. Colum. lib. 8. ca. 5.

Traditum ab antiquis morem seruare. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Muros tuto aggere seruare. Virg. 9. Æneidos,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu. Horat. 1. epist. 2.

Officium aduersus inimicum. Cic. 1. Offic. Sunt autem quædam officia etiam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis.

Ordinem. Liu. 6. bell. Pun.

Intrepido vultu otia seruare. Silius lib. 11, De Decio loquitur, qui quum Annibalem intra mœnia suscipi audirer, non solùm non fugiebat, sed otiosè in foro ambulabat.

Pecudes seruare vallibus. Ouid. 1. de Arte.

Promissum. Plaut. Amph 19. 1. Cic. 1. Offic. Nec promissa igitur seruanda sunt ea quæ sint iis quibus promiseris, inutilia.

Pudicitiam. Virg. 2. Georg.

Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo? Virg. eclog 3.

Temperamentum. Plin. lib. 15. cap. 3, Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt.

Descriptas vices seruare, & operum labores. Horat. in Arte.

In vetustatem seruare vinum. Cato cap. 114. Colum. lib. 12 cap. 28.

Vulnus æternum seruare sub pectore. Virg. 1. Æneid.

¶ Seruare suum, pro Recuperare. Vlpianus. D. de fideiuss. & mandat in l. si mãdatu meo, x. Titio crediderís: & cum Titio egeris, ego non liberabor. Sed in id duntaxàt tibi obligatus ero, quòd à Titio seruare non potueris. Modest. in l. si fideiussores. D. eod tit. Si fideiussores in id accepti sunt, quòd à curatore seruari non possit, & post impletam legitimam ætatem tam ab ipso quàm ab hæredibus eius solidum seruari potuerit. Cicero ad Rufum, lib 3. 20, Sed ego puraui esse viri boni quum populus suum seruarer, consulere fortunis tot vel amicorum vel ciuium. Idem ad Qu. fratr. lib. 3. 17, Caluus aiebat aqua dempta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute illi fundo imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. Budæus.

¶ Seruaueris, pro Vide ne feceris. Plaut. Amph. 4,

Quid, si ego illum tractim tangam, vt dormiam? s. seruaueris.

¶ Seruare, Inhabitare, Possidere. Virg. 4. Georg.

Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant. Nonius.

¶ Seruare, Tenere. Virg. 7. Æneid.

-curuam seruans sub imagine falcem.

Cura seruandi dominam penes Bagoum. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Dare seruandam aliquam alicui. Ouid. 1. Metam.

Seruans {σῳῶν} Particip. siue Nomen ex participio, vt Lumina longè seruantia. Stat. 3. Syl. 2.

Æqui seruantissimus. Virg. 2 Æneid.

Seruatus, pen. prod. {σεσωσμένος} Aliud participium: vt Centum clauibus seruatus. Horat. 2. Carm. ode 14.

Seruatos ciues indicat huius ope. Ouid. 3 Trist. eleg. 1.

Seruatúsque tuos iuuenis seruauerat annos. Ouid. 8. Metam. De ramo qui quandiu duraturus erat, tandiu etiam victurus Meleager.

Amores ad finem seruati. Ouid. 11. Metam.

Odium seruatum perenni studio. Silius lib. 1.

Vitam seruatam dote aliqua reprehendere. Ouid. 5. Metam.

Seruator, penul. prod. seruatoris {σωθήρ} Qui seruat & liberat. Liu. 4. bel. Maced. Quorum agmen imperator secutus, persequentibus eunctis, seruatorem, liberatorémque acclamantibus, salutatis dimisíque eis, eadem qua venerat via, Elatiam rediit. Senec. Nec seruatoris illum loco numerabo, sed fœneratoris, cui sciam reddendum quod accepi.

Salutis alicuius seruator. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 15.

Seruatrix, pen. prod. seruatricis, fœm. gen. Verbale {σώτειρα} Terentius Heeyra 5 4,

O Bacchis, ô mea Bacchis, seruatrix mea. Cic. 5. de Finibus, Non dubitemque dicere omnem naturam esse seruatricem sui, idque habere propositum quasi finem & extremum, se vt custodiat quàm in optimo sui generis statu.

Seruabilis, pen. cor. Adiectiuum {σωτήριος} Res quæ potest seruari. Ouid. 4. Trist. eleg. 5,

Et tutare caput nulli seruabile. Plin. lib. 14. cap. 3, Duracina sine vllis vasis in vite seruabilis.

Seruaculum, pro Anchora, quasi σωτήριον. Vlpianus l. 29. § j. D ad leg. Aquil. Parui refert nauem immittendo, aut seruaculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis.

Seruus, serui {δοῦλος, θεράπων, λάτρις, οἰκέτης} Notæ significationis. Plautus Pseud. 9. Cic. 5. Ver. Quum verò hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, vt Apronium & Turpionem seruos homines, tuo, liberorúmque tuorum periculo diutius fieri velles.

Seruum, à Seruo, seruas dictum, dicit Perotus: quia in bello seruabi

non necabantur, sed viui seruabantur. Est autem seruus qui domino alieno contra naturam, iuris constitutione subiicitur.
Ad limina seruus, Vide LIMEN.
Comicus seruus, Vide Comicus testis, in TESTIS.
Fallax seruus. Ouid.1.Amor.eleg.15.
Infidus seruus, Vide INFIDVS.
Lautiores serui, Vide LAVTVS.
Mali serui lingua, pars pessima. Iuuen.Saty.9.
Seruus vicarius, Qui subest ordinario.
Seruus mediastinus, qui medius est inter ordinarium & vicarium.
Ordinarius seruus, Vide Ordinarius in ORDO.
Seruus ordinarius, Qui præest aliis. Iustinian.lib.2.tit.De legatis.§. Si qui ancillas.
Peculiaris seruus, Vide Peculiaris in PECVLIVM.
Peculiosus seruus, Vide Peculiosus, in PECVLIVM.
Perfidi serui. Horat.Epod.9.
Manumittere seruum, Vide Manumitto in MANVS.
Mercati seruum. Horat.1.epist.6.
Seruus libidinum. Plin.epist.175.
Serua, seruæ, fœm. Ancilla. Vlpian.in l.Doli.§.1.D.De seruo corr. Si seruus seruáve fecisse dicetur, &c.
Serui ministeria: modò ab officio, quod in familia exercent, modò ab alio euentu nomina acceperunt vt Serui attriarij, qui & attienses ab attrio, quod est propriè locus (authore Volzio) ante vel circa domum, remotius tamen, sed ad domum pertinens.
Focarij,
Mediastini,
Aquarij,
Hereditæ, qui versantur in agris,
Capsarij, vel Carpsarij,
Sæculares,
Apolides,
Orcini,
Insulatarij,
Originarij,
Adscriptitij,
Fornacatij à fornace chalcatia,
Amanuenses,
Dispensatores, l.vlt. de ser. corrupt.
Pileati, Budæus in notis ad Pand.
Artifices. l.vlt. De oper. ser. in Pandect.
Seruus supellecticarius. l.12. D. de Instruct. vet. instr.
Seruum cicatricibus deformare. l. locum. D. de vsufruct.
Seruus fructuarius. l. Sed & sicuti. D. de vsu fruct.
Seruus hereditarius,
Seruus heres necessarius,
Seruus integræ opinionis,
Seruus lecticarius. Paulus.
Seruus publicus, l. Non aliter. De adoption. in Pandectas, & aliis multis in iure Ciuili locis.
Seruus receptitius, qui, aut excipitur, aut redhibetur ob vitium.
Seruus vrbanus. l. seruis vrbanis. de legat. 3. Hæc & alia ex Ciuilis iuris voluminibus facilè sciri poterunt, Budæus porrò in notis, Ferrarius, Cuiacius & alij finitiones monstrabunt, sed & suis locis omnia sunt explicata.
Seruorum feriæ, Idibus Augusti, Romæ celebrabãtur, quia eo die Rex Tullius filius ancillæ Seruæ ædem Dianæ dedicauerit in Auentino, cuius tutelæ sint serui, à quorum celeritate fugitiuos vocent seruos. Festus.

Seruus, Adiectiuum {δουλικὸν} vt Serua prædia, quæ alicui obstricta sunt. Cic.3.pro Lege agraria, Primo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore iure sunt quàm serua. Hic liberum seruo opposuit, Lucan.lib.6,
O famuli turpes, seruum pecus.
Ædes seruæ. Martianus in l.si binarum. D. de seruit. vrb. præd.
Aqua serua. Ouid.1.Amor.eleg.6.
Area serua. Iulian.in l.Et qui duas. D. de seruit. vrb. præd.
Fundus seruus. Vlp.in l.traditio.§.1.D. de acquir. rer. domin.
Manus serua. Ouid.6.Fastorum.
Pecus seruum vitiis. Ouid.1.de Remed.Amor.

Serua, seruæ, Ancilla. Vlp.in l.doli. D. de seruo corrupto. Si seruus seruáve dicetur, &c. Rursus in l.1.in princip.eod.tit.

Seruulus, pen.cor. Diminutiuum {δουλάριον} Terent. And.1.1,
..ob seruabam mane illorum seruulos
Venientes aut abeuntes. Cic.3.Offic. Quærit, si in mari iactura facienda sit, equíne pretiosi potius iactura faciat, an seruuli vilis. Idem 4.de Finibus, At quid inter parentem & seruulum interfit, intelligi & potest & debet.
Infœlix seruulus. Iuuen.saty.3.

Seruula, seruulæ, pen.corr. Diminut. fœm. {θεραπαινίδιον} Cic.ad Attic.lib.17, Eúmque per manus seruulæ seruatum & eductum.

Seruilis, & hoc seruile, penul.prod. {δούλιος, δουλικὸς, ἀνδραποδώδης, ὑπηρετικὸς} Quod ad seruum pertinet. Cic.1.de Legib. Quæ seruilis vnctura tollitur, omnísque circumpotatio. Horat.2.Carm.ode 7.
Animi seruiles altè tumescunt. Claud.1.in Eutropium.
Bellum seruile. Cic.pro Lege Manilia, Seruile nauale bellum, varia & diuersa genera & bellorum & hostium.
Capita seruilia. Liu.7.bel.Pun.
Color seruilis. Cic.in Pis. Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Horror seruilis præcordia concutit. Claud.de bello Getico.
Indoles seruilis. Liu.1.ab Vrbe.
Iugum seruile. Cic.1.Philip.
Officia seruilia facere. Propert.lib.4.eleg.10.
Supplicio seruili animaduertere. Liu.4.bel.Pun.
Vernilitas seruilis. Quintil.lib.1.cap.12.

Seruiliter, pen.corr. Aduerbium {δουλικῶς} Seruorum more. Cic.2.Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter mulierbitérve faciamus.

Seruitus, pen.corr. seruitutis, penul.prod. {δουλεία, δουλοσύνη, παιδεία} Ipsa seruiendi vel seruorum conditio. Cic.2.Philipp. Pax est tranquilla libertas: seruitus, postremum malorũ omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Idem 10.Philipp. Omnis est misera seruitus.
Vinculum seruitutis. Tacit.lib.13.
Clemens, Vide CLEMENS.
Iusta, Vide IVSTVS.
Intolerantior. Tacit.lib.3.
Muliebris. Liu.4.bel.Maced.
Persica seruitus. Senec.de Benefic.lib.2.cap.2.
¶Abducere in seruitutem, Vide ABDVCO.
Abstrahere in seruitutem, Vide ABSTAHO.
Addicere in seruitutem, *Asserui, non asseruagere aucun*, Vide ADDICO.
Adducere ad vel in seruitutem, Vide ADDVCO.
Asserere in seruitutem vrbes, Vide ASSERO.
Astringere se ad seruitutem iuris. Quintil.lib.2.cap.16.
Colere seruitutem, Vide COLO.
Noua seruitus crescit tibi. Horat.2.Carm.ode 8.
Exuere seruitutem. Liu.4.bel.Maced.
Habere in seruitute, Vide IN præpositionem.
Imponere seruitutem, Vide IMPONO.
Iniungere seruitutem, Vide INIVNGO.
Mittere vrbes in seruitutem, Vide MITTO.
Pati seruitutem. Tacit.lib.27.
Reddere leuem seruitutem, Vide LEVIS.
Seruire seruitutem. Quintil.lib.7 cap.4. Vide infrà in SERVIO.
Seruitus est ius agendi quicquam habendíve in prædio alieno, ad sui prædij vtilitatem, quod iure communi agere, habere non liceat. Idque præter notiorem significationẽ in iuris Ciuilis libris significat.

	Vrbana,	Piscandi,
	Rustica,	Hauriendi,
	Luminum,	Recipiendi,
	Prospectus,	Colendi,
Seruitutes	Stillicidiaria,	Negatiua,
sic distinguntur,	Coquendi,	Affirmatiua,
quòd alia sit.	Tollendi,	Appellendi,
	Immittendi,	Fodiendi,
	Eundi,	Habitandi,
	Agendi,	Vtendi,
	Ambulandi,	Fruendi,

Et huiusmodi, quæ ex Pandectarũ libris septimo & octauo, facilè poterunt intelligi.

Seruitium, seruitij, {δουλεία} Tam multitudinẽ significat seruorum, quàm actionem aut rem ipsam. Terent.And.4.1,
Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo.
Acre seruitium. Perf.Sat.5.
Crudum. Tacit.lib.1.
Durius seruitium. Tacit.lib.11.
Graue seruitium. Seneca, Octauia 6.
Nobile seruitium. Stat.2.Sylu.2.
Superbũ seruitium, Id est, seruitium sub domino superbo. Propert. lib.3.eleg.17.
¶Triste seruitium datur. Tibul.lib.2.eleg.4.
Exire seruitio. Virg.eclog.1.
Ferre seruitium. Ouid.1.Amor.eleg.2.
Genius in seruitio. Plin.lib.7.cap.39. Id est in seruili conditione.
Esse in seruitio. Vlp.in l.Ædiles.§.ij.D. de Ædil.edict.
Iugum seruitij ferre. Stat.3.Sylu.4.
Leuare aliquem longo seruitio. Horat.2.Serm.saty.5.
Premere seruitio. Virg.1.Æneid.
Esse è seruitio alicuius. Tacit.lib.1.
¶Seruitium, & frequentius seruitia, in plurali, dicuntur serui ipsi. Cic.4.in Catil. Hic ad euertenda fundamenta Reipublicæ, Gallos accersuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit. Idem 7.Verr. Et tamen cœptum esse in Sicilia moueri aliquot locis seruitium suspicor. & 4.in Catil. Solicitantur Allobroges, seruitia excitantur.
Molle seruitium. Tacit.lib.20.
Infida seruitia, Vide INFIDVS.
Seruitia recentiora, politioráque, immenso pretio cõparauit. Suet. in Cæsare cap.47.
Ampliare seruitia. Tacit.lib.18.

Seruitudo, penult.prod. seruitudinis, Idem {δοῦλον} Liuius 4.bel.Pun. Seruitudinis indignitatísque homines expertos aduersus notum malum irritatos esse.

Seruio, seruis, seruiui, seruitum, penult.prod. {δουλεύω, ὑποδουλεύω, παραδίδωμι, ὑπουργέω, ὑπηρετέω} seruire, Propiè seruorum est, dum heri præceptis obsequuntur. Plaut. Menæch.2.1,
Propterea heri imperiũ exequor bene, & sedulò seruio. Idem Truc.4.
Tibi seruio, atque audiens sum imperij.
Æternum seruire. Horat.1.Epist.10.
Benignè seruire alicui. Catul.ad Ianuam 62.
Fideliter seruire. Propert.lib.3 eleg.24.
Fidelius alicui seruire. Ouid.7.Metam.
Ingratè seruire. Ouid.2.de Arte.
Seruire liberaliter, Vide Liberalis in LIBER adiectiuo.
Vtiliter seruire. Horat.1.epist.17.
Puellæ seruire. Ouid.2.Amor.eleg.17.
Vni domino seruire. Catul.de Septimio 5.
Mens mea tibi dedita seruit. Tibul.lib.1.eleg.3.
Seruio apud te. Plaut.Aulul.4.
Seruire alicui rei, pro illi, siue ad illam, & in illam incumbere. Cæs. 7.bel.Gal.

Ærati

Ætati alicuius seruire, id est ætatis gratia, & ætatis habita ratione, alicui morem gerere, vel obsequi. Cic.1.de Finib. Hæc igitur nobis explicãda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis: huius enim ætati, & huic non hoc primum fortasse audienti, seruire debemus.
Amori alterius seruire. Cic.2 in Catil. Qui alias amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè seruiebat.
Auribus alicuius seruire, Blanditi. Cæsar.2.bel.Ciuil.
Commodis alterius seruire, Dare operam vtilitatibus alterius. Terent.in Prologo Heaut. Cic.1.Ver. Etenim si probabilius est eorum causa qui iniurias suas persequi volunt, qua in re dolori suo, non Reipub. commodis seruiunt.
Culturæ seruire, pro Dare operam culturæ. Colum.lib 3.cap.4.
Cupiditatibus seruire. Cic.de Amicitia, Cùm homines beneuolentia cõiuncti, primùm cupiditatibus iis quibus cæteri inseruiunt, imperabunt &c.
Defensioni patriæ seruire. Plin.epist.29.
Existimationi suæ aut alterius seruire. Cic.ad Art.li.5.98. Videntur mihi nosse nos, nostram causam, & conditionem professionis suæ, plan è seruiunt existimationi suæ.
Existimationi populi seruire. Cic.2. Ver. Non solùm effugiemus inquit hominem in querendo nimium diligentem, nimium seruientem populi existimationi. M. Glabrionem.
Famæ seruire. Cic.ad Atticum, lib. 5 97. Persuasum est omnibus meis seruiendum esse famæ meæ, bellè adhuc.
Gloriæ seruire, Dare operam. Cic.5.Tusc. Alios gloriæ seruire, alios pecuniæ, raros esse quosdam qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiosè intuerentur.
Laudi atque existimationi alicuius seruire. Cic.3.Verr. Itaque mihi videor magnam, & maximè ægram & propè depositam Reip. partẽ suscepisse, neque in eo magis meæ quàm vestræ laudi existimationíque seruisse.
Matrimonio puellæ seruire, pro Consulere & prouidere. Cic.ad Terentiam, lib.14. Sed certè quomodo se res habebit, illius miseliæ & matrimonio & famæ seruiendum est.
Necessitatibus seruire. Cic.1.de Diuin. Sed vigilantes animi vitæ necessitatibus seruiunt, disiungúntque se à societate diuina vinculis corporis compediti.
Petitioni seruire. Cic.2. Verr. Petitioni toto animo seruire proper iudicium non licebat.
Posteritati seruire. Cic. 1. Tusc. Cùm optimus quisque maximè posteritati seruiat, esse aliquid cuius is post mortem sensum sit habiturus.
Quæstui ac reditibus seruire. Colum.lib 9.cap.1.
Rei familiari seruire. Cic.pro Rosc. Amerino. Patres familiãs qui liberos habent, præsertim homines istius ordinis ex municipiis rusticanis, nónne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire? Vide RES.
Rei seruire. Terent. Hecy.2,
Rus habitatum abij, concedens vobis & rei seruiens.
Rumori seruire. Plaut. Trinum.10.
Scenæ seruire. Prouerbialis locutio: pro Obsequi & inseruire tempori. Cic.ad Brutum 9, Ac mihi tum Brute officio solùm erat & naturæ: tibi nũc populo & scenæ, vt dicitur seruiendũ est. Vide SCENA.
Scenæ seruire, Cic.ad Att.lib.2.16, An libertinis atque etiam seruis seruiamus?
Seruitutem seruire. Plaut. Aulul.21,
Nam qui amanti hero seruitutem seruit. Gell.lib.1,cap.1. Itẽ cuius parentes alter ambóve seruitutem seruierunt. Liu.10.bel.Maced.
Tempori seruire. Cic.3.Tusc. An est vllum tẽpus cui non ponẽdæ curæ ægritudinis causa seruiamus? Vide TEMPVS. Idem ad Attic. lib.8.147, Et quum sit necesse seruire tempori, & non amittere tempus, quum sit durum.
Valetudini seruire. Cic.ad Qu.fra.li.1.1, Reliquum est vt te orem, valetudini tuæ, si me & omnes tuos valere vis, diligẽtissimè seruias.
Ire seruitum Gratiis matribus. Virg.2.Æneid.
¶Seruitur, pen.prod. Impersonale. Cic.1. Offic. Primùm vt nec cui noceatur, deinde vt communi vtilitati seruiatur. Martial.lib.2, Non bene (credè mihi) seruo seruitur amico.
¶Seruibo & seruiam in futuro facit. Plaut. Menæch.2.4, Tanquam si emeris me argento, liber seruibo tibi. Terẽt. Hecy 3.5, Matris seruibo commodis.

Seruior, seruiris, seruiti, pe. pro. passiuè. Senec.de Tranquil.vitæ, Assuescamus cœnare posse sine populo, & paucioribus seruis seruiri.

Seruiturus, penul.prod. Particip. {δουλεύσων} vt Capitolia seruitura suo Canopo. Ouid.15.Metam.

Seruus, Adiect. {δοῦλος, δμῶος, δμώιος} Tardum significat. Plautus, Quid tã fera aduenis? Cic.Curioni li.2 6, Sera Gratulatio reprehẽdi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Mart.li.1, Sera nimis est vita crastina, viue hodie.
Anni seri. Ouid.6.Metam.
Conuiua Tonantis seruus, Qui serò moritur. Marcial.lib.8.
Crepuscula sera. Ouid.1.Metam.
Frondes seræ. Serò cadentes. Virg. 2.Geor. Seruius.
Lumen seruum, Nocti vicinum. Virg.1.Georg. Seruius.
Nepotes seri. Virg 2.Georg.
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram. De arbore.
Nox sera. Virg.eclog 8.
Et serósque pedes, seráque assumere pennas. Ouid.5.Meta.
Posteritas sera. Ouid 1.de Ponto, eleg.5.
Segnities sera, Quæ seros, id est, tardos facit. Virg 2.Æn. Seruius.
Spectator serus. Marc.lib.1.
Vesper serus. Virg.1. Georg.
Vites seræ ad aliquid agendum. Virg.8. Æneid.
Vlmus sera. Virg.4.Georg. Id est, maior. Seruius.
Serum est. Martial.lib 1.
Nil facis, & serum est alium mihi quærere regem.

Seri studiorum, Horatio sunt indocti, qui serò discunt, aut didicerunt scilicet, neque sunt παιδομαθεῖς, sed ὀψιμαθεῖς Quintil. Quare qui in sua quidque arte optimè facit παιδομαθὴς dicitur. Ex Turneb.
¶ Serum, Graue, triste. Virg.5 Æneid.

Seráque terrifici cecinerunt omina vates. Idem lib.12.de Noctua.
..serum canit importuna per vmbras. Salust. Serum bellum in angustiis futurum. Seruius.
¶ Serior, & serissimus, Comparatiuum & Superlatiuum. Colum. lib.2.ca.10.de Lente, Sationes eius duas seruam vs: alteram maturam per mediam sementim, seriorem alteram mense Februario. Plin.lib. 15.cap.15. Patriæ nomina habent serissima omnium ameriua.
Ætas serior. Tibul.lib.1.eleg.4.
Hora serior. Ouid.epist 11.

Serò, Aduerbium, {ὀψὲ} Tardè. Plaut. Trinum.8. Serò atque stultè. Cic Curioni, lib.2. 6, Longè enim absum, audio serò. Idem ad Qu. fratr.lib 3.17 Reddita etiã mihi est pecuetus epistola, sed serò allata.
Serò est. Cic.ad Qu. fratrem, lib.1 2. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: serò est enim.
Serò, aliquando tamen. Cic pro Quintio, De rationibus & controuersiis societatis vult iudicari: serò, verum aliquando tamen concedamus.
Serò, post tempus: quæ significatio eadem ferè cum præcedenti, vt ait Valla lib.4. Cicero, quũ accusator Milonis idẽtidem interrogatus perstaret quo tempore Clodius esset occisus, vrbaué respondit, Serò. Non tam horam intelligẽs, quàm tardius occisum & post tempus quo debuisset occidi. Ex Quintiliano lib.6.ca.4. Cæsar 5.bel. Gall. Contra ea Titurius serò facturos clamitabat.
Nimis serò, Vide NIMIS.
Medicina serò paratur. Ouid.1.de Remedio amoris.
Serò post tempus, apud Plautum in Captiuis legitur.
¶ Serò, Vespere, quod est post occasum: atque hæc vera est eius significatio, teste Valla lib.4. Cicc. ad Atticum, lib. 7.139, Eo die venit serò alter Consul.
Serò sapiunt Phryges. Prouerbium est natum à Troianis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta reddere Achiuis. Festus.

Serà, Aduerb. {ὀψὲ} Idẽ quod Serò. Virg.4.Geor. -nec serà comãtem Narcissum, aut flexi racuissem vimen acanthi. Serà comantẽ, hoc est serò flores habentem. Seruius.
¶ Serius {ὀψιαίτερον} Comparatiuum aduerb. Accius,
Ne si fortè paulò quàm tu veniam serius. Plin.lib.16.cap.26. Idem 3. de Orat. Ad mysteria biduo serius veneram.
Egredi ser. ius. Ouid.4.Metam.
¶ Serissimè, pen. corr. {ὀψιαίτατα} Tardissimè. Plin.lib.17.ca.2, Tarentina serissimè legi.

Serotinus, pen.cor. Adiect. {ὀψινὸς, ὀψίτερος} à Sero pro Vesperè, vt Serotina hora, Tempus serotinum.
Serotinus à Sero, pro Tardè, vt Poma serotina, quæ post legitimum tempus, consuetúmque cæteris pomis, vel tardè maturescunt: vt ait Valla lib 4. Col.li.de Arbor.ca.21. Idem lib.8.ca.5, Item serotini pulli, qui à solstitio nati, capere iustum incrementũ non potuerunt.

Serum, seri, Subst. {ὀρός, δρόσος} Extrema pars dici. Suet.in Augusto, cap.16. In serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. Id est, in horam vesp ertinam. Liu.7.ab Vrbe, Castrorum oppugnatione quia serum erat dici, abstinuere. Ibidem lib.10.
In serum, Vide IN.
Rem in serum trahere. Liu.2.bel.Maced.
¶ Serum {ὀρός} Aqua lactis. Plin.li.11.c.41, Mirum, Barbaras gentes quæ lactẽ viuant, ignorare aut spernere caseí tot seculis doctẽ, desantes id alioquin in acorem iucundũ, & pingue butyrũ: spuma id est lactis, cõcretiúsq; quàm quod serũ vocatur. Idem li.28.ca.9, Quidã & ipsum serũ iam multo potentissimum decoquũt ad tertias partes, & sub dio refrigerant. Virg.3.Georgic. -acrémque molossum
Pasce fero pingui.
Liquidum serum. Ouid.4.Fast.

Seresco, seresci. Vide ordine alphabetico.

Serus, vide SERVO.

Sesama, sesamæ, pen.corr. {σήσαμος} Genus frumenti Indici. Plin.lib. 18.ca.10. Æstiua frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis venit, & ex ea oleum conficiunt. Color eius candidus. Huic simile est in Asia, Græciáque erysimum: idémque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant itionem, medicamisibus adnumerandũ potius q̃ frugibus. Plau. in Pœn.4. -nihil nisi latereulos, Sesamum, papauerémque, triticum & fractas nuces.
Sesamum genere neutro, & Sesama in plurali sæpius apud Colu. legitur, vt lib.11.cap.2, Sesami sextatius.
Sesama à Colum. lib.2.ca.7, inter legumina recẽsentur. Idem li.2. cap.10, Sesama, quæ rigantur maturius, &c.

Sesaminus, pen. corr. Adiect. {σησάμινος} vt Sesaminum oleum. Plin.lib. 23.cap.4. Idem lib.28.cap.11.

Sesamoides, pen.prod. {σησαμοειδὴς} Herba à similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilẽ in aqua potũ. Semen illinitur igni facio, discutit panos. Est etiãti, aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideò aliqui anticyricon vocant: cætera simile erigeronti herbæ. Hæc Plin.lib.22.cap.25.

SESAMVM, mi.mo, {σήσαμον.} Steph. vrbs Paphlagoniæ posteà Amastris appellata. Plin.li.6.ca.2. Sesamus, Melæ li.1. in descriptione Paphlag. Sesamus, Amastris arx dicitur. Strabo lib.12.

SESANIVM, oppidum Cataduporũ in Arabia regione. Plin.li.6.ca.29.

SESARASII, populi sunt in Phrygia: Strabo li.7, Propè verò adsunt argẽtodinæ in Damastio, vbi potentatum constituere Peryfadies, quos Enchelios & Sesarasios nominant.

SESARETVS, p.pro. {σησαρήτιος} oppidũ est Taulantiorum, qui sunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Steph. ex Hecateo.

Sescunx, sescuncis, masc.gen. & Sesciuncia, fœm.gen. {σησκουγκιαῖον} Vnciam significat & vnciæ dimidium, vt ait Budæus. Colum.

lib.12.cap.57. Lafetis radicis quod ὀλιγον Græci vocant, sesicunecem Idem.lib.5 cap.2. Quæ summa efficit iugeri sesicunciam, &c.

Sesicuncialis, & hoc sesicunciale, pen.prod. {πεντωγκιαῖος} Quod ad sesicunciam pertinet. Plin.lib.13 cap.15. Tota crassitudine sesicunciali. Hoc est, vnius pollicis & dimidij.

Sesciplum, sesciupli, pe.cor. per s, scripturm, quod & sesquiplum dicitur {ἡμιόλιον} numerum hemiolium significat, qui Latinè etiam sesquialiter dicitur, vt quum dicimus senarium sesquiplum esse quaternarij: continet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partem. Budæus.

Sese {ἑαυτὸν} Accusatiuus à Sui proaomine. Gell.lib.5.cap.10. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit.

Seselis, huius seseliis, penul. cor. s.g {σέσελι} Herba est folio fœniculi, sed crassiore, semine quoque non absimili, sed calloſiore & habiliore, capite anethi, in quo granum habet oblongum & angulosum: & quum estur, acrè radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum, σαξιφράγιαν maiorem appellat. Cic, 2. de Nat. deorum, Ceruæque paulò ante patuum perpurgent se quadam herbula, quæ seselis dicitur. Hoc idem Aristoteles confirmat, in libris de Natura animalium. Vide Plin.lib.8.cap 32, Seseli neutro genere vocat Dioscorides, estque maltorum generum.

SESITHACVS, Ægimeti filius, C herusscorũ ductor is fuit. Strab.li.7.

SESOSTRIS {σέσωστρις} Rex Ægypti, qui conatus est nauigabilem alueum ex Rubro mari in Nilum producere, vt scribit Herodo.li.2. Valer.5.Argon. -quum prima Sesostris

Intulerit Rex bella Græcis.

Sesqui {σεσκι} Vocabulum in appositione inuentum, pro hemiolio accipiendũ est, quod perinde est ac si dicas, tãtundẽ & semis. Cic.in Oratore, Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto aut sesqui esse maiorem: a fit equalis dactylus, duplus iambus, sesqui pæon. Sesqui appellauit pæona, quia pes omnis pæon longa vna syllaba & breuibus tribus constat, at longa syllaba in temporum metricorum ratione duas breues æquare dicitur. Ita fit vt trees breues longam vnam dimidio superent. nam ternarius ad binarium relatus sesquialteram proportionem habet. Quomodo igitur dactylus æqualibus partibus constat, quia prima longa, duabus breuibus æqualis est: sic pæon alterã partem dimidio maiorẽ habet. Iambus etiam altero tanto maiorem, hoc est duplam: breuis enim syllaba longa est dimidiata. Fortasse autem illa verba Ciceronis sic legi & ut rectius, Aut altero tanto maiorem, aut sesqui: hoc sensu, vt pes altero tanto maior, in secunda sui parte sit duplus: qui autem non altero tanto, sed dimidio maior est, fit sesqui, ad priorem partem posteriore parte relata: non autem sesqui maior: quia sesquiplum minus est duplo. Sesquipedalia ligna apud Cæsarem, hoc est pedis vnius & dimidiatis quod ad crassitudinem referendum est. Hoc autem sesqui significat, siue eum vocabulo componatur mensuram aut numeri aut temporis aut modi significante: siue etiam cum alio quocunque vocabulo, vt sesquiplaga apud Tacitum lib.15. & Sesculysses in Præfatione Plinij: quo verbo si rectè emendatum est, ego hominem summè astutum & veteratorem planè expolitum intelligo. Fit eius mẽtio apud Nonium in dictione Alumnus. Plaut. Capt. 12.

Ibi quum alii octonos lapides effodiunt,
Nisi quotidianum sesquiopus confecerit,
Sexcentoplago nomen indetur tibi. Hoc est, nisi tu duodenos effoderis. Budæus.

Sesquialtera {ἡμιόλιος} Id est, pars altera dimidio maior quàm prior: dicitur enim ternarii ad binarium relatio sesquialtera proportio. Cic. de Vniuers. Vnam principio partem detraxit ex toto: secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla.

Sesquiculeare dolium {πεντωμιναῖος πίθος} Colu.lib.12. cap.18, Sunt autem satis sesquiculearibus doliis picis duræ pondo vicenaquina.

Sesquicyathus, pen.corr. Celſ.lib.6.cap.7, De aurium morbis & curationibus, mellis sesquicyathus.

Sesquihora, pe.prod. {πεντεμιώριον.} Plin.epist.74, Egeram horis tribus & dimidia: superet ergo sesquihora.

Sesquiiugerum, pen.corr. {πεντεμπλέθριον.} Plin.lib.18.ca.19, Iterari sesquiiugerum.

Sesquilibra, pe.prod. {πεντεμιλίτριον.} Colum.lib.12.cap.36, Sat erit autem rorismarini sesquilibram in duas vnas musti adiicere. Plin. lib.14. cap.20. Pulegij vel salis sesquiuncia.

Sesquimẽsis {πεντεμήνιον.} Varro 1.de Re ruſt.cap.27, Eius cursus annalis primùm ferè circiter ternis mensibus ad fructus est duuisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensibus in octo. Idem lib.3. ca.10, Ad saginãdũ eligunt pullos circiter sesquimẽse qui sunt natu.

Sesquimodius {πεντεμόδιος.} Varr.1.de Re ruſt.ca 42, Scribunt opus esse mediæ sesquimodium. Cic.5.Verr. Nunquam tam grati hi sesquimodij Qu. Mottenſi fuissent.

Sesquiobolus, pen.cor. {πεντεμιώβολον.} Plin.lib.26.ca.8, Deiectóque quod supernatat, reliquus succus purgat, vtraque parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sesquioctauus, pe.prod. {πεντογδοον.} Cic.de Vniuer. Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis, sumptis ex his colligationibus, in primis interuallis sesquioctaui interuallo sesquitertia omnia explebat.

Sesquiopera, pe.cor. {πεντεμιέργιον.} Col.lib 2.cap.13. Occantur sesquiopera, satriuntur sesquiopera, iterum satriuntur vna opera, & tertiò vna, metuntur vna: summa fit operarum, octo vel septem.

Sesquipes, pen.cor. huius sesquipedis. pen.cor.m g. {πεντεμπόδιον.} Varro 1.de Re ruſt.ca. 43, Cytisum seritur in terra bene subacta tanquã semen brassicæ: inde differtur, & in sesquipedem ponitur. Martialis libro 8,

Summa Palatini poteras æquare Colossi,
Si fieres breuior Claudia sesquipede.

Sesquipedalis, & hoc sesquipedale, pen.prod. {πεντεμποδιαῖος} vt Sesquipedalis crassitudo. Plinius lib.16.cap.40, Et apud Catonem, cap.10, Sesquipedalis paries.

Dentes sesquipedales. Catul. de Æmylio.

Tigna sesquipedalia. Cæsar bell. Gall. lib. 4. de pontis Rhenani structura. Hoc est, pedis vnius & dimidiati: quod ad crassitudinem est referendum.

Sesquipedalia verba apud Horatium, non tam intelligo longa & extensa, quàm turgida & inflata ac prætumida. Nam ab architectis esse trãslationẽ sumptã puto, apud quos sunt tigna sesquipedalia, materies crassiora: ita loquitur non rarò Vitruuius. Inde igitur Horatium explicandum arbitror cùm air,

Proicit ampulas & sesquipedalia verba. Ampullarúmque figura, quæ tumidæ sunt, huic congruit interpretationi: quanquam si de longis quis accipiat, qualia sunt dithyrambica, non repugnabo, præsertim cùm dicat Martialis, etsi hoc obscœnius est,

Mentula cui nondum sesquipedalis erat. Verba sunt Turnebi.

Sesquipedaneus, Adiect. Longus pedem & semis. Plin.lib.9.cap.27, Attollit è mari sesquipedaneo ferme cornua.

Sesquiplex, pen.cor. {ἡμιόλιος} Idem quod Sesquialiter, vel dimidio tantùm maior. Cic.in Orat. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon. Quo in loco sesqui tantùm legitur, Vide paulò antè SESQVI.

Sesquisenex, pro pluſquã annus. Senex enim de muliere etiam dicitur, vt tua amica senex. Hæc vox extat apud Varronem, quo tamẽ loco esqui senex meudosè legitur, auctore Turnebo.

Sesquitertius {ἐπίτριτος} Vide SESQVIOCTAVVS.

Sesquivlyssem, p.i.o astutissimo & callidissimo in cuiusdam Satyræ titulo Varro posuerat. Turnebus.

Sessilis, Sessio, Vide SEDEO.

Sessimonium, sessimonij, n.g. Est templum & sedes. deducitúrque à sessu vel sede sessimonij, vt à merce mercimonium. Vitruuius lib.7, Suspectus habent in deorum sessimonio: id est in deorum ædificandis templis: & sedibus statuẽdis: ac sessimonium dici videtur, vt ἵδρυσιν Græcè. Turnebus.

Sestans, sestantis, quod quibusdam per x, scribitur sextans, m g. {ἑξαντάριος} Nummulus erat quadrante minor, duas vncias vel eas. Plin. lib.13 cap.10 ad finem. Nam quod Agrippæ Menenio lexiantes annis in funus contulit, honoris id, necessitatisque propter pauperta tem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Liu 2.ab Vrbe, Exulit eum plebs sextantibus collocatis in capita.

Sestans, Genus ponderis, Duæ vnciæ. Plin.lib 26.ca.11, Prodest & vino myrteo fouere: mentæ sextans, viui sulphuris vncia.

¶ Sextans, Duorũ cyathorũ mẽsura. Vide Sextarius Rom. in S XX. Sueton. in Augusto ca.77, Vini quoque natura peruicissimum erat. Non amplius ter bibere eum solitum super cœnã in castris apud Mutiuã, Corn. Nepos tradit. Postea quoties largissimè se inuitaret, senos sextantes non excessit: aut si excessisset, reuiciebat. Senos sextantes pro sextario dixit, sed significare voluit, senis hausti bus sextarij tantùm bibere eum solitum. Bud. in Asse. Vide Sextarius Romanus in S E X.

Sestans agri, Pars sexta iugeri: Hoc est duæ vnciæ. Est autem vncia, duodecima pars iugeri, vt assis. Varro 1. de Re ruſt. cap.10. Colu. lib 5. cap. 1. Pars sexta, pedes quatuor millia & octingentos, hoc est sextans, in quo sunt scrupula XLVIII.

Sestantarius, Adiect. {ἑξαντάριος} Quod sestantis habet pondus. Plin. lib.33.cap 36, Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, quum impensis Repub. non sufficeret, constitutũmque vt asses sextantario pondere ferrentur.

Sestertius, sestertij {σηστέρτιον ἀργύριον} Idem quòd Nummus apud Romanos.

Sestertius ex eo dictus est quod duos asses & semissem valeret. Qua ratione quaterni sesterij denarium Romanum valebant. Et sestertius dictus, quia tertius semis est, duo sunt solidi asses, & semis. Hic etiam nummus dicebatur, & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina & pondo dicitur centenos, scu (quod idem est) centenas drachmas habebat. Quum igitur denarius quaternos sestertios æquaret pondere & æstimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuisse sestertios, & in duas libras & selibra mille sestertios. Qua ratione fit, vt sestertia singula numero plurali millenos sestertios valeant, hoc est duas libras & semissem. Vt enim sestertius nummus dicitur ex eo, quòd duos asses & semissem valebat, hoc est duas libras æris grauis, & selibram: ita sestertia numero plurali & genere neutro ideò dicuntur, quòd singula, duas libras & selibram argenti valerent, hoc est ducentos & quinquaginta denarios, siue mille sestertios, quod idem est. Sic fit vt decem sestertia, & decem millia sestertiũm nummorum pro eodem ab antiquis dicerentur. Horat. 2. epist. 2,

Accipit & bis dena super sestertia nummũm.

Sestertius dicitur quarta pars denarij, quo tempore is decussis valebat, id est dupondius & semis. Paulus.

Intercepta decem queteris sestertia fraude. Iuuen. Saty. 13.

Mercari sestertiis sexcentis, Vide MERCOR.

Mille sestertij æstimatione nostra viginti quinque coronatos valent. Dicitur autem mille sestertij, & mille nummi: vel mille sestertiũm, & mille nũmũm: vel copulatè, Mille sestertiũm nũmũm. Quum autem mille sestertij, Id est ducenti quinquaginta denarij duas libras argenti & semissem valerent, sequitur vt libra Romana, quæ & mina dicitur & pondo, decem aureos coronatos valuerit. Coronatos autem ita intelligi volo, vt singuli triginta quinque solidos valeant: quod est legitimum pretium.

Igitur decem millian ummũm, vel decem millia sestertiũm, quod idem est ducentos & quinquaginta aureos coronatos valebãt. Hæc etiam decẽ sestertia dicuntur, quum singula sestertia, singula millia significant.

Decies sestertium, Idem est quod Decies centena millia sestertiũm, quæ summa centies maior est decem sestertiis. Idem est enim decies sestertiũm, quod mille sestertia. Quum enim singula sestertia millenos

millenos nũmos sestertios valeant, si mille sestertia millies multipli es, fiẽt decies cẽtena millia, quẽ lingua vernacula *millionem* vocant.

Decies igitur sestertiũm, centies ducentos & quinquaginta aureos valet, hoc est viginti quinquaginta millia. Sic fiet vt millio Romanus viginti quinque millia coronatorum valeat.

Hoc igitur tenere oporter, quòd quemadmodum, quum à nũmis sestertiis ad sestertia genere neutro fit trãsitus, numerus millies multiplicatur: ita quum ad eam locutionem ventum est, quæ per aduerbia numeralia enuntiatur, sesterria singula cõduplicata crescunt. vt verbi gratia. Si centum sestertia dicam, centum millia sestertiũm intelligere debes. Quod si centies sesterriũm dicam, non iam centum sestertia, sed centies centena sestertia, seu centies millia sesterriũm intelligendum sit. Hæc omnia ex Budæi Asse.

Sestertiũm, in huiusmodi locutionibus, Duo millia sestertiũm, genitiui casus est pluralis numeri, pro sesterriorum: ideò more veterum, circumflexum adscripsimus.

Sestertius, dicitur quasi semis tertius, eo quòd cõtineat in se asses duos & dimidiatum tertium. Et per geminum I I, & s, à qua incipit semis, notatur hoc modo H-S. Veteris consuetudinis fuit vt semis anteponerent, vt semisquartus, semisquintus, semissertius à quo sestertius, & sic compositio Attico more facta. Illi enim ἥμισυ τρίτου λεγουσι, hoc est septem semi talẽta dixerunt, seruantes illud vt expressius numerus pro dimidio caperetur.

Charisius lib.1. Sestertius vnde appellatur, solet quæri. Quod manifestũ erit, si sciamus apud antiquos denarium decẽ asses habuisse. Ideóque in rationibus faciendis denarium decussi X inductum notamus, cuius quarta pars dipondius semis, festertius dicitur, quòd de tribus assibus semis deficiat. Denique & nota nihil aliud quàm dipondium & semis H-S. ostendit. Varro lib.4. de ling. Lat. Est veteris consuetudinis vt retrò æra dicerentur, ita vt semis tertius, semissemquartus pronunciarent. Ab Semissertius, Sestertius dictus.

Sestertium, Genus veli triplici licio texti, vt tertiũ filum duobus impar sit. Suet. in Augusto, cap.83. Ita vt in extremis spatiis subtilitim decurreret, sestertio vel lodicula inuolutus.

Sestertiolum, sestertioli, pen. corr. Diminut. Martial. lib 1,

Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

SESTIVS, prænomine, Publius ciuis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni aduersus Clodium contractis armatis auxilio fuit, quo nomine in iudicium vocatus, à Cicerone defensus est elegantissima illa oratione, quæ pro P. Sestio inscribitur. ¶ Fuit & alter Sestius Aquarum Sestiarum in agro Salyum conditor. Aquas Sestias *Aixe en Prouence*, nunc dicunt. Strabo lib.4.

SESTIAE aquæ, {σηστιανὰ ὕδατα} in Narbonensi prouincia. Plin.li.31.c.2.

Sestiana mala {σηστιανὰ μῆλα} à Sestio cognominata. apud Colu.lib.12. cap.45, Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, sestiana, melimela, mariana hoc liquore custodiri.

SESTOS {σηστός} Vrbs erat in littore Thracio ad Helespontum sita è regione Abydus Leandri & Herus amoribus nobilitata, apud Musæum. Strabo lib.13.

Sestias, sestiadis, Patronymicum à Sesto. Stat.6. Theb.

Contra autem frustra sedet anxia turre
Supremis Sestias in scopulis. Mela lib.2. Lucan. lib.2,
Xerxes pontibus admouit Seston Abydo.

Seta, setæ {σέτα} Pilus crassior, rigidiórque, atque erectus, qualem habent sues. Cic.5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina aprum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus.

Hirtæ setæ. Ouid.13. Metam.

Terga horrentia rigidis setis. Ouid.8. Metamorphoseos,

Protinus ex vias rigidis horrentia setis Terga dat.

Setæ leonis. Cic.3. de Orat. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Setis os hirtum musculis marinis. Plin.lib.11.cap.37.

Vellera hirsuta setis. Ouid.2. Fast.

Io obsita setis. Virg.7. Æneid.

Setiger, pen.cor. setigera, setigerum. pen.corr. {σητοφόρος} Quod setas gerit. Martial. lib.13, Ouid.8. Metamorphoseos,

Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas
Nec iaculis isset, nec equo loca peruia syluas. Aprum intelligit.

Pecus setigerum. Ouid.14 Metam.

Sus setigera. Virg.12. Æneid.

Frons setigera, Stat.8. Thebaid.

Setosus, pe.prod. Adiect. {σητώδεις, σητόεις} Quod setis abundat. Plin.lib. 8.cap.45, Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis. Celi.lib.2. Corpus tenue, maximéque lati pectoris, & setosi.

Aper setosus. Virg 7. eclog.

Verbera setosa. Propect. lib.4. eleg 1,

Verbera pellius setosa mouebat arator. Id est, scuticas ex caprina pelle villosa.

SETABIS, pen.corr. {σητάβις} Fluuius est Hispaniæ, secundum Strab. Plin. Ptolem. & Pomponium Melam. Silius lib.3. pro oppido posuit, quod insigne fuisse indicat arte texendi. Hinc

Sudaria setaba, apud Catullum in Asin.12, Volaterranus. lib. 2. Geograph. Setabis lino tenuissimo nobilitata, vnde Sudaria setaba à Catullo commemorata. Hanc abluit Sucro è montibus oriens Orospedanis Hæc Volaterr.

SETHROIS, præfectura Thebaidis est apud Plin.lib.5.cap.9.

SETIA {σητία} Vrbs Campaniæ, ex cuius agro Setinum vinum commendatur. Plin.lib.3. Nat. histo. cap.5. Martial. lib. Xeniorum,

Pendula pampineos quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab vrbe cados.

Setiger. Setosus, Vide SETA.

SETVRIA {σητουρία} Prole.li.2.ca.6. vrbs Hisp. alio nomine Sepulueda.

Seu {ἤτοι} Disiunctiua particula, qua iungimus ea quorum alterum, non vtrunque affirmamus, Cic. pro Quintio. Quemadmodũ solent homines nobiles seu rectè, seu perperàm facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset. Quintil. in Procem. lib.8, Figuras seu translationes mutuamur.

Seuectus, seuecta, seuectum, Propert. lib.3 eleg.3,

Cur tua præscripto seuecta est pagina gyro? Seuecta dicitur egressa, & seorsũ vecta quàm ire debebat. Cur ausa est tua pagina elegiaca cẽgredi spatiũ sibi præscriptũ, tentãdo materiã stylũmq; grandiorẽ.

Seuerus, pen. prod. {σεμνὸς, αὐστηρὸς} Adiect. Quasi Secus, id est iuxta verum, Grauis & censorius. Plaut. Pœn. 17,

Opinor hercle hodie quòd ego dixi per iocum,
Id euenturum esse, & seuerum & serium. Terent. Heaut. 5.3,
Sed ipse egreditur, quàm seuerus: rẽ quũ videas cẽsea. Vir. 8. Æn
Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.

Seuerus ad iudicandũ. Cic 2. Ver. L. Cassius ex familia tum ad eas teras res, tum ad iudicandum seuerissima.

¶ Seuerus, Asper. Virg. 7. Æneidos,

Qui Terricæ horrentes rupes, montémque seuerum. Sequius putat esse nomen proprium.

Acerbè seuerus in filium. Cic.3. Offic. Magnus vir in primis, & qui peringulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium,

¶ Seuerus, Tristis, vitabilis. Virg.3. Georgicorum,

Inuidia infœlix furias, amnémque seuerum Cocyti metuet.

¶ Agricolæ seueri. Lucret. lib.5.

Seuerissimus author. Plin. lib 11. ca.52, Addidit morum aspectus simili modò apud nos Trogus & ipse author seuerissimus.

Canities seuera. Claud. 1. de raptu Proserp.

Comas seueras ligare fronde. Stat.1. Achil.

Consilium seuerissimum. Cic. Quint. fra. lib.3.17, Annali pergratæ literæ tuæ fuerunt, quòd & curares de te diligenter, & tamen consilio seuerissimo iuuares.

Custos legis seuerus, Grauis & accuratus. Cic.1. Verr. Cuius legis non modò à Pop. Ro. sed etiam ab vltimis nationibus iampridẽ seueri custodes requiruntur.

Eques seuerus. Ouid.3. Amor. eleg.7.

Falernum seuerum. Horat.1. Carm. ode 7.

Fidibus voces creuere seueris. Horat. de Arte.

Frons seuera. Ouid.2. Trist.

Homo seuerus. Cic.2. de Finib.

Iudex seuerus. Cic.5. Verr. Si ex prouincia tota centum septuaginta eiecisses, possẽsne seueris iudicibus saluus esse.

Lex seuera. Ouid. de 3. Ponto, eleg.3.

Non sunt Endimion te pectoris esse seueri. Ouid. epist.17.

Senes seueriores. Catull. ad Lesbiam.

Supercilium seuerum. Ouid.3. Amor. eleg.4,

Vita seuera. Ouid.2 Amor. eleg.10.

Hostibus eueniat vita seuera meis.

Vultus seueros aduertere. Stat.1. Thebaid.

Exuere vultus seueros. Ouid.3. Amor. eleg.4.

Seuera silẽtia noctis. Lucret. lib.4. Id est, à vero seorsa & separata: quoniam per id tempus animus erraticus est, nihilque ferè videt quòd sit veritati congruum.

Seueritas, pen. cor. seueritatis {σεμνότης, σεμνεῖα} Ipsa senerorum grauitas. Cic.7. Verr. Quum iste vestra seueritate permotus, multa signa dederat quamobrem is responsurus non viderur, &c.

Aculeus seueritatis, Vide ACVLEVS.

Letissimæ vir seueritatis, Paterculus lib.2. sub finem.

Seueritas animaduersionis. Cic. ad Dolabellam lib.9.14, Contigit enim tibi quod haud scio an memini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset.

Disciplinæ seueritas. Quint. lib.2. cap.2.

Disputãdi seueritas. Cic.3. de Finib. Ne blãditiis eius, illecebrisq; impediatur disputandi seueritas.

Nimia emendationis seueritas. Quint. lib.2. cap.4.

Imperij seueritas. Cic.7. Verr. Summæ diligentiæ summam imperij seueritatem addidit.

Salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiæ. Cicero ad Brutum epist.2.

¶ Virij vnguentorum seueritas, Asperitas. Plin. lib.13. cap.3.

Adhibere seueritatem. Cic.1. Offic. Et tamẽ ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reip. causa seueritas: sine qua administrari ciuitas non potest.

Commodare seueritatem magnis peccatis. Tacit. in vita Agric.

Omnia scire, non omnia exequi, paruis peccatis veniam, magnis seueritatem commodare.

Contorquere ad seueritatem, Cic.2 de Orat.

Habere seueritatem. Cic in Brut. Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis.

Mitigare seueritatem. Cic.1. ad Qu. fra.

Reuocare ad seueritatem. Cic.1. ad Attic.

Seueritudo, pen. pro. seueritudinis, f.g {σεμνότητος, σεμνεῖας} Idẽ Plaut. Epid.13,

Quid illuc est, quod illi caperat frons seueritudine?

Seuerè, pen. prod. {σεμνῶς} Aduerb. Graniter, Asperé.

Grauiter & seuerè. Cic.2. de Fin. Ita grauiter & seuerè voluptatem secernit à bono.

Seuerè dicere. Cic.3. Tusc. Video enim ab eo dici multa seuerè, multa præclarè.

Agere seuerè. Cic.3. de Legib. Primùm enim obsistitur quũ agitur seuerè: deinde vi opprimi in bona causa est melius q̃ malè cedere.

Seuerius aliquem adhibere, Vide ADHIBEO.

Seuerissimè acta ætas. Cic. pro Rosc. Comœdo, Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum quem meruerũt, retribuam.

Seueriter, pen. cor. {σεμνῶς} Aliud aduerb. Idem. Titinnius, Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit.

SEVERVS, pen. prod. {σεβῆρος} Proprium multorum virorum nomen, vt

Seueri Cæsaris, Seueri Attilij ad quem Lactantius scripsit duo epistolarum volumina, cuius meminit Hieronymus. ¶ Est & Seuerus, propriũ montis in Italia, authore Seruio, cuius meminit Virg.7.Æn. Qui vetricæ horrenteis rupes montémque Seuerum.

ueriana pyra à Seuero insitore dicta. Eorũ meminit Plin.li.15.ca.15.

SEVERIANI, Hæretici quidam fuerũt à Tatiano primùm propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penicus abstinendũ prædicabant. Meminerunt horum Hieronym.& Sophronius.

Seuiri, seuiri. Sex erant Romanorum equitum decuriæ, Rhamnenses, Tatienses, Luceres primi secundíque: erant enim primi Luceres & secundi, ac sic quoque Tatienses & Rhamnenses geminati erãt. His qui præerant Seuiri vocabantur: ac in inscriptionibus antiquis Senirum equitum Romanorũ reperimus: vt in hac, Trib.mil.vij.gem. felic.vj.viro.equit.Romano.& in illa, x.viro à litib.iudic.vj.viro.equit.Roman.turm.Tauebus.

Seuium, à veteribus dicebatur libũ quod in sacrificio Secessita secabatur. Festus. Secium in Augustin. Festo legitur, de quo suo ordine.

SEVMARA, Armeniæ ciuitas est. Strabo li.11. Ex Armenia verò angustiæ, quæ secus Cyrum sunt atque Aragum, quiprius quàm inuicem cõcurrant, vrbes natura munitas habẽt, quæ saxis impositæ, x v i inter se stadiis absunt, prope Cyrum Armozycam, prope Aragum Seumara, quibus ingressibus prior Pompeius vsus est, ex Armenia mouens, posteà verò Canidius.

Seuoco, seuocas, pen.cor. {ξενοχλέω} seuocare, Seorsum, seu in alteram partem vocare. Plaut. Aulul. 16,

Quid ture solus è Senatu seuocas? Ouid.2.Metamorphoseos,

Seuocat hunc genitor, nec causam fassus amotis.

Seuocare in montem, Cic. pro Muræna, Facis vt ruesus plebs in Auentinum seuocanda esse videatur.

Cura me seuocat à virginibus. Catull. ad Ortalum. 60.

Seuocare se ab aliquo. Plaut. Merc. 7.

Seuocare animum ab omni negotio. Cic. 1. Tusc. Quum à re familiari quæ est ministra & famula corporis, quum à Repub. quum à negotio omni seuocamus animum.

Seuocare se à corporibus. Cic. 1. Tusc. Quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seséque ab his semper seuocassent: essémtque in corporibus humanis vitam imitati deorum.

Seuocare ad se in priuatã domũ de cõmuni. Cic. pro Quint. Iraq; herculẽ haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.

Seuocari à societate. Cic. 1. de Diuin. Quum ergo est somno seuocatus animus à societate & contagione corporis, &c.

Sebum, seui, quod & Sebum, vel Sepum dicitur {σέαρ} Pinguedo ex animalium omentis detracta, & eiota ac cocta, vt in vsum nostrum conuertatur: vnde nos hodie seuo candelas cõcinnamus & componimus. Plin. Seuũ ex omẽto pecudis. Idẽ li. 28. c. 9, Quæ ratio adipis, eadẽ in his quæ ruminant, seui est, aliis modis non minoris potẽtiæ.

Seuosus. pen prod. Adiect. {στεατώδης} Quod instar seui vngit. Plin. lib. 11. cap. 37. Seuosa corrigeris medulla.

Seuo, seuas {σεναίω} seuare, Seuum imponere, seu candelas ex seuo facere. Colu. li. 2. ca. 22, Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere: fices incidere, candelas seuare. Legitur & Sebare.

Sex, numerale nomẽ notæ significationis {ξξ} à quo hæc deducta sunt:

Sextus, ta, tum: ordinæ ex sex vtimus, Sextans, quasi sextus as: Est enim sextãs sexta pars assis. i. vnciæ duæ. Sextarius: mẽsura sexta, &c.

Sex suffragia appellãtur in Equitũ centuriis, quæ sunt adiectæ ei numero centuriarũ, quas Priscus Tarquinius rex constituit. Festus.

Sex Vestæ sacerdotes constituræ sunt, vt populus pro sua quaque parte haberet ministrã sacrorũ, quia ciuitas Romana in sex est distributa partes, iu primos secundósque Tatienses, Ramnenses, Luceres.

Sex septẽ, pro sex septémve, Vide Plebs, de vno tantũ in PLEBS.

Sexagenus, pen. prod. Adiect. {ἑξηκοστὸς} Idem quod Sexaginta. Plin. lib. 8. cap. 40, Gerunt vtero sexagenis diebus. Liu. 8. ab Vrbe, Ordo sexagenos milites, duo centuriones, vexillarium vnum habebat.

Sexagena millia modiorum. Cic. 7. Verr.

Sexagies, Aduerb. {ἑξηκοντάκις} Cic. 4. Philip. Orabat vt te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem.

Sexaginta, Indeclinabile {ἑξήκοντα} Cic 3. Ver. Possum sexaginta decreta proferre, in quibus vt ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas, iniquitásque declarat.

Sexangulus, pe. cor. Adiect. {ἑξάγωνος} Quod habet sex angulos. Plin. li. 11 cap. 11, Apum sexangulæ omnes cellæ. Ouid. 15. Metamorphoseos, Nónne vides quos cera tegit sexangula fœtus

Mellíferarum apum sine membris corpora nasci?

Sexangulatus, pen. prod. Solinus cap. 46, Inuenit & iridem in mari Rubro, sicut crystallum sexangulatam, quæ radiis icta solis, &c.

Sexatim, sextus dies est festus, vt Triatus, tertius, Festus. Vide Quinquatrus in QVINQVATRIA.

Sexcenus, pe. pro. Adiect. {ἑξακόσιοι} pro Sexcentenus. Cic. 7. Ver. Ciuitatibus pro numero militũ pecuniarũ summas describere, certo pretio sexcenos nũmos nautarũ missione cõstituere. Colu. lib. 3. cap. 3.

Sexcentenus, pen. prod {ἑξακοστὸς} Aliud adiect. Colum lib. 3. cap. 5, Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, sexcenteni malleoli pangendi sunt. Id est, sexcenti vnicuique.

Sexcenti, sexcentæ, sexcenta {ἑξακόσιοι} Plurale tantũm. Cic. 2. de Diui. Sexcenta licet eiusmodi proferre. Terent. Phorm. 4 3.

Sexcentas perinde potius scribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos sexcẽta dicẽre pro infinito numero, ferè vsitatum est. Cic. pro Rosc. Amer. Sexcenti sunt qui inter ficatios & de veneficiis accusabant.

Sexcentoplagus, pen. prod. {ἑξακισμύριος} Fictum à Plauto nomen, in Captiu. 12,

Sexcẽtoplago nomẽ inditur tibi. ¶ Hoc est, Sexcẽtas plagas accipies.

Sexcentesimos, pen. cor. Adiect. {ἑξακοσιοστὸς} Plin. lib. 8. ca. 7, Anno vrbis sexcentesimo quinquagesimoquinto. Sic lib. 14. cap. 12.

Sexcenties, Aduerb. {ἑξακισμύριες} Cic. Art. li. 4. 86, Vt forũ laxaremus, & vsus ad atrium Libertatis explicaremus, contẽptimus sexcenties. H. S.

Sexdecies {ἑκκαιδεκάκις} Aliud aduerb. Plin. lib. 6. cap. 29, Scbosus ab Ægypti extremis sexdecies centena LXXV. M. passuum.

Sexennis, & hoc sexenne {ἑξαετὴς} Quod est sex annorũ. Plaut. Pœn. 14, Inde sui reptus ferè sexennis. Plin. lib. 8. cap. 32.

Sexennium, sexennij {ἑξαετία} Tempus sex annorum. Cic. 1. de Diuin. Quod quidem sexennio post Veios captos factũ esse vidimus. Idem Attic. lib. 6. 111, Confeceram vt soluerent centesimis sexennij ductis cum renouatione singulorum annorum.

Sexies, Aduerbium. {ἑξάκις} Sex vicibus. Liu. 4. ab Vrbe, Veientem hostem sexies victum pertimescant. Colum. lib. 5. cap. 2.

Sextans, Vide SESTANS.

Sextantarius, a, um: Sextantarij asses (inquit Festus Põpeius) in vsu esse cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreuerunt patres, vt ex Assibus, qui tum erant librarij, fierent sextantarij, per quos cùm solui cœptũ esset, & populus ære alieno liberaretur, & priuati, quibus debitum publicè solui oportebat, non magno detrimẽto adficerẽtur. Septuennio quoque (anno) vsus est, vt priore numero: sed id non permansit in vsu, nec amplius processit in morem. Vide Antonij Augusti. notas ad Festum.

Sextarius, sextarij, m g. {ξέστης} Dicitur quod sit sexta pars congij, quæ mensura apud antiquos tam liquidis quàm aridis seruiebat. Capit autem sextarius cotulas binas, quæ Latinè Heminæ dicuntur.

Ad sextarios decoquere, Vide AD.

Sextarius, aridorum mensura. Colum. lib. 2. ca. 9. de Panico & Milio verba faciens, Nec impensa graui fationẽ cultoris onerant, quippe sextariis ferè quatuor iugerum implent. Idem lib. 11. cap. 5, Salis sextarium subtritio. Pau'o post, Quidam hordei tosti sextarios quatuor. Cato cap. 105, Schœnum & calamum in pila contundito, quod fiet sextarium vnum. eodem in dolium infundito, vt odoratum fiet.

Sextarius Romanus, vt in Asse docet Budæus, eam mensuram capit, quam ternos septariolos lingua nostra appellat, hoc est ternos semisextarios: qui est dodrans pintæ nostræ Parisiensis. Hic sextarius in xij. cyathos distribuitur, quemadmodum as vel libra in vncias duodecim. Proinde pinta Parisiensis sedecim cyathos implet. Notum est autem, antiquos, cùm hilarioli conuiuio sese ad potus solutiores inuitabant, tot cyathos hausti bus singulis ebibere solitos, quot erant literæ in nominibus amicorum: à quo more illud Martialis emanauit, lib. 1,

Nævia sex cyathis, septem Iustina bibatur

Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Omnis ab infuso numeretur amica falerno. Inde inuenta sunt vocabula triens, quadrans, quincunx, septunx, bes, dodrans, deunx, & reliqua, quæ non magis pocula quàm mensuras significant: id quod apertè docet idem poëta lib. 8. epigram.

Det numerum cyathis Instantis litera Rufi,

Author enim tanti muneris ille mihi.

Si Telethusa venit, promissáque gaudia portat'

Seruabor dominæ Rufe triente tuo.

Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem

Vt iugulẽ curas, nomen vtrumque bibam. Septuncem pro haustu septem cyathorum dixit, tot enim sunt elementa in recto Instantis: & trientem pro phiala & haustu quatuor cyathorum. Et rursus in vndecimo quincuncem pro quinque cyathis, & bessem pro octo. Epigram. 37,

Quincunces & sex cyathos, bessémque bibamus

Caius vt fiat Iulius & Proculus, & 12. epigr. 28,

Poto ego sextantes, tu potas Cinna deunces

Et quereris quòd non Cinna bibamus idem. Deunces, vndenos cyathos intelligit, vt sextantes binos. Romani autem sextarium quasi legitimam ac quotidianam virilis potus mensuram statuentes, ab eo quasi ab asse incipientes, reliqua vocabula partes eius fecerunt: quomodo & nos pintam virilem mensuram ponentes, semissem eius parcis vini destinamus, dodrantem autem continentibus, quadrantem ægrotis, sesquipintam bibacibus, in quotidiano quidem conuiuio. Cyathis verò antiquos potus sui mensuram metiti solitos etiam inter epulas, ex eo colligitur, quòd ferui quidam ad cyathos stare vel esse dicebantur, vt serui ad limina & ad pedes. Vide SEPTVNX.

Sextarius aquæ. Cic. 2. Offi. At ij qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium cogerentur, hoc primò incredibile nobis videri.

Sextarius olearius. Cato cap. 13.

Sextarius vini. Liu. 7. ab Vrbe.

Ducere sextarium, Ebibere. Iuuen. saty. 6.

Sextilis, huius sextilis, pe. prod. Dicebatur qui nunc Augustus mensis: quòd sextus esset in ordine mensium. Horat. 1. epist. 7,

Quinque dies pollicitus me tibi rure futurum,

Sextilem totum mendax desyderor.

Mensis sextilis. Horat. 1. epist. 11.

Sextula, sextulæ. pen. corr. Æris minima pars: dicta quòd sit sexta pars vnciæ. Cic. pro Cecinna, Facit heredẽ ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulciniũ libertũ superioris viri, Ebutio sextulã aspergit. Hereditatẽ, i. assem his verbis Cic. in deuncẽ, semũciã, & tues sextulas diuisit. Ex quo liquet sextulã tertiã esse partẽ semunciæ, & vnciæ sextã. Duas sextulas dixit pro tertia parte vnciæ: quũ tamen aliud vocabulũ Latinũ haberet, duellã. f. Nã duæ sextulæ duellam faciunt, quæ tertia pars est vnciæ. Vide Bud. in ASSE.

¶ Sextula, Mensura agri. Colum. lib. 5. cap. 1, Pars septuagesimasecunda, pedes CCC c. hoc est sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

Sextus, Adiect. {ἕκτος} vt Sexta ætas.

Sextum Consul {ἐξάκις ὕπατος} vt Tertiũm Cõsul. Cic. in Pis. Qui C. illi Mario fortissimo viro & Consuli, & sextũm Consuli, &c.

Ad sextam decoquere, vide AD.

Seni, senæ, sena {ἕξ} à sex deriuatur. Cic. 4. Ver. Ab isto, & præco qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est, & pueri annorum senũm septenũmque denũm, Senatorium nomen nundinati sunt.

Anni

Anni decies seni, Sexaginta. Ouid. 5. Fast.

Senarius, Adiect. {ἑξάμετρος} Quod constat sex rebus: vt Senarius numerus, Hinc

Senarij versus, qui & Senarioli dicti sunt à sex pedibus. Cic. 5. Tusc. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulchro spheram esse positam cum cylindro.

nariolus, senarioli, pen. corr. Diminut. Vide SENARIVS.

SEXTIVS Caballus {ἑξάπτιππος ἐκ γενεᾶς} Scurra maximus, qui à calcitratu, Caballi nomen adeptus est. Mart. in Cæcilium lib. 1.

SEXTVS {σέξτος} Philosophus Cheronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris, de quo Iulius Capitolinus, Audiuit & Sextũ philosophum Cheronensem. Fuerunt & alij Sexti multi.

Sexus, huius sexus, m. g. {διαφορὰ τῶ ἄῤῥενος, καὶ τῆ θήλεος} Et hoc Sexus, sexi, secundum Prisc ianum. Plaut. Rud.

Virile sexus nunquam habui vllum. Varro lib. 1. de Annalibus, Sexus vtrunque, virile, an muliebre, an neutrum sit, dici potest. Sallust. lib. 2. Histor. Colum. lib. 6 cap. 24, Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit.

Mentiri sexum. Vide Mentior in MENS.

Sexus à Græco dicitur ἕξις, quod est habitus: significãtque naturam & habitum, authore Festo. Vnde masculinum & fœminum sexum dicimus. Plin. de Viris illustr. 2, Ad quos quum vtriusque sexus multitudo conueniisset, dato suis signo virgines rapræ sunt.

Sexus, n. g. dixit Sallust. hist. lib 2, At Metellus in vlteriore Hispaniã post annũ regressus magna gloria cõcurrẽtiũ vndiq; virile & muliebre sexus per vias, & recta omnium visebantur. Vide plura apud Nonium.

SEXA, Fortuna Romæ templum habuit, à Seruio Tullio constructum, quòd Serua Seya natus ad regni fastigia conscendisset. Alexand. Alexandrinus lib. 1. cap. 13.

S I

Si {εἰ, ἐὰν, ἐάνπερ, ἤνπερ} Coniunctio, Quando res facta significatur, finitiuis iungitur, authore Diomede. Cic. 1. in Catil. Si illustrantur, si crum punt omnia. Nec enim dubitat an illustrantur: sed quia illustrantur, suadet vt mutet Catilina mentem. Virg. 6. Æneidos,

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Affirmat enim potuisse.

Si, cum futuro indicatiui. Cic. Curioni, lib 2. 6, Nunquam labere, si te audies. Idem ad Thermum, lib, 2. 17, Si me audies, vitabis inimicitias: & posteritatis otio consules.

Subiunctiuis iungitur, quoties conditionalis & incertus est sermo. veluti, Si facias, Si faceres. Qui enim sic loquitur, non factum interim declarat. Hęc Diomedes. Cic. pro Cluent. Tum ei quadraginta millia, si esset absoluturus Oppianicus, pollicetur.

Finitiuis, Græce οὐκ ἀφωρισμένως, id est Indicatiuis etiam iungitur quum conditionem significat. Terent. And. 1. 3,

Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Ibid. 2. 1,

-Pamphile

Si id facis, hodie postremum me vides. Idem Eunuch. 1. 1,

Si incipies, neque perficies nauiter. Virg 1. Georgicorum,

At si triticeam in messem, robustáque farra

Exercebis humum. Vbi Seru. dicit, Exercebis pro Exercueris positũ.

Si, in principio orationis. Cic. pro Cœlio, Si authoritates patronorum in iudiciis valerent, ab amplissimis viris, &c.

Si deus, si dea es. Cato. de Re rustic. Sic verba cõcipito: Si deus, si dea es. Hæc verba erant in precibus Romanorum solennia, cùm deos sexu distinctos, vt & homines existimarent: in quo ab Arnobio illuduntur meritò & reprehenduntur, cuius hæc sunt verba, Nam confuestis in precibus, Siue tu deus, siue tu dea, dicere.

Si nihil aliud: saltẽ &c. Cic. 3. Ver. Hic istius scelerata locatione nefariósque latrocinio bonis patriis fortunísq; omnibus spoliatus, venit in iudicium: si nihil aliud, saltẽ vt eam cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paulò tamen obsoletius vestitum videret. Compendiaria locutio sumpta à Græcis, teste Budæo.

Si minus, Si non. Cic. pro Cluent. Non timuisse, si minus vim deorũ, hominũmq; famam: at illam ipsam noctem, facéq; illas nuptiales? Et ad Curionem lib. 2. 5, Propter ipsius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam, nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamen.

Si modó. Cic. Att. li. 13. 276, Quæ diligẽter à me expressa acumẽ habẽt Antiochi, nitorem orationis nostrũ, si modò is est aliquis in nobis.

Si non, pro Sin minus. Plin. epist. 6. lib 3, Si adsunt amici, honestissimi sermones explicantur: si non, liber legitur.

Si non faciat, &c. Cæs. 1. bel. Ciuil. Vti ante certam diem Cæsar exercitum dimittat: si non faciat, eum aduersus Remp. facturum videri.

Si non, at. vel, Si nequaquam, at. Cic. in Orat. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen. Idem de Oratore, Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitámque referamus.

Si non maximus. Cic. in Orat. Hoc vno perfecto magnus orator est, si non maximus.

Si paréret, Verba sunt formulæ iudicij recuperatorij. Cic. 1. Ver. Iudicium dat statim, si paréret eam se & sua Veneris esse dixisse: iudicẽt Recuperatores id, quod necesse erat. Sic legendum est ex Festo in dictione paret, per r liquidam, non pateret.

Si tamen, pro Si modò. Plin. epist. 1, lib. 3, Liber legitur, interdum etiam præsentibus amicis, si tamen illa non grauantur.

Si ego hos bene noui. Cic. pro Rosc. Amer. Sed si ego hos bene noui, literam illam, cui vos vsque eò inimici estis, vt etiam omnes eas oderetis, ita vehementer ad caput affigent: vt posteà neminẽ alium nisi fortunas vestras accusare possitis.

Si quum fungi munere debemus. Cic. 4. Acad. Quod si quum fungi munere debeamus, non modò operam nostram nunquam à populari cœtu remonemus.

Si, id est defendere. Cic. pro Quintio, Qui cõmuni studio, summis opibus Sext. Nævium defendunt: si id est defendere, cupiditati alterius obtẽperare, quo is facilius, quẽ velit, iniquo iudicio opprimere possit.

Si me amas: Cic. Vatinio lib. 5. cap. 11, De Dionysio, si me amas, confice. Quasi dicat, Rogo te per amorem. Et est modus adiurandi.

Si maximè. Cic. 4, Verr. Neque enim si maximè statuæ deiectæ essent, eas ego vobis possem iacentes ostendere.

Si per commodum Reip. posset. Liu. 1. bel. Maced.

Si videtur, per parẽthesim positũ. Cic. 1. Acad. Eam quoque (si videtur) correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus. Idem Sulpitio, lib. 4. 2, Tu (si videbitur) ita censeo facias.

Si vlli rei sapiens assentietur vnquam, aliquando etiam opinabitur Cic. 4. Acad.

Si potes. Cic. 2. de Orat. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potest esse possessor.

Si fortè. Cic. Qu. fra. lib. 1. 2, Intelliges esse nihil à me, nisi orationis acerbitatem & iracundiam & si fortè raro literarum missarum indigentiam reprehensam.

Si, pro Quanuis, subiunctiuo iungitur. Terent. And. 4. 2,

Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines,

¶ Si, cum Quis, indicatiuo ferè iungitur. Ouid. 1. de Arte,

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi. Cic. 1. Offi. Eo siquis sibi plus æquo appeter, violauit ius humanæ societatis.

¶ Si, pro Etsi. Terent. Eun. 5. 2, -nam si ego digna hac contumelia

Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Vbi Donatus, Deest E T, vt sit, etsi.

¶ Si, Etiam si. Plaut. Merc. 14,

Decem vocasset si ad cœnam summos viros, nimium obsonauit.

¶ Si, pro Cùm, vt non cõditionem, sed tempus significet. Horat. lib. 1. epist. 2. ad Mecœn.

Quòd si bruma niues Albanis illinet agris. Id est cùm bruma aduenerit. Vide plura apud Lambinum in hunc locum.

¶ Si, pro An positum Græcis more. Liuius, Perẽ ctatus si consilium, nõ vtile solùm, sed etiam salutare, admittere auribus posset, &c. Horat. lib. 1. epist. 2. ad Mecœnat.

Inspice si possum donata reponere lætus. Lambinus.

Aliàs pro An, sic ponitur. Terent. Heaut. 1. 1,

Visam si domi est. Colum. lib. 8. cap. 5.

¶ Si, pro Vtinam, aliquando ponitur. Virg. 6. Æneidos,

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus

Ostendat nemore in tanto. Vbi Seruius, Si, Aduerbiũ rogantis & optantis est per se plenum.

¶ Si diis placet, Proprium est exclamãtis propter indignitatẽ alicuius rei, siue temeritatem, & indignãtis, inquit Donatus. Teren. Eu. 5. 3. Vide vt otiosus sit, si diis placet. Cic. in Orat. Etiã Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt. Idem 5. Tusc. Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si diis placet videtur semper sapiens beatus.

¶ Si est vt. Terent. Hecyra,

Si est vt velit reducere vxorem, licet. Id est, si velit. Idem Phorm. 2. 1, Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit, &c. Pro, si admisit, vt Donatus interpretatur. Rursum Hecyra 4. 1.

¶ Si te in germani fratris dilexi loco, Sic dicimus, inquit Donatus, quando præstitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare. Terentius Andr. 1 5, -ne abs te hanc segreges, neu deseras:

Si te in germani fratris dilexi loco:

Siue hæc te solum semper fecit maxumi. Virg. 9. Æneidos,

Si qua tuis, &c. Idem 4. Æneidos, Si bene quid de te merui.

Si, pro Postquàm. Terent. Phorm. 1. 2,

Non si rediisset pater ei veniam daret. Virg. 5. Æneidos,

Præterea si nona diem mortalibus almum

Aurora extulerit. Donatus.

¶ Si, pro Siquidem. Virg. 1. Georgicorum,

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Vbi Seruius Si, siquidem: nam Si confirmatis est. Idem 5. Æneidos,

Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.

¶ Si sapis, pro Si sapias, ait Donatus. Terent. Eun. 1. 1.

¶ Si redierit, pro Si rediit. Terent. Adelph. 4. 2. Donatus.

¶ Dicis, si facies modó. Plaut. Trinum. 17.

¶ Si, per apostopesim siue reticentiam dictum. Terent. And. 4. 5,

Non me attingas sceleste: si pol Glycerio non omnia hæc.

¶ Si sis homo. Terent. Adel. 5. 8, -si tu sis homo,

Hic faciat. Vbi Donatus, Si sis, pro Si esse volueris, & si credi homo voueris. Rursum idem, Si tu sis, non si tu es, dixit quasi in eo se hominem sit Æschinus probaturus.

¶ Si, aliquãdo subaud. Horat. 1. Ser. sat. 3, -decies centena dedisses.

Huic parco paucis contento, quinque diebus

Nil erat in loculis. Budæus.

Sialochi {σιαλόχοι} dicuntur, qui inter loquendũ vnà cum verbis saliuã expuunt. σίαλος enim Græcis dicitur spuma, vel saliua ore emissa.

SIAMBIS {σιαμβὶς} insula est in Oceano Britannico. Plin. lib. 4. cap. 16.

SIBARAE Indiæ sunt populi iuxta Plin. lib. 6. cap. 20.

SIBARIS, Vide SYBARIS.

SIBDE, es {σίβδη} Cariæ oppidum Halicarnasso ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibi {σοί} Datiuus à Sui pronomine. Vide suo loco.

Sibi habeat suam fortunam. Cic. Att. lib. 7. 130.

Sibimetipsis conficere mortem. Liu. 4. ab Vrbe.

Sibilus, sibili, pe. cor. {συρισμὸς, ῥόμβος} In singulare. m. g. est, in plurali m. & neutri. Est autẽ sonus oris, qui cõpressis dentibus, & parũ diductis labris fieri solet. Col. lib. 2. cap. 3, Sibilóq; allectari, quo libẽtius bibant.

Pastoria sibila. Ouid. 13. Metam.

Conscindere sibilis, Vide CONSCINDO.

Sibilo signum dare. Liu. 5. bel. Pun.

Edere sibilum, Catull. de Phaselo.

Mittere horrenda sibila. Ouid. 3. Metam.

Stridula sibilla. Lucan. lib. 9, -angues,
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis.
Trepidanti sibila torsit draco. Valer. lib. 7. Argon.
Vibrata sibila fæuis linguis. Silius lib. 3.
Plausus & Sibilus, contraria. Cic. pro Sestio. Ei verò qui pendet rebus leuissimis, qui rumore, & (vt ipsi loquuntur) fauore populi tenetur & ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est.
Sibilo consectari aliquem. Cic. Attic. li. 2 33, Fusium clamoribus, & conuitiis, & sibilis consectantur.
E scena explodi sibilo & conuitio. Cicero pro Rosc. Comœdo, Qui posteaquã e scena nõ modò sibilis, sed etiã cõuitio explodebatur, &c.
Intactus à sibilo, Vide INTACTVS.
Sibilum, neutr. gen. vt apud Serenũ, Suaue sibilum. Author Nonius.
¶Sibilus poëticè, pro Venti flatu. Virg. 5. eclog,
Nam neque me tantùm venientis sibilus Austri, &c.
Sibilus, pesult. corr. Adiect. vt Ora sibila, pro Sibilantia, inquit Seruius. Virg. 2. Æneid.
Colla sibila. Virg 3. Georg.
Toruæ coma sibila frontis: Id est sibilans. Val. Flac. 3. Argon.
Sibilo, sibilas, pen. corr. {συριζω, ηχω, συρω, σιβιλλιζω} sibilare, Sibilum emittere. Cic. Attic. lib. 2. 34, Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt.
Populus me sibilat. Horat. 1 Serm. saty. 1.
Ore sibilat draco. Virg. 11. Æneid.
SIBINI, sunt Populi contermini Sueuis, Mugilonibus & Butonibus. Strabo lib. 7.
Sibus, sibi, sibo, an attributiuè per omne genus? Sibus (inquit Festus) significat callidum, vel acutum σιβυρτης.
SIBY, oppidum Elamitarum. apud Plin. lib. 6. cap. 28.
Sibylla, sibillæ {σιβυλλα} Puella cuius pectus non decipit, & quæ vaticinatur, inquit Varro. Et à consiliis deorum nuntiandis veteres hoc nomen imposuerunt. Æoles enim σιβας deos dicunt, θεας sententia seu consilium dicitur. Sibyllas igitur, quasi sibullas dixerunt, quæ Dei sententias enuntiarent. Cic. 2. de Diuinat. Sybillæ versus obseruamus quos illa furens fudisse dicitur, quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus.
Sibyllam Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit posse dedi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus: & tam lõgam vitam poposcit. Cui Apollo respondit id posse fieri, si Erythræam in qua habitabat insulam relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta corporis viribus, vitam in sola voce retinuit. Quod quum ciues eius cognouissent: siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolam miserũt cretа antiquo more signatam. Qua visa, quia erat de eius insula, in mortem soluta est. Vnde nonnulli hãc esse dicunt, quæ Romana fata cõscripsit, quòd incenso Apolliuis templo inde Romam allati sunt libri, vnde hæc fuerat. Hæc Seruius in illud. 6. Æneidos,
Olli sic breuiter facta est longæua sacerdos. Ouidius tamen 14. Metam. fabulam recitat paulò aliter.
Sibyllæ, vt author est Varro in libris rerum diuinarum, decem fuerunt. Prima, de Persis, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secunda, Lybica: cuius meminit Euripides. Tertia, Delphica: de qua locutus est Chrysippus de Diuinatione. Quarta, Cumæa: quam Næuius in libro belli Punici, Piso in Annalibus nominauit. Quinta, Erythræa: quam Apollodorus Erythræus suam ciuem esse affirmauit: Graiisque Ilium petentibus vaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia esse scripturum. Sexta, Samia: de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum. Septima, Cumana nomine Amalthæa, quæ ab aliis Demophile vel Erophile nominatur. Hanc fuisse affirmãt, quæ dicitur nouem libros ad regem Tarquinium Priscum attulisse, ac pro eis trecentos philippeos postulasse. Vide Gell. lib. 1. cap. 19. Octaua, Hellespontica, in agro Troiano nata, vico Marinesso, circa oppidum Gergythium: quam scribit Heraclydes Ponticus, Solonis & Cyri fuisse temporibus. Nona, Phrygia: quæ vaticinata est Ancyræ. Decima, quæ Tyburs siue Tyburtina dicta est, nomine Albunæa, quæ Tyburti vt dea colitur, iuxta ripam Anienis: cuius in gurgite simulachrũ eius inuentum fuisse dicitur, tenens in manu librum: cuius sacra Senatus in Capitolium transtulerit. Harum omnium Sybillarum carmina & feruntur & habentur, præterquàm Cumææ: cuius libri à Romanis occultantur, nec eos ab vllo nisi à Quindecimuiris inspici fas est. Et sunt singularum singuli libri: qui, quia Sybillæ nomine inscribuntur, vnius esse creduntur: sunt que confusi, nec discerni, ac suus cuique assignari potest, præter quàm Erythrææ, quæ & nomen suum carmini verum inseruit, & Erythræam se nominatam iri prælocuta est, 'quum esset orta Babyloniæ. Omnes igitur hæ Sybillę vnum Deum prædicant, maximè tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur.
Horrendæ secreta Sibyllę Virg. 6. Æneid.
Casta Sibylla. Virg. 5. Æneid.
Cumęa Sibylla. Virg 6. Æneid.
Viuax Sibylla. Ouid. 4. Fast.
Sibyllinus, penul. prod. Adiect. {σιβυλλικος} Quod est Sibyllæ, vel quod à Sibylla fit, vt Sibyllini libri. Plin. de Viris illustr. Cic. de Arusp. resp. Ne hoc quidem in mentem tibi venierat Sibyllino sacerdoti, hæc sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse? Sibyllinum sacerdotem vocat, cui ius erat Sibyllinos libros aperire & proferre, si quando vaticinium aliquod petendum erat.
Versus Sibyllini. Horat. in Carm. secul.
Sibyna, Genus erat hastæ Græcis. Eo verbo vsus est Ennius,
Illyrij restant sceis sibynisque fodentes. Reperias apud Gellium scribones pro Sibynę mendosè. Turnebus.
SIBYRTVS {σιβυρτης} oppidum Cretæ, vt ex Polybij sententia tradit Stephanus. Hinc Sibyrtius gentile nomen σιβυρτιος.

Sic, Aduerb. Affirmantis {ὡς, ὥστε, ὥσπερ, ὥσπερεί, ὡσαύτως, παντάπασι, ναὶ δῆτα, ἀληθῶς} Terent. Phorm. 2. 2,
Itáne patris ais conspectum veritum hinc abiisse? G. admodum.
P. Phaniam relictam solam? G. sic. Plaut. Amph. 10,
Eia autem inimicos? A. sic est vera prædico. Terent. And. 2. 1.
Sic est factum, Sic est res, Sic res habet. Terent. And. 3. 4,
Simulaui, vos vt pertentarem. D. quid ais? S. sic est res. Cic. pro Roscio Amer.
¶Sic, Ita, aut Quemadmodum. Virg 2. Æneidos,
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit. Terent. Eunuch. 3. 5,
Nostin' hanc quam amat frater? A. nouinempe opinor Thaidem.
C. Istam ipsam. A. sic commemineram. Plaut. Stich. 3. Cic. pro Quintio, Sic cogitabam, &c.
¶Sic satis. Terent. Heaut. 3. 2,
Et quidem hercle forma luculenta. C. sic satis.
¶Sic, Cùm aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea solemus illi precari & optare, quæ scimus ei esse optatissima, addita particula sic. Estque hoc genus omnibus poëtis Græcis & Latinis perquam vsitatum. Horat. 1. Carm. ode 3,
Sic te diua potens Cypri. Virg. in Mœrid.
Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. Vide plura apud Lambinum in illud Horatianum quod attulimus.
¶Sic, Demonstrat. Terent. Eunuch. 3. 5,
Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, & simul alia circunspecto. Idem Phorm. 1. 2,
Quid ille pædagogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multum habet
Quod der foràs esse. Ibidem 1. 2,
-ad preca: orem abeam credo, qui mihi sic oret:
Nunc omitte quæso hunc, &c. Sic And. 1. 1,
Sic cogitabam, Hic paruæ confuetudinis
Causa, morrem huius tam fert familiariter, &c.
¶Sic est, Sic sum, Sic vita erat: pro, Hoc ingenio, his moribus. Terent. Phorm. 1. 2,
Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
Sic est ingenium. Idem. And. 1. 1,
Sic vita erat, facilè omnes perferre, ac pati. Idem Phorm. 3. 2,
Itáne tandem facere oportet? D. sic sum: si placeo, vtere. Cicero pro Rosc. Comœdo, Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Idem pro Rosc. Amer. Sic vita hominum est, &c.
Sic ago, sic me decet. Plaut. Pœn 6.
¶Sic, Leuiter, & negligenter. Terent. And. 1. 2,
Mirabar hoc si sic abiret.
¶Sic agam. Terent. Adelph. 5. 2.
¶Sic, tam. Plaut. Trinum. 10,
Nihil sic celere est, nec volat. De amore.
¶Sic, Coniunctio illatiua. Cic. Sic tot simul virtutes eõtinentię, grauitatis, iustitiæ, fidei defecerunt. Id est igitur.
¶Sic, pro Valde, Apuleius, Nec ego rebar sic multorũ id opus dierum esse.
¶Sic, vt. Cic. Trebatio lib. 7. 17, Sic eì te commendaui, & tradidi, vt grauissimè diligentissimèque potui.
Sic vt quimus. Terent. And. 4. 6.
¶Sic, vt, pro Tam, quàm. Horat. 2. Serm. 8,
Tum parochi faciem nil sic metuentis vt acres Potores, &c.
Sic tamen, vt. Vlp. in l. Siquis pecuniam. D. Siquis omissa cau. Et maximè, si ob euertenda iudicia id fecit, aduersus possessorem competere actionem: sic tamen vt ibi quidem pecunia accepta repudiauit, &c.
Sic! sic. Virg. 4. Æneidos,
Sed moriatur, ait. sic! sic iuuat ire sub vmbras. Vbi Seruius, Quasi interrogatio & responsio, Et placet sic inultam perire? Placet.
Sic & Quasi. Plaut. Amphit. 8,
Sic saluras atque appellas, quasi dudum non videris.
Sic & Quomodo. Cæl. ad Cic lib. 8. 4, Ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paulum Consulẽ designatum primum sententiã dicentem.
Sic demum, pro Ad postremum. Virg. 6. Æneidos,
Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis Aspicies.
Siccine, pen. corr. {μῶν, ἦτα} Aduerb. interrogantis, pro An sic? vel Sícne? Terent. Eunuch. 4 7, -aín' verò canis?
Siccine agis? Ibid. 1 2. Cic. 1. de Fin.
Siccine lentè iaces? Propert. lib. 2. eleg. 16.
Sica, sicæ {μαχαιρίδιον} Genus gladij breuioris, quasi seca. Cic. 3. in Catil. E quibus ille maximum sicarum numerum & gladiorum exulit. Ibid. 2. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur. Et 3. de Natu. deor. Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, &c.
Sicula, siculæ, pen. corr. Dimin. {ξιφιδιον} Plaut. Rud. 2. 4,
Pòst est sicula argenteola. & duæ connexæ manicularæ.
Sicarius, sicarij {ξιφήρης} Qui sicam gerit malefici alicuius gratia, & pro interfectore accipitur. Cic. pro Rosc. Amer. Ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, non modò vt supplicia verent, &c. Idem pro eodem, Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpe in cæde versatus. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Sicarij appellantur à sica, quæ significat Ferreum culrrum. Author Iustinianus lib. 4. Instit. De public. iudiciis.
Immittere in forum sicarios, Vide IMMITTO.
SICAMBRI {σικαμβροι} Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad vtranque Rheni ripam habitãtes. Hi crines natura flauos habent, quos crescere sinunt & artificio quodam intorquent. Martial. lib. 1, Quidam cum y Græco scribunt. Hodie Gelderses vel Cliuanos volunt esse. Meminit horum Srabo lib. 14.
Cæde gaudente: Sicambri. Horat. 4. Carm. ode 14.
Indomiti Sicambri. Ouid. ad Liuiam.
SICANI {σικανοι} populi Hispani, à fluuio Sicore dicti. Hi duce Siculo, exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsique postea ab ipsis pulsi quos

quos antè popularant, insulam vicinam Italiæ occupauerũt, & eam Sicaniam à suo nomine nuncupauerunt.
SICANIA {σικανία} dicta est insulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis. Et amnis in ea Sicanis olim fuit. Sed & insula quandoque rota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopis filio Sicano: vel à Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur: qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani. Sicilia verò à ducis nomine: quanquam Thucydides dicat de Sicilia Italum regem venisse, & ab eo esse Italiam appellatam. Hæc Seruius illud Virgilij enarrans 8. Æneidos,
Tunc manus Ausoniæ, & gentes venere Sicanæ. De hac vide in dictione SICILIA.
Sicarius, pen. indiff. Adiect. vt.
Ætna Sicana. Horat. Epod. 17.
Fluctus Sicani. Virg 10. eclog,
Portus Sicani. Virg. 5. Æneid.
Saxo Sicano patientior. Propert. lib. 1. eleg 15.
Sicanius, Aliud adiect. {σικανὸς} vt
Arenæ Sicaniæ. Ouid. 15. Metam.
Populi Sicanij. Lucan. lib. 3.
Sinus Sicanius. Virg 3 Æneid.
Vrbes Sicaniæ. Lucan lib. 3.
SICARIS, Fluuius Hispaniæ Tarracõensis non procul ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæsar Afranij & Petreij exercitum siti ad deditionem compulit. Lucan. lib. 4,
Hesperios inter Sicaris non vltimus amnes. Alij tamen húc fluuium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.
Sicarius, Vide SICA,
SICCA, verbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinium libro 5. cap. 3.
Siccaneus, Siccatio, Siccesco, Vide SICCVS.
Siccine, Vide SIC.
Siccus, Adiect. {ξηρὸς, αὐῶς, αὐχμηκὸς, ψαφαρὸς, κατοφλὸς, ἄζηρος} Aridum & sine humore, inquit Nonius. Virg. 6. Æneidos,
Summa petit scopuli, siccáque in rupe resedit. Plaut. Curcul. 3,
Egón' salua sim sicca sum siti?
Agri sicci. Horat. 2 Serm. saty. 4.
Arena sicca. Tibull. lib. 3. eleg. 6.
Fauces siccæ fluminum. Virg. 4. Georg.
Feruores sicci. Ouid. 1 Metam.
Siccissima herba. Plin. lib. 19. cap. 40.
Hyems sicca. Ouid 3. Amor. eleg. 5.
Littus siccum. Virg. 3. Æneid.
Occelli sicci. Propert. lib. 1 eleg 16.
Os siccum, Vide os, oris.
Pedibus siccis currit super æquora. Ouid. 14. Metam.
Pocula sicca. Tibull. lib. 3. eleg. 6.
Puluis siccus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Senex siccus. Horat. 2. Serm. saty 3.
Sitis sicca. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.
Tempora sicca æstiui Canis. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
In sicco, Id est extra aquam. Plin. lib. 9. cap. 8. Virg. 1. Georg.
¶Sicca, Absolutè apud Plautum pro puella, quæ nõdum lauet. Siccam, inquit, succidam.
¶Siccus, Sobrius. Horat. 1. Carm. ode 18,
Siccis omnia nam dura deus proposuit. Hoc est, sobriis & ieiunis, vel vino abstinentibus. Plaut. Asin. 16,
Præter alios meum virum fui rara
Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maximè. Cicero lib. 2. Acad, quæst. Alius adultis, alius senibus, alius ægris, alius siccis, alius vinolentis. Ibid. lib. 4, Dormientium & vinolentorum & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium, siccorum, sanorum.
Siccè Aduerbium {ξηρῶς} Colum. lib. 6. cap. 12, Maximéque datur opera ne in aquam pedem mittat, & vt siccè stabuletur. Declarat seipsum Columella.
Siccè dicere, per translationem, quemadmodum & Iciunè. Cicero in Oratore, Id verò definant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attiecè dicere, id est quasi siccè & integrè: & amplè, & ornatè & copiosè, cum eadem integritate Atticorum est.
Siccitas, penult. corr. huius siccitaratis, fœm. gen. {αὐαντότης, ξηρότης, ἀζηρία, αὐχμὸς, αὐχμότης} Humoris vacuitas. Varro Cato, vel De liberis educandis, Perse propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corpore siccitatem, vt neque sfuerentur, neque emungerentur, suffocaróque corpore essent. Cicero ad Quintum fratrem, libro 3. 17, Aquámque, quam ij ducebant non longè à villa bellè sanè fluentem vidi, præsertim maxima siccitate, huberiorémque aliquanto sese collecturos esse dicebant.
¶Siccitas, Firmitas, interprete Nonio. Cicero de Senectute, nullo imbre, nullo frigore adduci vt capite operto sit: summam esse in eo corporis siccitatem.
¶Siccitas orationis. Cic. 2. de Nat. deor.
Sicco, siccas {ξηραίνω, αὐαίνω, ξηρσίνω, ἀξηραίνω} siccare, sine humore efficere. Columella libro 2. cap 2. Si humidus erit, abũdantia vligiais ante siccetur fossis.
Calices siccare. Horat. 2. Serm. 6.
Capillos rorantes siccabat. Ouid. 4. Fast.
Cruores siccabat veste. Virg. 4. Æneid.
Lachrymas siccauerat ardor. Ouid. 8. Metam.
Lumina humida siccabat impressa lana. Propert. lib. 3. eleg. 6.
Capreoli siccant hubera ouis. Virg. 2 eclog.
Vulnera siccabat lymphis. Virg 10. Æneid.
Siccari, infinitiuus pro nomine. Plin. lib. 13. cap. 7, Cæsa statim stagnis mergitur: hoc est eius siccari.
Siccatus, pen. prod. Partic. {ξηρασμένος} vt Fontes siccati. Ouid. 13 Metam.
Siccatio, siccationis, f. g. Verbale. Plin. lib. 34. cap. 13, Additur & in emplastra, quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio.
Siccesco, siccescis {αὐαίνομαι} siccescere, à Sicceo, sicces. Col. lib. 12 ca 28, Fœnum Græcum, vetere vino macerato: deinde in sole exponito, aut in furno vt siccescat.
Siccoculus, Adiect. {ξηροφθαλμὸς} Plaut. Pseud 3,
Genus nostrum semper siccoculum fuit. Nomen videtur à Plauto fictũ, pro eo quòd est Siccis oculis, id est nec lippis, nec lachrymosis.
Siccaneus, aliud Adiect. {ξηρασμοβρίθης} Cui contrarium est Irriguum & humidum, Quod est naturaliter siccum, vel quod nullo humore irriguum vel aspersum est. Colum. lib. 2. cap. 17, Eius prati animaduertimus duo genera: quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Ibidem cap 2. 3.
Siccanus, pen. prod. Adiect. Plin. lib. 16. cap. 17. de vlmorum generibus, Italia attineas vocat excellissimas, & ex iis siccanas præfert, quæ non sint riguæ. Rem ipsam exponit Plinius, De vlmorum generibus.
Siccificus, pen. corr. Adiect. Macrob. lib. 7. Saturn. ad finem. Inest æri vis quædam remedialis & siccifica. Id est, vt loquuntur, desiccatiua.
Sicelion, {ψύλλιον} Dioscoridi, herba est, quæ alio nomine Pulicaris dicitur, à semine pulicis similitudinem referente. Plin. lib. 25. cap. 11.
SICELIS, Vide SICILIA.
SICENDVS, Lacus est Thessaliæ, mutas habens ranas, quæ tamen aliò translatæ coaxant, vocalésque fiunt. Plin. lib. 8. cap. 58.
SICENVS, Insula est, non procul ab Io, sed ex Io ad occasum nauiganti ea occurrit. Strab. lib. 10.
SICHAEVS, {σιχαῖος} Didonis maritus, qui & Sicharbas dictus est, teste Seruio apud Virg. 1. Æneidos,
Huic coniunx Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum, &c.
Sichæus, Adiectiuum. Virg. 4. Æneidos,
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
SICHEN {σιχὲμ} filius Chanaam, qui ciuitatẽ sui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata est.
Sicila, sicilæ, in antiquo lexico exponitur σκάλη, αἰσθητήριον, σκάλη χαρτοτήρου. Sicilum, ἐυρὺν σκυτίνε. Annotauit Turnebus.
Sicileo, siciles, pen. corr. siciliri vel Sicilio, sicilis, siciliui, sicilitum {σκαλπτρεύω} sicilire, Quæ malè secta sunt secare, vt sit quum quid fœnisseces præreuunt in pratis. Plinius libro 18. cap. 28, Prata quoties facta sint, sicilire oportet: hoc est quæ fœnisseces prætereunt, secare. Varro 1. de Re rustica cap. 49, Quo facto sicilienda prata, id est, falcibus consectanda quæ fœnisseces prætererunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum. A qua sectione arbitror dictum, Sicilire pratum.
Sicilimentum, sicilimenti, Quod sicilicium est. Cato cap. 5, item fœnum cordum, sicilimenta de prato demito, eáque arida condito.
SICILIA {σικελία} quod Ouid. 15. Metam. & Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 1. confirmat, -Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit.
Sicilia, à Siculo Nepruni filio dicta. Vel quasi sicilita, hoc est execta. Nam olim agro Brutio annexa, mox interfusomari Siculo aulsa. Ob hoc Græci Rhegio nomen dedere, quasi aulsio. Virgil. 3. Æneidos Plinius libro 3. cap. 8, Sicilia quondam agro Brutio cohærens, mox, interfuso mari aulsa est. Nam Siciliam Italiæ, Cyprũ Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrim, &c. creditum est, vt idem Plin. lib. 2. cap. 88. annotauit. Sicania etiam dicta est hæc insula à Sicano rege, qui, vt Solinus & Capella scribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: dehinc Siculus, Neptuni filius, à quo nomen commutatum, nam Trinacria dicta, quòd tribus promontoriis triangula est. Ouid. 4. Fast. Vel Triquetra, quòd triangulí figuram habeat huiusmodi Δ. Quorum vnus angulus, qui in Meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septẽtrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, & ab Africæ littoribus c x x. milibus passuum distare dicitur. Silius lib. 3,
Huc Ætnæa cohors Triquetris quam miserat oris
Rex Arethusa tuus. Hæc ab Oriente & Occidente, Septentrioneque Tyrrheno mari: à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudine à Peloro vsque ad Pachynum, millia passuum centum octogintaseptem: in latitudine centum octogintanouem. Hæc à principio, vt Iustinus scribit, Cyclopum patria fuit: quibus extinctis, Æolus regnum insulæ occupauit. Virg. 3. Æn. Elegantissima est eius insulæ descriptio apud Claudianum libro de raptu Proserpinæ primo. Meminit & Lucret. lib. 1. Silius Italicus lib. 14. Polybius lib. belli Punici 1. Diodorus lib. 6. & 16,
Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea sunt Panormus, Cathana, Syracusæ, vndecima Olympiade conditæ. Prætereá Messana, Eryx, & Leontinum Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethusa fons: Eryx & Æthna montes. In ea comœdia primùm inuenta. Hinc Archimedes natus, qui syderum disciplinam machinatus est. In ea specus Lestrigonum, vbi habitabant, & Achates lapis inuenitur. Locorum verò Siciliæ frequens est apud Ciceronẽ in Verrinis, Thucydidémque lib. 6. mentio. Aliàs ex professo Dionysius. Strabo lib. 6. Plin. lib 3 cap. 8. & multa ad eius imitationem Iulius Solinus.
Sicelis, penult. correp. sicelidis {σικελὶς} forma Græca à Sicilia fit. Virgil. 4. eclog 1,
Sicelides musæ, paulò maiora canamus.
Siciliensis, Possessiuum, Qui in Sicilia versatur.
Siciliensis annus {σικελιώτης} Cic. de Claris Orat. Interim me Quæstorem Siciliensis excepit annus.
Bellum Siciliense. Cic. 7. Verr. Punicis Siciliensibúsque bellis.
Fretum Siciliense. Cic. lib. 3. de Natur. deor.
Pecunia Siciliensis. Cic 2. Verr. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad equitem esse translatos.
Prætura Siciliẽsis. Cic. 4. Ver. De istius pięura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis. De Verre loquitur, qui Prætor fuerat Siciliæ.
Quæstura mea Siciliensis. Cic. ad Attic. lib. 13 epist.
Spiritus Sicilienses. Cic. 5. Verr. Aspicite Iudices vultum hominis & aspectum, & ex ea contumacia quã hic in perditis reliquis retinet, illos eius spiritus Sicilienses quos fuisse putetis, cogitate ac recordamini.

Sicilisso, ficiſſi, ſ. {σικελίζω} ſiciliſſare, Sicula lingua loqui. Plaut. Menæch. 2, Non Attitiſſat, ſed Siciliſſat.

Siculus pen. cor. {σικελιώτης} Qui è Sicilia eſt, vel incola vel indigena.
Laſciui & dicaces Siculi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Siculos, Adiect. {σικελὸς} vt poëta Empedocles: nam fuit Agrigentinus. Horat. in Arte,
Siculíque poëtæ Narrabo interitum.
Dapes Siculæ. Horat. 3. Carm. ode 1.
Montes Siculi. Virg. eclog. 2.
Regiones Siculæ. Virg. 1. Æneid.
Tyranni Siculi. Horat. 1. epiſt. 2.
Siculum mare, Bocatio, ambit Siciliam, à qua ita denominatur. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcum, ab Oriente Ionium, à Meridie Africum. Hoc mare, teſte Strabone li. 1, Eadem cum Oceani æſtuariis pati dicitur. Quolibet enim die, ac nocte bis fluxum alternat, ſicuti & Oceanus bis inundat, totiéſque recidit.
Fretum maris Siculi, nunc vulgò dicitur *El ſar de Meſſina*, vt ſcribit Oliuarius in Melam.
Mare Siculum purpureum Pœno ſanguine. Horat. 2. Carm. ode 12.

Sicilices, apud Gellium haſtæ ſunt habentes ſpicula lata. Feſtus hunc Ennij verſum affert,
Incedit miles vulgò ſicilibus latis.
Sicilicum, ſicilici, vel Sicilicus, ſicilici, penul. cor. {δίδραχμον} Duæ drachmæ. Plin. lib. 13. cap. 15, Tribus ſiciliciis infra quatuor pedes. Priſcianus in libello de ponderibus. Drachmam ſi gemines, aderit quem dicier audis Sicilicus. Voluſius, Diuiditur vncia in quatuor ſicilicos, id eſt quatuor quartas. Feſtus, Sicilicum dictum, quòd ſemunciam ſecet. Alij per qu ſcribunt Siciliquus. In ſumma, ſicilicus eſt quarta pars vnciæ. eſt igitur dimidium ſemunciæ, proinde ſemunciam ſecat.
Sicilico vtimur non ſolùm in pōderibus, ſed etiam in mēſuris, Vide Colum. lib. 5. cap. 1.
Silicici lectorum quid ſint, Vide SILICVS.

Sicimina (inquit Hieronymus) quidam interpretantur genus arborum, quæ Paleſtinæ in campeſtribus naſcuntur, quæ ſi non vellicentur, amariſſimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem, inquit, quia ſolitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuſmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui ferunt moræ, & paſtorum famem ac penuriam conſolantur.

SICINNIVS dēratus {σικίννιος δίνυπνος} Strenuus bellator, qui ob ingentē fortitudinem Achilles Romanus appellatus eſt. Is pugnaſſe dicitur centū & viginti prælijs. Cicatricē auerſam nullam, aduerſas quadraginta quinque tuliſſe fertur. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem. Vide Plin. lib. 7. cap. 38. Item lib. 22. cap. 5.

Sicinnis {σίκιννις} ſaltationis ſatyricæ genus teſte Athenæo, à Sicinno inuentore, ſiue is Barbarus fuit, ſiue Cretenſis, ita dictum, à quo & Satyri ipſi Sicinniſtæ appellantur.

Sicinniſtæ genus quoddam Tubicinum fuit à Sicinnio ſic dictum, quod ſpecies veteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc verbum L. Accius in Pragmaticis, vt refert Gell. lib. 20. cap. 2.

Siclus, ſicli, maſc. gen. {σικλοῦν δραχμῶν} Hebræorum numiſma, quatuor drachmas Atticas valens, vt ait Ioſephus.

SICORIS, pen. corr. {σίκορις} Plin. lib. 3. cap. 3. Fluuius Hiſpaniæ, iuxta Ilerdenſes Surdaonum gentis. Lucan. lib. 4.
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes.

Sicrica, à ritu, quòd Romano ritu fœminæ faciētes ſacrificium, ea capita velabant, vt tradit Varr. lib. 4. de ling. Latin. Quanquam mul tò veriſimilius eſt, Varronē ibi de rica loqui: locúmque librariorum incuria corruptū eſſe, qui duas dictiones ſic ricā in vnam cōtraxerūt.

Sicubi, pe. cor. {εἴπου, εἴ τινου δή} id eſt, Si alicubi. Terent. Eunuch. 3. 1,
-tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat,
Requieſcere vbi volebat, quaſi, &c. Virg 3. Georg.
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.

SICVLVS, Vide SICILIA.

Sicunde, Aduerb. {ἔστιθεν} Si alicūde. Liu. 6. bel. Pun. Nec Conſul Romanus tentādis vrbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat. Cic. Attic. lib. 13. 285. Sicunde potes eruere qui, &c.

Sicut, Sicuti, pen. cor. {ὡς, ὥσπερ, καθάπερ, καθάπερ, καθάπερ} Aduerbia ſimilitudinis. Plaut. Rud. 22.
Sic faciam ſicut conſilium eſt, ad herūm vt veniam. Ibidem 24.
Quibuſcum partua periit Athenis, ſicut dixi. Idem Bach. 15.
Sicuti, ſic Cic. 2. de Orat. Reliquæ duæ ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debebunt.
Sicut & ſicuti, interdum non res ſimiles, ſed diuerſas & planè contrarias denotant: & ita in ſecundo membro ponitur. Quintil. lib. 10. cap. 1, Sed hæc eloquendi præcepta, ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vſum dicendi valeant, niſi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, acceſſerit. Idem lib. 1, cap. 3. Sed ſicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris iucundior eo ipſo, &c.
Sicut, pro Vt. Cicero pro lege Manilia, Sinite hoc loco Quirites, ſicut poëtæ ſolent qui res Romanas ſcribunt, præterire me noſtram calamitatem. Idem 1. Academ. Eam quoque (ſi videtur) correctionem explicabo ſicut Antiochus.
Sicut, Tanquam. Cicero pro Roſcio Comœdo, Qui poſtea quàm è ſcena non modò ſibilis, ſed etiam conuitio explodebatur, ſicut in aram confugit in huius domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. Quintilianus libro 10. cap. 1, Ennium ſicut ſacros veruſtate lucos adoremus.
Sicut, habet nonnunquam veruſtatem magnam atque vtilitatem in diſponendo, quories antecedentem annectit cum ſequente ſententiam Quintil. in Procem. lib. 1. Sed nonunquam ita deſunt, vt bona etiam ingenij ſtudiſque corrumpant, ſicut & hæc ipſa ſine doctore pe-

rito, ſtudio pertinaci, legendi, ſcribendi, dicendi multa & continua exercitatione per ſe nihil proſunt. Plin. lib. 7. cap. 19, Ferunt Craſſum auum Craſſi in Parthis interempti nunquam riſiſſe, ob id ἀγέλαστον vocatum, ſicut nec fleſſe multos.

Sicyia {σικύα} Græca vox eſt, Medicis cucurbitam ſeu cucurbitulam ſignificans, quæ materiæ exinaniendæ in corporibus humanis aptiſſima eſt. Vſus eſt Horatius ex Lambini ſententia quæ & mihi fit veriſimilior, lib. 2. epiſt. ad Iulium Florum hoc carmine,
Quæ poterunt vnquā ſatis expurgare ſicyiæ. Senſus eſt, quibus cucurbitis ſatis expurgari potero: quæ cucurbitæ ſanguinem vitioſum ex vniuerſo meo corpore exhaurire poterunt, niſi melius eſſe putem dormire quàm verſus ſcribere? Eſt autem tralatio perpetua à corpore non ſano, & corrupto, ad animi, vt ita dicam, inſanitatem, qua ſignificat ſe parum ſanæ mentis meritò viſum iri, ſi nunc verſus ſcribat potius quàm dormiat. Hactenus lectum eſt cicutæ, mendoſe prorſus.

SICYNVS {σίκυνος} Inſula eſt non procul à Creta, vna Sporadum anteà Oenoe dicta teſte Plinio lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano Sicenus appellatur, de quo anteà ſcripſimus.

SICYON {σικυών} Vrbs vetus Achaiæ, à qua Sicyonij: quorum vetuſtiſſimus rex Ægialeus terram illic latè tenuit, vt Pauſanias in Corinthiacis refert. In Sicyone ſpectatiſſima quondam Occaſionis imago extitit, authoris Lyſippi, cuius erudita eſt apud Politianum in Miſcellaneis explicatio. Regiuncula & ipſa Sicyonia dicta. E Sicyone Aratus ille fuit cuius meminit in Catalogo præſtantium virorum Plutarchus. Iuxta Sicyonem Aſopus fluit, olea lauróque virens. Vnde Virgil. 2. Georgicorum,
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.
Sicyonem, fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam. Plin. lib. 36. ca. 4. ſcribit, In ea etiam, Cicerone teſte, molles & muliebres calcei confici ſolebant. Vnde Sicyonia calceamenta dicta ſunt. Lucilius in Satyra,
Et pedibus læua Sycionia demit honeſta. Cic. 1. de Orat. Sed, inquit, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quanuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: Sic illam orationem di ſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.
Oliuifera Sicyon. Ouid. in Ibin. Stat. 4. Thebaidos,
Qui Drepani ſcopulos, & oliuiferæ Sicyonis Culta ferunt.

Sicyonia, Calceí Sicyonij Lucret. lib. 4,
-& pulchra in pedibus Sicyonia rident.

SIDA, æ, ſiue Side, es {σίδη} Pamphiliæ vrbs teſte Plinio lib. 5. cap. 27. & Pomponio Mela, lib. 1. in deſcriptione Pamphiliæ.

SIDENVM, Flumen quo alluitur oppidum Polemonium in Themiſcyrena regione, ab Amiſo c. xx. m. paſſ. diſtans. Inde

SIDENI, populi. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Siderari, Sideratio, Sideratus, Sidereus, Vide SYDVS.

Sideritis {σιδηρῖτις} herba eſt foliis Marrubij ſed longioribus, caulículis quadratis palmi longitudinem non multum excedentibus, guſtus non iniucundi & ſubaſtringentis, in quibus per interſtitia, orbiculatæ vertebræ, vt in Marrubio ſpectantur, & ſemen in his nigrum. (Vulgus *Tetrahil ſiue Iudaicam herbam* appellat. Eſt & Sideritis altera binorū cubitorū, ramulis exilibus, folio filicis numeroſo, vtrinque per oras diuiſo, pediculo longo, prodeūtibus è ſummo alarum ſinu ſurculis longis tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aſpero, in quo ſemen continetur quàm Betæ rotundius aliquāto & durius. Hodie Chimici & Herbarij nonnulli herbam Lunatiam appellant. Sunt & alia Sideritis genera, quæ ex Dioſcoride & Plinio lib. 25. cap. 17, tibi petenda relinquimus. Sideritis ſiue ſiderites gemma: item eo nomine Adamantis genus. Ferrum ad ſe, naturæ vi occulta, rapiens: Magnes, & Heracleus lapis, aliis nominibus appellatus: eo quòd primùm inuentus fuerit in Magneſia Aſiæ, circa Heracleam vrbem. Plinius tamen in Ida monte primùm, repertum arbitratur, à Magnete quodam paſtore, & ab eo nomen accepiſſe. Plin. lib. 37. cap. 4, Poſt hunc eſt Siderites ferrei ſplendoris, pondere ante cæteros, ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari poteſt, quod & Cyprio euenit, breuitérque vt degeneres, nominis tantùm authoritatem habent. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 27.

Sideron heracleon {σιδήρειον, ἡράκλειον} herba eſt ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus naſcēs, & omnia vulnera ferro illata ſanans. Plin. lib. 25. cap. 4.

Sideropoecilos, quæ Siderites, ferro ſimilis gemma, litigio illata diſcordias facit: quæque naſcitur in Æthiopia, Sideropoecilos ex ea fit variantibus guttis. Plin. lib. 37. cap. 10.

SIDETANI, populi ſunt Africæ, qui oras Carthaginenſium occupant. Strabo lib. 3.

SIDICINVM {σιδικινὸν} Appullorum Dauniorum ciuitas mediterranea, quod & Teanum dicitur, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. De Teano, vide Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

Sidicinus, pen. prod. Adiect. {σιδικινός} vt Sidicina bella, apud Sil. lib. 11.

Sido, fidis, priore prod. ſedi, ſeſſum {ἵζάνω, καθίζω, καθέζομαι, ὑφίζομαι} ſidere, mutuatur præteritum à Sedeo, Deorſum tendere ſignificat. Oua plena ſidunt in aquis. Aues ſidunt, quam ad quieſcendum in arbore, deuolant. Virg. 6, Æneidos,
Sedibus optatis, gemina ſuper arbore ſidunt. Plin lib. 6. cap. 22, Mare intereſt vadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſſibus, ſed certis canalibus adeò profundum, vt nullæ anchoræ ſidant. Idem lib. 2. cap. 103. Eiuſdémque pōderis alia ſidere, alia inuehi. Et lib. 10. ca. 54, Et in aqua eſt experimentum, inane fluitat, itaque ſidentia, hoc eſt plena, ſubitò volunt.
In aqua ſidit. Plin. lib. 12. cap. 25.
Sidere ad ima vaſis. Plin. lib. Ibidem.
Sido habet proprium præteritū, nempe ſidi, apud Col. lib. 12. cap. 24. Deinde patiemur picem conſidere, & quū ſiderit, aquā eliquabimus.

Sidens paticip. vt Sidens fundamentum imperij, id eſt dehiſcens, metaphoricēs dicitur à Plinio lib. 15. cap 18.

Sedimentum

ſedimentum, ſedimenti {ὑπόστασις} Subſeſſio, cūm moles ſubſidunt. Plin. lib. 36, cap. 10. Siue vrbis tremoribus ibi tantum gnomone intertō, ſiue inundationibus Tyberis ſedimento molis factō. Budæus.

SIDON {σιδὼν} vrbs Phœnicis inſignis Chananæorum ad Aquilonem, reſpicieens, & poſteā regionis Iudææ. Hanc Phœnices, vt quidam aiūt condidere, qui terræmotu, relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnum primò, mox mari proximum littus incoluere, condita ibi vrbe, quam à piſcium hubertate Sidona vocauere, eo quòd tali nomine piſcem vocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati ciues ſunt, qui nauibus appulſi, Tyron vrbem anno Troianæ cladis condiderūt. Hanc Euſtathius à Sida Beli filia dictam putat. Ioſephus à Sichem filio Chanaam, quæ apud Hebræos etiam Sichem vocatur. Nunc vulgò dicitur *Sidone* Oliuarius in Melam. Hinc

Sidonius, poſſeſſiuum {σιδώνιος} vt Veſtis Sidonia, id eſt purpurea. Et licèt Do-ſyllabam correptam habeat, vt apud Virgil. 4. Æneid. Sidoniáſque oſtentat opes. Inuenitur tamen quandoque producta, vt apud eundem 1. Æn. Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Sicut in primitiuo, 1. Æn.
-Teucrum memini Sidona venire.
Chlamys Sidonia. Virg. 4. Æneid,
Equus Sidonius. Virg. 5 Æneid.
Mœnia Sidonia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.
Oſtro Sidonio fulget. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2.
Vrbs Sidonia. Virg. 1 Æneid.

Sidonis, Patronimicum f. g. pro gentili {σιδωνὶς} Ouid. 5. Faſt.
Sidoni ſic fueras aſpicienda Ioui.

Sidonij {σιδώνιοι} populi Sidonis vrbis. De Sidoniis & Tyriis ſcribit Iuſtinus lib. 18.

SIDRONA {σιδρῶνα} Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Dalmatiæ vrbs: aliis Stridona, vulgò *Sdrigna*: S. Hieronymi patria.

Sidus, ſideris, Vide SYDVS.

SIDVS, ſiduntis {σίδη} oppidulū eſt in agro Megarenſium, Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile Siduntius, σιδύντιος, Stephano.

Sifilare, inquit Nonius, quod nos vilitatem verbi vitantes Sibilare dicimus, Et eſt maledica vocis ſignificatio, vel contumelioſa populārium, cùm ſiſilationibus quis explodituR. A Græco ducere originem inuenimus. Huius rei author eſt Homerus Iliad. 14. ΑΜ. ἰμὰς δ' ὀνόσσομαι ὑσίζειν, Sed i σιγαλόεσσι Hæc Nonius.

Siſilator, oris: ſiſilatores olim dicebantur ſibilatores: & ſiſilare, quod nos ſibilare dicimus σιγᾶσθαι. Nonius. Nos græciſmo retento gallicè *ſiffler* dicimus.

SIGA {σίγα} ciuitas, Colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, Authore Ptolemæo lib. 4. cap. 2. Syphacis olim regia: Plin. lib. 5. cap. 2. Oliuarius in Melam ſcribit nunc vocari *La guardia*.

SIGAEVM {σίγειον} Troiæ promontorium. Seruius, Duo ſunt, inquit, Troiæ promontoria, Rhœteum & Sigæum, quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio, ſimulauit abſceſſum, & inde contra Troiam per ſilentium venit, quod dicitur σιγή. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilianum 2. Æneid.
-Sigæa igni freta lata relucent. Suidas dicit Sigæum eſſe vrbem Troadis: à qua Sigæus & Sigæum promontorium, quod nunc vocatur Caput ſanctæ Mariæ, vt teſtatur Oliuarius in Melam. *Cauo ſanta Maria*.

Sigæus, Adiect. {σίγειος} vt littora Sigæa. Ouid. 4. Faſt.

Sigeius, Aliud adiectiuum quadriſyllabum {σιγεῖος} vt tellus Sigeia. Ouid. epiſt. 1.

SIGALEON Harpocrates, Silentiarius Deus quem digito labellum comprimere finxerunt Ægyptij. Hunc & ſilentium appellarunt & Piceum Deum. Auſonius ad paulinum,
Aut tua Sigaleon Ægyptius oſcula ſignet. Πέμπε τὸ σιγᾶν καὶ πιεῖν, id eſt à ſilendo & populo, quod ſcilicet populis ſilentiū indicat. Lilius Syntagm. 1. Hiſtor. Deorum.

Sigillum: Sigillare, Vide poſt SIGNVM.

Sigillatim, Vide SINGVLVS Adiectiuum.

SIGIVS mons Galliæ Narbonenſis à quo ſinus gallicus incipit. Strabo lib. 4. Vernaculo idiomate dicitur, *Puech-ou Pui de Sete*.

Siglum, ſigli: vel Sigla, æ & in plurali ſigla, vel ſiglæ, Notę ſunt, quibus vti librarij in ſcribendo ſolebant. Vitur Iuſtinian. in Conſt. P. priore. Bud. authore, §. Ne autē. Nec etenim (inquit) per ſpecialia ſigla numerorum manifeſtari, ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus. Et in Conſtit. Omnem, §. Illud autem. Nemo (inquit) audeat eorum qui libros conſcribunt ſigla in his ponere, & per compendium ipſi legum interpretationi, vel compoſitioni maximum adferre diſcrimen. Idem in Conſt. Tanta. §. Hoc autem. verſic. Eandem. Eandem autem (inquit) pœnam falſitatis conſtituimus & aduerſus eos qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim id eſt & nomina prudentium & titulos & librorum numeros per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manifeſtari, ita vt qui, &c.

Sigma, ſigmatis, pen. cor. n. g. {σίγμα} Menſa exculta, vel ſella, quę dun taxat ſeptem caperet conuiuas, in ſimilitudinem elementi Græcanici facta, ſpiriſque inuoluta. Lampridius de Heliogabalo, Primus inuenit ſigma in terra ſternere. Paulò poſt, Habuit & hanc conſuetudinem, vt octo calnos rogaret ad cœnam, item octo luſcos, & item octo podagroſos, octo ſuroos, octo nigros, octo lōgos, & octo pingues, quum capi non poſſent vno ſigmate, vt de his omnibus riſus citaret. Martial. lib. 10. Septem ſigma capit: ſex ſumus, adde Lupum. Vide Ctinitum lib. 19. cap. 10.

SIGNIA {σίννια} Plin. lib. 5. cap 29. mons eſt, in cuius radicibus ſita eſt Apamia. Eſt item Latij oppidum. Plin. lib. 14. cap. 6.

SIGNINI, pen. prod. {σιγνῖνοι} Populi Italię, de quibus Plin. lib. 3 5 Vnde

Signinus, pen. pro. Adiectiuū {σιγνῖνος} vt Signinum opus, quod confractis tuſiſque teſtis addita calce conficiebatur. Columel. lib. 1. cap. 6. Cuius ſolum terrenum prius quàm cōſternatur, perfoſſum, & amurcarecenti non ſalſa madefactum, velut Signinum opus, pauiculis condenſatur. Idem lib. 8. cap. 17.

Signiaum vinum. Celſus lib. 4. cap. 5. Potui quidem aptiſſimum eſt vinum frigidum, vel certè bene calidum meracum, potiſſimum Rheticum vel Allobrogicum, aliúdve quod & auſterum, & reſina conditum eſt: ſi id non eſt quàm aſperrimum: maximéque Signinum. Eadem quoq; ratione Signina pyra dicebantur. Iuuen. Saty. 11. Plin. lib. 15. cap. 15. Patriæ nomina habent feriſſima omnium amerina, &c. & in iis Tarentina, Siguina, quæ alij colore Teſtacea appellant.

Signum, ſigni {σημεῖον, θέσιμον, ἔνσημον, σῆμα, σημεῖα, σκεῦος, σύμβολον, τέγμας, χαρακτήρ} Eſt parua quędam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. Terent. Andr. 5 3.
Vide num eius color pudoris ſignum viſquam indicat?
Signa ad ſalutem, Salutis prognoſtica. Terent. And. 3. 2.
Morborum cauſæ & ſigna. Virg. 3. Georg.
Mortis ſigna, Prognoſtica mortis. Lucret. lib. 6.
Clarum ſignum, Vide CLARVS.
Dubia ſigna. Virg. 4. Georg.
Immutabilia ſigna. Quint. lib. 5. cap. 10.
Inſolubile ſignum Quint. lib. 5. cap. 9.
Magnum ſignum, Argumentum, Vide MAGNVS.
Paſtorale ſignum, Vide PASTOR.
¶Colligere aliquid ſignis. Quin. lib. 3. cap. 6.
Comprehendere ſignis, Vide COMPREHENDO.
Conuenerat id ſignum, Vide CONVENIO.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto. Virg. 3. Æn.
Dicere aliquid ſigno. Ouid. 15. Metam.
Manifeſta ſigna dare. Ouid. 5. Metam.
Dare ſigna quamobrem. Cic. 7. Verr. Ouid. 2. Metam.
Sed ſilet, & læſi dat ſigna rubore pudoris.
Dare ſignum militibus. Terent. Eunuc. 4. 7.
Tacitum dat teſſera ſignum. Silius lib. 15.
Latenti ſignum expectant. Virg. 5. Æneid. Intelligit ſignum quod certaturis ſolet dari.
Coniecturam facere ex ſignis. Terent. Adel. 5. 3.
Loqui nutu & ſignis. Ouid. 4 Metam.
Ponere ſigna nouis præceptis. Horat. 2. Serm. ſaty. 4.
Solem certiſſima ſigna ſequentur. Virg. 1. Georg.
Signi id erit, me, &c. Cic. pro Roſc. Amer.
¶Signum. Quo quid conſignamus vel obſignamus & notamus, quod & Sigillum dicitur. Cic. pro Quint. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur.
Adulterina ſigna, Vide ADVLTER.
Signis impreſſis pacta conuentáque cuſtodire. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15.
Imprimere ſiguum pecori. Virg. 1. Georg. 53.
¶Signum, Quod ad tabernas ſolet ſuſpendi. Quintil. lib. 6. cap. 4. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum.
¶Signa, dicuntur ſculptilia, ſiue fuſilia ad effigiem animalium, vel aliarum rerum fabricata. Plaut. Rud. 14.
Hic in fano Veneris ſignum ſtentes amplexæ tenent. Cic. de ſigno Cupidinis loquens, in Verrem, act. 6. In auctione ſignum æneum non magnum H-S. CXX millibus vænire non vidimus? Ibidem, 3. Delum venit: ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo noctu clàm ſuſtulit ſigna pulcherrima atque antiquiſſima, eáque in onerariam ſuam nauem conijcienda curauit. Liu. 2. ab vrbe, Signum inde factum eſſe, & inſcriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM.
Signis aſpera pocula, ſque & Sigillata dicebātur, hoc eſt, ſignis decorata & ornata, qui antiquorum mos fuit. Virg. 9. Æn.
Cymbia argento perfecta, atque aſpera ſignis. Virg. 5. Æn.
Ahenea ſigna. Horat. 2. epiſt.
Dædala ſigna. Lucret. lib. 5.
Nobile ſignum. Ouid. 3. de Arte.
Rigida ſigna. Cic. in Brut. Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, iam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiā Polycleti, & iam planè perfecta. Rigidiora, id eſt, aſpectiora, duriora, quibus opponit molliora, quæ quum ita ſint rigida, nō imitantur veritatē, non videtur verè homines referre, qui natura ſunt molles: cum ſignorum ſumma ſit, commendatio ad veritatem proximè accedere.
Scabunt & Parij lapides, ſpirantia ſigna. Virg. 3. Georg.
Exculpere ſignum. Quint. lib. 2. cap. 19.
Factum de marmore ſignum. Ouid. 14. Metam.
E marmore Pario formatum ſignum. Ouid. 3. Metam.
Sic vbi tolluntur feſtis aulæa theatris,
Surgere ſigna ſolent, primúmque oſtendere vultus. Ouid. 3. Metamorph.
¶Signum, Vexillum, Ab effigie animalium quæ in vexillis fieri conſueuerunt. Lucan. lib. 1. -infeſtiſque obuia ſignis,
Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis. Cic. pro M. Font. Ac infeſtis propè ſignis inferuntur Galli in Fonteium, & inſtant atque vrgent ſummo cum ſtudio, Horat. 1. epiſt. 19.
-cantabrica bella tuliſti.
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.
Militaria ſigna. Horat Epod. 9.
Minantia pugnam ſigna. Lucan. lib. 6.
Abeſſe à ſignis, Vide ABSVM.
Attollere ſigna, Vide ATTOLLO.
Canere ſigna, Vide CANO.
Conferre ſigna, Vide CONFERO.
Conſtituere ſigna. Liu de Bell. Punic.
Conuenire ad ſigna iubentur milites. Cæſ. in principio lib. 6. Bell. Gallic. *Se retirer chacun à ſon enſeigne.*
Conuertere ſigna, Vide CONVERTO.

Infœlicia signa defigunt vallo. Silius lib.7.
Dilabi à signis. Liu. de bell. Punic.
Efferre belli signum. Virg. 8. Æneid.
Expedire signa. Liu. de bell. Punic.
Habere signa, pro Constituere. Liu. de bell. Punic.
Inferre signa. Cic. Philipp. 5.
Militare sub signis. Liu. de bell. Punic.
Mouere signa. Liu. de bell. Punic.
Aspice Torquatum & referentem signa Camillum. Virg. 6. Æn.
Reuellere signa, Lucan. lib. 7.
Reuocare ad signa. Liu. de bell. Punic.
Sequi signa. Liu. de bell. Punic.
Tollere signa. Liu. de bell. Punic.
Castris signa vellere. Virg. 4. Georg.

¶ Signum. pro Ostento & augurio. Cic. 1. de Diuin. Equus eius repentè concidit: nec eam rem habuit religioni, obiecto signo vt peritis videbatur, ne committeret prælium. Budæus.
Prospera signa. Ouid. epist. 18.
Signum pro Sydere. Ouid. 13. Metam.
- quum sol duodena peregit Signa.
Orientia signa noctis. Virg. 7. Æneid.
Rabiosi tempora signi, Dies caniculares. Horat. 1. Ser. saty. 5.
Splendida signa, Astra. Lucret. lib. 4.
Vaga signa. Ouid. 1. Fast.
Nox cœlo diffundere signa parat. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Obitus signorum speculari. Virg. 1. Georg.
Ortus signorum suspicere. Virg. eclog. 9.

¶ Signum, pro sydere alio ab illis duodecim Zodiaci signis. Ouid. lib. 5. Fast.
Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ:
Illa dati cœlum præmia lactis habet. Proximo carmine stellam vocarat, -prima mihi nocte videnda
Stella est in cunis officiosa Iouis. Certè Hyginus de Auriga siue Heniocho sic ait, Habet præterea stellam vnam in capite: in vtroque humero vnam, sed in sinistro clariorem, quæ vocatur Capra. Idem quoque tradit Aratus, & eius interpres Germanicus, siue (vt alij malunt) Bassus: in hoc signo, inquit, & Capra est, quam in humero portat, quæ Iouem nutriuit. Et paulo pôst: Auriga stellas habet, in capite vnam, in singulis humeris singulas: sed ea est clarior, quæ in sinistro humero est, & appellatur Capra. Idé lib. eodé de Orione, Quorum si mediis Bæoton Oriona quæris,
Falsus eris: signi causa canenda mihi. Hoc est, canam quis fuit Orion, & quà causa locatus sit in cœlo. Constat Orion, Hygino teste, stellis decem & septem. Rursus ibidem, De Canicula,
Nocte sequente diem Canis trigonius exit.
Est alio signi reddita causa loco.

Sigillum, Diminutiuum {σφραγίς, σήμαντρον} Paruum signum. Cic. 6. Verr. Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Apud Mart. lib. 14. titulus est, Sigillum Giberi fictile.
Perparuula sigilla, Vide PER PARVVLVS.
Imprimere sigilla annulo, Vide IMPRIMO.
Grata sigilla pudico. Horat. 1. epist. 21. Odisti claues & grata sigilla pudico. Horatius dicit librum suum non optare vt includatur, & non amare esse sub sigillo, quod verecundi solent.
Sigilliola, diminutiuum à Sigillis: Est autem sigilliolum, si quid Arnobio lib. 6. disputationum Christianarum aduersus gentes, credimus, Paruum signum, aut simulacrum, effigies, idolum: Ait Arnobius, Abstinetis à risu cùm pro Diis immortalibus sigilliolis hominum formis supplicatis humanis. Quisimò Deos esse sigillaria ipsa crediris.
Sigillo, sigillas {σφραγίζω, ὑποσφραγίζω} sigillare, Sigillum alicui rei apponere. Vnde Scyphi sigillati dicuntur, emblematis & incrustamentis ornati. Cic. 6. Verr. Accurrit Venerius: iubet me scyphos sigillatos ab Prætorem statim afferre. Id est, in quibus erant sigilla: vt ibidem, Patella grandis cum sigillis ac simulachris deorum.
¶ Sigillare, Claudere. Varro, Contrà, lex minus impia est, ne filij parentibus luce sigillent oculos.
Sigillatus. pen. pro. Participium {ἐσφραγισμένος} Cic. ad Att. lib. 1. 6. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio attrioli possim includere, & putealia sigillata duo. Alij legunt sigilla.
Sigillaris, & hoc sigillare, pen. pro. Quod ad sigillum pertinet. Vnde sigillaria opera dicuntur paruæ imagines fictilibus descriptæ: dicta à sigillis, id est, paruis signis. Arnob. lib. aduers. gent. Quinimò deos esse sigillaria ipsa censetis.
SIGILLARIA, plurali numero {σηκωμάκια} Viculi erant Romæ vbi sigilla vendebantur. Gel. lib. 5. cap. 4. Apud sigillaria fortè in libraria, ego & Iulius Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, conferamus. Idem lib. 2. cap. 3. Ostendisse mihi librum Æneidos secundum mirandæ vetustatis, emptum in Sigillaris x x. aureis.
Sigillaria {σηκωμάκια} Dies festi Saturnalibus additi, vt testatur Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 10. ad finem. In his sigilla, id est, parua signa mittitabant amici, vt in Saturnalibus cereos. Originem eorum describit Macrobius 1. Saturnal. cap. 11. & 7. multis verbis explicat Suetonius in Claudio, cap. 5. Tiberius patruus petenti honores, Consularia ornamenta detulit. Sed instârius legitimos flagitanti, id solùm codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia, & sigillaria misisse ei.
Signifer, penult. corr. {ζωφόρος} Qui fert signa, quasi vexillifer. Cic. 4. Tusc. Et quidem ipsam illam iram Centurio habeat aut signifer, vel cæteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. Idem 1. de Diuin. Quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset mouere loco. Ouid. 2. Amor. eleg. 12.
Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse sui.
Sæuus signifer. Stat. 10. Thebaid.
Puppis signifera. Lucan. lib. 3.
Polus signifer. Lucan. lib. 3.

Crater signifer, Ornatus signis. Valer. 1. Argon.
Signifer dicitur circulus, in quo XII. signa sunt, qui Græcè Zodiacus appellatur, ab effigie animalium quæ in eo sunt. Plin. lib. 2. cap. 4. Cic. 2. de Nat. deor. Infra autem hanc stella Mercurij est, quæ anno ferè vertente, signiferum lustrat orbem. Idem 2. de Diuin. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακὸς, dicitur.
Signifex, pen. cor. huius significis, Signorum seu statuarum fabricator, statuarius. Arnob. lib. 6. aduers. gent. Inter significes ille memoratus Phidias. Apul. lib. 2. Egregius ille signifex.
Signo, signas {σήζω, σημαίζω, τυπόω, χαράττω} signare, signum imprimere. Virg. 3. Georg.
- & summo vestigia puluere signent.
Area signabitur nostro curru. Ouid. 1. de Arte.
Cera signatur figuris. Ouid. 13. Metam.
Humum signare limite. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Mœnia aratro signat Romulus. Ouid. 4. Fast.
Nomina signata saxo. Epitaphium in saxo sculptum. Ouidius 8. Metamorph.
Carmine saxum signare. Ouid. 2. Metam.
Signare argentum, Signo alicuius principis honestum reddere & approbare. Cic. ad Plancum, lib. 13. 36. Quum signaretur argentum Apollonidæ, non possum dicere eum præfuisse, neque possum negare affuisse.
Imago signatur titulo. Ouid. epist. 2.
Signare ex auto denarium. Plin. lib. 33. cap. 3.
Signare in animis. Cic. 4. Acad. Nihil ita signari in animis nostris à vero posse, quod non eodem modo possit à falso.
¶ Signare, ostendere, signo indicare. Plaut. Cistel. 10. Eccam locum signat, vbi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, signat tamen se eam non amare.
Oculis signari. Virg. 12. Æneid.
Diem signare honore celebri. Ouid. 5. Fast.
¶ Signare numeris, Versibus declarare, & exprimere. Colum. lib. 3. cap. 3.
Carmine rem signare. Sepulchri saxo epitaphium inscribere. Virg. 3 Æneid.
Verba Latina Græcis verbis signare. Quint. lib. 2. cap. 14.
Signare vota. Veteribus erat votum suum nuncupatum, & in cartha conceptum conscriptúmque, deorum genibus cera obsignatum adfigere. Plinius iunior in epist. ad Traianum, Solennia vota pro incolumitate tua qua publica salus continetur, & suscepimus domine pariter, & soluimus, precati deos, vt velint ea semper solui, semperque signari. Turnebus.
Signare appellatione aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 1. Idem lib. 6. cap. 3. Et vt proximè vtriusque differentiam signem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ simile.
Signare significat modò scribere, modò annulo signa imprimere, modò pecora signis notare. Paulus apud Festum.
Signandus, participium {σικτὸς} vt iura signanda. Propertius libro 3. eleg. 20.
Signatus, pen. pro. {σφραγιδικὸς} Participium. Vlpianus, De rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. l. Ad testium. Signatas tabulas accipi oportet, etsi linteo quo tabulæ inuolutæ sunt signa impressa fuerint. Iuuenal. Saty. 14.
Pectus signatum sanguine. Ouid. 2. de Arte.
Tabellis signatis mandare aliquid. Tibull. lib. 4. eleg. 7.
Cicatrix signata in stirpe. Virg. 2. Georg.
¶ Signatus {διάσημος} pro insigni aliquando captum à veteribus legitur: vnde signatam virginem dicebant, quasi insignem virginitate, & integram, vt ait Nonius. Plautus,
Negat se puellam signatam domum reuersuram. Lucil. lib. 29.
Primam Chrysicum negat signatum reddere.
Signatè, pen. pro. Aduerb. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7. Qui propriè & signatè locuti sunt. Eadem omnino verba sunt apud Gellium lib. 2. cap. 6.
Signatio, Verbale. Tacitus de Oratore. Sed primùm hoc rogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum ætatem signatione ista determinetis.
Signator, pen. pro. Verbale {σημαντὴρ, σφραγιστὴς} Qui testamentis signandis adhibetur. Salustius in Catil. Ex illis testes, signatoréque falsos commodare. Suet. in Tyber. cap. 23 Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorii ordinis.
Signatorius, Adiect. {σφραγιστικὸς} Quod signat, seu quo ad signandum vtimur. Paulus Iureconsultus, Annulus signatorius ornamenti appellatione non continetur.
Signatura, signaturæ, penultima producta. Suetonius in Nerone, cap. 17. Cautum vt in testamentis primæ duæ ceræ testatorum modo nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur.
Significare, pro significare: Metianus. l. 65 §. iij. D. ad SC. Trebel. Nam si auditus capaces sunt, vel interrogati nutu possint significare, vel se periculoso suo heredi tradere adire.
Significo, significas, pen. corr. {σημαίνω, μηνύω, ὑπομαρτύρομαι, ὑποδηλόω, χαρακτηρίζω} significare, Signum facere, siue per signa notum facere, Demonstrare. Plau. Tru. 17.
Etenim sic istuc volo: ne inter vos significetis, ego ero paries.
Significare & annuere. Cic. 5. Verr. Hoc enim mihi significasse & annuisse visus est.
Significare de. Brut. Attic. Scribis mihi mirari Ciceronem, quòd nihil significem vnquam de suis actis.
Res significanda per gestum. Ouid. 5. Trist. eleg. 11.
Significare, Ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. Quid hæc tanta cita celeritas festinatióque significat?
Significare & apertè ostendere. Cic. 4. Verr. Ex tua prætura primùm nata est hæc postulatio: qua quum vtuntur, hoc significant, atque adeò apertè ostendunt, sese ad statuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse.

Significare

Significare clarè. Cæs. 7. bel. Gal. Nam vbi maior atque illustrior incidit res, clarè per agros, regionésque significant.
Significare aliquem in appellando. Cic. po. Fonteio, Is igitur vir quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi antè laudasset.
Significare per literas. Cic. ad Atticum lib. 1. Ac ne illud mirere, cur quum ego anteà tibi significarem per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere.
Significare si. Cic. pro Rosc. Amer. Anscribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent si fures venerint.
Significor, patiendi verbum pro actiuo significo posuisse veteres testis est Gellius lib. 18. cap. 12.
Significans, pen. cor. {σημαντικὸς} Nomen ex participio. Quintil. lib. 8. cap. 1. Quo nihil inueniri potest significantius. Idem lib. 4. cap. 2, Verbis propriis & significantibus. Et lib. 9. cap. 2. Dilucida & significans descriptio.
Significanter, Aduerb. {σημαντικῶς} Quod vulgus intelligibiliter dicit, vel notabiliter. Quintil. lib. 6. cap 3. Non parum significanter etiam illa in scholis ſic dixerimus.
Dicere significanter atque ornatè Quintil. lib. 1. cap. 7.
Disponere significantius. Quint. lib. 3 cap. 6. Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantius.
Significatio, significationis {σημασία, ἔμφασις} Verbale, Indicatio, indicium. Author ad Herenn. lib. 4. Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris.
Significationem dare. Cic. de Orat.
Significationem habere. Cic. 5. Famil.
Inueteraui aliena verbi significatio, Vid. INVETERO.
Significatio virtutis vel probitatis. Cic. de Amic. Quum autem contrahat virtus amicitiam, vt suprà dixi, siqua significatio virtutis virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat, id cùm contigerit, amor exoriatur necesse est.
Significatio aduentus, Declaratio. Cæsar 6. bel. Gal.
Iacere significationes, Vide IACIO.
¶ Significatio {μήνυσις} Nuntium. Cæsar 1. bel. Ciuil. Id verò militibus fuit pergratum & iucundum, vt ex ipsa significatione potuit cognosci.
Vno nuntio, atque vna literarum significatione, ciues Romanos ne candos, trucidandósque denotauit. Cic. pro I. Manil.
Significatio magna fit, Cic. 1. Offic. Exquibus magna significatio fit non adesse constantiam.
Significatius, pen. prod. Adiect. Vlp. in. l. Vbi autem. in prin. D. de verb. obligat. Quo fit, vt boni appellatio nō sit certę rei significatiua. Paulo pôst, Quæ res efficit, vt ea appellatio certi significatiua sit.
Significatus, huius significatus, pen. prod. {σημείωσις} Idem Plin. lib. 18. cap. 25. Ipsi dies ratò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem lib. 2. cap. 25. Acontiæ iaculi modò vibrantur ocyssimo significatu. Et lib. 18. cap. 31. vehementissimo significatu.
SIGOVESVS, Vide AMBIGATVS.
SIGRIVM promontorium est, Lesbiæ regionis initium. Strabo lib. 13.
Sil, silis, neut. gen. Genus pigmenti, luteum coloremque modmodum ochra reddens. Plin. lib. 13. cap. 12. In argenti & auri metallis nascuntur etiam 'num pigmenta, sil & cęruleum. Sil propriè limus est. Optimum ex eo quod Attium vocatur. Ibidem, cap. 13. Sile pingere primi instituere Polygnotus & Mycon, Attico duntaxàt.
Silaceus color, apud Plinium lib. 10 35. cap. 6. hoc est, sile compositus & luteus.
SILA, Mons est syluæ Lucaniæ. Virg. Ac veluti ingenti Sila summóve Taburno. Saluſt. de fugitiuis, In syluæ Sila fuerunt. Hinc quod apud Cic. in Bruto scribitur, Nam cùm in syluæ suæ ita factæ cædes esset, &c. Procul dubio inquinatum est, & fortasse ex supradictis, cùm in syluæ Sila factæ cædes esset, scribendum est. Non me latet alios emendare, cùm in syluæ Scantia, &c. Ex Turnebo.
SILACENI, qui sint, vide Strabonem lib 16. & in dictione Sagapeni.
SILANION statuarius, cælator: Plin. lib. 34. cap. 8.
SILANVS {σιλανὸς} mons Hyberniæ insulæ altissimus à Silanio rege in vertice eius sepulto dictus.
Silanus, Tubus & fistula dicitur, è quibus erūpit aqua. Lucret. lib. 6.
-próque voluta
Corpora silanos ad aqua um strata iacebant. Celsus, Confert etiam aliquid ad somnum silanus iuxtà cadens.
SILARVS {σίλαρος} vel silaris, pen. cor. Lucaniæ amnis cuius hæc natura est, vt in eum non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescant, aliàs salubris potus eius aquę. Plin. lib. 2. cap. 103 Silius item Italicus lib. 8.
Hoc amne Lucanus ager terminatur. Virg. 3. Georg.
Est luco Silari circa, ilicibúsque virentem,
Plurimus Alburnum vo. itans, &c.
Silatum, antiqui (inquit Festus) dicebant quod nunc ientaculum dicimus, eo quòd tum ieiuni vinum Sili herba conditùm absorbebant ante meridiem.
Silaus, vt nonnulli apud Plinium legunt lib. 26. cap. 8 Herba est in pennibus & glareosis riuis nascens Apij similitudine. Hermolaus tamen in castigationibus Plinianis exemplaria corrupta asserit. Contenditque lauer esse legendum: sumitque Lauer pro ea herba, quam vulgus *Cressionem* vocat. Officinæ Berulam, Sium appellat Dioscorides lib. 2. cap. 119.
Sile, silis: herba, quam alio nomine Seselim σέσελι, vocant: cuius vel radice vel semine vinum cōdiebant, quod ante meridiem sumere mos erat: propterea Silatum antiqui dixere quod nunc ientaculum dicimus: Festus Dioscorides lib. 3. cap. 51. Seseli Massilieuse solia fœniculi habet, crassiora: caulem vegetiorem: vmbellam Anethi, in qua semen oblongum, angulosum: degustanti statim acre ridix longa est, iucundi odoris &c. Et paulo pôst: Semen cum vino potum, concoquit, & tormina discutit.
SILENI populi sunt Indum accolentes autore Plinio lib. 6. cap. 20.

SILENVS, pen. pro. {σιληνὸς} Bacchi nutritius, vel pædagogus. De quo Virg. eclog. 6.
Famulúsque dei Silenus alumni. Horat. de Arte.
Nysigeni Sileni. Catul. Argon 59.
Pater Silenus. Propert. lib. 3. eleg. 3.
Sileo, siles, silui {σιωπάω, σιγάω} silere, dicitur qui nondum cœpit loqui. Frequenter præpositioni De adiungitur. Cic. 6. Verr. Me non solùm silere de vestris monumentis oportebit, sed etiam lætari, &c. Plin. lib. 16. cap. 21. Idque mirum est, Græcis authoribus proditum, apud nos posteà sileri.
Silere, tacere significat, ficto verbo ab, s, litera, quæ nota silentij est. Paulus.
Muta silet virgo. Ouid 10. Metam.
Facti culpam silere. Ouid. 2. Trist.
Causa mala silenda est. Ouid 3. de Ponto, eleg. 1.
Ille nefastus erit per quem tria verba silentur. Ouid. 1. Fast. Vide VERBVM.
Et nunc omne tratum silet æquor. Virg. eclog. 9.
Silent inter arma leges. Cic. pro Mil. Silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent.
Iura silent. Ouid. ad Liuiam.
Leges bello siluere coactæ. Lucan. lib. 1.
Loca latè silent. Virg. 9. Æneid.
Silent Musæ Varronis. Cic. 1. Acad. Silent enim diutius Musæ Varronis quàm solebant. Hoc est, Nihil scribit, nihil edit Varro.
Sileo verbum facere. Hirt. de bel. Hispan. Vnus ex nostris respondit, vt sileat verbum facere. Pro, ne verbum faciat. Rarum.
¶ Siletur, penul prod. Impersonale. Terentius Phorm. 5, 2. De iurgio siletur. Cic. ad Brut. lib. 11. 6. Nefas esse duxi, aut ita haberi Senatum, vt de tuis diuinis in Remp. meritis sileretur, aut, &c.
Sileatur ille, apud Plinium epist. 175. Quisquis ille, qualiscunque, sileatur: quem insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert. Plin. maior, lib. 12. in Proœ. 1. Nullum sileatur rerum naturæ opus.
Silens, silentis {σιγῶν} Participium siue nomen ex participio. Mox etiam lemures animas dixere silentum. Hoc est mortuorum. Ouidius 5 Fast.
Anni silentes, Vide ANNVS.
Cœtus silentum. Ouid 5. Metam.
Concilium silentum. Virg. 6. Æneid.
Sedes silentum. Ouid. 15. Metam.
Vulgus silentum, Seneca Medea, 10.
¶ Cœlum silens, pro tempore sereno. Plinius libro decimooctauo, capit. 28.
Dies silens à ventis. Colum. lib. 4. cap. 29.
Flos silens, qui non amplius crescit & quodámodò declinat. Col. lib. 12. cap. 7. Item ferulæ cum coliculo silentes quam tenerrimum florem pastinacæ agrestis, vel satiuæ cum coliculis, silentem florem vitis albæ, & asparagi, &c. Ego tamen florem silentem dici putauerim, qui nōdum se explicat & aperit. Tunc enim silet, nec se promit.
Luna silens, deficiens & declinans: quando non amplius apparet super terram, vtpote in interlunio, nobis non lucens. Plin. lib. 16. ca. 39. Inter omnes verò conuenit vtilissimè in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant.
Luci silentes. Silius lib. 17.
Nox silens. Virg. 4. Æneid.
Spiritus silentis dies. Colum. lib. 3. cap. 19. Veruntamen præstat eligere sationi silentis vel certè placidi spiritus diem.
Surculi silentes, Nondum germinantes. Colum. lib. 11. cap. 2.
Venti silentes. Colum. lib. 12. cap. 25.
Vineæ silentes. Colum. lib. 4. cap. 27. Id est, nondum gemmantes.
Vmbræ silentes. Virg. 6. Æneid.
Vada silens. Valer. 5. Argon.
Silentium, silentij {σιγή, σιωπή} Plin. lib. 10. cap. 69. Silentium in mari piscantibus.
¶ Silentium, Augurale vocabulum est, cùm in augurio vitium non est. Nam vitium iis quæ auspicata sunt & augurata opponitur. Cic. Peritum autem, inquit, esse necesse est eum, qui silentium quid sit intelligat. Ex Turnebo.
¶ Silentium lunæ Virg lib. 2. Æneid -tacitæ peramica silentia lunæ. Aliud est autem silente nocte, aliud luna silente, vt docet Plin. lib. 28. cap. 7. Nam silentium lunæ, interluuium intelligitur, id est, tempus id quo luna non lucet. Ex Lambino.
¶ Silentium noctis, pro Intempesta nocte, quam alij concubium, alij conticinium vocant. Liu. 5. ab Vrbe. Eodem anno M. Cædtius ex plebe enuntiauit Tribunis, se in Noua via, vbi nunc sacellum est: supra ædem Vestæ vocem noctis silentio audisse clariorem humana.
Somni silentia. Ouid. 4. Fast.
Acre silentium, & intentum, & cupidum vlteriora audiendi. Plin. epist. 10 cap. 2. Vide ACER adiectiuum.
Alta silentia. Ouid. 1. Metam. Virg 10. Æn.
Alti & egregij silentij homo. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Amica silentia tacitæ Lunæ. Virg. 2. Aeneid.
Cæca silentia. Silius lib. 7.
Fidele silentium. Horat. 3. Carm. ode 2.
Muta silentia noctis. Ouid. 7. Metam.
Rabiosa silentia. Perf. Saty. 3.
Sacrum silentium. Horat. 2. Carm. ode 13.
Seuera silentia noctis. Lucret lib. 4.
Suspicax silentium. Tacit. lib. 3.
Taciturna silentia. Ouid. 2. de Arte.
Tranquilla silentia noctis. Stat. 1. Thebaid.
Vastum silentium. Tacitus lib. 19.
¶ Agere silentium de aliquo. Quint. lib. 10. cap. 1.
Agere alta silentia Ouid. 1. Metam.
Animaduertere cum silentio, Vide CVM præpositionem.

Audire silentio, Vide AVDIO.
Confiteri silentio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Continere suos silentio, Vide CONTINEO.
Silentio conuenisse videtur, inter locatorem & conductorem. Id est, tacitè, quanuis diserte non sit verbis expressum. Iabolenus in l. Ea lege. D. locati.
Descendere in silentium. Quint. lib. 10. cap. 3.
Dissimulare aliquid silentio. Quint. lib. 5. cap. 13.
Facere silentium. Quint. lib. 2. cap. 5.
Tectis facta silentia. Virgil. 2. Æneid.
Longa silentia facere. Ouid. 1. Fast.
Facere silentia maiestate manus. Pers. Saty. 4.
Silentio aliquid ferre. Cic. 2. Tusc.
Iubere silentia. Lucan. lib. 7.
Eximia est virtus præstare silentia rebus. Ouid. 2. de Arte.
Silentio præterire. Cic. Famil. 5.
Silentio præterueht. Cic. Philip. 7.
Silentium regere. Horat. Diana quæ silentium regis. Ex ritu sacrorum dictum est, in quibus imperabatur à Præcone, vt qui aderant, linguam paſcerent, id est tacerent, & linguis fauerent. Spectatricem igitur & arbitram magici sacri Lunam, cui & silentiũ tribuitur, vt à Marone -per amica silentia Lunæ. Regere dicit in nocturnis & magicis sacris silentium. Turnebus.
Rumpere silentia sermone. Ouid. 1. Metam.
Rumpere alta silentia. Virg. 10. Æn.
Rumpere taciturna silentia. Lucret. lib. 4.
Suadere silentia digito. Ouid. 9. Metam.
Silentium esse à. Vide A præpositionem.
Silentium est causarum & iurisCic. 7. Verr.
Est silentium de. Cic. ad Att. lib 5. 104. De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros à barbaris nunciabant 1j qui venierant.
Tenuere silentia cuncti. Ouid. 1. Metam.
Furibunda silentia torquent illam. Stat. 10. Thebaid.
Tramittere aliquem silentio. Tacit. lib. 1.
Transire quidpiam silentio. Quint. lib. 2. cap. 3.
Silentium, pro Quiete. Liuius lib. 7. bel. Maced. Silentium deinde biduum fuit, neutris transgredientibus amnem. Intelligit non fuisse ad certamen congressos.
¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Cic. 2. de Diuinat.
¶ Silentio, vice aduerbij. Liu. 9. ab Vrbe, Nocte deinde, silentio, vt mos est, L. Papirium. Dictatorem dixit.
Silentiarius, tria hominum apud veteres officia significat. Est silentiarius, qui silentiũ indicit, & murmur cohibet tumultuantium. Est silentiarius, secretarius, qui silenda audit. Est Seruus silentiarius: qui garrientes seruos coërcet, & tacere iubet: Erat silentiariorũ schola Constantinopoli, vt docet Nicephorus lib. 16. cap. 24. De silentiariis sacri palatij, id est illis qui sunt in secretis Principum assidui, meminit l. vltima de excusat. tuto. lib. 5. C. l. 30. §. vlti. C. de inofficioso testamen. Hi spectabiles silentiarij appellantur ab eodem Iustiniano ibidem: Galli appellamus *Consiliarios primatis Consilij*: id est sacri. Saluia. Massiliensis lib. 4. de vero Dei iudicio: Pauerit quippe actores, paueritsilentiarios, de seruis aut ministris, non de spectabilibus loquitur. Procopius lib. 2. de bel. Pers. De spectabilibus in hunc modum loquitur: Silentiarij sunt ministri ad ea, quæ silentij, quietisque sunt interiores in Principis domo, arcanorum principis conscij, quique silendis, & arcanis principis consiliis interesse solent. Quidam eos auricularios appellant. Vide l. 3. C. de Silentiar. lib. 12.

Silesco, silescis {σιωπάω} silescere, Tacitũ fieri, Silere. Terẽt. Adelph. 5. 2, Nisi dum hæ silescunt turbæ. Id est sedabitur hic tumultus.
Desũm domus Ioue dicente silescit. Virg. 10. Æn.
Furor cœli silescit. Catul. ad seipsum, 43.

Siler, sileris, pen. cor. n g. Frutex nonnunquam arboreſcens, vt baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius, cõtendítque non esse id quod *Sesely Massiliense* officinæ, & Siler montanum appellant. Virg. lib. 2. Georg.
-vt molle siler, lentæque genistæ. Plin. lib. 24. cap. 10. Sileris folia illita fronti, capitis dolores sedant.

Silex, silicis, penul. corr. masc. gen. {πυρίτης} Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. Dictus quòd de eo ignis saliat: vel quòd ictu ferri grauiter percussus dissiliat: vel quod latentem & velut silentem intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur. Ouid. li. 7. Metam. Aut vbi terrena silices fornace soluti. Plin. lib. 7. cap. 59. E silice ignem Pyrodes inuenit.
Silex, fœminino genere protulit. Virg. lib. 8. Æneid.
Stabat acuta silex præcisis vndique saxis.
Venæ silicis. Virg. 2. Æneid.
Acutus silex. Catul. de Berecynth.
Atra silex. Virg. 6. Æneid.
Durus silex. Ouid. 2. Metam.
Impenetrabilis silex ferro, Vide IMPENETRABILIS.
Nuda silex. Virg eclog. 1. Numidicus silex, Vide NVMIDIA.
Ordinarius silex, Vide Ordinarius in ORDO.
Rigidi silices. Ouid. 9. Metam.
Validi silices. Lucret. lib. 2.
Scintillam silicis excudere. Virgil. 1. Æneid.
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Virg. 1. Georg.
Ab vsu silices tenuantur. Ouid 3. de Arte.
Stat tibi silex in corde. Tibul. lib. 1. eleg 1.

Siliceus, Adiect. {πυριτώδης} quod est ex silice. Cato cap. 18.

Silicãrus. Aliud adiectiuum. Quod est ex silice factum. Vnde stratę viæ dicuntur silicatæ.

SILIA {σιλία} Fluuius est: de quo Strabo lib. 15. In regione Montana, Siliam flumen esse, in quo nihil innaret, quãquam id Democritus non

credat, qui multam Asiæ partem peragrauit: sed nec id Aristoteles concedit, etsi aëres quidam sint adeò tenues, vt nulla in eis volatilia inueniantur.

Silicernium, silicernij {νεκρικὸν συμπόσιον} scribit Nonius esse funebre conuiuiũ quod senib. exhibetur. Festus docet esse farc minis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam solũ cerneret. Cæcil. Credidi me silicernũ eius esse ſsurum. Donatus inquit esse cœnam quæ infertur diis Manibus: vel quòd eam silentes cernant vmbræ, id est vmbræ possideant, vel quòd qui hæc inferant, cernant, neque degustent. nam de his quæ libanrur inferis, quisquis ederit vel biberit, funestatur. Hinc Terentius in Adelphis, 4. 2. appellat senem silicernium, qui iamiam silentibus cernendus ſit. Alij silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quod incuruitate silices spectet. Qui rectè sentiunt, affirmant silicernium, funebræ conuiuium esse: quod apud veteres senibus exhiberi solebat, dictũ quòd cum silentio edentes cernerentur: vel quòd cogitarent se mox illum secuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio, veluti se amplius non visuri, mutuò se salutabant. Varro, Funus executi, lau. & ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus. Id est conuiuium in quo pranſi discedentes de cimus aliis alij Vale. Silicernium ergo Terentius senem vocat, atque decrepitum, id est, dignum vel cui silicernium fiat, vel qui à ſsilicernium vocatur.

Silicernios, dici voluerunt senes incuruos, quaſi iam sepulcrorum suarũ silices aſpicientes. Vnde Cincius Alimetus Hiſt. de Goth. Leont. scribit dicens, Qui dum iam silicernius sui finem temporis expectaret, etsi morti non potuit, tamen infirmitatibus insultauit. Hæc Fulgentius.

SILICES Populi sunt montana Armeniç ad Tigridis ostia incolentes, Plin. lib. 6. cap. 6.

Silicia, siliciæ. Herba, de qua sic Plin. lib. 24. cap. 19. Nec fœnogræco minor authoritas quod telin vocant, alij carphos, alij bucceras, alij ægoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam.

Silicius, silicij, m. g. Plin. lib. 16. cap. 16. Si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Nunc intra pugillares, lectorũmque silicios aut laminas raro vsu spectatur. Quo in loco legendum est Sicilicos, à verbo Sicilio, sicilis, quod à verbo Seco, secas deriuatur. Sicilicos autem interpretor segmenta & tesſellas.

Siligo, pen. prod. siliginis, f. g. {σιλιγνίτης} Frumenti genus, ex quo panis optimus fiebat. Iuuen. Saty. 6
Exceptricia siligo. Plin. lib. 18. cap. 10. Vide ORIZA.

Siliginarius, siliginarij, Siliginis venditor, vel distributor. Vlpian. in l. Siquis vxori. §. Apud. D. De furtis. Siliginario quis dixerit, &c.

Siligineus, Adiect. {σιτογενὴς} Ex siligine factum. Plin. lib. 18. cap. 9. Siliginea farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit.
Siligineum panem pro Delicato sumit Seneca: vnde Plebeio opponit, epiſt. 120. Item epiſt. 124. Malum panem dicis: expecta. bonus fiet, etiam tenerum tibi & siligineum fames reddet.

Siliqua, siliquæ, pen. cor. {κεράτιον} Folliculum seu integumentum vbi grana leguminum includuntur, & siquid leguminibus simile. Plin. lib. 18. cap. 12. de fabis. Nam siliquæ, caulésque gratiſſimi sunt pabulo pecori. Horat. 2. epiſt. 1,
-viuit siliquis, & pane secundo. Perſ. saty. 3.
Quaſſans legumen siliqua. Virg. 1. Georg.
Siliquæ fallaces. Virg lib. 1. Georg.
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset. Id est, quæ fallere plerumque solent. Interdum enim leguminum folliculi maiores videntur, quum inanes sint.
¶ Siliqua, Fœnumgræcum aliàs dicitur. Colum. lib. 2. cap. 11. Fœnumgræcum, quod siliquam vocant rustici, duo tempora fationum habet, quorum alterum est Septembris mensis (quum pabuli causa seritur) iisdem diebus quibus vicia circa Æquinoctium. Alterum autem mensis Ianuarij vltimo, vel primo Februarij, quum in messem seminatur. Idem lib. 2. cap. 2. Siliquæ modij sex vel septem totidem operis obruuntur, metuntur vnà.
¶ Siliqua, arbor, Galen, lib. 7. Simplicium. Latinis etiam siliqua Græca, quòd fructum ferat siliqua obtectum fabæ cuiusdam more. Colum. lib. 5. cap. 10. Siliquam Græcam, quam quidam ceration vocant, & persicum, ante brumam per Autumnum serito.
Siliqua, Fructus prædictæ arboris lignosus, falcatus, digitali longitudine, latitudine pollicari: quatuor intus grana continens quę ceratia à cornu similitudine appellãtur. Plinius Dulces siliquas vocat, quòd dum eduntur, prædulces sentiantur, & succum cassiæ referãt, lib. 15. cap. 14.
¶ Siliqua, alia arbor quam Iones ceraniam appellant, omnino diuersa à siliqua Græca, de hac sic Plin. lib. 13. cap. 8. Similis his siliqua quam Iones ceraniam vocant, trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquæ &c.

Siliquor, pen. cor. siliquaris {κερατίτης} siliquari, Siliquas facere, hoc est integi siliquis, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. Plin. lib. 17. cap. 9. Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete prius quàm siliquetur, aratro vel bidẽtibus verſa. Idem lib. 18. cap. 7.

Siliquaſtrum, siliquaſtri {κερατία} Herba quæ & Piperitis dicitur, à piperis sapore, vulgus nostrum *costum* appellat. Plin. lib. 19 cap. 12. Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accepto. Idem lib. 20. cap. 17.
¶ Siliquaſtrum, alio significatu. Hyginus lib. 2. in Cassiopeia: De hac, inquit, Euripides & Sophocles & alij plures dixerunt, vt gloriata sit se forma Nereidas præstare. Pro quo facto inter sydera sedens in siliquaſtro constituta est. Idem lib. 3, Cassiopeia sedens in siliquaſtro collacata est: cuius sedilis, & ipsius Cassiopeiæ pedes positiin ipsa circeuuductione circuli qui Arcticos vocatur, effigies autem corporis ad æstiuum circulum peruenit. Paulo pòst rursus sedile vocat, & in fine sellam. Commentarius in Aratum Germanici, Ita autem, inquit, est Cassiopeia in sella sedens. Pompeius Festus lib. 17, Siliquaſtra

Seliquaſtra, sedilia appellantur antiqui generis, d, litera in l, conuerſa, vt etiam in sella factum est, & subſellio, & solio, quæ non minus à sedendo dicta sunt. Hinc apparet, apud Hyginum legi debere seliquaſtrum per secundam vocalem.

SILIS {σίλις} Plin. lib. 3. cap. 18, Fluuius est Venetiæ ex montibus Tauriſanis fluens: Sylis verò cum y Græco in vltima, nomen est, quo, vt idem testatur lib. 6. cap. 7. & 16. Scythæ Tanaim fluuium appellant.
Silla, vt vult Diodorus. Vide SILIA.

SILLANIVS Appollodorus: Plin. lib 34. cap. 8. Sillanion Appollodorum fecit, fictorem & ipsum, sed inter cunctos diligentiſſimum artis, & inimicum sui iudicem, crebro perfecta signa frangẽrem, dum fatiare cupiditatem nequit artis, & ideò inſanum cognominatum.

Silli {σίλλοι} Dicacitates & sales. Vnde Gellius lib. 3. cap. 17. refert Timonem quendam scripsiſſe librum maledicentiſſimum, qui Sillos inscribitur.

SILLI, Æthiopum gens, quam cum Struthophagis bellũ gerere continuò, annotat. Strabo lib. 16.

Sillographus {σιλλογράφος} Sillorum, id est salium, atque dicacitatum scriptor, qualis fuit Timon ille Philiaſius, qui librum quendam conuiuiorum & irriſionis plenum in Philoſophos edidit, Sillos inscripſit, quo nomine Græci maledicta & irriſiones intelligunt.

SILVRA {σίλυρα} Insula in Oceano Britannico, vt Solinus inquit, cuius incolæ pecuniæ ignari. permutationibus commercia exercẽt.

Silo, silonis. Qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quem hirſutis superciliis fuisse traduntvt author est Festus. Plaut. Rud. 9.
-eccum Recalum, ac silonem senem staturum. Silonem quidam naſo repando hominem dicunt: quod Plinius senſisse videtur lib. 11. cap. 37. Vide SIMVS.

SILON, Iusulam Indiæ docet esse Augustinus in libr. de Ciuitate Dei. Sectione, 21. Quæ ex eo cæteris terris præferetur, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

SILOSON, Vide SYLOSON.

Silphium, silphij {σίλφιον} Idẽ quod Laſerpitium, Vide LASER. Plin. lib. 19. cap 3. & lib. 22. cap. 23.

SILPHIVM, Regio Libyæ, ab insula Plateæ vſque ad os Syrtium protenſa, teste Herodoto lib. 4.

SILVANI tres fuerunt. Vnus dicebatur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus: alter agreſtis, pastoribus: tertius o-ientalis, cui est in confinio lacus positus, à quo inter duo pluſéve fines oriuntur. Ideóque inter duo pluréſve est & lucus. Omnis autem poſſeſſio quare Siluanum colitquia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum authorum De limitibus.

SILVIVS, a silua: Festus Pompeius: Siluij sunt appellati Albani reges, à Lauiniæ filio, quem post exceſſum Æneæ grauida relicta timens periculum, & suæ vitæ, & eius, quem vtero gerebat, in syluis latens enixa est. Qui restitutus in regnum est post mortem Ascanij prolatus. Iulo fratris filio, cùm inter eos de regno ambigeretur.

Silurus, siluri, penult. prod. {σίλουρος} vulgò in Germania *helith*, In Vngaria *Accia*, Peculiaris Nili piſcis traditur: quarquam & in Danubio reperiatur: quem non absimilem ei putant quidam doctiſſimi, quem ſturionem appellamus. Plin. lib. 9. cap. 15. Iuuenal. Saty. 4,
Vendere municipes fracta de merce siluros.

Silus, {σίλλος} Nasus sursum versum aduncus. Vnde galeæ quoque à similitudine. silæ appellatæ sunt. Hæc Festus. Cic. 1. de Nat. deor. Ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Silybon, Lata spina est, folia ferens Chamæleonis albi. Hæc recens cum sale oleóque cocta ęstur. Dioscorides lib. 4 cap. 153. apud Matthiolum.

SILYS, Fluuius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus: Plinius libro, 6. cap. 7. Tanaim Scythæ Syrin vocant.

Simbella, æ, quaſi Semilibella, hoc est dimidia libella. Est prætereà simbella inſtrumentum patuum, quo singuli numi ponderantur. Sipontinus.

SIMBRVINA stagna, Tacitus lib. 14. Nam quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui Subiaqueum nomen est ictæ dapes mensáque disiecta erat.

Simenia nuncupatur à Græcis {κυνόλαφος} id est Canina prominentia. Cælius lib. 3. cap. 17.

SIMENVS Cælatoi argenti apud Plinium lib. 34. cap. 8.

SIMETHIS {σιμαιθίς} Nympha. Ouid. 13 Metam.
Acis erat Fauno Nymphâque Simethide cretus.

Simethius, Adiect. {σιμαίθιος} Ouid. 13. Metam.
Terga fugæ dederat conuerſa Simethius heros. Hoc est Acis filius Nymphæ Simethidis.

Simia, simiæ: & Simius, simij {πίθηκος} Hominum figuris proxima animalia quæ cauda carent, & in Libya nascuntur. Dictæ quòd simæ sint, id est naribus depreſſis: vel quaſi mimæ, id est imitatrices. Matt. libro 14.
Callidus emiſſas eludere simius haſtas. Vide Plin. lib. 8. cap. 54. Cic. 1. de Diuinat, Simia quam rex Moloſſorum in deliciis habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata disturbauit, & aliud alio diſſipauit.
Simulator humani oris simius. Claud. 1. in Eutrop.
¶ Simia, per trãslationem, Qui alium imitatur. Plin. epiſt. 5. In quo Rusticum inſectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat. Horatius 1. Serm. 1ary. 10.

Simiolus, pen. corr. Diminutiuum {πιθήκιον} Qui vtcunque alterum imitatur. Cic. ad Marium lib. 7. 2. Hic simiolus animi causa, me, in quem inueheretur, delegerat.

Simininus, pen. prod. Adiectiuum. Iulius Obſequens in libro de prodigiis. C. Mario & C. Flacco COSS. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter simininio capite.

SIMIAS grammaticus, à Strabone nobilitatus, lib. 14.

SIMICHIDAS {σιμιχίδας} Nomen paſtoris apud Theocritum in Idyll. quem ipſius enarratores patrem Thearcrii fuiſſe exiſtimant.

Simila, similæ, pen. corr. vel Similago, pen. prod. similaginis, fœminini generis {σεμίδαλις} Farina alba & flos, seu deliciæ farinæ triticeæ. Martial. lib. 13.
Nec poteris similæ dotes numerare, nec vſus.

Similagineus, Adiectiuum, vt Panis similagineus, apud Senecam, epiſtola 119.

Similago, Vide SIMILA.

Similax, Vide SMILAX.

Similis, & hoc simile, pen. corr. {ὅμοιος, ἰσοφυὴς, παραπλήσιος, ἴσιος, ἰσοειδὴς, ὁμοιοειδὴς, ὁμοιοφυὴς} Quaſi simul is. Tere. in Prologo Phor.
Ne simili vtamur fortuna, atque vſi ſumus. Plaut. Moſtel. 3.
Sibi quiſque simile ſimit.
Similis atque eadem, Vide IDEM.
Magis similis, Vide MAGIS.
Similis, genitiuo iunctum, ad morum, vel doctrinæ, vel huiuſmodi imitationem refertur. Terent. Eunu. 3. 2. Domini similes. Ibidem 4, Deos cſſe similes tui putas? Cic. ad Cornificium, lib. 12. 22, Spes tamen vna est, aliquando Populum Romanum maiorum ſimilem fore.
Similis, dativo iunctum, de forma, vel ætate, vel fortunis, aut aliis huiuſmodi rebus. Virg. 1. Æneid. Os humero ſque deo similis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis, Hæc differentia Diomedis dicentis, Sum similis tui, moribus: similis tibi, figura: non semper vera est: quia vtrunque indifferenter repetitur. Cic. 1. de Leg. Nihil est enim vnum vni, tam simile, tam par, quàm omnes inter noſmetipſos fuimus. Idem lib. 5. de Fin. Sed non video cur non potuerit patri similis esse filius. De figura in genitiuo. Plautus Menæh. 24,
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) vſquam ſimilius,
Quàm hic tui est, tuique huius. Cic. 1. Tuſc. Quærerem ex eo cuius suorum similis fuiſſet Africani fratris nepos, facie pattis: vita, iſte omnium perditorum ita similis, vt esset facilè teterrimus.
Anhelanti similis. Virg 5. Æneid.
Hinnuleo similis Horat. 1. Carm. ode 23.
Nimbo similes. Virg. 5. Æneid.
Primus ad extremum similis sibi. Horat. in Arte.
Sæpius tamen per genitiuũ mores ſignificamus. Terent. Adel. 3 3,
Saluus ſit filius: ſpero est ſimilis maiorum ſuũm.
Similes eorum, vel illorum. Cicero 4. Acad. Quum aliquos ex antiquis claros viros proferũt, quos dicunt fuiſſe populares, vt eorum ipſi ſimiles esſe videantur. Idem 4. de Finibus, Stoici autem, quòd ſinem bonorum in vna virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum.
Similis mœrenti. Plin. lib. 9. cap. 8. Triſtis, & mœrenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitaret) deſyderio expiratit.
Simile veri & vero. Cic. 4. Acad. Etenim is quoque qui à vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri. Quint. lib. 6. cap. 3. Vero ſimilis dolor. Idem lib. 3. cap. 10. Quod est vero ſimilius.
Similis ac. Cic. 4. de Fin. Nec ſi iſte ſapiens ad torturis eculeum à Tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet. Liu. ab Vrbe, Similem pauorem inde, fugámque fore, ac bello Gallico fuerat.
Similis atque. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Et ſimilis viri tu vlciſceris partui mortem, atque ille perſequererur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? Idem 5. de Fin. Itaque & ſimilis erit finis boni atque antea fuerat
Similes inter ſe. Cic. 4. Acad. Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primum confuſas, poſteà in ordinem adductas mente diuina. Idem pro Cluentio, Homines inter ſe eum forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi.
Similis in re diſſimili. Cic. ad Lent. lib. 1. 7. Simillimámque in re diſſimili tui temporis nunc, & noſtri quondam fuiſſe rationem.
Similes ſunt vt ſiqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos ſcandant, alij per foros curſent, alij ſentinam exhauriant: ille autem clauum tenens ſedeat in puppi quietus, &c. Cic. de Senect.
¶ Simile est, pro ſimilis est, pro maſculino poſitum neutrum. Tirinnius Fulloni.
Formicæ pol perſimile est ruſticus homo. Nævius Militibus,
Tu pueri puſilli ſimile es:
Quia enim ad os fers, quicquid nactus es. Ex Nonio.
¶ Simillior & ſimillimus, Comparatiuum & ſuperlatiuũ. Cic. pro M. Marcel. Hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum deo iudico. Plin. lib. 12. cap. 17. Maſtice tertia in Ponto bituminis ſimillior. Quint. lib. 10. cap. 5.
Furtis & fraude ſimillimi illi. Ouid. 3. Metam.
Amni puro ſimillimus. Horat. 2. epiſt. 2.
Buxo ſimillimus. Ouid. 11. Metam.
Flos violæ ſimillimus. Ouid. 4. Metam.
Pallor ſimillimus buxo. Ouid. 11. Metam.
Quies ſimillima morti placidæ. Virg. 6. Æneid.

Simile {ὁμοιοτέλευτον} aduerbialiter poſitum. Cicero 1. Acad. Similè vos quum perturbare, vt illi Remp. ſic vos philoſophiam ſi benè iam conſtituram velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, &c. profertis
¶ Simillimè pen. corr. Superlatiuum. Cic. 2. Tuſc. Simillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere.

Simillimè atque. Cic. pro Lege Agrar. Hic tamen excipit Pompeium: ſimillimè vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur.

Similo, ſimilas, pen. corr. {ὁμοιόω} ſimilare, conſtruitur cum accuſatiuo, Similem eſſe. Martial. lib. 2. ad Phœbum,
Quum ſint crura tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ, &c. Alij legunt ſimulent, per vltimam vocalem.

Simulare enim dicimus & Assimulare,nõ autem Similare: vt quidam indocti præcipiunt. Hæc Raphael Regius in illud 5. Metam. Assimulare freto possis.

Similitudo,pen.prod.similitudinis {ὁμοιότης,ἰσότης,ὁμοιότητα,ὁμοίωσις,ἀπεικασμὸς ἐικών}Ipsa rei similis forma.Cic.lib.1.Offic.Nihil autem amabilius, nec copulatius quàm morum similitudo bonorum.

Ad similitudinem,Vide AD præpositionem.
Similitudo periculi.Cic.7.Verr.
Similitudo veri.Plin.lib.34.cap.7.
Abripere à parentis similitudine,Vide ABRIPIO.
Accedere ad similitudinem alicuius rei,Vide ACCEDO.
Arripere alicuius similitudinem,Vide ARRIPIO.
Similitudine veri capi.Liu.5.bel.Pun.
Eludere similitudines.Quint.lib.5.cap.13.
Ducere similitudinem.Cic.in Orat. Vide, Formam alicuius facere,in FORMA.
Similitudo cum.Cic.2., Tusc.Sunt enim quædã animi similitudines cum corpore.

Similitas,pen.corr.similitatis,fœ.ge.{ἰσότης} antiquum pro Similitudine.Cæcilius, Vide quid ferat morum similitas. Nonius.

Similiter,pen.corr Aduerb.{ὁμοίως,παραπλησίως,ἀπαραλλάκτως} Pariter,eodem modo. Cic. pro Rosc.Amer. Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero , nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit.

Similiter ac.Cic.3. de Nat.deor. Tu autem quid quæris? similiter facis ac si me roges,cur te duobus contineat oculis.

Similiter atque. Cic.1.Philipp. Neque verò illum similiter atque ipse eram,commotum esse vidi.

Similiter,vt.Cic.de Offi.Similiter facere eos,qui inter se contenderent, vter Remp. potius administraret , vt si nautæ inter se certarent,quis eorum potissimùm gubernaret.

Similiter, cum datiuo.Plin.lib. 11.cap.25. Similiter his & scorpiones terrestres,vermiculos ouorum specie parium.

Simitu{ἅμα}pro Simul posuere veteres.Plaut.Stich.4.

Vt mecum simitu ires ad esse nunc domum. Sic Amphit.7,
Non enim ego cum vino simitu ebibi imperium tuum.

Simiolus,Simius,Vide SIMIA.

SIMMIAS{σιμίας} Philosophus Thebanus , Socratis auditor , cuius scripta enumerantur à Suida.Vide Diogenem Laërtium,lib.2. Simmias Thebanus.

Simo,simonis,Simones, simonum, simonibus {σίμων} Idem qui & Simi,id est qui nares habent pressas, quos insolenti vocabulo *Camuos* appellamus.

Simo,simas,simare,Deprimere, Antiquum.Poëta apud Nonium,

Simauit taxim ad nates delphinus vt olim. Sic emendat Turnebus , cùm in Nonio legatur simat. Moueri se dicit & sententia,& quòd delphini simi sint: vnde & simonis nomine eos gaudere Plinius refert.Hæc ille.

SIMOIS,pen.cor.huius Simoentis {σιμόεις} Fluuius qui ex Ida monte Troiano defluens , iuxta Troiam labitur : & mari appropinquans, commiscetur Xantho , ac in paludem cogitur. Deinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium.

Lubricus Simois.Horat.Epod 13.
Phrygius Simois.Virg.1.Æneid.

Simoesius,a,um:attributum: campus Simoesius,hoc est Troadis campus Simoente irrigatus. Simoesius nomen adolescentis cuiusdam Troiani sic nominati, quod apud Simoentem fluuiũ esset natus.Homerus,lib.4.Iliad.

SIMONES{σίμωνες}plures,Hoc nomen post Philippum Græcis, Latinis, Hebræísque pariter commune. Ex his antiquissimum sanè legimus Athenienſem ac philosophum Socratis discipulum fuisse,qui scripsit dialogos XXIIII. Simon Magnesius musicus egregius , qui & ipse superiorum musicorum more corrupto , Simodiam introduxit,quemadmodum etiam & Lysis Lysiodiam.Strabo lib. 14. Simon Cõstantinopolitanus,ludi magister,annos abhinc circiter ducentos composuit Græcè Metaphrastas, id est sanctorum vitas,quæ habentur in bibliotheca Vaticana. Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus,caput & authorem totius Hæreseos. De quo Eusebius lib. 2.latissimè & Iustinus in apologia ad Antonium principem : & Irenæus in primo aduersus hæreses libro. Simon item ille qui à Petro Spiritus sancti gratiam mercari volebat.Præter hos,Simon Tridentinus puer.Hic sedente Sixto quarto Pontifice, die Veneris sancti à Iudæis clàm comprehensus,ac omnibus cruciatibus prius affectus, demum cruci affixus est.Ex quo templum ei velut martyri dicatum est.Volaterranus.

Emunctus Simon.Horat.in Arte.

Simonia, vt putatur,à Simone mago dicta,vox est non Latina, qua soli theologi vtuntur. Dicitur autem quando quis vult dare aut accipere dona Dei,data aut accepta pecunia.

SIMONIDES,pen.corr. {σιμωνίδης} Ceus poeta Melicus.Cic.in Orat. Simonides Cæus primus artem memorandi inuenisse fertur. Vide ibidem plura. Plinius octauam chordam in lyra inuenisse scribit: Eustachius verò tres duplices literas, ξ, ψ, θ. Simonides , Iambicus poeta.De quo Quint.lib.10.cap.1. Iambicum poetam Strabo fuisse dicit:Suidas verò Carystium siue Erythræum,qui scripsit Græcorum apud Aulidem conuentum,trimetrorum libros duos, & alias.Præter hos alios duos ponit:vnum filium sororis Simonidis Gçi,Cognominatum Melicertam , qui autè bellum Peloponnesiacum fuit,scripsitque genealogiam libris tribus.Alterum Simonidem Magnetem, poetam Antiochi magni tempore , cuius res gestas scripsit , ac bellum aduersus Galatas Suidas.

Somnium de Simonide.Cic.1.de Diuinat.

Simorum,cognomen,Vide in SIMVS.

Simplex,simplicis,penult.corr.om.gen.{ἁπλόος,ἁπλοῦς,ἀπλοῦν,ἁπλᾶς πλοῦς,μονοειδής} Nomen numerale.Terentius in Prologo Heaut. Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

Crinis simplex collectus in vnum nodum.Ouid.8.Metam.

¶Simplex , Verum & synceru:cui Falsum opponitur. Mattius Cic.lib.11.28,Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit. Idem 2. de Finib. His initiis inducti omnia vera diligimus,id est fidelia, simplicia,constantiarum vana,falsa,fallentia odimus,vt fraudem,periurium,malitiam, iniuriam. Hic similci oppositi falsum.

Simplex,Simplicem appellant Latini apertum,liberum,nihil dissimulantem, omnia & loquentem & facientem quæ sentit , & recta iudicat,sic item & Græci Horat.lib.1.Satyr.3.

-at est truculentior, atque
Plus æquo liber,simplex fortisque habeatur. Huic opponitur duplex.Horat.lib.1.Carm.ode.6,
Nec cursus duplicis per mare Vlyssei. Ex Lambino.

In docendo simplicem esse.Quint.lib.2.cap.2.

Munditiis simplex mulier.Hora.1. Car.ode.5.Id est,inquit Acron, Animo factiosa. Meretricis enim astutias insectatur , quæ simplici munditia insidias mentiretur.

Ætas simplex.Stat.9.Theb.

Anni simplices, Primi & qui simplici numero efferuntur , nempe vsque ad decimum:vel in quibus simplex toga & pura quæ prætexta dicebatur,sumi solebat.Mart.lib.10.

Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia.Id est,puerilibus.

Verum & simplex bonum. Cic.1.Acad.

Cibus simplex,Purus,non affectatus,aut alio condimento corruptus vel compositus.Martial..lib.1. Plin.lib.11.cap. 53.Homini cibus vt.lissimus simplex.

Condimentum orationis simplex. Quint.lib.6. cap.3, Salsum igitur erit, quod non erit insulsum , velut quoddam simplex orationis condimentum.

Domus simplex & insecta fraudum.Stat.3.Sylu.1.

Homo simplex,Purus,apertus,nihil tectum, nihil simulatum habens.Cic.4.Acad.

Iter simplex & directum.Cic.2.de Nat.deor. Flexuosum iter habet nequid intrare possit,si simplex & directum pateret.

Natura vocis simplex.Quint.lib.1.cap.11.
Rura simplicia.Plin.lib.12.cap.1.
Via mortis simplex.Virg 3.Georg.
Vtilitas simplex: Quint.lib.2.cap.4.
Simplicior siquis,qualem me sæpe libenter
Obtuleritm tibi Mæcenas. Horat.1. Serm.saty.3.

Simplicitas,pen.corr.simplicitatis,fœ.gen. {ἁπλότης,ἀπλότητος,ἀφέλεια,ἀφελότης,ἀκακία,σύ} Martial.lib.10.

Prudens simplicitas,pares amici.

Fabularum conuiualium simplicitas.Tacit.lib.5.
Nuda simplicitas.Ouid.1.Amor.eleg.3.
Rudis simplicitas.Ouid.3.de Arte.
Gloriari simplicitate.Quint.lib.5.cap.7.

Simpliciter,pen.corr. {ἁπλῶς,ἀπλουστέρως,ἀπλουστάτην} Purè,apertè. Plin.epist. 94. Amicè & simpliciter reprehenderunt.Idem epist. 97. lib.5.Cic.in Topic.Quum autem quæritur quale id sit, aut simpliciter quæritur,aut comparatè.

Dicere simpliciter.Martial.lib.14.

Oberrare simpliciter.Plin.lib.8.ca.4. Elephas homine obuio fortè in solitudine , & simpliciter oberrante clemens placidúsque etiam demonstrare viam traditur.

Viuere simpliciter.Cic.1.Offi.Hę cpræscripta seruantem,licet graviter,magnificè,animoséque viuere , atque etiam simpliciter,fideliter,& vitæ hominum amicè.

Sequi docentes simplicius. Quint.lib.2.cap.12.

¶Simpliciter, quasi dicas Generaliter,sine alia adiectione aut interpretatione.Paulus in l.Lecta.D.Si cert.petat. Pactum autè, quod subiectũ esset,quidã dicebat ad sortis solutionẽ tãtùm pertinere,nõ etiam ad vsurarum , quæ priore parte simpliciter in stipulationem venissent.Vlpian.in l.Ab hostibus.§.vlt.D.,Ex quib.caus.maior. &c.

Simplicitus {ἁπλῶς} antiquum,pro Simpliciter.Plaut.Mercat.

Sed eam simplicitus dicam,si opera est auribus.Nonius.

Simplus,Adiectiuum{ἁπλοῦς} Vnicus,vel semel tantùm.Plau. Mostel. 7.Sceleſtæ hæ sunt ædes,simpla est habitatio.Varro 2.de Re rust.cap. 10 Aut si mancipio non datur,dupla promittitur aut si ita pacti,simpla.

Simplarius, Aliud adiect. Simplariæ venditiones sunt , pro quibus necesse venditor non habet de dupla emptori repromittere , quarum meminit Vlpianus in l.Emptori.D.De euictionibus.Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur , vt simplariæ actiones, duplariæ, & quadruplariæ dicebantur,quæ in simplum,duplum,quadruplum dabantur.Eadem ratione armaturæ simplares,duplaréſque à Vegetio dicuntur.lib.2.de Re militari:quas qui gestabant,singulas & duplas consequebantur annonas. Et à Modesto De vocabulis rei militaris, Torquarij simplares,duplaréſque.Budæus.

Simplones (fortè à Simpulo Simpulones rectius) Dicũtur conuiuæ: nam & amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat, Simplator dicitur. Sutrius Piscatoria ,

Summates viri simplones facti sunt ganei. ¶ Est autem ganeum Taberna. Nonius.

Simpulum,simpŭli: siue Simpuuium,simpuuij,à sumendo, quòd eo proiberetur minutatim. Bayfius autem legẽdum putat Simpullum, ea forma qua ampullam dicimus.

In simpulo aliquid facere,prouerbialis locutio. Cic.3.de Leg. Et auus quidẽ noster , inquit,singulari virtute in hoc municipio quoad vixit,testitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem Tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo,vt dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Ægæo excitauit mari. Quantum igitur coniectura consequi licet , In simpulo fieri dicebant , quod vel clanculum, vel in re minuta atque humili fieret. Est enim simpulum , authore Festo , vas paruum,non dissimile

dissimile cyatho:quo vinum in sacrificiis libabatur:vnde & mulieres diuinis rebus dicitæ simpulatrices dicuntur.M.Varro scribit vas esse minutim fundens,in cuius locum succesſerit epichysis: vnde veteres res minutas,nulliúsque pretij,simpularias appellabant.Plinius lib.35.cap. 12. In sacris quidem etiam inter has opes non murrhinis, ciystallinisue, sed fictilibus proliberatur simpulis innocentius. Et M. Varro apud Nonium Marcellum ait, deos ipsos vili simpulo inuitari.Sunt qui pro simpulo legunt sym-puuium,cuius meminit Iuuenalis Satyra 6. Sympuuium fidcie Numæ , nigrúmque catinum. Proinde non absurdum mihi videtur, si quis exilitimet sumptam allegoriam à puerorum lusu,quo solent per fistulam anguſtam in simpulum insilantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare. Hæc Erasmus.

Simpulatiæ res,priscis minutæ, nullius ferè precij: Notat Erasmus in paroemia , In simplo. Sed vereor ne non legendum sit , Simplariæ res,& in Simpulo,vt errasse Spiegelum facilè percipi possit.

Simpludiarea funera sunt,quibus adhibẽtur D.T.ludi cobibitorésque.Quosdam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum, nam indicta sua sunt , quibus adhibentur non ludi modò, sed etiam desultores,quæ sunt amplissima.Festus.

Simputuium,est vas ligneum.Varr.Est mod.Mat.ἀπὸ μέρους,Non vides ipsos deos , siquando volunt gustare vinum , deripere ad hominum fana, & tamen rum ipsi illi libero simputuio vinitari?Ex Nonio.

Simul{ὁμοῦ,ἅμα,ὁμόσε} Adverb.congiegandi.Terent.Eunu.2.2,

Simul concilium cum re amissi. Plin.epist.136.Simul militauimus. Virg.9.eclog. -heu tua nobis
Penè simul tectum solatia capta Menalcæ?

Simul tecum. Plaut Amph.8. Cic.pro Fonteio. Nisi aliquoties ex iisdis accusatoribus vobiscum simul iudices audissem.Idem pro Domo sua, Sed etiã optimi ciues fruũtur nobiscum simul hac ciuitate.

Simul cũ. Cic.de Amici:.Neque enim assentior iis qui hæc nuper differere cœperunt,cum corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri. Idem 3.Tusc.Quòd si cui, vt ait idem, simul ac animus cum re concidit, &c.

Simul cum datiuo constructum more Græco.Tacit.lib.4. Verùm Hyppæpeni, Trallianíque Laodicenis ac Magoctibus simul tramissi. Idem lib.5. Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Sillanus, Scauro Mamerco simul,ac Sabino Calusio,maiestatis postulantur.Nam sic suum ἅμα, Græci cum datiuo copulare solent,Vt, ἅμα δὲ χρῶτι ἐκπυρωμένον ἐκδέχεται σφῆν τὸν αὐτὸν λίθον.

¶ Simul, Deinde etiã,vel præterea. Vatinius ad Ciceronẽ,libro 5. 10.Ciues Romanos occidit,abripuit,dispersidit, regiones vastauit, simul verò semissis homo contra me arma tulit. Vecus exemplar legit Semius,non semissis homo.Salust.His amicis,sociísque confisus Catilina , simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Id est etiam. Terent.And.1.1.

Simul,cum particula Que iunctum.& cum Ac vel Et. Quint. lib. 10.cap.1.Qualis fetri fulgor quo mens simul visúsque perstringatur. Plin.lib. 9.ca 35 Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix. Plin iunior.epist.7.lib.2.Sordidum simul & sumptuosum.

¶Simul,pro Eadem opera.Plaut.Merc.

Duas res simul nunc agere decretum est mihi.

¶Simul,quandoque geminata legitur,& habet eandem penè vim quã Cum & Tum,siue Partim.Quinc.in Præf.lib.1.Simul vt pleniore obsequio demererer amantissimos mei : simul ne vulgarem viã ingressus,alienis demũ vestigiis insisterẽ. Liu.1.ab Vrbe. Nusquam benignè legatio audita est, adeò omnes simul spernebant , simul tantam in medio crescentẽ molẽ sibi ac posteris suis metuebãt. Idem 7. bel.Pun.Milites ędificiis emotos,simul vt cũ agro tecta vrbis fruenda locarentur: simul metuẽs ne suũ quoq; exercitũ,sicut Annib.&c.

Simul ac,significat Quãprimùm,vel statim quũ,siue postquam. Cic.3.Verr.Veires simul ac tetigit prouinciã , statim Messanã literas dedit.Idẽ ad Lepriãlib.6.18, Simul ac accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos quid esset in lege.Virg, 4.Æn. Quam simul ac tali persensit peste teneri.

Simul ac primum. Cic.3.Verr.Simul ac potestas primùm data est, adeunthi quos dixi.Idẽ 2.de Nat.deor.Quædámque serpentes ortæ extra aquam,simul ac primùm niti possunt, aquam persequuntur.

Simul atque,Idem.Cic.1.de Finib. Omne animal simul atque natum sit,voluptatem appetere,cáque gaudere vt summo bono.Idem 5.Verr. Vt temporibus illis simul atque hostis superatus esset , ager ararentur omnis.

Simul &,pro Atque etiam,vel præterea.Cic.3.Verr.Quemadmodum sine periculo suo dare possent,non videbant,simul & vtum forte tam improbum non arbitrabantur.

Simul primum. Liu. 6.ab Vrbe , Quum ciuitas in opere ac labore reficiendæ vrbi teneretur.interim Quin.Fabio simul primum magistratu abiit:ab C.Martio Tribuno pleb.dicta dies est.

Simul vt.Cic.2.de Finib.Omne autem animal simul vt ortum est, & seipsum,& omnes partes suas diligit.Idem 4. Acad. Itaque simul vt experrecti sumus,visa illa contemnimus.

Simul,sine particulis Ac,vel Atq; Liu.6.bel.Pun. Qui simul in potestate vestra erunt , extemplò omnia quæ nunc sub Carthagiuensibus sunt,in ditionem tradunt.Simul dixit pro Simulac.Cic.4. acad. Et simul instauit tubicen,à perito carmen agnoscitur.

Simulachrum,simulachri,pe pro. {εἴδωλον,δείγμα,ὑπόδειγμα, σύμβασις} à Simulo, simulas , Propriè dicitur alicuius rei ficta imago : simulachra,n.principio ex desyderio mortuorũ orta sunt, vt qui iã defecerãt,viuere viderẽtur. Cic.pro Domo sua. Mulieris simulachrúmque è marmore.Ibidem. Libertatis simulachrum in ea domo collocabas.

Effigies simulachrúmque Mithridatis.Cic.4.Verr.
Diuũm simulachra.Virg.2.Æneid.
Non ita antiqua simulachra,Vide NON.
Augusta simulachra,Vide AVGVSTVS.
Aurea simulachra.Lucret.lib.2.
Inania simulachra.Ouid 3.Metam.

Lignea simulachra deorum.Ouid.3.Metam.

Nitentia simulachra fragili cera.Iuuenalis Saty.12.

Vasta ferarum simulachra .Ouid.2.Metam.

Imbecilla ac mortalia vultus simulachra. Tacitus in vita Agric.

¶Simulachrum ciuitatis, metaphoricẽs pro signo & nota.Cic. ad Plancum,lib.10.1.In qua nec Senatus,nec populus vim habet vllam, nec leges vllæ sunt , nec iudicia , nec omnino simulachrum aliquod ac vestigium ciuitatis.

Ciuilitatis particulæ simulachrum.Quint.lib.2.cap.15.

Simulachra animorũ. Cic.pro Arch. Statuas & imagines nõ animorũ simulachra sed corporũ,studiosè summi homines reliquerunt.

Simulachra virtutũ. Cic 2. de Finib.Ergo in bestiis erũt secreta à voluptate humanarum quædam simulachra virtutum : in ipsis hominibus virtus nisi voluptatis causa nulla erit?

Belli simulachra cientes.Lucret.lib.2.
Pugnæ simulachra.Quint.lib.2.cap.10.

Multa modis simulachra videt volitantia mitis.Virg 7.Æneid.

Simulachrũ oratoris. Cic.in Orat. Atq; vtinã in Latinis talis oratoris simulachrum reperire possemus : esset egregium non quærere externa,domesticis esse cõtentos.Simulachrum vocat,quod ad perfectæ eloquentiæ similitudinem formatum sit.

¶Simulacrũ,pro signo,&re visa.Euel.in Specularia Theor.21. In conuexis speculis simulacrũ spectãs minus est.Itẽ Theor.22.In conuexis speculis à minoribus speculis minora simulacra spectantur.

Simulo,simulas,pen.cor. {ὁμοιόω,ἀπεικάζω,σχηματίζω,παρασκευάζω} simulare,Imitari & referre. A similis deriuatur:vel vt quidam volunt,à simul. Nihil enim aliud est simulare,q uàm ea quæ absunt,simul esse ostendere.Horat.2.epist.

-ducere ærea
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Simulare anum Ouid 3.Metam.

Lumine tecto somnus simulatur.Ouid.epist.20.

¶ Simulare , Fingere,ac pro vero falsum tradere, vt ait Donatus Terent.Heaut 4.1.

Non simulare mortem verbis , re ipsa spem vitæ dare. Cic.de Amicit.Et litigare se simulans,blandiatur.Idem 3.Verr.Vt tertius dies sic hominem prosterneret vt morbo simulato núquid respondeet, sed quèad:modum non responderet deliberaret. Sic apud Cæs.1. bel. Gal.Simulare amicitiam.Et Cic. 2. Verr. Simulat his se rebus consídere,sed video quid agat.

Gaudia vultu simulare,Ouid.1. de Arte.
Vultu spem simulat.Virg.1.Æneid.
Simulo non sentire, pro Dissimulo.Plin.epist.14.lib.3.
Non es quod simules,inquit Horat.2.Serm.saty.7.
Simulat quasi.Plaut.Amph.4.

Verũ quasi affuerim,tamẽ simulabo,atq; audita eloquar. Idẽ Cur.8.

Simulare cupressũ, Prouerbiũ in eos cõuenit, qui id, quod vnum sciunt,fortasse non valdè magnum,quouis loco inepte atque intempestiuè inculcãt,ab illo imperito pictore natũ, qui à naufrago conductus , vt in tabula naufragium eius depingeret , quærebat ab eo, num cupressum appingi vellet. Hor.de art.poëtic.

Sed nunc non erat his locus , & fortassè cupressum
Scis simulare,&c.Ex Lambino.

Inter Simulare & Dissimulare. Simulare est fingere scire,quæ nescias:Dissimulare,fingere nescire , quæ scias. Salust. in Catil. Cuius rei libet simulator,ac dissimulator.Ex Nonio.

Simulans,pen.cor. {ὑποκρίνων} Nomen ex Partic. Quid.2. Amor.eleg.6.

Non fuit in terris vocum simulantior ales.

Simulatus,pen.prod. {ὑποπτευόμενος,προσποιούμενος} Aliud nomẽ ex participio, vt Dolor simulatus.Lucan. lib.9.

Amorem simulatum fingere.Propert.lib.2.eleg.25.
Conscientia simulata.Tacit.lib.2.
Verba simulata.Virg.1.Æneid.

Simulatè,pen.prod.{ὑποπτευομένως} Aduerb.cui opponitur Ex animo.Cic. 2.de Nat.deor.Mala enim & impia consuetudo est, contra deos dispurandi:siue ex animo id fit,siue simulatè.

Simulatio,simulationis.f.g.{ὑπόκρισις,σκῆψις,προσποίησις} Fictio,simulata & ficta alicuius rei internæ per vultũ repræsentatio. Vnde pro deceptione & circunuentione ponitur,quòd animo vel vultu,aut voluntate simulata fiat.Cic ad Lent.lib.1.9.A quibus tuendus fuerat:derelictus:idque non solũ fronte,atque vultu,quibus simulatio facillimè sustinetur.Terent.Heaut.4.5. -non mea est simulatio.

Simulatione offic-j,&c.Cæsar 1.bel.Ciuil.Cic 3.Verr. Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ,quæ latent in simulatione officij,aut in aliquo necessitudinis nomine.

Fallax imitatio,simulatióque virtutis.Cic.4.Acad.

Inducere simulationem alicuius rei.Vide INDVO.

¶Simulatio, pro Similitudine.Plin.lib.11.cap.44.Simiarum genera perfectam hominis simulationem continent,facie, naribus, auribus,palpebris,&c.

Simulator,pen.prod.Verbale {ὑποκριτής} Cic. 1.Offic.De Græcis autem dulcem & facetum,festiuíque sermonis,atque in omni ratione simulatorem, quem ἰρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus.

Idem ad Quint.frattem,lib.1. 3. Messalam tui studiosum esse arbitror,Pompeium etiam simulatorem puto.

Tantum ne pateas verbis simulator in illis.Ouid.2.de Arte.

Artifex & simulator figuræ Morpheus.Ouid.11.Metam.

Simulatrix , simulatricis. Simulatrices, scribit Festus esse mulieres sohas & expiatrices,vel sacerdotes quæ expiare sunt solitę,quod vel bũ putem ex eo natum,quòd in sacris multa simulentur,& simulata pro veris habeantur: vt apud Virgil.

Sparserat & latices simulatros fontis Auerni. Alioqui mulieres rebus diuinis dedite simulatrices dicebãtur, sed & simpulatrices. Tur.

Simulamen , pen.prod.simulaminis {προσποίημα} Simulachrũ, Ouid. de Adonide interempto ab apro,lib.10.Metamorph.

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Singulis annis Adonia,id est sacra in Adonis honorem celebrantur:

in quibus Adonis plangebatur,ac luctus Veneris referebatur.

Simulatè,pro similiter.Plaut.Pseud.

Exossabo ego illum simulatè itidem,vt murænam coquus.

Obsolerum. Ex Nonio.

Simultas,simultatis,f.g.{χθος}Latens odium, inquit Valla in Raudensem: Ea simultas plerúque intelligi contenta est,quum inimicitia opere se ostendat.Plaut,Pseud.5.

Nam hic id metuit,ne illam vendas ob simultatem suam. Cic.pro leg. Manil.Vt multas etiã simultates,partim obsecratas, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles accepisse.

Idem ad Qu. frat.lib. 1. Ex quibus nõnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus.

Simultas(inquit Festus) est odium:dicta ex contrario, quia minimè sint odientes se simul. Potest & à simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur adinuicem.

Vetus atque antiqua simultas inter finitimos.Iuuen.Saty.15.

Simultatem deponere.Cic.Fam.2.

Exercere simultatem.Cic.pro Flacc.

Habere simultatem cum aliquo.Cic.pro Cluent.

Intercedit simultas,Vide INTERCEDO.

Subire simultatem.Cic.pro leg.Manil.

Esse simultatem alicui cum aliquo.Cic.Fam.8.

Suscipere simultatem.Cic.ad Q. Fratrem.

SIMVS pictor.Plin.lib.35.cap.11.Simus pinxit iuuenem requiescentem in officina fullonis,Quinquatrus celebrantem.

Simus herba est,de qua sic Plin. lib. 22. cap. 22. Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Mures enecat cauerna eorum Simo præclusa. Vlcera iumentorum Simi radix tollit.

Simus, Adiect.{σιμὸς} Quod est pressum.Plin.lib.11.ca.37.Et altior homini tantùm, quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus. Non alij animalium nares eminent. Auibus,serpentibus,piscibus fo ramina tantùm da olfactus, siue naribus. Et hinc cognomina,simorum,silonum.Virg.10.eclog.

Dum tenera arodent simæ virgulta capellæ. Mart.lib.6.

Atque ille fima nare,turgidis labris.

Simulus,diminutiuum,Martial. lib.6.

Simulus iste quis est,vxori semper adhæret

Qui,Menedore,ruæ.

Sin{ἐὰν δὲ,ηχὲ,ἰὲ} ex Si & Ne componitur, abiecta e, significátque si verò: quod nunquam in prima parte collocatur, & nisi præcess. rit si: sed in secunda,vbi ferè duorum est oppositio.Terent.Hecy.4.4,

Ego Pamphile esse inter nos,si fieri potest,

Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:

Sin est vt aliter tua fert sententia,

Accipias puerũ. Ibid.4.1.Cic.ad Att.li.9.188.Si mihi veniã quã peto, dederit,vtar illius cõditione:sin minus,impetrabo aliquid à me.

Sin positũ non præcedente Si.Cic.3.de Orat. Nunc cõtrà plerique ad honores adipiscẽdos & ad Remp.gerendã audi veniunt atq; inermes,nulla cognitione rerũ, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit vnus è multis,effert se,&c. Id est, Quod si aliquis.&c. Salust.in Iug.

Sin,pro Sin aliter.Cic.ad Att.lib.16.Veruntamen,si pares equè inter se: quiescendum: sin: latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter. Priapeiorum author,

Donec proterua nil mei manu carpes,

Licebit ipsa sis pudicior Vesta.

Sin:hæc mei te veneris arma laxabunt.

Sin aliter. Cic.ad Brutum,lib.11.14,Si ita est omnia facilioria:sin aliter magnum negotium.

Sin autem. Cic.ad Atticum,lib.10.196. Si vir esse volet, præclara synodia:sin autem,erimus nos qui solemus.

Primùm,sia.Terent.Adelph.3.4,

Hæc primùm vt fiant,deos quæso,vt vobis decet.

Sin aliter animus vester est,&c.Cic.de Amic.Quamobrem primùm danda opera est,nequa amicorum dissidia fiant:sin tale aliquid euenerit,vt extinctæ potius amicitiæ,quàm oppressæ videantur.

SINA Vrbs Mesopotamiæ: quo nomine etiam dictus est mons Petreæ Arabiæ. Quidam montem Sinaï vocant. Iustinus lib.36. Appellat Sinæum. Nomen habet à vepribus & dumetis quibus septus est.Est enim Hebræis Senah,arbor spinosa.

SINADA,pen.cor.{σινάδα}ciuitas Asiatica ad Cariæ fines,De hac Strabo lib.12.Vide SYNNADA.

SINAE{σῖναι} populi sunt in India ad Septentrionem Seribus,ad occasum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas desertáque ad ortum & meridiem habentes. Horum caput est Thina. Ptolemæus lib.7.cap.3.Stephanus verbem quoque ipsam Sinas appellar.

Sinapi,indeclinabile,neu.gen.& Sinape,media producta{σίναπι} herba quã Græci etiã napi quasi naphy vocant,vt Athenæus interpretatur:quoniam acri,& proinde incõmoda natura esse videtur.Sinapi verò dici putat,quia olfactum luminibus officiat. Plin.lib.20. ca.22. Sinapi, cuius in fatiuis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his,quorum sublime vis feratur,iudicauit, quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret.

Sinapis,pen.prod.etiam fœ.gen.legitur{σινάπεως}Plautus Pseud.13.

Teritur sinapis scelerata cum illis. Plin.lib.19.cap.8.

Sinape,sinapis,n.g. {σίναπι} Colum. lib. 11. cap.3.23.Sinape atque coriandrum , nec minus erucam & ozimum , ita vti sata sunt,sua sede immota permanẽt.Varr.1.de Re rust.cap.59.Seruare rapa contecta in sinape,nuces inglandes in arena.Vetus exẽplar habet confecta.Proinde sinape accusatiuus non est,sed ablatiuus à nominatiuo sinapis.

Sinapismus,Compositio medica ex sicubus & sinapi,efficacissima ad morbos permultos.

Sinaristusæ. Menandri: apud Plinium lib.23. cap.9.Sunt qui scribũt Synaristusæ.

Sinceraſtum,Vide SYMCERASTVM.

Sincerus,Vide SYNCERVS.

Sincinia,æ,Sincinia(inquit Festus)est cantio solitaria.

Sinciput,Vide SYNCIPVT.

SYNDA,æ{σίνδα} oppidum Licaoniæ in confinio Galatiæ,atque Cappadociæ,teste Plinio,lib.5. cap.27 Stephanus Sindam aliam in India collocat ad finum magaum à Sindis populis habitatam.

SINDI sunt populi Meotidis.Strabo lib.11.

Sindon,sindonis,pen.corr.masc.gen. Velum subtilissimum, lineum, Martial.lib.4.

Nec sic in Tyria sindone rutus eris.

Sine,{ἄνευ, χωρὶς} Præpositio semper separatiua,significat Absque. Terent.Heaut.2.3, Sine auro tum ornatam.

Sine cortice nare.Horat.1.Serm.saty.4.

-simul ac durauerit ætas

Membra,animúmque tum,nabis sine cortice. Id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. Aeron prouerbij admonet,putat metaphorã mutuo sumptam à iuuenibus,qui quum primitus nare discũt,corticibus aut suberibus vẽti subligaris utãtur: deinde exercitatiores,citra huiusmodi adminicula natare incipiũt.

Sine delecta,Vlp.in l.1.§ 1.D.de postulando.

Sine dubio.Pomp in l.Liber hómo.D.de acquir.rer.domin.

Sine riuali amare , Proverbiali translatione in eos aptabitur,qui ea magni faciunt, aut magnopere expetunt,quæ nemo alius magni admodum æstimet.Vtitur Cic.in epist.quadam ad Q. Fratrem.lib. 3.Hirrus author forè videtur.ô dij quam ineptus,quam se ipse amat sine riuali!

SINGA,Palladis nomen apud Phœnices, cuius nominis simulachrum Thebis Cadmus constituit,docet Pausanias.

SINGAE,Indici populi apud Plinium lib.6.cap.20.

SINGARA,æ,{σίγγαρα}Arabiæ vrbs, Rhetanorum caput.Plinius lib. 5.cap.24.

Singultus,huius singultus,m.g. {λύγξ,γγος} Dicitur quoties spiritus vacans ab humore,in loco spiritui deputato retineatur: hic enim dum emittitur , nec potest erumpere , & distentionem inducit,quæ appellatur singultus.Colum.lib.4.cap.11.Reducuntur ad villam,persequentes,vt dixi,nutricis singultus.Cic.pro Plancio,Non modò lachrymulam , sed multas lachrymas , & fletum cum singultu videre potuisti.

Ciere singultus.Catul.Argon.59,

Frigidulos vdo singultus ore cientem.

Conectans membra singultus.Lucret.lib.6.

Concutiente singultu sonant ora.Ouid.3.Amor.eleg 8.

Frequens singultus corripit neruos.Lucret.lib.6.

Singultu medios impediente sonos.Ouid.1.Trist.eleg.3.

Crebris singultibus.Plin.epist.95.lib 4.

Longis singultibus ilia pulsat.Virg.9.Æneid.

Rapta que singultu verba loquentis erant.Ouid.2.de Reme.

Ilia tendere singultu.Virg.3.Georg.

Singultus,de gallinis.Colum.lib.8.cap.5.

Singultio,singultis,singultiui,singultum {λύζω,ιστω,ιστόω} singultire, Singultum emittere. Plin. lib. 23. cap.1. Nec singultientibus,nec si cum febre dispncea sit,&c.

Singultiens gallina.Colum.lib.8.cap.11.

Singultans{λύζων} Qui frequentes singultus emittit, vt ferè nunquam solus singultus auditur:apud Quintilianum libro.10. cap. 7. Virg.9.Æneid.

Tum caput ipsi aufert domino,truncúmque relinquit

Sanguine singultantẽ. Id est cum singultu animam effantem, vt ais Seruius.

Singultans anima.Ouid.5.Metam.&c. Id est animam cum singultu exhalans.

Singultatus,pen,prod.Adiect.Ouid.lib.3.Trist.eleg 5,

Brachiáque excepi presso pendentia collo,

Et singultatis oscula mista sonis. Hoc est,cum frequenti singultu emissis.

Singultim,Aduerb.{μικρὰ κυμβῆ}Horat.1.Serm.Satyr.6,

Vt veni coram,singultim pauca locutus. Est autem singultim loqui, sermone interrupto , & veluti voce identidem compressa loqui: quod vsuenire solet verecundis & timidis natura. Talem autem locutionem,ἰσχναίνειν vocant Graci, non ἰσχνολογίαν,quæ est vocis gracilitas.Lambinus.

Singulus,pen.corr.A diectiuum{ἓς μόνος,ἓνὸς μόνος,si κατὰ ἕνα τι κατὰ μέρος} Quasi sine angulo:quòd ea quæ vnica sunt nequeant constituere angulum. Dicitur autem singulum , vnumquodque per se, hoc est, separatum ab aliis.Plaut Cistel. 10, At at singulum video vestigium. Hoc est vnum tantum, vel vnius tantum hominis. Cic.3. de Orat.Refert etiam qui audiant,Senatus, an populus , an iudices, frequentes , an pauci, an singuli. Idem in Orat. Sæpe singulis vtendum est,plerunque binis & vtriusque addi pedis pars potest, non ferè ternis amplius.

Lustrare singula.Virg.1.Æneid.

Pandere singula ordine.Virg.6.Æneid.

In singulis annis. Cic. 2. de Nat. deor. Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit.

Singulis diebus. Cic. 2. de Nat. deor. Quod efficitur in cœlo singulis diebus & noctibus. Idem pro Murena. Qui singulis diebus edisserendos fastos populo proposuit.

In singulos dies. Cic.ad Att.lib. 5.94, Quotidie vel potius in dies singulos,breuiores literas ad te mitto. Idẽ 4.Verr.Lex est de religione,quę in annos singulos Iouis sacerdoti, sortito capi iubeat. Et 1.in Catil.Crescit in dies singulos hostiũ numer⁹. Itẽ ad Att.li.6.114.Scaptius cẽtesimis renouato in singulos annos fœnore cõctus nõ fuit.

Verba inter singula fudit lachrymas.Virg.5.Æneid.

¶Singulum,pro singulare.Plaut.Cistellar. At ar, singulum video vestigium. Varro πομπηλῶς libro 1. Tum verò doces historiam necessariam simul vnum singulum esse.Nonius.

Singularis,& hoc singulare,pen. prod. {ἰνικὸς}.Quod est vnicũ.Plin.lib. 28 cap.10.Democritus etiamnum effectus auget eius qui singularis natus sit.

Singulare certamen.Singulare prælium.Vide suis locis.

Pugna singularis,Vide PVGNA.

Verbis singularibus gratias agere , Hoc est, quæ vnum tantùm, non etiam plures complecterentur. Cic.4.in Catilin.Primùm quòd mihi gratias egistis singularibus verbis , & mea virtute atque diligentia perditorum hominum paratam esse coniurationem decreuistis.

Rate singulari fluctum secans.Senec.Troade 11.id est vnica.

¶ Singularis {ἀνώμαλος} Accipitur aliquando pro excellenti: & tam in malum quàm in bonum sumitur. Cic.pro Sylla,Me singulari immanitate & crudelitate prædituin. Idem 4.Verr. Quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis. Sic pro Cluentio , Singulare scelus. Et quinto de Finibus , Singulari nequitia præditi.

Singularia in te quædam. Cic.5.Verr. Sunt quædam omnino in te singularia,quæ in nullum aliam hominem neque dici , neque conuenire possint:quædam tibi cum multis communia.

Singularis in. Cic.4. Acad. Omitto per ipsum Aristotelem , meo iudicio in philosophia propè singularem.

Singulares milites vocat Cæsar 4. bell. Gall. qui ab aliis separati sunt.

Singulares pro Singulis.Cic.in Acad.Quintum genus esse dicunt è quo astra sunt mentésque singulares , id est singulis vel singulorum.Nizolius.

Singularius {ἑκάστοτε μόνος} Adiectiuum antiquum.Plautus Capt.4, His indito catenas singularias. Hoc est,singulis catenam vnam.vtitur & Cassiodorus lib.11.Varr.

Singulariè.pro singulariter,quasi vnicè,teste Charis.lib.2.

Singlariter,pro singulariter,per syncopen Lucrer.lib.6,

Quæ memorare queam inter se singulariter apta.

Singulariter pen.corr. Aduerbium {ἑνικῶς} Magnopere,mirum in modum.Plin.iunior lib 3.epist.5.De vita Pomponij Secundi duo: à quo singulariter amatus,hoc memoriæ amici,quasi debitum munus expleuit.Cic. 4. Verr. Quem ego in Prætura mea singulariter dilexissem.

Singulariter & mirati & diligere aliquem. Plin. iunior.lib.1.epist. 22.ad Catilium Seuerum.

Singulariter declinari,id est,numero singulari.Charis.f. lib.1. Sunt quædam quæ singulariter quum declinantur , in pluralibus mutant genera:hic locus,pluraliter hæc loca,& hi loci.Tale est illud Vlpiani in l.1.D.Quod fals.tutor.Item hoc edictum licè. singulariter scriptum sit,si tamen plures interuenerint, qui tutores non erant , locum habere debere Pomponius scribit.

Singularitas,pen.corr.singularitatis,f.g. Vide Pluralitas,in MVLTVS.

Singulatim pen.prod. Aduerb. {κατὰ ἕνα,κατὰ μόνας} Vnumquodque per se,Cæcilius,

Primùm malo publico singulatim gratias agere. Hoc est vnicuique separatim. Cic.1.Ver.Vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus.

Singulatim vnicuique respondere.Cic.1.Verr.

Singulatim de vnoquoque genere in secundo libro dicemus.Cic. 1.de Inuent.

Singillatim siue sigillatim.pe.pro. {κατὰ, κατὰ μόνας} Aliud aduerbium, Idem.Cic.5.Tusc. Hæque voluptates singillatim extenuantur. Idem Verr.7.Quærit ex his sigillatim , quot quisque nautas habuerit.Et 6. Sigillatim vnicuique calamitati fore se denuntiabat , vniuersam se funditus euersurum esse ciuitatem minabatur. Terent. Phorm.5.9,

-quid ego nunc commemorem Demipho

Singillatim qualis in istum fuerim?

Sigillatim, Generatim,siue vniuersè,contratia.Cic.7. Verr. Nam quid ego de cæteris ciuium Rom.suppliciis sigillatim potius,quàm generatim atque vniuersè loquar?

Sinistra sinistræ {ἀριστερὰ} Manus læua dicitur : à Sino, sinis , quòd gerere nos dextra manu,quæ aptior est,sinat.

Infirma sinistra.Ouid.3.Fast.

Sinistra pro ea parte quæ versus manum sinistram est. Cic.1. de Diuinat. Cur à dextra cornus, à sinistra cornix faciat ratum. Idem 16.Philip.Aspicite à sinistra.

Ad sinistram,Vide AD.

Sinistrà,Aduerbium {ἐπ' ἀριστερὰ} pro A parte sinistra. Cice. 4. Acad. Et quum in vno mundo ornatus hic tam sit mirabilis ,innumerabilis,suprà infrà,dextrà sinistrà,antè pòst,&c.

Sinister sinistra,sinistrum {ἀριστερός,σκαιός, δύσνυμος,λαιός} Quod ad sinistram est.vt Sinistrum cornu.Liuius 3.ab Vrbe.

Cubitus sinister.Ouid.9.Metam.

Lateri sinistro affixus.Virg.10.Æneid.

Pars sinistra murorum.Virg.9.Æneid.

Sinistrum soli.Colum. lib.1.cap.5. Ferè pestilens habetur quod est remotum ac sinistrum soli,& apricis flatibus.

¶Sinisterior,& hoc sinisterius.Varr.2.de Re rust.cap. 5.Si quidem si mas est, in dexteriorem partem abit : si fœmina, in sinisteriorem. Cic.in quadam epist.Cornu sinisterias quod erat infirmius.

Rota sinisterior.Ouid.2.Metam.

¶Sinistrum , quantum ad augurium pertinet, significat Prosperum.Plaut.Pseud.11,

Omnes ordines sub signis ducam,legiones meas

Aui sinistra,auspicio liquido, atque ex sententia. Cic 3. de Legib. Is auc sinistra dictus populi magister est. Idem 2.de Diuin. Quanquam haud ignoro quæ bona sint , sinistra nos dicere,ietiamsi dextra sint: sed certè nostri sinistrum nominauerunt , externi dextrum.

Sinistrum auspicium,lætum,prosperum,fœlix:At silentium dubij duntaxat vacat virtio.Igitur silentio surgere cum dicitur, significat non interpellari,quominus rem gerat. Ad sinistrum hortari quoque auspicia ad agendum,quod animo quis proposuerit. Festus.

Sinistra , meliora quare sint auspicia, quàm quæ dextra , declarat Varro lib.5.Epistolicarum quæstionum , his verbis , A deorum sede quum in meridiem spectes , ad sinistram sunt partem mundi Exorientes,ad dexteram Occidentes,factum arbitror vt sinistra meliora auspicia, quàm dextera esse existimentur. Idem ferè sentiunt Sisinius Capito & Cincius.Festus.

Tonitrus sinistri.Ouid.1.Trist.eleg.8.

¶Sinistrum , Aduersum , noxium : quòd quæ sinistra manu fiunt, minus rectè fieri videmus.Virg.lib.1.Georgicorum,

Arboribúsque , satísque Notus,pecorísque sinister. Plin.epist.148. Igitur ad alios haue sinistram diligentiam conferant. Idem epist. 9. Nemo me apud quenquam sinistris sermonibus carpit. Virgil. 9.ecloga,

Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix.

Aues sinistræ.Ouid.epist.2.

Fama sinistra.Tacit.lib.5.

Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.Ouid.epist.20.

Liberalitas sinistra.Catul.in Iulium Cæsarem 27.

Omen sinistrum.Ouid.13.epist.

Sinisteritas,penult.corr.sinisteritatis, fœm.gen. {σκαιότης.} Plin. iunior lib.9. epist.5.ad Tyronem. Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impartire videantur , sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur. Id est asperitatis : quia nimium seuerè in potentes prouinciales se gerunt.

Sinistrè,Aduerbium {σκαίως.} vt Accipere cædem sinistrè. Tacit.lib. 17.Id est in malam partem.

Exceptus sinistrè,id est contrariè.Acron Horat.in Arte.

Sinistrosum,Aliud aduerbium {ἐπ' ἀριστερὰ} Versus sinistram.Apud Festum sinistrorsus etiam legitur. Cæsar 6.bell.Gall. Hinc se flectit sinistrorsus,diuersis à flumine regionibus.

Sinistrorsum , cui opponitur Dextrorsum. Horatius 2. Sermon. satyra 3,

Ille sinistrorsum,hic dextrorsum abit.

Sinistimum veteres dixerunt pro sinistro.Fest.

SINNACA, Mesopotamiæ ciuitas est, in qua Surena Parthorum imperator Crassum dolo caprum interemit.Strabo lib.16.

Sino,sinis,siui,situm {ἐάω} sinere,Permittere.Terent.And.1.1,

Sine nunc meo me viuere interea modo. Ibidem,5.3,

Sine te hoc exorem.s.siuo.

Sine vt veniat.Terent.And.3.5,

Sed paululum sine ad me vt redeam. Idem Eunuch.4.6.

Situs,Participium {ἐιθέις} Permissus. Cic.pro P.Sestio, Accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur , per Senatus authoritatem non est situs.

Siturus,pen.prod.Aliud participium. Cic.ad Qu. fratrem,lib.2.10, Catone concionatus comitia haberi non siturum.

Sinodontes, pisces quidam, è quorum cerebro gemma eiusdem ferè nominis exitur: nam & ea Sinodontites appellatur. Plin.lib.37. capite 10, Sinodontites è cerebro piscium est , qui Sinodontes vocantur.

SINON {σίνων} Insignis proditor apud Virgilium. De quo Seruius, Autolycus quidam fur fuit , qui se varias formabat in species. Hic habuit liberos, Sisyphum, vnde natus est Sinon : & Autollam, vnde Vlysses. Confobrini ergo sunt:nec immeritò Virgilius Sinoni dat & fallaciam,& proditionis officium ne multum diseedat à fabula:quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Hæc Seruius , enarrans hunc locum Virgilij 2.Æneid.

-nec si miserum fortuna Sinonem

Finxit,vanum etiam,mendacémque improba finget.

Periurus Sinon.Virg.2.Æneid.

SINONIA, æ: insula Corsicæ vltra Tyberina ostia,in Antiano , Plinius lib.3.cap.6.

SINOPE penul.prod.vel vt scribunt alij Synope {σινώπη} vrbs Ponti, Cynici Diogenis patria, Gymasio olim clarissima fuit,& rubrica Sinopica cognominata celebris. Cicero in oratione pro Pompeio haud obscurè indicat in Sinope & Amiso , Mithridatis olim domicilia fuisse omnifariis rebus ornatissima refertissimáque. De Sinope item Strabo li.12. Oliuarius in vltimo capite. lib.1. Melæ dicit eam hodie vocari Sinopi.

Magna Sinope.Valer.5.Argon.

Optima Sinope.Valer.5.Argon.

Sinopeus trisyllabum {σινωπεύς} Qui est ex Sinope. Ouid.1.de Ponto, eleg.4,

Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus. De Diogene.

Sinopis pen.prod.sinopidis, fœ. gen. {σινωπὶς} Color quidam natiuus seu rubrica. Plin.lib.35.cap.6.Nascuntur sinopis,rubrica,prætonium, melinum, erettia, auripigmentum. Sinopis inuenta est primùm in Ponto,inde nomen à Sinope vrbe. Nascitur & in Ægypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno & in Cappadocia. Effossa & in speluncis. Quæ saxis adhæsit , excellit. Glebis suus colos, extrà maculosus. Hácque vsi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres,rubra, & minus rubens , & inter has media.Pretium optimæ in libras XIII denarij. Vsus ad penicillum , aut si lignum colorare libeat.

Sinopicus,pen.corr.Adiectiuum {σινωπικὸς} Sinopicam rubricam vocat Vitruuius lib.7. de qua Strabo lib.12. sic scribit , In Cappadocia nascitur ea quæ sinopica rubrica dicitur, omnium optima quæ cum Iberia decertat. Idcirco sinopica appellatur , quòd eam mercatores eò deferebant prius quàm Ephesiorum emporium tam celebre esset.

SINOTIVM,vrbs Dalmatiæ.Vide in Salo.

SINTI,populi Thracum, qui Samum insulam habitarũt, quos & Saios nominarunt.Strabo lib.10 & in dict.Saij.

SINVESSA {σινόεσσα} teste Plin.lib.3.cap.5.ciuitas mediterranea Campaniæ,(nunc vulgò *Sessa*) vino satis abũdans,quod Sinuessanum dicitur.Liu.10.ab Vrbe,In saltu Vestino Falernum cõtingente agrum,

Sinope dicitur Græca vrbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strabo lib.5.Sinuessa in Sentino sita est sinu,à quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.Horat.1.Serm.Saty.5.

Tepens Sinuessa.Silius lib.8.

Sinuessanus, penultima product. Adiectiuum {σπειρωδες} Horatius 1. epistola 5,

Inter Minturnas,Sinuessanúmque Petrinum. Vide PETRINVS.

Sinuo,Sinuosus,Vide SINVS.

Sinus,huius sinus, masc.gen. {κόλπος,πόλπωμα} Dicitur illa pars quæ est intra pectoris brachiorúmque complexum,inquit Valla, & tunc Si corripitur,teste Seruio.Terent.Adelph.4.5,

Hic non amandus?hiecine non gestandus in sinu est?

Tepidus sinus.Ouid.epist.3.

¶Abstrahere sinu vel gremio,Vide ABSTRAHO.

Complecti sinu,Vide COMPLECTOR.

Blando sinu fouens nepotem.Senec.Troad.12.

Fouere dextram sinu.Ouid.1.Amor.eleg.4.

Inque mei cupido rapta ferére sinu.Ouid.epist.19.

¶Sinus,in veste.Sueton.in Iul.Cæs. Toga caput obuoluit , simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. Erat autem sinus , pars quædam laxior , & tanquam excurrens in dextra lacinia vestis , vt cùm corpus toga amictum inuoluturúmque esset , à dextra in sinistrum humerum reiiceretur , & è sinistro humero in brachium pleúmque descenderet, aut statim principio brachio sinistro excipieretur,aut ipsum inuolueret. Tum enim sic sibi togam iniiciebant, vt & in humerum sinistrum sibi sinum reiicerent: quem Iulius Cæsar eum sibi moriendum videret , nequid è corpore renudaretur inhonestè, deduxit ad crura sinistra manu , quaeum fortassè tum gerebat. Id autem quod diximus esse sinum, ostendamus è Quintiliano, cuius hæc verba sunt lib.10. Illud verò refellendum , quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextera sinum vsque ad lumbos reduxerunt. Hîc Quintilianus illos improbat , qui ad lumbos vsque sinum reducunt , reiecta in humeros illa parte togæ. Nam non debet tam altè descendere sinus , neque tam deprimi , vt ad lumbos derrahatur. Iterum , Nam veteribus nulli sinus , perquam breues post illos fuerunt. De veterum togis loquitur,quæ eam non habebant laxitatem vltra humeros expatiantem. Rursum , Dextera , quum iam incipiendum erit , paulùm prolata vltra sinum , gestúque modestissimo. Hîc sinum vocat quicquid vestis ante pectus natat , brachióque vel humero innatat. Nam vltra eum sinum humero & brachio læuo iniectum , paulùm proferenda dextra est. Rursum , Sinum verò in dextrum humerum ab imo reiicere solutum ac delicatum. Romanorum moribus erat soluti & delitiis diffluentis sinum,qui in sinistrum humerum reiici solebat,in dextrum reiicere.Ex Turnebo.

Dissutus sinus.Ouid.1.Fastorum,

Altera dissuto pectus aperta sinu. Id est,veste.

Enormes sinus,Vestes laxiores.Stat.2.Syl.

Lacera sinus.Ouid.epist.21.

Vt fieret torto nexilis orbe sinus.Ouid.1.Amor.eleg.14.

Purpurei sinus,Vestes.Ouid.epist.14.

¶Ferre nuces sinu laxo.Horat.2.Serm.saty.3.

Onerato sinu portare aliquid.Senec.Hippol.10.

Rumpere sinum.Ouid.10.Metam.

Soluere sinus.Catul.in Epithal.Iuliæ 56.

Substringere sinus veste remissa.Senec.Troade 2.

Ex toga facere sinum. Liu.1.bell. Pun. Quum sinu effuso bellum se dare dixisset. Hoc est excusa toga quam in sinum collegerat. Budæus.

Subducere sinum bonis.Senec.Thyeste 5,

Quæ causa cogit genitor à patria gradum
Referre visa?cur bonis tantis sinum
Subducis? Id est , cur sinum subtrahis tantis bonis quæ tibi offeruntur,nolens eis frui?

¶Sinus,in cassibus & plagis venatorum,à Gratio in libro De venatione nominatur,his verbis:Ingrati maiora sinus dispendia sument. Plin.Atque vt in plagis lineæ offensæ præcipitant in sinum.

¶Sinus,pro ipsius præcordiis.Ouid.epist.5.8,

Attoniti micuere sinus:gelidúsque cucurrit,
Vt mihi narrasti,dura per ossa timor.

E sinu illius aut illius esse dicimus , quos ex intima familiaritate volumus intelligi. Cic.3.Verr. Calumniatores ex sinu suo apposuit qui illam hereditatem Veneri Ericinæ commissam esse dicerent. Ibidem 4. qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset. Idem 2.in Catil.De eius delectu,imò verò de complexu eius ac sinu. Erasmus.

In sinu suo habere. Scæuola in l. Qui testamentum. D. de probation.Titio centum do lego,quæ mihi pertulit,quæ ideo ei non cauit, quòd omnem fortunam & substantiam,siquam à matre susceperat, in sinu meo habuit sine vlla cautione. In sinu meo dixit , pro In occulto,& penitus apud me & in potestate mea. Cic.ad Qu.fratrem, lib.2.15,Mihi crede in sinu est,neque ego discingor. Ac si diceret,In potestate habeo : neque periculum est vt imprudenti mihi vel immemori excidat.Vel In sinu,hoc est in occulto:neque periculum est vt indicio meo excidat.Budæus.

In tuum ipsius sinum inspue. dicimus aliquem tanquam admonentes vt domesticorum malorum recordatione,desinat arrogantius insectari vitam alienam. Idem antiquis fieri solere , colligi vtcunque potest ex verbis Plinianis , qui lib.38.cap.43. scribit hunc in modum , Veniam quoque à deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Idem in eodem capite scribit ex authoritate Salpæ , torporem sedari quocunque membro instupente , siquis in sinum exspuat. Quorum vtrunque non prorsus abhorret à nostro vulgato prouerbio. Siquidem qui carpit aliena, spe quadam improba peccat,quasi sperest sibi nihil simile à quoquam opprobrari posse, quam nemo sit qui non aliquo vitio teneatur.Erasmus.

In sinu alicuius deflere. Plin.iunior lib.2.epist.1, Necesse est tanquam immaturam mortem eius in sinu tuo desleam.

In sinu gaudere , Est tacitam apud se voluptatem sentire. Vide GAVDEO.

Soluto sinu.Budæus,Sinus pro copia ponitur.Seneca,Non recipit sordidum virtus amatorem : soluto ad eam sinu veniendum est . Id est,plena liberalitate & copia effusa.

¶Sinus,pro securitate & præsidio.Plin.in Paneg. Gestus consulatus non in hoc vrbis otio & intimo sinu pacis. Alibi,Confugit in sinum tuum concussa Resp.Id est in præsidium.

¶Sinus vrbis.Salust.in Catil.Alij intra mœnia, atque in sinu vrbis sunt hostes.

¶Sinus, Per translationem vocanturlittora quæ curua sunt ad similitudinem sinus,& quasi brachiis mare amplectentia.Plin. lib.12. cap.10.Tylos insula in eodem sinu est. Virg.11.Æneidos,

-extremámque sinu perfudit arenam. Seruius curuatione & flexu vndarum. Sinus igitur sunt flexuosi littorum anfractus : excauati maris in terram recessus: terra spatiosè in mare excurrens: curua littora mare quasi brachiis amplectétia.Quod in fluminibus vocant cornua,hoc in mari sunt sinus,terra videlicet in fretum excurrens.Vide Plin.lib.3.cap.3.

Orbis extremi sinus.Virg.2.Georg.

Angustus sinus.Virg.2.Georg.

Ater sinus Adriæ.Horat.3.Carm.ode 27.

Curui sinus.Stat.6.Theb.

Falcatus sinus.Ouid.epist.2.

Gelidi sinus.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.

Persicus sinus,Vide Persicus in PERSIA.

Profundus sinus.Senec.Troad.6.

Vadosi sinus,Aquarum flexiones.Senec.Troad.10.

Vastus sinus,Virg.4.Georg.

¶Monstriferos agit vnda sinus.Lucan.lib.5.

Strymonis abscisso fertur aperta sinu.Propert.lib.4.eleg.4.

Immenso sinu labitur amnis.Senec.Herc.fur.9.

Scindit se vnda in sinus reductos.Virg.1.Æneid.

Laxant arua sinus,Zephiri tepentibus auris,Terræ viscera calore soluuntur.Virg.2.Georg.

SINVS magnus {κόλπος μέγας} Ptolemæo, in India is est, quem *mare de Sur* hodie vocant , ad quem Hispani versus Occidentem nauigando perueniunt,terrestri itinere duorum dierum interiecto.

¶Sinus vlceris. Celsus lib.5.cap.28.Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crusta,vndique à viua carne diducta , quæ trahit secum quicquid corruptum erat,purúsque iam sinus curari potest implentibus.

Imus sinus exitum habeat.Celsi.lib.7.cap.2.

Latè se sinus suffundit.Celsi.lib.7.cap.2.

¶Sinus, Concauitas oculorum , scilicet palpebræ , vbi lachrymarum conceptacula sunt,propter quandam similitudinem.Virgil.lib. 4.Æneidos,

Sic effata,sinum lachrymis impleuit obortis. Ex Seruio.

¶Sinus,Retia,Virg.Impleuítque sinus.Martial.lib.13.

¶Sinus,Velum quod ventis flantibus curuatur,& sinum facit.Iuuenal.Saty.1,

Totos pande sinus.

Plenáque curuata pandere vela sinu.Ouid.3.de Arte.

Crepantes sinus carbasei.Virg.11.Æneid.

Obliquat sinus in ventum.Virg.5.Æneid.

Sinus {δίπλοε} Vasis genus ventris tumidioris & rotundioris formæ.Virgilius,

Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est. Idem nomen & in Curgulione Plauti extat. A Græco δίπλοε defluxisse author est Turnebus.

Sinuosus,pen.prod. {κολπώδης} Quod habet multos sinus. vt Mare sinuosum,Vela sinuosa,quæ sinus, id est curuationes faciunt. Claud. lib.1.de raptu Proserp.

-sinuosa draconum
Membra tegens. Id est nodosa.Plin.lib.11.cap.37.Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præbet , sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici,in nullo non gemino.

Æquora sinuosa.Valer.3.Argon.

Arcus sinuosus.Ouid.1.Amor.eleg.1.

Hexu sinuoso elabitur anguis.Virg.1.Georg.

Narratio sinuosa.Quintil.lib.2.cap.4.

Terga sinuosa draconis.Stat.5.Theb.

Vela sinuosa.Propert.lib.4.eleg.1.

Vestis sinuosa.Ouid.5.Metam.

Volumina sinuosa serpentis.Virg.11.Æneid.

Vorago sinuosa.Stat.9.Theb.

Sinuo,sinuas {κάμπτω μέγας} sinuare,Curuare,in sinus flectere. Virgil.lib.2. Æneidos,

-sinuátque immensa volumine terga. Id est in sinus flectit. Ouid.lib.2.Metamorp.

-tremulæ sinuantur flamine vestes. Id est formantur,rugantur, vel in sinus colliguntur.Claud.1.de raptu Proserp.

Cœperat & vitreis summo iam margine texti
Oceanum sinuare vadis. Plin.lib.9.cap.33,Densata,porrecta,sinuata,breui nodo ligatis , toto latere connexis,

In orbem luna sinuata.Plin.lib.2.cap.9.

Serpens sinuatur in arcus saltu immenso.Ouid.3.Metam.

Arcus sinuare.Ouid.8.Metam.

¶Sinuare, Cauare, Celsus lib.7.cap.2, Dandáque opera , vt imus sinus exitum habeat, nequis humor intus subsidat , qui proxima & adhuc sana rodendo sinuet.

Sinuatus,pen.prod.Participium {κεκαμμένος} vt

Gurges sinuatus in curuos arcus.Ouid.14.Metam.

Chla-

Chlamydem sinuatam implere re aliqua.Stat.10. Theb.

Sion,huius sij,n.g. {σίων} vulgò *gargoleftro*,Herbæ nomen. Plin. lib. 22. cap. 22,His adnumerant sion,lactus apio,in aqua nascens,pinguius, nigriúsque, copiosum semine,sapore nasturtij.Prodest vrinis , rentibus,lienibus,mulierúmque mensibus,&c. Ruellius lib. 2.cap.59.docet sion siue lauer herbam eam esse quam officinæ *berlam* vocant, expunctis à lauere duabus literis prioribus:*Laberlam* Gallicum vulgus,vel *berlam* adhuc appellat. In quo nomine veteris vocabuli relucent vestigia:vt quod antiquitas lauer dixerit,sequuta ætas diminutione gaudens , lauerulum pronuntiarit : & tandem, vt in plerísque moris est , extritis prioribus elementis in verulum & berulum appellationem deflexit. Paulo pòst, Non sunt audiendi qui herbam vulgò *cressionem* dictam,sion seu lauer esse contendant. Idem Ruellius lib.1.ca.20.Sion sibi nomen asciuit à concussu,quod Græci σείειν dicunt. nam excutiendi vim nactum est , vtpote quòd renibus calculos emoliatur, vrinam & menses exigat.Lauer,vt mea fert opinio nomen à lauatu contraxit, quòd personantibus aquis enatum semper elui gaudeat.

Siparium siparij {σκηνάπαμα} Velum mimicum , quod Apuleius appellat scenicum. Eo vtebantur mimi , scenicique ad scenam velandam. Prætendebatur enim populo , dum fabularum actus mutabatur. Et hæc siparia pro aulæis postera ætas vsurpauit. Cicero de Prouinc.Consul.Itaque ille alter,aut ipse est homo doctus,& à suis Græcis subtilius eruditus , quibuscum iam in orchestra heiluatur, anteà post siparium solebat. Quint.lib.9 cap.4. Scribitur & sipparium duplici pp. Iuuenal.Saty.8,

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Sipparioclamosum ageres vt phasma Catulli.

SIPHNOS {σίφνος} Insula est maris Ægei,nō procul à Scyro XXVIII. M.pass.ambitu.antè Meropia & Actis appellata,vt tradit Plinius lib. 4.cap.12.Hæc insula locupletissima erat , teste Herodoto lib.3. Vt in qua auraria & argentaria metalla essent : vnde tantum pecuniæ fiebat , vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique aut par,aut superior, Siphnius pecuniam quæ quotannis conficiebatur distribuébatur.Gentile est Siphnius, σίφνιος, Strephano.Siphnus à quibusdam.

Sipho,siphonis {σίφων} Instrumentum aduersus incendium comparatum , quod altissimè in spa vsque ædium fastigia aquam exprimebat & eiaculabatur.Subscribit huic sententiæ Hesychius his verbis, σίφων ὀργανόν εἰς ἀφίεσιν ὕδατων ἐν ταῖς ἐμφορησεῖς. Plin. in epist. Et alioqui nullus vsquam in publico sipho,nulla hama,&c. Turneb.

Siphon,siphonis.mascul.gener. {σίφων} Canalis fistula, vel tibia, per quam vrgente spiritu,aqua vel alius liquor emittitur. A sono vocis dictus σίφων. Iuuenal.Saty.6,

Effigiémque deæ longis siphonibus implent. Plin.lib.2.cap.65. de aqua in summis iugis erumpente, Quò spiritu acta,& terræ pondere expressa,siphonum modo emicat. Colum.lib.3.cap.10, Naturali enim spiritu omne alimentū virentis quasi quædam anima per medullam trunci veluti per siphonem , quem diabeten vocant mechanici,trahitur in summum. Idem lib.9 cap.14.

Siphunculus,siphunculi,pen.corr.masc.gen.Diminut. {σιφώνιον.} Plin. iunior lib.5.epist.6.ad Apollinarem,In hoc fonte crater,circa siphúculi plures miscent iucundissimum murmur.

Sipho,vel Sipo,as,are:Obsoletum verbum,relictis compositis Dissipo, Insipo,& Obsipo:Spargere,in partes diuellere. σπαθᾶν τὰ σίφωνα.

SIPONTVM {σίπους} Vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem à Diomede ædificata,quæ & Sipyus,& à Græcis (ob multitudinem sepiarum quæ ibi capiuntur) Sepius, Sepiuntis,dicitur.Hinc Sipontinus à Sipouto,& Sepiuntinus,à Sepiunte , Vulgò *Siponto*. Vide Pomponium lib.3.cap.1.

Sipya,est apud Aristophanem arca panaria.Cælius lib.9.cap.16.

SIPYLVS,Vrbs fuit in Ephesо,cui Archæpolis substituta est.Plin.lib.5. capite 29.

SIPYLVS,pen corr. {σίπυλος} Vrbs est,& mons Phrygiæ, Strabo lib.1. Dicta,quoque ad hæc ab Democle memoria reperit , qui ingentes quosdam olim circa Lydiam & Ioniam vsque Troadem factos terræmotus scribit. A quibus & vici sunt absorpti , & Sipylus submersa regnante Tantalo. Idem lib.12.Ouid.6.Metam.

Flebile saxum Sipyli.Senec.Herc.Oetæo3.

Phrygius Sipylus.Senec.Herc.fur.6.

Sipyleius,Adiectiuum {σιπυλαῖος.} vt Genitrix Sipyleia, Niobe. Stat. 5.Syl.1.

Siqua,pro Siquo modo,si aliquo modo. Virgil.lib.1.Æneid. Siqua fata sinent.

Siquando, Aduerbium temporis {ὅπωτε} Id est si aliquando , vel aliquo tempore , primam productam & acutam habet. Terentius Eunucho,3.1,

-tum sicubi eum satietas
Hominum , aut negoti siquando odium ceperat. Cic. de Amicit. Non ergo erunt homines diuitiis diffluentes audiendi, siquando de amicitia,quam nec vsu,nec ratione habent cognitam, disputabunt. Et 3.de Finib.Et tamen puto concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur , siquando minus occurret Latinum. Item 6.Verrin.Si quando taceant omnes,tunc coguntur fortito dicere.

Siquidem {ὅτις} Coniunctio , accentum habet in prima syllaba. Significat enim Certè,nam,quoniam. Terent.Heaut.2.3,

Quid aliud tibi vis? CLIT.Si quidem hoc sit.s.siquidem experiundo scies. Cic.Dolabellæ, lib.9.12, Gratulor Baiis nostris , siquidem vt scribis,salubres repentè facti sunt. Idem 1.Tusc.l. Antiquissimum è doctis genus sit poëtarum : siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante Romam conditam.

Si quidem , Interdum duæ dictiones sunt, pro Si certè. Plautus Curcul.4,

Si quidem hercle mihi regnum detur , nunquam id potius persequar. Terent.Eunuch.1.2,

-biduum
Saltem vt concedas solum.PAR. Si quidem biduum.

Siquis,siqua, siquod vel siquid, Pronomen {εἴτις} Si aliquis. Plin.epist.6.lib.3,Nec vitia,siqua sunt,celant.

Siquis alius,Elocutio ornata:vt quum dicimus,Varro doctus est , siquis alius.hoc est,siquis alius doctus est,vel reperiri potest. Suetonius in Claudio,Siquem alium,& se liberum esse,&c.

Siquid tale accideret.Cic.ad Atticum,lib.16.333. Itaque non mihi videor errasse quòd ad Balbum scripsi apertius : vt siquid tale accidisset, vt non concurrerent nomina , subuenirer: méque tibi etiam mandasse, vt siquid eiusmodi accidisset,eum eo communicares.

Siquid cum peticulo experiri velis , in Caria id potissimum esse faciendum.Cic.pro Flacco.

Siquo pacto.Cic.ad Attic.lib.1.7, Et nebulonem illum , siquo pacto potes,existis locis amone.

Siquo vsui.Liu.10.bel.Maced.Imperatum , vt classem primo quoque tempore duceret in Lygurum oram, siquo vsui esse L. Æmylio, atque eius exercitui posset. Fortè accipitur siquo,pro siquo pacto.

SIRACI {σιρακοί} Populi sunt Scythici , Caucasi radicibus ad septentrionem proximi,quorum meminit Strabo lib.11.

SIRBIS,Xanthus fluuius,quem in Lycia cognitum esse constat. Strabo libro 14.

SIRBON,sirbonis: siue Sirbonis,dis, {σίρβων, καὶ σιρβωνίς} Strephano,Palestinæ lacus,non procul à Casio monte olim, CL.M. pass.circuitu. Plinij verò ætate in exiguæ paludis angustiam contractus.Herodotus Serbonitidem vocat. Plin.lib.5.cap.13 Strabo lib.16.

Siremps,dicitur quasi similis res ipsa habetur. hoc in libris Catonis. Flam. Sospater libro 1. Institutionum, tradit Siremps nominatiuo tantùm casu dici,& ablatiuo ab hac siremps-e: significare autem,Similiter lex esto. Vide notas Antonij Augustini ad Festum in dictione Siremps.

Siren,sirenis, vel Sirena, Sirenæ, pennit prod. fœmin.gener {σειρήν} Monstrum maris , ab σίρειν , quod connectere vel retinere significat. Vel ab σειρὰ carena , eo quòd libidinis vinculum Serenes fuerint. Quidam hoc nomen à σύρειν , traho deducunt , & per y scribunt.

Sirenes secundum fabulam partim virgines fuerunt , partim volucres,Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum vna voce, altera tibiis,alia lyra canebat : & primò iuxta Peloium , pòst in Capherei insulis habitauerunt.quę illectos suo cantu in naufragia deducebant.Secundum veritatem mererrices fuerunt , quæ transeuntes,quoniam quos ducebant ad egestatem,his fictæ sunt inferre naufragia:has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc Seruius apud Virgilium in fine lib.5 Æneidos,

Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,&c.

Voces Sirenum.Horat.1.epist.2.

Acheloidum Sirenum scopuli.Ouid.14.Metam.

Volucres Sirenes.Claud.3.de raptu Proser.

¶Sirenes, Aues in India,Vide Plin.lib.10.cap.49.

SIRENVSSAE {σειρῆνουσαι} Insulæ tres sunt Lucaniæ adiacentes ex aduerso eius promontorij,à quo sinus Pæstanus initium sumit.

SIRES {σίρις} Thraciæ populi supra Bizantios,author Stephanus.

Sirisis, huius sirisis, pen. corr. fœm.gen. {σειρίασις} Plinio dicitur, lib.12.cap.15.Ossibus in canino fimo inuentis,adustio infantium quę vocatur sirisis,adalligatis emendatur. Vide Solstitialis morbus, in SOL.

SIRIS {σῖρις} ab Æthiopibus dicitur Nilus,antequàm totus confluat. Nam (vt inquit Plinius) nec antè Nilus dicitur , quàm se totum aquis concordibus iunxit. Rufus ex Dionysio,

Hic qua secretis incidit flexibus agros, &c. Dictum Sirin autumat Stephanus & Eustathius,à Sirio,quoniam sub ortum Canis per introitum Solis in Leonem augeatur,vt Hermolaus scribit.

SIRIS,à qua Siritæ , fuit Ciuitas in Metaponto.Siritarum fœlicitatem ampliter admiratur Archilochus. Cælius Rhodigin.lib.7.Lection. antiq.cap.10.

SIRITAE,pen.prod. {σειρῖται} magnæ Græciæ populi, Siridis vrbis incolæ:ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Cælius Rhodig.lib.7. capite 10.

SIRITES {σειρίτης} Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya , primus auleticæ inuentor,qui & Mairoa, hoc est, magnæ matris sacra primus fertur tibia cecinisse. Cælius lib.9 cap.7.

SIRIVS,sirij,masc.gen. {σείριος} Stella in ore Canis perniciosa. Continet enim Canis, XVIII. stellas.Stat.lib.1.Sylu.3.1,

-nec calido latrauit Sirius astro. Vide SYRIVS.

Ductum nomen ἀπὸ τῦ σείρειν, hio : quod per æstum præcipuè canes faciunt, quo tempore plerunque in rabiem conuertuntur. Vel ἀπὸ τῦ σειρᾶν, quod est arefacio: quia tunc maxima siccitas est, amnibus ac fontibus deficientibus.Vel dicitur Sirius,à longo tractu, quoniam magnitudine sua trium signorum spatium occupare videtur. Hæc annis omnibus,vt ait Seruius, oritur circa VIII. Calend. Iulij. Ea quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacentium aut vincitur,ant maioribus vtitur viribus. Hinc est quòd quum tempore certo oriatur,non semper est noxia. Seruius enarrans illud Virgilij lib. Æneidos 10,

Non secus ac liquida siquando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent,aut Sirius ardor.

Rapidus Sirius.Virg.4.Georg.

Sirius,interdum solem significat , vt tradunt grammatici Græci, ac quos accendit canicula morbos, soli acceptos ferre debemus : & sirisis morbus est non tantùm infantium , sed etiam virorum. Turnebus.

SIRMION {σίρμιον} Vrbs est Pannoniæ inferioris longiusculè à Danubio flumine dissita.Ptolomæus lib.2.cap.16.Vulgò *Sirmich*.

SIRNIDES {σιρνίδες} insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium iacentes.Plinius lib.4.cap.12.

Sirpices , Regula cum pluribus dentibus , quam vt planitum lanei trahunt,vt eruant quæ in terra sunt. Vide Varr.4.de Ling.Latin.

Sirpiculæ vocatæ à sirpando, id est ab alligando. Sic sirpata dolia quassa cum alligata dicta. Author Varro lib.4. de Ling. Latin.

Sirpus, Vide SCIRPVS.

SIRRHA, æ { σίρρα } Thraciæ oppidum est apud Theopompum referente Srephano, à quo gentile Sirrheus.

Sirrhus { σίρρος } Suidæ, Cuniculus siue fossa subterranea in qua frumentum quamdiutissimè incorruptum asseruatur. Vide in dictione SIRVS.

Sirulugus, Plin. lib. 31. ca. 15. Iidem authores nominauere Sirulugum, quod nec quale esset animal, nec vbi nasceretur tradiderunt.

Sirus { σίρος siue σῖρος } Sirrhus Suidæ, Spelunca est subterranea condendo adseruandóque frumento accommodata. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 57. Item huius generis granaria alia quidem habẽt sub terra, vti speluncas, quas vocãt Siros, vt in Cappadocia, ac Thracia, alij vt in Hispania citeriore, puteos, vt in agro Carthaginiẽsi & Ossensi. Horum solum paleis substernunt & curant ne humor, aut aër rangere possit, nisi cùm promitur ad vsum.

Sirus. Vide SYRVS.

Sis { ἴσκω } pro Si vis dixere vetereres. Ad verba enim imperatiua, quia videbantur contumeliosa, addebant sis pro si vis: vt Fac sis, Vide sis. Plaut. Amphit. 4,

Modò sis veni huc, inuenies infortunium. Cic. pro Sexto Rosc. Age nunc, refer animum sis ad veritatem.

Sisachthia, Lex apud Lacedæmonios qua fœnoribus obrutis succurrebatur. Alex. Alexand. lib. 1. Genialiũ dierum cap. 7. Ferunt Ægyptios & Athenienses cùm hæc contagio mali latius serperet, pluribus decretis cauisse ne ob fœnus corpora adiudicari, vel addici possent, né ve super corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultatẽ fæuire, quæ lex Sisachthia & Greocopia dicta est: adeo, vt Lycurgus è tota Sparta fœnus & vsuras exterminasse dicatur. Adde c. 10. lib. 6.

Sisama, sisamæ, f.g. { σίσαμος } genus leguminis. Vide SESAMA.

SISAMVS, aut verius Sesamum, vrbs est Paphlagoniæ, de qua suo ordine. Vide Homer. lib 2. Iliad.

SISAPO, pen. corr. { σισάπων } teste Plin. lib. 3. cap. 1. Oppidum est Hispaniæ, vnde & Sisaponensis regio in Bætica, vbi optimum minium nascebatur, eodem Plinio authore lib. 33. cap. 7.

Sisara, sisaræ, pen. corr. { ἰρείκη } Frutex est, quem & ericam siue ericen vocant. Plin. lib. 21. cap. 16.

Sisaron, siue Sisarum, sisari, penult. corr. { σίσαρον } appellant Græci, quod Latini sisere: inter ea olera annumeratur à Dioscoride, quorum radix tantùm in vsu est: duorum generum est, sativum & erraticum. Ruellius putat eam esse radicem quæ vulgò *Seruulla*, vel *Cherulle* vocatur, & *Cheruy*.

Sisar, siseris, pen. corr. neut. gen. { σίσαρον } Idem quod sisarum. Plinius lib. 20. cap. 5. Siser erraticum sativo simile est & effectu: stomachum excitat, fastidium abstergit.

SISCIA { σισκία } Pannoniæ superioris vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 15. hodie *Lablatum, Lublana.*

SISIGAMBIS { σισυγάμβις } vxor fuit Darij, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit, teste Curtio, quam tamen victo Dario Alexander non solùm non violauit, sed & summam adhibuit curam, nequis captiuo corpori illuderet.

Sison { σίσων } Semen est exiguum in Syria nascens Apio simile, nigrum, feruens & oblongum. Dioscor. lib. 3. cap. 53.

SISPITEM Iunonem, quam vulgò Sospitem appellant antiqui vsurpabant. cùm ea vox ex Græco videatur sumpta, quod est σώζειν. Festus.

Sissara, sissaræ, pen. corr. { σίσαρα } Nuncupatur apud Hebræos omnis potio quæ inebriare potest.

Sisto, sistis, stiti, statum { ἵστημι, παρίστημι, ἐφίστημι, σφίζω, καταπαύω } sistere, Facere vt aliquid consistat, seu retinere. Plin. lib. 26. cap. 12. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrũ. Virgil. 6. Æneidos,

Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro.

Tramite facili vos sistam. Virg 6. Æneid.
Aciem sistere, Vide ACIES.
Aluum sistere, Reprimere. Plin. lib. 20. cap. 6.
Aquam sistere fluuiis. Virg. 4. Æneid.
Pace sistitur bellum. Ouid. 14. Metam.
Fletus sistere. Ouid. 14. Metam.
Fugam. Liu. 10. bel. Pun.
Labores immensos. Ouid. 5. Metam.
Lachrymas. Ouid. 6. Fast.
Legiones ferociter instantes. Liu. 1. ab Vrbe.
Metum. Ouid. epist. 19.
Minas. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Modum. Ouid. 15. Metam.
Opus. Ouid. 3. Metam.
Pedem. Ouid. 1. de Remed.
Querelas. Ouid. 7. Metam.

Profluuium genitale. Plin. lib. 7 cap. 14. Sic lib. 20. cap. 7. Sanguinem sistit. Apud eundem lib. 20. cap. 4, Sistere vlcera. Et apud Martial. lib. 13, Sistere ventrem.

Tempium iisdem vestigiis sisteretur. Tacit. Hoc est conderetur.

¶Sistere, Præsentare, & quasi præsentiam corporis oxhibere. Cic. Attico, lib. 3. 67, Des operam, id quod mihi affirmasti, vt te ante Calend. Ianuarias, vbicunque erimus sistas. Idem 3. Offic. Vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Vlpian. in l. Si seruum. D. Si ex noxali causa agatur, Si seruum in eadem causa sistere quis promiserit, & liber factus sistatur, &c. Plaut. Curcul. 4,

Vbi tu es qui me libello Venerio citastiẽcce me sisto, ades contrà:
Sisto ego tibi me, & mihi contra itidem vt sistas, suadeo. Idem Trinum. 10,

-non sisti potest, video caculam militatem
Me futurum. Cic. ad Attic. lib. 10. 207.

Sistere aliquem iudicio. Vlpianus in l. 1. §. 1. de eo per quem, &c.

Verùm qui alios quoque rogauerit, vt eum detinerent, vel abducerent ne in iudicio sisteret. Et paulo antè, Qui impedit aliquem iudicio sisti.

In iudicium sisti. Vlpian. D. In ius vocat. vt eant. l. vlt. & D. Si quis in ius vocat. non ier. l. vlt. Pandectæ Florentinæ vtrobique habent in iudicio.

In iudicio sistere. Paulus, D. De eo per quem factum erit, &c. l. 2. Si actoris seruus domino sciente, & (quum posset) non prohibente, dolo fecerit, quominus in iudicio sistam.

Se sistere in iudicio. Vlpian. D. Si quis caution. l. Non exigimus.

Sisterere se iudicio. Caius in l. Etsi post. D. Siquis caution.

Sistere fana, cùm dicerent, significabatur lectisternia certis in fano locis componere. Paulus. Festus verò sistere fana, ait, cùm in vrbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quod Antistius Labeo ait in commentario quinto decimo iuris Pontificij, fana sistere, esse lectisternia certis locis & diis habere.

¶Sistere, pro Consistere & stare. Cic. 5. Verr. Qui Remp. sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem iudicia referantur? Virgil. lib. 1. Georgicorum,

-sistunt amnes, terræque dehiscunt. Id est stant, vel sistuntur, non præfluunt. Pomponius Sabinis exponit, sistunt, Sub, suos cursus.

Sistere capite, Est capite præbere, & in caput inuergere. Plaut. Milite 11,

Mihi imperabas, ego promebam: posteà
Huic illecebroso capite sistebas cadum. Hoc est, inclinabas cadum, cuius quidem caput illecebrosum erat, quod est, Ad potãdum illiciebat. Ex Turnebo.

Sistere capite, pro In caput cadere. Plaut. Curcul.

Quin cadat, quin capite sistat,
Non hercle tam istoc validè casabunt cadi. Id est, quia eos capite sistebam, non tam validè cadebant, quod fecissent, cùm sit illic lubricus locus. Turnebus.

Sistere ore. Plaut. Captiu. 13,

Eminor, interminor nequis mihi obstiterit obuiam, &c.
Nam qui obstiterit, ore sistet. Id est, ore terram calcabit, quemadmodum pedibus cæteri sistere solent.

¶Sistere, Confirmare, corroborare. Plin. in Paneg. 82, Magnum hoc tuum non erga homines modò, sed erga tecta ipsa meritum sistere ruinas, solitudinem pellere, ingẽtia opera eodem quo extructa sint animo, ab interitu vendicare. Virg 6. Æneidos,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques.

Stiti, Præteritum. Vlp. in l. 1. D. De eo per quem factum erit, &c. Si reus dolo actoris non stiterit, non habebit ex hoc edicto aduersus eum actionem. Vide Gell. lib. 2. cap. 14.

Statum { ἱστικός } Supinum. Vlpianus, Siquis in ius vocatus. l. tertia, Quum quis iudicio sisti promiserit, neque adiecerit pœnam, si statum non esset. Idem, Si ex noxali causa, l. prima, Non videri in eadem causa statum.

Status, Participium passiuum, à Sistor, sisteris. Vlpian. in l. Si seruus. D. Si quis cautionibus. Si plurium seruorum nomine, iudicio sistendi causa, vna stipulatione promittatur: pœnam quidem integrã committi, licet vnus status non fit, Labeo ait: quia verum sit omnes statos non esse. Neratius in l. Si procurator. D. eod. tit. Si procurator ita stipulatus, vt sistat duntaxat eum quem stipularetur: non etiam pœnam, si status non esset, stipuletur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio. Paulo post, Vt quantum domini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione, non stato reo, procuratori debeatur. Vlpian. in l. 1. D. Si ex noxali causa agatur.

Stator, statoris, masc. gen. { στατὴρ } Qui apud magistratum assidue est, quales sunt nuntij vel tabellarij, vel apparitores, qui reos in ius vel in carcerem ducunt. Cic. Caninio, lib. 2. 16, Literas à te mihi stator tuus reddidit Tharsi. Tullius M. F. Cælio, lib. 2. 18, Vt ad te statores meos & lictores cum literis mitterem.

Stator Iuppiter dictus est quia stitit, id est stare fecit Romanos in fugam à Samnitibus versos. Cic. 2. in Catil. Senatum in ædem Iouis statoris vocaui. Idem Antè quàm iret in exilium: Iupiter stator, quem verè huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt. Sic 3. de Finib. Iouem quum optimum & maximũ dicimus, quúmque eundem Salutarem, hospitalem, statorem dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. Ouist. 6. Fast.

Sistrum, sistri, { σεῖστρον } Musicum instrumentum, hoc est cornu recuruum, peculiare Ægiptiorum, quo vtuntur in Isidis sacris, aguruin & sonorum, dum percuteretur: qui ob id Sistrati dicũtur. Ouid. 2. Amor. eleg. 13.

Per tua sistra precor, per Anubis ora verendi. Apul. Æreis, & argenteis, & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. Martial. libro 14.

Hæc quatiat tenera garrula sistra manu. Sipontinus, Sistrum, æneum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum baltei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ vnguiæ crispante brachio trigeminos ictus reddunt argutum sonum.

Sistrum, apud Ægyptios vicem tubæ exhibebat. Virgilius. 8. Æn.

-patrio vocat agmina sistro. Inde à Martiale dicitur. Sistrata turba, lib. 12.

Ægyptia sistra. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Multisonum sistrum. Stat. 3. Sylu. 2.
Quantri sistro personat Io. Valer. 4. Argon.
Sonabile sistrum crepuit. Ouid. 9. Metam.
Tinnula sistra. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1.

Sistratus, ta, tum: Id est sistrum pulsans, quod est proprium epiteton sacerdotum Isidis. Martialis lib. 12,

Linigeri fugiunt calui sistratáque turba.

Sisymbrion, inter ornamenta muliebria positum, Pollui lib. 5. capite 16. Verùm apud Aristophanem Sisymbria vocantur folia & flores,

flores, quibus sponsi coronantur, vt etiam inter cæteros annotauit Cælius lib. 28. cap. 24.

Sisymbrium, sisymbrij { σισύμβριον } Herbæ genus quod prouenit, vt Dioscoridi placet, in inciltis, hortensi mentæ proximum, latioribus tantùm foliis, & odoratioribus. Hoc nunc nostrates officinæ, *balsamitam & mentam Romanam* vocant, quòd quandã mentæ speciem exprimat, & riguos tractus plerúnque sequatur. Ouid. 4. Fastorum, Cúmque sua dominæ data grata sisymbria myrto.

SISYPHVS, penult. corr. { σίσυφος } fuit Æoli filius, qui ob latrocinia à Theseo fertur occisus, & hac pœna apud inferos affici, vt grande saxum supra montem portare coactus, quum ad apicem deduxerit, continuò ad ima relaxetur. Vnde Ouid. lib. 13 Metam.

Æolides Sisyphus. Horat. 2. Carm. ode 14.

Sisyphus, alius Corinthiorum rex, qui Meropem Atlantis filiam vxorem duxerat. Ouid. 4. Fastorum,

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Sisipheus, penultima prod. { σισύφειος } Adiectiuum. Senec. Hercul. furent. 9.

Sisyphius, a, um: Saxum Sisyphium, quem apud inferos ob latrocinia voluere Sisyphum poëtæ fabulantur. Sanguis Sisyphius. Ouid. libro 13. Metamorphoseos,

-quid sanguine cretus
Sisyphio furtisque & fraude simillimus illi
Inferis Æcidis alienæ nomina gentis. Et paulo antè,
Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit, vbi Æolidem saxum graue Sisyphon vrget.

SISYPHVM, Locus in Asia, de quo sic scribit Strabo lib. 8, Sub ipsam inde Pyrenen Sisyphium iacet, siue sacellum quod dã, siue regale domicilium, nitido constructum lapide, in quo non modica seruantur adhuc rudera. E summo autem cacumine, in Aquilone Parnasus aspicitur & Helicon montes excelsi, atque niuales.

Sisyrinchium { σισυρίγχιον } Bulbi genus, cuius imæ radices hyeme crescunt, verno autem tempore cùm apparuerit viola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pinguescente. Plin. lib. 19. cap. 6.

Sita { σῖτα } Aut potius, vt notauit Dioscorides lib. 2. cap. 77 Sitanion. aut σῖτα, pro σιτία. Cibus, cibi. A quo, Sitagogus, Nauis frumentaria. Sunt enim Sitia frumenta omnis generis aprà cibis. Hinc Sitarchia, Præfectura annonæ. Annona militaris, militare stipendium, annona ciuilis. Budæus.

Sitanion, nij { σιτάνιον } Frumenti genus, quod quoniam tertio à satu metitur, à Græcis, τριμηνίαιον, à Latinis etiam trimestre dicitur, tori Alpino tractui atque adeò omnibus regionibus notissimum, certissimúmque agricolis famis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquę affluentiores, maturam rẽpestiuámque sationem prohibuerunt. Hinc Sitanius panis. Vide Dioscor. lib. 2. cap. 77.

Sitanius, Adiectiuum { σιτάνιος } Sitanius panis dicitur ex nouo frumento intra trimestre à tempore messis factus. Græci enim σῖτον, frumentum dicunt, νέου, nouum. Hinc σιτανίσας, quasi σῖτος νέος. Plin. lib. 22. cap. 25. Sitanius, hoc est trimestris, incussa in facie, aut disquamata cum melle aptissimè curat.

Sitarchia, Est in frumentum & alia cibaria præpositura. Situs enim σῖτος Cereris ara fuit. σιτὼ enim vocabant, à cibariis videlicet: Est enim σῖτος frumentum. Lilius Syntag. 14. Historiæ deorum.

Sitarchus { σιτάρχης } Annonæ, vel commeatus præfectus, à Græco, σῖτος, siue σῖτον, quorum illud cibum, hoc frumentum significat, & ἀρχή, quod præfectum denotat.

Sitella, Vide SITVLA.

SITHONIA, siue Sythonia { σιθωνία } Regio littoralis Macedoniæ, versus Thermopontum teste Herodoto lib. 7. in qua mons est Sithon niuosus. Virg. 10. eclogæ,

Sithoniáque niues hyemis subeamus aquosæ. Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia, vt inquit Gellius lib. 10. Vnde spirat Aquilo, quoniam ad septentrionem exposita.

Sithonius, Adiectiuum, id est Thracius. Sithonij enim sunt Thraces. Horat. 3. Carm. ode 26, -&
Memphim carentem Sithonia niue.

Sithonis, penult. corr. huius Sithonidis { σιθωνὶς } Patronymicum, fœm. gener. pro possessiuo. Ouid. epist. 2,

Nec vehit Æacæas Sithonis vnda rates.

Sithonius, Adiectiuum { σιθώνιος. } vt
Matres Sithoniæ. Senec. Herc. Oetæo 15.
Aquilon Sithonius. Ouid. epist. 11.
Agri Sithonij. Ouid. 13. Metam.
Nurus Sithoniæ. Ouid. 6. Metam.

SITIA { σιτία } Hispaniæ Bæticæ oppidum in cõuentu Tarraconensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Siticines, vt Liticines à lituo, vt tubicines à tuba, ita siticines, qui ad funeratos, & sepultos, hoc est, iam situs canere soliti erant, honoris causa, cantus lamentabiles. Hoc in libris conlectaneis Attei Capitonis inuenitur, & Cato id vocabulum indubitanter apposuit. Hæc Nonius. Vide Gell. lib. 20. cap. 2.

SITIOGAGVS, Flumen est quo Passargadas septimo die nauigatur. Oritur atque fluit per Carmaniam. Plin. lib. 6. cap. 23.

Sitis, huius sitis, fœm. gen. { δίψος, δίψα } Bibendi appetitus. Plin. lib. 11. cap. 34, Æquè est mira sanguinis & hirundinum, generi in palustri aqua sitis.

Deserta siti regio. Virg. 4. Æneid.
Anhela sitis quæ homines reddit anhelantes. Lucret. lib. 4.
Auida, Vide AVIDVS.
Insedabilis, Vide INSEDATVS.
Importuna. Horat. 1. epist. 19.
Morosa sitis, id est difficilis. Martial. lib. 14.
Rabida. Senec. Herc. Oethæo, 8.
Abluitur sitis de corpore, Restinguitur. Lucret. 4.
Accendere sitim, Vide ACCENDO.
Adduxere sitim tempora. Horat. 4. Carm. ode 12.

Ardere siti. Claud 1. in Ruff.
Auertere sitim fluuio. Silius lib. 8.
Colligere sitim, Vide COLLIGO.
Compescere sitim multa vnda. Ouid. 4. Metam.
Concipere sitim labore. Ouid. 5. Metam.
Consumi siti, Vide CONSVMO.
Defendere sitim fonte. Silius lib. 7.
Depellere sitim potione. Cic. 1. de Fin. Quum cibo potionéque fames sitisque depulsa est.
Deponere sitim in vnda. Ouid. 4. Metam.
Eluctus siti Tantalus. Cic. 1. Tusc.
Excessit sitim potio. Celsus lib. 1. cap. 2. Hoc est, maior largiórque quàm pro sici fuit.
Excurere sitim vndis. Senec. Herc. Oet. 8.
Explere sitim. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. Cic. de Senect. Græcas literas senex didici, quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.
Extincta est sitis bibendo. Ouid. 7. Metam.
Exurit miseros sitis. Lucret. lib. 3.
Arua siti findit Canis æstifer. Virg. 2. Georg.
Finit sitim copia lymphæ. Horat. 2. epist. 2.
Incensam siti flagrat cor. Senec. Thyeste, 1.
Leuare sitim de fonte. Ouid. 15. Metam.
Pellere sitim. Horat. 2. Carm. ode 2.
Pulsa sitis fluuio. Stat. 5 Theb.

Quærere sitim. Cic. 5 Philip. Ipse interea, & c. de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens, hæc enim ei causa esse solet declamandi.

Releuare sitim. Ouid. 6. Metam.
Restinguere sitim riuo. Virg. 5. eclog.
Sedare sitim flumine. Lucret. lib. 2.

Dúmque sitim sedare cupit, sitis altera creuit. Ouid. 3. Metam.

Sistere & Alere sitim, contraria. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1,

Nec tibi sunt fontes, laticis nisi penè marini:
Qui potus dubium est sistat, alátne sitim.

Sitis sorbet ora. Stat. 3. Theb.
Torret miseros sitis arida. Lucret. lib. 3.
Arenti siti torret arua Canis. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Vincere sitim. Senec. Herc. Oetæo, 5.
Arida sitis vrit guttur. Ouid. 11. Metam.
Visserat herbas sitis. Ouid. 4. Fast.

¶Siris, Nimia auiditas cuiuscunque rei dicitur, per translationem. Plautus,

Cupio te amplecti, neque aliter sitim iamdiu conceptam sedare possum. Cic. in Parad. Neque enim vnquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis.

Argenti sitis. Horat. 1. epist. 19.
Famæ sitis. Iuuenal. Saty. 10.
Scelerata sitis prædæ. Claud. 1. in Ruff.
Facere alicui sitim audiendi. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Sitio, sitis sitiui, sitire. Cic. in Pison. Ipse cum hominibus quindecim malè vestitis ad portam Cælimontanam sitiens peruenerim.

Ipsi fontes iam sitiunt Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17.
Gemmant vites, sitiunt agri. Cic. in Orat. Et Sitire segetes, Quintil. lib. 6. cap. 6.
Herba sitit. Virg. 7. eclog. Aret ager: vitio moriens sitit aëris herba, Idem 4. Georg.
Tellus tota sitit. Ouid. 4. Fast.

¶Sitiri, Passiuum. Plinius lib. 17. cap. 2. Sed quomodo sititur distillans.

Aquæ sitiuntur. Ouid. 1. Fast.

¶Sitire, per translationem, pro Vehementer cupere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21, Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem 5. Philip. Qui sanguinem nostrum sitiebat.

Sitiens, Participium, siue nomen ex Participio.

Sitiens voluptates. Cic. 5. Tusc. Quòque affluentius voluptates vndique hauriat, eo grauius, ardentiúsque sitientem, nónne rectè miserrimum dixeris?

Sitiens annus. Plin. lib. 13. cap. 4.
Sitientes loci. Plin. lib. 12. cap. 28.
Hortus sitiens. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9.
Sitientes aures. Cic. ad Attic. lib. 2. 29, Proinde ita fac venias ad sitientes aures.
Famæ sitiens. Silius lib. 3.
Sermonis sitiens. Claud. 8. Paneg.
Sitiens virtutis. Cic. pro Plancio, Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti.

Sitientia Africæ. Plin. lib. 10. cap. 73. Orygem perpetuò sitientia Africæ generant, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia sitientium.

Sitientia, sine adiuncto. Plin. lib. 25. cap. 11. Nascitur in sitientibus.

Sitienter, Aduerbium { διψαλεῶς } Ardenter. Cic. 4. Tusc. Nec sitienter quid experens.

Sitibundus, Adiectiuum { διψαλέος } Vehementer sitiens.

Siticulosus, pen. prod. { διψαλέος } Aliud adiectiuum idem significans. Plin. lib. 23. cap. 6, Melimela & reliqua dulcia stomachum & vêtrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed neruos non lædunt.

Siticulosa, loca aspera & arida. Colum. de Arb. cap. 16, Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt. Idem lib. 3. cap. 11, Id autem solum vel vligino sum est, vel salsum, vel amarum, & vel siticulosum, & peraridum.

Apulia siticulosa. Horat. Epod. 3.

Sitlæ { σίτλαι } Aurium muliebrium ornamentum apud Dores, teste Polluce lib. 5. cap. 16.

Sitocomia { ἀπὸ τῦ σῖτος } Quod frumentum significat. Est etiam σῖτος annua pensitatio, ad alimentum viduarum, pupillorum & militum;

quæ à Curatoribus bonorum, vel Sitarchis, vel à viris vxoribus repudiatis. Hinc opinor Sitocomiæ verbum eductum, quod in solis Ciuilis iuris voluminibus legimus, pro σιτοδοσία, id est largitione frumenti: aut vt ait Vlpianus pro Sitonia. l.ij. De vacatoin. muner. lib.50. Pandect. tit. 5. Alciatus in libris posterioribus Cod. Sitocomiam nomen magistratus esse dicit, eius scilicet qui frumenta & annonam curabat.

Sitonia, æ, ab Vlpiano Res frumentaria, in l. Sextum decimum ætatis. De Vacatione & exeuiat. muner. lib. 50. P. tit. 5. meo iudicio, appellatur. Sextum decimum (inquit) ætaris annum agentem ad munus Sitoniæ vocari non oportet. Idem Vlpianus in l. ij. de Administrat. rer. ad ciuit. per. lib. 50. P. tit. 8. de huiusmodi munere copiosè disseritsseum si placet legito, Antonianus.

Sitostasius dicitur in Codice Iustiniani, qui vendendo frumento præest, cerámque stationem seu locum ad illud officium exercendum tenet. Honorius Imp. In æstimatione frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quicquid decreto elogij in Sitostasij munere, eminentia tua disposuit, imperiali authoritate roboramus. Ex l. j. De frumento Alexandrino lib. 11. Cod. tit. 27. Quo in loco studiosè se torquet Alciatus cum Pyrrho.

SITTACENE { σιττακηνη } regio Asiæ, Medis ad meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacene autem appellata à Sittace vrbe regionis totius capite. Plin. lib. 6. cap. 26. & 27.

Sittybus. Vide Pingere, per translationem, &c. in PINGO.

Situla, situlæ, pen. corr. { γαυλὸς } Cista qua populi suffragia in creandis magistratibus legibúsque ferendis colligebantur. Plaur. Casin.

Sortiar illa in situla.

Situla etiam vas ad hauriendam aquam accommodum, quòd aquam sitiar. Plaut. Amphitr. 8. Idem Casina, 7,

Et situlam huc tecum affertò eum aqua, & sortes.

Situlus aquarius. Cat. cap. 10. & 11.

Sitella, sitellæ, Diminut. { γαυλίδιον. } Plaut. Casin. 8,

Conicism sortes in sitellam, & sortiar

Tibi & Chalino. Cic. pro Corn. Balbo, Neque maius est legere codicem quum intercedatur, quàm sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Liu. 5. bel. Pun.

Situatus, pen. prod. à Situo, situas, situare. Florus libro 2. cap. 18, Numantia edito in cumulo apud flumen Durium situata.

Situs, sita, situm { κείμενος } Positus. Plaut. Capt. 11,

Res omnis in incerto sita est. Terent. Phorm. 1. 2,

Ea sita erat ex aduerso.

Situs in. Liu. 30. bel. Pun. Ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est

In te spes omnis Hegio nobis sita est. Terent. Adel. 3. 4.

Situm est in te. Cic. 1. de Fin. Est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Terent. And. 1. 5.

Situm in potestate. Cic. 4. Acad. Aut ei sensus adimendus est, aut ea quæ in nostra potestate sita, reddenda assensio.

Sita potestas in te. Cic. pro Murena, Quanquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totam Remp. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis.

¶Situs, pro Conditus. Tacitus lib. 3. Vrbémque Philippopolim à Macedone Philippo sitam. Idem lib. 19. Iisdem rursus vestigiis situm est.

Ara sita Druso, pro Posita, siue constituta Druso Tacit. lib. 2.

¶Siti (inquit Cicero lib. 2. de Legib.) dicuntur ij qui conditi sunt, nec tamen eorum antè sepulchrum est, quàm facta iusta & corpus incensum est. Liu. 6. bel. Pun. Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus vim atque iniuriam Ætolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt.

Situs huius situs, masc. gen. { θέσις } Positus, siue Positio, & qualitas loci. Virg. lib. 1. Georg.

Et segnem patiere situ durescere campum. Id est, sicut stat. Cæsar 1. bell. Gall. Situm castrorum cognoscere. Ibidem, lib. 3 Erant eiusmodi ferè situs oppidorum. Cic. 6. Verr. Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portúque ornata sit, ab his rebus quibus iste delectatur sanè vacua atque nuda est.

Situs membrorum. Cic. 1. Tuscul.

Terrarum situs dicere. Horat. 2. epist. 1.

Regalis situs pyramidum. Horat. 3. Carm. ode 30.

Aquilonius situs, Vide AQVILO.

Cæruleo tenebrosa situ rellus. Val. Flac. lib. 3.

¶Situs { ὕφος } Est etiam, vt ait Seruius in lib. 6. Æneid. lanugo ex humore procreata, quæ fit in locis sole carentibus. Donatus, Situs est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fluunt species vno loco & prolixo tempore constitutæ. Valla lib. 6. Situs sordes illa & illuuies, qualis nascitur inter opaca domus quæ diu non repurgatur. Plin. lib. 21. cap. 6, Pessimum crocum, quod situm redolet. Plin. in Paneg. Datur intueri pulcherrimas ædes deterso situ adauctas, ac vigentes.

¶Situs { ἀνυσμός } Est etiam in vultu, capite, totóque corpore & habitu, præsertim inopum, qualem Lucanus describit lib. 6.

Fœda situ macies. Virg. 7. Æneidos,

Sed te victa situ, verique effœta senectus. Id est senio & nihil agendo corrupta. Ex Valla lib. 6.

Situs in vetustate senrit celerrimè malobathrum. Plinius libro 12. capite 26.

¶Situs, in vitibus. Colum. lib. 4. cap. 24, Iam verò muscus, qui more compedis erura vitium deuincta comprimit, sitúque & veterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.

Loca senta situ, Squalida Virg. 6 Æneid.

Araneosus situs. Catul. ad Thalum, 22.

Immundus situs. Ouid. 1. Amor. eleg. 12.

Iners situs, Ignaua desidia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

Informis situs & deserta vetustas. Horat. 2. epist. 2.

Longo ævi situ qualitatem cæli statúmque mutati. Columel. lib. capite 1.

Turpi situ caneſcunt tecta. Ouid. 1. Amor. eleg 8.

Corrumpi situ, Vide CORRVMPO.

Depellere situm curis. Stat. 5. Sylu. 3.

Detergere situm ferro. Silius lib. 7.

Ducere situm. Quintil. lib. 1. cap. 2, Excitanda mens & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis, aut languescit, & quendam velut in opaco situm ducit, aut contrà tumescit inani persuasione.

Ereſi situ ligones. Claud. 2. Paneg.

Horrent situ campi. Claud. 3. de raptu Pros.

Cano situ obductus color, Vide OBDVCO.

Obrutum situ vetustatis, Vide OBRVO.

Obsitus situ. Pater culus lib. 2. Sepulcr, ac situ obsitæ, iustitia, æquitas, iadustria, ciuirati redditæ.

Pati situm indignum. Stat. 3 Theb.

Pigro situ perit forma. Ouid. 2. Amor. eleg. 3.

Rigido situ relicta ceſſat terra. Ouid. 3 Trist. eleg. 10.

Fœdo situ squalent sceptra. Claud. 1. de raptu Proserp.

Siue { ϑὲ, εἴτε, ἤτοι } Coniunctio, quum ex Si & ve composita sit, duorum generum vim simul obtinere videtur. Itaque quum orationem inchoat, minimè mirum est, si præter morem aliarum coniunctionum tres minimum sensus postulat, quum & Si continuatiua suam apodosin, & ve alteram disiunctiuam exigat: vt Siue me amas, siue odisti, non magnæstimo. Aliquando quatuor. Ouid. 1. epist.

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum,

Antilochus nostri causa timoris erat:

Siue Menœtiaden falsis decidisse sub armis:

Hebam succeſſu posse carere dolos. In qua figura norandum est solere eleganter cum protasibus apodoses misceri. Ex Linacro.

Siue interdum non geminatum. Horat. Satyr. lib. 2. Sat. 5,

-turdus

Siue aliud priuum dabitur tibi, deuolet illuc. 1. Carm. ode 6,

Cantamus vacui, siue quòd orimur, &c, Sic aliis plerisque in locis, & apud alios quoque authores.

Siue, Disiunctiua coniunctio. Terent. And. 1. 3,

Siue ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo est. Cic. 4. Acad. Quamobrem siue ru probabilem visionem, siue improbabilem, & quæ non impediatur, vt Carneades volebat, siue aliud quid proferes, &c.

Siue, cum subiunctiuo. Plin. epist. 41. lib. 2, Quæ præstant multarum vrbium faciem, siue ipso mari, siue littore vtare.

Siue, Aliquando explanandi vim habet, siue declarandi. Quintil. lib. 1. cap. 6, Vt Aristarchus & ætate nostra Palæmon, qui vocabulum siue appellationem nominis subiecerunt.

Siue dolo: subaudi, id fecerit: sequente Seu. Virg. 2. Æneidos,

Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.

Siue etiam, pro Vel etiam. Cic. ad Qu. frattem, lib. 1. 1, Contráque erigas ac resistas, siue etiam vltra occurras negotiis.

Siue, quinquies repetitum. Quintil. lib. 11. cap. 3, Manus sinistra nunquam sola rectè gestum facit, dextræ se frequenter accommodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue aueſis in sinistrum palmis abominamur, siue obicimus aduersas, siue in latus vtrumque distendimus, siue satisfacientes, aut supplicantes.

S M

Smaragdus, smaragdi, masc. gen. { σμάραγδος } Gemma qua oculorum acies recreatur, eáque nihil viridius. Plin. lib. 37. cap. 5 Smaragdos verò tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant, &c. Martialis lib 5,

Sardonicas, smaragdos, adamantas, iaspidas, vno

Portat in articulo.

Claris smaragdis lucens solium. Ouid. 2. Metam.

Grandes viridi cum luce smaragdi. Lucret. lib. 4.

Graues smaragdi. Claud. de Nupt. Honorij.

Virides smaragdi. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Smaragdinus, penult. corr. Adiectiuum { σμαραγδινὸς } Quod factum est ex smaragdo.

Smaris, smaridis { σμαρὶς } Pisces exigui genus, mari peculiare, quod Theodorus ex Aristotele Cerrum vertit. Plinius lib. 22. cap. 1, Muliebrius copiam facit Glauciscus è iure sumptus, & Smarides cum ptisana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

Smegma, smegmatis, pen. corr. neut. gen. { σμῆγμα } Dicitur omne illud quod purgat, à σμήχω, purgo, abstergo. Plin. lib. 22. cap. 25, Si verò cælesti aqua discoquantur, succus ille smegma fit: quo foueri gangrænas, vtilissimum.

Smegma, Detersorium medicamentum. Plin. lib. 24. cap. 7. Irena mastiche lentisci replicaudis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & smegmata adhibetur.

Smegmaticus, penult. corr. Adiectiuum { σμηγματικὸς. } Plinius lib. 31. cap. 7. Sudorem ciet, aluum soluit in vino & aqua, acopicis & smegmaticis vtilis. Hoc est, medicamentis quæ lassitudinem tollunt, & detersoriis.

Smecticum { σμικτικὸν } Dicitur quod habet vim abstergendi & purgandi. Vnde Smectica vis, quæ & smegmatica. Plinius libro 30. capite 4, Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit smectica vi.

SMERDIS, Cambysæ Persarum regis frater quem cùm Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentem, meruens ne regnum occuparet, occidi iussit. Fuit & alter Smerdis Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse adsimulauit eóque astu in regni successionem irrepsit. Regnauítque aliquot menses, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, conspiratione septem optimatium est interfectus. Herodotus lib. 2.

Smilax, smilacis, penultima corr. fœmin. generis. { σμίλαξ } Arbor. Plinius

Plin. lib. 16. cap. 10. Similis etiamnum his aspectu est taxus minus virens, graciliſque & tristis ac dura, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Et paulo pòst, Hanc Sestius smilacem à Græcis vocari dixit, &c. Vetus codex habet milacem. Dioscor. lib. 4. cap. 83, Smilax à Græcis, Taxus à Latinis appellatur, &c.

Smilax { μίλαξ, σμίλαξ } Genus herbæ densis geniculatæ caulibus, spinoſæ, fruticoſæ ramis, folio hederaceo, flore candido, oleute lilium, infaustæ omnibus sacris atque coronis. Plin. lib. 24. cap. 10, Smilax quoque qui & Nicophoros cognominatur, similitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. Alterum, &c. Hactenus Plinius, Smilacum autem multa genera. Est enim hortensis, quæ nostris phaseolis rubentibus à Ruellio comparatur. Est & smilax, quæ Græcis κῶα, Latinis læuis. & alia quæ smilax aspera dicitur, de qua Plin. loco superiori.

SMILAX { σμίλαξ } Puella, quæ amore Croci iuuenis tabescens, mutata fertur in herbam sui nominis, quæ similis est hederæ. Ouidius 4. Metamorphoseos.

Et Crocon in paruos versum cum smilace flores.

Smilion, smilij, vnde Smilion collyrium apud Celsum lib 6. cap. 6. Vbi eius docet compositionem. Et paulo pòst, At si crassæ cicatrices sunt, extenuat vel smilion, vel canopite collyrium. Smilij meminit & Galenus lib. 3, cap. 2, De compositione pharmacorum secundum locos. Videtur autem sic appellatum, quòd instar scalpelli seu aciculæ abscessum rumpat. Sic enim ibi ait Galenus: Aut sanè per aere pharmacum abscessum rumpere, quale est Smilium appellatum. σμίλιον. cælum vel scalprum.

SMINTHEVS { σμινθεὺς } Nomen est, quo Apollo vocitatus est: cuius duplicem originem refert Homeri interpres. Primam hanc fuisse in Chryse oppido Mysiæ. Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant. A quo exoratus deus, quum rursum placatus pestem hanc tollere veller, ad Ordem pastorem illius venit: à quo hospitio acceptus, pollicitúsque mali remedium, mures sagitiis omnes interfecit: eóque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diuertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, remplum deo constr uxit, vocauitque Apollinis Sminthei, quòd eius linguæ dialecto mures σμίνθους, vocantur. Altera talis est, Quum Cretenses aliquando coloniam deduxturi essent, ab Apolline responsum acceperunt, vt ibi vrbem conderent, vbi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt: itaque mane quum id factum viderent, memores oraculi, vrbem posuerunt, eámque Sminthias appellauerunt.

Intonsus Smintheus. Ouid. 12. Metam.

SMINTHIVM, siue Smintheum Apollinis delubrum { σμινθεῖον } Id circa Chrysam vrbem, quæ fuit in confinio Troadis & Æolidis, erat. Strabo lib 13.

Smurna, vt in Pandectis Pisanis legitur, alioqui Smyrna, ea est quam vulgus *Myrrham* appellat. Martianus libro singulari de Delatorib. relatum in l. Interdum, nec videndus est. §. Species. De Publicanis & vectigal. lib. 38. P. tit. 4.

Smyrna, Poëma Cinnæ vatis inscriptum fuit, nouem perpetuis elaboratum annis. De Cinnæ poëmate Catullus scribit,

Smyrna mei vatis nonam post denique messem

Quàm cœpta, nonámque edita post hyemem. Videtur tamen poëma obscurum fuisse, vnde Martialis scripsit,

Iudice te melior Cinna Marone fuit. Ego crediderim argumentum eius fuisse de nefandis & incestis amoribus Myrrhæ, quæ deperiit patrem suum Cinyram. Eam ego coniecturam facio ex versu vno poemaris illius, quem profert Priscianus,

At scelus incesto Cinyræ crescebat in aluo. Nam quæ Myrrha, eadem Smirna dicitur. Hæc Turneb.

SMYRNA { σμύρνα } vrbs Ioniæ in Asia, de qua Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringentos in vici modum mansit habitata: postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus, & nunc omnium pulcherrima est. Eius pars in mōte sita est, pars maxima in campo præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Viæ sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ, quadratæ, plenæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum & porticū quadratam cum Homeri templo & statua. Nam & hi maximè hunc poetam sibi vendicant, vnde & nummus quidem æneus apud eos, Homerus vocatur. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit: ad cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hactenus Strabo. Smyrna etiam à Græcis myrrha dicitur. Inde Smyrnium, herba quæ & olusatrum. Theophrastus lib. 9. cap 3. Dioscor. lib. 1. cap. 77.

Smyrnæus, Adiectiuum { σμυρναῖος } Plectra Smyrnæa, Hometica. Silius lib 8.

Smyrnion { σμύρνιον } Herba est ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens, vnde & nomen accepit, Vulgus *Leuisticum* appellat. Plin. lib. 12. cap. 15. Theophrastus lib. 6. cap. 3. Dioscorid. lib. 3. cap. 63. Smyrnion, quod in Silicia Petroselinum vocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet Apij, & stolones multos, folia latiora, subpinguia, ad terram infracta, robusta, &c.

Smyrrha, quam alij Myrrham vocant, simillima est cicutæ, caule foliisque & flore minor tantum & exilior, cibo non insuauis. Plinius libro 24. cap. 16.

Smyrus, Pisces, quem Plinius commemorat lib. 32. cap. 11. Vide Rondeletium.

S O

SOANA { σόανα } apud Ptolemæum lib. 11. dicta sunt ostia fluuij cuiusdam in Taprobane insula.

SOANDVS, locus est in Cappadocia. Strabo lib. 14.

SOANES, Scythiæ populi sunt. Strabo lib. 11. Soanes veneno ad spicula mirificè vtuntur, quod eos etiam, qui non venenatis sagittis saucij sunt, odore offendit.

SOBOLATAE, est Sabæorum ciuitas ad mare rubrum, includens suis muris templa sexaginta. Plin. lib. 6. cap. 28.

Soboles, sobolis, pen. corr. fœm. g. { ὕπαρσις } Successio, aut rectius propago dicitur: ab olescendo, id est crescendo, vt quidam putant, dicta. Plin. lib. 10. cap. 74. Amor vtrique sobolis æqualis.

Propagatio & soboles. Cic. 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus & iam plures propinqui: quæ propagatio & soboles origo est Rerumpub.

Noua soboles. Stat. 3 Sylu. 1,

Chara deûm soboles. Virg. eclog. 4.

Suscepta soboles. Virg. 4. Æneid.

Densior soboles. Virg. 3. Georg.

Robur & soboles militum interiit, Pollio Cic. lib. 10 33.

Soboles in plurali. Cic. 3. de Legib. Censores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniásque censento. Colum. lib. 9. cap. 14. de apibus, Ne nouæ soboles diffugiant. Gel. lib. 19 cap. 12, Soboles vitium è radicibus caudicum super terram fusas reuellentem. Gallicè, *les fourgeons, les iectons, ou reiectons.*

Soboleſco, soboleſcis { ὑποφύομαι } soboleſcere. Liu. 9. bell. Pun. Illis Romanam plebem, illis Latium iuuenturem præbuisse maiorem semper, frequentioremque pro tot cæsis exercitibus soboleſcentem.

Sobrinus, sobrina, pen. prod. { ἀνεψιὸς } Sobrini, duarum plurimúve sororum filij, quasi sororini dicuntur. Iustinianus lib. 3. Iustit. tit. 6. de grad. cogn. Item sobrini, sobrinæ, id est qui quæve ex fratribus vel sororibus, patruelibus vel consobrinis, vel amitinis progenerantur. Plaut. Pœnul. 16,

Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit. Terent. And. 4. 6,

Quem video? ésne hic Crito sobrinus Chrisidis? Vbi Donatus, Sobrini, sunt consobrinorum filij: nam sic dicit Menander. Verùm, vt alij putant, de sororibus nati: vt sint sobrini, quasi sororini. Cic. 1. Offic Sequuntur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum sobrinorúmque, qui cum vna domo iam capi non possunt, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Sobrinus est patris mei consobrini filius, & matris consobrinæ filius. Paulus. Festus: Sobrinus est, vt ait Gallus Ælius, Patris mei consobrini filius, & matris meæ consobrinæ filius. fœmina isdem de causis appellat fratrem & fratrem patruelem, & consobrinum propius sobrino & sobrina Iidem gradus in sobrina quoque sunt.

Sobrinus, pro quocunque cognato. Terent. Phorm. 2. 3,

Eho tu, sobrinum tuum non noras? Hunc superius paulò, cognatum vocauerat.

SOBRIVS vicus Romæ: Paulus ex Festo: Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quòd in eo taberna nulla fuerit, vel quòd in eo Mercurio, lacte, non vino supplicabatur.

Sobrius, Adiectiuum { νηφάλεος, νηφάλιος } Qui in cibo ac potu temperans est, quasi sine ebrietate: item qui non est actu ebrius. Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij. Hic sobrium vinolento opposuit. Idem in Oratore Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

Sobrius, Sanæ mentis. Terent. And. 4. 5.

Tu pol homo non es sobrius.

Cor sobrium. Plaut. Truculi. 18.

Mens sobria. Claud. 1. in Eutrop.

Nox sobria. Propert. lib. 3. eleg. 17.

Opera sobria. Plaut. Persa, 17,

Ædepol dedisti virgo operam laudabilem,

Probam, & sapientem, & sobriam.

Paupertas sobria. Claud. 7. Paneg.

Pocula sobria. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Rura sobria, In quibus vinum non nascitur. Stat. 4. Sylu. 1.

Terræ sobriæ, In quibus vineta succidi iusserat Domitianus, vt est author Sueton. in Domitian. Stat. 3. Sylu. 3.

Verba non sobria. Martial. lib. 1. epigr. 84. in Protillum.

Sobriè, Aduerbium, Temperanter. Cic. 1. Offic. Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac mollicer viuere: quámque honestum, parcè, continenter, feuerè, sobriè.

Sobriè, Prudenter. Plaut. Pseud. 14. Idem Milit. 10,

Hæc præcepta sobriè vt cures face.

Sobriè & frugaliter accurare rem aliquam. Plaut. Persa 3.

SOCCVS, socci { ἐμβάτιον } Genus calceamenti, à sacco deductum ad cuius similitudinem erat factum, ita quòd ligatum supra pedem, plicas multas per totum effundebat.

Soccis vtebantur viri, quemadmodum etiam mulieres. Plautus Bacchid. 5,

Sed diuésne est illic Theotimus? 6. etiam rogas,

Qui soccis habeat auro suppactum solum? Idem Ciſtel. 10,

Sed is hâc, aut hâc: socci video vestigium

In puluere. Terent. Heaut. 1. 1,

Affido: accurrunt serui, soccos detrahunt. Cic. pro Rab. Posthumo, Consularis homo soccos habuit & pallium. Idem 3. de Orat. Sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset se sua manu confecisse.

Lutheus soccus. Senec. Hippol. 3.

Muliebris. Sueton. de Cal. cap. 52.

Adimere soccos, Vide ADIMO:

Calceare soccis, Vide Calceo, in CALX.

Soccis vtebantur & Comœdi. Horatius; Hunc socci cepere pedem. Plin. lib. 7. cap. 30. Magnum & Menandro in comico socco testimonium regum Ægypti, & Macedoniæ contigit. Quintil. lib. 10. cap 2. Horat. de Arte,

Indignatur item priuatis, ac propè socco

Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ. Idem 2. epist. 1,

Quàm non adstricto percurrat pulpita socco.

Risus socci, & Luctus cothurni, contraria. Claud. in Eutrop.

Socculus, socculi, penult. correp. Diminutiuum { ἐμβάτιον. } Sueton. in

Vitellio,cap.2. Pro maximo munere à Meſſalina perijt, vt ſibi ædes præberet excaleandos: detractúmque ſoeculum dextrum, intexa togam tunicáſque geſtauit aſſidué. Plin. lib.9.cap.35.

Soceatus, pen. pro. Adiect. Seneca lib.2.de Benef.cap.12. Patum fœdè furioſéque ſuperbus fuerat qui de capite viri Conſularis ſoccatus audiebat,&c.

Socer, ſoceri,pe.cor.m.g.{ πενθερός, γαμβρός, ἰδιωτικὸς, } Vxoris meæ pater. Cic.1.Offic. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij,cum ſoceris generi non lauantur. Sic.2. Tuſc. Abſocer, is, §.1.Rer.amotar.

Gener & ſocer. Ouid.1. Meram.

- non hoſpes ab hoſpite tutus

Nec ſocer à genero.

Magnus ſocer, Vide MAGNVS.

Socerus, ſoceri, { ἰδιωτικὸς, } Idem. Plaut. Menæch.20, Abijt ſocerus, abijt medicus, nunc ſolus ſum.

SOCHIS {σῶχις} Ægypti rex, qui numini ſolis apud Heliopolin obeliſcos quatuor quadraginta octo cubitorum longitudine dedicauit: Plinius lib.36.cap. 8.

Socialis, Societas, Socio, Vide SOCIVS.

Socienus pro ſocius, Vide in SOCIVS.

SOCION {σωκίων} philoſophus Peripateticus, genere Hiſpanus, ſcripſit ἀκροα ἀμαθείας id eſt Cornu copiæ, librum multæ variæque doctrinæ. Author Gellius.

Socius, ſocij { ἑταῖρος, σύμμαχος, ἑταῖρος, ὁμότροπος, κοινωνὸς, παραστάτης, σύζυγος, συμμαχικὸς } Socij dicuntur qui pari conſilio & authoritate rem aliquam ſimul aggrediuntur: vel etiam qui in re ſeria & laboriosa, aliquorum pares ſunt. Vnde ſocij Pop. Rom. dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, vt pacis ac belli participes eſſent. Plin. in Panegy. Bellorum iſtud ſociis, olim periculorum conſortibus, parcè tamen tribuebatur. Cic.5.Verr. Nam ſocij putandi ſunt quos inter res communicata eſt.

Nauales ſocij, Vide NAVIS.

Iugales ſocij. Silius lib.16. De equis dixit.

Conditione ſocij. Cic.3. Verr.

Ad malam rem ſocius, & ad ſalutem. Plautus Aſin. 7. Idem Ciſtella. 10.

-ſociam te mihi opto

Ad meam ſalutem.

Hoc eſt volo vt me adiuues.

In negotio aliquo ſocius. Terent. Heaut.3.1,

-atque æquali ſuo

Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotiis.

Conſiliorum ſocius & particeps conſiliarius. Plautus Milite 14. Cic. Attico, lib. 11. 224, Ex eo minus quòd huius conſilij iam ne ſocium quidem habeo quenquam.

Culpæ ſocius. Cic. Attico, lib. 11.222. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ ſocium.

Doloris & periculorum ſocius. Plin. lib.35. cap. 11. Cic. ad Seruilium, lib. 13.72, T. Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum ſocius.

Flagitiorum & rapinarum ſocius. Cic.4.Verr. Te omnium Siculorum patronum vna Mamertina ciuitas ſocia furtorum ac flagitiorum tuorum publicè laudat.

Hereditatis ſocius, apud Plinium iuniorem in Panegy.

Operum ſocij. Horat.2.epiſt.1.

Regni ſocij. Lucan. lib.1.

Noſtri ſocius ſanguinis. Cic. 2. Tuſc.

Titanum ſoboles ſocia noſtri ſanguinis. Ex poëta.

¶ Addere ſe ſocium alicui. Virg.2. Æneid.

Adhibere aliquem ſocium ſibi. Virg.8. Æn.

Adiungere ſibi ſocium, Vide ADIVNGO.

Pars amiſſa ſociorum. Ouid.14. Metam.

Aſciſcere ſibi ſocios, Vide ASCISCO.

Adſcribere ſe ſocium. Cic. ad Attic. 14.

Capere aliquem ſocium conſiliis. Virg.5. Æneid.

Habere ſocium. Cic. Famil. 1.

Inferre ſe ſocium. Virgil. 4. Æneid.

Profiteri ſe ſocium Cic.3. Famil.

Recuſare ſocium. Senec. Agamem.7

Socia, ſociæ.f.g. {ἑταίρα} Ouid 10. Metam.

Appellátque tori ſociam.

Thalami ſocia. Senec. Hippol.8.

Aſſumere ſociam. Plaut. Sticho, 3.

Socius, Adiect. { σύμμαχος, κοινωνὸς } vt Acies ſociæ, Vide ACIES.

Agmina ſocia. Virg. 2. Æneid.

Arma ſocia ferebat auxilio. Silius, lib.7.

Claſſis ſocia. Ouid.13. Metam.

Honor ſocius. Ouid.13. Metam.

Linguæ ſociæ commercia. Ouid.5. Triſt.eleg.11.

Nox ſocia, Quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. Philipp. Quum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterêre. Aliter vſus eſt Statius 3. Sylu. 5.

Quid mihi mœſta die, ſociis quid noctibus vxor

Anxia, &c. Id eſt quas ſimul tranſigimus.

Sanguis ſocius. Ouid.2. Amor.eleg. 14.

Sermo ſocius. Ouid.1. de Arte.

Vrbe ſocia frui. Virgil.lib.3. Æneid.

Socij, Publicani eiuſdem ſocietatis. Nam publicanorum erant ſocietates, quæ publica vectigalia redimebant, conducebántque à Cenſoribus, vt ſæpe apud Ciceronem leges, vt in Bruto. Quum in ſylua Scantia facta cædes eſſet, notíque homines interfecti: inſimularetúrque familia, partim etiam liberti ſocietatis eius, quæ pecuarias de P. Cornelio, L. Mummio Cenſoribus redemiſſet: decreuiſſe ſenatum, vt de ea re cognoſcerent & ſtatuerent conſules: cauſam pro publicanis accuratè elegantérque dixiſſe Lælium. Paulò pòſt, Tum Lælium, quum eum ſocij domum reduxiſſent, egiſſéntque gratias, &c. Paulo pòſt, Itaque multis querelis, multáque miſeratione adhibita, ſocios omnibus approbantibus, illa die quæſtione liberatos eſſe.

Socij Latini, dicebant veteres coniunctè, cùm tamen & de ſociis, id eſt Italis extra Latium, & de Latinis intelligerent: ſicuti, æquum bonum, copula omiſſa, pro æquum & bonum. ſic Socij Latini nominis, pro ſocij, & qui erant Latini nominis. nam Latini, cùm ipſi quoque ſocij eſſent, proprio tamen nomine à reliquis Italis diſtinguebantur, & proprio etiam iure fruebantur. vnde, ius Latij, & ius Italicum, diuerſe poſita. erat igitur ſocij nomen generale, ſicuti & fœderati. tam enim ſocij fœderatíque Latini, quàm reliqui Itali. Liuius lib. XLI. Mouerunt ſenatum, inquit, legationes ſocium nominis Latini. ſumma querelarum erat: Ciues ſuos, Romæ cenſos pleroſque Romam commigraſſe: quod ſi permitteretur, perpaucis luſtris futurum, vt deſerta oppida, deſerti agri nullum militem dare poſſent. dixit ſocium nominis Latini, pro, ſociorum, & nominis Latini. quod idem Liuius ibidem oſtendit: ſubiungit enim: Lex ſociis, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent. ea lege malè vtendo, alij ſociis, alij populo R. iniuriam faciebant. nam & neſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſquibus Romanis in eam cõditionem, vt manu mitterétur, mancipio dabant, libertíſque ciues eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ciues Romani fiebant. hic duo ſunt animaduertenda: primum, de quibus dixerat, ſocium nominis Latini, de iiſdem intuliſſe, ſociis, ac nominis Latini: deinde, cùm in eo, Sociis, ac nominis Latini, diſtinxiſſet, ac ſeparaſſet ſocios à Latinis, vno tamen poſteà nomine ſimul omnes comprehendiſſe, cùm dixerit, Alij ſociis, alij populo R. iniuriam faciebant. appareat, quanquã Latini ac reliqui Itali non eodem iure eſſent, æquè tamen omnes ſocietate iunctos fuiſſe populo R. Eſt etiam eadem de re, verſibus aliquot interiectis, eiuſdem generis exemplum. Legem, inquit de ſociis C. Claudius tulit S. C. & edixit: qui ſocij ac nominis Latini ipſi maiorêſve eorum, M. Claudio T. Quinctio cenſoribus, póſtque ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, vt omnes in ſuam quiſque ciuitatem ante cal. Nouemb. redirent. & lib. XLII. eam iiſdem loquetur, Poſthumius, inquit, conſul pro concione edixerat: qui ſocij Latini nominis ex edicto C. Claudij conſulis redire in ciuitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, & omnes in ſuis ciuitatibus cenſerentur. fexcenta ſunt huiuſmodi tum apud hunc, tum apud alios: quæ legendo, ſiquis voluerit, obſeruet. Ex obſeruationibus. P. Manut.

Socialis, & hoc ſociale, pen. pro. { συμμαχικὸς } Quod eſt ſociorum: vt Sociale bellum, Quod cum ſociis geſtum eſt. Cic. pro Fonteio, Cuius ſanguine non ſolùm Aſculanorum manus à qua interfectus eſt, ſed totum illud ſociale bellum maculæ ſceleris imbutum eſt.

Amor ſocialis. Ab effectu, quòd ſocios reddat. Ouid.7. Metam.

Anni ſociales. Ouid.2. Triſt.

Carmina ſocialia, Nuptialia carmina. Ouid.epiſt.12.

Cœtus ſocialis. Liu.7.ab Vrbe,

Equitatus ſocialis. Liu.6.bel.Pun.

Exercitus ſocialis. Liu.3.ab Vrbe,

Fœdus ſociale. Liu.4. bell. Maced.

Iudicium ſociale. Cic.4. Verr. Primùm ſi ita eſſet, tamen vos in quæſtione de pecuniis repetundis, quæ ſociorum cauſa conſtituta eſt, lege iudicióque ſociali, ſociorum querimonias audire oporteret.

Iura ſocialia lecti Ouid.3. Amor.eleg.10.

Res ſocialis. Senec. de Benefic. lib.5. cap. 11. Beneficium dare, ſocialis res eſt: aliquem conciliat, aliquem obligat. Sibi dare non eſt ſocialis res: neminem conciliat, neminem obligat.

Sacra ſocialia. Ouid.epiſt.20.

Torus ſocialis. Ouid.2. Faſt.

Socialitas, pen. cor. ſocialitatis, {τὸ συμμαχικὸν.} Plin. Iunior in Paneg. Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eadémque illa ſocialitas intereſſet?

Socialiter, pen. cor. Aduerb. { συμμαχικῶς. } Horat. de Arte,

- non vt de ſede ſecunda

Cederet, aut quarta ſocialiter.

Societas, pen. corr. ſocietatis, { ἑταιρία, κοινωνία, συμμαχία, καπνὸς } Quaſi participatio, quæ fit dum ſocium ad aliquod negotium gerẽdum nobis adiungimus. Cic. pro Roſc. Comœdo, Quum præſertim ex tua oratione, quodcunque tibi peteres, huic peteres: quodcunque tibi exigeres, id in ſocietatem reciderer. Idem 5. Verr. Primùm eam, quum poſita eſſet apud eas ſocietates vnde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt.

Societas rei alicuius cum altero. Cic.1. Verr. Video enim permulta eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre eiuſmodi eſt, vt ea in accuſando attingere non audeas.

Captioſa ſocietas, Vide Captio in CAPIO.

Interior & propior ſocietas, Vide INTRA.

Infida regni ſocietas, Vide INFIDVS.

¶ Accedere ſocietatem alicuius, Vide ACCEDO.

Accipere ſocietatem, Vide ACCIPIO.

Adiungere aliquem in ſocietatem, Vide ADIVNGO.

Aſſumere in ſocietatem, Vide ASSVMO.

Auctus ſocietate. Tacit. lib.20.

Coire ſocietatem, Vide COEO.

Coire ſocietatem ſalutis & periculi cum aliquo. Cic. pro Rabirio perduel. reo. An cum Mario, Scauro, Catullo, Metello, Scæuola, cum bonis denique omnibus coire non modò ſalutis, verùm etiam periculi ſocietatem?

Cum eo voluntariam ſocietatem coibas, qui te in hereditaria ſocietate fraudarat. Cic. pro Quintio,

Coitur ſocietas. Cic. pro Roſc. Amer.

Colere ſocietatem fide. Cicer. pro Quintio, Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur, &c.

Componere ſocietatem, Vide COMPONO.

Conferre ſe in ſocietatem, Vide CONFERO.

Confirmare ſocietatem. Cic. Philipp.2.

Conſtare ſocietatem, Vide CONSTO.

Coniunctus ſocietate. Cic.1. Acad. Hominem eſſe cenſebant quaſi partem quandam ciuitatis & vniuerſi generis humani, cùmque ei ſe coniunctum hominibus humana quadam ſocietate.

Connocare ad vitæ ſocietatem, Vide CONVOCO.

Copulare ſocietatem cum deo, Vide COPVLO.

Deuincire ſocietatem. Cicero 1. Offic. Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem.

Dirimere ſocietatem. Cic. pro Domo ſua, ad Pontif. Hanc noſtrã coniunctionem, hanc conſpirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Facere ſocietatem cum aliquo. Cic. pro Quintio, Qui ſocietatem cum Sex. Nævio fecerit.

Gerere ſocietatem magna fide. Cic pro Quintio, Qua in re diligens erat, quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent, &c.

Habere ſocietatem. Cic. de Fat.

Implicare ſe ſocietate omnium, Vide IMPLICO.

Ingenerauit natura ſocietatem vtriſque, Vide INGENERO.

Inire ſocietatem cum aliquo. Cic.13. Philipp. Parúmque videtur, omnium facinorum ſibi cum Dolabella ſocietatem initam confiteri?

Iungere ſocietatem alicui, Vide IVNGO.

Iungi ſocietate alicui regi, Vide IVNGO.

Labefactare ſocietatem. Cic. Famil.5.

Manet ſocietas, Vide MANEO.

Paciſci ſocietatem Aſcon. Pædian.

Pangere ſocietatem, Vide PANGO.

Perſtare in ſocietate, Vide PERSTO.

Renouare ſocietatem. Cic. Famil.12.

Renuntiare ſocietatem alicui, pro Diremptam ſignificare. Liu. lib.8 bel. Maced.

Seiungere ſe à ſocietate. Cic. Fam.10.

Seruare ſocietatem. Cic.1. Offic.

Societas eſt. Cic. pro Quintio, Quum annos iam plures ſocietas eſſet, & quum ſæpe ſuſpectus Quintio Nævius eſſet, &c.

Venire in ſocietatem. Cic. Famil.9.

Socienus, ſocieni { συμφάστης } Idem quod Socius, antiquè. Plaut. Aulul 24,

Ibo intrò, atque illic tuo ſocieno iam interſtringam gulam.

Socio, ſocias { συμπλήκω, συναγελάζω } ſociare, Quaſi ſocium ſocio apponere, adiungere, coniungere. Colum lib.3. cap 3, At ſiqui cum ſcientia ſociauerit diligentiam. Liuius 9. bel. Maced. Eos eſſe qui aut coniurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. Cic. pro Flacco. Quid ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? Silius lib.1. Et ſe participem caſus ſociarat in omnes.

Vrbe & domo ſociare aliquem. Virgil.1. Æneid.

Cubilia ſociare cum aliquo. Ouid,10. Metam.

Curas ſociare. Valer. lib.5. Argon.

At Iuno, & ſummi virgo Iouis intima ſecum

Conſilia, & varias ſociabant pectore curas.

Dextras ſociare, & fœdere iungi. Silius. lib 11.

Iuuencos ſociare impoſito aratro. Stat.1. Thebaid.

Gaudia ſociare cum aliquo. Tibul. lib.3, eleg.3.

Vires ſociarunt iuncto aggere. Id eſt caſtris iunctis. Silius. lib.17.

Socians Participium { συναγελάζων } vt

Carmina ſocians neruis. Ouid.11. Metam.

Sociandus Aliud participium { συναγωγιστέος } vt verba ſocianda chordis. Horat.4. Carm. ode.9.

Sociatus pen. prod. Similiter participium { συμμιχθὲις } vt Fœdere lecti ſociata mihi Ouid. in bin,

Corpus ſociatum. Ouid 2. Amor. eleg.8.

Labor ſociatus. Ouid.8. Metam,

Vitem ſociatam palmite vlmus amat. Stat.5. Sylu.1.

Sociatrix penul. prod. Verbale, fœm. ge. { συμμίκτειρα } Valer. 5. Argon.

Sed me nuda fides, ſanctíque potentia iuſti

Huc tulit, ac medij ſociatrix gratia Phryxi.

Sociabilis & hoc ſociabile, penul. corre. { συναγωγὸς } Quod facilè coniungitur alteri. Plin. lib.19. cap.42. Eadem & curribus maximè ſociabilis glutino, in tantùm vt findatur antè quàm ſolida eſt. De abiete.

Sociabilis conſortio, pro ſociali. Liu.10. bel. Maced. Meliora quoque exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges ſalutarem per multa ſecula ipſis patriæque.

Socors, ſocordis, qui & ſecors dicitur { ῥᾳθυμος, ἀσύνετος } Qui nihil ſe ad probitatẽ exercet, & qui tardus vel negligens eſt in conſulendo, meditando, proſpiciendóve quid opus ſit facto: Quaſi ſine corde & ignauus. Terent. Adelph. 4.5.

Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo. Cicero 1. de Nat. deor. Vt excitaret homines non ſocordes ad veri inueſtigandi cupiditatem. Idem de Clatis Orat. Nam eius æqualem M. Glabrionem bene inſtitutum aui Scæuolæ diligentia, ſocors ipſius natura, negligéntſque tardauerat. Colum. lib.1, in Præfat. Itaque iſtam vitam ſocordem perſequitur valetudo.

Futuri ſocors. Tacit. lib.19.

Socordia, ſocordiæ, ſiue ſecordia { ῥᾳθυμία, ἀσυνεσία } Ignauia. Terent. And.1.3,

Enimuerò Daue nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ. Liu.2. bel. Pun. Sed Pœnus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis noſtra cunctatione & ſocordia iam huc progreſſus.

Induſtria, Socordiæ opponitur. Tacit. lib.2.

Socordia cæca ac ſopita. Quint. lib.1. cap.2.

Per ſocordiam. Liu.7. ab Vrbe, Cum hoſte res eſt qui heſterno die delendi omnis exercitus fortuna per ſocordiam vſus non ſit.

Abiicere ſocordiam, Vide ABIICIO.

Accedere ad maiorem ſocordiam, Vide ACCEDO.

Compellere ſocordiam, Vide COMPELLO.

Intendere ſocordiam. Tacit. lib.2., Langueſcet alioqui induſtria, intenditur ſocordia. Hoc eſt augebitur.

Socorditer, pen. corr. ſocordiùs, ſocordiſsimè { ῥᾳθύμως. } Liu.1. ab Vrbe. Ab Albanis ſocordiùs res acta.

SOCRATES penult. corr. { σωκράτης } Philoſophus Athenienſis, vnus omnium ſapientiſſimus iudicatus. Pater Socratis fuit Sophroniſcus lapidarius, mater Phanariſta obſtetrix. Qui in paupertate beatiſſimus, amicis olim audientibus, Emiſſem, inquit, pallium ſi numos haberem. Neminem poposcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, poſteà ad Archelaum Phyſicum ſe contulit. Qui animaduertens, naturalis ſpeculationis fructum nullum eſſe, inuenit primus ethicen, id eſt moralem philoſophiam, ad quam tranſiens, ferut dixiſſe, Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Author eſt Xenophon Socratem nunquam de natura rerum, neque de ſublimioribus rebus diſputaſſe, quum ea ſint ſupra cãptum hominum. Quòd ipſe præter cæteros ſuo tempore mortales, & vita caſtiſſimus, & moribus patientiſſimus fuerit, exempla vtriuſque rei conſtant. Vide Gellium. Caſtitatis illud ab Aeliano memoratur, quòd Zophitus Phyſiognomus dixiſſe ferrur, Socratem ex Phyſiognomia omnium libidinoſiſſimum eſſe: ciuibus autem tanquam falſa locutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitum dixit, ſed naturæ vim ſe animi virtute attuliſſe. Cicero tamen de Fato non laſciuum, ſed bardum ac mente ſtupidum & obtuſum dicit. Nihil vnquam ſcripſiſſe conſtat, ſed eius diſſertationes à Platone commemorantur. Dæmonem ſe habere fatebatur, qui ei futura prædiceret. Accuſatus poſtremò ab Athenienſibus, quòd de diis malè ſentiret, ac in carcere cauſam dicere iuſſus, neglexit, & Lyſiæ orationem elegantiſſimam reſpuit, vt ſcribit Cic. lib.1. de Oratore, qui pluribus perſequitur hiſtoriam de morte Socratis, eodem lib. 1. de Orat. Hic æquabilitatem in omni vita ſeruauit, vt idem ſemper vultus, eadémque frons, ſiue proſperis, ſiue aduerſis rebus exiteritr vſque ad extremum. Vide Plin. lib.7 cap.19 Ex Socratis variis in omnem partem diffuſis diſputationibus, plures fluxére diſcipuli. Et quum alius aliud apprehenderet proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, quum tamen omnes ſe philoſophos, Socraticos & dici vellent & eſſe arbitrarentur. Primùm ab ipſo Socrate Plato, à Platone Ariſtoteles & Xenocrates. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamarat, Cynica: quum ab Ariſtippo quem maximè voluptariæ diſputationes delectarunt, Cyrenaica philoſophia manauerunt. Quintil. lib.1. cap 10, Quid de philoſophis loquor, quorum fons ipſe Socrates iam ſenex inſtituilyra non erubeſcebat?

Clarus ſcientia Socrates, Vide CLARVS

De Græcis dulcis & facetus Socrates. Cic.1. Offic.

Socraticus, pen. cor. Adiectiuum { σωκρατικὸς } vt

Chartæ Socraticæ. Horat. in Arte,

Domus Socratica. Horat.1. Carm. ode.29.

Opus Socraticum. Ouid. in Ibin,

Sermones Socratici. Horat.3. Carm. ode.21.

¶ Socrates alter pictor inter cuius opera, piger qui appellatur ὀνὸς ſpartum torquens quod aſellus arrodit. Author Plinius libro 35. cap.11. Pauſanias autem dicit hunc à Polygnoto pictum. Ad hanc tabulam alludens ait Propertius lib.4. eleg.3,

Dignior obliquo funem qui torqueat oeno,

Æternúſque tuam paſcat aſelle famem.

¶ Alius Socrates Conſtantinopolitanus, qui hiſtoriam eccleſiaſticam, à tempore Apoſtolorum vſque ad Chryſoſtomum ſcripſit, quo tempore fuiſſe par eſt, vnus ex his qui in Tripartita cõnectitur hiſtoria.

Socrus huius ſocrus { πενθερός, γαμβρὸς } Vxoris mater, aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. Cic. pro Cluẽtio, Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis authoribus, funeſtis omnibus omnium.

Arida ſocrus. Claud.1. in Eutropium,

Magna ſocrus, Vide MAGNVS.

Socrus & maſcul. genere veteres dici poſſe voluerunt. Næuius Pellico,

Deſine ſocri tuo, fratri, patri meo. Nonius.

SOCVS vir Troianus Hippaſi filius, generoſus animo & corporis digni tate. Hic teſte Homero magno animo Vlyſſem vulnerauit: ſed ab eo deinde ipſe interfectus eſt.

Sodalis huius ſodalis, pen. prod. { ἑταῖρος, ἡδύποτος, συμπότης, ὁμοτράπεζος } dicitur in rebus leuioribus: & ferè in conuiuiis dicuntur ſodales quaſi ſimul edales: vel, vt quibuſdam placet, quia vnà ſedeant, & ſint ſimul in menſa. {Quintilianus in Gladiatore, Et tempeſtiua conuiuia & peruiliges iocos aduocata ſodalium turba ſolutus atque affluens agerem.

Plaut. Merc.22,

- ſex ſodales repperi,

Vitam, amicitiam, ciuitatem, lætitiam, ludum, iocum. Cicero 4. Acad. At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit.

Sodales dicti ſunt, quòd vnà ſederent, & eſſent: vel quòd ex ſuo dapibus veſci ſoliti ſint, vel quòd inter ſe inuicem ſuaderent quod vtile eſſet.

Chati ſodales. Horat.1. Carm. ode.36.

Dilecti ſodales. Ouid.4. Triſt.eleg.5.

Fidus ſodalis. Ouid.1. de Arte,

Ingrati ſodales. Iuuen. Saty.11.

Iucundus ſodalis. Ouid.1. de Ponto, eleg.9,

Primus meorum ſodalium. Horat.2. Carm. ode.7.

Se alicui sodalem facere. Martial. lib. 12,
Nulli te facias nimis sodalem.

Sodales sunt (inquit Caius Iureconf. in l. vlt. D. de collegiis & corporibus) qui sunt eiusdem collegij. Tacit. lib. 1. Idem annus nouas cærentonias accepit, addito sodalium Augustalium facerdotio, vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Tatios instituerat.

In sodalidus illis es, Vide IN.

In morbo sodalis. Cicero 3. Verr. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate. Id est eodē animi vitio tenebatur.

Turba sodalis. Ouid. 2. de Remed. amor.

Sodalitas, pen. cor. sodalitatis, f. g. {συνεταιρισμός.} Collegiū multorum, seu conuiuium. Cic. de Senect. Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Plancio, Cuiuscunque tribus largitor esset, & per consensionem magistratuum quæ honestè sodalitas nominaretur.

Pastoritia sodalitas, Vide PASTOR.

Sodalitium, sodalitij {συνέδριον} Idem. Author ad Herennium lib. 4. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum. Cic. pro Plancio, Lex Licinia, de sodalitiis.

Dulce sodalitium. Catul. de Cælio & Quintio, 95.

Fraternum sodalitium. Idem, Ibidem.

Sodalitium sacrilegij. Cic. in Saluſtium, Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegij Nigidium.

Sodes {δέομαι} Blandientis vel exhortantis aduerbium seu mauis interiectio, quasi tu dicas quæso, rogo, obsecro. Priscianus putat esse verbum: ait enim quædam verba esse, quæ in vsu deficiunt personis, vt cedo, sodes, salue, aue.

Sodes, dictum quasi si audes, vt Sis, pro Si vis. Terent. Heaut. 4. 4, At scin' quid sodes? Cic. in Oratore, Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes pro si audes, sis, pro si vis. Idem Attico lib 7. 123, Tarteſium istum tuum mihi exeunti, iube sodes nummos curare. Horatius de Arte.

SODII, populi sunt in Iberia authore Plinio lib. 6. cap. 20.

SODINVS, fluuius Capissenæ est apud Plinium lib. 6. cap. 23.

SODOMA, & Sodomum, pen. corr. & Sodoma, Sodomorum, pluraliter tantùm {σόδομα} Oppidum fuit Iudææ, de quo in Genesi. Solinus de situ Iudææ, Ibi duo oppida, vnum Sodomum, alterum Gomorrū. Hinc Sodomitæ, pen. prod. dicti sunt Sodomorum incolæ.

SOGDIANA {σογδιανὴ} prouincia Asiæ, quæ, vt scribit Ptolemæus lib. 6. cap. 12, à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, A Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt vrbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam, vt Solinus ait, Alexander tertiam condidit, ad contestandos trineris sui terminos.

SOGDONACVS, Pasinis regis Arabum pater fuit, qui Caracem vrbem Persici sinus intimam, à fluminibus infestatam restaurauit. Plinius lib 6. cap. 27.

SOGIONII populi in Alpibus, author Plin. lib. 3. cap. 20.

Sol, solis, m. g. {ἥλιος, μάτηρ, θυγάτηρ.} Plaut. 3,

Meliorem neque tu reperies, neque sol videt.

Sol, à solus fit, quòd solus ex omnibus syderibus sit tantus: vel quòd solus quum est exortus, obscuratis omnibus aliis apparet. Ita Cic. lib. 2 de Nat. deor. Græcè ἥλιος dicitur.

A primo sole, Hoc est post solis ortum. Iuuen. sat. 2. Liu. 7. bel. Punici, Postero die Romani ab sole orto in multum diem stetere in acie.

Primo cum lumine solis. Virg. 7. Æneid.

Accessus solis, Vide ACCEDO.

Defectus solis varij. Virg. 2. Georg.

Fulgura solis. Lucret. lib. 2.

Imago solis nitidissima. Ouid. 14. Metam.

Incursus solis, Vide INCVRRO.

Labores solis. Quint. lib. 1. cap. 10.

Lumina solis radiantia. Ouid. 2. Trist.

Meatus solis lunæque. Lucret. lib. 1.

Obscurario solis. Quintil. lib. 1. cap. 10. ad finem.

Occasus solis. Virg. 1. Geoig.

Ortus solis, Vide Ortus in ORIOR.

Iniqui solis plaga, Plaga seu Zona torrida. Virg. 7. Æneid.

¶ Acer sol, Vide ACER adiectiuum.

Acutus, id est, penetratiuus. Horatius 1. epist. 10.

Æstiuus. Virg. 4. Georg.

Ætherij solis orientia lumina. Virg. 8. Æneid.

Algentem rapiat cœnatio solem. Iuuenal. satyr 7. Hoc est, ab hyberno sole illustreret.

Sol alius, & idem. Alius, quia alio quotidie loco oritur, vel quia alius est dies hodiernus ab hesterno: vel quia alio colore est propter cæli, temporisque dissimilitudines. Idem autem, quia semper vnus est. Horat. Carm. seculari, Alme sol, &c.

-alúsque & idem Nascenis, &c.

Almus. Horat. in Carm. seculari.

Ardens. Virg. 2. eclog.

Assus, Vide ASSVS.

Aureus. Virg. 1. Georg.

Auricomus. Valer. 4. Argon.

Cadens. Virgil. 3. Georg.

Candidus. Ouid. 15. Metam.

Clarissimus. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Exoriens. Virg. 1. Georg.

Flammeus. Stat. 4. Sylu. 3.

Flammiger. Valer. 5. Argon.

Grauis. Horat. 2. Serm. saty. 4.

Igneus. Claud. 2. Paneg.

Incertus. Ouid. 2. Metam.

Liquitur vt glacies incerto saucia sole. Id est, debili, & parum' vehementi.

Infusus. Virgil. 9. Æneid.

Luridus, Vide LVRIDVS.

Medius operum sol. Stat. 5. Thebaid.

Nitidus, Vide Nitidus in NITEO.

Potens. Virg. 2. Georg.

Pulcher. Horat 4. Carm. ode. 2.

Purus. Horat. 3. Carm. ode. 29.

Præclarus. Lucret. lib. 5.

Rapidus, pro Veloci. Virgil. 1. Georg. Seruius.

Roseus. Claud. 6. Paneg.

Supremo sole, Id est sub occasum. Horat. 1. epist. 5.

Surgens. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Tepidus. Virg. 1. Georg.

Veniens, Oriens. Virgil. 7. Æneid.

Vernus. Ouid. 5. Trist. eleg. 12.

Abiit sol, Vide ABEO.

Accendit sol medios æstus. Virg. 4. Georg. Meridiem notat.

Admittere solem, Vide ADMITTO.

Calor solis adurit, Vide ADVRO.

Arcere solem, Vide ARCEO.

Caligare in sole, Vide Caligo, caligas, in CALIGO caliginis.

Carens sole domus. Ouid. 12. Metam.

Circumuolaitur sol magnum annum. Virg. 3. Æneid.

Collucet sol, Vide COLVCEO.

Colorat sol. Quint. lib. 5. cap. 10.

Condit se sol in vndas. Virg. 1. Georg.

Coqui sole, Vide COQVO.

Discutit vmbras sol. Virg 3. Georg.

Disipat arborem sol. Lucret. lib. 2.

Decedens sol crescentes duplicat vmbras. Virg. eclog. 2.

Exuri in sole. Cels. lib. 1. cap. 3. Siquis verò exustus in sole est, &c.

Altissimus sol exiguas fecerat vmbras. Ouid. 3. Metam.

Acri sole feruescunt terræ. Lucret. lib. 6.

Frangunt solem frigora. Stat. 1. Sylu. 5.

Igneus sol medium hauserat orbem. Virg. 4. Georg. Meridiei est periphrasis.

Radius solis inardescit nubes. Virg. 8. Æneid.

Inclinat se sol, Vide INCLINO.

Incoqui sole, Vide INCOQVO.

Insistit sol culmini ædium. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum,

Ipsa verò cryptoporticus tum maximè caret sole, quum ardentissimus culmini eius insistit.

Laxauit pruinas sole Ortus. Dissoluit gelu. Stat. 3. Thebaid.

Lustrans omnia sol. Lucret. lib. 6.

Procedere in solem & puluerem. Cic. in Brut. Processerat enim in solem & pulueren, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. De Demetrio Phalereo loquitur. Hoc est, in aspectum, in lucem, in medium, in locum vbi publicè orarer: quemadmodum milites, à quibus ducta est translatio, è tabernaculo in Solem & pulueren pugnaturi prodeunt. Vide Vmbracula eruditorum in VMBRA.

Proferre in solem, Vide IN præpositionem.

Repercussum sole lumen. Virg. 8. Æneid.

Ruit sol. Virgil. 3. Æneid.

Occiduo sole repescunt littora. Ouid. 1. Metam.

Soles, in plurali numero, pro diebus legimus. Virgilius tertio Æneidos,

Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago. Martial. lib. 10,
Fœlices, quibus vna dedit spectare coruscum
Solibus Arctois, syderibúsque ducem.
Arcti soles, Dies breues. Stat. 1. Sylu. 3.
Assiduo curata cuticula sole. Pers. Satyr. 4.
Blandi soles. Ouid. 1. Fast.
Candidi soles fulsere mihi, Id est fortunatus fui. Catullus ad seipsum, 8.
Dulces soles mihi surgunt. Valer. 4. Argon.
Hyberni soles properant se tingere Oceano. Virg. 2. Georg.
Longi soles. Virg. 9. eclog.
-sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles. Id est æstiuos dies finire, inquit Seruius.
Occidunt soles & redeunt. Catul. ad Lesbiam, 5.
Consumere longos soles cum aliquo. Pers. sat. 5.
Niger sol, Infusus. Horat. 1. Serm. sat. 9.
Sole nouo. Virg. 1. Georg. Id est oriente die & sole adhuc recenti, necdum feruenti. Seruius.
Sol nouus propriè est octauo Calend. Ian. Virg. 7. Æneidos,
Vel quum sole nouo densæ torrentur aristæ. Id est, prima ætatis parte. Seruius.
Soles, Solis splendores vel radij dicuntur. Martial. lib. 8,
Hybernis obiecta. Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.
Ætherei soles. Ouid. 1, Metam.
Incerti cæca caligine soles. Virg. 3. Æneid.
Maturi soles. Virg. 1. Georg.
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas. Id est, vehementer feruidis, magnis. Seruius. Sabinus tamen exponit festinis.
Rapidi soles. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Solibus coctus. Plin. lib. 12. cap. 5. ad finem.
Solibus expositus locus. Plin. lib. 15. cap. 5. ad finem.
Solibus ostentus locus. Plin. lib. 14. cap. 4.
Soles nocent capiti. Tibull. lib. 1. eleg. 4.
Longis solibus repenerunt syderа. Stat. 5. Thebaid.
Soles, Æstus, vel ardores solis. Horat. 1. epist. 21,
Corporis exigui, præsanum, solibus aptum.

Æstas

Æstas euocat soles. Senec. Herc. Oetæo, 5.
Altis solibus obruta hyems, Stat. 4. Sylu. 5.
Assiduis solibus perusta pars terræ. Lucret. lib. 5.
Assiduis solibus vsta arista. Ouid. epist. 5.
Perusta solibus vxor. Horat. Epod. 2.

Solifer, pen. corr. Adiectiuum {ἡλιοφόρος.} Seneca Hercul. Oetæo,
Aut qui soliferæ supposítus plagæ
Vicino Nabathæ vulnera dirigit.
Soligena, pen. corr. Adiect. {ἡλιογενὴς} Valer. 5. Argon.
-nec fama fefellit
Soligenam Aeten media regnare sub Arcto.

Solaris, & hoc solare, penult. product. {ἡλιακὸς} Quod est solis, vt Radij solares. Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id vnde digressus fuerat, rediit: quod fit ferè CCCLXV. diebus.

Lumen solare. Ouid. 5. Trist. eleg. 10.

Solaris herba, Cornelio Celso, lib. 5. cap. 27, Aduersus ictum scorpionis, ea est quæ Græcè heliotropium dicitur, quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die: tantus est eius syderis amor.

Solanus, pen. prod. Adiect. {ἡλιακὸς} Idem quod solaris. Vnde Subsolanus ventus, qui sub sole oriente nasci videtur.

Solarium locum editum significat, in quo veteres apricati & solem capere solebant, l. 13, De seruit. vrban. prædior. Macrobius lib. 2. cap. 4, De Augusto, Cum de Tyriæ purpuræ, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore: Erige altius ac suspice, his vsus est salibus, Quid ergo, vt me popul. Rom. dicat benè cultum, in solario ambulaturus sum? Veteres enim hyberno tempore valetudinis gratia in sole apricari, &, vt Seneca ait, in sole percoqui solebant, habebántque in ædibus ad eum vsum loca accommodata, quæ teste Isidoro lib. 15. cap. 3, solariorum inde nomen acceperunt. Quod & Imperator Leo confitit. vltima, tradit, Solarium etiam instrumentum id significat, quo horæ solis vmbra declarantur, vt in illis festiuis Plauti versibus, quos Gellius lib. 3. citat,

Vt illum Dij perdant, primus, qui horas reperit,
Quique adeò primus statuit hic solarium. Cicero libro 2. de Natura Deorum, Aut cui solarium descripsum, aut ex aqua cœmpere, intellegere declarati horas arte, non casu.

¶Est & solarium Sōli precium, aut census, qui pro sōlo annuatim soluitur. Vide SOLVM

Ad solarium versari, Vide AD præpositionem.

Solatus penul. prod, Adiect. {ἡλιωθεὶς} Sole correptus, quemadmodum Syderatus, qui sydere. Plin. lib. 29. cap. 6, Sic & Solstis prosunt.

Solstitium solstitij {τροπὴ, στροφὴ, θέσις} Solis statio, quum sol vltra non progreditur, sed retrocedere incipit Singulis quippe annis duo sunt solstitia, vnum æstiuum, alterum hyemale: sunt enim duo tropici, hybernus & æstiuus. Hybernus enim est, per quem sol transmittens octauam Capricorni partem, solstitium hybernum facit VIII. Cal. Ianuarias, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Æstiuus verò, per quem sol octauam partem Cancri transmittens, solstitium æstiuum facit VIII Calend. Iulij: quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos.

Solstitium veteres ferè vocant æstiuum, licèt nihil adiiciatur. Virgil. 1. Georg.

Humida solstitia atque hyemes optare serenas Agricolæ. Cic. 2. de Nat. deor. Posśétne vno tempore florere, dein vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutantibus solis accessus, discessúsque solstitiis brumísque cognosci.

Solstitium æstiuum & hybernum. Columell. lib. 7. cap 3. Magis ad rem pertinet, vt ante æstiuum quam hybernum solstitium conualescat.

Solstitium brumale. Columel. lib. 11. cap 2, Non ita procul à fine,

Sextodecimo Calend. Ianuarij, Sol in Capricornum transitum facit, brumale solstitium.

Solstitialis. & hoc solstitiale, pen. prod. {τροπικὸς} Quod ad solem pertinet, vel solstitium: vt Solstitialis circulus. Plin. lib. 2. cap. 33. Et solstitialis dies. Cic. 1. Tusc. Et solstitialis orbis. Idem 3. de Natura deorum.

¶Annus solstitialis, id est solaris. Seruius in illud lib. 4 Æneid.

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. Tribus, inquit, humana vita continetur. Natura, cui vltra centum & viginti solstitiales annos concessum non est, &c. Ambrosius Hexæmeri libro quarto, cap. 5, in fine, Solstitialis, inquit, annus est, quum sol, expleto per omnia signa circuitu, in id, vnde cursus sui duxit initia, recurrit. Annua enim fertur eius spatij totius esse perfunctio.

Solstitialis herba. Plinius lib. 26. cap. 5, Condurdon herba solstitialis, flore rubeo, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Plaut. Pseud. 3,

Quasi solstitialis herba paulisper fui,
Repentè exortus sum, repentinò occidi.

Herbam solstitialem suspicantur interpretes Plautini Heliotropium esse: de quo sic Plin. lib. 22. cap. 21, Heliotropij miraculum sæpius diximus, cum sole se circumagentis, etiam nubilo die: tantus syderis amor est. Noctu velut desyderio contrahit cæruleum florem. De hac herba, inquiunt, Forte hoc loco Plautus intellexit, alludens ad naturam herbæ, quòd sole existente super terram floreat, occidente autem florem contrahat: quasi simul cum sole stare, cúmque eo videatur occidere. Cælius solstitialem interpretatur, vitæ breuis: purátque probabilius esse, Plautum vniuersim herbas intellexisse vel flores, vno tantum perseuerantes die, aut spatio prorsum minimo: quoniam & solstitium vnius tantùm dieì est, sole videlicet Cancri obtinente partem primam. Plin. lib. 14. cap. 16, Acinorum, inquit, labruscæ pars æstu moritur prius, quàm reliqui, qui solstitiales dicuntur: vniuersi nunquam matureſcunt.

Solstitialis morbus. Plaut. Titinum, 8,

-nemo exeat qui ibi sex menses vixerit,
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt. Id est, subitaneo.

Solstitiali morbo, ait interpres, id est subuersione sensuum. Vt enim quum sol ad primam Cancri partem venit, solstitium æstiuum facit, ita plurimæ fiunt mutationes, ex vino optimo fit vapa ita hominum mentes nonnullorum auertuntur. Inde morbus solstitialis, quum repentè auersis sensibus quispiam concidit. Hæc ille. At Cælius lib. 29. cap. 4. sic: Solstitialem intelligunt ægritudinem, quam Siriasin, quādo nimia solari exustione, quæ prouenit in primis quum astrum Sirium diuexat sol, carbunculantur arbores, & intermoriuntur. Plin. lib. 17. cap. 24. Propriùm syderationis est, sub ortu Canis accitatum vapor, quum insitæ ac nouellæ arbores moriuntur, Siriasin idem Plinius nunc distillationem infantiū interpretatur, nunc aduſtionem. Libro enim 22. cap. 21, Verrucatiæ, inquit, folia infantium distillationibus, quod Sitiasin vocant, illita medentur. Libro autem 30 cap. 15, Ossibus. air, in canino fimo inuenis, aduſtio infantium, quæ vocatur Siriasis, adalligatis emendatur. Aduertendum item, quum Plin. lib. 20. cap. 2. ardores capitis dicit, Sitiasim intelligere. In infantibus priuatim Paulus Ægineta Sitiasim intelligit, vbi cerebro circumiecta inflammantur cum membranis, recedere visitur sinciput, recedere item in caunm oculi cum pallore.

Spina solstitialis. Columel. lib. 2. cap. 18, Primùm ne stirpes aut spinas validioríque incrementi herbas ineſſe patiamur: atque alias ante hyemem, & per autumnum extirpemus, vt rubos, virgulta, iuncos: alias per ver euellamus, vt intuba, ac solstitiales spinas. Cælius lib. 29. cap. 4. Columella, inquit, solstitialem vocat spinam, vel quia solstitio prouenit, vel florent, vt putant.

Tempus solstitij ale. Ouid. 6. Fast.

Solstitialis, & si à solstitio deducitur, tamen in eo sæpenumero solis tantum significatio attenditur, vt solaris sit. Liuius, Desúntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, id est solari. Et Solinus. Qua solstitiali plagæ obuia est: id est solari plagæ, & meridiei. Turnebus.

Nox solstitialis. Ouid. 2. de Pont. eleg. 4.

Solis dies, quem nos dominicum diem dicimus, sæpè in Ciuilis iuris voluminibus legitur: cùm enim septem sint Planetæ, cuilibet suum diem tribuerunt veteres: Lunæ primum, quem Lunarium dixerunt: Martí secundum, quem & Martium: Mercurio tertium ei indito Mercurij nomine: Ioui quartum, quem & Iouis diem nuncuparunt: Veneri, Veneremin: Saturno, Saturnium: à quo & Saturnalia: nos ex ritu Iudaico Sabbathum appellauimus: Postremò Solis diem, de quo in l. 3. C. de feriis. Dion libro, 37. Auson. in Edyll. l. 13. & 10 de exactionibus in C. Theod. l. 2. & vlt. C. de feriis. Nicephorus lib. 15. cap. 25. Gregor. Turonen. lib. 3. cap. 13. Aimonus libro, 2. cap. 11. De gestis Francorum.

SOLIS fons, Vide in dictione FONS Solis.

SOLIS gemma, quem ad instar solis fulgentes in orbem radios habet ἡλίου λίθος: Plinius lib. 37. cap. 10.

SOLIS insula {νῆσος ἡλίου} est in mari Indico semper rubens, & (vt Solinus refert) omni animantium generi inaccessa, quoniam eò ingressos, vis circumfusi aëris confestim exanimat: Plinus lib. 6. cap. 23, Insula, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum rubēs in qua nullum animal non absumitur.

Solis mensa {ἡλίου τράπεζα} Æthiopiæ locus apparatis epulis semper refertus, & quia vt liber, inquit Pomponius, vesci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν, id est, Solis mensam appellant: & quæ passim appolita sunt, affirmant nasci subinde diuinitus. Ad quem locum Seuerus imperator, quum Alexandriam venisset, rei fama permotus profectus est. Author Spartianus. Cælius libro Antiquarum lectionum 29. cap. 4, scribit: Solis mensam, adagio dici diuitum opulentorúmque hominum, domos omni rerum copia hubertim affluentes, expositáque inopum necessitatibus & alimentis.

SOLIS, ostia, Loca sunt ob æstum intolerabilem & aquarum longo tractu penuriam sic dicta apud Indos extremos, quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum Diodorus libro 17. scribit. Pomponius in descriptione Indiæ.

Solamen, solaminis, Vide SOLOR.

SOLANIDAE, insula est maris Arabici apud Plinium libro 6. capite 28.

Solanum, penult. prod. {στρυχνὸς} Herba quam Græci strychnon vocant, vt tradidit Cornelius Celsus. huic vis reprimendi, refrigerandíque. Plin. lib. 27. cap. 13, Sunt autem multæ solani species: est enim hortensis: est & quæ vesicaria dicitur. Item solanum somniferum, *Solatro maggiore*, herba *Bella donna* vulgò dicitur, & solanum quod manicum dicitur, de quibus videro quid Ruellius doceat.

Solaris, Solarium, Vide SOL, & SOLVM, soli.

Solatium, solarij, Vide SOLOR.

Solatum genus morbi, maximè à rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afranius. Festus.

Soldum {στρώς} pro Solidum. Martial. lib. 1,

Ex insulis, fundíque tricies soldum,
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmensi.

Soldurij, apud Gallos, pui Latinè dicuntur deuoti. Cæsar bel. Gall. lib. 3. Adcantuanus, qui summam imperij tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant: quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint: Siquid iis per vim accidat, aut eundem casum vnà ferant, aut sibi mortē consciscant. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto cuius se amicitiæ deuouisset, mori recusaret: Gallicè, *Sauldoyers. Soudars.*

Solea {ὑπόδημα, πέδη} Id genus calceorum est quo plantæ tantùm obteguntur, cæteris propè relictis nudis pedis partibus, supernè pedem vinciens ansis, quas ligulas vocant. alio nomine suberes dicuntur, & à Græcis crepidæ: licet hæc differre putent aliqui. Dictæ soleæ, quòd solo pedis subiiciantur, vt ait Festus. Plautus Casin. 16,

Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulum

In digito aurem. Cicero de Aruſp. reſp. P. Clodius à crocotta, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureſque faſciolis, à ſtrophio. Properr. lib. 2. eleg. 30.

Proſilit in laxa nixa pedem ſolea. Horat. 1. Serm. ſat. 3.

Nec ſoleas fecit, ſartor tamen eſt bonus. Catul. ad Mallium, 63, arguta conſtitit in ſolea.

Rubra ſolea. Perſ. Satyr. 5.

¶Soleæ ferreæ equis & mulis applicantur. Catul. ad Colonniam, 17,

Et ſupinam animam graui derelinquere cœno,

Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula. Suet. in Nerone, cap. 30. Nunquam carrucis minus miſſe feciſſe iter traditur, ſoleis malarum argenteis, canuſinatis mulionibus.

Soleæ ligneæ. Cic. 2. de Inuent. Quidam iudicatus eſt patrem occidiſſe: ei ſtatim, quòd effugiendi poteſtas non fuit, igneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt.

Induere ſoleas iumentis, Vide IN DVO. Plin. lib. 33. cap. 11.

Solearum lanatarum epigramma eſt Martial. lib. 14.

¶Solea, inſtrumentum oleo conficiendo aptum. Columel. lib. 12. cap. 50. Oleo autem conficiendo molæ vtiliores ſunt, quàm trapetũ: trapetum quàm canalis & ſolea.

¶Solea, Genus piſcis plani, à ſimilitudine ſoleæ. Plin. lib. 9. cap. 20. Marinorum alij ſunt plani, vt rhombi, ſoleæ, paſſeres. Plin. Iunior epiſt. 41.

¶Solea, Materia roborea, ſuper quam paries crattitiæ extruitur. Feſtus.

Solearius ſolearij maſ. ge. {κρηπιδοποιὸς} Solearum ſutor. Plaut. Aulul. 15. Solearij aſtant.

Soleatus, Cic in Verr. Stetit ſoleatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo tunicáque talari. Romani non ſolebant in publico vti ſoleis, ſed vel in triclinio, vel in cubiculo: verùm foris calceis, atque ea de cauſa crimini vertit Cicero Verri quòd ſoleatus fuerit. Meretricula apud Plautum in Truculento puerperam mentiens, & decipere militem cupiens, ſoleas poſcit, Soleas, inquit, mihi date. omniníque foris ſolea muliebre potius quàm virile calcea rhentum habebatur Catul. de Leſbia,

Arguta conſtitit in ſolea. Turnebus.

SOLEADAE populi ſunt Indum fluuium accolentes apud Plinium lib. 6 cap. 20.

Solenes. σωλῆνες, genus concharum quod & Onychas, & digitos vocamus, itémque Donacas & Aulos. Solenes dicti à canaliculata longitudine, σωλῆνες enim Græci canales appellant.

Solennis & hoc ſolenne {ἑορτὸς, ἐνιαύσιος} Quod omnib. annis præſtari debet anniuerſarium, legitimum, ordinarium, præſcriptum, in formulam redactum. Compoſitum nomen ex ſolo & anno. Valerius Max. lib 1. cap. 1. Maiores ſtatas ſolennéſque cæremonias Pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, &c. Plin. in Panegy. Peracta erant ſolennia comitiorum, ſi principem cogitares.

Aræ ſolennes. Virgil. 2. Æneid.

Auſpicia ſolennia. Claud. 2. Paneg.

Curſus ſolennis. Claud. 2. in Ruffinum,

Dapes ſolennes. Legitimæ, Anniuerſariæ. Seruius Virg. 3. Æneid.

Solennis dies. Suet. de Octa. Auguſto, cap. 53. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiuſque ſolennis frequentare deſiit, quàm grandior iam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus.

Dies ſolennis mihi. Horat. 4. Carm. ode. 11.

Epulæ ſolennes. Liu. lib. 10. bel. Maced.

Feſtum ſolenne. Ouid. 2. Faſt.

Habere ſolenne. Plin. lib. 28. cap 9. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Subaudi, adipe ſuillo.

Habitus ſolennis. Liu. lib. 7 bel. Maced.

Ignis ſolennis. Ouid. 3. Triſt. eleg. 13.

Imperium ſolenne. Virg 12. Æneid.

Iter ſolenne. Cic. pro Milone, Interim quum ſciret Clodius (neque enim erat difficile ſcire) iter ſolenne legitimum, neceſſarium, ante diem XIII. Calend. Februarij Miloni eſſe Lanuuium ad Flaminem prodendum, quòd erat Dictator Lanuuij Milo, &c.

Ludi ſolennes. Ouid 6. Faſt.

Luſtrale ſolenne exercitus. Tacit lib. 10.

Mos ſolennis ſacrorum. Lucret. lib. 1.

Opus ſolenne. Horat. 1. epiſt. 16.

Pompas ſolennes ducere. Virg. 3 Georg.

Preces ſolennes mouere. Ouid. 6. Faſt.

Sacramentum ſolenne. Tacit. lib. 17.

Sacrum ſolenne. Senec. Troade, 8.

Sacra ſolennia, inquit Feſtus, dicuntur quæ certis temporibus anni fieri conſueuerunt. Saluſt. in Catil. Sicuti in ſolennibus ſacris fieri conſueuit.

Verba ſolennia. Liu. 8. bel. Maced. Ouid. 10. Metam.

Vota ſolennia reddere. Virg. eclog. 5.

¶Solenne, pro Solitum {σύνηθες} Suet. de Auguſto cap. 44. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiſcuè ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit. Cic. ad Atticum, lib. 7. 12. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus.

Solenne & ſtatutum ſacrificium. Cic. 1. Tuſcul. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru vehi iuſſus eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta &c.

Solenne, Subſtantiuum, neut. gen. {ἑόρτιον} Tacit. lib. 12. Et funeris ſolenne perinde ac diuo Auguſto celebratur.

Inſtituere ſolenne. Liuius 1. ab Vrbe, Ibidem, Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit, ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit.

Solennia, ſolenniorum {ἑόρτια} Feſta quæ ſingulis annis certo tempore fiunt.

Magna ſolennia. Iuuen. Sary. 10.

Tumulo referre ſolennia. Virgil. 5 Æneid.

Mittere ſolenia tumulo. Virg. 6. Æneid.

Funerum ſolennia. Tacit. lib 3.

Nuptiarum ſolennia. Tacit. lib. 11.

Pietatis ſolennia. Tacit. in vita Agricolæ.

Regni ſolennia. Tacit. lib. 5.

Solennitas penul. corr. ſolennitatis {ἑορτὴ} Quæ quotannis celebratur. Gellius lib. 2. cap. 24. Per dierum varias ſolennitates.

Solennitatem peragere. Vlpian. l. Poſt mortem. D. De optionibus. Neque adoptare, nec arrogare quis abſens, nec per alium eiuſmodi ſolennitatem peragere poteſt.

Solenniter pen. cor. Aduerbium {ἐξιθύνως} Liuius 5. ab Vrbe, Ibíque omnibus ſoleniter peractis, eadem reuertens, ſimiliter conſtanti vultu gradúque ſatis propitios eſſe deos ſperans.

Solennitus, Aduerbium pro ſoleniter. Liuius Ægyſtho.

Solennitúſque adeò ditem laudet lubens. Nonius.

Soleniſtæ {σοφιστικοὶ} dicuntur qui id genus concharum piſcantur, quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus quòd primus σοφιστεύσαι, fuiſſet: deinde Demagogus, & poſtremò tyrannus effectus. Cælius lib 13. cap. 5.

Soleo ſoles, ſolitus ſum {εἰώθασι, φιλέω, ἐθίζω} ſolere, Sipontinus, Soleo, quod ſignificat conſuefacio, quaſi ſolus, hoc eſt totus eo. Terent. Andr 3. 4.

Quod vulgus ſeruorum ſoler, dolis, vt me deludetes.

¶Solui præterito vſus eſt Saluſtius lib. 2. Hiſtor. Neque ſubſidiis vti ſoluerat compoſitis. Vide Nonium.

¶Solitus pen. cor. Virgil. 2. Æneid.

-vnde omnis Troia videri,

Et Danaûm ſolitæ naues, & Achaica caſtra. Cic. de Orat. Antipater ille Sidonius, ille quem tu probè Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros alióſque vatiis modis atque numeris fundere ex tempore. Idem de Amicit. Si prius quod maximè reprehendere ſolitus ſit, edixero.

¶Solere, Conſuetudinem habere. Plaut Ciſtel. 2, -frigidam Subdolè ſuffundunt: vitis cum ſuis non ſolere prædicant.

¶Solet perſonale, vt Soler, pro Vt ferè ſit. Cic. pro Cluentio, Quum quædam in collibus, vt ſolet, controuerſia paſtorum eſſet orta. Idem 1. de Orat. Vt in conditionibus ſcribi ſolet. Ibidé 2. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt.

Solens participium {εἰώθως} Plautus Amphit. 4,

Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Et Caſina 22,

Lubens fecero, & ſolens, vt ſoleo.

Solitus, pen. corr. {συνήθης} nomen ex participio, vt Mos ſolitus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.

Labori ſolito finem impoſuere. Ouid. 6. Meram.

Solitum mel Plinio vocatur, quod è floribus colligitur, cui alterum accedit non ita ſolitum, quod exuberat ea tempeſtate, magnorum ſyderum exortu ex aëre in ſtirpes cadens. Locus Plinij eſt, Prætereà ſoliti, cùm thymum & vua florere incipiunt. In editis ſolſtitio perperàm legitur. Turnebus.

Solito, ſolitas, Frequẽtatiuum à verbo Soleo. Gell. lib. 7. cap. 1. Id etiam dicere haud piget, quod idem illi, quos ſuprà nominaui, literis mandauerint, Scipionem hunc Africanum ſolitauiſſe noctis extremo, priuſquàm diluculare, in Capitolium ventitare, &c.

Solito {τῷ συνήθει} ablatiuus à Solitus participio verbi Soleo, qui niſi, aduerbiis aut nominibus comparatiuis non iungitur. Liu. 5. bel. Pun. Reate ſaxum ingens viſum volutare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineóque ſimilis.

Blandior ſolito. Ouid. 2. de Arte.

Tardior ſolito orta eſt dies. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

Velocius ſolito currere. Ouid. 14. Metam.

Solers ſolertis, om. g. {ἀγχίνους, ἐγχείρητικὸς} Contrarium eſt Inerti, In omni re prudens, quaſi totus ars: Ingenioſus, perſpicax, ſagax. Cic. de Senect. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſtitiones: quibus nihil inuenit agricultura ſolertius. Terent. Eunuch. 2. 2.

-fac periculum in literis,

Fac in paleſtra, in muſicis: quæ liberum

Scire æquum eſt adoleſcentem: ſolertem dabo.

Sollers dictus quaſi ὅλος ἀρτὴ, id eſt totus ars ſeu virtus: Itaque prior ſyllaba rectè ſcribitur duobus ll. vt producatur: voce oſca ſollo, id eſt toto, & arte, inquit Feſtus.

Solers & ingentoſus. Cicero pro Roſc. Comœdo, Iam quo quiſque eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius & laboriоſius.

Solers & ſubtilis. Cic. 2. de Natura deorum, Solers, ſubtiliſque deſcriptio partium, quámque admirabilis fabrica membrorum.

Ambagibus ſolers. Plin. lib. 28. cap. 8.

Cunctandi ſolers Fabius. Silius lib. 7.

Ancilla ſolers. Ouid. 1. Amor. eleg 8.

Animo ſolerti rem nouam excogitare. Liu. 7. ab Vrbe.

Solerti auditu animal. Plin. lib. 8. cap. 28.

Cor ſolers. Catul. Argon. 59.

Cuſtodia ſolers. Colum. lib. 8. cap. 13.

Dimicatio ſolers. Plin. lib. 10. cap. 17.

Genus virile ſolertius eſt multo. Lucret. lib. 5.

Ingenium ſolers. Ouid. 3. Faſt.

Manu ſolerti facere aliquid. Tibul. lib. 1. eleg. 7.

Natura hominum ſolers. Ouid. 3 Amor. eleg. 7.

Prouida ſolérſque natura. Cic. 2. de Nat. deor.

Scultitia ſolers. Plin. lib. 8. cap. 36.

Vir ſolers. Ouid. in Ibin.

Solerter, Aduerbium {ἀγχινοϊκῶς} Ingenioſè, perſpicaciter, ſubtiliter. Cicero 1. de Legibus, Res ad vitam neceſſarias ſolerter conſequuta eſt. Idem 2. de Natura deorum, Præſertim cum multis partibus ſint illa perfecta, quàm hæc ſimulata ſolertius. Idem 6. Verr.

To

Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta ſolertiſſimè perſpicis?

Solertia ſolertiæ. {ἀγχίνοια, ἐπιτέχνα} In omni re prudentia & induſtria, perſpicacitas & ingeniorum acumen. In bonam & in malam partem accipitur.

In bonam. Cic. de Senect. Tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius à quo eſſent illa dimenſa, & deſcripta. Idem. 4. Acad. Negatis hoc tam politè támque ſubtiliter effici potuiſſe ſine aliqua ſolertia.

In malam partem. Cic. lib. 1. Offic. Decipere hoc quidem eſt, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Plin. lib. 14. cap. 22. Heu mira vitiorum ſolertia! Claud. lib. 3. de rapt. Proſerp.

-rerúmque remotas

Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,

Vique artes pariat ſolertia, nutriat vſus.

Adhibere ſolertiam, Vide ADHIBEO.

Sed in venatu ſolertia & ſagacitas præcipua eſt. Plinius libro 8. cap. 40.

Machinatio & ſolertia. Cic. 2. de Nat. Deor. data eſt quibuſdam etiam machinatio quædam atque ſolertia, vt in araneolis.

Belli ſolertia. Silius lib. 6.

Solertia agendi & cogitandi. Cic. 1. Offic. Sic homines ac multo etiam magis, natura congregati adhibent agendi congregandíque ſolertiam.

Mentis agitatio atque ſolertia. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Soliar, Quo ſolium tegebatur, vt toral, quo torum. Varro, Phrygio qui puluinar poterat pingere, ſoliar defingebat. Nonius.

Solicitudo pe. pro. ſolicitudinis {μέριμνα, ἀγχόνη, φροντὶς} Cura & inquietudo quæ mentibus inhæret. In verſu, duplici ll ſcribitur, vt producatur prima ſyllaba. Cic. 4. Tuſc. Solicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione. Ibidem, Nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura. Idem 3. Offic. Angores, ſolicitudines, diurni & nocturni metus. Et 2. de Diuin. Perfugium videtur omnium laborum & ſollicitudinum eſſe ſomnus.

Aculei ſolicitudinum, Vide ACVLEVS.

Altior ſolicitudo. Quintil. in Procæ. lib. 4.

Mordaces ſolicitudines. Horat. 1. Carm. ode 18.

Abducere animum à ſolicitudine, Vide ABDVCO.

Abſtrahere ſe à ſolicitudine, Vide ABSTRAHO.

Solicitudides acuere. Planc. Famil. 11.

Adducere in ſolicitudinem, Vide ADDVCO.

Adire ſolicitudinem pro aliquo. Plin. epiſt. 9. lib. 2.

Afferre ſolicitudinem. Vide AFFERO.

Afficit me ſolicitudo duplex. Cic. de Clar. Orat.

Alleuare ſolicitudines, Vide ALLEVO.

Conficere alicui ſolicitudines, Vide CONFICIO.

Demere ſolicitudinem. Tacit. lib. 18.

Solicitudines duplicare. Lucceius Famil. 5.

Exedi ſolicitudine. Cic. 1. de Finib. Eáſque ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes diéſque exeduntur, diis immortalibus ſupplicij cauſa importari putant.

Exoluere aliquem ſolicitudine. Plin. Iun. lib. 1. epiſt. 22. ad Catilium. Seuerum Vide EXOLVO.

Habere ſolicitudinem. Cic. pro Cluentio, Quicquid hoc tempore habeat ſolicitudinis ac negotij, id omne à matre eſſe conflatum.

Solicitudinem hærere in aliquo. Cic. Nec hærere in animis horum ſolicitudinem ſempiternam.

Importare ſolicitudines, Vide IMPORTO.

Diris ſollicitudinibus leuare pectora. Horat. Epod. 13.

Solicitudine liberare. Cic. ad Attic. 6.

Liberari ſolicitudine. Vide Exoluere aliquem ſolicitudine, in EXOLVO.

Omittere ſolicitudinem, Vide OMITTO.

Pati ſolicitudinem, Vide PATIOR.

Perferre ſolicitudinem. Vide Planè manè, in MANE Aduerbium.

Struere ſolicitudinem. Cic. ad Attic. lib. 5. 109, Sed dices meipſum mihi ſolicitudinem ſtruere.

Solicitudini ſubueniri. Cic. Famil. 2.

Eſſe ſolicitudini alicui. Plaut. Milit 10.

Eſſe ſolicitudini dicitur res aliqua. Terent. Phorm. 4. 1,

Scio ita eſſe, & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt.

Eſſe magna ſolicitudine. Cic. Non minore nunc ſunt ſolicitudine quàm tum erant ſtudio.

Solicitudinem ſuſtinere. Planc. Famil. 10.

Diſtrictum ſollicitudine torqueri. Horat. 2. Serm. ſatyr. 8.

Vrgeri ſolicitudine. Cic. ad Attic. lib. 6. 116, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.

Solicitus, pen. corr. Adiectiuum {μεμψίμοιρος} Inquietus, & curis affectus. In carmine, gemino ll ſcribitur, vt prima producatur. Plautus Mercur. 7,

Sollicitus mihi neſcio quare videtur.

Sollicitum eſſe & angi. Cic. ad Att. lib. 9. 173, Anteà ſolicitus eram, & angebar ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quum conſilio explicare nihil poſſem.

Suſpenſus & ſolicitus. Cic. pro Domo ſua, Suſpenſa ac ſolicita tota ciuitate, &c.

Suſpecta atque ſolicita ſemper omnia in vita tyrannorum. Cicero de Amicitia.

Solicitus de. Cicero ad Tironem, libro 16. 2, Qu. autem pater & filius Butroti ſoliciti eramus de tua valetudine mirum in modum.

Solicitus es ea re. Terent. Andr. 1. 5.

Solicitus in. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nec ſum in hoc ſolicitus, cùm res ipſa volentibus diſcere apparear.

Solicitus pro anima. Gell. lib. 19. cap. 1.

Solicitus quid. Cic. ad Cæliũ, lib. 10, Mirificè ſum ſolicitus quidnam de prouinciis decernatur. Idem ad Atticum, lib. 8. 150, Quàm ſum ſolicitus quidnam futurum ſit.

Solicitus ſuſpicione. Cic. 1. de I. Agraria, Solicitam mihi ciuitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatam veſtris legibus & concionibus, & ſeditionibus tradidiſtis.

Solitus vicem. Liu. 8. bel. Pun. Ibidem libro 8, Quum clamor vndique ab ſolicitis vicem imperatoris militibus ſublatus.

Agere ſolicitum. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Solicitum habere. Cic. Mario, lib. 7 3. Solicitum autem te habebat cogitatio cùm officij, tum etiam periculi mei. Idem de Senectute, Quarta reſtat cauſa quæ maximè augere, atque ſolicitam habere noſtram ætatem videtur.

Tenere aliquem ſolicitum. Liu. 2. ab Vrbe, Solicitúmque hoſtem ad lucem tenere.

¶Actiones accuratæ, & ſolicitæ. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Amores ſolliciti. Virg. 10. eclog.

Amor ſolicitus atque anxius. Cic. ad Atti. lib. 2. 39.

Animi ſolliciti. Horat. 1. epiſt. 5.

Anxio & ſolicito animo eſſe. Cic. 2. de Finib. Nõ igitur eum poſteà cenſes anxio animo aut ſolliciro fuiſſe.

Armis ſollicitis quæritur victoria. Ouid. 14. Metam.

Aures ſollicitæ. Id eſt, inquietæ. Lucret. lib. 6.

Carcer ſollicitus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

Curæ ſolicitæ. Stat. 9. Thebaid.

Rei cuſtodia ſolicita, & Libera: contraria. Cic. 2. Offic. Id enim eſt proprium, vt ſuprà dixi, ciuitatis atque vrbis, vt ſit libera, & non ſolicita ſuæ rei cuiuſque cuſtodia.

Diligentia ſolicita. Quintil. in Procem. lib. 6.

Dolor ſollicitus. Ouid. 3. de Arte.

Lepus ſolicitus. Id eſt, timidus. Ouid. 5. Faſt.

Imbelles capreæ, ſollicitúſque lepus.

Manus ſollicitæ, Dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. Martialis libro 14,

Frangere dum metuis, frangis criſtallina, peccant

Securæ nimium, ſollicitæque manus.

Mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis, Id eſt, ventis impulſum & agitatum. Virg. 4. Geor.

Mentes ſollicitæ pauent. Ouid. 3. Faſt.

Metus ſollicitus, Solicitudinem iniiciens. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11.

Opes ſollicitæ, Quæ ſollicitos faciunt. Horat. 2. Serm. ſaty. 6.

Pectore ſollicito repetens ſuſpiria. Ouid. 2. Metam.

Pecus ſollicitum. Mart. lib. 5.

Res ſolicita, Plena ſolicitudinis. Cic. de Amic. Omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.

Status ciuitatis ſolicitus. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Timor ſolicitus. Ouid. epiſt. 1.

Vita ſollicita. Propert. lib. 3. eleg. 7.

Voce ſollicita inuocare aliquem. Ouid. 10. Metam.

Solicitior, comparatiuum. Plancus Ciceroni, libro 10. 18, Quintil. libro 7. cap. 2. Quibus nos circa lites raras ſolicitiores ridiculi videmur.

Solicitior locus. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.

Solicitiſſimus, pen. corr. Superlatiuum. Senec. lib. de Breuit. vit. cap. 15. Breuiſſima ac ſolicitiſſima ætas.

Solicitè pen. corr. Aduerbium {ἐπιμελῶς.} Quintil. lib. 2. 15. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. Qui mala ſollicitè noſtra leuatis.

Solicitius, Aduerbium comparatiuum. Plin. Iunior. lib. 1. epiſt. 19. ad Romanum, Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt.

Solicito ſolicitas {αὐτάω, ἐπιτείνω} ſolicitare, Inquietare, & curam iniicere, ſeu contriſtare, vt ait Valla li. 5. Terent. And. 5. 3,

Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia? Idem Eunuc. 1. 2,

Egóne id timeo? PH. quid te ergo aliud ſolicitat? Idem Hecyra, 4. 4,

Aut quid ſit id quod ſolicitere ad hunc modum? Id eſt, perturberis, commoueare, inquit Donatus.

Arcu ſollicitare feras. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Stamina ſollicitat docto pollice. Citharæ chordas percutit. Ouid. 11. Metam.

Excruciare & ſolicitare. Cic. 1. de Finib. Quemadmodum temeritas & libido & ignauia ſemper animum excruciant, & ſemper ſolicitant, turbulentæque ſunt.

Solicitare & angere. Cic. 1. de Finib. Nec prætereà eſt res vlla quæ ſua natura aut ſollicitare poſſit, aut angere.

Sollicitant hæc toreumata furem. Alliciunt ad furtum. Mart. libro. 12.

Cura quietos ſollicitat. Virg. 4. Æneid.

Metus ſollicitans. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7.

Bello ſolicitare aliquem. Ouid. 5. Faſt.

¶Solicitare {ἐπιτρόπευμα, παροξύνω} Inſtare, & velut allicere, vel ſpem oſtendendo, vel metum, vt ait Valla lib. 5. Curtius lib. 3. Verùm enimuerò quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia ſoliciter. Terent. Andr. 5. 4,

-túne hic homines adoleſcentulos,

Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas?

Plaut. Caſin. 6.

Solicitare ad ſe aues. Plin. lib. 8. cap. 23.

Solicitare pretio animos egentium. Cic. 4. in Catil. Quare ſi quem veſtrum commouet hoc, quod auditum eſt, lenonem quendam Lentuli concurſare circum tabernas, pretio ſperantem ſolicitari poſſe animos egentium atque imperitorum: eſſe id quidem cœptum atque tentatum.

Iudicium alicuius ſolicitare donis. Ouid. epiſt. 15.

Precibus sollicitare aliquem. Ouid. 9. Metam.
Votis sollicitare numina Tibul. lib 3 eleg. 4.
Solicitare ad. Cic. pro Cluentio, Cuius seruum Diogenem Fabritius ad venenum Habito dandum spe & pretio solicitare cœpit. Liu. 1. ab Vrbe.
Ad laborem solicitare. Sene. de Benef. lib 3. cap. 11.
Solicitare pacem, Instare vt fiat pax. Liu. 4. bel. Maced.
Toros legitimos sollicitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg 3.
Voluptas sollicitat concubitus. Virg. 3. Georg.
¶Solicitare, Propriè terram vertere est. Tibull. lib. 1. eleg 7,
Primus aratra manu soleiti iecit Osinis
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Componitur (ait Parthasius) ex Solo, & Cito, quod (vt Verrio Placet) est moueo. Solum verò Maris etiam nomen est. Virg.
Subtrahitúrque solum.
Tellus sollicitanda. Virg. 2. Georg.
¶Solicitare, pro Nauigare aliquando ponitur, quòd solum de mari etiam dicatur. Claud. in Præfatione lib 1 de raptu,
Et rudibus remis sollicitauit aquas. Hoc est mouit, & agitauit.
¶Solicitare, Est solo citare, id est ex suo loco mouere. Solum autem quin significet locũ quis dubitat, quum exules quoque dicantur solo patriæ suæ pulsi? Festus.
Forem sollicitare, Mouere aut aperire ianuam. Ouidius 3. Amorum, eleg. 1.

Solicitatio solicitationis, Verbale, dicitur quæ ab alio fit, vt ait Donatus. Terent. Andr. 1. 5,
Tot me impediũt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt.
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio. Cic. pro Cluentio, Et de solicitatione Diogenis recèrit secum Cleophantum locutum esse dicebat.

Solicitator pen. prod. Verb. mas. { πειρατὴς } Paulus de extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores.

Solidago, herba, Consolida à quibusdam appellata, describitur à Matthiolo post Dioscoridem lib. 4 cap. 9.

Solidus pen. corr. Adiectiuum { στερεὸς, στιβαρὸς, πᾶχυς } Plenum, integrum nihil cõcaui aut vacui habens. Vnde solidum corpus dicimus, quod constat longitudine, latitudine, & altitudine. Virgilius,
Solidóque adamante columnæ. Idem 3. Georg.
In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto
Gangaridum faciam. Id est, ex ebore integro, non sectili, vt ait Seruius. Plaut. Curc. 8.
Solidum, luge ac continuum significat. Plaut.
Decem annos solidos erraui et puer. Terent. Eunuch. 5. 2,
Vt solidum parerem hoc mihi beneficium.
¶Fragile, & Solidum, contraria. Horat. 2. Serm. saty. 1.
Agger solidus. Stat. 4. Sylu. 4.
Annus solidus, Integer. Liu. 1. ab Vrbe.
Argentum solidum. Virg 9. Æneid.
Aurum solidum. Ouid. 3. Amor. eleg 7.
Cautes solida. Ouid. 12. Metam.
Cernos solidos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14.
Columna solida. Cic. 1. de Diuin. Quum columnam auream quæ esset in fano Iunonis Laciniæ auferre vellet, dubitarétque vtrùm ea solida esset, an extrinsecus inaurata.
Cornu solido grauiter sonat vngula. Virg. 3. Georg.
Corpus solidum. Terent. Eunuc. 2 3,
Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Vbi Donatus, Solidum corpus, quia non vitiatum. Lucret. lib 1.
Solidam & expressam virtutis effigiem tenere. Cic. 3. Offic.
Ferrum solidum. Ouid. 15. Metam.
Fœlicitas solida, Integra. Plin. lib. 7. cap. 40.
Gaudium solidum. Terent. And. 4. 1. Donatus, Plenum, idoneum, integrum.
Glacies solida. Virg. 3. Georg.
Gratia solida. Ouid 12. Metam. Plaut. Curcul. 8,
Inibis à me solidam & grandem gratiam.
Humus solida, Dura. Ouid. epist. 12.
Infortunium solidum. Plaut. Merc. 3.
Solida legata, integra l. 14 §. 1, D. ad l. Falc.
Mare solidum. Iuuen. satyr. 10.
Marmor solidum. Virg 6. Æneid.
Mens solida. Firma & constans. Horat. 3. Carm. ode 3.
Montes solidi. Ouid. 4. Metam.
Nomen solidum. Cic. 1. de Finib. Illi enim negant bonum quicquam esse, nisi nescio quam illam vmbram quod appellant honestum, non tam solido quàm splendido nomine.
Pax solida. Senec. Troade, 6.
Solida proprietas, plena & non deducto vsufructu. l. 26. D. de vsufruct. legat.
Robur solidum. Virg. 2 Georg.
Spiritus solidus. Ouid. ad Pisonem.
Summa solida, Vide Summa excurrit, in EXCVRRO.
Tellus solidissima. Ouid 15. Metam.
Vires solidæ suo stant robore. Virg. 2. Æneid.
Vtilitas solida. Cicero 1. de Finib. An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret, in quibus nulla solida vtilitas, omnisq; puerilis est delectatio?
¶Petere solidum. Quintil. lib. 5 cap. 10, Argentarius ab argentario solidum petit.
Solidum suum cuique soluere. Cicero pro Rabirio Posthum. At hoc etiam optat miser, vt condemnetur à vobis, ita bona væneant, vt solidum suum cuique soluatur, nihil iam aliud nisi fidem curat. Id est integrum.
Crepa solidum. Persius satyr. 5.
Solidus dies, qui idem & integer, dicitur, quo nihil quis edit, nec bibit. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferè diem in rebus agendis ponere: sub vesperum autem, aut certe sub meridiem corpora curare, vinóque & epulis operam dare. Dies autem fractus opponitur solido & integro, vt integer sit, de quo nihil sit detractum, quod in curando corpore ponatur: fractus verò, qui totus in negotio non sit positus, sed diuisus ita, vt eius pars, vel multò maxima, vel quantacunque sit, ad vinum atque epulas, eiusmodíque delitias & voluptates siue necessarias, siue non necessarias conferatur. Horat. 4. Carm. ode 5,
-dicimus integro
Sicci manè die, &c. & 1. Carm. ode 1,
Nec partem solido demere de die
Spernit. Ex Lambino.
Solidum, apud Mathematicos. est quod longitudinem, latitudinem & crassitudinem habet. Eucl. 11. elem. Solidi autem extremum est superficies.

Solidus, solidi, penúlt. corr. { ὁλοκλήρος } Substantiuum, Genus nummi, quod pro aureo accipitur. Solidi ideò dicuntur quia iusto & integro pondere erant percussi, non dimidiati, aut trientales. Lampridius in Alexandro, Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent: tuncque primùm semisses aureorum formati sunt: tum etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro etiam quartarios futuros: sed quum non potuisset per publicas necessitates, constari eos iussit, & tremisses tantum, solidósque formari. Ex his verbis Lampridij, facilè intelligimus solidos primum dictos esse aureos nummos certi cuiusdam, susque ponderis, quasi integros. Budæus.

Solidè, penultima correpta, Aduerbium { ὁλοκλήρως } Integrè. Plautus Trinum. 13,
Neque nouí, neque natus nécne is fuerit, id solidè scio. Ibidem,
-hic homo
Solidè sycophanta est. Terent. And. 5. 5,
Nam hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.

Solidiras, pen. corr. solliditaris, f g, { στερότης, πυκνότης. } Cic. 1. de Finib. Ille atomos quas appellat, id est corpora individua, propter solliditatem censet in infinito inani. Idem de Vniuers. Sed quum solliditas mundo quæreretur.

Solidipes, pen. cor. solidipedes, pen. cor. om. g. { στερόπους } Quod solidos habet pedes, non bifurcatos. Plin. lib. 10. cap. 65, Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum.

Solidamentum. Lactant. de opific. Dei. cap. 7, Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuicem neruis alligauit atque constrinxit.

Solido, solidas, pen. corr. { στερέω } solidare, Roborare, firmare, glutinare, ferruminare. Virg 1. Georg.
Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci. Apud Plin. iunior. lib. 8. epist. 20, Solidantur fracta.
Facies solidata veneno. Lucan. lib. 8, Hoc est medicamento firmata contra putrefactionem.

Solidesco, solidescis { στερεῦμαι } solidescere, Solidum fieri. Plin. lib. 11. cap 37, Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice nõ solidescit. Hoc est, glutinatur. Sic enim ait Celsus lib. 8. cap. 6, Illud & in hac, & in naribus ignorari non oportet, non quidem cartilaginem ipsam glutinari, circa tamen carnem increscere, solidarique eum locum.

Soliferreum, soliferrei { ἀκοντίδιον } Genus teli, appellatum quasi totum ferreum. Liu 4. bell. Maced. Vt emissis soliferreis falaricísq; gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Solifuga, solifugæ, pen. corr. { μυῖλος } Genus formicæ venenatæ, à fugiendo sole dicta. Plin. lib. 22. cap. 25, Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, solifugarum generis.

SOLIMNIA insula est in Pegasico sinu, author Plinius libro 4. capite 12.

Solino, as, are: Messala idem esse ait ait, quod Consulere.

SOLINVS, historiographus Plinij summè æmulus, scripsit de Geographia libros nobilissimos, quibus, De situ orbis, inscriptionem dedit. præter opus præcipuum, narrat præclara multa, multa incredibilia.

Solipunga, Vide SOLPAGA.

Solistimum, penult. corr. (inquit Festus) Appius Pulcher augurialis disciplinæ lib. primo, ait, esse tripudium, quod aut excidit, ex eo, quòd illa serit saxum solidum, aut arbos viuit adix ruit, quæ nec vi humana cædantur, iaciantúrve, pellantúrve. Cicero 1. de Diuinat. Quod autem scriptum habetis, aut tripudium fieri si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoque quod dixi coactum tripudium, solistimum dicitis. Liu. ab Vrbe, Tripudium solistimum Consuli nuntiauit.

Solitanus, penult. prod. Adiectiuum { σολιτανὸς. } vt Cochleæ solitanæ, quæ in Africa reperiuntur. Plin. lib. 30. cap. 6, Laudatissimæ autem sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanæ. Varro 3. de Re rustica, capite 14. Nam & valde amplæ sunt quædam ex Africa, quæ vocantur solitanæ, ita vt earum calices quadrantes octoginta capere possint.

Solitarius, Solitus, Vide SOLVS.

Solitaurilia, solitauriliorum, n. g. pl. n. Festa erãt, siue solennia sacrificia Romanorum, in quibus trium diuersi generis bestiarum immolatio fiebat, tauri, arietis, & verris; quia omnes solidi integrísque corporis sint. Solum enim lingua Oscorum, significat totum & solidum. Vnde tela quædam soliferrea vocantur tota ferrea. Hæc Festus lib. 17, Hoc sacrificium censores, vt scribit Asconius, vibem cõpleto quinquennio lustrantes, de sue, oue, tauro faciebant. Liu. 8. ab Vrbe, Telo super quod stans Consul precatus est, hostem patri fas non est: si potiatur, Marti solitaurilibus piaculum færi. Afius

codex habet Suouetaurilibus. Chatisius lib. 1, Suouetaurilia quidam putant dicenda à victimis sue, oue, & tauro. Sed Valgius de rebus per epistolam quæsitis, Solitaurilia dicta ait esse, & à solis maribus sumptum esse. Quintil. lib. 1. cap. De virtutibus & vit. Orat. non ita procul à fine. Capsis Cicero dicit compositum esse ex cape & fvis: & inueniuntur qui Lupercalia æquè tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprum. Nam Solitaurilia (alij legunt Suouetaurilia) eam persuasum est esse ex sue, oue, & tauro. Et sanè ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoque est. Sed hæc non tam ex tribus, quàm ex particulis trium coëunt. Liu. 1. ab Vrb. Censu perfecto edixit, vt omnes ciues Romani equites peditésque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem solitaurilibus lustrauit. Alij legunt suouetaurilibus. Vide Catonem cap. 141.

Solito, solitas, & Solito ablatiuus, Vide SOLEO.

Solitudo, Vide SOLVS.

Soliuagus, Vide SOLVS.

Solium, solij { θρόνος } Armarium ex vno ligno factum, in quo reges ob corporis sui tutelam sedebant. Dictum quasi solidum, quoniam ex prædura materia roboris fiebat. Vel dicitur quasi solum: quòd in in his soli sederent. Vel, secundum Asperum, per antisticon, quasi sedium à sedendo: nam & sella, quasi seda dicta est. Ex Seruio. Vide de Sola, inquit Festus, in SOLVM, soli.
Eburno solio fultus. Claud. 3. Paneg.
Rudi solio fultus. Claud. 1. de raptu Proserp.
¶Solium, abusiuè quandoque ponitur pro sella Regali. Virgilius 8. Æneid. Præfatus diuos solio rex insit ab alto. Liu. lib. 1. ab Vrbe.
Aureum solium. Virg. 10. Æneid.
Regale solium. Ouid. 6. Fast.
Sublime solium. Ouid. 14 Metam.
Surgere solio. Virgil. 10. Æneid.
Tollere se à solio. Virgil. 8. Æneid.
¶Solium, pro sella iuris consulti, in qua ius respondere solebat. Cicero de leg. lib. 1, Quum præsertim non recusarem, quo minus more patrio, sedens in solio, consulentibus responderem.
¶Soliũ, pro Vase saligno, vel abiegno ponitur. eo etiã vtimur ad vinum, plurimó{q}; liquores trãsferendos: & ad pannos lineos cum lixiuio calido & cinere emaculandos. Est & solium vas quo in balneis mulieres vrebantur, & in quo sedentes lauabantur *Vne bagnoire*. Vnde nobiles Romanas ait Plinius lib. 33. cap. 12, Soliis argenteis ad delicias vsas. Celsus lib. 7. cap. 26, Quæ curatio calculo eulso habenda sit. Interpositis duabus horis, in solium aquæ calidæ resupinus dimittendus est, sic vt à genubus ad vmbilicum aqua teneat. Suet. de Augusto, cap. 82, At quoties neruorum causa, marinis, Albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, quod Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis iactaret. Cato cap. 10.
Descendere in solium. Celsus lib. 1. cap. 3.
Desidere in solio. Celsus lib. 2. cap. 17.
¶Solium, Loculamentum sepulchrale, in quo conduntur defuncti. Plin. lib. 35. cap. 12, Quin & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere. Vetus exemplar habet doliis. Curtius lib. 10, ad finem. Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in solio. Paulo pòst, Purgauere corpus, repletúmque est odoribus aureũ solium. De corpore Alexandri.

Solla, Solia, vel Sola, appellantur sedilia in quibus non plures singulis possint sedere, ideóque solla sternere dicuntur, qui sellisternium habent, & solaria vocantur Babylonica, quibus eadem sternuntur, quæ, vt ait Verrius, omnia ducta sunt à solo. Aluei quoque lauandi gratia instituti, quo singuli descendunt, solla dicuntur, quæ à sedendo potius dicta videntur quàm à solo. Festus.

Sollicuria, in omni re curiosa: nam solio Oscis, dicitur id quod nos totum vocamus. Liuius: Sollicuria, in omni re curiosa. Festus.

Solliferrea (inquit Festus Pompeius) vocantur tota ferrea, & homo bonarum artium, solers, & quæ nulla parte laxata, cauaque sunt, solida nominantur, vnde solium solidum. Sollum enim (notat Paulus) lingua Oscorum significat totum, & solidum.

Solo, solas, Vide SOLVS.

SOLOCE magna Ciuitas, quæ notiore nomine Seleucia dicitur, de qua suo loco. Vide Strabonem lib. 16.

SOLOE, numero plurali, more Græcorum { σόλοι } sicut Dioscuræ pro Dioscuri, vt placet Hermolao, ciuitas est Ciliciæ. Ab hac Solenses, vt Solensis Aratus, Chrysippus Stoicus, & Philemon, poeta comicus. Strabo libro 14. Plinius ex Polycleti tradit authoritate, iuxta Solos fontem fuisse, cuius aquæ olei vicem præstiterint vtentibus. Curtius Heliopolin ceu Solis ciuitatem nominat. Vide Solinum. Eustathius Dionysij interpres, hoc oppidum, ab exulante Solone colonis Atticis ornatum fuisse scribit. Quum verò barbari linguam Atticam paulatim coinquinassent, Solœcissare dicti sunt, & inde Solœcismi. Lege in Solonis vita Laërtium & Strabonem, lib. 4.

Solœcismus, solœcismi { σολοικισμὸς } Impar & inconueniens compositura partium orationis. A nostris imparilitas, à vetustioribus Latinis Stribiligo dicebatur: nempe inuersura & prauitas quædam tortuosa orationis, tanquam strebligo. Siquidem στρεβλόω torqueo, & deprauo significat. Vide Gell. lib. 5. ca. 20. Quint. li. 1. cap. 5, Quædam tamen & faciem solœcismi habent & dici vitiosa non possunt.
Fœditas solœcismi. Quintil. lib. 1. cap. 5. Prima barbarismi, ac solœcismi fœditas absit.
Solœcismus per translationem sumitur aliquando à poëtis. Iuuenal. Saty. 6,
-solœcismum liceat fecisse marito. Martial. lib. 5,
Vnus quum sitis, duo Calliodore sederis.
Surge, solœcismum Calliodore facis.
¶Solœcon etiam dicitur, sicut & barbaron. Solœci autem nomen à Solone deductum Laërtius testatur. Vide Gellium, lib. 5. cap. 20. Vide etiam paulo antè SOLOE.

Solœcophanes, penul. correp. { σολοικοφανὴς } Quæ & alleosis, figura est: vt Prænestè sub ipsa: quum Prænestè sit neutri generis, sed retulit ad tiuitatem. Et Terentius in Prologo Eunuch.
In Eunuchum suam. referens ad comœdiam cogitatum.

SOLON. { σόλων } Salaminius genere, vnus è septem sapientibus, Athenienſibus leges dedit: ac eas quas Draco tulit præter quàm quæ de cæde erant, omnes abrogandas curauit, ob magnitudinem pœnarum. Nam vna omnibus pœna constituta fuerat, vt etiam qui ociij damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur, &c. Florebat tunc in Repub. Pisistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus poruit apud populum, quam huius sapientia. Cessit sponte Solon, tyrannum fugiens, primùm in Ægyptum, deinde in Cyprum, postremò ad Crœsum regem: inde in Ciliciam profectus, ciuitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos statuit. Decessit in Cypro annorum LXXX. mandauit ossa Salaminem transferri, ibíque per regionem proiici ac dissipari, ne Athenas inferrentur, quoniam discedens iureiurando ciues adegit, non antiquaturos leges suas, donec rediret. reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulchro inscriptum commemorat Cic. lib. 1. Tuscul.
Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu. Ex plutarcho, & Diogene Laertio Vbi plura.
Ærumnosi Solones. Persius Satyra 3. Per Solones intelligit aut philosophos, aut quoscunque viros bonos.
Iustus Solon. Iuuenal. Satyra 10.
Solon Smyrneus. Plinius lib. 20. cap. 20.

SOLOPHYTVS iuuenis fuit regius qui cum Ilino regio similiter per optimatum factionem domo regia pulsus ingentem inuentutem secum contraxit & in Cappadociæ ora consedit.

Solor, solaris { παραμύθιον, παρηγορία } solari, Quasi solidum redintegrare. Plaurus Asinar 10,
Aliquem habet peculiarem, qui spem soletur suam.
Virgilius primo Georg.
Interea longum cantu solata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas.
Allocutione solare aliquem. Catull. ad Cornificium, 36.
Dictis amicis solari aliquem. Virgil. 5. Æneid.
Verbis amicis solari aliquem. Ouid. 5. Fast.
Amorem solatur musa. Virgil. 10. Æneid.
Famem solari. Virgil. 1. Georg.
Lachrymas alicuius solari. Ouid. 2. Fast.
Metum alicuius solari. Virgil 12. Æneid.
¶Lenire dolentem solando. Virgil. 4. Æneid.

Solandus Particip. { παρηγορητέος. } Ouid. 5. Trist. ele. 5.
-qua consolatus amicum
Sis ope, solandus quùm simul ipse fores.

Solator pen. prod. Verbale { παρηγόρος. } vt Solator lugentum. Stat. 5. Sylu. 5.

Solatium solatij { παραμύθιον } Oblectamentum: quod & Solamen dicitur. Quintil. in Pariete palmato, Cæcitatis miseræ solatium est, habere rem videntium. Cic, Mario, lib. 7. 3. Vacare culpa, magnum est solatium. Virgil. 9. ecl.
-heu tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca?
Oblectamentum & solatium seruitutis. Cic. 6. Verr. vt illi &c. haberent hæc oblectamenta & solatia seruitutis.
Solatium & fomentum dolorum. Cic. 2. Tusc. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum.
Dulcia solatia. Lucret. lib. 5.
Exigua solatia ingentis luctus. Virgil. 11. Æneid.
Frigida solatia. Ouid. 4. de Ponto, eleg 2.
Mœsta solatia. Stat. 2. Achilleid.
Vnicum aduersorum solatium, literæ. Quint. in Procem. li. 6.
Adhibere solatia, Vide ADHIBEO.
Admittere solatia Vide ADMITTO.
Afferre solatium, Vide AFFERO
Afficere solatio. Tacit. lib 3.
Consolari se solatio. Cic. de Amicitia, Sed non egeo medicina: me ipse consolor, & maximè illo solatio, quod &c. Idem ad Att. lib. 4. 7. Nòsque malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus.
Dare solatia. Cic, de Claris Orat. Vos verò, inquam, Attice, & præsentem me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. Et ad Att. lib. 4. 8. 5, Multa mihi dant solatia.
Habet hæc res aliquid solatij. Cic. ad Att. lib. 3. 49. Quæ quidem tamen aliquid habebant solatij antequam eò venisti à Pompeio.
Luctum alicuius nullo solatio leuare posse. Cic. 6, Philipp.
Præbere solatium. Cic. pro Archia, Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent.
Proponere sibi aliquid solatij. Cæsar. 7. bell. Gall.
Recolere aliquem in solatium. Tacit. lib. 17.
Reportare solatium ex aliqua re. Cic. 7. Verr.
In solatio esse. Plaut. Amphit. 8. 12.
Solatio esse. Cæsar. 1. bel. Ciui. Quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio.
Vti solatio. Brutus Cic. lib. 1. ep. 6. Maximo meo dolore, hoc solatio vtor, quod, &c.
¶Solatium, ij, io, pro leuiuscula mercede vsurpauit Vlpianus lib. 6. Opinionum. Si constat (inquit) in tuo agro lapidicinas esse: inuito te, nec priuato, nec publico nomine quisquam lapides cædere potest, cui id ius faciendi non est: nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, vt si quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, nisi pro his solitum pro hoc solatium domino præstet. l. 13. in fine. Communia prædiorum, in. P. lib. 8. tit. 4. Callistratus in l. 33.

Attutoribus scribit solaciũ in §. vltimo: Nisi(inquit)ab eo certum solaciũ constitutũ sit. Solacium item pro subsidio, vitæque adiumento, vel alimento ponitur in l. Si cum dotem. §. Si maritus. versic. Sin verò dotem. Solut. matrim. lib. 24. P. tit. 1 Sin verò (inquit) dotem ita dissipaturus, ita manifestus est, vt non hominem frugi, oportet tunc dotem sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat solacium, vnà cum sua familia. In Codice solacium à Principibus pro commodo & solatio militum. l. 15. C. de aduocat. diuersor. iudic. & eo. tit. l. 3. 5. 6. 1 penult. C. de præd. Decur. lib. 10 l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12. l. vltim. C. de silentiar. lib. 12. Inde Solacia annonarum in l. vn. C. de annon. & capit. lib. 12. C. l. 17. C. de erogat. militar. annonæ lib 12. C. l. 4. C. de Nauicular. lib. 11. l. 32. eodem titul. in C. Theod. In Nouellis porrò Iustiniani ea vox non vno in loco legitur. Hæc significat solarium præter notam eius verbi significationem de qua superius dictum est.

Solariolum, penult. corr. Diminutiuum {σαφεμφάτικον.} Carul. ad passerem Lesbiæ. 2,
Vt solariolum sui doloris.

Solamen, pen. prod. solaminis {σαφεμφάτικα} Idem. Hoc tamen poetæ frequentius vtuntur. Cic. de Amic. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen. Verus exemplar legit solatium.

Mali solamen. Virg 3. Æneid.
Breue solamen malorum. Senec. Octau. 3.
Petere solamen. Senec. Medea. 7.

SOLOS, vrbs in Lycia. Strabo lib. 14.

Solox, solocis, masc. gen. Lana crassa', quasi solida: Item pecus lana crassiori. Titinnius in Baradhro, Lana soloci ad purpuram data. Lucilius,
Pascali pecore, Montano hirco atque soloce. Festus.

Solpuga 2, solpugæ, penult. product. Genus formicarum venenatum, quod à fugiendo solem, solifuga etiam nominatur: concitatur enim aerius fernore solis: ideóque eum fugit quantum potest. Non nouit eas Italia Bætica. Lucanus libro 9.
Quis calcare tuas metuat solpuga latebras? Vbi quidam corruptè legunt Salpinga.
Solpugæ sunt minuta animalia à quibus ciuitates & gentes delectæ sunt Plin. libro 8. cap. 29, Citra, inquit, Cynamologos Æthiopas, latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata. Fortassis, in p, verum est. solifuga aliàs dicitur, vt diximus, & solipuga à Festo, nisi codex mendosus est.

Solstitium, Vide SOL.

Solucense, oppidum in Norico Germaniæ. Plinius lib. 3 cap. 24.

Sõlum, soli, priore correpta {ἔδαφος, πέδον, ἐδώδιμον, πυθμὴν} Dicitur omne quod sustinet, & vnicuique rei subiacet. Vnicuique enim rei quod subiacet, solum est ei cui subiacet. vnde est solum nauis, mare; & aër, auium. Seruius in 5. Æneid.
Solum aquæ superficies dicitur, quæ nauium fundamentum est Virgil. 5. Æneid.

Subtrahitúrque solum.
Solum fossæ. Cæsar 7. bel. Gal.
Solum stellarum, cœlum est. Ouid. 1. Meram.
Astra tenent cœleste solum.
Viridi sedere solo. Virg. 6. Æneid.
Tellus tremefacta solo. Virg. 10. Æneid.
Terræ solum. Lucret. lib. 1.
Agri solum. *Le trefond.* Cæsar bell. Gall. lib. 1, Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionésque habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt, & demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui.

¶Solum, Terra: quia hominum & animalium fundamentum est. Colum lib. 2. cap. 8. Nam quod sicco solo ingestum, & inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo nõ corrumpitur. Ouid. 2. Meta.
inque solo quod texerat herba iacebat.

Sabulosum solum. Plin. lib 35. cap. 14. Lateres non sunt è sabuloso, neque arenoso, mulcóque minus calculoso ducendi solo, sed è cretoso & albicante.

¶Solum, propriè Terra dicitur, inquit Festus Neuius lib. 1. Tarquinio dedit imperium, simul & sola regni. Et alibi, Sed sola terrarum postquam permeasa parumper.
Bonitas soli. Quintil lib 2. cap. 19.
Acclive solum, Vide ACCLIVIS.
Crudum solum, Vide CRVDVS.
Culti soli magna iugera. Tibul. lib. 1. eleg 1.
Exiguum solum. Tibul. lib. 1. eleg 1.
Ferax & fœcundum solum. Ouid. 7. Metam.
Fœcundum. Quintil. lib. 1. cap. 19.
Macrum, Vide MACER.
Lætum, Vide LAETVS.
Marmoreum. Tibul. lib 3. eleg 3.
Mite. Horat. 1. Carm. ode. 18.
Natale solum, Patria, hoc est terra in qua nati sumus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 47.
Nudum. Claud. 2. in Eutrop.
Præpingue. Virgil. 3. Æneid.
Pingue. Virg. 1. Georg.
Putre. Virg 1. Georg.
Puluereum. Ouid. 7. Metam.
Siccum, & sine humore vllo. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Sitiens solum, Col. lib. 2. cap. 8.
Summum. Quintil. lib. 1. cap. 3. Vt quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, &c.
Triste, Infœcunda, & infructuosa terra. Ouid. 8. Metam.
Vile. Ouid. epist. 21.
Viuax, Vitam subministrans animalibus è cœno terræ procreatis. Ouid. 1. Metam.

¶Æquare solo magistratum, Deprimere, euertere, Li. 6. ab Vrbe.
Appellare solum, Vide APPELLO.
Solum in terra id etiam dicitur quod Iurisconsulti Fundum vocant. Cæsar lib. 1, Demonstrant præter agri solum sibi nihil esse reliqui.
Compingere solum axibus, Vide COMPINGO.
Concedere solum, Vide CONCEDO.
Dissilit omne solum. Ouid. 2. Metam.
Exercere solum presso sub vomere. Virg. 2. Georg.
Findere solum. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Hæret solo immobilis. Virg. 7. Æneid.
Ingredi solo. Virg. 4. Æneid.
Insultare solo. Virg. 3. Georg.
Pingue solum fortes inuertant tauri. Virg. 1. Georg.
Mutare solum. Vide MVTO.
Recubans solo. Virgil. 3. Æneid.
Reptans solo. Stat. 5. Sylu. 5.
Vertere solum. Cicero pro Cecinna, Interpretatur his verbis, Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Idem pro Corn. Balbo, Hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione vertissent.
Exilij causa solum vertere. Licebat reis post primam actionem exilium sibi consciscere ante iudicium peractum, idque appellabant, Exilij causa solum vertere. Liuius ab Vrbe, lib 3. de Decemuiris loquens, Itaque spe incisa, priusquam prædicta dies adesset, Appius sibi mortem consciuit. Paulò pòst, Oppius quoque ductus in vincula est, & ante iudicij diem finem ibi vitæ fecit. Bona Claudij Oppiique, Tribuni publicauere: collegæ eorum, exilij causa solum verterunt: bona publicata sunt.
Sola dura, in plurali dixit Catullus de Berecynthia,
Sed vbi horis aureis fol radiantibus oculis.
Lustrauit æthera album, sola dura, mare secum.
Arida sola. Virg. 1. Georg.
Saturare sola fimo pingui. Virgil. 1. Georg.
Solum, Mensam appellauit Virg. 7. Æneid.
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Solum, Inferioris pars pedis, quam vulgus *soleam* vocat, quæ calcei sa fit, & dura etiam discalceatis. Cicero 5. Tusculan. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.
Solum, pro Solea calceamenti, & corio. Martial. lib. 6. in Sutorem, Et mordere luto putre vetúsque solum.
Solum oratoris. Cic. in Bruto, Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam, & Latinam. Solum, id est basim, firmamentum.
Sola, inquit Festus lib. decimo septimo, appellantur sedilia, in quibus non plures singulis sedere possunt. ideóque Solia sternere dicuntur, qui sellisternium habent: & solaria vocantur, Babylonica quibus eadem sternuntur: quæ, vt ait Verrius omnia dicta sunt à solo. Aluei quoque lauandi gratia instituti, quó singuli descendunt, Solia dicuntur: quæ à sedendo potiùs, quàm à solo. Qui Festi locus vulgo corruptè legitur. Solum etiam pro solio & sede regia dixit Ennius apud Cic. lib. 1. de Diuinat. Auspicio regni stabilita scamna solúmque.

Solarium solarij, Quid sit declarat Vlpianus, D. Nequid in loco vel itinere publico fiat. l. j. §. Siquis nemine prohibente. Si tamen obstet ædificium id publico vsui: vtique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: aut si non obstet, solarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro solo pendatur.
Solarium in alio significatu, vide SOLA, inquit Festus, &c.

Soluo soluis, soluí, solutum, penu. prod. {πάω, λύω, τελέω, κατακελεύω, ἀποκάθαιρω, κατατρύχω} soluere, Quod ligatum erat, non ligatum facere. Virgil. 7. Æneid.
Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum. Terent. Andr. 5. 4.
Iube solui obsecro.
Aluum soluere, Laxare & liberam facere. Plin. li. 14. cap. 18.
Amores alicuius soluere. Propert. lib. 1. eleg. 4.
Ab amplexu alicu. us solui. Ouid. epist. 13.
Animum actum soluere. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Cæde soluere aliquem, Id est purgare à crimine cædis. Ouid. 2. Fastorum.
Capillos soluere. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Corpora soluere in Venerem. In Venerem resolui. Virg 4. Georg.
Crimine soluere aliquem. Stat. 11. Thebaid.
Crinem soluere. Ouid. 3. de Arte.
Somnus soluerat curas. Ouid. 10. Metam.
Dementia soluere aliquem, Liberare. Horat. Epod. 17.
Ebrietatem soluere, pro discutere. Celsus lib. 2. cap. 6.
Fidem soluere, Rumpere & non seruare. Terent. And. 4. 1.
Fœdera soluere. Virg. 10. Æneid.
Soluent formidine terras. Virg. eclog. 4.
Ieiunia soluere. Ouid. 5. Metam.
Iras soluere. Ouid. 6. Metam.
Arator soluit iuga tauris. Virg. eclog. 4.
Lachrymas soluere, Flere. Stat. 2. Achil.
Legibus soluere. Liu. 1. bel. Maced. 202. Vide LEX.
Soluere linguam ad iurgia. Ouid. 3. Metam.
Luctu soluere se. Virg. 2. Æneid.
Lumina alicuius soluere in lachrymas. Lucan. lib. 8.
Maiestatem soluere, Vide MAIESTAS.
Membra soluere formidine. Virg. 12. Æneid.
Membra soluuntur frigore. Id est, morte. Virg. 12. Æneid.
Soluere menstrua, est sacra soluere, vt ait Turnebus, quæ mense quoque debentur. Salust. Conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.

Mentes

Mentes soluere, Liberare curis. Virg 4. Æneid.
Metum soluere corde. Virg 1 Æneid.
Metu & curis soluere animum, vel aliquem: Hoc est liberare metu & curis. Virg. 1. Æneid.
Soluere corda metu Teucri, secludite curas. Terent. Hecy. 2. 1.
Morem soluere, Antiquare. Liu. 1. bel. Maced.
Nodum soluere. Horat. 5. Carm. ode 21.
Obsidionem soluere, pro Recedere ab obsidione. Liu. 4. bel. Pun.
Obsidione soluere. Plin. De Viris illustr.
Obsidium soluere. Tacit. lib. 4.
Soluere operam, est interdum sacra facere & soluere rem diuinam, quæ debebatur. Operari enim verbum est in sacris frequentissimum. Afranius, Soluo operam Dianæ. Turnebus.
Pudorem soluere. Virg. 4. Æneid.
Quies soluerat homines, In somnum erant resoluti. Oui. 7. Meta.
Texta soluere, Telam retexere, Dissoluere quod textum erat. Propert. lib. 2. eleg. 10.
Ventrem soluere, & ventris onus. Colu. lib. 9. cap. 13. Mart. lib. 13.
Vincla soluere alicui. Tibul. lib 2. eleg. 1.
Vitam soluere alicui. Propert. lib. 2. eleg. 10.
Vita soluere aliquem, Occidere. Plaut. Menæch. 20.
¶Soluere dicuntur qui naui vehuntur, quum soluto fune quo nauis retinetur, recedunt. Dicimus autem Soluere simpliciter nullo adiecto, & soluere nauem. Cic. ad Thronem, lib. 16 9. Nos eo die cœnati soluimus. Plaut. Milit. 16,
Nisi eat re soluturum esse nauim, ventum operam dare.
Soluere Alexandria. Cic 3. Offic. Si idem sciat complures mercatores Alexandria soluisse, nauéque in cursu frumento onustas petentes Rhodum videtit, dictu tú sne se Rhodiis id?
Soluere è portu. Cic. pro Mur. Quod si è portu soluentibus, ij qui iã in portũ ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, &c.
Puppis soluit iter de littore. Stat. 5. Sylu. 1.
Soluere naues è portu. Cæsar. 4. bel. Gal. Plau. Amphi. 4.
Nam hac noctu soluta est nauis nostra è portu Persico.
Vela soluere. Virg. 4. Æneid.
¶Soluere, Aperire. Colum. lib. 6. cap. 14. Ea porrò vena, quæ in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur: deinde quum ad ictum intumuit, cultello soluitur. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 10. Reuertor nunc ad Antonium, &c. ergastula soluendo. Vide Ordinatim in ORDO.
Argumentum soluere. Quint. lib. 2. cap. 17.
Contradictiones soluere. Quint. lib. 7. cap. 2.
¶Soluere, Mollem facere. Horat. 1. Carm. ode 4.
Soluitur acris hyems, grata vice Veris. Plin. lib. 2. cap. 39. Soluti humores. Ouid. 2. Metam.
Niues soluuntur. Ouid, ad Liuiam.
Æstu solui. Ouid. 2. de Arte.
Anima soluitur in aëra. Ouid. 15. Metam.
Cœlum soluere in Tartara. Virg. 12. Æneid.
¶Soluere, Debitas pecunias creditori numerare. Cic. 5. Verr.
Pro frumento nihil solui omnino. Terent. Adelph. 4. 4.
Egomet rapui, ipse egomet solui argentum. Plau. Cure. 8,
Pugnis rem soluant, si quis poscat durius. Cic. ad Att. lib. 1. 1, Misimus qui pro vectura solueret. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Ad denarium soluere, Id est, ad Romanæ pecuniæ rationem. Cic. pro Quintio, Decidis, statuíque tu propter necessitudinem quę tibi cum Scapulis est, quidiis ad denarium soluerentur. Quę locum sic interpretantur viri docti. Romani non vno genere conficiebant suas rationes: alij ad denarium, alij ad sestertium: forte sse etiam ad quinarium, ac victoriatum. Igitur vt facilius explicaretur solutio pecuniæ quæ Scapulis debebatur, ea denarijs æstimata est. Proinde intelligunt vniuersum debitum ad eã monetę speciem redactum: vt constaret quod in summa denarii Scapulis essent persoluendi.
Ad diem soluere. Cic. Att. lib. 16, Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem soluerent.
Soluere aliquem, id est Alicui satisfacere, & pecuniã reddita alicui dimittere. Plaut. in Bachid. act. 4. scen. pen.
Ego ad forum autem hinc ibo, vt soluam militem. Hoc etiam dicitur per Absoluere, Vide in ABSOLVO.
Rem solui ab trapezita meo, Vide A, vel AB.
Se à me soluere, Vide A, vel AB præpositiones.
Soluere verbis. Terent. Adeph. 2. 1.
Neque tu verbis vnquam solues, quod mihi re malefeceris. Vbi Donatus, Solues, lues, persolues, Id est satisfacies & te purgabis.
Fidem soluere voti. Ouid. 1. Fast.
Inferias soluere alicui. Seneca Hippol. 12.
Iusta soluere alicui. Senec. Hippol. 12.
Soluere iusta funeri. Cic. pro Rosc. Amer. Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiicit domo.
Munera soluere. Ouid. 11. Metam.
Suprema alicui soluere, pro Parentare. Tacit. lib. 1.
Soluere vorum, pro Adimplere. Mart. lib. 12.
Ne votum soluat, nunc Maro vota facit. Liu. 1. bel. Maced. Quod nisi factum esset: votum rité soluí non posse. Cic. ad Att. lib. 15. 326, Etenim erat absurdum, quæ si steriisset Resp. bonis non soluere, at cuersa illa vota dis soluere. Correctius exemplar sic legit, Vouissem, ea me cuersa illa vota dissoluere. Virg. 1 Georg.
¶Soluendo esse, Id est satisfacere pro eo quo obligatus sum, siue pecunia, siue remuneratione. Cic. 2. Offic. Idem ad Attic. lib. 13. 268. Quanquam nihil habeo quod dubitem, nisi ipsi Magio quæ fuerit causa amentiæ, pro quo quidem etiam sponsor factus & nimirum id fuit: soluendo enim non erat.
Soluendo æri alieno esse. Liu. 1. bel. Maced.
Tempus soluendi. Lucret. lib. 5.
¶ So. uisse, quatuor syllabarum per diæresim. Tibul. lib. 4. eleg. 5;

Sed potius valida teneamur vtercque catena,
Nulla queat posthac quam soluisse dies.

Solutus, pen. prod. {ἀνυπαίτητος} Pars siue Nomẽ ex participio. Cic. ad Att. lib. 1. 8, Tertiam quã (vt scribis) anchoris solutis de phaselo dedisti.
Expeditus, solutus & liber. Cic. 4. Acad. Sic igitur iudicta & constituta probabilia, & eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato. Idem 4. Acad. Hoc autem liberiores & solutiores sumus, quòd integra nobis est iudicandi potestas.
¶Solutus est, quòd vulgò dicimus, *Il est payé.* Paulus in l. Cùm fundus. in princip D. Si cert. petat.
Culpa liberatus, & crimine nefario solutus. Cic. pro Rosc. Amer.
Solutus à cupiditatibus, liber à delictis. Cic. pro L. Agrar.
A natura ad dicendum satis solutus, atque expeditus. Cic. in Brut.
Belli cura solutus, Dormiens. Plin. lib. 22. cap 4.
Iureiurando solutus. Cic. 1. Offic. Deinde egressus è castris, iureiurando se solutum putabat: & erat verbis, te non erat.
Languore molli solutus. Ouid. 11. Metam.
Legibus solutus, pro Absolutus. Cic. pro lege Manilia. Quid tam singulare, quam vt ex Senatusconsulto legibus solutus Consul antè fieret, quàm vllum aliũ magistratũ per leges capere licuisset? Idẽ ad Att. lib. 1. 11, Lurco autem Trib. plebis qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia & Fusia, vt legem de ambitu ferret. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Luxu solutus. Quint. lib 3. cap 8.
Morbo solutus, Mortuus. Plin. de Viris illust.
Morte solutus. Ouid. in Ibin.
Famuli soluti operum. Orat. 3. Carm. ode 17. Hoc est, vacantes, & ab opere feriati. Acron.
Somno solutus. Cic. 1. de Diuinat. Sic animum, cùm aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per seipsi liberi incitati mouentur, cernunt ea quæ permisti cum corpore animi videre non possunt. Liu. 5. ab Vrbe. Nuda corpora & soluta somno trucidantur.
Vino solutus. Virg 9. Æneid.
Æquor solutum. Stat. 3. Thebaid. Id est, tranquillum & quietum.

Soluti agri sunt, quorum fines deprehendi non possunt, vt ait Siculus Flaccus.
Animo soluto ac libero. Cic. 7. Verr.
Soluto ac vacuo animo cogitare. Cic. 2. Verr.
Soluto ac quieto animo esse. Cic. pro Rosc. Comœd. Hoc ego loco, soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat respõsum tuum non magnopere laboro.
Cœtu soluto discedunt. Ouid. 13. Metam.
Culpa soluta mea est. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Solutior cura. Liu. 3. ab Vrbe.
Gradu soluto labitur moriens. Senec. Hipp. 4.
Libido solutior. Liu. 2. ab Vrbe.
Merces soluta. Ouid. 1. Amor. eleg. 10.
Nix soluta verno sole. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Optio soluta eligendi, Libera. Cic. 1. de Leg. Nam libero tempore, cùm soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit quominus id quod maximè placet facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus.
Oratio soluta, Quæ mercica lege non tenetur, & pedibus non obuincitur. Plin. epist. 16. Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi. Varr. 1. de Re rust. cap. 1. Ii, quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt. Quint. lib. 9. cap. 4. Oratio alia vincta atque contexta, alia soluta, qualis in sermone, & epistolis.
Ratio soluta. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. Quo mea ratio facilior & solutior esse posset.
Risus solutus, Magnus & à curis liber. Virg. 2. Georg.
Versibus incœptis ludit risuq; soluto. Hoc est cachinno, inquit Ser.
Sopor solutus clamore. Ouid. 3. Metam.
Terra soluta, Rara, contraria Spissę. Plinius lib. 18. cap. 6. & Colum. lib. 1. Soli pinguis vel macri, soluti vel spissi, humidi vel sicci.
Zonæ solutæ. Horat. 1. Carm. ode 30.
Solutissimus. Cic. ad Lent. li. 1. 9, Si esset omnia mihi solutissima, tamen in Rep. non aliùs essem atque nunc sum. Id est, etiamsi liberrimum esset mihi.

Solutè, pen. prod. Aduerb. {ἀκαιρίως} Cic. 2. de Diuin. Si aut furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus solutè mouearur ac liberè
Solutè, leniter & oscitanter agere. Cic. in Bruto.
Solutè & suauiter dicere, Vide DICO, dicis.
Facilè soluteque voluere sententias. Ibid.

Solutio {λύσις, κατάλυσις, αὐθυπόφορα} Verb. vt Solutio stomachi, quod & dissolutio dicitur, nempe quum vires ventriculi infirmæ dissoluuntur. Plin. lib. 20. cap. 22.
Solutio linguæ. Cic. lib. 1. de Orat. Vide Solutè ac suauiter dicere, in DICO, dicis.
Solutio, ad omnẽ liberationẽ quoquomodo factã transferturima gisq; ad subiectũ obligationis, quàm ad nummorũ solutionẽ. Vlp. de Verb. signifi. Solutionis verbo satisfactionẽ quoq; omnẽ accipiendam placet. Soluere dicimus eum qui facit id quod facere promisit. Cic. 2. Offi. Nec enim vlla res vehementius Remp. cõtinet, quàm fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerũ creditarũ.
Explicata solutio. Cic. Attic. lib. 15. 329. Tamen, nisi explicata solutione, non sum discessurus. Id est nisi videro esse, vnde satisfiat creditoribus meis.

Solutilis, & hoc solutile, pen. corr. {λυτὸς} Quasi solubilis, Quod facilè solui potest, vel quod solutum & non fideiter confutum est. vt nauis qua Nero matri Agrippinæ fecit naufragium. Suetonius in Nerone, cap. 34. Solutilem nauem, cuius vel naufragio vel cam. eræ ruina periret, cõmmentus est.

Solus, priore producta {μόνος, ἔσος, μοῦνος} Adie ctiuum à Solon dicitur, quod Qscorum lingua Totum significat. Cicero 3. Offic. Cui quum visum esset vtilius solum se quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Vide SOLLICVRIA.

Solus, more superlativorum, genitiuum aliquando regit, vt Solus omnium missus, Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma. Quod verò Lycios prius Solimos vocatos dicunt, posteà Termilas, qui ab iis, qui cum Sarpedone ex Creta venerunt, & posteà Lycios à Lyco Pandionis filio, qui quum à propria terra exisset, in regni partem à Sarpedone acceptus est, cum Homero non concordant. At qui dicunt eos à poëta Solymos dici, qui nunc Milyes appellantur, melius sentiunt. Valer. 1. Argonaut.

Nanque potens Solymo nigrantem puluere fratrem.

Declinatur vrbs Solymæ, Solymarum: & Hierosolymæ, Hierosolymarum: Hierosolyma, Hierosolymæ. Vnde Hierosolymitanus. Solyma, mons in Coryco litore. Strab. lib. 14.

Solymus, ma, mũ: attributũ ex Solymis populis Iehudęorũ. Iuue. Sat. 6, Interpres legum Solimarum.

Somatophylax, cis: Somatophylaces {σωματοφύλακες} custodes corporis, quos Latini prisco vocabulo Latrones dixerunt quasi latrones, quòd Principum latera cingerent aduersus vim insidiantium.

Somatopœia {σωματοποιία} figura affinis prosopopœiæ, qua rei corporis experti, corpus, vocémve, tribuimus.

Sommurnæ, prisci seculi viris erant, quę in somnis videantur. Varr. Prometh. lib. 1. Læuis meus cum sommurnas imagines
Affatur, non vmbrantur somno pupulæ. Nonius.

Somnus, somni, m. g. {ὕπνος, καὶ τὸ, ὑπνερος} Dicitur quum dormimus, Nempe ipse dormiendi actus. Terentius Heaut. 3. 2.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.

Somnus, Nox. Terent. And. 2. 1.
- quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit. Donatus, In somnis, per noctem. Virg. 1. Georg.
Libra die, somnique pares vbi fecerit horas. Cic. 1. de Diuinat.
Quia mater grauida parere se ardentem facem
Vita est in somnis Hecuba. Ex poëta.

In somnis, Vide IN.

Somnus Græcè dicitur ὕπνος. Apud antiquissimos autẽ primùm dicebatur sypnus: posteà sopnus, mutata aspiratione in s, & υ in o, sicut fit in herpyllon serpyllon. Frequentius nunc somnus, quàm sopnus dicimus.

Somnus, cibus est in corpore macilento. Oui. li. 1. de Ponto epist.
Is quoque, qui gracili cibus est in corpore somnus, (vlr.
Non alit officio corpus inane suo.

Perfugium omnium laborum & solicitudinum est somnus. Cic. 2. de Diuinat.

Mortis imago & simulachrum est somnus. Cic. 1. Tusc.
Nihil morti est tam simile, quàm somnus. Cic. de Senect.
Lumina expertia somno. Lucret. lib. 6.
Fessa somno. Tibul. lib. 1. eleg. 3.
Ac circa grauibus pensis affixa puella
Paulatim somno fessa remittat opus.
Grauis somno. Ouid. 3. Metam.
Languidus somno. Quinc. lib. 4. cap. 2. Somnone te languidum, an grauilethargo putem pressum?
Marcidus somno, Vide MARCEO.
Vacuus somno. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Vini somnique benignus, Qui bene dormit, indulgens vino & somno. Horat. 2. Serm. Saty. 3.
Inertia somni. Ouid. epist. 14.
Domitor curarum somnus. Senec. Agamen. 2.
Domitor malorum somnus. Senec. Herc. furen. 2.
¶ Arctior somnus. Cic. in Somn. Scipionis.
Breuis somnus, Vide BREVIS.
Celer somnus. Senec. Hippol. 4.
Deterior somnus. Stat. 1. Theb.
Difficilis somnus est omnibus phreneticis, & præcipuè necessarius. Cels. lib. 3. cap. 18.
Dulces somni. Virg. 1. Georg.
Facilis somnus. Horat. 2. Carm. ode 11.
Fallax somnus. Catul. Argon. 59.
Ferreus somnus. Virg. 10. Æneid.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. Epitheton est Homericum κάλλιπε ὕπνος, vt adnotauit Seruius quoque.
Frigidus somnus, Mors. Valer. 3. Argon.
Furentes somni. Lucan. lib. 7.
Ignauus somnus. Ouid. 11. Metam.
Immodici somni. Ouid. 1. de Arte.
Incestus somnus. Claud. de bel. Gildon.
Inexcitabilis somnus, Vide INEXCITABILIS.
Lenis somnus. Horat. 3. Carm. ode 1. Ouid. 8. Metam.
Lethæus somnus. Virg. lib. 1. Georg.
Leuis somnus. Silius lib. 7.
Liquidus somnus. Valer. 4. Argon.
Longus somnus, Tranquillus. Horat. 3. Carm. ode 11.
Medicatus somnus. Ouid. epist. 12.
Mendaci somno credere. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Molles somni. Virg. 2. Georg. Ouid. 1. Metam.
Parcus & breuis somnus, Vide PARCVS.
Placidus somnus. Ouid. 6. Metam.
Primo somno prodita tentoria. Virg. 1. Æneid.
Quieti somni. Seneca Herc. furen. 10.
Salubres somni. Virg. 3. Georg.
Soporifer. Lucan. lib. 3.
Tacitus somnus. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Tener somnus. Ouid 2. de Arte.
Tumultuosi somni per somnia. Cels. lib. 8. cap. 4. Si verò sub prima curatione febris intenditur: breuésque somni, & iidem per somnia tumultuosi sunt: vlcus madet, &c.

Volucer somnus. Virg. 6. Æneid.
¶ Abducere somnum, Vide ABDVCO.
Abiit somnus. Ouid. 3. Fast.
Abrumpere somnum, Vide ABRVMPO.
Matutinos abrumpere murmure somnos. Stat. 2. Sylu. 1.
Abrumpit somnos cura. Virg. 3. Georg.
Abstinere somno. Celsus lib. 3. cap. 18.
Accedit somnus, Vide ACCEDO.
Dulces accerfere somnos. Stat. 5, Sylu. 5.
Accersitus somno, Vide ACCERSO.
Otia somni accipere, Dormire. Stat. 3. Theb.
Adimere somnum, Vide ADIMO.
Adoperta somno lumina. Ouid. 1. Metam.
Afferre somnum, Vide AFFERO.
Allicere somnum, Vide ALLICIO.
Amouere somnum, Vide AMOVEO.
Somno aptum est papauer, lactuca, & c. Celsus lib. 3. cap. 32.
Arcere somnos. Ouid. 2. Metamorph. & Plin. lib. 30. cap. 15.
Auertere somnum alicui. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Auferre somnos pauore. Horat. Epod 5.
Capere somnum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 145. Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem.
Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere. Catul. de Berec. 58.
Captare somnos, Vide Capto in CAPIO.
Carpere somnos, Vide CARPO.
Circundatus somnus fuluis alis. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Complectitur nos somnus arctior. Cic. in Somn. Scip. Deinde vt cubitum discessimus, & arctior quàm solebat, somnus cõplexus est.
Conciliare somnum, Vide CONCILIO.
Concitare somnum, Vide CONCITO.
Condit lumina natantia somnus. Virg. 4. Georg.
Confert ad somnum gestatio post cibum. Cels. lib. 3. cap. 18.
Multum confert somno potrum capit tium. Plin. lib. 20. cap. 6.
Conterere partem æui somno. Lucret. lib 3.
Corripere corpus è somno. Virg. 4. Æneid.
Defendit somnos excubitor, Vigil qui extra cubiculum est, dormientem dominum tuetur. Seneca Thyeste 5.
Ignauus defluxit pectore somnus. Id est, excitatus sum. Tibull. lib. 3. eleg. 4.
Leuis somnus delapsus ab astris ætheriis. Virg. 5. Æneid.
Depellere somnos. Seneca Troade 6.
Detincti somno. Lucret. lib. 4.
Dulci deuictus lumina somno. Catul. Argon. 59.
Cura diuellit somnos. Horat. 1. epist. 10.
Dare corpora somno, Ouid. 6. Metam.
Dare se somno. Cicer. 2. Tusc. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.
Ducere somnos. Virg. 4. Æneid.
- potes hoc sub casu ducere somnos?

Ducere somnos & arcere. Ouid. 2. Metam. De caduceo Mercurij loquitur, quo dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat, vt canit Virg. 4. Æneid.
Ire in somnum. Plin. lib. 26. cap. 8. Datur & in somnum cuntibus.
Eripitur somnus. Celsus lib. 2. cap. 7.
Euincere somnos. Ouid. 1. Metam.
Excitare ex somno. Cic. in Som. Scip. Quæso, inquit, ne me ex somno excitetis. Et 4. Tusc. E somno suscitari.
Excitus somno. Silius lib. 17.
Excutior somno. Virg. 2. Æneid.
Pingues somnos exigere. Lucan. lib. 10, - tu mollibus inquit
Nunc incumbe toris, & pingues exige somnos. hoc est, vsque ad satietatem age somnos longos & quietos, vnde pinguis fias.
Fieri somnum lepore sumpto in cibis Cato arbitratur. Plinius. lib. 28. cap. 19.
Frui somno. 2. Ouid. Metamorph. in descriptione Inuidiæ.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Fugare somnum. Plin. lib. 14. cap. 18, Thasios duo genera vini diuersa facere proditur. Vnum quo somnus concilietur, alterum verò quo fugetur.
Fusa corpora vino somnóque. Virg. 9. Æneid.
Odor somnum gignit. Plin. lib. 21. cap. 19.
Grauatus somno. Virg. 6. Æneid.
Habet somnus animalia, Id est dormiunt animalia. Virg. 3. Aen.
Iacens somno. Virg eclog. 6.
Nigros imitantia murmura somnos. Stat. 1. Syl. 3.
Impedit somnum intentio febris. Celsus lib. 3. cap. 18.
Inducere somnum. Celsus lib. 5. cap. 25.
Indulgere somno. Claud. de Theodoro & Adriano.
Inire somnum, Vide INEO, inis.
Interrumpere somnos. Vide INTERRVMPO.
Inuitat somnos riuus. Ouid. 11. Metam.
Labitur somnus in artus. Ouid. 11. Metam.
Moliri somnum. Celsus lib. 3. cap. 18, Quidam somnum molinatur, potui dando aquam, in qua papauer decoctum sit.
Moliri corpora ex somno, Vide MOLIOR.
Mouere somnum. Celsus lib. 3. cap. 32.
Mulcens pectora somnus. Ouid. epist. 17.
Breuis somnus fessis obrepsit genis. Seneca Troad. 6.
Obrepens somnus mouet caput. Ouid. epist. 18.
Obrura somno legio. Stat. 10. Theb.
Oppressit somnus virginem, Vide OPPRIMO.
Parere somnum. Plin. lib. 29. cap. 8. Omnes lactucæ somnum parere creduntur.
Parere somnum alicui mero. Tibul. lib. 1. eleg 6.
Pellere inertes somnos, Vide PELLO.
Perfundere securos iuuenum somnos sanguine. Stat. 5. Theb. Id est occidere dormientes iuuenes. Satis licenter.
Lethæo somno perfusa papauera. Virg. 1. Georg.
Petere somnum. Quint. lib. 9. cap. 4. Virg. 7. Æneid.
- sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnóque petiuit.
Porrectus somno sub frondibus. Stat. 2. Achill.
Silentia præbent somnum. Ouid. 5. Fast.
Premi graui somno. Plin. lib. 9. cap. 13. & lib. 8. cap. 36.
Priuare somno. Cic. ad Atticum, lib. 18. Quum me ægritudo non solùm somno priuaret, verùm ne vigilare quidem sine summo dolore paterentur.
Profluare somnum pectore. Virg. 9. Æneid.
Prohibet somnum vulua dolens. Celsus lib. 5. cap. 25.
Quærere somnum odore mandragoræ. Plin. lib. 25. cap. 13.
Quærere somnum multa frictione. Celsus lib. 3. cap. 18.
Imbelli somno recubant littora. Stat. 3. Theb.
Reducere somnum alicui. Horat. 3. Carm. ode 1.
Reliquit me somnus. Virg. 8. Æneid.
Repetere somnum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 290.
Sepulti somno dicuntur, qui profundo maximè somno tenentur.
Lucret. lib. 1. 27. Idem lib. 5.
Sepulta vrbs somno vinóque. Virg. 2. Æneid.
Fugam somni lux alma secuta est. Ouid. 15. Metam.
Serpit somnus. Plin. lib. 7. cap. 24. ad finem.
Solutus vino somnóque. Virg. 9. Æneid.
Nec me sopierat menti Deus vtilis ægræ
Somnus, sollicitas deficit ante domos. Non enim ad tectum vsque ingreditur. Tibullus lib. 3. eleg. 4.
Sopitus somno. Virg. 1. Æneid.
Sternere se somno. Virg. 4. Georg.
Tegit ocellos somnus quiete. Catul. ad Licinium 47.
Pigro torpebant æquora somno. Stat. 3. Sylu. 2.
Trahere somnum per suspiria. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Irriguo somno turgescere. Pers. Saty. 5.
Et quum te fusco soranus velauit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus. Tibull. lib. 3. eleg. 4.
Videre somnum, Dormire. Cic. Curio lib. 7. epist. 31, Ita Caninio Consule scito neminem prandisse: nihil tamen eo Consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu somnum non viderit. Iocatur in Caninium, cuius Consulatus paucarum fuit horarum. De quo Sueton. in Cæsare. cap. 76, Pridie autem calendas Ianuarias repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Et Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 3, Vigilantem habemus Consulem Caninium, qui in Consulatu suo somnum non vidit. Terentius Heauton. Act. 3. scen. 1,
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.
Et profugos vinctura papauera somnos. Columel. lib. 10.
Vrgeri somno vltra debitum. Celsus, lib. 2. cap. 4.
Vti medicamento aliquo ad somnum. Plin. lib. 20. cap. 18.
Per somnum. Cic. 2. de Diuin. Illud autem naturale aut concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo per somnum sensibus & curis vacuo prouideri.

Somnium, somnij {ὄνειρος, ὄνειρον, ὀνειρατμὸς, ὀνείρωξις} Illusio quam patimur quum dormimus. Cic. 1. de Lege Agrar. Hæc, per deos immortales, vtrùm esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia: & vtrùm cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Idem 4. Acad. Vera esse aruspicũ auspicia, oracula, somnia, vaticinationes.
Ægri somnia. Horat. de Arte.
Vigilantium velut quædam somnia. Quint. lib. 6. cap. 2.
Admonitio in somniis. Cic. 1. de Diuinat. Eandem in somniis admonitionem fuisse certiam.
Colores somniorum & superstitionum. Quint. lib. 4. cap. 2.
Concursatio somniorum, Vide Concursatio in CONCVRRO.
Coniector somniorum. Cic. 2. de Diuinat.
Somniorum interpres vaferrimus Chrysippus. Cic. 1. de Nat. deor.
Ratio somniorum. Cic. 4. Acad.
¶ Crudelia somnia. Tibull. lib. 3. eleg. 4. ad fin.
Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat,
Et iubeat tepidos irrita ferre nothos.
Dira somnia. Valer. 3. Argon.
Lymphatica somnia, Vide LYMPHA.
Nigra somnia. Tibul. lib. 2. eleg. 1. ad finem,
Póstque venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus, & incerto somnia nigra pede.
Nocturna somnia. Horat. 4. Carm. ode 1.
Sæua somnia. Seneca Herc. fur. 12.
Sollicitum somnium. Seneca Troade 5.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte. Tibull. lib. 3. eleg. 4.
Tristia somnia. Virg. 5. Æneid.
Tumultuosa somnia facit semen nymphæ. Plin. lib. 26. cap. 8. Celsus lib. 2. cap. 2.
Vaga somnia. Statius 10. Theb.
Vera somnia. Horat. 1. Serm. saty. 10.
¶ Cernere somnia. Lucret. lib. 3.
Alicui enarrare somnium. Cic. 1. de Diuinat.
Explicare interpretatione somnia. Cic. 1. de Diuinat.
Fingere somnia. Lucret. lib. 1. 21. Virg. eclog. 8.
Interpretari somnium, Vide INTERPRETOR.
Pertinet somnium ad hoc, Vide PERTINEO.
Videre somnia. Ouid. 9. Metam.
Vti somniis iucundissimis. Cic. 5. de Fin. Itaque ne si iucundissimus quidem nos somniis vsuros putemus, Eudymionis somnum nobis velimus dari: idque si accidat, mortis instar putemus.
¶ Somnium, Ironicè dictũ, quemadmodũ nugæ, & similia. Teren. Phorm. 5. 6.
Quid ais? o. cum eius consueuit matre olim in Lemno clanculum.

P. Somnium: vtíne hæc ignoraret suum patrem? Quasi dicat, non est verum. Idem Adelph. 2.1,

Vbi me dixero dare tanti, testes faciet ilico
Vendidisse me, de argento somnium, mox cras redi. Id est nulla mentio negligitur, non curatur.

Somnio, somnias {ἐνυπνιάζω, ἐνυπνιάζομαι} somniare, Per quietem aliquid, quasi siquis vigilaret, videre. Terent. And. 5.6,

-num ille somniat

Ea, quæ vigilans voluit? Plaut. Curcul.

Quos tu mihi luscos libertos, quos sumanos somnias? Id est somniando loqueris.

Si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent, quæ somniarent, alligandi omnes essent qui cubitum irent. Cic. 2. de Diuin.

Mortuum esse somniare. Cic. 4. Acad.

Somniare aliquem. Terent. Eunu. 1.2,

Dies noctésque me ames: me desyderes,
Me somnies, me expectes, de me cogites, &c.

Cic. Attic. lib. 9. 185.

Somniare canterino ritu. Plaut.

Certè hæc mulier canterino ritu somniat. Iocus ex ambiguo est. Nam & somniare somnia, est videre inter dormiendum: dormiunt autem equi státes plerúque tamen canterij magis, qui quòd castrati sunt, mitiores & placidiores somniculosíque & dormitantes magis ob torporem videntur. Somniare etiam delirare, nugásque & deliramenta effutire valet, vt in Curculione, quos sumanos somnias? id est nugaris & blateras. Mulierem igitur insanire & delirare dicit. Ex Turnebo.

Somniare ineptias. Colu. lib. 1. cap. 8. Cic. Attic. lib. 7. 132. Sine Senatu, sine magistratu, ne somniare quidem poterit quicquam πολιτικῶς. Vetus codex habet Simularet.

Somniari, Impersonale. Plin lib. 28. cap. 4, Aristoteles & Fabianus plurimum somniari circa Vernum & Autumnum tradunt.

Somnians, Parti. ὀνειρώττων} Cic. 1. de Diui. Hæc somniátis est diuinatio.

Miracula non differentium philosophorũ, sed somniantium. Cic. 1. de Nat. deor.

Somniosus, pen. prod. Adiectiuum {ὀνειρώδης} Qui crebris somniis vexatur. Plin. lib. 28. ca. 19. Somniosos fieri lepore sumpto in cibis, Cato arbitratur.

Somnifer, pe. corr. Aliud adiectiuum {ὑπνοφόρος} Quod affert somnum, & Soporiferum etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 25, Vísque somnifera etiam satiuo papaueri.

Venena somnifera. Ouid. 9. Metam.

Somnificus, pen. corr. {ὑπνοποιὸς} Item adiect. Plin. lib. 37. cap. 10, Et viso dracone spargere somnifica medicamenta. Idem lib. 29. cap. 4, Quoniam vincatur aspidum somnifica vis.

Somniculosus, pe. pro. {ὑπνοπαθὲς, ὑπνηλὸς, φίλυπνος} Similiter a dictiuum. Somno plenum & ignauia. Cic. de Senect. Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Colum. lib. 3. cap. 8. Socors & somniculosi genus id mãcipiorũ, otiis, cãpo, circo, aleq, popinæ, lupanaribus consuetũ, nunquã non easdẽ ineptias somniat.

Somniculosus interdum dicitur non qui somno indulget, sed qui somnum inducit, habétque vim somnificam: vnde Sisenna aspidem vocat somniculosam, non quòd ipsa dormiat, sed quòd vi somnifica homines percussos enecet.

Somniculosè, pen prod. Aduerbiũ {ὑπνηπαθῶς} Negligenter. Plau. Capt. 5, Haud somniculosè hoc agendum est.

Somnolentus {ὑπνώδης} Somno plenus. Huius nullum exemplum repperi.

Somnorinus {ὑπνωμαχώδης} Adiectiuũ apud antiquos dicebatur id quod in somnis videbatur. Varro Prometheo, lib. 1.

Hic somnorinas imagines affatur. Nonius.

Somphos {σομφὸς} Cucurbitæ syluestris genus digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde & nomen inuenit: nam Græci σομφὸν, vocant inane, Quidam *Cucurbitam marinam* appellant. Plinius. lib. 20. cap. 3.

Sonabilis, Vide SONVS.

Sonchos {σόγχος} Herba quam Latini, atque adeò Colum. cicerbitam vocant, intybi, siue ambubaiæ, & lactucæ quædam species: nam & lacte abundat, quæ antiquis esui erat, & in hortis serebatur: nunc autem nobis neglecta, & tantum cuniculorum cibis commendata. Plin. lib 22. cap. 22. Estur & sonchos, vt quem Theseo apud Callimachum apponat Hecate, vtrique albus & niger, lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali angulosо, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manat. Vulgus nostrum vocat *Crespino*.

SONDR regentes sunt in India, apud Plinium lib. 6. cap. 20.

Sonipes, Sonitus, & Sono, Vide SONVS.

Sons, sontis om. gen. {ὢν, ὄντος, ὑπαίτιος, ὑπόπτιος} Propriè dicitur cuius culpa iam sonat: hoc est qui erroris conuictus est. Festus, Sons, nocens: Insons, innocens. Cic. 3. de Legib. Vincula sontium seruanto, capitalia vindicanto. Et 1. Off. Punire sontes.

Animam sontem dare. Virg. 10. Æneid.
Protegere sontes. Ouid. 2. Trist.
Furiis sontibus impulsus. Valer. 5. Argon.
Sanguine sonti fœdatus. Ouid. 13. Metam.
Thalami sontes. Stat. 4. Theb.
Turbæ sonti decreta plaga. Seneca Herc. fur. 13.

Sonticus, pen. cor. Adiectiuum, Quod nocet. Vnde Sonticus morbus, qui perpetuò nocet, & totum inuadit corpus. Plin. lib. 36. cap. 19. Venuleius in l. vlt. D. de ædil. edicto. Quoties morbus sonticus nominatur, eum significari Cassius ait, qui nocet, Nocere autem intelligi, qui perpetuus sit, non qui rẽpore finiatur. Sed & morbum sonticum videri, qui inciderit in hominem postquàm is natus sit. Sontes etenim nocentes dicuntur.

Sonticum morbum in duodecim, significare ait Ælius Stilo, certum, cum iusta causa, quem nonnulli putant esse qui nocet, quòd sontes significat nocentes.

Causa sontica. Tibul. lib. 1, eleg. 8.

Sónticus, pro Iusto aliquando accipitur. Nœuius, Sonticam esse oportet causam, quamobrem perdas mulierem. Ex Paulo.

Sonus, soni {ἦχος, κτύπος, πάταγος} Omnis vox, & quicquid auribus percipi potest. Cic. 1. de Diuinat. Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur.

Sonus pronuntiandi. Cic. 1. de Orat.
Acuti soni. Quint. lib. 2. cap. 8.
Amœnior sonus. Gell. lib. 13. cap. 19.

Cæcus sonus, Profundus, vel cuius causam ignoramus. Senec. Troad. 3,

Quàm subitò cæco térra mugitu fremens
Concussa cæcos traxit ex imo sonos.

Creber sonus, Vide CREBER adiectiuum.

Dulcis sonus. Cic. in Somnio Scip. Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus?

Elegantior sonus. Gell. lib. 13 cap. 19.
Firmior sonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Grauis. Quint. lib. 2. cap. 8.
Immanis sonus feri. Stat. 4. Sylu 3.
Imus, Vide IMVS.
Inanis sonus vocis. Cic. 5 Tusc.
Laxior vocis sonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Legitimus. Horat. de Arte.
Lenis sonus, Vide LENIS.
Magici soni. Ouid. 2. de Arte.

Mistáque cum magicis Marsa venena sonis.

Medius. Quint. lib. 2. cap. 8.
Miserabilis, Vide MISER.
Peregrinus sonus. Quint. lib. 1. cap. 7.
Repens sonus. Senec. Medea 12. id est repentinus.
Resultans sonus. Vide Resultans in RESILIO.
Sonus summus, medius, imus, Vide MEDIVS.
Vastus sonus. Senec. Herc. furen. 9.
Viridior sonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Vocalior sonus. Gell. lib. 13. cap 19.

¶ Sonus vocis, pro Accentu, seu prosodia. Cic. in Orat. Mira est enim quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit & tam suauis varietas, perfecta in cantibus.

Addere sonum vocis historiæ, Vide ADDO. Cic. 2. de Orat. Paulum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater.

Blandis sonis adire aliquem. Alloqui blandis verbis. Ouidius epistola 15.

Admouere sonum vocis, Vide ADMOVEO.
Grauior sonus auditur. Virg. 4. Georg.
Longè remotos sonos audire. Senec. Thye. 1.
Concipere sonos aure. Senec. Theb 1.
Lætum sonum ereptuit populus. Horat. 2. Carm. ode 17.
Concordi sono dicere aliquid. Ouid. 5. Metam.
Dare sonum. Virg. 3. Georg.

Efficere sonum. Cic. 2. de Nat. deor. In ore sita lingua est finita dentibus, &c. quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit, &c.

Elicere sonum neruorum. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est.

Fundere sonum. Cic. 4. Acad. Furere tibi Empedocles videtur: at mihi dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. Idem 5. Tusc. Dicárque nos in vocibus occupatos, inanes sonos fundere.

Inflare vi sonum, Vide INFLO.
Infuscare sonum, Vide INFVSCO.
Multiplicare sonos. Stat. 6. Theb.
Peragere sonos. Ouid. 3. Fast.
Reddit sonum chorda. Horat. de Arte.
Blæso sono reddere verba. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Summisere sonum fremitus vitorum. Stat. 10. Theb.

¶ Sonus, sonus, per quartam antiquis aliquando declinatum. Sisenn. histor. lib. 4. Postquàm in sonu signorum prælium magno cum clamore vitorum commissum est. Ex Nonio.

Sonor, sonoris, pen. prod. m. g. {ὄγκος} Vehementior sonus. Virg. 7. Æn.

-magno veluti quum flamma sonore, &c. Idem 9. Æn.

Et crines albos, & sæua sonoribus arma.

Clarus sonor. Lucret. lib. 4.
Sentire sonorem. Lucret. lib 4.
Plenæ sonoribus aures. Lucret. lib. 6.

Sonorus, pen. prod. Adiect. {ἠχώδης, ἀφώνεις} Graue sonans. Virg. 1. Æn.

Cithara sonora. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Flumina sonora. Virg. 12. Æneid.
Tempestates sonoræ. Virg 1. Æneid.
Tonitru sonoro cuncta concutiens. Claud. 2. Paneg.

Sono, sonas, sonui, sonitum, pen. corr. & rarò sonaui, sonatum {ἠχέω, κτυπέω, ἀμπέπω, βρέμω, ὀπλάζω, ἐπιτέχω, διακτυπέω} sonare, Sonum facere. Plaut. Curcul. 3,

Amabo cuia vox auribus sonat procul? Horat. 1. Serm saty. 4,

Magna sonaturum des nominis huius honorem.

Grauiter sonare. Virg. 3. Georg.
Acutè sonare, Vide Acutus in ACVO.
Dulce sonant tenui gutture carmen aues. Tibul. lib. 1. eleg 3.
Leuiter sonant cachinni. Catul. Argon. 59.
Plenius sonans aureo plectro. Horat. 2. Carm-ode 13.
Plangore sonat mœsta domus. Ouid. ad Liuiam.
Tinnitibus acutis sonuit ensis. Ouid. 5. Metam.
Nimbi sonuerunt toto æthere. Virg. 2. Æneid.
Plausu ingenti sonuerunt omnia. Virg. 5. Æneid.

Sonat

Sonat pharetra, Sonant tela. Virg. 4. Æneid.
Ripæ sonant balatu pecorum. Virg. 3. Georg.
Rupes sonant carmina. Virg. eclog. 5.
Diuersa sonare. Ouid. 10. Metam.

¶ Vox hominem sonat. Virg. 1. Æneid.

¶ Idem sonãt hæc verba, pro significant. Cic. 3. Offi. Honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidem sic, vt hæc duo verba inter se disserpere, re vnum sonare videantur. Idem 2. de Finib. Non intelligere interdum quid sonet hæc vox voluptatis: id est quæ vis huic voci subiiciatur. Hìc Cicero quid sonare significet, declarat.

¶ Acerba sonans. Virg. 3. Georg.
Grande sonare. Stat. 3. Sylu. 1.
Lene sonans aqua. Ouid. 2. Fast.
Mortale sonans. Virg. 6 Æneid.

Pingue & peregrinum sonare dicuntur rudes poëtæ. Cicero pro Archia. Qui præsertim vsque cò de suis rebus scribi cuperet, vt ea etiam Cordubæ naris poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet.

Raucum quiddam sonare. Ouid. 3. de Arte.
Rauca sonans amnis. Virg. 9. Æneid.
Saxosum sonans Hypanis. Virg. 4. Georg.

Sonans {ἠχῶν} Nomen ex participio: vt Æs sonans: Ouid. 12. Metam.

Auræ sonantes. Virg. 11. Æneid.
Fila sonantia. Ouid. 10. Metam.
Ora sonantia centum linguis. Ouid. 8. Metam.
Scopuli sonantes. Virg. 1. Æneid.
Turba sonans. Virg. 3. Æneid.
Verba sonantia. Plin. Iunior lib. 1. epist. 16.

Sonandus, Participium {ἠχητέος} Ouid. 5. Fast.

-signi causa sonanda mihi est. Alij legunt, canenda.

Ore magno sonandus. Ouid. 1. de Arte.

Sonabilis, & hoc sonabile, pen. corr. {ἠχητὸς} Adiectiuum, vt Sistrum sonabile. Ouid. 9. Metam.

Sono, sonis {ἠχέω} sonere, Tertia coniugandi forma dixerunt veteres. Lucret. lib 3.

Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.

Syncerum sonere. Lucret. lib. 3.

Sonitus, huius sonitus, pen. cor. masc. gen. {ἦχος, δοῦπος, ῥόμβος, φλοῖσβος} Idem quod Sonor. Virg. 6. Æneid.

Dum flammas Iouis & sonitus imitatus Olympi. Plaut. Trinum. 17,

-quis homo

Tam tumultuoso sonitu me excitat subitò foras?

Sterilia sonitu corpora. Lucret. lib. 2.
Innumeri sonitus æris. Stat. 1. Sylu. 1.
Aquæ sonitus. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Armorum sonitus. Virg 1. Georg.
Plangoris sonitus. Ouid. 3. Metam.
Fracti sonitus tubarum. Virg. 4. Georg.
Perterrirepus sonitus. Lucret. lib. 6.
Quadrupedans sonitus. Virg 8. Æneid.
Sonans sonitus. Lucret. lib. 1.
Terribilis sonitus. Virg. 6. Æneid.
Vagus sonitus Aspi fluentis. Propert. lib. 3. eleg. 15.

¶ Creber sonitus adest ad aures. Virg. 2. Æneid.

Agnoscere sonitum, Vide AGNOSCO.
Capere sonitum, Vide CAPIO.
Capi re sonitum, Vide CAPIO.
Claresc unt sonitus. Virg 2. Aeneid.
Acrem sonitum dare. Virg 4. Georg.
Ingentem sonitum dedit ignis. Virg. 2. Georg.
Vastos sonitus dare. Virg. 5. Aeneid.
Excitur sonitus pedibus. Lucret. lib. 2.
Faciunt sonitus venti. Lucret. lib. 6.
Venti ferunt sonitum ad littora. Virg. 12. Aeneid.
Increpuit sonitum tuba. Virg. 9. Aeneid.
Quatit sonitu campum vngula. Virg. 8. Aeneid.
Terrere aues sonitu. Virg. 1. Georg.

Soniti, Genitiuus antiquus pro sonitus. Pacu. Duroleste: Quidnã autẽ hoc soniti est, quòd strídunt fores? Cæcil. χαπκέκτις. Nam quidnam fores facere soniti? Nonius.

Sonipes, pen. cor. sonipedis. pen cor. masc. gen. {ἱππηχήτης} significat celerem equum, à sonitu pedis, quòd pedibus sonet. Cic. 3. de Orat. Aut à breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa: sicutilla sunt, domuerant, sonipedes.

Acrior sonipes. Stat. 5. Theb.
Insignis ostro & auro stat sonipes. Virg 4. Aeneid.
Martius sonipes. Silius. lib. 1.
Nobilis sonipes. Claud. de Nup. Honorij & Mariæ.
Vegeti sonipedes. Catul. de Berecynth. 58.
Celsos sonipedes ocyus subigit iugo. Senec. Hipp. 10.

Soniuius, Adiect. Festus, Soniuio, sonanti. Cic. ad Cecinnam, lib. 6, 6, Non igitur ex aliis inuolaru, nec è cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est: nec ex tripudiis solistimis, aut soniuiis tibi auguror: sed habeo alia signa quæ obseruem.

SOPHENAE, pen prod. {σοφανὰ} Armenij populi: quos Plin. lib. 6. cap. 9. Vocat Sophenos: eorũ; regionẽ Sophenẽ li. 5. cap. 12. & lib. 6. cap. 13.

Molles Sophenæ. Lucan. lib. 2.

Sophia, sophię, pe. cor. {σοφία} Latinè Sapiẽtia dicitur. Mart. li. 1. à fine,

Quum tibi sit sophiæ par fama, & cura deorum. Cic. 1. Off. Principésque omnium virtutum est illa sapientia quã σοφίαν, Græci vocãt.

Sophus. sophi, masc. gen. {σοφὸς} Sapiens. Virgilius,

Hinc omnis certa dialectica turba sophorum. Cic. 5. Tusc. Itaque & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapientes à nostris, & habebantur & nominabantur. Martial. lib. 7.

Tepia Cecropiæ comitatur turba Minervæ:
Te secreta quies, te sophos omnis amat.

Grande sophos, id est, magna voce acclamatum. Mar. lib. 1. Sipontinus, Mos est Græcorum, dum scripta alicuius vel legerint vel audierint, assentando dicere, σοφὸς, hoc est sapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poëta, Grande sophos, id est grandem illam & adulatoriam vocẽm tot hominum clamantium Sophos. Sic alibi,

Quòd tam grande sophos clamet tibi turba rogata, &c. Idem li. 1. Mercetur alius grande & insanum sophos, Miserere tu fœlicium.

Tergeminum mugiet ille sophos. Martial. lib. 5. epigrãm. ad Candidum.

Sophistes, sophistæ, vel sophista. {σοφιστὴς} Orator, præceptor, sapiens. Olim autem sophistæ dicebantur philosophi & sapientiæ professores: deinde verò rethores: post remò abiit nomen in inuidiam, vt Sophistæ dicerentur, qui fictam quandam sapientiæ speciem iactitarẽt. Cic. 1. de Nat. deor. Abderites quidem Protagoras, cuius à te modò mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus. Idem 4. Acad. At quis est nunc hic sophistes? Sic enim appellantur hi qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur.

Sophistica, {σοφιστικὴ,} Pars dialectices plus verborum, quàm veritatis, pluísque ostentationis, quàm vtilitatis habens, qua docemur fallacibus conclusiunculis aduersarium irretire, atque argumenta ita acutè inuenire, vt quæ falsíssima sunt atque fallacíssima, verissima esse videantur. Sophistam declamandi magistrum dixerunt olim. Cælius Rhod.

Sophisma, sophismatis, pen. corr. neut. g. {σόφισμα} quid significet, declarat Cic. 4. Acad. his verbis, Atqui habebam molestos vobis, sed minutos Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Vide Cauillatio, in GAVILLA.

SOPHILVS, {σοφίλος} Sicyonius, vel Thebanus Comicus, Mediæ Comediæ scriptor, cuius fabulæ nõ nullæ commemorantur à Suida.

SOPHOCLES, pen. corr. {σοφοκλὴς} Athenien sis poëta Tragicus, æqualis Periclis, ciúsque Collega quandoque in prætura: docuit fabulas CXXIII. victorias retulit XXIII. authore Suida. Decessit post Euripidem annos VI. cui ityji magnitudine præfertur, licèt eius sententiis inferior. Filios habuit Leophontem, Leosthenem, Austonem, Srephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida. De quo Cic. de Senec. Sophoclẽ ex insperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadam repentinò obiisse, Valerius author est. Hunc Cicero diuinum poëtam lib. 1. de Diuinat. vocauit.

Sophocles non ignobilis Tragicus. Quintil. lib. 1. cap. 12. Horat. 2 epistol. 1.

Sophocleus, pen. prod. Possessiuum, {σοφόκλειος} Vnde Carmina Sophoclea. Cicc. ad Tyronem, libr. 16. 18. An paugis aliquid Sophocleum? Martial. lib. 3. Virg. 8. eclog.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

¶ Sophocles superioris nepos, poeta item Tragicus, qui docuit tragœdias XL. vicit VIII. commemoratur à Suida.

¶ Sophocles etiam grammaticus, minor appellatus, enarrauit Lycophronem, Appollonium, aliósque poetas, cuius opera habemus.

¶ Sophocles alius, dux Athenien sium Sostratidæ filius, apud Thucydidem.

Sophron, sophronis, pen. corr. mas. g. {σώφρων} & Sophrosyne, sophrosynes, f. g. Cicc. 3 Tusc. Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant: eámque virtutem σωφροσύνη vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam.

Sophrosyne, es: {σωφροσυνὴ} temperantia. modestia, castitas, Hieronymus contra Iouinianum: Non enim, vt malè habetur in Latinis codicibus, sobrietas est legendum: sed castitas, id est, σωφροσύνη.

SOPHRON {σώφρων} Comicus, cuius meminit Athenæus. Implicitum hunc vocat Statius lib. 5. Syl. 3.

SOPHRON poeta Mimorum scriptor fuit tanti, à Platone æstimatus, vt moriẽs libros eius capiti subiectos narretur habuisse. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 1.

SOPHRONIA {σωφρωνία} matrona Romana fuit, quàm ob insignem pudicitiam Lucretiam Christianam vocant. Hæc cum se vim Decij principis videret non posse effugere cõsentiente viro, atrepto gladio seipsa transfixit, & in Dinorum numerum est relata. Eusebius in Ecclesiastica historia.

SOPHRONISTAE {σωφρονισταὶ} magistratus quidam erant apud Athenienses non dissimiles iis quos Romani Censores vocabãt, licèt ìgè plures essent, & potestate aliquanto inferiores: legebantur enim ex singulis tribubus decem, qui iuuenum mores cenierent.

Sophronisteres {σωφρονιστὴρες} denres duo, qui omnium extremi nascuntur, circa annum ætatis vigesimum, hoc est circa id tempus, quo iam sapere incipimus.

SOPHRONIVM {σωφρόνιον} meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum ἀπὸ τῆ σωφροσύνης, quod temperantiam, modestiam siue castitatem significat.

Sopio, Vide SOPOR.

SOPIS Sopithis, Rex fuit Indicæ regionis eius, quam Sopithem appellari diximus. Strabo lib. 15. In eadẽ terra esse canes optimos narrant, atque Alexandrum centum & quinquaginta canes à Sopithe accepisse, atque vt periculum faceret, duos Leoni immisisse: quibus illum tenentibus, alios duos soluisse, qui cùm iam in certamine cõsisterent, Sopithes iussit, vt vnus ex canibus erure apprehensus abstraheretur à morsu: & nisi obtemperaret, crus amputaretur. quod Alexander primò non concessit, cani videlicet parcens. Sed cùm Sopithes diceret se quatuor pro vno daturum, concessit. Canis verò prius sibi crus incidi profundo vulnere passus est, quàm morsum dimitteret.

SOPIS, sopithis: Indica regio de qua sic Strabo lib 15. Dicunt in terra Sopithis, in monte quodam sales effodi, qui toti Indiæ sufficiant. Ité auri & argenti metalla, non longè in altis montibus dicuntur, vt Gorgus tradidit.

Sopor, soporis, masc. gen. {ὕπνος πάτος} Idem quod Somnus. Cicero in

Saluſtium. Noli nobis languorem ac ſoporem nimium exprobrare.
¶ Sopor interdum differt à ſomno. Plin. lib. 21. cap. 18. Huius ſeminе ſomnum allici: ſed modum ſeruandum, ne ſopor fiat.
Conſanguineus lethi ſopor. Virg. 6. Æneid.
Altus ſopor, Vide ALTVS.
Doloſus ſopor. Stat. 1. Sylu. 2.
Dulci ſopore languidus. Horat. Epod. 5.
Fœlix ſopor. Stat. 5. Theb.
Grauiſſimus ſopor. Lucret. lib. 4.
Impauidus ſopor. Silius. lib. 13.
Piger ſopor. Catul. de Bereeynthia 58.
Semiſomnus ſopor. Quint. lib. 4. cap. 2.
Temulentus ſopor. Quint. lib. 4. cap. 2.
Trepidus ſopor. Stat. 1. Achil.
¶ Collocare aliquem in ſoporem, Vide COLLOCO.
Complectitur artus ſopor. Virg. 2. Æneid.
Continuans ſe ſopor interdiu noctúque. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Ducere ſoporem. Tibul. lib. 1. cap. 2.,
Nam neque tum plumæ, nec ſtragula picta ſoporem,
Nec ſonitus placidæ ducere poſſet aquæ, Id eſt, inducere.
Firmare ſoporem alicui. Ouid. 1. Metam.
Suaui ſopore deuinxit membra ſomnus. Lucret. lib. 4.
Altus ſopor habet animalia. Virg. 8. Æneid.
Irrigat artus ſopor. Virg. 3. Æneid.
Languens ſopore. Lucret. lib. 4.
Securo ſopore mulcens membra. Silius lib. 3.
Occupat artus ſopor. Virg. 4. Georg.
Pari ſoporem. Ouid. 15. Metam.
Grauitate ſoporis preſſus. Ouid. 15. Metam.
Proſligatus temulento ſopore. Quin. lib. 4. cap. 2.
Receptus ſopor parte oculorum. Ouid. 1. Metam.
Remouet ſoporem cura. Ouid. 6 Metam.
Segnis ſopor tenuit corpora noſtra. Lucan. lib. 5.
Vincere caput ſopore. Propert. lib. 3. eleg. 17.
Victa ſopore corpora. Ouid. 1. Faſt.
Perpetuus ſopor vrget illum, Mortuus eſt. Hor. 1. Car. ode. 24.
¶ Sopor, pro poculo ſoporifero. Æmilius Probus in Dione, Patri ſopori medicos dare coëgit. Hoc ergo ſumpto ſomno ſopitus, diem obiit ſupremum.

Soporifer. pen. corr. Adiectiuum, {ὑπνοποιὸς, ὑπνωτικὸς} Quod ſoporem inducit. Plinius lib. 9. cap. 13. Preterea dextræ pinnę vim ſoporiferam ineſſe, ſomnóſque allicere ſubditam capiti tradunt. Idem lib. 19. cap. 8. A copia lactis ſoporiferi.
Aula ſoporifera Somni. Ouid, 11. Metam.
Flos ſoporifer. Stat. 10. Theb.
Lethe ſoporifera. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1.
Noctis ſoporiferæ dona. Silius lib. 7.
Papauer ſoporiferum. Virg 4. Æneid.
Soporo, ſoporas, pen. prod. {κατακοιμίζω} ſoporare, Soporem inducere. Plin. lib. 28. cap. 8. Cauda, flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Stat. 11. Theb.
-& infuſtos angues nimia aſtra ſoporant.

Soporo, pen. prod. Participip. {κατακεκοιμισμένος} Plin. lib. 10. cap. 75. Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida ceu ſoporata.
Artus ſoporatos premit quies. Valer. 5. Argon.
Dolor ſoporatus. Curtius lib. 7. Hoc eſt ſopitus, & qui interquieuerat.
Offa ſoporata melle. Virg. 6. Æneid.
Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam obiicit. Sunt qui legendum putent ſoporatam, quod mel ſoporem non faciat, ſed ſaporem.
Ramus ſoporatus vi Stygia. Morte plenus. Seruius. Virg. 5. Æne.

Soporus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπνοποιὸς} vt
Nox ſopora. Lucan. lib. 2. 48. Stat. 1 Theb.

Sopio, ſopis, ſopini, ſopitum {κατακοιμίζω, κοιμάω, ὑπνόω} ſopire, pen. prod. Soporé inducere. Liu. 4. bel. pun. Lentior denique æqualiórque accidens auribus, magnam partem hominum ſopiuit.
Somno ſopire aliquem. Ouid. 7. Metam.
Deus me ſopierat. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Sopitus, pen. prod. Participium {κατακοιμισθείς} Liu. 5. bel. Pun. Nico ex improuiſo ad portas ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtruncat, portámque aperit. Idem 7. ab Vrbe.
Lecto ſopitus, In lecto dormiens. Lucret. lib. 3.
Somno ſopitus. Virg. 1. Æneid.
Quiete ſopitus. Lucret. lib. 3.
Sopitus vino & epulis. Liuius 8. ab Vrbe.
¶ Sopitus anguis cautibus magicis. Colum. lib. 10.
Aras ſopitas excitat ignibus. Virg. 8. Æneid.
Brachia ſopita. Ouid. epiſt. 14.
Sopitus vbique armorum furor. Patereculus. lib. 2.
Ignis ſopitus, Non apparens, occultus. Virg. 8. Æneid.

Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Idem 5. Æneid.
Manus ſopitæ. Ouid. 3. Faſt.
Quies ſopita. Liu. lib. 9.
Sopitus, Qui ſenſus amiſit. Liu. lib 1. Iubet bono animo eſſe: ſopitum fuiſſe regẽ ſubito ictu, ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe.

SORA {σώρα} oppidum Volſcorum in Campania, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Liu. 10. ab Vrbe. Meminit etiam Iuuenalis, quũ ait Saty. 3.
-optima Soræ
Aut Phabrateriæ domus. Silius lib. 8.

SORACTAE {σωράκτου ὄρος} Mons in Phaliſcis, Apollini ſacer, quo ſpelunca cooperta, latebrã ſibi elegit diuus Sylueſter. Et eſt generis neutri. Quod & hæc Sorax, & Soractes Soractis dicitur. Sil. lib. 8.
-& ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Virg. 11. Æneid.
Summe deũm ſancti cuſtos Soractis Apollo. Plin. lib. 7. cap. 2. Sacrificio annuo quod fit ad montẽ Soractẽ Appollini. Hora. 1. Car. ode 9,

Vides vt alta ſtet niue candidum Soracte?
Phœbeum Soracte. Silius lib. 7.
¶ Item dicitur Soractis, huius Soractis: quemadmodum Preneſte & Preneſtis.

Soracum eſt, quo ornamenta portantur ſcenicorum: Paulus ex Feſto. Notat Antonius Aug. Refertur, vt opinor, à Feſto verſus Plauti in Perſa. Librorum enim ecce illum plenum ſoracum habeo. Sed verbum, enim, non agnoſcit Feſtus, & pro ecce illum, ſiue eccillum ie illum ſcripſit librarius, quod in margine notatũ eſſe video litera, R. Varię hoc nomen ſcriptum reperiram Quintilianus lib. 3. cap. 3. refert Ciceronem in Piſonem ſcripſiſſe: Cùm tibi tota cogitatio in ferraco adueharur. & Vitruuius lib. 10. cap. 1. Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum, aut ſarracorum per terram, nauicularum per aquam inuentæ eſſent machinationes. Iuuenalis Satyr. 3.
Longa coruſcat ſarraco veniente abies, atque
Altera pinum plauſtra vehunt. Et Satyr. 5.
Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.
Vlpianus ſub tit. ad legem Aquiliam cap. 29. Quia parui refert (inquit) nauem immittendo, aut ſerraculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. Quem locum non intelligentes pro ferraculo, ſeruaculum, vel verriculum, vel gubernaculum, vel feraculum ediderunt.

SORAE, gentes in Capiſſena ſunt authore Plinio lib. 6. cap. 23.

SORANVS, Pluto eſt cognominatus. Item Hirpini Sorani dicti ſunt, veluti Ditis patris Lupi: tum quia is deus inibi coleretur: tum quòd rapto viuerent ex reſpóſo. Cælius Rhodig. lib. Lection. antiquar. 10. cap. 18. Lupi autem Sabinarum lingua Hirpi vocantur. Vide Seruium.

SORANVS, Ephesius medicus Alexandriæ vixit: deinde Romam venit, vbi artem exercuit Traiani & Hadriani temporibus. Suidas.

Sorbeo, ſorbes, ſorbui, ſorbitum. pen. corr. vel ſorpſi, ſorptum {ῥοφάω, ῥοφέω, ῥοφέων} ſorbere, Deglutire quicquam molle. Factitium verbum à ſono vocis quem faciunt qui ſorbent. Plaut. Mil. 11,
-ſorbet dormiens.
PA. Quid ſorbet? v. illud, ſtertit volni dicere:
Sed quia confimile eſt, quod ſtertas quaſi ſorbeas.
Sorbere ouum. Plin. lib. 7. cap. 53.
Terra arida ſorbet cœleſtes aquas. Ouid. 2. de Arte.
Charybdis ſorbet fluctus in abruptum. Virg. 3. Æneid.
Flumina ſorbentur à terra. Ouid. 1. Metam.
Charybdis ſorbet fretum. Ouid. 7. Metam.
Cruor veſtigia ſorbet. Silius. lib. 4. Hoc eſt, Cruor ita replet veſtigia, vt non cognoſcantur.
Puppis ſorbet mare vaſto hiatu. Valer. 1. Argon.
Medullas ſorbere. Lucan. lib. 7.
Sitis ſorbet ora. Stat. 3. Theb.
Sanguis ſorbetur ab hubere. Lucan. lib. 4.
Sorbere odia alicuius, per tranſlationem, pro Perferre. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 3. 24, Vt eius iſta odia nõ ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam.
¶ Sorbere animo. Cic. 11. Philip. Quem gurgitem, quã voraginem, uid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis?
¶ Sorbui, Præteritum. Plin. lib. 22. cap. 23. His qui coagulum lactis ſorbuerint.

Sorbitio, ſorbitionis {ῥόφημα} Ipſe ſorbendi actus: & interdum id quod ſorbetur. Perſius Sary. 4. -ſorbitio tollit quem dira cicutæ. De Socrate.
Sorbitio, Iuſculum ad ſorbendum præparatum. Colum. lib. 6. cap. 10, Sextarii duo, factáque ſorbitio per cornu infunditur. Celſus lib. 4. cap. 7. Ergo primis diebus danda eſt ſorbitio ptiſanæ, vel aliæ, vel orizæ.

Sorbitiuncula, pen. cor, Diminut. {ῥοφημάτιον.}

Sorbillo, ſorbillas {σπερβόω} ſorbillare, Diminutiuum à Sorbeo: proprié eſt Parum, & frequenter ſorbere. Terent. Adelph. 4. 2.
-quod quidem beliſſimum
Carpan: & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem.

Sorbillum, ſorbilli {σπερβήφημα} Potio ſorbitioni apta. Plaut. Pœn. 4.
Hem, mihi iam video propter te victitandum ſorbillo.

Sorbilis, & hoc ſorbile, pen. prod. {ῥοφητός} Quod facilè ſorbetur. Colu. lib. 8. cap. 17, Et nuces digitis infractæ ſunt dandæ, nec minus elixum molle ſorbum, quíque ſunt cibi ſorbilibus proximi, vt multra, recens caſeus.
Oua ſorbilia craſſiorem faciunt pituitam. Celſus lib. 2. cap. 23. Ouum durum valentiſſimæ materiæ eſt: molle vel ſorbile imbeciliſſimæ. Celſus. lib. 2. cap. 18.

Sorbus, ſorbi, ſ. g. {ὄον} Arbor eſt procera, quam Græci œn & œien, Fructúmque eius oa & va vocant, cuius longiorem deſcriptionem videbis apud Theophraſtum lib. 3. cap. 11. Colum. lib. 5. cap. 10. Sorbi quoque & Armeniaci, & Perſici, non minima eſt gratia.

Sorbum, ſorbi {ὄον} Prædictæ arboris fructus, quod malum ſorbum etiam Columella appellat lib. 5. cap. 10. Martial. lib. 13,
Sorba ſumus, moles nimium durantia ventres.
Aptius hæc puero, quàm tibi, poma dabis. Plin. lib. 15. cap. 21. Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, alii ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori. Odore & ſuauitate rotunda præcellunt. Cæteris vini ſapor. Generoſiſſima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, aſſiduum prouentu, minimúmque pomo, arbore diſſimili, foliis penè platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere. Cato cap. 7. Sorba in ſapa quum vis condire vel ſiccaré, viridia facias.
Acida ſorba. Virg. 3 Georg.

Sordes, ſordis, fœminini generis {ῥύπος, σπίλος, σπῆλαιμα, λῆμμα, κόπη, ῥυπαρία, πίνος, γλοιὸς} Immunditia. Plaur. Pœn. 4.
Viden' tu pleni oculi ſordium qui erant, iam ſplendet mihi?

N. Imò

N. Imò etiam in medio oculo parum ſordis eſt. Cic. 2. de Natura deor. Sordes aurium.
Collecta ſorde dolentes auriculæ. Horat. 1. epiſt. 2.
¶ Sordes pro Reorum ſqualore. Quint. lib. 6. cap. 2, At ſordes, & ſqualores, & propinquorum quoque ſimilem habitum ſcio profuiſſe, & magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Idem Declamat. 17. Non exuo, nõ depono ſordes: & mihi quoq; ſenex tanquam accuſaturus occurrit.
Lugubres ſordes, Vide LVGEO.
Iacere in ſordibus, Vide IACEO.
Sordes hominis. Cic. ad Marium, lib. 7. Putas enim, vt ſcribis, propter hominis ſordes minus me magnam illam lætitiam putare.
Accipere ſordes, Vide ACCIPIO.
Sordem vrbis, Homines nequam, vel potius plebem vocat Cicero Attico ſcribens, lib. 11. 1, Apud bonos iidem ſumus quos reliqui: ſtiapud ſordem vrbis & fœcem, vtiliò meius nunc quàm reliquiſti.
¶ Sordes, pro Auaritia. Cicero ad Quint: fratrem, lib. 1. 1, Neque enim mihi ſanè placet, præſertim quum iis mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, ſeruitari te omnes ſordes, excutere vnumquenque eorum. Plin. epiſt. 12 lib. 2. Damnatúmque fordium vel damnare alios, vel abſoluere? Quint. lib 6. cap. 4. Incuſans eius ſordes, calceos eum veteres dicebat vendere ſolere. Idem lib. 4. cap. 1. Sed vt præcipua in hoc dicentis authoritas, ſi omnis in ſubeundo negotio ſuſpicio ſordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: & ita, &c. Horat. 2. Serm. ſat. 5, -ſepulchrum
Commiſſum arbitrio ſine ſordibus extrue.
Luxuriæ ſordes quis feret. Iuuenal. Saty. 1. Id eſt ſummã prodigalitatem cum inſigni auaritia cõiunctam. Loquitur enim de illis qui quum ventribus ſuis indulgerent omnia, in aliorum egeſtate ſubleuanda parciſſimi eſſent. Gaudet autem Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, vt alibi, Socraticos Cynædos, triſtia obſcœna, lacernatam amicam. Horat. 1. Serm. ſaty. 6,
Si neque auaritiam, neque ſordes, ac mala luſtra
Obiicies verè quiſquam mihi.

Sorditudo, pen. pro. ſorditudinis {ῥύπασμα} Idẽ q; ſordes. Plau. Pœn. 16,
Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.

Sordidus, pen. corr. Adiectiuum {ῥυπαρός, σπιλερός, ῥυπόεις, ῥυπώδης} Sordibus pleaum. Cic. 3. Tuſc.
Sæpè eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Ex Cæciliano.
Amictus ſordidus. Virg. 6. Æneid.
Caput ſordidum tabo. Senec. Herc. fúren 9.
Caſæ ſordidæ. Senec. Herc. Oetæo, 2.
Cera ſordida. Propert. lib. 3. eleg. 23.
Color ſordidus. Colum. lib. 8 cap. 8.
Fumus ſordidus. Horat 4. Carm. ode 11.
Lana ſordida. Ouid. 3. de Arte.
Mappa ſordida. Horat. 1. epiſt. 5.
Puluis ſordidus. Ouid. 3 Amor. eleg 2.
Rura ſordida. Virg. eclog. 2.
Sanguis ſordidus. Lucan. lib. 4.
¶ Sordidus homo, Egens vel vilis, & nullius reputationis, aut tenax, anarus. Cic. 3. de Finib. Quis non odit ſordidos, varios, leues, futiles? Idem 3. de Legib. Quos & quantos viros homo omnium infimus & ſordiſſimus Trib. pleb. P. Curiatius in vincula coniecit. Sic 1. Off. Sordidi etiam putantur qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant.
Sordido loco natus, Ignobili. Liu. 2. belli Pun. Loco non humili ſolùm, ſed etiam ſordido ortus.
Stirpes ſordidæ, quæ ingenuis natalibus opponũtur. I. Super ſtatu. C. de pœnis.
Sordidum ad famam. Cic. 2. Off. Id cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere vt accuſator nominere.
Cupido ſordidus, Auaritia, Cupiditas. Acron & Porphyr. Horat. 2. Carm. ode 16.
Illiberalis & ſordidus quæſtus. Cic. 1. Off. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum, omniúmque quorum operæ, non quorum artes emuntur.
Lingua ſordida, Impura, mendax, periura. Tibul. lib. 3. eleg. 7.
Gaudia ſordida. Stat. 3. Syl. 5.
Sordidum conſilium, pro Corrupto. Cic. ad Quint. fra. lib. 3. 10. Gabinius abſolutus eſt: omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcripto ribúſque eius infantius, nihil illo conſilio ſordidius. Budæus.
Sordida oratio, cui opponitur Nitida. Qu. lib. 8. cap. 3. Quædã hebes, ſordida, ieiuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. Quæ vitia facillimè fiũt manifeſta cõtrariis virtutibus. Nã primum acuto, ſecundum nitido, tertiũ copioſo, deinceps hilari, iucundo, accurato diuerſũ eſt.
Nubes ſordidior. Senec. Hipp. 6.

Sordiditas, pen. corr. ſorditatis, ſ. g. Celſ. lib. 6. cap. 7. Ad grauem auditum, immaturæ vuæ ſuccus cum roſa inſtillatus, aduerſus ſordiditatem ſatis proficit. Alij legunt ſurditatem.

Sordidè, pen corr. Aduerbium {ῥυπαρῶς} Auarè. Plin. epiſt. 9. lib. 3. Procon ſulatum ſed ſordidè geſſerat.
Sordidè dicere & cõcionari, Id eſt auarè. Cic. ad Att. li. 15, 322. Lucii Antonii cõcionati eſſe cognoui tuis literis & aliis ſordidè, ſed id quale fuerit, neſcio Idẽ 2. de Orat. Siaſperè, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordidè, ſi quòquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur.

Sordidulus, pen. cor. Adiectiuum diminutiuum. Plautus Pœnu. 4,
Seruulorum ſordidulorum ſcorta diuloiaria?
Toga ſordidula. Iuuen. Saty. 3.

Sordeo, ſordes, ſordui, ſordere {ῥυπάω, ῥυπόω, ῥυπόομαι} Sordidũ eſſe. Mar. li. 1, Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus.
Irer ſordet. Stat. 3. Sylu. 1.
Sordere alicui res aliqua dicitur, Id eſt contemni, & vilis æſtimari. Plin. lib. 35. Cic. ad Octauium, Cui ſordebat Macedonia prouincia, quam victor ſibi ſumpſerat Cæſar.
Voluptas ſordet oculis. Stat. 1. Sylu. 1.

Sordere ſuis, & contemni ab eis. Liu. 4. ab Vrbe

Sordeſco, ſordeſcis {σπιλόομαι} ſordeſcere, Idem. Plin. lib. 11. cap. 12. Nunc verò è tãta cadẽs altitudine, multúmque dum venit ſordeſcẽs Cæl. ad Cic. li. 8. 14. Nã ſordeſcit vere vultu & venas ſibi omnes, & viſcera aperit. Vetus codex legit, Nam ſordes eluere vult. Horat. 1. epiſt. 20,
Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis. Alloquitur librum ſuum.

Sordido, ſordidas. pen. cor. {ῥυπαίνω, σπιλόω} ſordidare, Sordidum facere, ſœdare. Plaut. Aſin 9, -quanquam ego ſum ſordidatus,
Frugi tamen ſum, nec poteſt peculiũ enumerari. Id eſt ſordidè induitus. Cic. 2. Philip. Argentea vaſa collíſa, ſordidata mãcipia. Id eſt, ob inopiã vel auaritiã obſoleta veſte, vel detrita induta. Tere. Heau. 2. 3,
Scin' hanc quam dicis ſordidatam & ſordidam?

Sordidatus, pen. prod. Quui reus delatus eſt. Cic. poſt reditum in Senatu, Quum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eũ ſordidata veniſſet. Idem 4 in Vert. Sordidati, maxima barba & capillo, Romæ biennium propè fuerunt. Ibidem 6, Diodorus Romæ ſordidatus circum patrõnos atque hoſpites curſare, rem omnibus narrare. Idem in Piſonem, Nec minus lætabor, quum te ſemper ſordidum, quàm ſi pauliſper ſordidatum viderem. Sordidum dixit vilem & abiectum, ac ſine vllo vitio nitore ac lautitia vitam agentem. Sordidatum autem, accuſatum & reum: Budæus.

Sorex, ſoricis, pen. cor. m. g. {μῦς ἀγρώτης} Animal parvum, à ſono vocis, quem rodendo facit. Quidam dicũt eſſe murem ſylueſtrem. Colum. lib 12. ca. 31. Si ſerpens, aut mus, ſoréxque in muſtum ceciderit. Idem lib. de Arboribus, cap. 15. Vites quæ ſecundum ædificia ſunt à ſoricibus aut muribus infeſtantur. Terent. Eun. 5 7.
Egomet meo iudicio miſer, quaſi ſorex, hodie perij.
Deſticat corex. Anthor Philomelæ.
Soricem & murem pro eodem vſurpauit Plin. lib. 11. cap. 37. & lib. 2. cap. 41. Vide FIBRA.

Soricinus, pe. pro. {μυϊνὸς} Aliud adiect. Vnde Soricinos dẽtes dixit. Plau.

Soriculatus, pen. pro. d. Similiter adiectiuum. Soriculata veſtis, quæ variis conſerta coloribus erat. Plin. lib 8. cap. 48. Calcaginnus legendum putat ſurculata.

SORGAE populi ſunt in India, apud Plin. lib. 6. cap 20.

Soriłła, nauigia Iſtrica vocantur, quòd lino & ſparto conſerantur & condenſentur.

SORITAE, pen. prod. Populi ſunt ichthyophagi, quos Arabis fluuius ab Indis diſterminat, nullum alium cibum noſcentes quàm piſcium, quos vnguibus diſſectos torrent ſole, panémque ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap 2. Oritas vocat.

Sorites {σωρείτης} Cauillationis genus, quo ab euidenter veris, ad euidenter falſa gradatim & per breuiſſimas mutationes perducimur. l. 177. D. de verbor. ſign. l. 65. D. de dueſt. reg. iuris. Acerualem Cicero lib. 2. de Diuinat. Latinè vertit. Ab aliis aceruus vocatur. Inuentum à Chryſippo Diogenes Laërtius ſcribit lib. 7. Videndi, qui de Dialectica ſcripſerunt.

SORoADIOS, Dæmonis nomen apud Indos pro Deo habiti, quod in linguam Græcam tranſlatum verbum οἰνοπότης, id eſt vini factorem, ſignificat. Cælius lib 2 cap 7.

Sorodæmon, ſorodæmonis: Sorodæmones ſunt ſepulchrales larvę. Cælius Rhodiginus lib. Lect. antiq. cap. 7.

Soror, ſororis. ſ g. {ἀδελφὴ, κασιγνήτη} Dicta eſt, quòd quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcitur, ſeparatúrque ab ea domo in qua oritur, & in aliam familiam tranſgreditur. Vel ſoror, quaſi diuerſa ſorte orta.
Soror germana. Cic. pro Milone. Eum quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe. L. Lucilius iuratus ſe quæſtionibus habitis dicit comperiſſe. De Clodio.
Sororis filius. Cic. 6. Verr. Ira C. Cato duorum clariſſimorum hominum nepos, L. Pauli & M. Catonis & P. Africani ſororis filius.
Nymphæ ſorores. Virg. 2. Georg.
Doctæ ſorores. Ouid. 5. Metam. Sic vocat Muſas.
Lanificæ ſorores, Parcæ, Vide Lanificus in LANA.
Piæ ſorores. Ouid. 8. Metam.
Pulchræ ſorores. Stat. 1. Achil.
Viperęæ ſorores. Ouid. 6. Metam. Furias ſic appellat.
Maxima ſororum. Ouid. 2. Metam.
Dicere Mineruam ſororem ſuam. Cic. pro Domo ſua.
Sorores arbores. Plin. libro 13. cap. 4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore eæ ſororum ſorores, ob hoc Adelphides dictæ.

Sororius, ſororij, Cui ſoror mea nupſit. Sororius ſimiliter dicitur ſororis filius, quod tamen doctis non placet. Nam rectè & latinè dicitur filius ex ſorore.
Sororius, Adiectiuum, Sororia cœna. Plaut. Curcul. 14.
Oſcula ſororia, Caſta & pudica, qualia ſorores decent. Ouid. 4. Metamorph. in Salmacidis fabula.
Stuprum ſororiũ. Cic. pro Seſtio, Qui enim in eiuſmodi vira nerui eſſe potuerunt, hominis fraternis flagitiis, ſororis ſtupris, omni inaudita libidine infamis.
Sororium tigillum, Locus ſacer Romæ in honorẽ Junonis. Sororium tigillum appellatur hac de cauſa, ex conuentione Tulli Hoſtilij Regis, & Metij Suffetij ducis Albanorum: Trigemini Horatij & Curiatij cùm dimicaſſent, vt victores ſequerentur imperij, & Horatius noster exuperaſſet, victórque domum reuerteretur, obuia ſoror, cognita morte ſponſi, ſui fratris manu occiſi, auerſata eſt eius oſculum, quo nomine Horatius interfecit eam, & quanquã à patre abſolutus ſceleris eſtat, accuſatus tamẽ patricidij apud Duumviros, damnatuſq; prouocauit ad populũ, cuius iudicio victor duo tigilla, tertio ſuperiecto, quæ pater eius conſtituerat, velut ſub iugum miſſus ſubit, eóſecratíſq; ibi aris Iunoni Sororiæ, & Iano Curiatio, libe ratus omni noxia ſceleris eſt, auguris adprobantibus. Ex quo ſororium id tigillum eſt appellatum. Feſtus.

Sororicida, ſororicidæ. pen. prod. Qui ſororem occidit. Cic. pro Domo ſua, Quid de me quod tuliſſe te dicis, patricida, fratricida, ſororicida, nõne extra ordinem tuliſti?

Sororior,aris:Sororiari puellarum mãmæ dicuntur: cùm iam intumescunt,quod non singulæ,sed veluti geminæ sorores simul nascantur: sicut fratercule puerorum.Plautus in Fribolaria.

Sororiens,huius sororientis, Adiectiuum. Plin.lib.31.cap. 6, Mammas sororientes, præcordia,maciemq; corporis piscinæ magis corrigit.

Sororiculatæ vestes,apud Plinium , sunt quæ perpetuis quibusdam suris , & latioribus virgis regulatæ erant , & eo toto texendi genere confectæ : vt sint tanquam sororiculatæ, à suro , cuius diminutio est sureulus : nisi siquis à sura deducere malit. Quòd si à regula deriuari non placet,certè à rica & ricula deducatur.Turnebus.

Sors,sortis,fœm.gen. {κλῆρος,λάχος,λάχεσις,πάλος,κλῆδών,συγκυρία} A serie secundum Varronem dicitur, fortuito alicuius rei euentu.Cic. lib. 2. de Diuinat. Dicendum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est?Idem promemodum quod micare,quod talos iacere , quod tesseras:quibus in rebus temeritas & casus,non ratio,nec consilium valet. Cic.1.Verr. Accusaui eum quicum Quæstor fueram , quicum me sors,consuetudóque maiorum,quicum me decorũ,hominúmque iudicium coniunxerat. Virg.5.Æneid.

-deiectámque ærea sortem Accepit galea.

Inter Sortem & Sortes hæc est differentia , quòd sortes velut tesselæ quædam aut taleolæ ligneo inscriptæ fuerant , ipsáque sortis instrumenta. Sors autem ipsa sortitio. Cicero , Et sortes ipsas & cætera, quæ ad sortem erant parata,disturbauit.

Cæca sors.Lucan.lib.5.
Deterior sors.Senec.Theb.2.
Improuisa sors.Claud.de bel.Getico.
Inaudita Græcis sors ista, Vide INAVDIO.
Iniqua sors.Virg.6.Æneid.
Mala sors prædæ. Pars , Portio quæ sorte euenit seu contigit. Ouid.13 Metamorph.
Noua pugnæ sors.Virg.12.Æneid.
Arripere id quod sors effert.Cic.6.Verr.
Tueri sortem quam tribuit fortuna.Ouid.epist.16.23.
Audacem iuuant fórsque Venúsque.Ouid.1.de Arte.
Sors omnia verfat.Virg.eclog 9.
Sors eernere dicitur, cùm eius aleæ aliquid permittitur , vt id disceptet,vt euentus sit quem diiudicauerit. Liuius lib.43.Priusquam id sors eerneret,in incertum,ne quid gratia momenti faceret , in vtranque prouinciam , quod res desideraret, supplementi decreui. Turnebus.

Sors & Patrimonium significat, vnde Consortes dicimus, & Dei responsum,& quod cuique accidit in sortiendo.Paulus ex Festo.

¶Sors,pro Vice & munere .Liu.Si id facere grauaretur,quòd non suæ sortis id negotium esset , se quidem id facturum , quodcunque Senatus censuisset.Budæus.

Æqualis sors.Horat.3.Carm.ode 24,
Defunctúmque laboribus Æquali recreat sorte vicarius. Id est, æquali conditione,nimirum succedendo ei in laboribus.

Gratam sortem habemus. Nostra sorte sumus contentæ. Ouid. 5.Metamorph.

Humana sors.Ouid.3.Trist.eleg.11.
Intenta sors.Virg.10.Æneid.Id est regnum,inquit Seruius.
Irrequieta sors.Ouid.2.Metam.
Miserandæ sortis asellus.Ouid.2.Amor.eleg.7.
Mortalis sors.Ouid.2 Metam.
Onerosa sors.Ouid.9.Metam.

¶Ratio dedit mihi sortem. Id est propositum,seu professionem, & institutum viuendi.Acron.Horat.1.Serm.saty.1.

Tori sorte gaudens.Ouid.3.Fast.
Fors obiecit mihi sortem. Horat.1.Serm.saty.1.
¶Sors,pro Progenie.Ouid.6.Fast.

Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci:Saturni sors ego prima fui.Verba sunt Iunonis. Sum,inquit, prima Saturni proles:prima enim ex illo sum genita.

¶Sors,Fatalis necessitas.Virg.2.Æneid.

-hic exitus illum Sorte tulit.Seruius.

Acerba sors.Senec.Herc.Oetæo,7.
Aspera sors.Stat.1.Theb.
Crudelis sors.Senec.Octau.3.
Diuina sors.Cic.3.Philip.
Durissima sors.Claud.1.in Eutrop.
Durissima sors fati.Lucan.lib.9.
Ferrea difficilisque sors vitæ me premit.Ouid.5.Trist.eleg.4.
Funesta sors.Stat.11.Theb.
Pessima sors rerum.Ouid.14.Metam.
Suprema sors.Virg.6.Æneid.
Toleranda nulli sors.Stat.Theb.
Vltima sors rerum.Lucan.lib.5.

¶Sors{ἀρχαῖον} Summa est,siue caput,& prima pecunia , quæ confertur in societatem,vt inde lucrum fiat.Plaut.Mostel.8.

Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Est sors,& fœnus,tantum est.Ibidem,
Sortem accipe.D.imò fœnus.Id primùm volo. Terent.Adel.2.2,
Hei mihi , etiam de sorte nunc venio in dubium, Hoc est, de pretio quo empta erat fidicina.Ex Donato.

Sortes , numero plurali in hoc significatu. Papinianus in l. Vxori. D. de vsu & vsufr.leg. Fœnus quoque sortium quas defunctus collocauit. Ibidem , Igitur vsuras nominum in hereditate relictorum, ante cautionem interpositam debitas , velut sortes, in cautionem deduci necesse est.

¶Sors,Iudicium.Virg.6.Æneid.

Nec verò hæc sine sorte datæ,sine iudice sedes. Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur causæ , nisi per sortem ordinatæ:nam quo tempore causæ agebantur,conueniebant omnes , & ex sorte,dierum ordinem accipiebant, quo post tricesimũ diem causas suas exquerentur.Ex Seruio.Virg.1.Æneid.

Non illi imperium pelagi sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum.

¶Assignare aliquid alicui æqualiter aut sorte.Brut. Cic.lib.11.20.

Tristi sorte damnatur dextera Reguli.Silius lib.6.
Conicere aliquem in sortem.Cælius Cic.lib.8.8.
Sorte summus lecti.Ouid.14.Metam.
Loca sorte legunt.Virg.5.Æneid.
Nancisci sortem,Vide NANCISCOR.

Quum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res renouatur ad sortem.Cic.4.Verr.

Renunciari extra sortem.Cic.4.Verr.
Simia vrnam euertit,sortem dissipauit.Cic.2.de Diuin.
Ducere sortem prædæ. Virg. 9. Æneid.Claud. 2. de raptu Proser.

Vrna nec incertas versat Minoia sortes.

Coniicere sortes in hydriam, Vide CONIICIO.

¶Sortes, Oracula seu responsa,siue syngrapha,in quibus responsa inscripta continebantur.Valerius lib.1.Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi,retulerunt præcipi sortibus,vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderent.

Duræ sortes.Ouid.13.Metam.
Faticinæ sortes.Ouid.15.Metam.
Maligna sortes tacita ambage.Claud.de bel.Getico.
Obscuræ sortis ambages.Ouid.5.Fast.
Sacræ sortes.Ouid,1.Metam.
Fatigare sortes.Lucret.lib.4.

¶Sortem trahere,pro educere,vt ait Seruius. Sueton,in Tib.Cæsare,cap.14.Æneid.

-operúmque laborem
Partibus æquabat iustis,& sorte trahebant.

Salutifera sors. Apollinis responsum salutem efferens. Ouid. 15. Metamorph.

Sorticula,sorticulæ,pen.corr.Diminut.{κληρίδιον} Suetonius in Nerone Claudio, ca. 21. Ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum iussit ascribi , sorticulaque in vrnam cum cæteris demissa,intrauit ordine suo.

Sortio,sortis,sortire,Actiuum pro sortiri.Antiquum.Var.Rer.human. lib.20.Cùm venerint censores,inter se sortiant. Ex Nonio.

Sortior,sortiris {κληρόω,κληροῦμαι,μείρομαι, διακληρόω} sortiri,pen.prod. Sortes facere.Plaut.Casin.7,
Nam si sic nihil impetrare potero,saltem sortiar.

Sortiri aliquibus. Plaut.Casina.8.
Ad pœnam sortiri.Cic.pro Cluentio.
Sortiri quid loquare.Cic.1.de Nat.deo.Hoc est non consyderare, sed quasi sortiri quid loquare.
Sortiri vter.Liu.2.ab Vrbe.
Sortiri,vel Comparate inter se,Vide COMPARO.
Sortitum in singulos,Sorte datũ. Cic. ad Att.lib.4.8. Senatus decreuit , vt tacitum iudicium antè comitia fieret, ab iis consiliis quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos , magnus timor candidatorum.

Sortiri dicas,Vide DICA.Cic.4.Ver.Interea dies aduenit,quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat.

Domos sortiri.Virg.5.Æneid.
Sortiri remos.Virg 3.Æneid.

Sternimus optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos. Vbi Seruius, Sortiti remos, per sortem diuisi ad officia remigandi,quis esset proreta, qui pedem teneret. Idē 8.Æneid.

Oeyus incubuere omnes,paritérque laborem
Sortiti. Et lib.9.

Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat , exercétque vices quod cuique tuendumest. Id est sorte diuisa ad defensionem periculi.

Vices sortiri.Virg.3.Æneid.
Sortiri iudices.Per sortem eligere.Cic.ad Quint.fratrem, lib.2.5.

Is cùm grauiter de Clodianis incendiis,trucidationibus, lapidationibus questus esset , sententiam dixit, vt ipse Iudices per Prætorem vrbanum sortiretur.

Sortiri Magistratũ vel prouincias,Per sortem,siue sorte obtinere. Cic.6.Phil. Est enim patronus trigintaquinque tribuum,quarũ sua lege, qua cũ C. Cæsare magistratũ sortitus est,suffragiũ sustulit.Idē ad Lent.lib.1.9. Si licitum esset legem Curiatã ferre, sortiturum esse cum Collega prouinciam. Liuius 7.ab Vrbe.Horat.2. Serm.saty. 6,

-terrestria quando
Mortales animas viuunt sortita.

Amicum sortiri.Horat.1.Serm.saty.5.

Fœlicem dicere non hoc
Me possum casu, quòd te sortitus amicum.
Id est,Non casu aliquo & fortunę beneficio factus sum tibi amicus, sed virorum proborum commendatione & meis virtutibus.

Breuis vitæ spatium sortiri.Ouid.3.Metam.
Tempora nouissima sortitus.Ouid.11,Metam.
Sortiri filium.l.3 §.si emancipatus.D.de bon.posс.conter.tab.
Fortunam oculis sortitus. Virg. 2. Æneid. Locum ad feriendum oculis eligens,quem fortuna destinarat vulneri.

¶Sortiri,Disponere.Virg.3.Æneid. -sic fata deũm rex
Sortitur,volutque vices,is vertitur ordo. Horat.3.Car.ode 1.

¶Sortiri aliter.Virg.3.Georg.

Semper enim refice:ac ne pòst amissa requiras,
Antè veni , & sobolem armento sortire quotannis. Vbi Seruius, Sortire,subaudi,submissa.Et est verbum iudiciorum. Nam subsortiri dicuntur iudices,qui occupatorum funguntur officio.

Sortiri secula Seneca de Benef.lib.2.cap.28.

Sortitio,Verbale,fœ.gen.{κλῆρωσις.} Cic.pro Cluent.Ecce tibi eiusmodi sortitio,vt in primis Bulbo & Staleno,& Guttæ esset iudicandum. Ibidem.Statuerunt enim ita maiores nostri,vt si à multis esset flagitium

tium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur:vt metus videlicet ad omnes,pœna ad paucos perueniret. Quibus verbis Cicero morem antiquum significat,quo,vt ait Liuius,in decimum quemque militem sortitò animaduertebatur capitaliter. Vnde & legimus decimatas legiones.

Sortitio prouinciarum.Cic.3. Philip.
Sortitio iudicum. Cic.ad Qu. fratrem, lib. 2.5, Sententiam dixit vt ipse Iudices per Prætorem vrbanum sortiretur: iudicum sortitione facta comitia haberentur.
Prærogatiuæ sortitio.Cic.2 Philip.
Religiosa sortitio.Cic.3.Philip.
Iudicare sortitionem.Cic.3.Philip.

Sortitus,huius sortitus,pen.prod.masc.gen.{κλήρωτος} pro Sortitione. Cic.pro Domo sua,Quid si etiam plutibus de rebus vno sortitu retulisti?

Sortitus,sortitus,Idem quod sors. Virg.lib.4. Æn.

- quæ sortibus non pertulit vllos. Nonius.

Sortitor,pe.prod.Verbale,{κληρωτής.} Senec. Troa.10. & iniquæ ferus Sortitor vrnæ.

Sortilegus,pen.corr.{χρησμῳδός,} Qui per sortes futura prænũtiat,vel per sortem aliquid eligit.Cic. 1. de Diuinat. Nunc illa testabor non me sortilegos,nec eos qui quæstui causa ariolentur,nec psychomãtia quidem quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere.Hor. de Arte, - & diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
Sortilegis egeant dubij,sempérque futuris
Casibus ancipites. Lucan.lib. 9.

Sorti, Aduerbium,{κλήρῳ.} Virg.4.Georgicorum,
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vbi Seruius , Sorti, ex sorte. nam aduerbium est,quod trarit à militia.

Sortit,épen.prod.{κατὰ κλῆρον} Aliud aduerbium,Ex sorte,vel per sortem Plaut. Merc. 4. At tibi sortitò id obtigit. Idem Casin. 9.
Mihi sortitò ve euenias.Cælius ad Ciceronem, lib. 8.8. Cum imperio in prouincias pro Prætore mitti oporteret , eos sortitò in prouincias mitti placere. Cicero pro Scitio,Quum verò ne de vænalibus quidem homines electos , sed ex gratuitis emptos , nominibus gladiatoriis ornarit, & sortitò alios Samnites,alios prouocatores fecerit.

Sortitò dicere.Cic.6. Verr. Si quando taceant omnes , tunc sortitò coguntur dicere.

Sortitò sacerdotem capere. Cic. 4. Verr. Syracusis lex est de religione quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortitò capi ius erat.

Sortitò obtingere. Horat. Epod. 4.

Sorracus,sorraci.Vide SORACVM.

Sortutillus , alias Scrutilius , aut Sartutillus,Venter suillus condito farre expletus Paulus.

Sory {σόυ} corpus metallicum simillimũ nicklanteriæ , nisi quòd hæc dẽsior est & solidior,illud rarius & fistulosius.facultates habet easdẽ cum Chalciti & Misy,astrictoriam videlicet & caustica,crassioris tamen est essentiæ , vnde & in metallis infimo loco nascitur , sua Chalciti nimirum quemadmodum & Chalcitis sub Misy.Est autem Sory tantum fossile , quod & temporis progressu in Chalcitim commutatur,quemadmodum Chalcitis in Misy.Vulgus hodie, vt cætera ferè omnia eius generis *Pisrolum* appellat.

Sos, pro eos antiqui dixerunt.Festus.Ennius lib.1.Constitit inde loci propter sos dea dearum. Item Circum sosque sunt magnæ gentes opulentæ Et,sis,pro suis.Ennius,sis oculis.

SOSANDRA, {σωσανδρα} insula Cretæ adiacens , ita dicta quod incolas suos à vi Lyctiorum seruarit incolumes:Stephanus.

SOSIANVS Apollinis cognomẽ,cuius Romæ erat statua è Cedro ex Seucia aduecta,teste Plinio libro,13.cap. 5.

SOSIAS siue Sosia, {σωσίας} philosophus quidam impius,qui sublata penitus prouidentia omnia temerè ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, Diagoram , Hipponem & Epicurum versatos accepimus. Est item hoc personæ protaticæ nomen in Terentiana Andria.

SOSIBIVS, {σωσίβιος} grammaticus Lacedæmonius, cuius meminit Suidas. Fuit & alter Sosibius homo astutus,qui falso tutoris nomine assumpto Ptolemæi regnum inuasit,& Lysimacho Asiæ filio ma chinatus est necem.

SOSICLES{σωσικλῆς} patria Syracusius,poëta tragicus,circa nouissima Philippi Amyntæ filij tempora,vnus ex iis , quos à Syderis nomine, quòd septem numero essent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas septuaginta tres: Victorias retulit septem. Suidas.

SOSIGENES{σωσιγένης} Astrologus insignis fuit , cuius opera vsus est Cæsar, cùm annum ad Solis rationem redigeret. Plinius lib.18. cap.25.

SOSII{σώσιοι} Bibliopolæ olim erant celebertimi, quorum meminit Horat. de Arte. Hic meret æra liber Sosiis. Idem 1.epist.21. Alloquitur librum suum.

SOSIMENES author nobilis , de herbarum vitibus scripsit. Citatur à Plinio lib. 20.cap.17.

SOSIPATER pronomine Flauius,nobilis grammatici nomẽ è Chario Euboeæ oppido, cuius meminit Suidas. Huius libri quatuor institutionum Grammatices ad nos,sed mutili peruenerũt: quos Probenius Basiliensis, Fabricij studio nuper in lucem emisit. Antonianus.

SOSIPATRA,pen.cor. {σωσιπάτρα} Fœmina ac vates doctissima è Libya,vxor Aedesij sophistę;educata dicitur à quibusdam numinibus. Author Eunapius.

SOSIPOLIS{σωσίπολις} Dæmõ,seu genius,cultus fuit ab Eleis,& vrbẽ ab Arcadibus seruarit:vnde illi nomen. Pausanias in Eliacis alteris: Nã cùm bellũ esset inter Eleos & Arcadas,& Eleos Arcades vrgerẽt, fortè accidit, imminentibus Arcadibus, mulier cum infante se Eleis obtulit, seq; monitã ait,vt eis cum infante,quẽ sinu gerebat, opem ferret:essque puerulum exhibuit , quem illi prima parte campi depositum:irruentibus verò Arcadibus , eis visus is non puerulus , sed

serpens: qui territi retrocedere cœperunt. Insequentes verò Elei Arcadas fuderunt , & victoria potiti sunt. Hinc ab Eleis templum excitatum est, vbi sese serpens visus est recipere, & Deus ob euentu liberatæ vrbi Sospolis Deus vocatus est. Sed & ibidem Iliithyæ ara erecta est,seu ab ipsa Sospolis esset productus, quem puerili specie effingebãt, chlamyde stellata indutũ,& manu altera cõtinens Cornucopiæ,quale scilicet Fortuna gestare soler. Sospoli rem diuinam eius templi antistes faciebat,capur & faciem albo obtecta velamine, soláque ipsa templi adytũ ingrediebatur. Huic denique Deo maxima omnia sua deferebant negotia, maximúmque eis iusiurandum erat. De Ioue Sospoli nuncupato , Strabo lib.14.scribit,& Lilius in Ioue.Item Syntag 1.Histor.deorum.

SOSITHEVS {σωσίθεος} poeta tragicus, patria Syracusanus, aut, vt alij volunt, Athenien sis:quanquam non desunt,qui ex Alexãdria Troadis ortum malunt. vnus ex iis , quos Pleiadas appellarunt, quod ad instar Pleiadum septem numero essent : Homeri tragici æmulus. Suidas.

Sospes,sospitis,pen.cor.com.gen. {σώσης, σῶσις} quanuis sospita fœminino habeat, Non solùm significat eum qui seruatur,id est saluus est:sed etiam eum qui seruat : Vnde Ennius sospitem pro seruatore posuit.Festus.Plaut.Asin.3,

Superesse vitæ sospitem & superstitem,&c. Idem Cap.13,
Modò in portu Philopolemum viuum,saluum & sospitem Vidi.
Liuius 1.ab Vrbe lib.2, Sospitésque omnes Romam ad propinquos restituit.

Natus sospes.Virg 11, Æneid.
Cursu sospite mutare lares. Id est nauigatione prospera,& incolumi.Horat.in Carm.seculari.
Domus sospes ab incursu.Ouid.10. Metam.
Nauis sospes ab ignibus.Horat.1. Carm.ode 37.
Inuenes sospites.Horat.3.Carm.ode 14.

Sospita,sospitæ,pen cor.fœm.gen.Cic.pro Murena,Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ,cui omnes Consules facere necesse est.Idem 1. de Nat.deorum.

Sospitalis,& hoc sospitale,penul.prod. {σωτηριώδης} Qui sospitem facit. Plaur.Pseud.5,

-quis est qui moram occupato molestam obtulit. P. qui tibi Sospitalis fuit.

Sospito,sospitas,pen.corr. {σώζω} sospitare,Incolumem seruare.Plaur. Merc.9,

Peristrata di tibi vnicum gnatum sospitent. Idem Asin.12,
Quæso hercle Litane, scis herum tuis factis sospitari. Liuius 1.ab Vrbe,Pacem precibus exposcunt,vti volens propitius fuam semper sospitet progeniem.

Sospitare est bona spe afficere,aut bonam spem non fallere. Paulus ad Festum.

Sospitent,saluẽt, inquit Nonius.Ennius Menalippa, Regnúmque nostrum sospitent,superstiténtque.

SOSTRATVS Gnidius , Is est qui Pharum in Pharo , saluti nauigantium consulens posuit. Strabo lib.17, Ipsúmque insulæ promontorium est petra quædam,mari circumluta, quæ turrim habet, multis rabulatis excelsam & albo lapide mirificè structam, eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regũm amicus posuit ob nauigantium salutem,vt epigramma declarat,

Sostratus Gnidius Dexiphanis filius
Diis seruatoribus pro nauigantibus.

¶Sostratus,sculptor qui exære signa faciebat. Plin.lib.36.cap.12, Sostratus item alter Ceteris facẽdos,apud Tacitum.

¶Sostratus,etiam vates quidam fuit, qui per furorem Græcis multa prædixit.Nam Bacchis Nausęus & Sostratus,Athenien sibus Xersis aduentum prædixerunt,vt est author Herodotus. Sostratus item Sicyonius cognomento Acrocherssites,vt scribit Suidas.

SOSVS,Strator pauimentorum industrius apud Plinium lib.36.cap.25.

SOTADES{σωτάδης} Maronites poëta fuit turpissimi carminis author, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus,sumpto nomine ex argumento,Cinædos inscripsit.Suidas.

Sotadeum {σωτάδειον} carmen constat è quinque pedibus , primis duobus Ionicis à maiore , & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore constat è duabus primis longis, & reliquis duabus brevibus , primus pes interdum soluta prima Ionici in duas breues, fit mesomacros constans è media longa , & duabus vtrinque brevibus:soluta secunda, fit paropæon , constans è prima longa & quatuor breuibus. De hoc sic est Atilij Fortunatiani fragmentum: Primus spondeus secundus pariambus,tertius spondeus,quartus pariambus , quintus tribrachys , sextus item tribrachys , vltimus spondeus. Et quo magis mirum videri potest, totus sotadeus numerus è trochæis potest cõstare pedibus, & duo habet Ithyphallica metra, & vnum trochæum pedem,&c. Vide Aldum in suis grammaticis.

Soter.soteris,penul.prod.m.g.{σωτὴρ} Saluator,Conseruator, Seruator.Cic.4. Verr. Itaque eum non solum patronum istius insulæ , sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis.Hoc quantum est?Ita magnũ vt Latino vno verbo exprimi non possit,is est nimirum sotor , qui salutem dedit. Vetus codex scribit per aspirationem, sother.

Soter Bacchus.Cælius lib.7.cap.13.Bacchum legimus σωτῆρα nuncupatum Græcis,quòd eos in Mysia Telepho grassante, seruarit, obiecta forte illi vite,quæ res ab dolo id genus dicta Sphaltes est.

Soteria,soteriæ, *ερηνεία*, Salus.

Soteria soteriorum,Munera quæ conualescentibus,& à morbo aut aliquo seruatis periculo ab amicis mittebantur. Matt. lib .12. in Polycarmum,

Ægrotas vno decies,aut sæpius anno:
Nec tibi,sed nobis hoc Polycarme nocet.
Nam queties surgis,soteria poscit amicos:
Sit pudor,ægrota iam Polycarme semel.

Soteria etiam dicuntur vota vel sacrificia pro salute amici persoluta. Vnde Statius lib.1. Sylu.4. carmen gratulatorium quod pro re-

stituta Rutilio Gallico salute cecinit,inscripsit Soteria.

SOTERICVS {σωτήρικος, versificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit,Dionysiacorum libros duos & alia nonnulla, quæ commemorantur à Suida.

SOTERIDAS, Epidaurius', grammaticus Pamphilæ doctissimæ mulieris pater,σωτηριδης. Huius facit mentionem Suidas.

SOTHERICVS, Artifex quidam fuit construendorum lectorum rudis,& inelegans,à cuius nomine lecti Sotherici dicti sunt impositi à Seneca. meminit Turnebus.

SOTIRA {σώτιρα} vrbs Asiæ norum ab Antiocho Seleuci filio condita.Stephanus.

¶ Sotira obstetrix commemoratur à Plinio libr.28.cap.7. Tertianis quartanisque febribus plantis ægri menstruo mulieris sanguine illitis, mederi solitam, maximè verò si æger subterlinatur ab ipsa muliere,& ignoranti,efficaciorem quippe ea ratione medelam fieri.

SOZVSA {σώζουσα} Trium oppidorum nomen, quorũ vnum in Phœnice collocatur à Stephano,secundum in Pisidia,tertium in Æthiopia.

S P

SPACO {σπακώ} vxor fuit Mithridatis bubulci Astiagis Medorum regis & nutrix Cyri : quæ vox, quoniam Medorum lingua canem significat,factum est, vt Cyrus sit creditus à cane nutritus. Herodotus libro 1.

Spadix, spadicis,pen.prod.m.g.{σπάδιξ} quid sit delarat Gellius li. 2. cap. 26. his verbis, Et rutilus & spadix, phœnicei synonyma : qui factus Græcè noster est,exuberantiam, splendorémque significat ruboris : quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole incoctiuæ spadici & phœnicei nomen est.Spadica enim Dorici vocant aulsum è palma termitem cum fructu. Virg.3. Georg.

Spadices glaucique,color deterrimus albis,&c.

Spadisseus,a,um.Idem quod Puniceus ,siue baius , quod coloris genus in equis potissimùm commendatur. {φοινίκεος} significantia quædam ruboris, splendorisque qualis cernitur in terminibus palmarum, qui spadices appellantur. Thilesius,in libello De coloribus.

Spadicarius. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 7. Faciet autem Saturnus, si sic positam Venerem forti radiatione respexerit , aut spadicarios , aut textores,vel pigmentorum inuentores. hoc est spadicei coloris infectores, qui carus erat.

Spadix, Instrumentum musicum, Iulius Pollux author lib. 4. Meminit & Cælius lib.9.cap.4.Quinc.lib.1.cap.17. de Musica, Sed qua laudes fortium canebantur , quàque & ipsi fortes canebant (nam psalteria & spadices etiam virginibus probis recusanda)sed &c.

Spado, spadonis, ma.ge.{σπάδων} dictio Græca, idem quod Eunuchus significans,nempe cui cremastres sunt euulsi,id est nerui quibus colei suspensi sunt. Ἀ σπάω, quod est euello,quòd ab eo pars maxima virilitatis auferatur. Plin.lib.21. cap.37. Defluuium capillorum in spadonibus non visum.

Rugosis spadonibus seruire. Horat. Epod.9.

Spadonum genera sunt varia: Castrati, qui penitus non arrigunt, siue qui naturaliter sine testibus progeniti sunt,siue qui ante pubertatem omnino excisi. Thlasiæ, quibus testes fracti sunt. τλάω enim frango significat. Hi & θλασίαι, dicuntur. Thlibiæ,qui attritos eos habent , ἀπὸ τῦ θλίβειν. Eunuchi qui τὸν εὐνὸν id est lectum virginum custodiunt. Dicti quòd bonæ sint mentis , ab & νόος, & à venereis semotæ. His non solùm testes,sed & totus coleus ipse amputari solebat. sunt & quibus quum vterque adesset , altero tamen exerti sunt. Castrari quoque mulieres in Lydia repertum est.Hæ omnes species sub Spadonis appellatione comprehenduntur. Vide Alciatum de Verb.sig.in l. Spadonum,& Iureconsl.in l. Si seruo.§.ij de iure dotium.

¶Spadones, Sutculi qui nihil adferunt. Col.lib.3 cap.10, Eiusmodi furculos,qui nihil attulerint, spadones appellãt: quod non faciunt, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus : quæ & ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos , quanuis probabili parte vitis euatos,si fructum non tulissent , quanquam & hos sciam non in totum sterilitate affectos.

Spadonia laurus. Plin.lib.15. cap.vlt.

Spagas, Piceæ genus, Plinius libro.14.cap.20.In Asia,quæ sit è Picea, admodum candida, Spagas vocatur.

Spalatra, {σπαλάτρα} Magnesiæ oppidum apud Plinium lib.9.cap.9.

SPALIÆ sunt populi circa Mæotim autore Plinio libro.6.cap.7.

Spara, Minimi generis iacula à spargendo dicta. Lucilius:

Tum spara,tum rumices,portantur tragula porro.

Sparganium, herba est folia habens gladioli instar,sed arctiora,& in terram magis procumbentia : in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen. Ab aliis , Sparganion, aliquibus Xiphidion dicitur. Dioscorides lib.4. cap.21. apud Matthiolum.

SPARGAPISES {σπαργαπίσης} fuit filius Tomyridis Massagetarũ reginæ,qui captus à Cyro Persarum rege seipsum interfecit. Herodot. libro 1.

Spargo,spargis,sparsi,sparsum,{πάσσω,καταπάσσω,σποράζω,διασπείρω} spargere , Passim aliquid iactare , quasi per spatium aliquid agere. Plaut. Trucul.8.

- sparsisti Aquam:iam rediit animus. Virg.9.Æneid.

Iam cornu petat,& pedibus qui spargat arenam.

Spargere se in aristas dicitur herba,quando succrescit. Plinius li. 12.cap.12. Cacumina in aristas se spargunt. Idem lib.3.cap.9.Differt, quòd in brachia ramorum spargitur. Id est expanditur.

Spargit se in amnem Mosam Rhenus. Plin.lib.4.cap.15.

Sparserant se toto passim campo. Liu.7. bel.Macced.

In fluctus spargere aliquem, Proiicere in fluctus. Virg.3.Æne.

Spargere per. Virg.3.Æneid.

- niueámque Paron,sparsásque per æquor Cycladas.

Sparsi per agros & per vias. Liuius 9.bel.Pun. Et lib.9. ab Vrbe.

Comæ cauæ sparguntur per caput omne. Ouid.2.de Arte.

Arenam spargere pedibus. Virg.3.eclog.

Auxilium toto spargit in orbe suum. Ouid. de Nuce.

Bellam spargere per æquora. Lucan.lib.2.

Solis equi sparsere diem. Silius lib.5.

Fama spargitur in turmas. Stat.9. Theb.

Flammas per nubila spargit Iuppiter. Ouid.3.Fast.

Flores spargere. Virg. 6.Æneid.

Spargere humum foliis. Virg.5.eclog.

Spargite humum foliis,inducite fontibus vmbras. Id est implete. Seruius.

Eurus spargens naufragium. Silius lib.10.

Nebulam spargere stellis candidis. Nebula stellas obscurare. Horat 3. Carm.ode 15.

Fama sparserat nomen per vrbes. Ouid. 8. Metam.

Semen spargere. Cice. pro Rosc. Amer. Etenim qui præesse agro colendo flagitium putes, profectò illum Attilium, quem sua manu spargentem semen,qui missi erant conuenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. Id est seminantem.

Humo spargere semina. Ouid.5 Metam.

Semina spargere in solum sterile. Senec.lib.1.de Benef.cap.1.

Suspiciones quammaxinè variè spargere. Quin.lib.7.cap.3.

Terram spargere imbribus. Seneca de Benef.

Voces ambiguas spargere in vulgus. Virg.2.Æneid.

Vulcanum spargere tois tectis. Virg.7.Æneid.

Oculos spargere. Pers.satyr.5,

-totáque impunè Suburra

Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo. Id est, liberè & siue metu circunspicere fœminas in suburra prostantes.

¶Spargere,Guttatim infundere,& miscere. Virg.12.Æneidos,

- Sparsit rapida vngula rores

Sanguineos. Idem lib.4,

Spargens humida mella,soporiferúmque papauer. Ex Seruio.

¶Spargere,Madefacere. Lucil. lib. 19. Latere pendens , saxa spargens tabo, Sanie,& sanguine atro. Sic Cic.1.Tuscul. Vnde Aspergere dicimus. Solebant enim veteres aqua corpus purgationis causa madefacere, diis inferis sacrificaturi.

Spargere corpus aqua. Virg 6.Æneid.

Occupat Æneas aditum,corpúsque recenti

Spargit aqua:ramúmque aduersa in limine figit.

Ora spargunt lachrymis. Lucrer.lib.2.

Spargere venena. Cic.2.in Catil. Sed etiam sicas vibrare,& spargere venena didicerant.

¶ Spargere , Diuidere. vt, Genus in multas species se spargens. Hoc est diuisum. Plin.lib. 21. cap.8.

¶ Spargere, Complere. Virg.9.Æneid.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras. Idem 4.Æneid.

Spargendus,Participium, { ut

Ignis spargendus. Senec. Here. Oetæo 15.

Membra spargenda procellis dare. Lucan.lib.15.

Sparsus, {σπαρμένος} Aliud particip. Terent. Heau 5.

Rufámne illam virginem cæsiam,sparso ore,adunco naso?

Sparsus albo. Virg.2.eclog.

Præterea duo,nec tuta mihi valle reperti

Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo. Vbi Seruius, Sparsis pellibus albo,Qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Accessu enim temporis mutant colorem : & eorum maculæ esse gratiæ minoris incipiunt.

Tempora sparsus raris canis. Ouid.8. Metam.

Sparsus,nomen,{ κατάσπαρτος, σποράς} Plin, lib. 26. cap. 34. Item selenitium,cuius est minor acinus,sparsior, racemus.

Arena sparsa. Virg.3. Georgic.

Capilli sparsi. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Corpus sparsum Senatus. Lucan.lib.7.

Humerus sparsus capillis. Horat.3. Carm. ode 20.

Humus sparsa cælesti rore. Ouid.1. Fast.

Manus sparsæ cruore. Virg.4. Æneid.

Sparsæ manus. Plinius.libr.7.capi. 17. Vetus exemplar habet passis manibus.

Sparsæ humanitatis sale literæ. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8. Purè loquuntur cùm humanitatis sparsæ sale , tum insignes amoris notis.

Vestigia sparsa sunt laceri currus. Ouid. 2. Metam.

Sparsio,sparsionis,Verbale,Actus spargendi,de qua sic Statius.

Hunc rorem ventens profudit Eurus.

Quicquid nobile Ponticis nucetis,

Fœcundis cadit aut ingis Idumes:

Quod ramis pia germinat Damascus. Subiicísque,

Non tantis Hyas in serena nymbis

Terras obruit,aut soluta Pleias. Iterum,

Dies sparsio quos agit tumultus? Turnebus.

Spatsim , Aduerb. {σποράδην} Huc atque illuc. Plin.lib.36.cap.7, Augustum vndatim crispum in vertices: Tibertum sparsim conuoluta canitie. Gel.lib.11.cap.2. Prætereà ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim & intercisè commeminimus.

Spari.Teli genus apud antiquos,vt vult Gellius lib.10.cap.25.

SPARTA,Spartæ {σπάρτη} & Sparte,Spartes,Eadem est quæ & Lacedæmon,vrbs Laconiæ in Peloponeso,à Sparto Phoronei filio,qui eam condidit, appellata Sparta. Fuit autem ciuitas Græciæ insignis,quæ diu cum Athenien sibus grauia bella gessit , quæ Lycurgi legibus optimè institutafuit. Virgil,3. Georg.

Veloces Spartæ catulos,acrémque molossum Pasce sero pingui.

Animosa Sparte. Stat.5. Sylu 3.

Immunita Sparte. Ouid.10.Metam.

Nobilis Sparte. Senec. Theb.

Potens Sparta. Stat.1. Achil. Ab ea dicta sunt Spartiatæ,pen.prod.

Spartæ,& Spartani. Spartiatas legimus in libris Machabæorum, Romanis fuisse confœderatos.

Gens Spartana. Ouid.3.Metam.

Virgo Spartana. Virg.1.Æneid.

SPAR

SPARTACVS,pen.cor. {σπάρτακος} Famosus gladiator fuit,vt scribit Appianus,lib.1,ex Thracia oriũdus,robore animi & corporis præstans, qui vnà cum Chyso & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua , manúque seruorum congregata , quasi iusto exercitu comparato, bellum ingens excitauit:sed victus à Crasso fuit.de quo Lucan.lib.2.

Vt simili causa caderes,qua Spartacus hostis. Vide Appianum.Cic. 4.Philip.Est igitur Quirites Populo Romano victori omnium gentium,omne certamen cum excursore,cum latrone,cum Spartaco.

Acer Spartacus. Horat.Epod.16.1.

Vagans Spartacus Horat.3. Carm.ode 14.

SPARTIO {σπάρτιον} Promontorium est Sithoniæ in Thracia,nobile Orphei vatis origine,quod multi Sperchium esse volunt.

SPARTOPOLOS {σπαρτοπώλης} significat caniciem. Sed in Tragœdia, virili specie,nigra ac subpallida:in Comœdia verò muliebri erat habitu persona. Nam inter personas tragicas & comicas (vt ait Iulius Pollux)numerantur Polia & Spartopolios. Polia (inquit)erat anus, ætate dignitatéque cæteris antestans.

Spartum,sparti,siue spartium {σπάρτιον} Dioscoridi lib.4.id est quod nostri genistam appellãt , fortassis quia genu modo flexilis ad nexus sit,vel quia genibus medeatur dolentibus. Est & aliud sparti genus quod in Hispania nascitur , de quo Plin. lib.19. cap.2. Idem lib.24. cap.9,Genista quoque vinculi vsum præstat.Flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit,quam Græci authores sparton appellauere,quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim : & nunquid hanc designauerit Homerus,quum dixit,Nauium Sparta dissoluta;Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in vsu certum est,Et quum futiles fierent naues , lino tamen , non sparto vsquam fuisse. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens,purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor, ieiunis.

Sparto fiebant funes nautici. Liu.2.bel.Pun.

Spartarium,spartarij {σπαρτίον} Locus in quo spartorũ frequentia est, vel sparti consitus. Plin.lib.11.cap.8, Falsò excipitur spartum, quippe cùm in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant.

Sparteus, Adiect. {σπαρτίνεος} Sparto compactum & compositum. Colu. lib.6.cap.12, At si iam in vngulis est,inter duos vngues cultello leuiter aperies. Postea linamenta sale atque aceto imbuta applicantur, ac solea spartea pes induitur. Id est iuncea, vel ex sparto facta.

Spartei funes. Cato cap.5.

Spartea sporta. Colum.lib.12.cap.6.

Spartææ vrnæ & spartææ amphoræ. Cato cap.11.

Spartus,spari,masc.gen. vel Sparum,neut.gen. Telum rusticum in modum pedis recuruum, vt ait Seruius. Est & militare quoque, vt in sequentibus exemplis patet. Virg.11.Æneidos,

Agrestísque manus armat sparus. Salustius, Sed ex omni copia circiter quarta pars , militaribus armis instructa, cæteri vt vt quosque casus armauerat,sparis aut lãceis, alij peracutas fudes portabant. Festus, Spara minimi generis sunt iacula, à spargendo dicta, quòd passim pugnando spargerentur. Lucilius,

Tum spara,tum mutices portantur,tragula porró.

Spasmus,spasmi:siue spasma,spasmatis,neut.gen.{σπασμός} Contractio,neruorum rigor,siue distensio,conuulsio. Plin.lib.22. ca.8,Item ex mulsa auxiliatur renibus,strangurizæ,opisthotonicis spasmis,lumbis. Idem lib.20.cap.22,Ruptis,conuulsis,spasmatum nerois salutare.Quo loco Hermolaus admonet ex veteri lectione legendum,Ruptis,conuulsis,spasticis neruis.

Spasticus,pen.corr. Adiect. {σπαστικός} Dicitur cui aliquid intus cõuulsum est.Plin.lib.21.cap.19,Radicem decoctam bibere spasticis,euersis,conuulsis,suspiriosis salutare est.Sic lib 23.cap.1.

Spatha,spathæ {σπάθη} Longior ensis, ac latior à quibusdam esse dicitur: à σπάθω, scindo, vel dilacero: vel à σπάω,quòd euello siue euagino significat. Apuleius, Et militaris sacramenti genium obamissam spatham verebatur. Vegetius gladios maiores , spathas vocari docet:minores verò, semispathas.

Spatha etiam dicitur , qua coctutæ in vasis permiscentur & agitantur. Plinius libro 23. cap. 7, Permiscentes spatha coquebant. Sic in vetusto codice,& in omnibus. Apud Celsum spatha sæpe legitur. Hæc Budæus. Colum.lib.12. cap.22, Deinde permisceto spatha lignea.

Spathula,spathulæ,pen.corr.Diminutiuum, {σπάθιον} Celsus lib.8, At si vastius corpus, neruiue robustiores sunt,necessaria est spathula lignea,& quæ crassitudinem duorum digitorum habeat. Quidam rudiculam vocant.

Spathalium, Vide SPATHE.

Spathe,spathes {σπάθη} Genus arboris. Plin,lib.12.cap.28.

¶Spathe , Ramus palmæ. Theophrastus corticem palmæ vocat. Plin.lib.16.ca.26, Palma sola(vt dictum est)in spathis habet fructum, racemis propendentem. Idem lib.23.cap.5, Palma,siue elate,siue spathe,medicinæ confert germina,folia,corticem.

Spathalium {σπαθδιλιον} Diminu. Palmæ ramulus cum dactylis dependentibus: de quo est Martialis epigr.lib.13.

¶Spathalium , Ornamentum muliebre inter delicias mulierum annumeratum. A verbo Græco σπαθάω, siue σπαθαλάω, quod significat delicias ago & lasciuio. Plin.lib.13.cap.25, Iuba tradit circa Trogloditarum insulas fruticem in alto vocari Isidos plocamon,corallio simílem sine foliis , præcisum murato colore in nigrum durescere: quum cadat,frangi. Item alium qui vocetur charitoblepharon, efficacem in amatoriis.Spathalia eo facere & monilia fœminas.

Spathicus,pen.corr. Firmic.lib 4 cap.1,Si Luna feratur ad Solem, interdum facit spathicos, & qui assiduis valetudinum vitiis contrahantur.Sed legẽdum suspicor Spasticos,nimirum à spasmo,id quod admonere videtur verbum cõtrahantur. Vtcunque sit spathicos interpretor contractos,conuulsos.

Spathula, Vide SPATHA.

Spatior,Spatiosus, Vide SPATIOSVM.

Spatium , spatij {διάστημα,διάλειμμα,διάστασις} non solùm de loco dicitur,sed etiam de tempore.

¶De loco. Cic.2. de Nat.deor. Sydus spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans.

Spatium cùm de loco dicitur,est quantum alicuius loci patet magnitudo. Sic etiam eius spatij ambulatio & decursus vocatur. Cic.1. de Oratore, Tum Scævolam duobus spatiis tribúsve factis dixisse. Id est,cùm bis aut ter totum ambulationis spatium peragrassent. Tranquillus , Singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Id est, à septenis cursibus,à septenis curriculis. Turnebus.

Discrimina spatij. Ouid.8.Metam.

Interius spatium,pulchérque recessus. Ouid.7.Metam.

Aduersa spatia. Virg.5.Æneid.

Desertum spatium. Lucret.Lib.1.

Distans spatium. Quintil.lib.2.cap.20.

Extremum spatium. Virg.5 Æneid.

Immensum & enorme spatium. Tacit.in vita Agricolæ.

Maxima campi spatia. Virg.3. Georg.

Mediocre spatium, Vide Mediocris in MEDIVS.

Multiplex loci spatium. Lucret.lib.1.

Remotum spatium. Ouid.1. de Arte.

Syluestria spatia. Cic.1.de Legib.

Tritum spatium. Id est, via trita. Ouid.2. Metam.

¶Abesse spatio,transitu,passibus,&c. Vide ABSVM.

Addere se in spatia. Virg.1.Georg.ad finem.

Complere spatium. Lucan.lib.5.

Conficere viam spatiis. Virg.2.Georg.ad finem.

Corripere spatium, Vide CORRIPIO.

Iniquis spatiis diseiusus. Virg.4.Georg. Id est, angustis. Nimium enim exercuisset Georgicorum liber , si hortorum culturam inseruisset.

Æquali spatio distare. Ouid,8.Metam.

Pari spatio distare vtrinque. Ouid.10.Metam.

Quadrageno distare spatio. Plin.lib.17.cap.23.

Emetiri spatium oculis. Virg.10.Æneid.

Euadere spatium. Virg.12.Æneid.

Facere spatium. Quintil.lib.1.cap.10.

Facere spatia. Ambulare. Cic.lib.1.de Oratore, Postero autem die, cùm illi maiores natu satis quiessent,in ambulationem ventum esse dicebat: tum Scævolam duobus spatiis tribúsve factis dixisse , Cur non imitamur Crasse Socratẽ illum,&c. Hoc est,bis aut ter emensso ambulationis spatio. *Apres auoir fait deux ou trois tours en se promenant.*

Patenti spatio in surgere. Ouid 3. Amor. eleg.2.

Interstincta spatia columnis. Stat.3.Sylu.5.

Ampla spatia vacuis laxantur locis. Senec. Her. fur.9.

Nobilitata spatia Academiæ, Vide NOBILIS.

Notata inscriptis lapidibus spatia. Quint.lib.4.cap.6.

Porrigere membra in spatium. Ouid.2.Metam.

Planis spatiis porrectus locus. Horat.1.epist.7.

Relicto spatio sequi aliquem,id est post interuallum spatij. Virgil.5.Æneid.

Tenere spatij aliquid. Ouid.1. Metam.

Viæ spatium me terret. Id est, viæ longitudo. Ouid.8.Metam.

Transcurrere spatium. Lucret.lib.2.

Infinitum vocat spatium. Idem lib.2.

Spatium vnum basilicæ,pro Vno versu ambulationis. Cic.pro Murena,de sectatoribus loquens,A quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur,si vno basilicæ spatio honestamur, diligenter obseruari videmur,& coli. Budæus.

¶De tempore,vt Spatium cogitandi. Terent.Phorm.4.4,

Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,

Vocandi,sacrificandi dabitur paululum. Idem And,1.2. Cic.1.Offi. Spatium etiam deliberandi habuerunt,quem,&c.

Spatium & tempus dare. Cic. pro Quintio, Quæ quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit, intelligi non potest.

Spatium ad. Cic.de Finib, Aut spatium sumamus ad cogitandum. Plancus ad Ciceronem,lib.20.23, Pontéfque quos feceram, interrupi:vt spatium ad se colligendum haberent homines.

Ad disturbandas nuptias cogitandi spatium, Vide AD præposit.

¶ Spatium,pro Curriculo. Lucret.lib.4,

-solicitat spatium decurrere amoris.

Spatium & curriculum. Cic.de Amicitia, Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculóque consuetudo maiorum. Idem in Oratore, Fateor me oratorem si modò sim,aut etiam quicũque sim, non ex Rhetorum officinis,sed ex Academiæ spatiis extitisse:illa enim sunt curricula multiplicium,variorúmque sermonum. Ex Academiæ spatiis , hoc est ex Platonica philosophia, quoniam Plato in Academia docuit. Spatia vocat ambulationes, in quibus philosophi docebãt. Curricula pro exercitationibus capere videtur. Idem pro Rabirio Perduel. reo, Méque ex comparato & spatio defensionis, in semihoræ curriculum coegisti.

Spatium vitæ. Cic.pro Archia, Si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est,&c.

Spatium temporis præteriti respicere. Cic.pro Archia, Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præteriti temporis.

Trium dierum spatium ante Calend. Cic.4.Verr. Et erat spatium dierum ferè triginta ante Cal.Decemb.

Biennij spatio. Cic.ad Quint.fratrem lib.1 1, Qui tibi biẽnij spatio nunquam in suspicionem auaritiæ venerit. Liuius 1.ab Vrbe, Quinque dierum spatio finiebatur imperium.

Spatium & longinquitas vitæ. Plin.lib.7.cap.48.

Extentum vitæ spatium. Id est longum. Patercul.lib.1.

Sine fine spatium. Lucret.lib.2.

In medio spatio. Cic 3.de Orat. O fallacem hominum spem,fragilémque fortunam , & inanes nostras contentiones , quæ in medio spatio sæpè franguntur.

Spatium annuum. Plin.lib.9.cap.10.
Breue spatium. Lucret.lib.2.
In tam breui spatio. Vide IN præpositionem.
Diurnum & nocturnum spatium. Cic.1.de Inuent.
Longo spacio. Cic.2.Offic. Propterea quòd tam longo spatio multa hereditaribus tenebantur.
Longius spatium anno. Ouid.epist.17.
Medium noctis spatium. Ouid.9.Metam.
Paruum spatium. Propert.lib.2.eleg.25.
Velocis spatij meta nouissima, Mors, finis vitæ. Senec. Troad.5.
¶ Arcto spacio coërcere aliquem. Ouid.2.Trist.
Hoc interim spatio conclaue illud concidit. Cic.2.de Orat.
Dare spatium. Cic.1.de Orat. Quantum in hac acie quotidiani muneris spatij nobis datur.
Euanescit dolor spatio. Ouid.in Ibin, Spatio scilicet temporis.
Habere spatium ad dicendum. Cic.2.Verr. Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuósque dies habuissemus.
Interedit spatium dum, Vide INTERCEDO.
Interiecto spatio, Vide INTERIICIO.
Interponere spatium, Vide INTERPONO.
Interpositum spatium longius æquo. Lucret.lib.4.
Occidit spatium, Vide OCCIDO, pen.corr.
Breuis vitæ spatium sortitus. Ouid.3.Metam.
Quum erit spatium, vtrunque dabo. Cic.ad Atticum. Et Varroni lib.9.5, Mihi si spatium fuerit, in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic te videbo.
Sumere spatium ad aliquid faciendum, Vide SVMO.
Surripere aliquid spatij. Cic. Attic.lib.5.104.
Vitæ spatium transcribere alicui. Id est, transponere. Metaphora est ab iis quę nomina siue pecuniam aliis creditoribus transcribunt. Ouid.7.Metam.
¶ Spatium hominum à vestigio ad verticem, Mensura, dimensio altitudinis. Plin.lib.7.cap.17.
¶ Spatium, pro Mensura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Oratore. Trochæum autem qui est eodem spatio quo choræus, cordacem appellat. Quintil.lib.9.cap.4, Poëma nemo dubitauit perito quodam initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum.
¶ Spatium, pro Dilatione. Liuius libro 8, Orabant vt rem in posterum diem differret: & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Budæus.

Spatior, spatiaris {περιπατέω, περιοδεύω} spatiari, Deambulare. Virgilius 4.Æneidos,
Aut ante deûm pingues spatiatur ad aras. Cic. de Opt. gen. Orat. Sed ita vt palæstricè spatiari in xysto liceat. Plin.lib.5.cap.9, Per totam spatiatus Ægyptum. Ouid 5 Metam.
In vmbra spatiari. Propert.lib.4.eleg.9.
Palæstricè spatiari, Vide PALAESTRA.
Passibus coniunctis spatiantur ambo. Ouid.11.Metam.
¶ Spatiari, metaphoricè, pro Latius vagari. Seneca de Ira 3, Proderit morbum suum nosse, & vires eius antequàm spatientur opprimere.

Spatians, spatiantis, Partic. {περιπατῶν.} Plin.lib.57.cap.8, Petitur ex alto, in cœnos pedes actis plerunque puteis, ore angustatis, intus (vt in metallis) spatiante vena.
Flumine lato spatiantem Gangem bibit. Ouidius 14. Tristium, elegia 4.
Brachia spatiantia compescere. Ouid.14.Metam. Brachia intelligit arborum aut vitium.

Spatiatus, pen.prod. {περιπατηθείς} Participium: vt
Littore curuo spatiata coniunx. Ouid.3.Fast.

Spatiatorem {περιπατητήν} pro Erratore posuit Cato, authore Festo.

Spatiosus, pe.prod. Adiect. {εὐρύχωρος, ἄπλετος} Amplum significat. Col. lib.6.cap.2. Idem lib 5.cap.5, Laxiora interordinia relinquenda: siue bidentibus angustiora: sed neque spatiosiora quàm decem pedum, neque contractiora quàm quatuor.
Æuum spatiosum. Ouid.8.Metam.
Bellum spatiosum, Quod diu durat. Ouid.13.Metam.
Corpus spatiosum. Ouid.3.Metam.
Nox spatiosa. Ouid.epist.1.
Senectus spatiosa. Ouid.12.Metam.
Tempus spatiosum. Ouid.1.Amor.eleg.8.
Theses ad exercitationem dicēdi spatiosæ. atque huberes. Quint. lib.2.cap.4.
Veruſtas spatiosa. Ouid.15.Metam.
Æquo spatiosior. Ouid.2.de Arte.

Spatiosè {εὐρυχώρως} spatiosius, spatiosissimè, Huberius, copiosius, diffusius. Spatiosius & huberius amplecti. Plin.epist.62. Plin.maior lib. 25.cap.8, Et in Creta autem non spatiosè nascitur. Idem lib.13.cap.5, Quoniam spatiosè fruticat. Propert.lib.3 eleg.20.
Speciaria quo sensu à Cæsare vsurpetur lib.3.belli Ciuilis, vbi de Sceuæ centurionis scuto loquitur, parum liquet. Cohortémque, inquit, posteà duplici stipendio frumentóve, & speciariis militaribúsque donis amplissimè donauit. Victorius lib.1.Var.lect.cap.23. locum putat esse corruptum, sicque emendari posse, Cohortémque posteà duplici stipendio, frumento, veste, diariis, militaribus donis, amplissimè donauit.

Species, speciei, f.g. {εἰδέα, εἶδος, ἰδέα, μορφή, ἀφόρισμα} Effigies, facies, imago. Plaut. Bachid.18,
Bellan' videtur specie mulier? Idem Mostel.4,
Ain' alios meam speciem irridere? Idem Milite 18.
Accipere speciem, Vide ACCIPIO.
Gemma specie crystallina. Plin.lib.31.cap.10.
Gemma specie vitrea. Plin.lib.37.cap.10.
Species & figura humana. Cic.pro Rosc.Amer. Portentum atque mōstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit.
Species oris. Liu.1.ab Vrbe.
Specie ouorum. Plin.lib.11.cap.25, Similiter his & scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt.
Species soli, Forma, & qualitas. Colum.lib.2.cap 2.
Magnificæ species, cultúsque locorum. Stat.3.Sylu.5.
Species vrbis, pro Forma & situ. Plaut.Persa.16.
Animorum species vertuntur. Qualitates & naturæ in brutis & hominibus variantur, Animi mutantur.
Decolor oris species, Vide DECOLOR.
Decora species, Vide DECORVS.
Eximia pulchritudinis species. Cic.in Orat.
Fœda specie teter. Lucret.lib.1.
Formosa & illustris species. Cic.3.de Orat.
Globosa species. Plin.lib.37.cap.10.
Liberalis species. Cic.1.Offic.
Miranda species. Lucret.lib.2.
Misera & flebilis species. Cic.11 Philip.
Multiformes species, Vide pòst MVLTVS.
Ouata species, Vide Ouatus in OVVM.
Sacra species. Seneca Octauia 8,
-orbem specie tu sacra regis Patriæ parens. Id est, speciosè & magnifico titulo patris patriæ.
Semiferæ hominum species. Lucret.lib.2.
Serena specie mundi. Serenitas vel pulchritudo. Lucret.lib.4.
¶ Forma, notio & species viri boni. Cic.1.Offic.
Præter speciem stultus es. Plaut.Mostel.13, Hoc est, stultior quàm vel ex vultu appareat.
Speciem boni viri præ se ferre. Cic.2.Offic.
Configere quandam formam & speciem deorum. Cicero 1.de Natura deorum.
Tephritis gemma nouæ lunæ speciem habet curuatæ in cornua. Plin.lib.37.cap.10.
Reddere speciem alicuius rei. Plin.lib 37.cap.10.
Repræsentat cordis speciem Eucardia gemma. Plin.lib 37.cap.10.
Rursus ibidem, Enorchis diuisa testium effigiem repræsentat.
Est Pæantidibus gemmis species aquæ glaceatæ. Plin.lib.37.ca 10.
Ad speciem syderis in orbem fulgentes radios spargere. Plin.lib. 37.cap.10.
Ætatis specie vti. Decore & pulchritudine iuuenilis æui. Ouid. 5 Fastorum.
Insidebat in eius mente species eloquentiæ. Cic.in Orat.
Probabilis, idonea species honestatis. Cic.3.Offic.
Habere humanitatis speciem. Cic.4.Tusc.
Commouere animos aliquorum natura & specie. Cicero 2. Officiorum.
Scurrantis speciem præbere. Horat.1.epist.1.9.
Diffimili specie viuere. Diuerso genere. Lucret.lib.2.
Vera comitia adumbrata ad speciem & vetustatis vsurpationem. Cic.2.de l.Agraria.
Intueri huius vitæ speciem. Cic.Lent.lib.1.9.
Sustinere alicuius dignitatem, non solùm consilio, sed ipsa specie. Cic.pro Domo sua.
¶ Speciem prisci Iurisconsulti appellant, quod recentiores legis casum. Vlpianus in Tract. Donat. inter virū & vxorem, cap. Sed interim. Quādo itaque non retro agitur, emergunt vitia, vt Marcellus animaduertit in specie huiusmodi. Paulus in Tractatu 2.de Legatis. ca. Largus. Proximè ex facto incidit species talis. Ibidem tamen, In hunc casum, inquit ille, ancillas substitutas videri, in quē casum fideicom. meruerunt, ita quum contingit Fideicom. mereri. Quint. thema vocat quasi facti positionem vel euētus. In hac igitur specie, significat Quum ita contingit.
¶ Species definitur à Dialecticis, vt sit, id quod dicitur de pluribus differentibus numero, vt homo est species sub qua comprehenduntur Socrates, Plato, &c. Cic.in Topic. In diuisione formæ sunt, quas Græci εἴδεις vocant: nostri, siqui hæc fortè tractant, species appellant: non pessimè id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latinè quidem dici possit, specierum & speciebus dicere: & sæpè his casibus vtendum est, ar formis & formarum velim, &c. Forma est notio, cuius differentia ad caput generis & quasi fontem referri potest. Idem 1. Acad. Mentem volebant rerum esse iudicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset: simplex, & vnius modi, & tale quale esset. Hanc illi εἶδος appellabāt, iam à Platone ita appellatam: nos rectè speciem possumus dicere.
Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes. Cic.1.de Orat.
Obiici formæ, & offerre speciem. Cic.1.de Diuin.
Optima species, & figura dicendi. Cic.in Orat.
Summæ species duæ, sicca & liquida. Plin.lib.24.cap.7, De resina.
¶ Species, Demonstratio, simulatio, prætextus, & quasi velamentum: cuires ipsa opponitur. Cic.de Amic. Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est.
Veri species. Horat.2.Serm.saty.3.
Species adulationis. Plin.epist.98. Tacit.lib.1. Sed Pompeium ima gine pacis, & Lepidum specie amicitiæ deceptos.
¶ Species dicendi. Cic.in Oratore, Quid enim est maius, quàm quum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare quæ sit optima species, & quasi figura dicendi? Vtrumque per trāslationem dictum. Nam species propriè forma est cuiusque rei, quam aspicimus: figura verò à fingendo dicta est. Verùm quia species ea est, quæ rebus omnibus appellationem & proprietatem quandam attribuit, ideò pro cuiusliber rei propria natura poni solet. vt species hominis sit idem quod natura hominis: atque ita de reliquis. Itaque dicunt species rerum æternas esse: quia licèt singularia atque individua intereant, tamen ipsa natura conseruatur. Vt, post centū annos nullus

erit eorum hominum, qui nunc sunt: & tamen erit hominum species & natura, sed in aliis hominibus. Hoc autem in loco species ponitur pro modo quodam, & quasi facie orationis: quæ tunc optima est, quum res eas de quibus sermo est, ita exprimit, vt ante oculos ponere videatur, & res humiles presse ac subtiliter, mediocres æqualiter ac temperatè, magnas sublimiter & grauiter enuntiet.
Species rixæ. Liu.1.ab Vrbe.
Pietas inesse non potest in fictæ simulationis specie. Cicero 1 de Nat.deorum.
In speciem, Aliter: hoc est, ipsa specie, ipso externo cōspectu. Cic. 7.Ver. Præclara classis in speciem, sed inops & infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum.
In speciem preces iactantur, Simulatè. Liu.4.ab Vrbe.
Per speciem legationis in Asiam ablegatus est, vt inuidiæ subtraheretur. Plin.de Viris illustrib.64. Liu.9.ab Vrbe, Celata morte Tarquinij, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmauit.
Accommodatus ad speciem, Vide ACCOMMODO.
Adornari ad speciem, Vide AD. præpos.
Excellentis eloquentiæ adumbrare speciem. Cic.in Orat.
Deuincere aliquos specie clementiæ Cic.2.Philip.
Speciem hosti abeuntis exercitus dedit. Quintil.lib.2.cap.17.
Duci vtiliratis specie. Quintil.lib.3.cap.8.
Speciem exercitus efficere. Cassius ad Cic.lib.12.13, Ex quibus vtrisque ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciem exercitus effecit.
Speciem habere gloriæ. Cicero ad Planeum lib.10.12, Hæc omnia quæ habent speciem gloriæ, collecta ex inanissimis splendoris insignibus contemne. Eidem lib.13.30, Non dubito quin scias, in his necessariis, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse coniunctissimum, non his modò causis quæ speciem habent magnæ cōiunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur.
Voluptas vtilitatis speciem habere dicitur. Cic.3.Offic.
Habet interim aliquam speciem probationis. Quintil.lib.3.cap.7.
Induere speciem latronis, Vide INDVO.
Præbere speciem atque opinionem pugnantium. Cæsar libro 4. Comment.
In speciem esse, id est In decorum. Plaut.Mostel.3,
-parant seduló infirmitatem: & vt
In vsum boni, & in speciem populo sint, sibique & materiem Reparant.
Species, Aspectus, res visa. Virg.2.Æneidos,
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.
Hebilis species tacitę aulæ. Lugubris aspectus atrij deserti. Claud. 3.de raptu Proserp.
Species cœlestium. Liu.1.ab Vrbe.
Præsentare speciem alicuius rei, Referre, repræsentare. Plin.lib. 20.cap. 19, Foliis (& procul intuearis) speciem passerum præsentantibus.
¶ Species pro Visionibus nocturnis. Liu. Decad.3.lib.6, Pleraque apud multitudinem aut per nocturnas visa species, aut velut diuinitus mente monita agens. De P. Cornelio Scipione loquitur.
Variæ illudunt species. Virg.4.Geor.
Eadem est in somniis species eorum quæ vigilātes videmus. Cic. 4.Academ.
Vanæ finguntur species. Velut ægri somnia. Hor.de Arte.
Moueri falsa visione & specie doloris. Cic.2. Tusc.
Species ab aspectu dicta est, inquit. Gel.lib.13.cap.28.
Species, Lucretio etiam est cernendi actio ipsa, quæ Græcè ὄψασις dicitur, vel potius cernendi sensus, vt cùm scribit,
Denique eam partem, quæcunque est ignibus aucta
Ad speciem nobis vertit. Id est, oculos nostros versus. Turnebus.
Species etiam à Vitruuio vsurpatur, cùm res aliquam in partem conuersa spectat. Nam cùm de Luna dixisset, superiora spectat: subiecit, Totum lumen ad superiorem speciem retineri: id est totum eius sic retineri lumen vt sursum spectet. Ex Turnebo.
¶ Species in plurali, pro aromatibus aliquando sumitur. Macrob. lib.vlt.Saturn.cap.8, Species & acres & calidæ, superficiem cui apponuntur, exulcerant. Martianus in l.vlt.D. de publican. Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, piper album, &c.
¶ Resistentes species, Vide in dictione AD AERO.

Specialis, & hoc speciale, penult. prod. {εἰδικὸς, ἰδίως} non tam particulare quàm proprium, & velut peculiare significat. Iulius Capitolinus, Macrianorum familiam id speciale semper habuisse, vt Alexandrum Magnum in auro atque argento exculptum semper haberent.

Speciatim, pe.pro. Aduerb. {κατ' εἶδος} Contrariū habet generatim. Cic. Post reditum in Senatu, Multa de me C. Messinius & amicitiæ & Rei publicæ causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgauit. Vetus exemplar legit separatim.

Specialiter, pen.cor. Aduerb. Idem {εἰδικῶς.} Colum lib 3.cap.9, Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud propriè specialiter. Quintil.lib.16.cap.11.

Speciosus, pen.prod. Adiect. {εἰδώλιμος, εὐειδής, εὐειδέτης} Pulcher specie & forma. Plin.lib.13 cap.4, Minus speciosæ sed sapore caryotarum sorores. Idem lib.19.cap.30, Triticum quo celerius, eo speciosius & robustius. Cels.lib 2 cap.2, Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est. Horat 1.epist.19,
-adde, virilia quòd speciosior arma
Non est qui tractet.
Honore titulı speciosus, Ouid.ad Liuiam.
Speciosa dictu. Liu.1.ab Vrbe, Sed si vera potius quàm dicta speciosa denota sunt.
Minus speciosa criminatio. Quòd parum coloris & prætexti habet. Liu.1.ab Vrbe. Budæus.
Habere iustas, magnas & speciosas causas. Cic. Att.lib.16.334.
Eloquentia locuples & speciosa. Quintil.lib.5.cap.14.
Fabula speciosa locis. Horat.de Arte.
Frons speciosa altas cornibus. Ouid 3 Metam.
Iuuentus speciosa. Valer.7.Argon.
Mulier speciosa. Ouid.3.de Arte.
Miracula speciosa. Horat.de Arte.
Nomina speciosa imponere culpæ, Pulchra & honesta. Ouidius 7. Metamorph.
Speciosas personas accipere debemus. Clarissimas personas vtriusque sexus: item eorum qui ornamētis Senatoriis vtuntur. Hæc Vlpianus in l.Speciosas. D. de verb. signific.
Vlmus speciosa nitentibus vuis. Ouid.14.Metam.
Vocabula speciosa. Horat.epist.2.

Speciosissimus, pen.corr. {εὐειδέστατος} Senec.de Benef.lib.3.cap.7, Hoc enim speciosissimum est in illo, quòd dedimus vel perdituri, quòd totum permissimus accipientium arbitrio.

Speciosè {εὐειδῶς} speciosius, speciosissimè, Aduerbium, Ornatè, Liuius 4.Macedon. Et equus tuus speciosius instratus erit, quàm vxor vestita.
Speciosè ingredi, Cum ornatu. Colum.lib. 2.cap.2.

Specimen, penult.corr. {ὑπόδειγμα} Argumentū quoddam, & probatio, siue exemplar rei alicuius occultæ: quale est quod in mercibus emptori solet ostendi, vt in pannis: vel degustatio in esculentis. Plaut. Mostel.3,
Igitur tum specimen cernitur quò eueniat ædificatio.
Egregium specimen. Seneca Thebaid.1.
Specimen, Id est iudicium. Cic.in Pisonem, Damnatio ista quæ in te flagitatur, obstitit P. Rutilio, quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. Id est, exemplum, vt air Budæus. Idem 3 de Nat.deor. Cur temperantiæ, prudentiæque specimen, ante simulachrum Vestæ Pontifex Maximus est Qu. Scæuola trucidatus?
Popularis iudicij specimen. Cic.de Clar. Orat.
Adhibere specimen, Vide ADHIBEO.
Capere specimen. Cic.1.Tusc. Quid illud? num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?
Capere specimen omnis affectus. Senec. Medea 6.
Dare specimen. Virg.2.Georgicorum,
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Tale dabit specimen, &c.
Dare aliquod specimen aliquibus. Cic.1.Ver.
Dare specimen, & sui periculum facere. Idem, Ibidem, Tu verò Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimen cæteris aliquod dedisti, sed turē tui periculum fecisti? Vide DO.
Specimen indolis dare, Vide INDOLES.
Habeo hoc specimen probitatis illius. Plin.in Panegyr. Vide SPECIMEN innocentiæ.
Esse aliquibus specimen. Cic.3.de Leg.
Sumere specimen. Plin.lib.7.cap.55.

Specillum, Vide SPECVLVM.

Specio, specis. (specui, spectum {βλέπω} specire, apud antiquos in vsu fuit, Quod videre significat. Vnde augures specite, hoc est inspicere aues dicebantur Ennius,
Vos epulo post quam sperit. Plaut.Casin.11,
-nunc specimen speciēur, nunc cernitur.

Spectio, spectionis, à Specio verbo antiquo. Var.lib.5.de ling.Latin. Et quod in auspiciis distributum est: qui habeant spectionem, qui non habeant, &c.
¶ Spectio, in auguralibus ponitur pro aspectione & nuntiato, quia omne ius sacrorum habent, auguribus spectio duntaxat, quorum consilio rem gereret magistratus, non vt possent impedire nuntiando, quæ cùm vidissent satis spectio sine nuntiatione data est, vt ipsi auspicio rem gererent, non vt alios impedirent nuntiando. Festus.
Spectu sine præpositione, Pacuuius posuit in Duloreste, cùm ait,
Amplus rubicundo colore, & spectu proteruo. Vide FEROX.
Specito, specitas {σπεύδω} specitare, Frequentatiuum antiquum à specio. Plaut. Cistel.2,
-per Dionysia
Mater pompam me specitatum duxit.

Specto, spectas {σκέπομαι, ὑποπτεύω, ὑπαναδεύομαι} spectare, Aliud frequentatiuum, Sæpè, seu fixè intueri. Plaut. Amphit.8,
-age, me huc aspice.
s. Specto. Apud eundem in Casina 2,
Spectare fabulas. Cic.3.Verr. Spectantibus omnibus. Terentius in Eunuch.5.6,
Here ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
Visere & spectare aliquid. Cic.1.Tuscul.
Non semper dicere, sed spectare debemus. Cic.Lent.lib.1.9.
Oculis proteruis spectare aliquem. Ouid.epist.16.
Oculo irrorato spectare aliquid. Horat.2.Carm.ode 2.
Spectare ad aliquem. Ouid.1.Metam.
Intrò spectare, Vide INTRO Aduerbium.
Tergo spectari. Ouid.3.de Arte.
In omnem partem spectare. Quintil.lib.1.cap.12.
¶ Spectat Græciam, pro Tendit in Græciam. Cic.ad Attic.lib.9. 188, Ille, vt ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundusij, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen ipse Græciam spectare potius, quàm Hispanias.
¶ Spectat orientem, & similia: pro E regione est, & vergit. Plinius lib.6.cap.17.
Spectat ad, Hoc est versus. Cic.7.Verr. Te iubere in ea parte figere, quæ ad finem spectaret. Cæs.5.bel.Gall.
Spectare in Meridiem, in ventum Fauonium. Cato cap.1, Varro 1. de Rerust.cap 24.
Spectare deorsum. Colum.lib.12.cap.16.
Retrò spectare. Cels.lib.7.cap.29, Ceruix replicatur, tetróque caput, ac reliquum corpus spectat.

¶Spectare & æstimare aliquem.Cic.pro Rosc.Comœdo.
Spectare aliquem ex bona vita,ex censu,&c. pro Consyderare aliquem.Cic.pro Rosc.Comœdo, Quem si ru ex censu spectas,eques Romanus est:si ex vita, homo clarissimus est: si ex te,iudicem sumpsisti:si ex veritate,id quod scire potuit,& debuit,dixit.
Aliquem ex vocibus spectare.Cic 5.Tusc.
Spectare animum alterius ex suo.Terent.And.4.1.
Vitam alicuius non ex oratione, sed ex moribus spectare debemus.Cic. in Salustium.
Aurum spectatur in ignibus,Probatur.Ouid.1.Trist.eleg.4,
Scilicet vt fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
¶Spectare aliquem,Rationem habere alicuius. Cic.2.Offi.At verò ille tenuis,quum quicquid factum sit, sese spectatum,non fortunam,putat. Id est, Non ob gratiæ relationem expectatum beneficium sibi collatum arbitratur, quum diues aliter opinetur & potens. Budæus.
Si ad vitulam spectes, nihil est quod paucula laudes. De duobus poculis loquitur Damon,quæ fecerat illi Alcimedon.Virg.eclog 3.
Spectare à deteriore parte.Senec.de Bene fi.lib.2.cap.28.
Ad suam gloriam magis, quàm ad cuiuspiam salutem spectare. Cic pro Sestio.
Non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus spectari puto. Cic.1.de Orat.
Rem,non hominem spectari oportet.Author ad Heren.lib.1.
Trademus quæ nos sequi in dicendo, quæque maximè spectare solemus.Cic.2.de Orat.
Quid in iudicando spectare oporteat. Cic.pro Milone.
Spectare semper vt. Cicero Licinio lib.5.8. Sed vt primùm forum attigerim, spectare semper vt tibi possem quammaximè esse coniunctus.
Virtus verat,dum præstatur fides,fortunam spectare. Cicero 2.de Diuinatione.
In iudice debet & fortuna & dignitas spectari.Cic.1.Phil.
In pactionibus faciendis legem spectare.Cic.Qu.fratri.lib.1.1.
Iuuenes magna spectare,& ad ea rectiis studiis contẽdere debent. Cic 1.Offic.
Nihil nisi sempiternum spectare. Cicero pro Rabirio perduellionis reo.
Spectare retrò.Celsus lib.7.cap.29.
Victoriam spectare.Quintil.lib.5.cap.12.
Acquiescere,intueri,& spectare.Cic.pro Deiotaro.
Spectare voluntatem alicuius,Diligenter considerate.Cic.4.Ver.
Sèque in eo capitis periculum aditurum, volũtatem spectet eius, quem statim de capite suo putet iudicaturum.
Propius spectare aliquid.Horat 1.epist 1.
¶Spectat { πρόσκειται } Tendit, pertinet,aspirat: vt Quò, vel quorsum spectat illud? Cic.1.Tusc.Quorsum igitur hæc spectat oratio? Idem 4.Acad. Quò enim spectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis,nisi vt opifices concentur? Idem 3.de Finibus, Sed eorum definitiones paulùm oppidò inter se differunt, sed tamen eodem spectant.
Quæ scripta sunt, eò spectant, vt te horter & suadeam. Cicero Valerio 13.4.
Quid ista edicta valeant,aut quò spectent,planè non video. Cic. Attico 16.334.
Ad aliquid spectare.Quintil.lib.2.cap.2.
Consilium eius ad bellum spectat.Cic.Attic.lib.15 323.
Spectat ad concordiam.Cic.ad Sulpitium,li.4.2.,Omnia vriusque consilia ad concordiam spectauerunt. Et ad Terentiam libr. 4.5, Ad arma rem spectare.
Sermo tuus ad perorandum spectare videtur. Cicero de Claris Oratoribus.
Spectat res ad interregnum.Cic.ad Q.fra.lib.3.18.
Spectat ad rebellionem res.Liu.4.bel.Maced.
Spectat ad seditionem.Liu.5.bel.Pun.
Beneficia quę ad singulos spectant,& ad vniuersos pertinent.Cic. 2.Offic.
Spectat res ad vim.Liu.1.ab Vrbe.
Aliquid inquirere quod ad bene beatéque videndũ valeat & spectet.Cic.2.Offi.
Prima & media verba ad vltimum spectare debent.Cic.in Orat.
Spectat in vnum exitum. Cic.1.de Orat. Artem verò negabat esse vllam,nisi quæ cognitis penitúsque perspectis, & in vnum exitum spectantibus,& nunquam fallentibus rebus contineretur.
¶Spectari, Passiuum.Plaut.Stich o,3.
Vbi facillimè spectatur mulier quæ ingenio est bono?
¶Spectare ne, pro Cauere.Plaut.Asin.13.
Spectandum ne cuiquam annulum det,neque roget.
¶Spectatur,Impersonale.Plin.lib.10.cap.70,Plausu congregari feros ad cibum, consuetudine spectatur. De piscibus.
Spectando,Gerund.{τοῦ θεᾶσθαι.} Propert.lib.3.eleg.21,
Crescit enim assiduè spectando cura puellæ.
Spectatum,pen.prod.Supinum {εἰς τὸ θεᾶσθαι.} Horat.de Arte,
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Spectatu,Supinum {ἐφ᾽ὁρᾶσθαι.} Cicero 2. Offic. Maximèque admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.
Spectans,Participium {τοῦ θεᾶσθαι} vt
Inuicem spectans ambos.Ouid.6.Metam.
Spectandus,Particip.{θεατέος} vt
Oculis nigris spectandus. Horat.de Arte. Plin.lib.1.cap.42, Nec vulgaris psitacis forma,quanuis non spectanda.
Spectatus,pen.prod.{δοκιμασθείς,δεδοκιμασμένος} Particip.siue nomen ex Participio, Probatus, Cuius scilicet plurimùm considerata ac probata & spectata iam virtus est.Virg 8.Æneidos,

-sunt nobis fortia bello
Pectora:sunt animi,& rebus spectata iuuentus. Terent.Adelp.5 6.
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis. Idem And.5.1.
Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea.
Spectatus & cognitus in rebus iudicandis.Cic.2.Ver.
Spectatus in literas.Gellius lib.13.cap. 20. Summa vir authoritate grauitatéque,& à diuo Hadriano in mores atque literas spectatus.
Adolescentia spectata.Cic.post Red.in Senatu.
Fabula spectata.Horat. de Arte.
Fides nostra spectata est per mala.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.
Confugere ad fidem cognitam & spectatam.Cic. 1.Ver.
Forma spectata.Ouid.14.Metam.
Omnium artium homo probatus & spectatus.Cic.1.de Ora.
In multis & magnis rebus singularis integritas spectata.Ci 3.Phil.
Spectatæ integritatis vir.Liu.6.bel.Pun.
Medicus ignobilis,sed spectatus. Cic.pro Cluent.
Pietas spectata.Ouid.4 Fast.
Virtus spectata belli domique.Horat.2.epist.1.
Virtus nobilitata & spectata.Cic.pro Flacco.
Vir maximus & spectatus. Cic. de Amic.
Fortes & spectati viri.Cic.1. Verr.
Spectatus & honestus vir.Cic.5.Verr.
Spectatissimus sui ordinis Potitius.Cic.3.Verr.
Fœmina spectatissima.Cic.pro Rosc.Amerino.
Spectatè, Aduerb. {δοκίμως} Vsiciter,egregiè.Plin lib.21.cap.1.Flores verò,odoréque in diem gignit: magna, vt palàm est, admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant,celerrimè marcessere.
Spectatio,Verbale fœmin.{ θεωρία } Cicc. 5.Verr. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuiti,certis nominibus deductiones fieri solebant. Primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo ceratio. Hic probationem significat.
Spectator,penul.prodũ.spectatoris,masc.gen. { θεατὴς, θεάτωρ, ἐποπτὴς, θεωρὸς } Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi causa spectat, Plaut.Amphit.19. Nunc spectatores,Iouis summi causa clarè plaudite. Cic.2. Offic. Spectatorêque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis?
Homo rerum superarum atque cælestium spectator.Cic.2.de Natura deor.
Ineptiarum alicuius constituere testem & spectatorem. Cice. 1.de Oratore.
Superbi spectatoris fastidia. Horat 2.epist.1.
¶ Spectator,Probator.Terent.Eunucho,3.5.
Quum ipsum me noris quàm elegans formarum spectator siem.
Vbi Donatus,Spectator elegans est,qui sit cunctantis & fastidiosi in dicij:cui non quid placet facilè. Spectator,probator: vt spectatores pecuniæ dicuntur.
Equorum spectator.Ouid 3.Amor.eleg.2.
Auditor gloriæ.& spectator laudis.Cic.pro Domo sua.
Laudum alicuius spectator.Cic.Curioni,lib.2.6.
Officiorum cuiuspiam diligens spectator.Cic. de Petit.Cons.
Operum multorum spectator.Ouid 12.Metam.
Spectatrix,pen.prod.spectatricis,Verbale fœ.{θεάτρια } Plaut. Merc.12.
Diuũm atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus.
Scelerum spectatrix turba.Lucan.lib.3.
Spectatiuus,pen.prod.Adiect.{θεωρητικὸς} Quintil.lib.3.cap.5. Vt illa sit spectatiuæ partis,hæc actiuæ.
Spectabilis,& hoc spectabile.pen.cor. { θεατὸς, ἀξιοθέατος } Spectatione dignum & admiratione:vel etiam magni nominis. Apul. Iuber construi pulchrum & spectabilem currum.Plin.li.11.cap.14. Aliubi enim faui cera spectabiles gignuntur.
Ore placido spectabilis.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.
Campus spectabilis vndique, Qui ex omni parte potest spectari. Ouid.3.Metam.
Corpus spectabile, Quod videri potest, Conspicuum. Ouidius.3. Trist.eleg.8.
Facie spectabilis puer.Ouid.4.Fast.
Heros spectabilis.Ouid.7.Metam.
Opus spectabile.Valer.1.Argon.
Signum spectabile,Statua digna quæ spectetur.Iuuen.Saty.8.
Victoria pulchrã & spectabilis. Tacit in vita Agricolæ.
Spectaculum,spectaculi,pen.cor.{ θέα, θέαμα,θέατρον } Dicitur id quod spectatur,vt ludi,& alia id genus. Virgil.
Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè. Plinius in Panegyrico, Obtinuit aliquis vt spectaculum pantomimorum populo Romano tolli pateretur. Cic.5.de Finibus,Vt pompa, ludis,atque eiusmodi spectaculis teneatur,&c. Idem 3.Ver.Cõstituitur in foro Laodiceæ spectaculũ acerbum,& miserum,& graue toti Asię prouinciæ, Vide MISER,Liu.1.ab Vrbe, Iraque ergo erecti,suspensique in minimè gratum spectaculum animo intenduntur.
Populi sensus maximè theatro & spectaculis perspectus est. Cic. Attico,lib.2.34.
Acerbum spectaculum. Cic.ad Quint. frat.lib.2. epist.12. in fine, De Republ. inimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philocteten, qui accepta iniuria, ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. Quo in loco nomine spectaculorum ea significatur voluptas, quæ tum capitur, quando qui fuerunt nobis authores malorum, affliguuntur.Quærebatur Quintus Rempubl.eo tempore in magnis malis versari, valdèque de eius miseriis animo cruciabatur. Reprehendit hominem Marcus, quòd tantum ei publica damna dolerent,& meliorem ciuem eum esse dicit quàm Philocteten,qui accepta iniuria à Græcis, in illas eos calamitates ceciderit gaudebat.Fuerat enim ab eis in insula destitutus.
Admiranda spectacula leuium rerum.Virg.4.Georg.
Annua spectacula.Ouid.5.Fast.
Apparatissimum spectaculum.Cic.1.Philip.

Magnum

Magnum spectaculum.Horat.1.Serm.saty.6.
¶ Scenæ spectacula amantur.Ouid.3.de Arte.
Concelebrare spectaculum,Vide CONCELEBRO.
Excitatus est plausus ex omnib.spectaculis. Cic. pro Sestio.
Indicere spectacula,Vide INDICO.pen.prod.
Circuitus Solis & Lunæ præbent hominibus spectaculum. Cic.2. de Natura deorum.
Rerum cœlestium spectaculum ad hominem solum pertinet.Cic. 2.de Nat.deor.
¶ Spectaculum,locus vnde spectatur.Suet. De spectaculo excitatus descendit. Liu.Decad.1.lib.1. Loca diuisa patrib. equitibúsque, vbi spectacula sibi quisque faceret, fori dicti.
Resonant spectacula plausu. Ouid.10 Metam.
Spectamen,pen.prod. spectaminis, Idem quod specimen. Plaut. Menæch.21. Spectamen bono seruo id est,qui rem herilem procurat, videt,collocat.
Specium, specij, { εἶδος } Instrumentum teres & parvum quo medici ad tentandum vulnerum ac fistularum viam & profunditatem vtuntur. Pacuuius,
Vt medici faciunt,qui peius specio vulnus tentant.
Spectabilis,Spectaculum,Spectator, Spectatus, Spectio, Specto, Vide SPECIO.
Spectrum,spectri, { φάσμα, ἄθυρον } Spectra sunt quæ Græcè idola dicuntur,hoc est simulachra & imagines rerũ intellectui occurrentiũ. Cic.ad Cassium,lib.15.16.Fit enim nescio quid,vt quasi coràm adesse videare,quum scribo aliquid ad te,neque id κατ᾽ ἰνδόλων ἐντυπώσεις, vt dicunt tui amici noui, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius insuper Epicureius qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiã antè Democritus ἔδωλα, hic spectra nominat.His autẽ spectris etiã si oculi possent feriti, quòd vel iis ipsa occurrunt: animus quã possit,ego non video. Doceas tu me oportebit,quum saluus veneris,in medãe potestate vt sit spectrum tuum,vt simulac mihi collibitum fit de te cogitare, illud occurrat, neque solùm de te qui mihi hæres in medullis,sed si insulam Britanniam cœpero cogitare,eius ἔδωλον mihi aduolabit ad pectus.Ex his imaginibus fiunt visa, id est phantasiæ: quorum in Academicis longa est disputatio apud eundem.
Specula,speculæ,penul.corr. { σκοπή,σκοπιά,κατοπτὴς,σκηπτική } accipitur pro loco edito & eminenti, vnde aliquid longè videri & speculari potest,siue sit mons, siue turris, siue lapis,siue arbor.siue quid aliud eminens. Valla in Raudensem,Specula,locus vnde fiunt excubiæ an hostes veniant, transeántne, an maneant, quot sint, & quæ sint id genus.Virg.8.eclog.
Præceps aërij specula de montis in vndas
Deferar. Ouid.epist.17,
-in speculis omnis Abidos erat. Liu.7.bel.Punic.Cic.7.Verr.
Non enim sicut anteà consuetudo erat,prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus,aut tumulo.
Specula & speculum sicut genere,ita significantia differunt.Nam specula desipientiam significat: Speculum,quo imago redditur, vt notius est quam vt exemplis sit opus.Ex Nonio.
Alta specula.Virg.3.Æneid.
In speculis esse. Cic.ad Attic.lib. 9.18i. Satius esse existimo vos dispertitos,& in speculis esse.
Ex specula prospectare tempestatem futuram. Cicero ad Sulp. libro 4.3.
¶ Speculæ sunt quod nos Gallicè dicimus *Carneaux*. Virgilius. 4.Æneid.
Regina è speculis vt primùm albescere lucem, Vidit,&c.
Specula,speculæ,Diminutiuum à spe,Vide SPES.
Speculor, pen.cor. specularis, { σκοπῶ, σκέπτομαι, ἐποπτεύω, σκοπεύομαι, κατοπτεύομαι, διατηρῶ,φυλάττω } speculari, A specula fit, quasi è specula prospectare, vel vt aliquis videat, intendere.Plaut.Most.6.
Concedam à foribus huc:hinc speculabor procul
Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.
Cicero in Catil.Multo te etiam oculi & aures nos sentientem,sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. Idem 7. Verr.Tum iste se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum.
Obitus & ortus signorum speculamur.Virg.1.Geo:g.
Acriter speculari offensas principum.Tacit.lib.19.
Insidiari & speculari.Cic.1.de Orat.
Obsidere & speculari. Cic. pro Flacco.
Perseruitari & speculari.Cic.5.Tusc.
Speculatus,Participium.
Speculatus,huius speculatus,pen.prod. { διόψασθαι } Plin.libr.10.cap.73.
Feles quàm occulto speculatu in musculos exiliunt.
Speculator,pen.prod.Verbale, { ἐποπτὴς,σκοπὸς,κατοπτὴς,κατάσκοπος } Qui tacitè,& à longè speculatur & rimatur. Cæsar.bel. Gall. Hac te Cæsar statim per speculatores cognita,insidias veritus, &c. Cic. 7. Verr.Gauium istum,quem repentinum speculatorem fuisse dicis,ostendam in laurumias Syracusis à te esse coniectum. Ouid. 3. Trist. elegia 9.
Quem procul vt vidit tumulo speculator ab alto.
Matutinus speculator amicæ.Propert.lib.2.eleg.30.
Communium miseriarum speculator.Cic.pro Domo sua,
Reformidare speculatorem.Cic.1.Verr.
Speculator naturæ.Cic.1.de Nat.deo.Non pudet igitur physicum, id est speculatorem,venatorémque naturæ,ab animis coniectudine imbutis petere testimonium veritatis.
Speculatores oculi.Cic.2.de Nat.deor. Nam oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent,ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.
Speculatrix,penul.prod.speculatricis,{ σκέπαρνα } Verbale fœm. Cice. de Natur.deor. Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices, & facinorum & sceleris. Stat.2.Sylu.2.

Celsa Dicarchæi speculatrix villa profundi.
Speculatorius,Adiect. { κατασκοπικὸς } Quod ad speculatorem pertinet: vt Speculatoria nauigia, quibus in mari speculamur quid fiat. Cæsar 4.bel.Gall. Liu.2.bel.Pun.Inde duæ Massiliensium speculatoriæ premisse recutiuntur,&c.
Speculabundus, Taeit. lib. 20. Festus Adrumeto vbi speculabundus substiterat,ad legionem tendit.
Speculabundus ex altissima rupe identidem. Suetonius in Tiberio,cap. 65. Aprutis etiam nauibus ad quæcunque legiones,meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem. Hoc est subinde speculans.
Speculum,speculi,pen.corr. { κάτοπτρον,ἰσοπτρον } In quod inspicimus, ac speciem id est imaginem nostram contemplamur.Plau.Mostel.4.
Mulier quæ se,suámque ætatem spernit, speculo elusa est.
Quid opus speculo tibi, quæ tute speculo speculum es maximum?
Terent. Adelph. 3.3.
Inspicere tanquam in speculum vitas omnium Iubeo.
Cic.de Vniuers.Id fit quum speculorum læuitas hinc illinc que altitudinem assumpsit,& ita dextra detrusit in lævam partẽ oculorum, lævâque in dextram.
Imago speculi.Lucret.lib.4.
Nobile speculum gemmato auro.Stat.3.Sylu.4.
Consulere speculum.Ouid.3.de Arte.
Intueri vitam in speculo.Cic.in Pisonem.
Naturæ speculum. Cic 2.de Finib. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit, aut etiam à bestiis, quæ putat esse speculæ naturæ.
Specillum,specilli Diminutiuum, { μυκτηρίς,μυκτὴρ } Cornelius Celsus lib. 5.cap 28 De fistulis & earum curationibus.Ante omnia autem specillum dimitti in fistulam conuenit,vt quò tendat,& quàm altè perueniat,scire possimus.Idem lib. 7. cap.7. Igitur aduerium specillum inserendum,diducendáque eo palpebræ sunt.
Asperato specillo eradunt palpebras.Cels.lib.6.cap.6.
Specillum lana inuolutum.Celsus lib.6.cap.8.
Specillum oricularium.Idem lib.7.cap.30.
Terere medicamentum adiecto specillo. Cels.lib.6. cap.7. De aurium morbis, &c.
¶ Specillum dicimus instrumentum, quod curandis auribus adhibetur. Celsus lib.5. & libr.6.capite 7. de iis quæ in aures incidenter, extrahendis.
¶Specillum instrumentum quo oculos inungimus. Plin.lib.7.ca. 53.Per oculum specillum trahens,expirauit.Celsus lib. 6. Specillo super oculum inducatur.
¶ Specillum, Instrumentum vitreum quod oculis admouemus, quo facilius spectemus aliquid. Varro de Ling. Lat. lib.5. Hinc quo oculos inungimus,quibus specimus,specillum.
Speculare,specularis,pen. prod.n.g. { σκιατήριον } Et per apocopen speculare,& specularium,Idem quod speculum.
Speculare, interdum pro vitreata siue pro ocularijs, vtpote olim facta è speculari lapide trãslucido, nunc autem è vitreis orbibus vel tessellis plumbo iunctis.Vlpianus.in l Quæstum. §. Si domus D. de fund.instruct. Specularia & vela quæ frigoris causa vel vmbræ in domo sunt, instrumento domus non contineri Cassius existimauit. Budæus, A speculari lapide specularia dicebantur integumenta quib. ambulationes in hortis tectæ erant.Iuuen.Saty. 4.
Quæ vehitur clauso latis specularibus antro. Plin.iunior lib. 2.epist.17.ad Gallum.Egregium hæc aduersùm tempestates receptaculum: nam specularibus, ac multo magis imminentibus tectis munitur.Hic autem Vlpianus de iis specularibus intelligi voluit, quibus fenestrarum hiatus obstruebantur ad transmittendam lucem: quæ tamen exemplis erant,vt quum libèret,auferentur. Nunc vitro vrimur. Seneca epist.87.Nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quòd non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat.Paulò antè dixerat, In hoc balneo Scipionis minimæ sunt rimæ,magis quàm fenestræ.Itaque videtur Seneca fenestras vitreatas vocare specularia. Possumus & de specularibus intelligere, quibus pars quædam domus ad voluptatem operiebatur, varium enim vsum specularia præstabant.Martial.lib.8.
Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles,& sine fœce diem.
Seneca de Prouid.Quem specularia semper à flatu vindicarũt, hunc leuis auranon sine periculo stringit.
Specularis,& hoc speculare, penult.produ. Adiectiuum { πρόσκοπος } vt Specularis significatio.Plin.lib.7.cap. 56.Hoc est quæ fit è specula.
Specularis lapis, Quo olim specularia fiebant. Plin.lib.36.cap.22.
Specularis lapis (quoniam & hic lapis nomen obtinet) facilìore multonaturam findituri in quantliber tenues cruftas.Idem lib.3.cap. 3. Metallis,plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hispania scatet: Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio.
Specularius,specularij,masc.gen.{κατοπτροποιὸς} Qui specula facit,& qui vitrea specilla.Possunt & specularij dici, qui fenestris specularia ad arcendum hyeme frigus componunt:quorũ meminit Vlp.in l.Quæsitum.§. Si domus. De fundo instructo. Meminit & Iustinian. lib.x. Codicis. Alciatus.
Specus,id est Spelunca. {σπήλαιον,σπήλαιος} Secundæ vel quartæ declinationis, tam masculini quàm fœminini generis: tertiæ verò, solùm neutri gen. Vlpian.De riuis,Specus autem locus est ex quo despicitur.Inde spectacula sunt dicta. Plin. lib.8. cap. 36. Specus si non habuere, ramorum fruticúmque congerie ædificant, impenetrabiles imbribus,molliſque fronde constratos.
Ingens specus in latere exesi montis. Virg.4.Geor. Oui 3. Metam. Est specus in medio syluis & vimine densus. Liu.1.ab Vrbe,Eximo specu ibidem Ex opaco specu.
Aonij specus.Catul.in Epithal.Iuliæ.56.
Fœmmini.Silius lib.6.Tabificam expirat saniem specus vltima. Id est,postrema concaultas alui serpentis. Gell.lib.5.cap.14.Specum

quandam nactus remotam latebrosámque, &c. Pacuuius.
Adeonio in scrupulosam specum. Cato, Specus opposita, quo aqua de via abiret,
Defessæ specus. Virg 3. Georg.
Neutri. Virgilius libro 7. Æneidos.
Hic specus horrendum, &c.
Ita legendum esse docet Seruius. Silius lib. 13.
Inuisum cælo specus.
Lectum est hæc Speca specæ: hoc Specum, speci: & hoc Specus, indeclinabile.
Speois, pro specubus, Antiquum. Acc. Alemæne.
Quod dij interdum inferam penitus interpressum altis clausere specis? Ex Nonio.

Spelæum, {σπήλυγξ} Idem quod spelunca. Virgil. eclog. 11.
Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati.
Metuendum ferarum spelæa. Claud. de bel'o Getico.

Spelunca, speluncæ {σπήλαιον, ἄντρον} Rupes excauata. Virgilius 6. Æneidos.
Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris. Cic. 1. Tuscul.
Per speluncas saxis structas aspexis. Ex poeta. Idem 6. Verr. Etenim propter est spelunca quædam, conuersa ad Aquilonem, insinita altitudine, qua Diem patrem ferunt repentè cum curru extitisse.
Aræ speluncæ. Virg. 1. Æneid.
Viridis spelunca. Propert. lib. 2. eleg 3.
Iacere in spelunca. Cice. 2. de Finib. At iam decimum annum in spelunca iacet.
Perdere aliquid ad speluncas. Cic. pro Elacco.

SPERCHIVS, penult. prod. {σπερχειός} Thessaliæ fluuius, ortus in iugis Pelij montis, & velocissimo cursu in Maliacum sinum desluens. Author Strab. li. 8. de quo etiam Virg. Georg. 2.
Minax Sperchius. Stat. 4. Thebaid.
Populifer Sperchius. Ouid. 1. Metam.

Sperchionides, pen. corr. {σπερχειονίδης} Patronymicum masc. Ouid. 5. Metamorph.
Caucaseúmque Abarim, Sperchionidémque Lycetum.

Sparchias, pen. prod. huius Sperchiadis, pen. corr. {σπερχιάδης} Patronymicum fœm. Ouid. 2. Metamor.
Æstuat Alphæus, ripæ Sperchiades ardent.
Vndæ Sperchiades. Ouid. 7. Metam.

SPERMO filius fuit Apollinis ex vxore Dorippe. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 15.

Spermologos, {σπερμολόγος} Auiculæ nomen apud Aristotelé, quam frugilegam Gaza interpretatur, vtroque nomine à semine legendo originem sumente. Alioqui σπερμολόγοι, appellant Græci, quem nos Locutuleium dicimus, hoc est, hominem magnam verborum vim inaniter profundentem.

SPERMOPHAGI, populi in extrema Ægypto post Meroën. Strabo lib. 16. Sunt etiam Spermophagi non procul, qui deficientibus seminibus, pomis nutriuntur, ea confidentes quemadmodum Rhizophagi radices.

Sperno, spernis, spreui, spretum {ἀπόξομαι, ἀπόδιδμι, ἐξαδιδμι, ἐξαποδιδμι} spernere, Fastidire, despicere. Terent. Eunucho, 1. 6.
Ob hæc facta abs te spernor. Cic. 1. de Finib. Qui Ennij Medeam aut Antiopam Pacuij spernat, aut reficiat?
Modicè spernere, Vide MODVS.
Animo spernere aliquem. Virg. eclog. 3.
Repudiare & aspernere aliquem. Cic. in Orat.
Repelli & sperni à quibusdam. Cic. in Orat.
Retinere & spernere, opposita. Ci. 2. de Nat. deo. Veritas auspiciorum spreta est, species tantùm retenta.
Spernere & paruì putare. Catul. ad Furium, 20.
A quibusdam sperni, & pro nihilo putari. Cic. 13. Philipp.
Cibum vilem spernere. Horat. 2. Serm. sary. 2.
Consilium alicuius spernere. Ouid. 6. Metam.
Dies vicinia spernebat inopes generos. Idem 3. Fast.
Monentem vera spernere. Idem. 13 Metam.
Numina diuûm spernere. Idem 8. Metam.
Voluptates spernere. Horat. 1. epist. 2.
¶ Spernere, pro Separare posuerunt veteres. Ennius.
Ius atque æquum se à malis spernit procul. Nonius.

Spretus, {ἀπόδιδς} Participium, siue Nomen ex participio, vt Preces spretæ. Ouid. 1. Metam.
Fides spreta. Senec. Octau. 6.
Forma spreta. Virgil. 1. Æneid.
Legum spretarum reus. Ouid. 15. Metam.

Spernendus, {ἀπόδιος} Item nomen ex participio, vt Morum spernendus. Tacit. lib. 14. Marcellus Asinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur.

Spernax, spernacis, pen. prod. Verb. {ἀπόδις} Silius lib. 8. 92.
Ductor Piso vitos spernaces mortis agebat. Id est contemptores mortis.

Spretor, Verb. {ἐξαποδιστὴς} vt Deorum spretor. Ouid. 8. Metamorph.
-vtque deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus.

Spero, speras, sperare, Vide SPES.

Spes, spei, f. g. {ἐλπὶς, ἐλπωρὴ} Opinio futurorum. Refertúrque tam ad bona, quàm ad mala. Terent. Adel. 2. 2. Spem pretio non emo. Cic. 4. Tusc. Spes est expectatio boni.
Plenus spei bonæ atque animi, Cæsar belli Ciuil. lib. 2. Curtius li. 3. Non securum modò hæc vox, sed etiam lætum regem ac plenum bonæ spei fecit.

SPES, Dea apud Romanos, cuius ædes in foro olitorio fuit. Liuius li. 1. 3. Decad. Ædem Spei (inquit) quæ in foro olitorio fuit, fulmine ictam fuisse. M. Cicero ait Spem fuisse à Colatino consecratam. Vi-

dendus Lilius Geraldus Syntag 1. Histor. Deorum.
Spes & metus diuinationem & auguria repererunt, Vide Amantes sibi somnia fingunt, in AMO.
Nihil spei. Cic. ad Attic. lib. 3. 65. Sin, vtrego perspicio, cum tua cõiectura, tum etiam mea spei nihil est, oro, obtestórque te vt Q. fratrem ames.
Malorum spes. Cic. Attic. lib. 1. 15. A spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem.
Anni spes. Ouid. 15. Metam. Id est, seges.
Gemelli spes gregis, Mas & fœmina: reparatio enim gregis, in sexu vtroque consistit. Seruius. Virgil. eclog 1.
¶ Anaræ spes. Horat. 4. Carm, ode 11.
Adolescentes cum bona spe, Vide CVM præpositionem.
Caduca spes. Ouid. epist. 15.
Certissima spes. Plin. iunior lib. 4. epist. 19. ad Hispullum.
Commodior spes. Tranquillus in Claudio ca. 3. Verùm ne sic quidem quidquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit.
Credula spes. Horat. 4. Carm. ode 1.
Desperatissima spes. Balbus Cic. in epist. ad Attic. lib. 9. 178.
Dies spes. Horat. 1. epist. 15.
Dubia spes, certa desperatione est potior. Celsus lib. 7. cap. 16.
Non dubia spes, Vide NON.
Spes in angusto. Celsus lib. 5. cap. 27.
Exigua spes. Cic. ad Attic. lib. 3.
Eximia spe adolescens. Cice. Lentulo, libr. 1. 7. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui hac erudias.
Fallax spes. Cic. pro Milone, O frustra, inquit, suscepti mei labores, ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.
Fidissima spes Teucrum Hector. Virg. 2. Æneid.
Firmior spes. Cic. ad Attic. lib. 8. 157. Quoniam authoritate & cõsilio tuo in spe firmiore sumus.
Immodicæ spes. Stat. 6. Thebaid.
Inanes spes. Quint. lib. 6. cap. 2.
Incerta spes futuri. Virg. 8. Æneid.
Inconcessa spes. Ouid. 9. Metam.
Indubitata spes, Vide INDVBITO.
Inuidiosa spes, Inuidiæ plena. Ouid. 4. Metam.
- clarissima forma,
Multorúmque fuit spes inuidiosa procorum Illa.
Irrita spes. Ouid. 3. de Pont. eleg. 7.
Læta spes. Virgil. 5. Æneid.
Lenta spes, Tarda. Ouid. epist. 2.
Leues spes. Horat. 1. epist 5.
Mitte leues spes, & certamina diuitiarum.
Longa spes. Horat. 1. Carm. ode 4.
Longinqua spes. Stat. 2. Sylu. 1.
Ovbi venturæ spes non longinqua inuentæ. Idem 12. Thebaid.
Mera spes, Vide MERVS.
Minuta hostium spes. Tacit. in vita Agricolæ.
Misella spes. Lucret. lib. 4.
Mitior spes, Tacit lib. 5.
Obscœnæ spes. Ouid. 9. Metamorph.
Obscura spes, Vide OBSCVRVS.
Obscura & cæca spes. Cic. 2. de I. Agraria.
Pertenuis spes ostenditur. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3.
Publica spes. Ouid. ad Liuiam.
Stulta spes. Ouid. 3. Fast.
Summa spe & animi & ingenij præditus adolescens. Cicero 2. Philipp. Adolescentem summa spe & animi & ingenij præditum rei familiaris facultatibus.
Tenuis spes. Cic. ad Attic. lib. 3. 60.
Non timida spes, Certa, firma. Ouid. epist. 15. ad finem.
Vana spes. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Spe hac. Teren. Adelph. 2. 2.
Contra spem, Vide CONTRA.
Citius spe. Ouid 4. Fast.
In spem, Vide IN.
Inter spem metúmque, Vide INTER.
Dubij inter spem & metum. Virg. 1. Æneid.
¶ Salutis spes abiit. Ouid. 7. Metam.
Abiicere spem de aliquo. Brutus Ciceroni, lib. 11. 11. Ne de Planco quidé spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui ia me inciderunt. Idé. 3. Ver. Socij verò nationésques exteræ, spé omnium rum primum abiecere rerũ. Hoc est desperare cœperunt de suis rebus omnibus.
Abiicere spem faciendi aliquid. Cic. 2. de Orat.
Abrumpere spem & metum, Vide ABRVMPO.
Abrupta spes è medio. Silius lib. 8.
Abscisa spes. Liu. bel. Maced. lib. 4. Nec nisi abscissa omni spe, auxilium Antiochi imploraturos fuisse.
Abesse longè à spe Consulatus, Vide ABSVM.
Accendere spem, Vide ACCENDO.
Accingere ad spem maiorem, Vide ACCINGO.
Addita spes tacitis votis. Stat. 2. Achil.
Adducere nos in spem dicuntur literæ, quum faciunt vt speremus. Cicero ad Attic. lib. 3. 60. Me tuæ literæ nunquam in tantam spem adduxerunt, quantam ahorũ: attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quàm aliorum.
Adduci in spem. Cic. pro Milone, In spem maximam, & (quemadmodum confido) verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, &c.
Adduci in spem vt. Cic. ad Attic. lib. 2. 37. In eam spem adducimur, vt nobis ea contento quæ impendet, interdum non fugienda videatur.

Adduci

Adduci spe mercedis, Vide ADDVCO.
Adimere spem. Cic. pro I. Manilia.
Admota spes, Vide ADMOVEO.
Affecta spes. Valer. 4. Argon.
Affectare spem aliquam Ouid. 5. Metam.
Afferre spem. Cic. Appio, lib. 3 5. Mihi non dubiam spem mei conuentiendi afferebas. Idem Furfano, lib. 6. 9, Spem mihi magnam afferebat summæ probitatis, summæque eloquentiæ.
Affirmare spem, Vide AFFIRMO.
Affulget spes. Liuius Decad. 5. lib. 2. Quum ex insperato obstinatis mori spes affulsit. Vide AFFVLGEO.
Agitare animum alicuius spe, metu, admonitionibus, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Inanes spes agitare. Ouid. 7. Metam.
Alere spem. Cic. in Catilinam, Qui spem Catilinæ mollibus sententijs aluerunt, coniurationemque nascentem non credendo corroborauerunt.
Alternare spé sque timorúque fidem. Ouid. epist. 6.
Amplecti spem. Ouid. 3 de Pont. eleg 7.
Spem iuuat amplecti, quæ non iuuat irrita semper.
Delectat homines in ea spe semper versari, quæ non fallax semper auxiliatur.
Arrectæ spes iuuenum. Virg. 3. Georg.
Assumere spem. Tacitus in vita Agricolæ, Nec spem modò ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur assumpserit.
Auertere à spe. Cic. pro Murena, Primùm accusandi terrores, & minæ, quibus tu quotidie vti solebas, sunt fortis viri: sed & populi opinionem à spe adipiscendi auertunt & amicorũ studia debilitant.
Auferre spem. Cic. 3. Offic.
Augere spem. Cic. 12. Philipp. Auxerat autẽ meam quidem spem, credo item vestram, quòd domum Antonij afflictam, mœstitiá audiebam, &c.
¶ Ad irritum spes eadit, Vide AD.
Calere spe. Curtius lib 4.
Capere spem de aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Inani spe captus. Virgil. 11. Æneid.
Carere spe. Cicero Torquato, lib 6 1. Sed si est spes aliqua rebus communibus, ea tu quicunque status est futurus carere non debes.
Collocare spem in aliquo. Cic. 1. de Orat. Exieraat autẽ cum ipso Crasso duo adolescentes, & Drusi maximè familiares. & in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suæ collocarant.
Complere aliquem bona spe. Cæsar bel. Ciuil. lib. 2.
Spem concidere. Cic in Catilin. orat. 3.
Omnes spes atque opes conciderunt, hoc est perierunt, perditæ sunt atque amissæ. Cic. 3. in Catil. Nunc quoniam Quirites sceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam & comprehensos tenetis, existimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes spes, atque opes his de pulsis vrbis periculis, concidisse.
Concipere spem, Vide CONCIPIO.
Concipere aliquid spe. Vide CONCIPIO.
Confirmare spem. Ci. Planco, lib. 13 30 Hanc rem mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me beneuolentia spem confirmaris. Idem Terentiæ, li. 14. 4, Si est spes nostri reditus, eam confirmes, & rem adiues.
Omnium rerum desperatione confligit bona spes. Cicero secunda in Catilinam.
Consolatur aliquem spes. Ciceró Lucceio, libro 5. 13, Te enim spes consolatur.
Consolari aliquem spe, Vide CONSOLOR.
Consolari spe inani & tenui, Vide INANIS.
Constituere spem in aliquo, Vide CONSTITVO.
Conuertere in fidem spem alicuius, Vide CONVERTO.
Anni spem credere terræ. Virgil. 1. Georg.
¶ Debilitare spem. Cic. 7. Philipp. Faueas tu hosti? literas ad te ille mittat de sua spe rerum secundarum suarum? eas tu lætus proferas? recites? describendas etiam des improbis ciuibus? eorum augeas animos bonorum spem virtutémque debilites?
Decerpere spes. Quint in Procem. lib. 6.
Decciderit à vel de spe, Vide DECIDO, pen. corr.
Deficit spes. Cicero Ad Attt. lib. 7. 139, Deficit enim non voluntas, sed spes.
Defigere spem in cuiusdam potestate. Cic. pro Flacc.
Demittere animo spes obscœnas. Id est, Concipere, & immittere in animum. Ouid. 9. Metamorph.
Depelli spe. Liu. 1. bel. Maced.
Depelli de spe & conatu. Cic. 2. in Catil. Vide DEPELLO.
Deponere spem, Omittere, perdere. Horat. 2. Serm sary. 5.
Deponere spem in re aliqua. Curtius lib. 10.
Deserit spes. Cic. de Inuent. Si tum cùm spes defecisset, opitulatus sit.
Deturbare spe, vel ex spe. Cicero Cornificio, libro 12. 26, Neque solùm spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est. Idem Pompeio, libro 5 7, Sed hoc scito, tuos veteres hostes nouos amicos, vehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbatos iacere.
Deuolui ad spem inanem. Cic. 7. Phili. Cui cùm pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem cassis inanem pacis deuoluti. Vide DEVOLVO.
Deuorare spe hereditatem, hoc est sperare, futurum vt assequamur & deuoremus. Cicero ad Atticum lib. 1. 11. Ille autẽ regis hereditatem spe deuorarat. Idem pro Flacco, Amissum est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. Idem 3. Verr. Iste qui iam spe & opinione prædam illam deuorasset, Vide DEVORO.
Deuouere spem. Ouid. epist. 3.
Discedit spes. Cæsar belli Gal. lib. 2.

Dissoluere spem nuptiarum. Vlpianus in l. Si puellæ. D. de Sponsalibus.
Ea spe aliquid dare. Vlpian. in l. 5. §. Sed etsi seruus. D. de condict. caus. dat.
Dare spẽ alicui. Cic. Metello, lib. 5 4. Literæ Q. fratr. & T. Pomponij necessarij mei tantum spei dederant, vt in te non minus auxilij, quàm in tuo collega mihi constitutum fuerit.
Bona spes dat vires. Ouid. epist. 11.
Dare spem bonæ indolis. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Dare spem dubiæ mentì. Virgil. 4. Æneid.
Datur spes opis. Virgil 2. Æneid.
Domare spem. Stat. 2. Sylu. 2,
- qui pectore magno
Spemque. metúmque domas.
Duci spe. Cic. 1. de I. Agraria, Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulentis honori velificari suo &c.
¶ Elucet spes plurimorum in pueris. Quint. lib 1. cap. 1.
Abiicere metum, & erigere spem. Cic. pro Domo sua.
Erigere ad spem. Vide ERIGO.
Erectus in spem. Tacit. lib 17.
Eripere spem. Cic. 4 in Catil. Adiũgit grauem pœnam municipibus, siquis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circundar, & digna scelere hominum peditorum sancit, nequis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum leuate possit: eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet.
Euanescit spes, Vide paulo pòst Extenuare SPEM.
Euersa spes cum mœnibus. Ouid. 13 Metam.
Exardere ad spem libertatis, Id est incitatum esse. Cic. 4. Phil.
Excitare ad spem. Cic. pro Plancio, Alia ie ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitauit.
Excluſa spes. Cic. in Bruto, Quum pacis spem à publico consilio esse exclusam videremus.
Expectare spem. Cic. ad Att. lib. 3. 64, Ego iam aut rem, aut ne spem quidem expecto.
Explorata spes. Cic. Philipp 10, Magna nos quidem spe & propè explorata libertatis causam suscepimus.
Extenuare spem. Cic ad Att. lib 3 53. Posteaquàm extenuari spem nostram & euanescere vidi, mutaui consilium.
¶ Facere spem. Cic. ad Atticum lib. 1, Tuæ literæ quo sæpius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, quàm quum latæ sunt: tum id quod attulerunt ad spem, infirmant. Ouid. epist. 15.
Fallere spem alicuius. Cic. Lentulo, lib. 1 9.
Fallit eum spes. Cic. 1. Verr.
Fauere spei. Plin. lib 17. cap. 14.
Firmare aliquem ad spem. Tacit. lib. 14.
Fluitare spe dubiæ horæ. Horat. 1. epist. 19.
Fluit spes, Dubia est. Virgil. 2. Æneid. Vide FLVO.
Spes eum frustratur. Lentulus Cic. lib. 12. 14, Vt si Syriæ spes eum frustrata esset, conseenderet in naues.
¶ Habere spem, Sperare. Cic. Curioni, lib. 2. 4, Siue habes aliquam spem de Republica, siue desperas. Idem Appio, libro 3. 10, Vide HABEO.
Habere spem in fide alicuius. Cic. 1. de Inuent.
Miserum est non habere ne spei quidem extremum, & commune solatium. Cic. 3 de Nat deor.
Habere spem, pro Spem ostendere. Cicero ad Quintum fratrem, lib 2 16.
Habere aliquid in spe, Sperare. Cic. ad Att. lib. 11. 226.
Habere spem in manibus. Cic. 2. Verr. Quam spem nunc habet in manibus, & quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam. Plancus Senatui, lib 10. 8.
Hærer spes in aliquo. Curt. lib. 9, In Atistono spes vltima hærebat.
Impellere in spem certissimam Consulatus. Cicero ad Brutum libro 10. 4, Sed Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum, præclara ipsum indole, admirabilíque constantia, improbissimis literis quidam fallacibúsque interpretibus & nuntiis, impulerunt in spem certissimam Consulatus.
Implere spem quam quis de nobis concepit, Vide IMPLEO.
Inchoare spem. Horat. 1. Carm. ode 4.
Incisa spes. Vide INCIDO, pen. prod.
Incitant me spe non dubia, Vide INCITO.
Incubare spe alicui pecuniæ. Cicero pro Cluentio, Hic ille planus improbissimus, quæstu iudiciario paitus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, sed iam acque animo incubaret, contraliit frontem. Vide INCVBO.
Incumbit illi spes, Vide INCVMBO.
Inducere in spem. Vide INDVCO.
Inducì in spem. Cic. pro Plancio, Ego magno in meru meorum in spem subitò inducor vos eosdem in hoc conseruando futuros, qui fueritis in me, quoniam istis vestris lachrymis de illis recordor, quas pro me sæpe, & multum profudistis.
Inducta spes rapinæ. Ouid. de Nuce.
Non odium facit hoc, sed spes inducta rapinæ.
Inductus falsa spe pollicebar, Vide INDVCO.
Inferre spem, Vide INFERO.
Inflammari spe potiendi, Vide INFLAMMO.
Inflare spem alicuius, Vide INFLO.
Inflari spe. Cic. in Pisonem, Quo in oppido cùm tibi spe falsa, quod Qu. Acharium non esse successurum putares, animos tumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam sceleratè innouastis? Idem pro Murena, Spe atque animis inflata peteret.
Infringi spes dicitur. Cic. in Orat. Spes infringatur, aut lãguescat industria.
Infringere spes immodicas. Stat. 6. Thebaid.
Ingredi in spem. Cic. Cornificio, lib. 12. 25, Ego mi Cornifici in spem libertatis ingressus sum. Vide INGREDIOR.

Inhibere ſpem alicuius. Curtius lib. 9.
Iniicere ſpem. Cic. ad Att. lib. 3. 63 Spes homini eſt iniecta non eadem, quæ mihi, poſſe nos vnà decedere.
Intercipere ſpem. Ouid. 15. Metam.
Intercludere ſpem commeatus, Vide INTERCLVDO.
Interdictæ ſpes, Quæ ſperare non licet nec æquum eſt. Ouid. 10. Metamorphoſeos,
Inuteraſcit ſpes. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. Nunc ſpes reliqua eſt in nouis Trib. plebis, & in primis quidem diebus: nam ſi inueterarit, actum eſt.
Inuitat ſpes, Vide INVITO.
Irritus ſpei. Curtius lib. 4, Illa cauſata ſine cuſtode regnum reliquiſſe, petere perſeuerabat, ne ſe irritam ſpei pateretur abire. Hoc eſt ſua ipſe fruſtratam.
¶ Labi ſpe. Cæſar bell. Gall. lib. 5.
Laborare in ſpem. Ouid. 15 Metam.
Laudari ſpe & expectatione. Cic. in Orat.
Vana ſpe ludere aliquem. Virgil. 1. Æneid.
¶ Spem mentita ſeges. Horat. 1. epiſt. 7.
Minuere ſpem, Vide MINVO.
¶ Naneiſci ſpem. Cic. Cluuio, lib. 13 8.
Nati in ſpem honorum, Vide NASCOR.
Niti ſpe. Cic. ad Att. lib. 3. 49 , Nunc ſi ita ſunt quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe qua iubes nitemur. Vide NITOR.
Nuntiare ſpem. Cicero, Summam ſpem nuntiabant, fore vt Antonius cederet.
¶ Obiecta ſpes. Liu lib. 4 bel. Maced.
Obtentat me ſpes. Cic. Att. lib, 9. 18. Vrbem autem & populum noſtrum ſetnandum ad immortalitatem, quantum in nobis eſſet, putabam. Et tamen ſpes quædam me obtentabat.
Occidit ſpes noſtra, Vide OCCIDO, pen. corr.
Offerrere ſpem, Vide OFFERO.
Omittere ſpem. Curtius lib 3.
Orbari ſpe. Cic. Cecinnæ, libro 6. 6. Quibus te conſoler vt afflictum, & iam omni ſpe ſalutis orbatum.
Oſtendere ſpem alicuius rei. Cic. Filius Cn. Pompeio, lib. 5. 7. Tantam enim ſpem otij oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus te vno fretus pollicebar. Vide OSTENDO.
Ne ſpes quidem vila oſtendatur fore melius. Ci. Att li. 11 219.
Oſtendere improbis ſpem, & iniicere bonis timorem. Cic. 1. de lege Agraria.
Oſtentare ſpem. Cic. pro Cluentio, Mulier amiſſis liberis cum vnius filij recuperãdi ſpes eſſet oſtentata, omnes ſuos propinquos, filiiique ſui neceſſarios conuocauit: & ab his ſtens petiuit, vt negotium ſuſciperent: adoleſcentem, &c.
Spes eſt quæ capiat, ſpes eſt quæ paſcat amorem. Ouid. 9. Metam. non procul à fine.
Pendet ſalus ſpe exigua & extrema. Cic. pro Flacco, Quamobrem nihil hoc loco, niſi apud vos, niſi per vos Iudices, non authoritatem quæ amiſſa eſt, ſed ſalutem meam quæ ſpe exigua extremáque pendet, renuerimus: nihil eſt præterea quò confugere poſſumus.
Pendêre ſpe extrema, Vide PENDEO.
Laudis magna ſpes percuſſit meum cor. Lucret. lib. 1.
Perdere ſpem. Cic. pro Murena, Itaque non modo beneficij collocandi ſpem, ſed etiam illud quod aliquando fuit, licet conſulere: iam perdidiſtis.
Spem infinitam perſequi. Cic. pro Deiotaro, Pharſalico prælio facto, Deiotarus à Pompeio diſceſſit: ſpem infinitam perſequi noluit. hoc eſt, incertam. Qui enim victi fuerunt, inſtaurato bello victoriam ſperabant: vt Scipio, Cato, & alij.
Falſam ſpem ponere, Hoc eſt deponere. Ouid. ad Liuiam.
Ponere ſpem in aliquo, vel in re aliqua. Cic. Furnio, lib. 10. 26. Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpem pono victoriæ. Idem ad Att. lib. 6. In Pompeio te omnem ſpem otij ponere non miror. Idem de Somnio, Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum.
In arcto ſpem ponere. Ouid 9. Metam.
Ponere ſpem in armis. Virg. 2. Æneid.
Ponere maiorem ſpem ſuæ emptionis in alicuius exitio. Cicero pro Roſc. Amer.
Ponere delectationis ſpem in cuiuſpiam humanitate. Cicero Attico 1. 4.
Ponere & defigere ſpem in cuiuſpiam poteſtate. Cic. pro Flac. 2.
Ponere in ſpe Cic. ad Att. lib. 13. 280, Alteris iam literis nihil ad me de Attica: ſed id quidem in optima ſpe pono. Idem ad Quin. fratrem, lib. 3. 24. Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecuniis, reliqua ad iacturam ſtruuntur.
Præbere ſpem alicuius rei. Caſſius ad Cic. lib. 12. 13. Qui ſpem ſæpe tranſitionis præbendo, neque vnquam non decedendo, nouiſſimè Coryeum ſe contulit.
Præcidere vel incidere ſpem alicui. Cic. 3. Verr. Id ſum aſſecutus, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioſo, profuſo, perdito, ſpem iudicij corrumpendi præciderem. Liuius 3. ab Vrbe.
Præcipere ſpem. Vide PRAECIPIO.
Præditus ſpe. Cic. 2. Verr.
Præſumere aliquid ſpe. Virg. 11. Æneid.
Producere ſpem vitæ. Tacit. lib. 12. Die nuptiarum Syllanus ſibi mortem conſciuit, ſiue eò vſque ſpem vitæ produxerat, ſeu delecto die augendam ad inuidiam.
Proponere ſpem. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Niſi fortè hanc conditionem vobis eſſe vultis, quam ſerui, ſi libertatis ſpem propoſitam non haberent, ferre nullo modo poſſent.
¶ Rapi ad ſpem immortalitatis. Cicero Luceio, libro 5. 12. Neque enim me ſolùm commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit.
Redintegrare ſpem. Cæſ. lib. 7. bell. Gall.

Reducere ſpem anxiis mentibus. Horat. 3. Carm. ode 21.
Referre domum ſpem falſam. Cic. pro Roſc. Amer.
Refulget ſpes. Patereulus libro 2, Tum refuſit certa ſpes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonij, omnibus ſalutis.
Remorari ſpem. Cic. Att. lib. 3. 54. Et ſcio te me iis epiſtolis potiùs & meas ſpes ſolitum eſſe remorari.
Repelli à ſpe. Cæſ bel. Gall. lib. 5.
Reponere ſpem in aliquo. Cic. 5. Tuſc.
Reponere ſpem in aliquo. Quint. in Proœ. 6. 3.
Reſidet ſpes in. Cicero, Ante quàm iret in exilium, Quomodo ſpes ſalutis reliquis reſidebit? Idem Caſſio, lib. 12. 3, Etiam nunc reſident ſpes in virtute tua.
Reſpondere ſpei. Patereulus lib. 2, Adeò vt nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi fœlicius.
¶ Secare ſpem, Sequi ſpem. Virg. 10. Æneidos,
Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem.
Sequi ſpem. Cic. Varroni, lib. 9. 6, Sequuti enim ſumus non ſpem, ſed officium: reliquimus autem non officium, ſed deſperationem. Ouid. epiſt. 16.
Serenare ſpem vultu, Id eſt Sereno vultu ſpem bonam præ ſe ferre. Virg. 4. Æneid.
Subducere ſpem. Patereulus lib. 2, Sed fortuna quæ ſubduxerat ſpem magni nominis, iam tum Reipub. ſuæ præſidia rediderat.
Subeſt ſpes. Curtius lib 4.
Subminiſtrare ſpem alicuius ſceleris, Saluſtius, Nunc videndum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris vnde illi ſubminiſtratam fuiſſe iudicemus.
Eſſe ſpe bona, pro Bene ſperare. Cic. Cornificio, lib. 12. 27.
In ſpe eſſe, pro Sperare. Cic. Seruio, lib. 13. 20, Et ſi eramus in magna ſpe, te meis literis, commendationéque diligẽtiſſimè facturum id quod feciſti.
Eſſe in ſpe firmiore. Cic. Att. lib. 8. 157.
In ſpe eſſe dicitur aliquis, pro Sperari. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3, Sed tamen quando vos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur: id eſt, dum & de vobis, & de ſtatu veſtro ſpes aliqua erit. Idem ad Attic. lib. 2, An eſt aliquid in ſpe? Eidem, lib. 8. 149, Dum in ſpe pax fuit.
Spes eſt. Cic. pro Quintio, Spes eſt & hunc miſerum atque infœlicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.
Spes eſt de argento. Plaut. Moſtel 8.
Nulla eſt ſpes iuuentutis, ſeſe omnes amant. Plaut. Capt. 4. Cic. pro Milone, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Idem Attico, lib. 2. 21. Vide quid natrent, & quæ ſpes ſit denarij.
Spes erãt in curſu. Ouid. 6. Faſt.
Spes eſt in angusto. Celſus lib. 5. cap. 27, in Curatione aduerſus canis rabioſi morſum, Miſerrimum genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti, & aquæ metu cruciatur: quo oppreſſis in angusto ſpes eſt.
Spes eſt in eo. Cicero Planco, lib 10. 22, In te & collega omnis ſpes eſt. Idem ad Brutum 10, Spes omnis eſt in te, Sic 1. Verr. Spes tuæ in hoc omnes ſunt.
Superare ſpem. Cicero de Amicitia, Qui ſummam ſpem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuò adoleſcens incredibili virtute ſuperauit.
Fallere & ſuperare ſpem alicuius. Cic. 4. in Catil.
¶ Teneri ſpe. Cic. pro Cluentio, Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea quæ ſunt in cauſa, explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero, &c. Idem, Quò confugient ſocij? quẽ implorabunt? qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebuntur?
Tollere ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 66. Quod illa ipſa ſpes exigua quæ erat, videtur eſſe ſublata.
Trahere ſpem mora. Ouid 3. Faſt.
Trahi ſpe. Ouid. 3. Triſt. eleg 5.
Et ſtultam dubia ſpem trahit vſque mora.
¶ Venire in ſpem. Cic. Varroni, lib. 9. 1. In ſpem tamen venio appropinquare ſuum aduentum. Cæſar 1. bell. Gall.
Lubrica ſpes me verſat. Stat. 1. Achil.
Videre ſpem. Cic. ad Att. lib. 3. 50. Nam ſi erat cauſa, ſiquid agetur, ſi ſpem videro, aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam.
Vincere ſpem. Cice. Terentiæ, libr. 14. 4. Saluſtius officio vincere omnes ſpes.
Vna ſpes quemadmodum Vna ſalus, pro Sola. Cic. Cornificio, lib. 12. 22, Spes tamen eſt vna, aliquando Populum Ro. maiorum ſimilem fore.
Vocare in ſpem. Cic. Att. lib. 11. Hæc niſi videris expediri, quam in ſpem me vocas?
¶ Spes. Virgil. 1. Æneid.
Spem vultu ſimulat, premit alrum corde dolorem. Vbi Seruius, Spem, lætitiam. Eſt & crebra apud Virgilium figura, quæ fit quoties ſignificatur ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Nam ſpem lætitia ſequitur: ſpes verò in vultu non videtur, ſed lætitia.
¶ Spes pro metu. Stat 9. Thebaid.
-hunc terrò conuerſum, & tela petentem
Dum ſpes nulla necis, crinito à vertice figit.
¶ Spes in plurali. Plau. Curc. 7.
Spes meæ vbi ſunt? Liu. 1. ab Vrbe, Has ſpes cogitationeſque ſecum portantes, vrbem ingreſſi ſunt. Cic. 3. in Catil. Exiſtimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes ſpes atque opes, his depulſis vrbis periculis concidiſſe. Horat. 1. epiſt. 5.
Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem.
Speres ſperis {ὐπίζεις} pro Spes, ſpei, antiqui dixerunt, auth. Feſto, Varro, Quibus ſuam delectet ipſe amicam, & ſeſe ſperb. iactet ſuis. Vnde aſperè, quaſi ſine Spere: & Proſperè, pro Spere.
Specula, ſpeculæ, penultima correpta Diminutiuum {ὐπίδιον.} Plautus Moſtel. 8,

Nam

Nam quid ita ſpecula clamas clamorem merum? Idem Perſa, 9. 9. Ecquid quod mandaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ? Cic. ad Cæſium, li. 2. 15, Et eo magis quòd in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.
Degustare aliquid ſpeculæ ex ſermone alicuius. Cic. pro Cluent.
Spero ſperas {ὐπίζω, ὐπισαι, προσδοκάω} ſperare, Ad dolorem & ad voluptatem refertur. Speramus ad diem, & læta, inquit Donatus. Virg. 4. Æneid.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. Sperare, inquit Seruius, id eſt futurum opinari, ſiue timere. Ibidem,
-& tantos rumpi non ſperet amores. Horat. 1. epiſt. 4.
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora. Cic. Att. lib. 18. A quo nihil ſperes boni Reip. quia, &c.
Spero confore. Terent. And. 1. 1. Cic. 1. Tuſc. Spero fore vt contingat id nobis.
Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. Cic. pro Deiot.
Sperare de re aliqua. Cic. Attic lib. 9 175. Neque de otio noſtro ſpero iam, nec vllam acerbitatem recuſo.
Deſperare & Sperare, contraria. Cic. in Piſonem,
Expectare & ſperare. Cic. ad Octauium, Quid de hoc ſperare aut expectare nos oportebat?
Auxilium ſperare. Catul. Argon. 59.
Pretium ſperare. Ouid. 6 Metam.
Salutem ſperare. Virg 1. Æneid.
¶ Spero, pro Confido, vel Credo, tam de præſenti, quàm de præterito dicitur. Terent. Eunucho, 12.
-nam me eius ſpero fratrem propemodum
Iam reperiſſe adoleſcentem adeò nobilem. Idem Eunuc. 5 3.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Quintil. in Gladiatore, Facilis (vt animaduertere vos ſpero) defenſionis meæ curſus eſt. Hîc de præterito. Et Cicero, Spero iam probaram eſſe amicitiam noſtram. Idem Att. libro 11, Spero tibi me cauſam probaſſe, cùpio quidem certè.
Confidere & ſperare. Cic. Cornificio, lib. 12. 18. Ego & ſperaram prudentia tua fretus: & vt confiderem, fecerunt tuæ gratiſſimæ mihi literæ.
Bene de aliquo ſperare. Cic. Att. lib. 9 175.
Lenius ſperare aliquid de ſe. Ouid. epiſt. 3. de Ponto eleg. 7.
Melius ſperaui. Ouid. epiſt. 2.
Vt ſpero, prope diem te videbo. Cic. Att. lib. 6. 11 4.
Sperare rectè. Cic. famil. 14.
Sperare temerè. Cic. ad Attic. 2.
¶ Sperare. Virgil. 1. Æneid.
At ſperate deos memores fandi atque nefandi.
Vbi Seruius Sperate, pro timete Vt lib. 4,
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem?
Quum ſperemus bona, timeamus aduerſa. Item lib. 11,
Hæc adeò ex illo mihi iam ſperanda fuerunt, &c.
¶ Sperare, Donato. Terent. Adelp. 1. 2, Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam. Vbi Donatus, Rectè Sperabam pro Gaudebam. Sic enim dicimus, quum erraſſe nos cernimus.
¶ Spero non veniet vſus. Terent. Heaut. 3. 2,
Non vſus veniet ſpero:
¶ Deos ſperauimus. Plaut. Caſin. 7,
Dis ſum fretus, deos ſperauimus.
Sperans, Particip. {ὐπίζων} Virg. 6. Æneid.
Speratus, pen. prod. Aliud participium {ὐπισθὶς.} Plaut. Merc. 22.
Aura ſperata deſerit ratem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12.
Laborare de reliqua & ſperata gloria. Ci. Qu. frat. li. 1. 1.
Honos ſperatus fugit. Stat. 5 Syl. 3.
Voluptas ſperata. Ouid 2. Metam.
¶ Speratum veteres dicebant eum qui vxorem petit. Et ſperatam virginem quæ petitur. Afranius,
Curre, & nunria venire, & mecum ſperatam adducere, vt videat puellam. Speratam ſuam vocat vxorem Plautus in Amphit. 8.
Amphitruo vxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam. Ex Nonio.
Sperabilis, & hoc ſperabile, pen. corr. {ὐπισὸς} Quod ſperari poteſt. Plaut. Capt 10,
Hic ille eſt dies, quum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mortim.
Spetile vocatur infra vmbilicum ſuis, quod eſt carnis proprij cuiuſdam habitus exos, qua etiam antiqui per ſe vtebantur. Plautus, enumerandis vilibus obſoniis in Carbonaria ſic meminit:
Ego pernam ſumem, ſueres, ſpetile, callum, glandia. Feſtus.
Speuſticus, pen corr, Adiect. {σπουστικὸς} Dicitur panis qui celerrimè fit & coquitur: à verbo σπεύδω, quod eſt feſtino. Plin. lib. 18. cap. 11, Panis ipſius varia genera, aliàs ab obſoniis appellati, vt oſtrearij: aliàs à deliciis: vt arrolagani, aliàs à feſtinatione, vt ſpeuſtici.
SPEVSIPPVS {σπεύσιππος} Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum, ſibi mortem conſciuiſſe mœrore impulſum. Plutarchus verò ſcribit, illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe. Primus inuenit, quo pacto ex graciliorib. lignis fierent vaſa capacia.
Sphaceliſmus {σφακελισμὸς} Morbi genus ipſis etiam plantis cum animalibus commune, de quo abundè multa ſuprà diximus in vocibus Aſtobolismus & Siderario.
Sphacelus, herba ſaluiæ ſimilis, Theophraſtus libro 6. capite 2. De plantarum hiſtoriis, Sphacelus (inquit) & Saluia inter ſeſe diſtant, quaſi alterum vrbanum, alterum genus ſylueſtre dixeris. Sphacelo folium leuius, contractius, minúſque ſqualens: Saluiæ ſcabrius. Hæc ille.
Sphacelus, penultima correpta {σφάκελος} propriè oſſium eſt affectus teſte Galeno, cùm tota illorum ſubſtantia corrumpitur. Latini oſſium cariem appellant.
Sphacos, Vide in SPHAGNOS.

SPHACTERIA, quæ & Sphagia {σφακτηρία} Inſula eſt Meſſeniæ adiacens è regione Pyli, cuius meminit Strabo lib. 8.
Sphæra, ſphæræ {σφῦρα} Latinè dicitur globus, nempe qui ex omni parte exteriore rotundus apparet. Cicero 2. de Natura deorum, Quumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, his duabus formis contingit ſolis, vt omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medióque tantum abſit extremum quantum idem à ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius. Idem 2. de Natura deorum, Habere ſecretam & liberam ſphæram. Idem 3. de Oratore, Quanuis ſphæram in ſcenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in ſphæra formicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.
Sphærica ſphæricæ, penultima correpta {σφαιρικὸς} Placentæ genus quæ ex multis globulis in ſphæram & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul compactis fiebat. Cato capite 82. Sphæricam ſic facito ita vti ſpiram, niſi ſic fingito, detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito, atque ſpiram, itemque coquito. Vetus exemplar habet Spæriram.
Sphæriſterium, ſphæriſterij {σφαιριστήριον} Locus balinei, in quo veteres frictiones ſuas & varia exercitationum genera facere ſolebant. Sueton. in Veſpaſiano, capite 20. Valetudine proſperrima vſus eſt, quanuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, cæteràque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Plinius iunior libro 5. ad Apollinarem epiſtola 6, Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluréſque circulos capit. Sed in primis ad exercitium piæ deputarus eſt, quam Græci σφαῖραν appellant, à quo Sphæriſtæ, eius ludi ſtudioſi: & Sphæriſtici, eius ludi periti dicebantur, inquit Budæus. Lampridius in Alexandro, Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus molliorib. dabat.
Sphæralis, & hoc Sphærale, penultima producta. Macrobius 7. Saturnalium, cap. 9. Ex his ſeptem motibus, vnus tantùm in diuitis corporibus inuenitur, ſphæralem dico, quo mouetur cælum, quo ſydera.
Sphæralis conuexitas. Macrobius libro 1. capite 16. in Somnio Scipionis.
Sphæralis forma. Macrob. 7. Saturn. cap. 16. Ex forma tereti ac penè ſphærali, atque vndique verſum clauſa.
Sphæralis natura. Macrob. 7. Saturn. cap 9. Sphæralis enim natura, & ad nos de alto veniens, partem in homine & altam & ſphæralem tenuit.
Sphæromachia, ſphæromachiæ. Certatio quæ fit pila vel globo Seneca epiſt. 81. Hodierno die non tantùm meo beneſcio mihi vaco: ſed ſpectaculi, quod omnes moleſtos ad ſphæromachiam auocauit.
SPHAGIA inſula è regione Pyli, Meſſeniæ, & Lepræi: Strabo lib 8.
Sphagitides {σφαγῖτις} Venæ duæ inſignes vtrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini iugulares venas interpretantur, σφάζω enim illi iugulum appellant. Galenus lib. 6. De vſu partium.
Sphagnos, ſiue Bryon, ſiue Sphacos ſunt cani arborum villi, quales in quercu maximè vidimus, ſed odore præſtantes. Plinius libro, 12. cap. 23.
Sphenida, pilæ genus maius paganica & tenuius quam ſollis, ex panno ferè conſtans: nonnunquam etiam ex ex peſſe. Alio nomine dicitur Harpaſtum. Hoc Sipontinus: Sed Cælius libro 20. capite 14. non Sphenida, ſed Sphennida ſcribendum eſſe, σφενὶς a, affirmat.
Sphigmos {σφυγμὸς} eſt motus arteriæ celerius tardiúſve ſalientis, pro ratione dilatationis, & contractionis ipſius cordis. dictus Sperigmos ἀπὸ τῦ σφίζειν, quod ſalire, reſultare, pulſare, ſignificat.
Sphinx, ſphingis, vel ſphingos, fœm. gen. {σφίγξ} Æthiopicum animal eſt, è ſimiarum genere, fuſcor, pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo & ſolitudine feram aſſimulans. Poetæ id monſtrum faciem habere virginis fingũt, pennas auium, pedes leonis. Plin. libro 8. capite 21. 1. & lib. 37. cap. 1.
Sphinx ab effectu nouè ſortita: quòd homines ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, vt ſe expedire non poſſent. Nã Græcè σφίγγειν, cõſtringere, vel vincere dicitur: vel quaſi omnia mentes ſuis propoſitionibus ligare. Lactatius in primum Thebaid. ſcribit, Sphinga monſtrũ fuiſſe, alas & vngues habẽs in ſimilitudinem Harpiarum: quod inſidens ſcopulo viæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat: quæ quum ſoluere non poſſent, ex improuiſo veniens, alis & vnguibus ad ſe in rupem trahebat. Hoc autem ænigma proponebat: Quod animal bipes, idémque tripes, ac quadrupes eſſet. Cuius locutionis ambages tandem calliditate ſua ita Oedipus diſſoluit, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus nitens, quadrupes eſt. Factus vir, vt qui nullo alio quàm pedum auxilio graditur, bipes. At in ſenectute, viribus deficientibus, baculo vtens, tripes. Inde origo huius adagij apud Terentium, Dauus ſum, non Oedipus. Id eſt, Seruili officio non quæſtionibus ſoluendis aptus. De ſphingibus Diodorus Siculus lib. 4. & Plin. lib. 8 cap. 21. Auſonius in Gripho Ternarij,
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.
Iniqua ſphinx. Stat 1 Thebaid.
Victa cadit ſphinx. Stat 11. Thebaid.
Ænea ſphinx. Quintil. lib. 6. cap 3.
Sphragis, dis, {σφραγὶς} Species eſt optimæ rubricæ, apud Plin. lib 36. cap. 6, Quę in Lemno inſula effodiebatur, ita dicta quod ſignata venideretur, ſicut apud nos ſapo, σφραγίζειν enim Græci dicunt, quod nos ſignare. Quo autem in loco, quibuſque cæremoniis hæc terra colligatur, diximus in dictione LEMNOS. Eſt item Sphragis gemma viridis: ſed non tranſlucida, ita dicta quòd ea optimè ſignemus. Plin. lib. vltimo cap. 8.

Sphyræna{σφύραινα} Græcis, animal marinum, quod Latinis Sudis dicitur, vt ait Plinius libro 32. capite 11. Sunt præterea à nullo authore nominati, Sudis Latinè appelata, à Græcis Sphyræna, rostro similis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

Spica, ſpicæ: & ſpicus, ſpici {σταχυς ἀπὸ τοῦ στέγειν} antiquè, authore Feſto: & Spicum, ſpici, dicitur quum per culmi folliculum, id eſt extremum tumorem, ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi eminent, vt ait Seruius. Cic. 5. de Finibus, Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus & crebris, ſi auenam vſpiam videris.

Spica dicta eſt à ſpe, vt ait Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 48.

Nam quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus.

Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam primitus ſpica quum oritur, vaginam. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48.

Flauentes ſpicæ. Ouid. 9. Metam.

Spica minuta & inanis. Plinius libro 18. cap. 24.

Spica minuta & vana. Columel lib. 2. cap. 9.

Spica nardi. Plinius libro 12 capite 12, Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideò gemina dote Nardi ſpicas ac folia celebrant. Paulo poſt, Pretium ſpicæ in libras x c. folia diuiſere annonam, &c. Dioſcorides quoque lib. 1 cap. 6. Nardo ſpicas tribuit. Oculata etiam fides id abundè teſtatur.

Spica Ciliſſa. Ouid. lib. 1. Faſt.

Cernis odoratis vt luceat ignibus æther.
Et ſoaet accenſis ſpica Ciliſſa facis. Propertius lib. 4. elegia. 6.

De pugna Actiaca nouali,
Bella ſatis cecini, citharam iam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.

Candida nunc molli ſubeant conuiuia luco,
Blanditiæque fluant per mea colla roſæ.
Viuáque fundantur prælis eliſa falernis,
Terſque lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas. Sunt qui per ſpicam Ciliſſam crocum intelligant, aut oleum potius crocinum. Præſtantiſſimum enim crocum in Cilicia naſcitur ad antrum Corycium. Plin. lib. 21. cap 6, Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi in Coryco monte. Hoc maiores vtebantur in rogis ac ſacrificiis. Stat. lib. 6. Thebaid. in Archemori funere,

Necnon Aſſyriis pingueſcunt robora ſuccis
Pallentíque croco. Ouid. lib. 1. Faſt.

Antè deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum,
Nec fuerant rubri cognita ſila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus adufta ſono. Crocum præterea vino mirè congruere, præſertim dulci, ſcribit Plinius libro 21. capite 6. Quo nituntur argumento, qui ſpicam Ciliſſam apud Propertium putant dici crocum. Dicuntur enim ſpicæ, non ſolùm quales in frumẽto ſunt, ſed quales in aliij aut croci & ſimilium bulbis videmus. Sunt tamen & qui Spicam Ciliſſam interpretantur Spicam nardi. pro quibus facere videtur illud Ouidianum ſuprà citatum,

Et ſoluet accenſis ſpica Ciliſſa focis. Quid enim eſt in croco, quod vri cum crepitu queat?

Fruges ſpicæ ordine ſtructę. Cic. de Senect. Quanquam non modò fructus quidem me, ſed etiam ipſius terræ vis, ac natura delectat, &c. vaginis iam quaſi pubeſcens includitur: è quibus cùm emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorum morſus munitur vallo ariſtarum.

Cererem in ſpicis intercipere. Ouid. 8. Met. de apro Calydonio.

Is modò creſcentes ſegetes proculcat in herba:
Nunc matura merit fletui vota coloni,
Et Cererem in ſpicis intercipit. Quid ſit Cererem in ſpicis intercipit, iam expoſuit ipſe quum inquit, Matura vota coloni. Primò enim herbeſcit ſeges, vnde illud eſt, Segetes proculcat in herba. Deinde verò vbi maturuit, in ſpica eſſe dicitur.

Spicus in maſculino genere, in vtroque numero legitur. Spicum verò tantùm in ſingulari. Cic. 2. de Natur. deor.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo. Ex poeta.

¶Spica, Signum in cœlo oriens in Virginis parte decima. Firmianus, Quicunque in ortu Spicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet. Colum. lib. 11. cap. 2. Decimo quarto Calend. Octob. Spica Virginis exoritur.

¶Spica mutica, Quæ non habet ariſtam. Ariſtæ enim ſunt quaſi cornua ſpicarum. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 48. Vide Muticus in MVTVS.

¶Spica, Nucleus quo numeroſo caput allij compactum eſt. Colu. lib. 11. cap. 3. de vlpico. Habet enim velut allium plures cohærentes ſpicas. Inter palmaria ſpatia ſpicæ vlpici, Ruellius lib. 1. cap. 2. Cohærentes bulbi, in quos allij caput extumuit, qui ſeorſum conſiti nouam creant ſobolem, & nuclei & ſpicæ Latinis authoribus appellantur.

Spiceus, Adiectiuum {σταχυῶδες} Quod ex ſpicis eſt: vt

Corona ſpicea. Tibul. lib. 1. eleg. 1. Plin. lib. 8. cap. 2, Spicea corona quæ vitta alba collig aretur.

Meſſis ſpicea. Virg. 1. Georg.

Serta ſpicea. Ouid. 2. Metam.

Spicilegium, ſpicilegij {σταχυολογία} Collectio ſpicarum. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 53. Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

Spico, ſpicas {σταχυόομαι} ſpicare. à quo paſſiuum Spicor, ſpicaris. Id eſt ſpicas emittere, legitur apud Plinium, libro decimo octauo, cap. 7. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Spicatus, pen. prod. Adiect. {σταχυώδης} Quod habet ſpicas. Plin. lib. 21. cap. 17. Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum. Idem lib. 24. capite 15.

Spicatum vnguentum Romæ dici ſolitum Galenus prodidit, & fœminis præſertim diuitibus familiare. Idem & nardinum dictum, vt refert Hermolaus in Corollario. Dictum ſpicatum quòd ex ſpica nardi conficiatur, vt docet Marcellus interpres Dioſcoridis.

Spicatum paumeptum. Plin. lib. 36. cap. 25.

Spicifer, pen. corr. ſpicifer um, pen. corr. {στασιφόρος} Quod fert ſpicas, vt Spicifera Ceres à poetis dicitur. Mart. lib. 10. ſpicifer Nilus.

Dea ſpicifera, Ceres. Senec. Herc. Oetæo, 5.

Ora ſpicifera. Silius lib. 3.

Spicio, ſpicis, Idem quod Aſpicio Plaut. Truculento,

Supplicium ad te hanc minam fero auri ſi mihi rides, ſpice. Id eſt, Cerne. Id enim erat antiquis ſpicere, cóque verbo alibi Plautus vtitur, ne quis hic inſolens puter. In editis ridetſpice malè legitur. Turnebus.

Sperit, Ennius libro ſertodecimo,

Quod vbi rex paulò ſpexit, de pontibus celſis. Feſtus.

Spico, ſpicas, ſpicare, Spiculo & ferro aſperare. Gratius,

Quid Macedũm immenſos libeat ſi dicere contos,
Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes. Longas & ſuperuacuas Macedonum lariſſas exiguo præfixas eſſe ferro dicit. Inde putauerim apud nos haſtam Macedonicam picam, quaſi ſpicam vocari, quòd ferro ſpicata ſit exiguo. Inde picare tanquam ſpicare dicimus. Turnebus.

Spiculum, ſpiculi, pen. correp. {ξυστὸν ἰξυφόδες} Lancea breuis: ſeu vt Vegetius ait, telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum vnciarum nouem, haſtile pedum quinque & ſemis. Plautus Caſin. 6,

Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi Cicero in Piſonem, L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, ſpiculi propè ſeruatus eſt Alpes, vt vbi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret.

Lucida ſpicula læuato ferro. Virg. 5. Æneid.

Epaminundas ſibi auelli iubet ſpiculum. Cicero Luccio, libro 5. 12.

Lenta ſpicula contorquent lacertis. Virg. 7. Æneid.

Contorſit manu emiſſa ſpicula. Virg. 11. Æneid.

Fundere ſpicula. Silius lib. 17.

Quatere ſpicula. Ouid. 8. Metam.

Vellere ſpicula. Virg. 10. Æneid.

Vibrare ſpicula. Virg. 11. Æneid.

¶Spiculum accipitur pro Sagitta. Virg. 11. Æneid.

Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.

Sceleraca ſuccis ſpicula. Silius lib. 3. Hoc eſt venenata.

Dirigere certa ſpicula. Ouid. 12. Metam.

Exercere ſpicula debira fatis Troianis. Ouid. 13. Metam.

Promere ſpicula de pharetra. Ouid. 3. de Arte.

Tincta venenis ſpicula. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.

¶Spiculum, Sagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus: vt ſunt ſpicula ſagittarum & aculei apum. Virgilius 4. Georg.

-& ſpicula cæca relinquunt

Adfixæ venis. De apibus.

Calami ſpicula Gnoſij. Horat. 1. Carm. ode 15.

Haſtarum ſpicula Ouid 8. Metam.

Acuta ſpicula. Ouid. 3. de Arte.

Noxia ſpicula. Ouid. in Ibin.

Defigunt ſpicula crabrones nudo vertice. Ouid. 3. Faſt.

Exacuunt ſpicula roſtris. Virg 4. Georg.

¶Spiculum dictum à ſpicarum acie.

¶Spiculum, per ſyncopen pro ſpiculum. Lucret. lib. 3,

At contra lapidum coniectum, ſpiclorumque, &c.

Spiculo, ſpiculas, penultima correpta {ἀκοντίζω} ſpiculare, Cuſpidem acuere. Plinius libro 11. capite 2. Telum verò perfodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio?

Spiculator, penultima producta, ſpiculatoris, maſculini generis {ξυστοφόρος} Spiculatores dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quæ geſtant. Cornelius Tacitus, Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem.

Spina ſpinæ {ἄκανθα, σκόλοψ} Id in ſentibus & rubis aut aliis fruticibus vel herbis, quod dum tangitur, aculeatum ſentitur, & pungit, Plin. lib. 10. cap. 32. Putant ex ſpinis aculeatis.

Conſertum tegmen ſpinis. Virgil. 3. Æneid.

Spinam facere dicitur aſparagus quum percreuit', & ſpinoſus fit. Colum. lib. 11. cap. 3.

Acutis ſpinis ſurgit paliurus. Virg. 5. eclog.

Spina ſolſtitialis. Vide Solſtitium in SOL.

¶Spina, pro Aculeo, qualis ſerpentibus & hyſtricibus, & pleriſque piſcibus ineſt. Plinius lib. 8. cap. 35 Hyſtrices generat India & Africa, ſpina coutectas. Idem libro nono, capite 59, Iidem anthiæ quum vnum hamo teneri viderint, ſpinis quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur.

Animantes aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Cicero 2. de Natura deorum,

¶ Spina etiamnum appellatur vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe, qui eſt à collo ad extremum vſque os, quod ſacrum dicitur: ſic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebrę in ſuo cõtextu proceſſu vtrinque oſtendant ſpinis haud abſimiles. Plinius libro 11. capite 37. Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina, à cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſa ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò inciſa ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, à lateribus dorſa: quæ omnia dicuntur terga. Varr. 2. de Re ruſtica, capite 7, Scapulis latis, ſpina maximè duplici.

Crates ſpinæ. Ouid. 8. Metam. de Fame dea.

Lentæ ſpinæ curuamen. Ouid. 3. Metam.

Putrefacta

Putrefacta ſpina. Ouid. 15. Metam.

¶Spinæ, per tranſlationem, pro Difficultatibus. Cic. 4. de Finib. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius nec acerbitatem ſententiarum, nec deſiderendi ſpinas probauit, ſuíque in altero genere mitior, in altero illuſtrior. Idem 4. Tuſcul. Spinas partiendi & definiendi prætermittunt.

Vellere ſpinas. Cic. 4. de Finib. Deinde ea quæ requirebãt orationem ornatam & grauem, quàm magnificè dicta ſunt ab illis! quàm ſplendidè! de iuſtitia, &c. de fortitudinè hominum, de ſpinas vellentium, &c.

Spinifer penult. corrept. Adiectiuum {ἀκανθοφόρος} Cic. in Arato,

Quod ſupereſt gelido delapſum flumine fontis
Spiniferum ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Spineus, Aliud adiectiuum {ἀκανθινός} vt Spinea corona, Quæ è ſpinis facta eſt.

Teda ſpinea. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.

Vincula ſpinea. Ouid. 2. Metam.

-baculúmque capit, quem ſpinea torrum
Vincula cingebant.

SPINENSIS Deus, apud Auguſtinum in lib. Ciuitat. Dei, quod ſpinas ex agris eradicari puraretur, à Romanis cultus eſt. Videndus Silius Syntag, 1 Hiſtor. Deorum.

Spinalis, & hoc Spinale, pen. prod. Ad ſpinam pertinens. Macrob. lib 7. Saturnal. cap. 9. Animæ per ſpinalem medullam præbetur effectus.

Spinoſus, pe. pro. {ἀκανθώδης} Item Adiect. Spinis abundans. Varro 2. de Re ruſt. cap 3. In ſpinoſis locis paſcuntur. Plin. lib. 12. cap 15. Corticem læuem myrrhæ, ſimilemque vnedoni, ſcabrum alij, ſpinoſúmque dixere.

Herbæ ſpinoſæ. Ouid. 2. Metam.

Iugum ſpinoſum. Propert. lib. 4. eleg. 4.

¶Spinoſa oratio, per tranſlationem, hoc eſt dura & aſpera. Cic. 1. de Ora. Sed hæc erat ſpinoſa quædam & exilis oratio, longéque à noſtris ſenſibus abhorrebat. Idem in Orat. Nam & ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi, & poſteà qui dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt.

Spinoſum diſſerendi genus. Catal. Argon. 59.

Hæc enim ſpinoſiora prius vt confitear me cogunt, quàm vt aſſentiar. Cic. 1. Tuſc.

Spinetum, ſpineti, pen. pro. {ἀκανθών} Locus ſpinis conſitus. Plin. lib. 10. cap. 74. Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos ægithi diſſipat. Virg. 2. eclog.

SPINA, nunc viculus in finibus Græciæ, olim maxima ciuitas Græca, à qua ſpineſum Delphis theſaurus eſt dictus. Strabo lib. 5.

SPINETICVM, vnum ex Padi oſtiis, quo Claudius Cæſar è Britannia triumphans prægrandi illa domo veſtus, quã naui intrauit Adriam. à Spina vrbe nomen habet, quam à Diomede conditam eſſe volunt. Plinius lib 3. cap. 16.

Spinter, ſpinteris, n. g. {ἐπωμὶς} Significat aut fibulam in humeris, aut armillam, vt ait Priſcianus lib. 5. Feſtus, Spinter armillæ genus, quo mulieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro. Plaut. Menæch. 12. Iubeáſque ſpinter nouum reconcinnarier.

SPINTHARVS {σπινθαρός} nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificauit. Pauſanias.

Spintria, ſpintriæ, Qui muliebra patitur, ſéque aliis abutendum præbet. Sueton. in Vitellio, Et ipſe perpetuo ſpintriæ cognomine notatus. Certè pro ſpintria Dionis compendium σπυροδιώκτην dicit, id eſt, proſtitutum & ſtuprum paſſum. Sed & ſpintrias à patientia nominatos Tacitus oſtendit his verbis, Tũcque primùm ignora ante vocabula reperta ſunt ſellatiorũ & ſpintriarum, ex fœditate loci & multiplici patientia. Turnebus.

Spintriæ, dicti ſunt à Tiberio Cæſare, Monſtroſæ libidinis repertores, nouíque concubitus. Suetonius in Tiberio cap 43. Monſtroſíque concubitus repertores, quos Spintrias appellabat.

Spinturnix, ſpinturnicis, f. g. Auis inauſpicata, quæ & incendiaria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 13.

Spinturnix (inquit Feſtus) eſt auis genus turpis figuræ, occurſatrix artificum perdita ſpinturnix, ea Græcè dicitur, vt ait Santra σπιν-θαγὶς

Spinus, ſpini, f. g. {σπῖνος} Agreſtis ſiue ſylueſtris prunus: pruni enim ſilueſtres genera ſpinarum ſunt, inquit Columella. Vnde Virg. 4. Georgicon,

Edurámque pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes.

Spineolus, ſpineoli, pe. corr. m. g. {σπινίδιον} Fructus ſpini.

SPIO {σπιὼ} Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ſic à ſpeluncis maris appellata, in quibus Nymphæ marinæ habitare dicuntur, σπίος enim ſpeluncа eſt. Virgil. libro 4. Æneid.

Niſæque Spióque Thaliáque Cymodoceque &c.

Spionia, vitis, quæ & ſpinea quibuſdam dicitur. Colum. lib 3. cap. 2. At ſpiona dapſilis muſto & amplitudine magis vuarum quam numero fertilis. Plin. lib. 14. cap. 2. Æſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant. Autumniſque & imbribus pingueſcit, quinimo nebulis vnà alitur, ob id Raueunati agro peculiaris.

Spionicus, pen corr. Adiectiuum. Colum. lib 3. cap. 21, Iam & illud magnæ dotis eſt, poſſe guſtum cuiuſque generis non miſtum, ſed verè merum condere, ac ſeparatim reponere, ſiue eſt ille bituricus, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus.

Spira, ſpiræ {σπεῖρα} Spiræ ſunt reuolutiones ſiue circuli, qui in ſeipſos non recurrunt, quales ſunt funium nauticorum & rudentum cõuolutorum, & ſerpentium. Plin. lib 37. cap. 10, Capnites plurimis ſpiris fumida.

Anguis ſe colligit in ſpiram. Virg. 2. Georg. Id eſt, in circulum. Idem 2. Æneidos,

-ſpiríſque ligant ingentibus, & iam
Bis medium amplexi. Seruius, Spiris, nodis.

Ligare aliquem ſpiris. Virg. 2. Æneid.

¶Spira, Proprie (vt ait Seruius) eſt volubilitas funium: ſiue (vt vult Feſtus) funis nauticus in orbem conuolutus.

¶Spira, ſubligaculum, ſiue ligula quæ à pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Iuuen. Satyr. 8.

de faucibus aurea quum ſe
Porrigat & longo iactetur ſpira galero.

¶Spira, Ornamentum muliebre. Plin. lib. 19. cap. 35. Lolliam Paulinam quæ fuit Caij principis matronam, ne ſeria quidem aut ſolenni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritiſque operiam, alterno texiu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque, quãs ſumma quadringenties H-S colligebat.

¶Spira, Baſis columnæ vnius tori, aut duorum; vt ait Feſtus. Plinius lib. 36. cap. 23. In Epheſiæ Dianæ æde primùm columnis ſpiræ ſubditæ & capitella addita.

¶Spira, Genus operis piſtorij, vt ajt Feſtus. Cato cap. 77. Spiram ſic facito, &c.

¶Spiram hominũ multitudinem vocauit Ennius; quum ait, Spiras legionibus nex. Feſtus.

Spirula, ſpiru'æ, pen. corr. {σπείριον} Baſis columnarum Seruius.

Spirarchus {σπειράρχης} quaſi primipilaris, aut Cohortis præfectus: nam σπεῖρα inter cætera cohortem ſignificat.

Spireon, herba, quæ ſoliis tenus venit in coronamenta: Plinius lib. 27. capite 9.

Spirillum, antiqui dicebant barbam capræ. Feſtus ex ſententia Opilij Aurelij.

Spiro, ſpiras {πνέω, ἄημι, πνεύω, σπείδω, ψυχῶ, φυσάω} ſpirare, Exhalare. Plinius, Hæc duo genera ſiſtulis ſpirant quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9 cap. 7 1.

Sine cura quieſcere, & ſine metu ſpiare. Cicero pro Sex. Roſcio Amerino.

Mali morbi teſtimonium eſt, vehementer & crebrò ſpirare Celſus libro 2. capite 4.

Valentius ſpirat Eurus. Hoc eſt flat. Ouid. 11. Metam.

Mali morbi teſtimonium eſt, vehementer & crebrò ſpirare. Celſ. lib 2. cap 4.

Æquatæ ſpirant auræ. Virg. 5. Æneid.

Clementius ſpirant Auſtri. Stat. 2. Syl. 2.

Flamina ſpirant. Ouid 4. Faſt.

Fons ſpirat duleis aquai. Lucret lib. 6.

Aræ ſpirant odoratis floribus. Stat. 3. Syl. 3.

Spirare, Accuſatiuo iunctum, ſignificat Emittere. Virg. 1. Æn.

Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem
Spiranere. Colum. lib. 1.

Spirare ad aliquid, pro Adſpirare. Liu. lib. 3.

Amores ſpirare. Horat. 4 Carm. ode. 13.

Ira ſpirat ſanguinem, Affectat, concupiſcit. Seneca Thyeſte, 6.

Spirare anima ſua. Cic. Poſt reditum ad Quirites, Nõ ſolùm dum anima ſpirabo mea, ſed etiam &c. Vetus exemplar legit, Anima ſuperero mea.

Quæ deſeri à me dum quidem ſpirare potero, nefas iudico. Cicero 3 de Nat. deor.

Spirare tribunatum, pro Aſpirare ad tribunatum. Liu. 1. Decad. lib. 3. Inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quærere.

Spirans, Participium {πνέων, ἐμπνέων} vt Altum ſpirans. Statius 5 Syl. 3.

Spirans, Quod ſpirat, & aliquando quod redolet. Virgil. 3. Georgicorum,

Strabunt & Pariſj lapides ſpirantia ſigna. Hoc eſt, tam artificioſè facta, vt ſpirare & viuere videantur.

Aëra ſpirantia. Virg. 6. Æneid.

Fretis ſpirantibus feruet æquor. Virg 1. Æneid.

Grauiter ſpirantis copia thymbræ. Virg. 4. Georg.

Spirans, pro Viuente. Cic. pro Milone, Sunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia eoquando ab eo ſpirante forum potuiſſet defendi, cuius non reſtiterit cadaueri Curia?

Imponere buſtum in caput viui & iam ſpirantis. Cicero pro Domo ſua.

Quædam effigies ſpirantis mortui. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3.

Arcus ſpirantes. Lucan. lib 3.

Spirantia conſulet exta, Palpitantia, quaſi adhuc viua. Virgil. 4. Æneid.

Aura ſpirans, Vitalis, qua ſpiramus & viuimus. Seruius. Virg. 9. Æneidos,

Corpora ſpirantia. Lucan. lib 1.

Spiritus, huius ſpiritus, penult. corr. maſcul. gener. {πνεῦμα, πνοὴ, πνοιὴ, ἀὴτης, πόθος} Halitus, id quod ſpiramus, & quo viuimus. Plautus Milite, 3,

Cuius tu legiones diſtrauiſti ſpiritu, quaſi ventus folia. Virg. 3. Georgicon,

-atque attractus ab alto
Spiritus. Cic 2. de Nat. deor. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Ibidem, vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet anima tibus. Ibidem, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.

Cæli ſpiritus. Ci. 1. in Catil. Potéſtne huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius cæli ſpiritus eſſe iucundus?

Spiritus fœdi odoris. Celſus lib. 5. cap. 26. De vlceribus quæ extrinſecus, &c.

Anguſtus ſpiritus, Breuis anhelitus. Cicero 1. de Oratore, Deinde cùm ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt, &c. Idem 3 de Orat. Animæ interclusio, & anguſtiæ ſpiritus.

Anhelans ſpiritus. Author ad Heren. lib. 4. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur.

Animalis ſpiritus, Vide ANIMAL.

Continuus ſpiritus ſiue inſtexus, Vide CONTINEO.

Creber spiritus, haud ingens, taróque coortus. Lucr. li. 6.
Dirus spiritus. Senec. Octau. 5.
Extremus spiritus. Cic. de Senect. Quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia.
Liber spiritus. vt Supplicium à libero spiritu & communi luce seclusum Id est, in carcere. Cic. 7. Verr.
Mortiferum spiritum exhalare. Plin lib. 2. cap. 93.
Teter spiritus. Horat. 3. Carm. ode 11.
Vno spiritu. Cic. 1. de Orat. Demosthenes summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat. Idem 2. de Nat. deor. Hæc ita fieri omnibus inter se conuenientibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea vno diuino ac continuato spiritu continerentur.
Spiritus cum sono. Celsus lib. 5. cap. 26.
Attractus ab alto spiritus. Virg 3. Georg.
Auferre spiritum sine sensu doloris. Cic. 7. Verr.
Auferre spiritum alicui, Occidere aliquem. Senec. Octau. 5.
Flammata facies spiritum ex alto citat, Anhelitum attrahit ex profundo pectore. Senec. Medea. 6.
Spiritus reciproca vicissitudine commeat in pulmonem. Lactant. de Opif. dei. cap. 11.
Vita continetur corpore & spiritu. Cic. pro Marcello.
Ducere spiritum, Spirare. Cic. 2. de Diuinat. In puero referre ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit. Liu. 1. bel. Maced. Perire nanque semel ipsis satius esse, quàm sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere. Hoc est vitam extendere.
Vitam & spiritum ducere. Cic. pro Lege manil. Atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis.
Ducere ad tempus spiritum. Cic. Planco, lib. 10 1.
Aër spiritu ductus alit animantes. Cic. 2. de Nat. deor.
Tranquillum & otiosum spiritum ducere. Cicero pro Archia, Cùm vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum & otiosum spiritum duxerimus.
Elidere spiritum. Celsus lib. 4. cap. 14.
Infœlix spiritus in auras ibit. Ouid. epist. 10.
Euadit spiritus per angustias. Celsus lib. 4. cap. 4.
Excipere extremum spiritum alicuius. Cic. 7. Verr. Matrésque miserè pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo cõplexu liberûm exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.
Nefastum spiritum ferro exige. Senec. Oedipo, 14.
Extenuandus spiritus in auras. Ouid. 1. Trist. eleg 4.
Fertur spiritus cum sono. Cels. libro 5. cap. 26. In signis pulmonis icti.
Cadentem spiritum fistmare, Id est animum. Senec. Troad. 10.
Communi spiritu frui. Cic. 4. in Catil. Puncto temporis frui vita & hoc communi spiritu non putat oportere, id est, viuere.
Rudes spiritus hausi. Senec. Oedipo, 10.
In pulmonibus inest raritas ad hauriendum spiritum aptissima. Cic. 2. de Nat. deor.
Ludere extremo spiritu. Cic. 1. Tusc.
Ludere extremo spiritu. Cic. 1. Tusc.
Oris spiritus reluctanti obstruitur. Virg. 4. Georg.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram quam flatu permulcet spiritus austri. Cic. in Arato
Petitus spiritus imo latere. Horat. Epod. 11.
Graui spiritu pressæ antennæ. Senec. Oedip. 11.
Priuare aliquem spiritu, pro Interficere. Paterculus lib. 2, Sextum Pompeium Antonius, quum dignitatis quoque seruandæ dedisset fidem, etiam spiritu priuauit.
Reddere spiritum patriæ. Cic. 11. Philip. Eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.
Vltimum reddere spiritum. Paterculus lib. 2. Cultello percussus, qui affixus lateri eius relictus est, intra paucas horas decessit. Sed cùm vltimum redderet spiritum, intuens, &c.
Grauiorem spiritum reddit tibia. Quint. lib. 1. cap. 11
Regit actus spiritus. Virg. 4. Æneid.
Retinere spiritum. Celsus lib. 7. cap. 14.
Suspendere spiritum in lectione. Quint. lib. 1. cap. 8.
Trahere spiritum. Celsus lib. 3. cap. 27.
Vanescit spiritus in auras, Anima, Vita. Ouid. epist. 12.
¶Spiritus aliquando pro animi elatione accipitur, quòd Græcè φρόνημα dicitur. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2, Quid L. Cæcilium, nónne omni ratione placauit quem hominem? qua ira? quo spiritu? Idem pro Syl. Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt? ac mihi nescio quos spiritus attulerunt?
Fiducia ac spiritus. Cæsar. 3 bel. Ciuil.
Auidus spiritus, Auarus animus. Horat. 2. Carm. ode 2.
Contaminatus spiritus. Cic. in Pisonem.
Hostiles spiritus. Tacit. lib. 20.
Ingentis spiritus vir, Vide INGENS.
Minax spiritus. Ouid. ad Liuiam.
Regius spiritus. Cic. 2. de Lege Agrar.
Solidus spiritus Ouid. ad Pisonem.
Superbus spiritus. Ouid. ad Liuiam.
Tribunitij spiritus. Cic. pro Cluentio.
Tumidus spiritus Seneca, Agamemn. 4.
Frangere spiritus alicuius. Liu. Decad. 3. lib. 6. Quorum se vim ac etiam spiritus fregisse.
Sumere spiritus. Cæsar. 1. de bell. Gallic.
¶Spiritus, Actus ipse spirandi, siue spiratio ipsa. Cic. 2. de natur. Deor. Quum aspera arteria ostium habeat adiunctum linguæ radicibus paulò suprà quàm ad linguam stomachus annectitur, eáque ad pulmones vsque pertineat, excipiátque animam eam quæ ducta sit spiritu, eandémque à pulmonibus respiret & reddat, tegitur quodam quasi operculo, &c.
Reddere spiritum. Cels. lib. 8. cap. 2.
¶Spiritus, Odor. Virg. 5. Æneid.

Ardentésque notate oculos, quis spiritus illi,
Qui vultus, vocísve sonus, vel gressus euntis. Seruius.
Vnguenti spiritus. Lucret. lib. 3.
¶Operis spiritus atque animus. Quint. lib. 6. cap. 2.
Acer spiritus. Horat. 1. Serm. saty 4.
Tenuis spiritus. Id est mediocre ingenium vel subtile. Horat. 2. Carm. ode. 16.
¶Spiritus, pro Vento. Colum. lib 3 cap. 19. Veruntamen præstat eligere sationi, silentis, vel certè placidi spiritus diem.
Spiritus fœdi odoris. Celsus lib. 5. cap 26.
¶Spiritus, pro Aëre. Plin. lib. 2. cap. 5. Proximum spiritus, quem Græci nostríque eodem vocabulo aëra appellant. Ibidem, libro 6.
Suscipi in lucem, & augeri cælesti spiritu. Cic. de Arusp. resp.
Afflari spiritu diuino, Vide AFFLO.
Spiritualis, & hoc spirituale, & per syncopen Spiritalis & hoc Spiritale, pen. prod. {πνευματικὸς} Quod halitum emittit. Vnde Spiritales auras dicimus, id est vitales.
Spiritale genus machinæ. Vitruuius lib. 10. cap. 1.
Spirabilis, & hoc spirabile, pe. corr. {πνευστὸς} Vitale, quo spiramus, inquit Seruius. Virg. 3. Æneid.
-per sydera testor,
Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen. Cic. 1. Tusc. Illam verò funditus eiiciamus indiuiduorum corporum læuium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem, id est animalem esse voluit. Et paulò antè, Animales, id est spirabiles. Sic 2. de Nat. deor. Spirabilis natura.
Igneus & spirabilis. Cicero 1. Tusc. Sed fac igneam, fac spirabilem &c.
Sumere animum spirabilem, à pluribus. Cic. 2. de Nat. deo.
Spiramen, pen. prod. spiraminis {φυσητὴρ} Per quod exit spiritus: vt Naris spiramina. Lucan lib. 2.
Reficit spiramina fessi ignis, Moribundum ignem flatu resuscitat. Stat. 12. Theb.
Spiramentum spiramenti, Idem {φυσητήριον.} Virg. 4. Georg.
-neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. Idem 9. Æneid. Plin. lib 34. cap. 17. Hoc videtur facere relaxatis spiramentis ad satietatem infusus aër. Colum. lib 9. cap. 11. Et posito cibo dum conuersari consuescant, exiguis spiramentis relictis, triduò ferè clausas habere.
Cæca spiramenta, Tenues cauernæ quæ videri non possunt. Virg. 1. Georg.
Spiramentum, Emissarium fumi. Plin. lib 34. cap. 10, Circulito spiramento in caminis. Vbi In spiramento camini legendum videtur. Budæus.
Exhalantia flammam spiramenta. Ouid 15. Metam.
Spiramentum cauernæ. Iustinus, lib. 4. de Ætna monte, Vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit.
Spiramenta temporum, Tacit. in vita Agricolæ, Quo Domitianus non iam per interualla ac spiramenta temporum, sed continuo, & velut vno ictu Remp. exhausit.
Spiraculum, spiraculi, Idem {φύσημα.} Virg 7. Æneid.
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur. Id est aditus, inquit Seruius. Plin. lib. 2. cap. 93.
Spissus, spissa, spissum {πυκνὸς, πεπιεσμένος} Propriè densum significat.
A sepium densitate. Virg. 2. Georgic.
-& scrobibus superabit terra repletis. Spissus ager.
Æther spissus. Ouid. 1. Metam.
Amoma spissa tergit de comis. Ouid. epist. 20.
Arena spissa. Virg. 5. Æneid.
Caligo spissa Ouid. 7. Metam.
Coma spissa. Horat 3 Carm. ode 19.
Corona spissa viris. Virg 9. Æneid.
Corpus spissum. Lucret. lib. 6.
Flatu spisso implere sedilia, Tibiæ sono implere theatra spectatoribus referta & plena. Horat. de Arte.
Grandine spissi, glomeratur corpus. Aqua concreseit in spissam grandinem. Ouid 9. Metam.
Igne spisso coit Pleiadum chorus. Propert. lib. 3. eleg. 5.
Laurea spissa ramis. Horat 2. Carm. ode 15.
Littus spissum, Densum & durum. Ouid. 15. Metam.
Nubes spissa. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.
Spissa & Solutioris humi regio, opponuntur. Colum. lib. 2. cap. 2, Fossarum duo genera cognouimus: cæcarum, & patentium. Spissis atque cretosis regionibus apertæ relinquuntur: at vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, &c.
Theatra spissa, Repleta spectatoribus. Horat. 1. epist. 20.
Vimine spisso quali. Virg. 2. Georg.
Vmbræ spissæ. Virg. 2 Æneid.
¶Spissus tactus, Qui rem aliquam spissam esse deprehendit. Plin. lib. 22. cap. 24.
¶Spissum, Tardum, Plaut. Pœn. 11,
Qui liquid boni promittunt, pro spisso euenit. Id quod mali promittunt, præsentarium est. De Aruspicibus loquitur. Idem Cistel. 2. Spissum istud amanti est verbum, venier, nisi venit.
Tardum & spissum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208, Sed hoc quoque timidè scribo, ita omnia adhuc tarda & spissa. Idem 3. de Orat. Sed etiam si est aliquanto spissius, aut si ego sum tardior, profectò nunquam conquiescam.
Spissus & productus exitus. Cic. 2. de Orat. Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent.
Spissum opus, & operosum. Cic. Qu. frat. lib. 2. 15, Scribebam illa quæ dixeram πυκνά, spissum sanè opus & operosum.
Spissior & spississimus. Plin. lib. 12. cap. 21, Ediuerso Arabica glans viridis ac tenuior: & quoniam mõrosa sit, spissior. Idé lib. 16. cap. 40.
Spississima ex omni materie, ideò & grauissima iudicatur ebenus.

Spissè,

Spissè Aduerb. {πυκνῶς} Plin. lib. 36. c. 25. Dein spissè calcatis carbonibus inducitur fabulo, calce, ac fauilla mistis.
Spissius virere. Plin. lib. 37. cap. 8.
Spisse arare. Colum. lib. 2. cap. 11.
Spissè, Tardè. Pacuu. Hermion.
Habet hoc senectus in se, cùm pigra est ipsa, vt spissè omnia videantur confieri. Nonius.
Spissè atque vix. Cic, de Clar. Orat. Est enim propositum, colligere eos, qui hoc munere in ciuitate functi sint, vt tenerent oratorum locum: quorum quidem quæ fuerit ascensio, atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Quàm multi enim iam oratores commemorati sunt, & quàm diu in eorum commemoratione versamur? quum tamen spissè, atque vix, vt dudum ad Demosthenem & Hiperidem, sic nunc ad Anthonium Crassúmque peruenimus. Spissè, id est tardè, difficiliter. Certè res spissa tardè & cum difficultate penetratur: terra spissa tardum iter facit: homo spissus ferè tardius ingreditur. Non. Marc.
Spisso, spissas {πυκνῶ, σύρω} Spissare, Spissum facere. Plin. lib. 11. cap. 41, Omne lac igne spissatur.
Spissari in panem farinæ modo. Plin. lib. 13. cap. 4.
Spissare pectinatim, Vide Pectino in PECTEN.
Spissatus, pen. prod. Participium {πυκνωθείς.} vt Nubes spissatæ. Lucan. libro 4.
Igni spissatus. Ouid. 15. Metam.
Humor spissatus. Plin. lib. 2. cap. 49.
Spissesco, spissescis {πυκνοῦμαι} spissescere, Spissum fieri. Celsus lib 5. De curatione aduersus ictum aspidis: Eadem ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem. Lucret. lib. 6,
Fecit vt ante cauam docui spissescere nubem.
Spissamentum, spissamenti {σύμμα} Spissamenta vocantur, quæ Græcis σύμματα dicuntur, quæ ad vnguentorum confectiones extrema superponuntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Columel. lib 12. cap. 46, De conditura inulæ, Posthæc in vmbra triduo siccentur, & ita in fideliam picatam recondantur adiecto passo vel defruto quod supernatet, spissamentóque cunilæ imposito contectum vas polliculetur. Senec. epist. 32, Firmiori spissamento opus est quàm vsum in sociis Vlyssem ferunt.
Spissigradus, spissigradi, pen. corr. m. g. {βραδύπους} A quo spissigradior, spissigradissimus. Plaut. Pœn. 7,
-homines spissigradissimos,
Tardiores multo, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.
Spissitas, pen. corr. spissitatis, f. g. {πύκνωσις} Plin. lib. 18. cap 30, Quoniam spissitate sua concalescit.
Spissitudo, penult. prod. spissitudinis, fœm. gen. {πυκνότης} Idem Scribonius Largus, Per duplex vas coquitur, donec mellis habeat spissitudinem.
Spithama, nuncupatur mensura ab magno digito ad minimum. Cælius Rhodiginus lib. 4. cap. 3.
SPITHAMAEI, Pygmæorum gẽs, de qua sic scribit Plinius lib. 7. cap. 2, Supra hos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedere, salubri cœlo, semperque vernante, montibus ab Aquilone oppositis, quos à Gruibus infestari Homerus quoque prodidit. fama est insidentes arietum caparumque dorsis, armatos sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullósque earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennísque, & ouorum putaminibus construi.
SPLANCHNOPTES Pericli seruus fuit, cui mortuo æream statuam dominus posuit. Plin. lib. 22. cap. 17. & lib. 34. capite 8. Vide in STYPAX.
Splen, splenis, mascul. gener. {σπλὴν} Latinè dicitur lien. Plinius lib. 8. capite 23, Sanguis in corde & circa oculos tantùm: viscera sine splene.
Peculanti splene cachinno. Persius Saty. 1.
Splenicus pen. corr. Adiectiuum {σπληνικὸς} Qui ex splene laborat. Plinius lib. 20. cap. 9. Item spleniticis in vino albo per dies quadraginta.
Splenicus, pen. corr. Idem quod Spleneticus. Firmicus lib. 5. cap. 16. Luna alios tussicos, alios splenicos efficiet.
Splenium, spleni {σπλήνιον} vt Iulius Pollux inquit, est caput splenis pinguis. Hinc splenia velut per similitudinem dicitur facta ex panno laneo vel lineo, quibus excepta vel illita medicamenta, ad curam corporis superimponi solent. Plin. lib. 29 cap. 6. Superimponi oportet splenium è melle decoctum, lanámque succidam ex oleo & vino. Quo in loco Cornelius Vitellius Annotationum fol. 181. purat splenium pro medicamento accipi. Plinius epist. 88. a. lib. 6. quòd candidum splenium in hoc, aut illud supercilium transferebat. Quidam frontem liniebant vnguento vel cerusa: deinde panniculum siue fasciam ponebant, quod splenium diceba tur: à quibusdam existimatum oculorum operimentum ad arcendam nimiam lucem. Mart. lib 3.
Et aumerosa linunt stellantem splenia frontem:
Ignoras quid sit? splenia tolle, leges.
Spleniatus, pen. prod. Adiectiuum {σπληνιάδης} Splenio obuolutus. Mart. lib. 10,
Cur spleniato sæpe prodeam mento, &c.
Splendeo, splendes, splendui, {λάμπω, στίλβω, θαάσσω, ἀφαυσκάζω, γανάω, αὐγαλίζομαι} splendere, Lucere. Plaut. Pœn. 4,
Et facies multo splendeat alba pilo. Mart. lib. 4,
Latè splendere. Horat. de Arte.
Colore claro splendere. Lucret. lib. 5.
Ponrus splendet tremulo sub lumine. Virg 7. Æneid.
Lucere & splendere dicitur virtus. Cic. pro Sestio, Quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendétque per se semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit.

Splendens, Participium {λαμπρύνων} vt Putius marmore splendens. Horat. 1. Carm. ode 19.
Ferro splendenti lancea. Ouid. 3. Metam.
Fuco splendente comas ornare. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
Splendentes habeo authores in quæstri ordine. Plin. li. 9. c. 5.
Splendentior, Comparatiuum. Claud. de Gigantomach.
-clypeus splendentior igni.
Splendesco, splendescis {αὐγαλίζομαι} splendescere, Splendidum fieri. Apuleius, Quum iam aurora splendescereret. Cic. in Parad. Nihil tam horridum, tam inculrum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Hic per translationem. Plin. lib. 13. cap. 15. Nutriuntur optimè, splendescuntque.
Corpora splendescunt succo oliuæ. Ouid. 10. Metam.
Vomer attritus sulco splendescit. Virg. 1. Georg.
Splendor, splendoris {αὐγηρώγλαξ, αὐγαλίπαια, αὐγλη, ἰσχραυγὴ, κιμάυμια, σύλας, στιλὰς, λαμπρότης, στιλπνότης} Lux dicitur. Plaut. Merc. 22, 39. Cælum vt splendore est plenum nónne ex aduerso vides?
Aquæ splendor. Lucret. lib. 4. 43.
Argenti splendor Horat. 1. Serm. saty. 4. 6.
Clarus splendor vestis purpureæ, Vide NIGER.
Tremuli splendores. Claud. 5. Paneg. 25.
¶Splendor, per translationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. vnde Splendor nominis, spendor familiæ, splendor virtutum. Id est claritas. Ci pro L. Manil. Nunc imperij nostri splendor illis gentib. lucet. Idem pro Flac. In imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam, splendorémque reuocarent. Et pro Cluent. Honesti homines, & summo splendore prædíti. Sic 1. Off. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatem in posteriore. Item pro Cœlio, Siquidem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpuræ genus, si amicorum cateruæ, si splendor, si nitor, &c.
Splendor & dignitas. Cic. 1. Verr. Constat inter omnes, post hæc constituta iudicia quibus nunc vtimur, nullum hoc splendore atque, hac dignitate consilium fuisse.
Equestris splendor. Cic. pro Rosc. Amer.
Homo eo splendore, ea virtute qua omnes existimatis, &c. Cic. 5. Verr.
Animi splendor. Vide ANIMVS.
Splendor nominis. Cic. 1. de Finib.
Splendor ordinis. Cic. pro Cœcinna.
Verborum splendor. Cic. in Bruro, id est ornamenta.
Splendor vocis. Plin. lib. 20. cap. 6.
¶Accersere splendorem, Vide ACCERSO.
Afferre splendorem, Vide AFFERO.
Deformare splendorem. Cic. pro Syl.
Delere splendorem. Cic. Offic. 2.
Parum splendoris habere. Horat. 2. epist. 2.
Habere magnum splendorem. De Clar. Orat.
Maculare splendorem, Cic. pro Sestio.
Obrui splendore. Cic. 3. de finib.
Obscurare & inquinare splendorem, Vide INQVINO.
Obsoleuit splendor, Vide OBSOLEO.
Obtinere suæ dignitatis splendorem. Cic. pro Sylla.
Esse splendore. Cic. Famil. 11.
Trahere splendorem. Plin. lib. 20. cap. 19.
Splendidus, pen. cor. Adiect. {φαεινὸς, ἀγανὸς, ἀγλαὸς, φαίδιμος, στιλπνὸς} Clarus, fulgens. Dicitur etiam qui operas suas ad liberalitatem conuertit. Cic. in Parad. Reuiuiscat M. Curius, aut eorum aliquis quorum in villa ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit præter ipsos.
Splendidissimum, videri quod animo magno elatóque factum sit. Cic. 1. Offic.
Splendidus propter virtutem. Cic. 9. Verr. Homo & dominabilis, & apud eos, quòd se contulit, propter virtutem splendidus & gratiosus.
Splendidus domi, gratiosus extra domum. Cicero Quint. fratri, libro 2. 15.
Solidum & splendidum nomen. Cic. 2. de Fin.
¶Bilis splendida. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Candor splendidissimus. Cic. in Somnio Scipion.
Cera splendida. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.
Crinis splendidus ostro. Ouid. 8. Metam.
Et certamen honestum, & disputatio splendida. Cic. 2. de Fin.
Domus splendida luxu regali. Virg. 1. Æneid.
Eques splendidus. Cic. 2. de Finib.
Facta splendida. Horat. 2. epist. 1.
Fama splendida. Propert. lib. 3. eleg. 20.
Fons splendidior vitro. Horat. 3. Carm. ode 13.
Humor splendidus sudoris. Lucret. lib. 6.
Ingenium splendidum & magnus animus. Cic. 1. Offic. In maximis animis, splendidissimísque ingeniis plerunque existunt, honoris, imperij, potentiæ, gloriæ, cupiditates.
Lucifer splendidior quàm cætera sydera. Ouid. 2. Metam.
Lumina splendida solis. Lucret. lib. 2.
Nomen splendidum. Cic. 1. de Fin. Quod appellant honestum, nõ tam solido quàm splendido nomine.
Illuminari nominibus splendidis. Cic. in Orat.
Magnificentius & splendidius Oratorum genus. Cicero de Claris Orat.
Orbis splendidus, Oculi. Lucret. lib. 3.
Palla splendida multo croco. Ouid. epist. 10.
Tenere rationem splendidam. Cic. de Claris Orat.
Signa splendida. Lucret. lib. 4. Intelligit astra.
Sol splendidior. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1.

Verba splendida. Ouid.1.de Remed.amor.
Ornatissimus & splendidissimus vir. Cic.pro Flacco.

Splendidè,pen.corr. Aduerbium {λαμπρῶς,φαιδρῶς.} vt Splendidè dicta. Cic. 1. de Fin. Quid habent cur græca anteponant his, quæ & splendidè dicta sint,neque sint conuersa de græcis?
Splendidè & honestè acta ætas. Cic.3.Tusc.Et acta ætas honestè ac splendidè,tantam adfert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo,aut perleniter pungat animi dolor.
Dicere ornatè & splendidè. Cic.1.Offic.
Splendidè mendax. Horat.3.Carm.ode 11.
Splendidè nata fœmina. Plin.iun.lib.6.epist.33.
Magnificè & splendidè ornare conuiuium. Cic.pro Quint.
Recipere aliquem splendidè. Author ad Heren.lib.4.
Splendidè vti authoritatis præmiis erga omnes.Cic.de Sen. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis premiis comparandæ?quibus qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.
Multo splendidius.Horat.1.epist.18,
-rectius hoc, &
Splendidius multo est,equus vt me portet,alat rex.

SPLENDO,nis: vel Asplendo: cinitas fuit in agro Phocensium ab Orchomenijs olim culta.Strabo lib.9.

Spleneticus,Splenium, Vide SPLEN.

Splenion,alio nomine Teucrion: herba est iuncos tenues spargens, foliis paruis, asperis locis nascens, austero sapore,nunquam aut florens,aut semen gignens.Plinius lib.25.cap.5.

Spodium spodij: siue Spodos Græcis {σπόδιον} Latini cinerulam vertunt: id est repurgamentum quod ex fornacum parietibus euertitur,in quibus æs Cyprium aut plumbum decoquitur. Quinetiam extinctorum carbonum reliquiæ, & crassius illud excrementum, quod quidam scoriam appellant, comprehendit. Videto Plinium lib.34.cap.18.Vide POMPHOLYX.

SPOLETIVM cum i ante um {σπωλήτιον} ciuitas in Vmbria. Liu lib.5. Decad.1. Rex Gentius cum liberis, & coniuge, & fratre Spoletium in custodiam ex Senatusconsulto ductus. Hæc nunc ducatus Spoletanus dicitur sicut ab Aretio Aretinus.Mart.lib.13.
De Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis
Malueris, quàm si vina Falerna bibas. Sic Cic. de Claris Oratoribus P.Cominium Spoletinum dixit.Liuius lib.3. Decad.5.Caruilius Spoletinus,& C.Afranius à præsidio Romano missi. Ex quo facilè intelligi potest, in manuscripto Taciti codice legi Spoletinus, pro quo Spoletanus quispiam vulgatis æditionibus suppositi, vt ait Rhenanus.

Spolium,spolij {σκῦλον, λάφυρον, κἀνδρεῖα} Quodcunque hostibus detrahitur vt ait Seruius. Plin.lib.7.cap.26, Magnisque nomine spolio inde capto eques Rom.(id quod antea nemo) curru triumphali rectus est. Virg.10.Æneidos,
Viximus,aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes,&c.
Ferarum spolia,Pelles. Lucret.lib.5.
Leonis spolium,Pellis.Ouid.3.Metam.
Serpentum spolia,Leberides.Lucret.lib.4.
Memorabile spolium monstri viperei. Ouid.4.Metam.Periphrasis est capitis Medusæ.
Opimis spoliis insignis Metellus.Virg.6.Æneid.
Onustus spoliis Orientis. Virg.1.Æneid.
Superbus spolio. Ouid.7.Metam.
Nobile spolium. Silius lib.5.
Opima spolia. Liu.4.ab Vrbe, Spolia in æde Iouis Feretrij prope Romuli spolia,quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione dono fixit.
Salmacida spolia sine sudore & sanguine. Cic.1.Offic.
¶Adimere spolia, Vide ADIMO.
Aduolare ad alicuius spolia detrahenda aliquo spirante. Ciceto pro Sestio.
Capere spolia, Vide CAPIO.
Detrahere cuipiam cruenta spolia. Cic.pro Rosc.Amer.
Indutus spoliis. Virg.10.Æneid.
Nitens spoliis. Seneca Octau.4.
Occidere hominem causa spoliorum. Cic.pro Rosc.Amer.
Ornatus locus exuuiis nauticis & classium spoliis.Cicero pro Lege Manilia.
Victores præda spoliisque potiti. Virg.9.Æneid.
Ampla spolia referre. Virg.4.Æneid.

Spolio,spoliας {σκυλεύω,ἀποσκυλεύω,ἁρπάζω,ἀπαμφιέννυμι,ἀποδύομαι} spoliare,Priuare. Terent.Hecy.1.1,
Quin spolies,muriles,laceres.
Fanum spoliare. Cic.3.Ver. Sese,cùm esset Triearchus & Verrem ex Asia decedentem, persequeretur,iussu Dolabellæ fuisse vnà cum isto Samiseque tum scire, spoliatum esse fanum Iunonis, & oppidum Samum.
Templa spoliantur tristi rapina.Lucan.lib.3.
Aras spoliare. Virg.5.Æneid.
Omni argento aliquem depeculari & spoliare. Cic.6.Ver.
Spoliare opibus. Cic. Attico,lib.2.24.
Spoliare vestitu. Cic.3.Off.
Spoliare, ad omnia alia transfertur: vt Spoliare auxiliis. Cic.3. Verr. Nesciebas ab eo Cn.Carbonem Consulem,cuius reuera Quæstor fuit,non modò relictum,sed etiam spoliatum auxiliis,pecuaia, nefariè oppugnatum,& proditum?
¶Animum sanitate spoliare. Cic.4.Tusc.
Deos spoliare,Simulachra deorum.Lucan.lib.1.
Detrahere & spoliare dignitatem. Cic.pro Cælio, Quæ accusatores deformandi huius causa, detrahendæ spoliandæque dignitatis gratia dixerunt.

Omni dignitate spoliari. Cic.pro Murena
Spoliare fama. Cic.2. Off. Itaque ei dixisse Fimbriam,se illam rem nunquam iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum hominem si contrà iudicasset.
Augeri dignitate,& spoliari fortunis. Cic.pro Plancio.
Spoliare iudicio. Cic.4.Acad. Eam philosophiam sequere, quæ confundit vera cum falsis,spoliat nos iudicio,priuat approbatione, omnibus orbat sensibus.
Ornatu alieno aliquam artem denudare atque spoliare. Cicero 1. de Oratore.
Prouincia spoliare. Cic.Attico,lib.10.195. Nunc alia ex parte persequi,ex alia prouincia spoliare conatur.
Pudicitiam alienam spoliare. Cic.pro Cœlio, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ,ne spoliet alienam.
Syluæ spoliantur robore, Arboribus. Lucan.lib.3.
Sociis spoliare aliquem Ouid.14.Metam.
Terra spoliatur lumine. Lucret.lib.4.
Spoliare virtutem suo decore imbecillámque reddere. Cic.1. Acad. Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere.
Spoliare vita,Occidere. Virg.6.Æneid.
Spoliare vitem pampinis. Colum.lib.11.cap.2.
Vrbes spoliauerat populis. Stat.4. Theb.

Spolior spoliaris {σκυλεύω} Deponens fuit apud antiquos, authore Nonio. Afranius,
Quos impunè depopulatur & diripiatur dedecus.

Spoliandus Participium {σκυλευτέος.} vt Templa spolianda. Lucan. libro quinto.

Spoliatus pen.prod. Aliud participium. siue nomen ex participio {σκυλεύσας.} Cic. Attic.lib.6.111, Et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatius,nihil rege egentius.
Putare se spoliatum ornamento. Cic.2.de Orat.
Corpus spoliatum lumine. Virg.12.Æneid.
Conferre spoliatam fortunam cum fortuna alicuius. Cicero in Pisonem.
Orbatum & spoliatum forum voce alicuius erudita. Cic. de clar. Orator.
Armis spoliata nauis. Virg.6.Æneid.
Magistro spoliata nauis. Virg.5.Æneid.
Spoliatus,Comparatiuum. Cic.Attic.lib.6.epist.1. Nihil illo regno spoliatius,nihil rege egentius.

Spoliatio {σκύλευμα} Veribale. Cic. 4. Verr. Quum in legatione,oppidorum,fanorúmque spoliationis cogitaret. Ibidem, 6. Nullas Græci homines grauius tulerunt nec ferunt,quàm huiusce modi spoliationes fanorum, atque oppidorum.
Omnium rerum spoliatio. Cic.pro Sestio,
Nobilissimi atque antiquissimi templi spoliatio. Cic.6.Verr.
Dignitatis spoliatio. Cic.2.Philip.
Misericordiam spoliatio Consulatus magnam habere debet. Cicero pro Murena,

Spoliator pen.prod. Aliud verbale,m.g. {σκυλευτήρ.} Cic.6. Verr. Neque solùm spoliara illa patiere,sed etiam eorum spoliatorem,vexatoremque defendes.
Pupilli prostantis spoliator. Iuuen saty.1.

Spoliatrix pen.prod. Verb.fœm. {σκυλεύτρια} Mart.li.1,
Sic spoliatricem commendat Faustus amicam. Cic. pro Cœlio Tùne aurum ex armario tuo promere ausa es? túne Venerem illam tuam spoliatricem spoliare ornamentis.

Spoliarium spoliarij {σκυλευτήριον} Vbi homines spoliantur. Plin. in Paneg. Nunc templum illud, nunc verè deus non spoliarium ciuium, cruentarumque prædarum sæuum receptaculum. Seneca, lib.8. Controuers. Volo nosse illud infantium spoliarium. Significat speluncam in qua solent latrones spoliare prætereuntes.

Sponda spondæ {κλιδίον} Latus lecti. Spondæ,sunt tabulæ quæ vtrinque latus lecti sustinent. Virg.1.Æneid.
Quum venit,aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit spondæ,mediámque locauit. Mart.li.10, Orciniana sponda.
Extrema & in sponda cubet. Horat. Epod 3.

Spondaicus Vide SPONDEVS.

Spondeo spondes,spondi,sponsum {αἰκιδέομαι, ὁμολογέω, ἐγγυάω, μυστιόομαι} spondere, A sponte fit,quod veteres pro Dico vsurpabant: quia qui spondet, sponte, id est voluntatiè dicit. Posteà spondere acceptum est pro sponte promittere. Cic. ad Atticum,lib.16.331. Egit autem pater & filius vt tibi sponderent. Idem Philip.14, Pansa aut morte,aut victoria se satisfacturum Reip. spopondit.
Promittere & spondere. Cic.pro Murena.
Officium spondere alicui. Ouid.10. Metam.
Spondere pro aliquo. Cicero ad Atticum, lib.12.141. Sed tamen scire velim quomodo dicas spopondisse, pro patre an pro filio. Idem Lentulo,lib.1.9. Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti.
Spondeo de. Cic. ad Trebonium,lib.15.21, Quod ego non modò de me tibi spondere possum,sed de te etiam mihi.
Fide mea spondeo futurum,vt &c. Vide FIDES,fidei.
Fortuna spondet salutem. Virg.12.Æneid.
Sydera nihil placidum spondentia. Ouid.in Ibin.
Spondere in incertum apud Senecam,est non in certam nummorum summam, sed quantumcunque quis debeat fide sua iubere, quæ periculiosissima sponsio erat. Eius sunt verba, Sed non si sponderi in incertum iubebis,si fisco obligabis,
Spondere puellam dicitur pater alicui, quum pollicetur futurum esse vt eam in vxorem ducat. Plaut. Curc.14,
Spondésne miles mihi hanc vxorem? M. spondeo. Idem Trinum 17.

Sponsus,Partic. {μεμνηστευμένος} Promissus. Terent. Phorm.4.3,
-etiam

-etiam nunc,si vult Demipho
Dare,quam ab hac accipio,quæ sponsa est mihi,&c. Idem Eunuch.5.9. Cic.ad Attic.lib.14.318,Suam cuique sponsam,mihi meã: suum cuique amorem,mihi meum.

Sponso,sponsas {μνηστεύω,γαμβρεύω} Sponsare,Promittere: vt Sponsare filiam,Paulus de ritu nuptiarum, l. Siquis officium in aliqua prouincia administrat,inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poterit,quanuis sponsare non prohibeatur ita scilicet, vt si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodò redditis quas acceperit. Budæus.

Sponsus, huius sponsus {αἰκιδητός} Sponsio. Seruius Sulpitius apud Gellium,lib.4 cap.4 Si post eas stipulationes vxor non dabatur, qui stipulabatur,ex sponsu agebat,iudices cognoscebant.

Sponsus, sponsi, masc.ul.gen. {νυμφίος} Cui spondetur puella, siue qui spopondit eam se ducturum. Vlpian.l.In potestate.D.de sponsal. In potestate manente filia, pater sponso nuntium remittere potest, & sponsalia dissoluere. Caius eod.tit.l.Sæpe. Valetudo sponsi sponsæ ve vltetius trahunt sponsalia.

Sponsa,sponsæ {νύμφη,εὐπατρὶς} Puella quæ spondetur. Plaut. Casin.
Huc venisti sponsam prætreptum meam.
Deducere sponsam marito, Vide DEDVCO.
Turpes sponsæ. Iuuen. Saty.1.

Sponsor,sponsoris,masc.gen. {ἐγγυητής,ἐγγυήτρια} Qui puellam spondet. Coniugij sponsor & obsides. Ouid.epist.2.
¶Sponsor, Qui alicui promittit. Cic. Leptæ, lib.6.19, De tuo negotio quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Idem pro Quintio, Cur cæteri sponsores & creditores non conuenerint?
Sponsor,in fœminino genere. Quid.epist.15,
-comitata Cupidine patruo
Sponsor coniugij stat dea picta sui.

Sponsio, sponsionis, Verb. {ἐγγύησις,ἐγγύη} Promissio. Paulus de verb. signifi. l. Sponsio appellatur non solùm quæ per sponsi interrogationem fit,sed omnis stipulatio,promissióque.
Audax sponsio. Iuuen. Saty.11.
¶Sponsio. Genus erat actionis apud antiquos: quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ,quam perderet is qui sponsione vinceretur, & coram Recuperatoribus, aut alio iudice disceptabatur. Erat autem decima pars rei controuersæ in exsulis priuatisin publicis autem quinta apud Græcos, authore Pollvce & aliis scribentibus, τὸ ἐπὶ δέκατον τῆ πεμπάσεως τῆς δίκης, pœna scilicet temerè litigantium. Cic.3.Verr. Quid,quum palàm Syracusis te audiente maximo conuentu P.Rubrius Qu. Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dictitaret te sibi in decumis esse socium? Hæc re vox non perculit?non pertut bauit? non vt capiti & fortunis tuis prospiceres, excitauit? tacuisti,sedasti etiam lites illorum, & sponsio illa ne fieret laborasti. Et paulo pòst, Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat,prouincia tua est: ades, abs te iudicium postulatur. Valerius lib.2.cap.3, Pertinacius progressa contentione, Valerius sponsione Luctatium prouocauit, non se peticutum triumphum, ni suo ductu Punica classis esset oppressa. nec dubitauit restipulari Luctatius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus Valerius. Prouocans igitur sponsione, ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniam darurum,ni,& reliqua. Prouocatus autem contrà restipulabatur. Cic.5.Verr. Cum eodem Apronio posteà Scandilius eques Romanus, quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit quam Rubrius facere voluerat, initiit, oppressit, non remisit: facta est sponsio H-S. quinque milibus. Cœpit P.Scandilius Recuperatores aut iudicem postulare. Fiebat sponsio plerunque in interdictis:id quod ostendit Quintilianus in septimo. Exemplum sponsionis est apud Ciceronem in oratione pro Cecinna, Erat enim Cecinna de fundo vi armata deiectus: propterea Prætor interdixerat De vi,id est interdicto. Vnde vi concesso iusserat Ebutium, qui vim fecerat, restituere Cecinnam in possessionem. Quum autem Ebutius Prætoris se edicto satisfeciste diceret: Cecinna autem se planè restitutum esse negaret, facta est sponsio ni Cecinna restitutus ex edicto Prætoris esset. Quum igitur Cicero vim illatam Cecinnæ iudicibus sponsionis exposuisset,ita demum subdidit, His rebus ita gestis, P. Dolabella Prætor interdixit, vt est consuetudo De vi hominibus armatis sine vlla exceptione: tantum vt vnde deiecisset, restitueret. Restituere se dicit. Sponsione vobis iudicandum. Budæus.
Sponsiones facere. Plinius lib.9.cap.32.
Sponsionem facere cum aliquo. Plinius lib.7.cap.37, Sed maximè sponsione facta cum Fortuna,ne medicus crederetur,&c.
Sponsionem facere quòd. Valer.Max.libro 6.cap.1. de C.Fesceunino, Quum de stupro nihil negaret, sed sponsionem se facere paratum diceret, quòd adolescens ille palàm atque apertè corpore quæstum faciitasset.
Fit sponsio. *On parie, On gage.* Iuuenalis saty.11,
-spectent iuuenes,quos clamor, & audax
Sponsio, quos cultæ decet assediisse puellæ. Quem locum exponens Britannicus sic ait: Sponsio dicitur contentio & altercatio quæ fit depositis pignoribus. Spectatores igitur inuicem contendentes sponsione,id est depositó pignore, alij alium fore victorem asserebant. Plin.lib.33. capite 1. Ad sponsiones etiamnum annulo exitiente. Solent enim annuli in sponsionibus fæpe deponi. Idem lib.7. cap.37,de Asclepiade medico loquens, Sed maximè,sponsione facta cum Fortuna,ne medicus crederetur,si vnquam inualidus vllo modo fuisset ipse. Idem lib 9.cap.35. Ergo ponsionibus factis,postero die magnificam cœnam apposuit Antonio. De cœna Cleopatræ loquitur. Paulo pòst, Iniecit alteri manum L. Planeus iudex sponsionis eius, victúmque Antonium pronuntiauit. Rursus paulo pòst,de Clodio Æsopi filio: Et quidem nulla sponsione ad hoc productus, singulos vniones conuiuij absorbendos dedit. Audax autem sponsio dicitur Iuuenali, quia in discrimine res versatur, quum rei euentus sit incertus. Martialis lib.11.epigr.12,
Sed quum sponsio, fabulæque lassæ
De Scorpo fuerint, & Incitaro. Sponsionem (vt ait Calderinus) appellat depositionem pignorum vter esset futurus victor, an Incitatus, an Scorpus. Nam hi duo aurigæ omnium sermone celebrabantur.
Sponsio quæ in verba facta est: si ex edicto Præt. bona P. Quintij concessa non sunt. Cic.pro Quintio.
Sponsio voti. Cic.2. de Legib. Diligentia votorum satis in Jege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo: pœna verò violatæ religionis instam recusationem non habet.

Sponsalia, sponsaliorum, neut. gen. plurali numero {ἐγγύη, ἔδνα} Seruius Sulpitius in libro quem scripsit De dotibus, apud Gellium lib. 4.cap.4. Qui vxorem ducturus erat,ab eo vnde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum, sponsionúmque, dicebatur sponsalia,&c. Vlpianus De sponsalibus, l. 2. Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi futuras vxores. Ibidem, Florentinus, L. 1. Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. Iuuen. satyra 6,
Conuentum tamen & pactum,& sponsalia nostra
Tempestate paras.
Sponsaliorum dies. Suet. in Augusto, cap. 53.
Mediocria sponsalia, Vide MEDIOCRIS.
Constituere sponsalia. Vlp.l. Si puellæ. D. de Sponsal.
Contrahere sponsalia. Modestin. in l. In sponsalibus contrahendis D. de Sponsal.
Dissoluere sponsalia. Vlp.l. In potestate. D. de Sponsal.
Efficere sponsalia. Modestin. l. In sponsalibus. D. de Sponsal.
Facere sponsalia. Vlp. in l. Quæsitum D. de sponsal.
Infirmare sponsalia. Caius in l. Furor. D. de sponsal.
Infringere sponsalia. Vlp. in l. Si puellæ. D. de sponsal.
Præbere alicui sponsalia. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 8.

Sponsalitius,a, um, Quod ad sponsos, aut pertinet, aut refertur: vt Sponsalitia largitas, id est donatio, quæ à sponso sponsæ ve fit. apud Iustinianum Nouella, 119. Et sæpe in lib. 5. Cod.

Spondeus, spondei, pen. prod. {σπονδεῖος} Pes duabus syllabis longis constans. Legitimus quidem hic qui in Heroico versu omnium sibi vendicat locum, licet rarò quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in sacrificiis & libamentis eo maximè vterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdúsque, ac sponsionem significat.

Spondilia, Carmina trochaica sacris adhiberi solita Latinis dicebantur, quibus etiam tibicines cùm modos faciebant, pleumque vti solebant. Cicer. 2. de Orat. Tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondialia illa dicentis, Segregare abs te ausus, aut sine illo Salaminem ingredi? Editi libri habent spondalia, sed mendosè, vt Turnebo quidem videtur.
Spondialis, Tibicen dicebatur qui in sacris canebat, quod nomen à spondeo profectum initio est, cuius carmine Græci in libamentis deorum & sacrificiis vri soliti erant. Isidorus, Vnde & ij qui tibiis canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur. Marius Victorius, Spondeus è duabus longis, vt reges, temporum quatuor, dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis supplicantibus editur, vnde & spondiales appellantur, qui huiusmodi tibias inflare assueuerunt. Ex Turnebo.

SPONDOLICI, populi Mæotidis apud Plin. lib. 6. cap. 7.

Spondylis, huius spondylis, pen. corr. fœm. gen. {σπονδύλιον.} Plin. lib. 27. cap. 13, Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit excepta spondyli, quæ omnes persequitur. Genus id serpentis est. Verticellam Gaza vertit in Aristotelem.

Syondylium, spondylij, siue Spondylion Dioscoridi {σφονδύλιον.} Plin. lib. 12. cap. 26, Ab hac panace, ferula differt, quæ vocatur spondylion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura: non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine silis speciem habet medicinæ tantùm vtile.

Spondylus, spondyli, pen. corr. masc. g. {σπόνδυλος, σπονδύλιον} Nodus seu vertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spina spondyli quatuor & viginti, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque aliæ lumbos.
¶Spondylus in mari animal, apud Plin. lib. 32. cap. 11.
¶Spondylus, Calculus æneus quo suffragia sua iudices Athenis dabant, vt est apud Iulium Pollucem.
¶Spondylus, Verticillum quod apponitur fusis, vt nendo melius vertantur.
¶Spondylus, Callus siue caro interior ostreorum. Plin. lib. 32. cap. 6, Neque in luto capra, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo breui atque non carnoso, nec fibris laciniosó, ac tota in aluo. Columel. lib. 8. cap. 16.
¶Spondylo vritur Martialis pro animalium officulis, lib. 7.
Rosos tepenti spondylos sinu condit.

Spongia, spongiæ. Græcis spongos {σπόγγος} Quiddam est in natura rerum ordinem habés, vt neque animal, neque frutex, sed tertium quiddam ac medium inter vtrunque genus dici possit, quod Græci zoophyton appellant. Plurimis locis in saxis marinis nascitur spongiæ, diuersisque nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam non vna sit earum formæ bonitas & vsus. Spongijs antiqui in deliciis habuerunt, strigilum vice linteorúmque illis vtentes ad distringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant tinctas per ætatem salis spuma ad lunam & prunas sternentes inuersas, vt candorem biberent. Mensas etiam his tergere mos erat. Martialis lib. 14,
Hæc tibi forte dabit tergendis spongia mensis
Vtilis, expresso quum leuis imbre tumet. Nascitur in perris, alitur

conchis & pisce, & limo. Intellectum ineſſe iis apparet, quia vbi aulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur. Aulſæ relinquunt in petris veluti cruoris veſtigium, atque ex his quaſi molliores penicilli recreſcunt. Quidam ſpongias ita diſtinguunt. Alias ex his mares exiſtimauere, tenui ſiſtula, ſpiſſiores, perſorbentes: & tinguntur in deliciis aliquando purpura. Alias fœminas maioribus ſiſtulis, ac perpetuis. Hæc Sipontinus ex Plinio lib.9.cap.45. & lib 31.cap.11.

Plenam ſpongiam aquæ manu premere & ſiccare. Luer.lib.4.

Spongiæ retiariorum. Spongiis ad ſiccandum vulnerum ſanguinem & reprimendum vtebantur: cùmque ſæpenumero vſueniret, vt retiarij, qui cum myrmillonibus depugnabant, vulnerarentur, & ſpongiis egerent, idcirco Septimius ſpongias retiariorum dixit. Neque enim ſatis aduerſus patrem ſuum muniti erant, cùm toti in reti iaciendo intenti eſſent. Verba Tertulliani ſunt, Poterit de miſericordia moueri defixus in morſus vrſorum, & ſpongias retiariorum. Annotauit Turnebus.

Spongiæ, quibus columnæ, pauimenta, podia exterguntur. Vlp. in l. Quæſitum. § canales D.de fund.inſtruct.

¶Spongias, Olitores antiqui appellabant radiculas aſparagorum inter ſe implicatas. Colum.lib.11.cap.3.

Spongiarum oculi. Colum.lib.11.cap.3. Stirpes præfractæ angunt oculos ſpongiarum, & quaſi excæcant, nec patiuntur aſparagum emittere.

Spongiola, ſpongiolæ, penultima correpta {σπογγιδίον} Diminutiuum. Spongiola, Quæ aliis amentum, aliis cachrys dicitur, officinis *bedegar*, id eſt quod præter naturam in quibuſdam fruticibus vt cynorhodo naſcitur, & ſquammatim compactum ſpongiolæ cuiuſdam modo propeudet è ramis. Plin.lib.25.cap.2. Aliàs apud authores cynorhodi vna medicina erat, ſpongiolæ quæ in mediis ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri.

¶Spongiolæ. Radiculæ aſparagorum inter ſe implicitæ. Colum. lib.11.cap.3. Sulci autem inter ſe pedali menſura diſtantes ſiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita ſpongiolæ deprimuntur, vt facilè ſuperpoſita terra germinent.

Spongioſus, penult. prod. Adiectiuum {σπογγώδης} Quod ſimilitudinem ſpongiæ habet. Plinius libro 11.cap 37. Idcirco pulmo ſpongioſus.

Spongites, Gemma, quæ ſpongiæ (à qua & nomen habet) ſpeciem repræſentat.

Sponſa, Sponſalis, Sponſio, Sponſo, Sponſus, Vide SPONDEO.

Sponte {αὐτομάτως, ἑκουσίως, προθύμως} Ablatiuus, cuius genitiuus eſt in ratione vſus: ſignificat voluntate propria, & ſuapte natura, ſine hominis labore. Plaur. Trucul.10,

Neque iam queo pedibus mea ſponte ambulare. Terent. And.1.1, Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Cic. de Senec. Senes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur. Idem ad Lentulum, lib.17, Etenim Pompeium, qui mecum ſæpiſſimè non ſolum à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicate ſolet, ſcis temporibus illis non ſæpe in ſenatu fuiſſe.

Oſtia patuere ſua ſponte. Virg.6.Æneid.

Sequi ſponte. Quintil.lib.5.cap.10. Et vt literæ, ſyllabæque ſcribentium cogitationem non exigunt, ſic rationes ſponte quadam ſequantur.

Italiam non ſponte ſequor. Virg.4.Æneid.

¶Sponte, Arbitrio. Tacit.lib.19, Nec ſponte Antonij properatum. Lucanus lib.1,

Páxque fuit non ſponte ducum.

Sponte naturæ, Hoc eſt, à natura, & per naturam. Plin.lib.11 cap. 49, Teſtes homini tantum iniuria, aut ſponte naturæ franguntur. Idem.lib 9.cap.51.

Viuere ſua ſponte, Sine aliorum ope ſuſtentare vitam ſuam. Lucret.libro 5.

Sponſis, genitiuus. Varro lib.2, Sponſis ſuæ ſtatuerat finem. Gellius lib.13, Sponſis ſuæ mortem manet. Columel.lib 9.cap.4, Eſt enim ſatiua & altera ſuæ ſponſis, itémque ſemper virens pinus & minor ilex.

Sponte, cum genitiuo. Hæc enim alienatio non ſponte tutorum fit. Vlp.in l.Sed ſi pec.§.2.D.De reb.eor.qui ſub tut.&c.

Homo ſuæ ſponſis. Celſus lib.1.cap.1, Sanus homo qui & bene valet, & ſuæ ſponſis eſt, nullis obligare ſe legibus debet.

Sponte, Aduerbialiter poſitum {ἑκουσίως} Plinius epiſt.89.lib.4, Hic ſponte beatiſſimo otio fruitur, alius exercitum regit. Idem epiſtol.139.

Spontaneus, Adiectiuum {αὐτόματος, αὐθαίρετος} Voluntarius & naturale.

Spontalis, & hoc ſpontale, pen.prod. {ἑκούσιος} Idem quod ſpontaneum & vltroneum. Apuleius lib.4, Quúmque nulli noſtrum ſpontale parricidium ſuadens, perſuadere poſſet, gladium per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit.

SPORADES, pen.corr. {σποράδες} Inſulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, ſicut Strabo lib.10.ſcribit. Dictæ quòd in mari ſparſæ ſint. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocuſa, Hecaria, Schimuſa, Polegrados, Thera, Anephe, Aſtypalia, Laguſa, Ion, vbi ſepultus fertur Homerus.

Sporta, ſportæ {σπυρίδιον, σόρμος, σπυρὶς} Vaſis genus quaſi ſiſcella. A ſparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur: aut ab aſportando, vt ait Nonius. Saluſt.lib.2.hiſtor. E muris canes ſportis demittebant. Suet. de Claris Rhet.1. Diu expectauerunt dum retia extraherentur, aliquando extractis piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta. Var.de de vita Pop. Rom.lib.1. Neque enim obſonium in tota cœna cœptum ex variis rebus coniectum in vnam ſportam perſpicitur. Colum.lib.8.cap.7, Locus ad hanc rem deſideratur calidus maximè, & minimi luminis, in quo ſingulæ cauciis includátur anguſtioribus, vel ſportis incluſæ pendeant aues.

Sportæ, Sportulæ, Sportellæ, numùm ſunt receptacula. Budæus in notis ad Pandect.& Aſconius Pedianus.

Sporta iuncea, vel ſpartea. Colum.lib.12.cap.6.

Sportæ fæcariæ ſunt, quibus incluſa fæx prelo ſupponitur, vt vinum fœcatum exprimatur. Id capite 133. Catonis declaratur. Monuit Turnebus.

Sportula, ſportulæ, penultima corr. Diminutiuum {σπυρίον.} Plautus Curcul.7,

Qui incedunt ſuffarcinati, cum libris, cum ſportulis. Idem Menæch.6,

Sportulam cape, atque argentum. eccos tres nummos habes?

e.Habeo.1.abi, atque obſonium affer.

¶Sportula aliquando pro diſtributione quæ ad populum fiebat, aliquando pro ipſis cibis accipitur, quòd in ſportis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vſum deferri ſolebat. Martialis libro 8,

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. Id eſt cœna. Sueton.in Claudio Cæſ cap.21, Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Anniuerſarium in caſtris Prætorianis: ſine venatione, apparatúque iuſtum, atque legitimum in ſeptis: ibidem extraordinarium & breue dierúmque paucorum, quódque appellare cœpit ſportulam, quia primùm datarum ſe dixerat velut ad ſubitam conditámque cœnulam inuitare ſe populum.

Sportula, pro cœna ipſa, quæ quòd initio in ſportula dabatur, inde nomen meruit: vnde & à Græcis δεῖπνον ἀπὸ σπυρίδων vocatur, id eſt cœna in calatho. Iuuenalis,

Nonne vides quanto celebretur ſportula fumo?

Centum cóniuiæ: ſequitur ſua quemque culina. Ab hac conſuetudine dandi in ſportulis obſonij, aut cœnæ in ſportulis ferendæ, ſportulæ quæ centum quadrantes æſtimabatur nomen ortum videtur eſſe, quòd obſonij & cibi loco pecunia daretur in victum, quæ cùm cœnam ementireſur, & cœnæ loco daretur, rectæ cœnæ opponebatur, quòd recta ſit cœna cùm clientem laurè accipimus & paſci mus: non recta cœna, ſed in locum cœnæ, aſſes cœnæ cauſa numerati, id eſt ſportula data. Sueton. Sportulas, inquit, publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine. Turnebus. In limine autem domus ſportulæ conſtitue bantur. Iuuen.ſaty.1,

-nunc ſportula primo

Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ. Idem Saty.10,

Deſoſſa in loculis quos ſportula fecit amicos.

Arida ſportula. Martial.lib.10.epig.75.

¶Sportula, Locus in atrio domus, in quo proponebátur quæ quolibet die dono danda erant.

Sporrella, ſporrellæ {σπυρίδιον} Aliud diminutiuum. Species caniſtri, qua artolagani & bellaria ferebantur. Sed & interdum ſportulis obſonia cœnarum portabant, cùm ad aliquem cœnatum ibant, & in cœnationem domeſticam ferebant. Cic. ad Papyrium Pætum lib.9. 20. Dediſcendæ tibi ſunt ſporrellæ & artolagani tui. Ego autem putem artolaganos in parabilibus & vulgaribus cibis fuiſſe numeratos. Turnebus.

SPORVS. Spado fuit à Neronæ in deliciis venereis habitus, quem in fœminam idem ipſe hominis monſtrum tranſfigurare anniſus eſt, cundémque dote inter auſpices conſignata, palàm vxorem duxit. Poſt Neronis verò necem iuſſus à Vitellio, vt in habitu cóſtupratæ puellæ, ſe in theatro ſiſteret, non ferens tantam ignominiam, manus ſibi intulit. Vide Sueton. & Dionem in Nerone.

Spudarcha, æ, Anxiè dignitates affectans, & imperia. Xenophon in Sympoſio. Cælius lib.3.cap.5.

Spudaſtes, æ, {σπουδαστὴς} Fautor, ſtudioſus. Hieronym.in lib. De ſcriptor. eccleſiaſtic. vbi de diuo Luca agit. Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert preſbyterum quendam in Aſia σπουδαστὴν, id eſt amatorem Pauli conuictum apud Ioannem, quòd author eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

Spuma, ſpumæ {ἀφρός, πῖτυλον, ἰουλὸς} Sordes earum rerum à quibus eiicitur, nempe quum per ebullitionem vel maximam agitationem fæx quædam ſupernatat, vt mero, æri, ſali, &c. Virg.1.Æneidos,

-& ſpumas ſalis ære ruebant. Martial.lib.14,

Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.

Albentes ſpumæ. Ouid.2.Metam.

Albida ſpuma. Ouid.3.Metam.

Cana ſpuma. Senec. Hippol.10.

Feruida ſpuma. Ouid.8.Metam.

Virides ſpumæ ſerpentum. Claud.de bel.Gild.

¶Agere ſpumas, Vide AGO. Lucret.lib.3.

Sonantibus ſpumis albet mare. Ouid.11.Metam.

Eliſa ſpuma. Virg.3.Æneidos,

Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere,

Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

Stridentem ſpumam fudit cum ſanguine. Ouid.8.Metam.

Incaleſcens ſpuma, Vide INCALESCO.

Incanuit vnda ſpumis. Catul. Argon.59.

Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus. Ouid.11.Metam.

Nauæ adnixi torquent ſpumas. Virg.3.Æneid.

Spumeus, Adiect. {ἰουλώδης} Quod ſpumæ colorem refert. Plin.lib.15. cap.28. Spumeus color malis. Idem lib.37.cap.2.

Amnis ſpumeus, id eſt ſpumans, vel ſpumoſus. Virg.2.Æneid.

Ora ſpumea. Lucan.lib.4.

Semen ſpumeum. Plin.lib.20.cap.19.

Vnda ſpumea. Virg.10.Æneid.

Spumoſus, penult.prod. Adiectiuum {ἀφρῶδης} Quod ſpumam facit. Plinius lib.12. cap.7, Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum.

Æquor ſpumoſum. Lucan.lib.2.

Littora ſpumoſa. Catul. Argon.59.

Vnda ſpumoſa. Virg.6.Æneid.

Spumoſior, Comparatiuum. Claud.4.Paneg.

Spumifer,

Spumifer, pen.corr. Adiectiuum {φυσιφόρος.} vt Fluctus ſpumiferi, apud Statium, lib.1.Achil.

Spumiger, pen. corr. Aliud adiectiuum {ἀφριφόρος.} vt Fons ſpumiger, apud Ouidium lib,11.Meram.

Sus ſpumiger. Lucret.lib.5.

Spumo, ſpumas {ἀφρίζω} ſpumare, Spumas emittere. Plin.lib.32.cap. 7, Subinde ſpuma pennis deterſa, & poſtquam deſerit ſpumare, repidum infundere. Virg.8.Æneidos,

Sed fluctu ſpumebant cærula cano.

Aſpergine ſalſa ſpumant cautes. Virg.3.Æneid.

Freta ſpumant verſa lacertis. Virg.5.Æneid.

Vindemia ſpumet plenis labris. Virg.2.Georg.

Spumans, Partic. {ἀφρίζων.} vt Aper ſpumans. Virg.1.Æneid.

Enſis ſpumans cruore. Virg 4.Æneid.

Cymbia ſpumantia lacte. Virg 3.Æneid.

Equus ſpumans. Virg.6.Æneid.

Fræna ſpumantia mandit ferox ſonipes. Virg.4.Æneid.

Pateram ſpumantem hauſit. Virg.1.Æneid.

Pocula ſpumantia lacte. Virg.eclog.5.

Sanguis ſpumans. Virg.9.Æneid.

Spumans ſanguis. Celſus lib.5.cap.26.

Vuæ ſpumantes. Colum lib.10.

Spumatus, pen. prod. Adiect. {ἀφρισμένος.} Cic.1.de Diuinat.

Saxáque cana ſalis niueo ſpumantia liquore

Triſtificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.

Spumatus, huius ſpumatus, Subſtantiuum {ἀφρισμός.} Stat.1.Syl.4,

Dictami florentis opem, quoque anguis abundat

Spumatu.

Spumeſco, ſpumeſcis {ἀφρίζω} ſpumeſcere, Inchoatiuum: vt Æquora ſpumeſcunt remo. Ouid.epiſt.2.

Spuo, ſpuis, ſpui, ſputum {πτύω} ſpuere, Safiuam emittere. Virgil.lib. 4.Georgicorum,

-terram ſicco ſpuit ore viator

Aridus. Plin.lib.28.cap.4, Veniam quoque à deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Vide SINVS.

Spuro, ſpuras {πτύω} ſputare, Frequentatiuum. Plautus,

Nam illic iſtic quæ ſputatur interdum morbus venit. Idem Merc.4, Tua cauſa rupi ramices, iandudum ſpute ſanguinem.

Sputator, penult.prod. ſputatoris, maſc.gen. Verbale {πτύστης} Plautus Milit.10,

Minimè ſputator, ſcreator ſum.

Sputum, ſputi {πτύελον, πτύσμα, πτύσμα.} Saliua. A pute deſcendit. Dicitur & ſputus, ſputi, maſc.gen. Martial.lib.2,

Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.

Minuta ſputa. Lucret.lib.6.

Salſa ſputa. Lucret.lib 6.

Tenuia ſputa. Lucret.lib 6.

Edere ſputum syncerum. Celſ.lib.2.cap 9.

Sputatilicus, pen.corr. Adiectiuum {σπυραλίτικος} Leuis. Cic. de claris Orat. Et ille fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circumuenior, inquit, Iudices, niſi ſubueniitis. Siſenna quid dicas neſcio metuo inſidias, Sputatilica quid eſt, hoc ſputa quid ſit ſcio, tilica neſcio, Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat eſſe, inuſitatè loqui Sputatilica, i. Leuia.

Spurcus, Adiectiuum {πυτιφός, πυτιώδης, ἀκάθαρτος} Quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentum, inquit Nonius. A ſpuendo dictum, quòd tale ſit vt de eo ſpuatur. Cic.2.Tuſc. Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus locóque. Horat.2.Serm.ſaty.5,

Viſne tegam ſpurco Damæ latus?

Saliua ſpurca. Catul ad ſuuent.94.

Spureus, Fœtidus. Apuleius, Tam multæ res ſpurcæ & graues, hares infeſtant.

Spurca tempeſtas. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Id eſt vehementi. Colum.in Præf lib.1. Spurcus ager.

Spurcus gladiator & carnifex, Sæuus, ſanguinarius. Varro.

Spurcæ lupæ. Martial.lib.1.

Spurciſſimus helluo, præguſtator libidinum. Cic.pro Domo ſuá.

Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non licet, vt ait Labeo Antiſtius libro decimo commentarij iuris Pontificij, cui aqua admixta eſt, defrutum've, aut igne tactum eſt, muſtum've antè quàm deferueſcat. Feſtus.

Spurcè, ſpurcius, ſpurciſſimè, Aduerb. {ῥυπαρῶς.} Cic.1.de Inuent. In odium ducentur, ſiquid eorum ſpurcè, ſupérbè, crudeliter, malitioſè factum profiteatur. Idem Attic.lib.11.ep.1, Deinde perſcribit ſpurciſſimè quas ob cauſas fecerit.

Dicere in aliquem ſpurcè. Cic.2.Philip. An crudelior qui in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixeris.

Spurcitia, ſpurcitiæ {ῥυπαρία, ἀκαθαρσία} vel Spurcities; ſpurcitiei, fœgen. Immunditia. Lucret.lib.6,

At contrà nobis cœni teterrima cùm ſit

Spurcities, eadem ſuibus hæc munda videtur. Plinius lib.33.cap.4. Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo ſtoria vocatur. Idem lib.17.cap.9, Proximè ſpurcitias ſuum laudant.

Spurco, ſpurcas {ῥυπαίνω, ἀκαθαίρω} ſpurcare: vel Spurcor, ſpurcaris, Deponens, Fœdare, vitiare, Celſus Iuriſconſ. ait apud Vlpianum in l. Si ſeruus. D.ad leg. Aquil. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit; vel alio modo vitiauit. Plautus Menæ h.4,

Ne ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Aquas ſpurcare. Paulus in l.1.D. De extraord. crimin. Siquis ſimo corrupto aliquem perfuderit: cœno, luto oblinerit: aquas ſpurcauerit: fiſtulas, lacus, quídve ad iniuriam publicam contaminauerit.

Senectus ſpurcata impuris moribus. Catul.in Siconium 103.

Spurciſicus, pen. corr. Adiectiuum {ῥυπαπτὴς} Qui ſpurca & fœda facit. Plaut. Trinum.12,

Spurciſicum, immanem, intolerandum, veſanum.

Spurcidicus, pen.corr. Aliud adiectiuum {ῥυπαρολόγος} Qui ſpurca & obſcœna dicit. Plaut. Capt.2,

Neque ſpurcidici iuſſus veſtus.

SPVRINA, pen.prod. {σπουρίνα} Dux regis Parthorum, qui C aſſum interemit. Item Mathematicus ac vates, qui Cæſari prædixit, vt Martias caueret Idus, cuius Tranquillus in Cæſare, cap.81. & Valerius meminere. Tertius huius nominis adoleſcens egregia forma, qui quum fœminas viróſque ad libidinem aſpectu decoro inuitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehonestauit, Author Valerius de Verecundia.

Spurius, Adiect. {νόθος} Qui ex muliere non nota ortus eſt, vel incerto patre, ab *σπείρειν* ſeminare: quia nihil habet à parte niſi ſemen. Vnde ſpurios verſus dicimus, Incerti auctoris. Spurium Modeſtinus. D. De ſtat. homin. l. vulgò concepti. Vulgò conceptum appellari ſcribit, & eum eſſe qui incerto patre natus ſit, ſiue illum qui eum patrem habet quem habere non licet. Budæus, Plutarchus in Probl. de hoc verbo loquens ita inquit: Spurius primum nomen eſt apud Romanos, vt Sextus, & Decimus, & Caius. Prima autem nomina nõ tota ſcribunt: ſed aut vna litera, vt T. Titum: aut duabus, vt Cn. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum, & Ser. Seruium. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur ſ & p deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, vt ſpurij ſine patre dicerentur. Hæc ille. Modeſtinus tamen loco ſuprà citato vocatos dicit ſpurios παρὰ τὸ σπορᾶν, id eſt à ſatione. Plutarchus Probl.103. aliorum affert rationem, ſed quam putat abſurdam. Dicunt enim, inquit, Sabinos vxoris pudenda ſpotion appellare. Item qui legitimè natus non ſit, ſed ex concubina, aut ſcorro, contumeliæ cauſa ſpurium appellari ſolitum. Cæterùm quos vulgò *baſtardos* vocamus, interdum ſpurij dici poſſunt, interdum non poſſunt: vt hi quos principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quóſque adoptare.

Sputalicus, Vide SPVMA.

SPYNTVNA, vrbs Arabiæ verſus Meroën, ſcribit Plin.lib.6.cap.29.

S Q

Squaleo, ſquales, ſqualui {αὐχμέω, ῥυπάω} ſqualere, Quicquid nimis inculcatum, obſitúmque aliqua re erat, ita vt incuteret viſentibus horrorem, à crebritate atque aſperitate ſquamarum, ſqualere veteres dicebant. Hinc poſteà tractum, vt corpora inculta & veluti ſquamoſa, alta congerie ſordium, ſqualere dicantur. Virg 2. Æneidos,

Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines. Hæc Sipontinus. Cic. pro Seſtio, Erat igitur in luctu Senatus, ſqualebat ciuitas publico conſilio veſte mutata. Quintil.lib.10.cap.1, Neque ergo arma ſqualere ſitu ac rubigine velim. Cic. pro Milo. Tota ciuitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, afflictantur coloniæ. Virgil. 2. Georgicorum,

-aut ſqualentes infode conchas.

Squallere dictum eſt à ſquamarum crebritate aſperitatéque, quæ in ſerpentium piſciúmque coriis viſuntur, vt Gellius vult lib.2.cap. 6. Vide & Macrobium lib.6. Saturn cap.7.

Arua ſqualent abductis colonis. Virg.1.Georg.

Corpora ſqualebant exangui morbo. Ouid.15.Metam.

Crines ſqualent à puluere effuſo. Silius lib.4.

Serpentibus atris ſqualet humus. Ouid.14.Metam.

Squalens, Participium {αὐχμῶν.} vt

Squalens auro, Fulgens. Virg.2.Georgicorum,

Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens. Seruius, Hoc eſt ſplendentibus: quod à ſquamis venit, vt Squamis auróque trilicem. Nam à ſqualore ſordidum ſignificat, vt Squaleutem barbam. Hæc ille. Squalentibus ergò, id eſt ſplendentibus more ſquamarum in piſcibus. Sipontinus autem plenum interpretatur.

Arua ſqualentia. Lucan.lib.1.

Barba ſqualens. Virg.2.Æneid.

Campi ſqualentes. Silius lib.3.

Coma ſqualens. Ouid.3.Faſt.

Lorica ſqualens auro albóque orichalco. Virg.3.Æneid.

Maculæ ſqualentes auro. Virg.4.Georg.

Ora ſqualentia. Ouid.4.Metam.

Tela ſqualentia venenis. Ouid.5.Faſt.

Veſtes ſqualentes atro puluere. Lucan.lib.8.

Squalidus, pen.corr. Adiectiuum {αὐχμώδης} Inculcatum & ſordidum: quòd proximè ſimilitudinem haberet ſquamæ piſcium, ſic appellatum. Feſtus. Plaut. Trucul.19,

Hunccine hominem te amplexarier tam horridum, atque ſqualidũ? Terent. Eunuch.2.2,

Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, anniſque obſitum. Liu. 1.belli Punici, Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabéque ſqualida & prope efferata corpora variè mouebant.

Squalidi atque deformes. Quintil.lib.6.cap.1.

Humus ſqualida humanis albet oſſibus. Ouid.1.Faſt.

Membra ſqualida. Lucret.lib.5.

Mors ſqualida. Senec. Medea.10.

Rubigò ſqualida. Catul. Argon 59.

Sudor ſqualidus. Stat.3. Theb.

¶Squalidæ materiæ. Cic.in Orat. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squalus, Adiectiuum antiquum pro Squalidus. Ennius Telamone,

Strata terra lauere lacrymis veſtem ſqualam & ſordidam. Nonius.

Squalidè, pen corr. Aduerbium {αὐχμωδῶς.} Cic.4. de Finib. Primum enim ipſa illa quæ ſubtiliter diſſerenda erant, politè, aptéque dixerunt, cùm definientes, tum partientes, vt veſtri etiam, ſed vos ſqualidius: illorum vides quàm niteat oratio.

Squalor, ſqualoris, maſc.gen. {αὐχμός} Inquinatio, ſordes. Gell.lib.2.

cap.6.In corporibus incultis, squamosisque alta congerie sordium squalor appellatur. Liu.2.ab Vrbe, Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cic.5.Verr. Surrexisset Apronius, noua dignitas publicani, non vt Decumanus squaloris plenus ac pulueris, sed vnguentis oblitus, vino, vigiliisque languidus.

Squalor, Reorum sordes, Vide Sordes pro Reorum squalore, in SORDES.

Inculcus squalor. Senec. Hippol. 6.

Terribilis squalor. Virg. 6. Æneid.

Squalor & lachrymæ Siciliæ. Cic. 5. Verr.

Squalor, fordésque sociorum. Cic. 7. Verr.

Detergere squalorem rudis seculi. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Omni sordium squalore detersо. Firmic. lib. 5. cap. 3.

Squalor & mœror. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3.

In squalore & luctu esse. Metellus ad Cic. lib. 5. 1.

Squalitudo, Idem quod squalor antiquis. Aec. Euryſac.

Prò dij immortales speciem humanam, inusitatam, egregiam,

Indignam clade & squalitudine. Nonius.

Squalitas, squalor, obsceuum. Aec. Telepho,

Nam essi operta squalitate est, luctúque horrificali. Lucil.

Squalitate summa, sœbie summa, in re summa obrutam. Nonius.

Squalitate summa, sœbie summa, in re summa obrutam. Nonius.

Squalus, Piscis est cuius nomen ab asperitate fluxit. Nam è squalor squalor & squalus originem duxere. Eo nomine apud Plinium censeri videntur omnes cartilaginei pisces longæ formæ, vt cùm scribit, Quo in numero sunt squali quoque, quamuis non plani. Turnebus tamen locum mendosum putat. Vide Plin. lib. 9. cap. 51. Varro 3. de Re rustica, cap. 3. Et in ea duntaxat squalos & mugiles pisces.

Squama, squamæ {ϰύπη, φολὶς} Qua corpus piscis aut serpentis tegitur. Plin. lib. 9. cap. 12, Aquatilium tegmenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, vt vituli, &c. squamis, vt pisces.

Astantes squamæ, Erectæ. Virg. 3. Georg.

Crepitans squama. Ouid. 15. Metam.

Arrectis squamis horret serpens. Virg. 11. Æneid.

Recenti squama nitet serpens. Ouid. 9. Meram.

Fulgor incendebat squamam. Virg. 5. Æneid.

Rutilis squamis clari. Virg. 4. Georg. De regibus apum.

¶Squamæ, Loricarum catenulæ etiam dicuntur in modum squamarum compositæ. Virg. 11. Æneidos,

Spumantémque agitabat equum, quem pellis ahenis

In plumam squamis auro conserta tegebat. Idem 9. Æneidos,

Nec duplici squama lorica, &c.

Nexilis squama. Silius lib. 5.

¶Est & squama æris. Plin. lib. 34. cap. 11. Et scoria æris simili modo lauatur, minori effectu quàm æs ipsum. Sed & æris flos medicinæ vtilis est. Fit ære fuso, & in alias fornaces translato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milij squamæ, quas vocant florem. Cadunt autem, quum panes æris aqua refrigerantur, rubéntque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, & sic adulteratur flos, vt squama veniat pro eo. Est autem squama hæc decussa vi clauis, per quos panes ærei ferruminantur. In Cypriis maximè officinis omnia. Differentia hæc est, quòd squama excutitur ictibus iisdem panibus, flos cadit sponte. Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant Stomoma.

Squamula, squamulæ, pen. corr. Diminut. Celsus lib. 7. cap. 26. In se attrahens quasdam quasi squamulas.

Squameus, Adiectiuum {λεπιδωτὸς} Plenum squamis. Virgil. 2. Georg.

Squameus anguis Idem 2. Æneidos,

-bis collo squamea circum

Terga dati superant capite & ceruicibus altis. Sic 3. Georg.

Membrana squamea. Ouid. 7. Metam.

Squamiger, penult. corr. squamigera, squamigerum, pen. corr. {λεπιδοφόρος} Quod habet squamas. Lucret. lib. 1,

Squamigerum genus. Id est pisces. Plin. lib. 11. cap. 37, Simili modo squamigeris atque serpentibus.

Pecudes natantes squamigerum. Lucret. lib. 2.

Nitentes squamigeri. Lucret. lib. 1.

Squamosus, penult. prod. Adiectiuum {λεπιδωτὸς} Squamis plenum. Plin. lib. 9. cap. 16. Vagantur gregatim ferè cuiusque generis squamosi. Cic. 2. de Nat. deor. Hanc Aries tegit, & squamoso corpore Pisces.

Orbes squamosos volubilibus nexibus torquet. Ouid. 3. Metam.

Draco squamosus. Virg. 4. Georg.

Squamosum pecus, pro Piscibus. Plaut. Rud. 25. Columel. lib. 8. cap. 17, Eorúmque alios simplices & rectos, quò secedant squamosi greges. De piscinis.

Squamatim, penul. prod. Aduerbium {λεπιδὸν ἀνὰ λεπίδα.} Plin. lib. 16. cap. 10. Nucamenta squamatim compacta dependent. Id est velut squamæ compactæ & colligatæ.

Squarosus, pen. prod. Adiectiuum {λεπιδώδης} A squamarum similitudine dicti squarosi, quorum cutis exturget ob assiduam illuuiem. Lucilius,

Varonum ac rupicum squarosa incondita rostra. Festus.

Squatina, squatinæ {βάτη} Ex planorum piscium genere. Plin. lib. 9. cap. 51, Ex planis squatina sola bis, Autumno & Vergiliarum occasu parit. Ibidem cap. 12. Aspera cute vt squatina, qua ligoum & ebora poliuntur.

Squilla, squillæ, Varroni siue scilla Plinio, & scella Hippocrati {σκίλλα} vulgò Squilla, radix sit, bulbus, an cyma, siue fructus, à Theophrasto dubitatur. Varro lib. 1. de Re rust. Alia in mari, vt palmas & squillas. Videto Plinium lib. 19. cap. 5. & lib. 20. cap. 9. & Theophrastum lib. 7. cap. 11.

¶Squilla, Genus piscis, quod societatem init cum pinna, & in ipsa pinnæ concha inuenitur incluſum. Plinius lib. 9. cap. 51. Reliqua mollium tergis cocunt, vt canes. Item locustæ, & squillæ, canori ore. Plin. epist. 41. Mare non sanè pretiosis piscibus abundat, soleas ta-

men & squillas optimas gerit. Rursus Plinius maior lib 9. cap. 42. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alij pinnophylacem, is est squilla parua. De pinna. Cicero 2. de Natura deorum, Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Horat. 2. Serm. saty. 4,

Tostis marcentem squillis recreabis. Idem Saty. 8,

Adfertur squillas inter muræna natantes. Iuuen. Saty. 5.

S T

St {ſt} Vox est silentium indicentis. Terent. Phorm. 5. 1,

-quid? non is obsecro es,

Quem semper te esse dictitasti?

c. It. 5. quid has metuis fores? &c.

STABIAE, arum, Campaniæ oppidum bello sociali à Silla deletum Cn. Pompeio & L. Carbone COSS. Plinius lib 3. cap. 7.

Stabianus ager. Plin. lib. 32. cap 1, In stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanuri in mari panem abiectum rapiūt, idémque ad nullum cibum in quo hamus sit accedunt.

Stabilimen, Stabilio, Stabilis, Stabilitas, Vide STO.

STABILINVS, Deaster quidam de quo Alexand. Alexandrinus lib. vlr. Genialium dierum cap. vltimo.

Stabulum, stabuli. pen. corr. {ϛαυλισμὸς, αὐλιον, αὐλὶα, σταβὸς, σταὰς, σταυδιχεῶν} A stando dicitur. Locus in quem qui longo itinere fessi sunt, secedere solent: quod & diuersorium, & hospitium dicitur, & meritorium, quia mercenarios illic esse solent. Vlpian. in l. Lex Cornelia. D. De iniuriis & famos. libell. Tanrum igitur ad mercenaria vel stabula non pertinebit. Plaut. Aulul. 7,

Neutrobi habeam stabi'e stabulum.

Stabulum confidentiæ. Plaut. Mostel. 6. 3. Idem Trucul. 11,

-stabulum flagitij? Idem Casin. 4,

Stabulum nequitiæ. Cic. 2. Philipp. Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro triclinijs popinæ sunt.

Exercere stabulum, Vide EXERCEO.

Stabula, generaliter dicuntur loca in quibus armenta, gregésque consistunt, in agris & sub dio: vt sint veluti quædam animalium stationes. Virg. 8. Æneidos,

Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros

Auertit.

Alta ferarum stabula. Virg. 6. Æneid.

Auia stabula. Ouid 6 Metam.

Gelida ferarum stabula. Catul. de Berecinth. 58.

Mollia stabula. Virg. 3. Georg.

Munita stabula. Silius lib. 7.

Pinguia stabula. Virg. 4. Georg.

Clausa tenent stabulis armenta. Virg. 3. Georg.

Reclusis stabulis armenta rapere. Ouid. epist. 8.

Tenere armenta propius stabulis. Virg. 1. Georg.

Habitare in stabulis. Ouid. 3 Fast.

¶Stabulum pauonum. Colum. lib. 8. cap. 11.

¶Stabulum, Præsepe in hospitiis. Apuleius, Durissimo casui meo seruiens, ad equum illum vectorem meum probissimum in stabulum concedo: vbi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inueni.

¶Stabulum etiam sumitur pro quacunque statione, seu habitatione & loco vbi quis stare consueuit. Virg. 7. Æneidos,

Ardua recta petit stabuli, & de culmine summo

Pastorale canit signum.

Stabulo, stabulas, pen. corr. {αὐλίζομαι, σταβεύω, σταυλίζομαι} stabulare: & frequentius stabulor, stabularis, stabulari. Deponens, Stare, diuertere, & quasi stationem habere. Virg. 6. Æneidos,

Centauri in foribus stabulant. Seruius, Stabulant, habitant, Et vsurpatiuè dixit, vt popular, luctat: nam stabulor dicimus. Idem 3. Georgicorum,

Nec mos bellantes vnà stabulare. Stat. 3. Sylu. 2,

Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris, &c. Gellius libro 6. capite 3, vnum serpentem in illis locis stabulantem, inusitatæ immanitatis.

¶Stabulare pecus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 21. Si prata sunt in fundo, neque pecus dominus habet, danda opera vt pabulo vendito alienum pecus in suo fundo pascat, & stabulet.

Stabulor, stabularis, pen. prod. {αὐλίζομαι} Deponens, In stabulum ago, stationem in aliquo loco habeo. Varro 2. de Re rustica capite 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, quod est alsiosum.

Pecudes stabulantur in antris. Ouid. 13. Metam.

Turdi & pauones stabulantur. Varro 3. de Re rust. cap. 3. Vide ORNITHON.

Stabulatio, Verbale, Mansio in stabulo. Columel. lib. 6. cap. 3, Itaque hybernæ stabulationi eorum præparanda sunt stramenta. Id est, quando tempore hybernо stabulabuntur boues. Macrob. lib. 8. cap. 6. & Gell. lib. 16. cap 5.

Stabularius, stabularij {πανδοχεὺς, ταυδοχεὺς} Hospes, viatores pretio recipiens. Apuleius, Sumo sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam. Vlpianus 1. D. Nautæ, caupon, &c. Caupones & stabularios, æquè eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent.

Stabularius, Qui stabuli, hoc est loci vbi animalia stant, curam gerit. Columel. lib. 6. Hic enim recognosci grex poterit, numerúsque constare, si velut ex militari disciplina intra stabularij castra manserint. Varro 2. de Re rust. cap. 10, In quibus stabularij solent equas abigere.

Stachys, huius stachys, Frutex est, marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, hirsuta, &c. inquit Dioscorides. Dicta autem quasi spicata ob caulem quem ex se mittit, floribus & semine spicatum. Plin. lib. 24. cap. 15, Ea quoque quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis, pluribúsque, & odoris iucundi, colorísque

risque in luteum inclinati. Pellit menstrua.

Stacte, stactes, fœm. gen. {στακτὴ.} vulgò *Storace liquida* vocatur, inquit Dioscorides, Pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ, à distillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt, quia è stillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2,

Sicut amaracini blandum stactæque liquorem. Pro vnguento & odoramento sumpsit, Columel. lib. 10, Et melior stacte ponatur Achaica myrrha. Plin. lib. 12. cap. 15. Inciduntur bis & ipsæ iisdémque temporibus, sed à radice vsque ad ramos qui valent. Sudant autem sponte priusquam incidantur, stactem dictam, cui nulla præfertur. Plaut. Curcul. 3,

Tu stacte, tu cinnamum. tu rosa, tu crocum & casia es.

Stacteus, Adiectiuum {στάκτεος} Myrtha stactea, quæ stacten producit, & distillat vnguentum, quasi stillattitia: quam plasten, hoc est fictitiam Theophrastus vocat. Plinius lib. 12. cap. 16. Vetus exemplar non habet stactea.

Stacula, Vitis genus, quam Campani Siculam, alij Veniculam appellant, inter optimè defloresсentes Plin. lib. 14. cap. 2. repouit.

Stadium, stadij {στάδιον, στάδιος} Latinè curriculum dicitur, siue locus in quo equi hominésve currunt, & certant adhibere. Nam & Domitianus inter cætera stadium extruxit. Dictum stadium ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est à statione, quòd Hercules eo spatio vno spiritu confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule stadium tradunt, eúmque pedibus suis metatum esse id stadium quod est Pisis apud Iouem Olympicum, feciséque id longum pedes sexcentos. Inde postea cætera stadia terris Græciæ ab aliis instituta pedum quidem simili modo sexcentorum, verumtamen aliquantulum breuiora. Ex Gell. lib. 1. cap. 1. Cic. 2. Tusc. Vt in stadio cursores exclamant quam maximè possunt.

Olympicum stadium. Senec. Thyeste, 2.

Celebrata stadia. Senec. Thyeste, 5.

Currere stadium, Vide CVRRO.

Conficere stadia, Vide CONFICIO.

Stadium, inquit Plin. lib. 2. cap. 23. Centum vigintiquinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos vigintiquinque. Idem lib. 10. cap. 33. Stadij ferè vnius spatio. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334, Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum Austro vehementi ad eandem Leucopetram.

Stadius, stadij, m. g. Idem quòd stadium. Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 15. Hic horizon quem sibi vniuscuiusque circumscribit aspectus. vltra trecentos & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non potest. Centum enim & octoginta stadios non excedit acies contra videntis.

Stadiodromus, stadiodromi, penult. corr. {σταδιόδρομος} Qui in stadio cursu certat, & stadium percurrit. Firmicus lib. 8 cap 8, Si Mars respexerit leporem cælestem in horoscopo, faciet stadiodromos.

Stadiodromus etiam locus in quo ludi & cursus exercentur. Plin. lib. 34. cap. 8, Eundem vicit & Leontius, qui fecit stadiodromon Athylon qui Olympiæ ostenditur.

Stadialis ager habebat passus CXXV, id est pedes DCXXV: cuius mensura octies comparata milliarium facit, qui constat quinque millibus pedum. Ex libello variorum authorum De limitibus.

STAGIRA, æ {στάγειρα} Oppidum in finibus Macedoniæ, ad sinum Strymonicum, Aristotelis peripatetici patria, qui inde Stagirites σταγειρίτης, cognominatur.

Stagnum, stagni {λίμνη, λίμνα} A stando, dicitur aqua stans, vt ait Seruius. Cicero 1. de Diuinat. Absurdóque sono fontes & stagna cietis.

Stagnum quidam dici putant, quòd in eo aqua perpetuò stet. Alij quòd is locus à Græcis στηνὸς dicitur, quia bene contineat aquam. Hæc Festus in extremo libro 17. στηνὸς nomen à verbo στέγω, quod cõtinere, nec pati elabi ac defluere significat, deriuatur.

Ripa stagni. Ouid. 6. Metam.

Fontis stagna. Virg 7. Æneid.

Alta stagna. Virg 3. Georg.

Dulcia stagna. Virg 1. Georg.

Extenta latius stagna. Horat. 2. Carm. ode 15.

Humida stagna. Virg 12. Æneid.

Immensa stagna. Ouid 1. Metam.

Infernа stagna, Vide INFERNVS.

Liquentia stagna. Catul. ad Sirmionem, 29.

Mite stagnum. Virg 8. Æneid.

Modesta iacent nullo tumultu stagna. Stat. 2. Sylu. 2.

Natale stagnum. Stat. 4. Sylu. 4.

Operta carinis stagna. Stat. 1. Achil.

Profunda stagna. Ouid. ad Liuiam.

Virentia musco stagna. Virg. 4. Georg.

Consuescunt aues stagno, Vide CONSVESCO.

Stagnum, pro mari imitatione Græcorum. Virg. lib 10. Æneidos,

Cùm pedes incessit medij per maxima Nerei

Stagna viam scindens.

¶Stagnum pro parte maris profundissima posuit. Virgil. 1. Æneid. quod ea minimè moueatur, sempérque stet, id est quiescat, nisi nimia oriatur tempestas,

Emissámque (inquit) hyemem sensit Neptunus, & imis

Stagna refusa vadis. Ex Seruio. Refusa, id est emissa.

Stagno, stagnas {λιμνάζω, βοσκάζω} stagnare, de aqua dicitur quæ non effluit nec sorbetur. Virgil. lib. 4. Georgic. Nilus stagnans. Plinius, Vbi marini fluctus effusi stagnare solent. Tacitus libro primo, Auctus Tyberis plana vbis stagnauerat. Hoc est in planis, siue per plana.

Orbis stagnat paludibus. Ouid. 1. Metam.

Ripæ stagnantes. Silius lib. 10.

Vndæ stagnantes. Silius lib. 5.

Stagnare terram dicimus, quę non absorbet, sed continet aquam.

Pliuius, Agris humidis atque stagnantibus.

Campi stagnantes infuso æquore. Silius lib. 3.

Stagnantior, Comparatiuus {βοσκοτερέστερος} Claudia. de Nilo, 6. Effluit Ægeo stagnantior.

Stagnatus, pen. prod. Adiectiuum {λιμναῖος.} Colum. lib. 10,

Nam neque sicca placet, nec quæ stagnata palude

Perpetitur querulæ semper conuitia ranæ.

Stalagma, stalagmatis, penult. corr. neutr. gen. {στάλαγμα} Vnguentum quod succo constat, quasi distillatio. quippe στάλαγμος stillio significat. Hinc stalagmia, id est stiria. Plinius lib. 34. cap. 12, Fit & pluribus modis, genere eo in scrobes cauato, quarum è lateribus distillantes hyberno gelu stirias, stalagmias vocant, neque est purius aliud.

Stalagmium, Genus inaurium, vt tradit Sext. Pomp. lib. 17. ex authoritate Cæcilij in Cratino, aut, vt alij scribunt, in Canace:

Ex aure eius stalagmium domi habeo. Hac quoque dictione vsus est Plautus in Menæchmis,

Amabo, mi Menæchme inaures da mihi,

Facienda pondo duûm nummûm stalagmia. Sunt igitur ornamenta aurium, similitudinē stillarum congelatarum repræsentantia. σταλαγμὸς enim stilla est. Apud Sextum tamen in quibusdam codicibus stalagnium legitur, in aliis stalaginum: vbique, arbitror, corruptè. Apud Plinium lib. 34. cap. 12. Stalagmias legimus fœmmino genere pro purissimo calcacanthi genere in stiriarum formam concreto.

Stamen, staminis, penult. corr. neut. gen. {στήμων} A stando, dicitur quicquid in colo ad nendum ponitur. Plaut. Mil. 10,

Tam capiatis stamine tibi diu videor viuere? Alludit ad Parcam, quæ, dum morimur, rescindere nostrum stamen dicitur. Plinius lib. 8. cap. 48. Inde factum, vt nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine. Martial. lib 6,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores

Stamina, nec surdos vox habet ista deos.

Albi staminis lanificæ. Iuuen. Saty. 12.

Aurea stamina. Stat. 11. Thebaidos,

-& pollice docto

Stamina purpureæ sociauerat aurea telæ.

Candida stamina. Ouid. 6. Metam.

Tenuissima stamina. Ouid. 4. Metam.

Operosum stamen. Ouid. 1. de Arte.

Leuia stamina ducere versato fuso. Ouid. 4. Metam.

Graciles stamine intendere telas, Ordiri. Ouid. 6. Metam.

Minuunt plenas colos stamina. Ouid. epist. 3.

Nectere stamina. Senec. Herc. Oetæo, 8.

Nere stamina. Ouid. 1. Fast.

Fatalia stamina nentes Parcæ. Tibul. lib. 1. eleg. 7.

Sollicitat stamina docto pollice, Chordas citharæ percutit. Ouid, 11. Metam.

Torquere stamina digitis. Ouid. epist. 9.

Pretioso stamine serum velare aliquem. Claud. 1. in Eutrop.

Stamina in ligno, vel herbis, sunt veluti filamenta. Plinius libro 16. cap. 38, Pulpa mero stamine & tenui constat. Idem libro 21. cap. 5. Ita odor colórque duplex, alius calycis, alius staminis, differentia angusta.

Stamineus, Adiect. Plin. lib. 16. cap. 43. Magna autem & glutini ratio, propter ea quæ sectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam hoc vsu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lachrymosè crispa.

Rora staminea. Propert. lib. 3. eleg. 6.

STAMNIVS Iupiter {σταμνίτης ζεὺς} Videtur appellari ab Aristophane, vt à P. Fauorino notatur, cùm inquit σταμνίου γὰρ, id est Stamnij filius Iouis scilicet. Sub his enim verbis intelligimus vinum in vase. Dionysius enim Iouis filius. Stamnos quippe vas est, hoc est ὑδρία, κάδος, κάλπος. Quinctiam Stamnia vasa sunt vinaria. Lilius Syntag. 2. Histor. Deorum.

Stannum, stanni {κασσίτερος.} Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistíque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secúdus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem cap. 17, Stannum illitum æneis vasis, saporem gratiorem facit, & compescit eruginis virus: miúmque, pondus non auget.

Stanneus, Adiectiuum {κασσιτερινὸς} Quod ex stanno factum est. Columel. lib. 12. cap. 41, In cacabo siguli nouo, vel in stanneo coquitur musti arbustiui aminæi vrna. Plinius lib. 29. cap. 2, Tum in stannea pyxide conditur.

Staphis, huius staphidis, pen. corr. f. g. {σταφὶς ἀγρία} Vulgò *Staphisagria*. Quæ etiam staphis agiia, & Latinus pituitaria & pediculatis dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. Astaphisagria, siue staphis quam vuam taminiam aliqui vocant falsò (suum enim genus habet) cauliculis nigris rectis, foliis labrusсæ: fert folliculos verius quàm acinos, viridesque, similes ciceriin his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescítque, quum taminiæ rubentes norimus acinos: sciámúsque illam in apiicis nasci, hanc non nisi in opacis.

Staphylinus, staphylini. pen. prod. masc. gen. {σταφυλῖνος ἄγριος.} Colum. lib. 9. cap. 4, Tum agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖνον vocant. Plin. lib. 20. cap 5. Alterum genus est staphylinos, quod pastinacam erraticam vocant. Idem lib. 25. cap. 9, Si iam maximè tertium genus facere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant.

Staphylodendros {σταφυλόδενδρος} Arbor, quæ in Alpium iugis excrescit, aceri simillima, alba materia, siliquas ferens, & in eis nucleos nucis auelanæ. Quidam eandem existimant cum Theophrasti colicea. Plin. lib. 16. cap. 16.

STAPHYLVS Anij pater, Thesei filius fuit ex Ariadna, vt in Theseo

scribit Pisaraehus, vel, vt aliis placet, Bacchi ex Erigone Icarii filia, quæ ab hoc deo in vuæ speciem mutato compressa legitur apud Ouid. lib. 6. Metamorphoseos,

Liber vt Erigonen falsa deceperit vua. Vnde eorum filio nomen impositum Staphylus: quia σταφυλὴ vuam significat. Aristophanis tamen in Plutum commentarius hunc non Bacchi filium, sed amicum appellat. Probus enarrator Virgilij, non Staphylum à staphyle, sed staphylen à Staphylo dictam existimat. Sic enim in illum lib. 1. Georgicorum versum,

Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis, scriptum reliquit. Æolus pastor Staphylus quum Oenei capellas in pabulum duceret, notauit vnam præcipuè secedentem à grege, lætiorem cæteris, recipientem se serius in præsepia. Cuius rei vt causam cognosceret, secutus est eam clàm. Et in remota stipe animaduertit Vuam edentem pomum sibi incognitum: & sustulit, regíque pertulit Oeneo. Qui expresso humore delectatus, quum eum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri appositi accepto à se hospitio. Cuius rei cultum quum demonstraret, Liber, vt perpetua inuentorum esset gloria, cõstituit vt ab Oeneo, Oenon appellaretur vinum, à Staphylo vua staphyle. Hæc Probus.

STAPHYLVS, pen. corr. { σταφυλεὺς } Sitheni filius, teste Plinio lib. 7, cap. 56. primus vinum aqua miscere docuit.

STARGATERVS, Danorum rex, qui cùm Lenum quendam per nefas occidisset, pœnitentia ductus eius filio Hatero se præbuit occidendum. Saxo lib 8. Starcaterus à quibusdam.

STASANOR, Alexandri sodalis, vir Solius, & qui principatum meruit. Strabo lib. 14 in fine.

STASEAS { στασέας } Neapolitanus Platonicus philosophus, vt scribit M. Cicero in libris De finibus bonorum & malorum.

STASIS { στάσις } Vrbs est Persidis edita in petra sita, quã tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Stasites στασίτης, Stephano.

Stataanus, a, um: Statana vina. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam Falerno contermina Statana, ad principatus venere nõ dubiè: palámque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum prouentus occasúsque.

STATANVS { στάτανος } Deus puerilitatis præses credebatur antiquis, teste Varrone de liberis educandis. Nonius. Vide Lilium Syntagmate 1 Histor. Deor.

Stataritus, Vide STO.

Stater, stateris, pen. prod. masc. gen. { στατὴρ } Genus nummi, quatuor drachmas habens, valentes quatuordecim solidos nostros, vt author est Badæus.

Statera, stateræ, penultima prod. { σταθμὸς, ζυγὸς } A stando dicta est: Instrumentum quo res ponderantur. Cice. 2. de Orat. Quæ non artificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Stat. 4. Sylu 3.

Dum pondus nimium querens sub alta
Repit languida quadrupes statera.

¶ Statera, pro Tympano, & quas Græci magidas vocabant. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana verò se iuuene appellata stateras, & lauces, quas antiqui magidas appellauerant.

Stathmus, stathmi { στάθμὸς } Græca vox pro Latina vsurpata, significat verò stabulum, diuersorium, vel stationem. Item mensuræ Geometricæ genus apud Persas maximè vsitatum: quorum regnum vniuersum in stathmos regios diuisum erat, dispositis certo interuallo diuersoriis, quò, vel quæ in extremis regni angulis gererentur, celerius ad regem possent perferri. Stathmorum mensura varia, variis in locis fuit: ferè autem sesquistadium supra centena vicena continebat. de quo vide Herodotum lib. 5.

Statice, statices, pen. corr. fœm. g. { στατικὴ } Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap 8. Eosdem effectus præstat & statice septem caulibus, veluti rosæ capita sustinens.

Staticulum, staticuli, pen. corr { ὀχήματος γένος } Genus gestatorij: siue vehiculi vt essedum, & petorritum. Plinius lib. 34. cap. 17. Similíque modo ad aurea quoque & argentea staticula inanis luxuria peruenit, quæ que in scyphis cerni prodigium erat, hæc in vehiculis atteri, cultus vocatur. Idem lib. 37. cap. 10, Reddunt enim species fluminum nemorum & iumentorum etiam esseda & staticula, & equorum ornamenta. Plaut. Stricho 17.

Nunc pariter ambo omnes voco cynædos, contra staticulis stare
Non magis potis est, quàm fungus imbri.

¶ Staticulus, Saltationis genus, in quo nunc subitò quasi standum, nunc prosiliendum est. Cato apud Macrobium lib. 3. Saturn. cap. 14. Præterea cantat vbi collibuit, interdum Græcos versus agit, iocos dicit, voces demutat, staticulos dat. Plaut. Persa, 23.

Nequeo leno quin tibi saltem staticulum dem, quem Hegea Faciebat.

Statilinum, & Statanum, & Fabulinum, Præsides deos Varro Cato, vel De liberis educãdis puerilis ætatis, affirmat. Ali Statano & Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. Sic cùm primò fari incipiebant, sacrificabant diuo Fabulino. Refert Nonius.

Statim { ἀδιάλειπτως } Aduerbium, priore producta, à stando, Constanter, perseueranter, continuè: quasi insistendo, & vno statu. Plaut. Amphit. 4,

Nec recedit loco quin statim rem gerat. Ibidem 4,

Nec iugula, nec Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt,
Ita statim stant signa. Ex Nonio.

¶ Statim, priore correpta, Mox, ilico: quòd ea quæ mox fiunt, continenter fieri videantur. Cic. in Verrem, Statim ad Messanam literas dedit. Id est, Sine mora, sine intermissione temporis.

Confestim & statim. Cic. in Orat. Antè enim circunscribitur mente sententia, confestim que verba concurrunt, quæ mens eadem, qua nihil celerius, statim dimittit, vt, &c.

Statim à. Plin. lib. 27. cap. 9, Semipedalibus ramulis quinis, sensíve à radice statim foliosis.

Statim atque. Vipianus Ad legem Iuliam, l. Si maritus. Et primum Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum posse statim atque negauerit: cui assentiendum puto. Idem de ædilitio edicto l. Ædiles.

Statim in. Cic. de Arusp. resp. Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in facto ipso à grauissimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus.

Statim quàm. Martianus de Officio Proconsulis. l. Omnes Proconsules statim quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem.

Statim quàm. Vlpianus in l. 1. §. Habet. D. Vsufructuarius quemadmod. caueat, Quarum prior statim committitur quàm aliter fuerit vsus.

Statim vt. Cic. ad Atticum, lib. 2. 27, Literas scripsi, H. x. Cerialibus statim vt tuas legeram.

Vt, statim. Cic. Attico, lib. 12. 241, Nam vt heri me salutauit, statim Romam profectus est.

Statim, sequente ablatiuo. Cic. in Orat. Itaque hoc sum aggressus statim Carone absoluto.

Statio, Statiua, Vide STO.

STATINAE, arum, secunda syllaba correpta, Insulæ sunt in sinu Campano terræmotu enatæ, Plin. lib. 2. cap. 88. Papin. in Syluis,

Æquarique lacus medicos Statinásque renatas.

Statius, Seruile olim nomen fuit. Plerique enim apud veteres serui eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta incertus, seruus fuit, & propterea nomen habuit Statius. Sed postea versum est quasi in cognomentum, appellatúsque est Cæcilius Statius. Vide Gell. lib. 4. cap. vlt.

STATIVS { στάτιος } Cæcilius poëta comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in comœdia partes tribuit, quanquam à Cicerone nõnunquam malus linguæ Latinæ author, nonunquam etiam ferreus scriptor appelletur. Statius alius cognomento Papinius illustris poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuuenalis & Martialis æqualis, cuius multa extant poëmata: Syluarum libri quatuor: Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod, morte præuentus, absoluere non potuit. Scripsit & Agauen tragœdiam, quam inopia coactus Paridi hitrioni vendidit. Iuuenal. Satyra 7,

Curritur ad vocem iucundam & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cùm Statius vrbem,
Promísitque diem, tanta duledine captos
Affixit ille animos, tantáque libidine vulgi
Alluditur: sed cùm fregit subsellia versu,
Esurit, intactam Paridi, nisi vendat Agauen. Fuisse autem vtrunque horum seruilis conditionis Statij nomen seruile satis manifestum facit.

STATIVS Sebosus, author celebris, quem Plinius allegat ex libro de natura piscium. Plin. lib. 9. cap. 16.

Statius à stabilitate prænomen cepit. Author Probus in Epitome.

STATONES, Hetruriæ populi apud Plinium lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib. 5. In horum agro vinum satis generosum nascebatur, quod Statonience vinum appellabant, cuius meminit Plin. lib. 14. cap. 6.

Statonienſia vina, in infero mari Italico seu Latinienſi nascuntur. Plin. lib. 14. cap. 6.

Stator, statoris, Seruus olim dicebatur, aut libertus, qui prope herum aut patronum stabat, & ei præsto erat, & si quem quærebat arcessebat sistebátque. Petronius Arbiter, Quædam enim fœmiæ sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut seruos viderint, aut statores diutius cinctos. Discinctos legendum putat Turnebus, idque optimè meo quidem iudicio.

Stator, statoris, Vide SISTO.

Statua, & Statuarius, Vide STATVO.

Statuliber, Vide Status, in STO.

Statumen, Statumino, Vide STATVO.

Statuo, statuis, statui, statutum, pen. prod. { τίθημι, τιθέναι, ἱσάζομαι, διατιθέναι, ἐκδίδωμι } statuere, Decernere. Plaut. Amphit. 15.

De summo summus Iuppiter sic statuit, sic fatum habet. Liu. 1. ab Vrbe. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.

Velle mori statuit. Ouid. 10. Metam.

Deliberare & statuere. Cic. 3. Verr. Iste certè statuerat ac deliberauerat non adesse.

Statuere & perseuerare in eo. Cic. de Prouinc. Consul. Statuit ab initio, & in eo perseuerauit.

Ex alicuius sermone statuere. Cic. Attico, lib. 9. 190.

Statuere & decernere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1, In rebus statuendis & decernendis.

Senatus statuit. Cic. 5. Verr. Statuit senatus hoc, ne illi quidem esse licitum cui concesserat omnia, à populo factarum quæsitárumque rerum summas imminuere.

¶ Statuere, Prouidere: vel existimare, expectare, vel prorsus ita opinari. Cic. 7. Verr. Præsertim quum statuisses, vt ais, causam tibi esse dicendam. Ibidem, Causam sibi dicendam esse statuerat, iam antè quàm hoc vsu venerit. Budæus.

Non possum statuere vtrum, &c. Cic. 3. de Oratore, Neque tamen possum statuere, vtrùm magis mirer, te illa quæ mihi persuades maxima esse adiumenta, potuisse in tuis tantis occupationibus perdiscere, an si non potueris, posse isto modo dicere.

Statuere & iudicare. Cic. 2. de Orat. Sine vlla dubitatione sic statuo & iudico, neminem omnium tot & tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi.

Statuere summum bonum, non dolere. Cicero 2. de Finibus, Qui summum bonum statuit, non dolere. Idem 1. Officior. Fortis verò, dolorem summum malum iudicans: aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certè nullo modo potest. Idem Acad. 4, Præcide inquit, statue aliquando quid libet, quid quæ dicuntur quidem.

Sic statuunt. Cicero 4. Acad. Quum Dialectici sic statuant, omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modò verum esse,

esse, sed etiam necessarium.

Apud animos vel animum statuere. Liu. 6. ab Vrbe.

Cum animo statutum ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. Tu sic ordinem Senatorium despexisti, sic ad iniurias libidinésque tuas occasionem coæquasti, sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigissent, Iudices reiicere?

De aliquo statuere, pro Aliquem damnare. Tacit. lib. 2. Satis visum de Vistilia statuere. Et lib. 12, Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat.

De re aliqua statuere. Plin. epist. 98.

Statuere de se, Est sibiipsi mortem afferre, non expectata principis damnatione. Tacit. libro 5 Eorum, qui de se statuebant, humabantur corpora, manebant testamenta, pretium festinandi. Idem libro 12. Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat, id est damnandi.

Documentum statuere ne. Cic. ad Brutum, 15, Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum seueras, neque tam vlciscendi causa, quàm vt & in præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem nequis talem amentiam vellet imitari.

Ex dignitate statuere. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8, Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse, & vt spero, statues ex nostra dignitate.

Exemplum statuere in homine, Idem quod Edere exemplum, Vide EXEMPLVM. Cic. 4. Verr. Terent. in Prol. Heaut.

Exemplum statuite in me, vt adolescentuli, &c.

Exemplum in aliquem statuere. Cic. 5 Verr. In quos aliquid exempli Pop. Roman. statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quæris?

Statui te exemplum impudenti, date pudori præmium. Plautus Rudent. 16.

Exilium in aliquem statuere. Tacit. lib. 5.

Finem aliquem statuere. Cicero ad Domitium, libro 6. 22, Sed quum consilij tui bene fortitérque suscepti, cum tibi finem statueris.

Finem statuit cupidinis atque timoris. Lucr. lib. 6.

In aliquem statuere. Cæsar 1. belli Gall. lib. 1. Diuitiacus Cæsarem complecti, multis cum lachrymis obsecrare, nequid grauius in fratrem statueret.

Æquabile ius in omnibus statuere. Author ad Heren. lib. 3.

Ius actioni statuere. Cicero ad Trebat. lib. 7. 12, Quod ius statues communi diuidendo, cùm commune nihil possit esse apud eos qui omnia voluptate sua metiuntur.

Legem sibi statuere. Cic. 5. Verrin. Ego in isto reo legem hanc Iudices, mihi statuo, viuendum ita esse vt isti non modò factis, dictísque omnibus, sed etiam oris, oculorúmque illa contumacia, ac superbia quam videtis, dissimilimus esse ac semper fuisse videar.

Locum colloquio statuere. Liu. 8. bel. Pun.

Mercedem statuere. Brutus Cic. in epist. ad eundem, 16.

Modum statuere alienæ industriæ. Cic. 1. de Finib. Sin laboramus, quis est qui alienæ modum statuat industriæ?

Modum statuit natura cupidinibus. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Statuere ne. Cic. 2. Philipp. Statuitúrque ne post M. Brutum Proconsulem sit Creta prouincia.

Pretium statuere. Liu. 1. bell. Maced. Terent. in Prol. Heaut.

Si nunquam auarè pretium statui arti meæ.

Statuere quanti. Cic. 7. Verr. Primùm insimulatio est repentina, capitalis atque inuidiosi criminis: Statuíte quanti hoc putetis, & quàm multo redemisse.

Statuere enim qui sit sapiens, vel maximè videtur esse sapientis. Cic. 4. Acad.

Statuere statuam alicui. Plinius lib. 18. cap. 3.

Stipendium alicui statuere de publico. Liu. 1. ab Vrbe.

Triste aliquod statuere. Aliquod supplicium. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 2.

Ante oculos statuere. Cic. 1. de Orat. Vel si causam ageres militis, parrem eius, vt soles, dicendo à mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esset filium, flénsque eum Centumuiris commendasset.

Statuere, Firmare, ponere. Plaut. Pseud. 7,

At nunc disturba quas statuisti machinas. Liu. 9. bel. Maced. Tabernacula statuere in foro. Cic. 3 in Catil. Eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato atque, &c.

Aras binas statuit è cæspite, Erexit. Ouid. 7. Meta.

Crateras magnos statuunt. Virg. 1. Æneid.

Templa statuere. Propert. lib. 2. eleg. 7.

Terminos statuere. Liu. 1. bel. Pun.

Tumulum statuere. Virg. 6. Æneid.

Vrbem præclaram statui. Virg. 4. Æneid.

¶ Statuere, Dedicare. Virg. 5 ecloga,

Crateráſque duos statuam tibi pinguis oliui. Id est dedicabo.

Statuere statuam alicui. Cic. pro Sestio, Non dubito quin si modò esset in Repub. Senatus, si maiestas pop. Rom. reuixisset, aliquando statua huic ob Remp. interfecto in foro statueretur.

¶ Statuo, Do esse, quod & constituere dicitur. Cic. 1. de Fin. Statue contrà, aliquem confectum tantis animi corporísque doloribus, &c. Suprà autem dixerat, constituamus aliquem. Budæus.

¶ Statuere, Concutere. Terent. Adelph. 3. 2,

Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat viam.

¶ Statatum est. Cic. Attic. lib. 12. 241, Equidem neque de genere dubito, placet enim mihi Cluatij: neque de re, statutum est enim: de loco nonnunquam.

Iam habeo statutum quid mihi agendum sit. Cic. Sulpit. lib. 4. 2.

Statutus, penultima producta, Participium { τυπτὸς } vt Statuta die, hoc est constituta, & data ac decreta ex conuentione. Liuius 1. bell Macedon.

Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria factitarint. Cic. de Arusp. resp.

Solenne sacrificium & statutum. Cic. 1. Tusc. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido, &c.

Statuti pali, quasi stantes defixi, Id est ita collocati in terram, vt stantes, non transuersi aut obliqui appareant. Varro 1. de Re rustica, capite 14.

Statutum, statuti, penul. prod. neut gen. { τυπωμένον } Decretum, Cic Cornificio, lib. 12. 25, Neque enim statuti quid in tanta perturbatio ne habere potuisti,

Statua, statuæ { αἰδοῖα, ἄγαλμα, ἴδωλον, ξόανον, ἀνδριάς } à Statuo deduci videtur, & est imago quæ alicui vel mortuo vel etiam viuenti antiquitus decernebatur, & in foro aut aliquo loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam: quanquam nonnulli hoc inter se differre putent imagines & statuas: quòd statuæ sint æneæ, eboreæ, lapideæ: imagines, cereæ, & pictæ. Sueton. in Tiberio, cap. 26. Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni prohibuit. Cic. 9. Philip. Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis. Idem 5. Philip. Esque statuam equestrem inauratam in rostris, aut in quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis sententia statui placere.

Statua est Ludijcius, qui quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Ianiculo: cuius ossa postea ex prodigiis, oraculo súmque responsis, Senatus decreto intra vrbem relata, in Volcanali, quod est supra Comitium obruta sunt, supérque ea columna cum ipsius effigie posita est. Festus.

Inaurata statua pallidior. Catul. ad Iuuentium, 76.

Infantes statuas findit Canicula. Horat. 2. Sermon. saty. 5. Hoc est mutas. Acron.

Loricata statua, Vide LORICA.

Mediocris statua, Vide MEDIOCRIS.

Consecrare alicui statuam, Vide CONSECRO.

Decernere statuam, Vide DECERNO.

Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei. Cicero 1. Officior.

Tempestate, vi, & vetustate intereunt statuæ. Cic. 9. Phil.

Statuere statuam alicui. Plin. lib. 18. cap. 3.

Simulachrum, imago & statua. Cic. pro Archia, An quum statuas & imagines non animorum simulachra, sed corporum, studioſe multi summi reliquerunt, &c.

Statuaria, statuariæ, Substantiuum, Ars faciendi statuas. Plinius lib. 35. cap. 12. Laudat & Praxitelem, qui plasticem marrem statuariæ scalpturæque & cælaturæ esse dixit. Idem libro 36. cap. 5, Non omittendum, hanc artem vetustiorem fuisse, quàm picturam, aut staruariam.

Statuarius, statuarij { ἀνδριαντοποιὸς } pro statuarum artifice & sculptore ponitur à Quintil. lib. 5. cap. 12. Et apud Plin. lib. 34. cap. 7. Quæritur est de antiquis statuariis.

Statuarius, Adiectiuum { ἀνδριαντοποιικὸς } Plin. lib. 34. cap. 7. Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetustam, indicat Hercules ab Euandro sacratus.

Statura, staturæ, pen. prod. { σύστασις } Proprie ipsa corporis qualitas & eminentia aut breuitas. Cic. 5. de Finib. Corporis igitur nostri partes, totáque figura & forma & statura quàm apta ad naturam sit, apparet.

Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Tursecius qua facie fuerit, qua statura. Cic. 2. Philipp.

Apponere formam, speciem, & staturam ad dignitatem. Author ad Herennium, lib. 4.

Commoda statura, Vide COMMODVS.

Noscere figuram & staturam. Cic. 1. Tusc.

¶ Statura arboris. Colum. lib. 5. cap. 5, Producat in tantam staturam quantam permittit agricola. Hoc est crassitudinem & altitudinem. Idem lib. 12. cap. 48, Maturam oliuam in statura factam colymbadem, de muria tollito.

Statumen, pen. prod. staturninis, neut. gen. { κάθεκτ } Id quo fulcitur vitis, vt pali & pedamenta, & quicquid pro munimento accedit. Colum. lib. 4. cap. 16, Quum mensem trigesimum excesserit posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedanda est. Corruptè passim legitur impedienda. Ibidem cap. 2, Duo viduantur statumina. Idem lib. 5. cap. 4.

¶ Statumen, apud Vitruuiũ dicitur quicquid pro strato adiicitur.

¶ Statumina, pro Fixis stipitibus cuiusdam machinæ qua iumenta clausa curantur. Columel. libro 6. cap. 19. Primis autem duobus statuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur.

Statumino, statuminas, penult. corr. { ζεύγνυμι } statuminare, Statuminibus firmare. Plinius lib. 17. cap. 22. Eodem modo vineam statuminato.

Statuminare lapidibus. Plin. lib. 18. cap. 6.

Statuminatio, Verbale. Verbis autem Budæi libet explicare statuminationem & ruderationem Vitruuij in pauimentis: sic igitur scripsit Budæus, Statuminatio, vt hic apparet (librum Vitruuij intelligit) fit lapidibus & cementis libralibus & manualibus sine calce & arena: Ruderatio verò statumini superinducitur cum calce & arena, aut rudere nouo aut rediuiuo, id est ex vetere ædificio sumpto, non nuper effoso, quod constat è cemento vt hic apparet, ad differentiam nuclei qui è testa contusa constat, & tertio loco inducitur. Hæc doctissimi hominis oratio, non tam docet vt intelligamus, quàm manu propè ducit, vt quid ista sint apud Vitruuium penè palpemus. Sic autem Vitruuius ait libro 7, Tunc insuper statuminetur, non minore saxo, quàm quod possit manum implere:

ſtaminibus inductis ruderetur. Et mox, inſuper ex teſta nucleus inducatur, &c.

Status ſtara, ſtatum, & Seatus, huius ſtatus, Vide STO.

STATYELLI, orum. Populi Lyguriæ teſte Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone ea in via, quæ à Genua Placentiam ducit.

STAVRI, Gentes ſunt circa Hyrcanum mare, apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Steatites {στεατίτης} Gemma eſt ſeui oſtentans, quod Græci στέαρ vocant. Plin. lib. VII. cap. 11.

Steatoma {στεάτωμα} Tumor eſt foris in corpore apparens; pinguem intus materiam continens, ſeuo ſimillimam, vnde & nomen accepit nam στέαρ, πῖαρ ſeuum ſignificat. Plin. lib. 26. cap. 14. Eadem & contra Steatomata efficax.

Stega {στέγη} Locus in naui contectus ἀπὸ τῆς στέγης quod eſt tegere. Plaut. in Bacchid. Fortè vt aſſedi in Stega. Hinc Triſtega, τρίστεγα, dicitur pro triplici tabulato. Stegam pro tugurio rectè quoque vſurpes. στέγαζα enim idem eſt, quod tego: στέγη tegumentum. Plautus in Sticho 7 12.

Sine aduocatis, ibidem in cercuro, in ſtega,
In amicitiam, atque in gratiam conuortimus. Stegæ, ſteges, ſine Stega, ſtegæ Græcè, dicitur Latinè Cata, tectum, contignatio. *Eſtiuga.*

STEGNATIA, Ciuitas in Adriatico litore. Strabo lib. 6. E Brundusio verò litus Adriaticum præternauigandi Stegnatia occurrit ciuitas, commune & nauigantibus, & terreſtre iter facientibus ad Barium diuerſorium.

Stegnus, ſtegua, ſtegnum, Strictus. Inde Febres ſtegnæ, quæ & conſtrictæ vocantur. Plin. lib. 23. cap. 7.

Stela, ſtelæ, Græcis στήλη, dicitur columna: ſtructura conſtat aut lapidea, aut cœmentitia, aut latentia. Plin. lib. 6. cap. 29. In altera ſtelæ literis incognitis. Stelæ autem proprie lapideæ pilæ ſuntelæ, in quibus fœdera inſcribi ſolebant, vt omnibus innoteſcerent, & in quibus etiam homines proſcribi ſolebant. Iſocrates in Paneg. circa finem vtitur, & Demoſthenes idem idem. Hodie ſtelæ propriè vocari poſſunt lapideæ cruces, vel huiuſmodi monumenta quæ in militari bus viis extructa videmus, literis interdum inſculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Latinè cippi dicuntur, quales ſuper ſepulchra extruuntur.

Stelephuros, Ortyga, Plantago: herba foliis perpetuò virentibus, ex ſpicatarum genere: Plinius libro 21. cap. 17.

Stelis, larix arbor ex qua viſcus naſcitur. Plin. lib. 16. cap. vltimo.

STELLA Arunculus poeta Patauinus Lepidiſſimus, familia conſulari ortus Violentillam amauit puellam Neapolitanam, quam tandem vxorem duxit. Hæc in deliciis habuit columbam auem dicatam Veneri, quam Stella fleuit defunctam pulchertimo carmine opuſque ipſum columbam inſcripſit. Martial. lib. 12.

Lautigexos habitat facundus Stella penates.

Stella, ſtellæ {ἀστὴρ} A ſtando dicitur: quòd ſtellæ in cœlo ſtare videãtur, cuius innumera exempla apud authores,

Stellam ſignificare ait Arcius capito Lætum & proſperum, authoritatem ſecutus P. Seruilij auguris, quæ ex lamella area adſimilis ſtellæ, locis mauguratis infigatur. Feſtus.

Sunt autem ſtellæ natura flammeæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit. Cic. primo de Natura deorum.

Facilè vincunt magnitudinem terræ ſtellarum globi. Cicero in Somn. Scip.

Traiecto ſtellæ. Cic. 2. de Diuinat. Ita te nec terræ fremitus nec cæli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec traiectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.

Acceſſus ſtellarum, Vide ACCEDO.

Alba ſtella. Horat. 1. Carm. ode 12.

Ardentes ſtellæ. Virg. 4. Æneid.

Aureæ ſtellæ. Senec. Herc. fur. 1.

Caliginoſa ſtella, Vide CALIGO.

Candidæ ſtellæ. Horat. 3. Carm. ode 15.

Comans ſtella. Ouid. 15. Metam.

Crinita ſtella, Vide CRINIS.

Stella diuina. Plautus.

Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotabimus.

Diurnam ſtellam vocat eleganter luciferum, vt heſperum noctiferum vocauit Catullus. Monuit Turnebus.

Gelidæ ſtellæ. Lucret. lib. 6.

Quæ gelidis à ſtellis axis aguntur. Gelidis dixit non propter ſtellas, ſed propter axem, Septentrionalem ſcilicet.

Micantes ſtellæ. Ouid. 7. Metam.

Proterua ſtella canis Icarij. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.

Salubres ſtellæ. Horat. 1. Serm. ſaty. 7.

Vagæ ſtellæ. Lucan. lib. 9.

¶ Agmina ſtellarum cogit Lucifer. Ouid. 2. Metam.

Depulit ſtellas aurora. Ouid. 7. Metam.

Diffugiunt ſtellæ. Ouid. 2. Metam.

Dinumerare ſtellas. Cic. 1. Offic. Etiam ſi dinumerare ſe ſtellas aut mentiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur?

Fixæ ſtellæ. Ouid. 2 Metam.

Dies clarâ fugarat ſtellas, Virg. 5. Æneid.

Sparſa micant ſtellarum lumina cælo. Silius lib. 15.

Acies obtuſa ſtellis. Virg. 1 Georg.

Palantes polo ſtellæ. Virg. 9. Æneid.

Reſtrinxit ſtellas exortus ſol. Lucret. lib. 3.

Cælum voluit ſtellas rapida vertigine. Silius lib. 8.

¶ Stella, pro Sydere ex multis ſtellis compacto. Ouid. lib. 3. Faſt.

Stella Lycaoniam vergit decliuis ad Arcton,

Miluius: hæc illa nocte videnda venit. Miluius autem de quo agit poeta, Hygino & Arato vocatur Olor ſiue Cygnus. Hic habet, vt tradit Hyginus, in capite ſtellam clarè lucentem vnam: in collo alteram pari fulgoreiu vtriſque pennis quinas: ſupra caudam, vnam. Sunt qui Aquilam eſſe putent. ſed & hæc quatuor ſtelliis conſtat. Idem lib. 5. Faſt.

¶ Stella, Piſcis. Plin. lib. 9 cap 60. Præter claros ſapientia authores video mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt. parua admodum caro intus. extra duriore callo. Huic tam igneum ſeruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta aduret, omnem cibum ſtatum peragat.

Stello, ſtellas, {στιλβῶ, ἀστράπτω} ſtellare, Propriè ſtellatum eſt, quum ſplendorem ſuum emittunt. Feſt & ſtellare, lucere ſtellarum in morem. Martial. lib. 2. Et numero ſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. Id eſt, ſtigmatibus multis notatam & inuſtam; quomodo cælum ſtellis. Plin. lib. 37. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.

¶ Stellare, Inuidere, à ſtellione animali, cuius natura eſt inuida. Vide STELLIO.

Stellans, Particip. {ἀστράπτων} Claud. lib. 2 de rap. Proſ.

Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronubaiuxtà

Stellantes nox picta ſinus, Id eſt ſtellarum ſplendore conſpicuos.

Cæli ſtellantis regia. Virg. 7. Æneid.

Fons ſtellans bullis. Plin. lib. 31. cap. 2.

Gemmę ſtellantes, Oculi caudæ pauoninæ, more ſtellarum fulgenter. Ouid. 1. Metam. 22.

Nox ſtellans. Cic. 1. de Diuin.

Cùm clara ſpeciem concreto lumine luna

Abdidit, & ſubitò ſtellanti nocte perempta eſt. Ex poëta.

Olympus ſtellans. Cic. 1. de Diuin.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo. Ex poëta.

Ora ſtellantia Tauri. Ouid. 5. Faſt.

Stellans volatus, Hoc eſt quì à ſtella fit, vel qui ita in cælo conſpicitur, præſertim æſtate ſuper noctem, quaſi à ſtella aliqua volante fiat. Plin. lib. 18. cap. 26. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci verò lampyridas.

Stellatus, pen. prod. Adiectiuum, {ἀστρώεις, κατάστερος} Stellis plenum: proprium cæli epithethon quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam transfertur. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandra animal lacerti figura ſtellatum.

Stellata domus. Claud. lib. 3 de Raptu.

Enſis ſtellatus fuluo iaſpide. Virg. 4. Æneid.

Stellatus, luculenter & eleganter dictum pro inter ſydera relatus, & ſydus factus, ſed græcorum modo, quibus hoc ſignificat κατάστερος, vt qui mediocriter Græcorum literis tinctus eſt, nouit. Cic. 5. Tuſcul. Nec ſtellatus Cepheus, &c.

Stellifer, pen. cor. Adiect. {ἀστροφόρος} Quod fert ſtellas, proprium cæli epitheton. Cic. in Somnio Scip. Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus.

Olympus ſtellifer. Senec. Herc. Oetæo, 15.

Stelliger, pen. corr. Aliud adiect. {ἀστεροφόρος} vt Polus ſtelliger. Stat. 12. Thebaid.

Axis ſtelliger. Stat. 3. Sylu. 3.

Stellatura, ſtellaturæ, pen. prod. Nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas militum diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtulíſſent, capitali pœna affecit. Spartianus in Peſcennino, Nam & Imperator Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit. Budæus.

STELLATINA tribus. Vide TRIBVS.

Stellio, ſtellionis, maſc. gen. {ἀσκαλαβώτης, ἀσκαλαβώτη} Animal lacertæ ſimile tergo circulis quibuſdam depictum, lucentibus guttis ad modum ſtellarum, à Græcis dicitur aſcalabotes: quòd apud eos ἄσκαλαβος circulus eſt. Stelliones, inquit Marcellinus, in nouis domibus cernuntur, fortè ij quos Romanum vulgus *tarentulas* vocat, albas, inno cuas, & puſillis lacertis ſimiles. Stelliones, inquit Barbarus, fraudulẽtiſſima ſunt animalia, phalangiorum fortaſſe genaeris. Plin. lib. 30. ca. 10. Tunicula ſtellionis, quam eodem modo vt anguis exuit, pota, &c. Operæpretium eſt ſcire quomodo præripiatur, quum exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellionum nomen aiunt in maledicum tranſlatũ: Sed eo derelicto, non poteſt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis prefertur. Virg. 4. Georg.

-nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Stellionatus, huius ſtellionatus, pen. prod. m. g. Crimen apud Iuriſconſ. à ſtellione nomen ſumpſit, quod ſit quum aliquid dolo factum eſt: vt ſi quis rem alij obligatam diſſimulata obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit, vel permutauerit, vel in ſolutum dederit, aut ſi quis merces ſuppoſuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit, aut impoſturam fecerit: cuius nulla pœna ordinaria eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat. Hæc ex Vlpiano, De crimine ſtellionatus. l. Stellionatus.

Stemma, ſtemmatis, neut. gener. {στέμμα} Coronamentum quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictum à Græco, quaſi στέφανωμα. στέφω enim corono: & στέφανος corona. Firmicus lib. 4. Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & religioſis ſtemmatibus coronentur.

¶ Stemmata, Imagines maiorum, quæ poni ſolebant in atriis. Martialis, lib. 1. in Poſthumum,

Atria Piſonum ſtabant, cum ſtemmate toto.

Iuuen. Saty. 8 Sueton. in Nerone, cap. 73. Quod in vetere gentilium ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Plin. li. 35. cap. 2. 3. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, vt eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera. Sempérque defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat, populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Hæc Plinius. Polybius rem ſic explicat, Quum apud eos illuſtris vir aliquis ex hac migrauit vita, in funere eum reliquo ornatu in forum ferrut in Roſtra quæ vocantur, interdum ſtans ante omnium oculos, tarò recubans. Circunfuſa autem populi corona, in Roſtra aſcendit filius ſi quem puberem reliquerit, qui fortè adfit: ſin minus, propinquus aliquis

aliquis: & de mortui virtutibus dicit, rebúſque quas is proſperè geſſerit. Eo deinde ſepulto, iuſſíſque factis, mortui imaginem in illuſtriſſimo domus loco ponunt in cellula ligneà conditam. Imago autem perſona eſt ad ſimilitudinem egregiè expreſſa, & forma, & lineamentis. Has imagines & in publicis ferijs aperiunt ornántque magnificè, & quum ex familia clarus aliquis moritur, in funus producunt. Vide imagines maiorum in IMAGO. Saluſtius quoque in Iugurth. non ita procul ab initio, Nam ſæpe, inquit, audiui ego, Qu. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, quum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neque figuram, tãtam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere: neque prius ſedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Iuuenalis etiam Saty. 8,

Totaliceè veteres exornent vndique ceræ
Attia, nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

A proauis demiſſum ſtemma. Stat. 3. Sylu. 3.

¶ Stemma, pro Facinore nonunquam accipitur: quoniam mos erat apud antiquos, vt qui quiequá bene geſſerant, coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur. Martial. lib. 1,

Cæſaris atque Iouis conſer nunc ſtemma iuuentus:
Par onus vt tulerint, altius iſte tulit.

¶ Stemmata, Inſcriptiones ſaxorum. Martial. lib. 10. in Gallum,

Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus. Alij codices rectius habẽt, ſtigmata delet Heros. Senſus eſt, Heros medicus delet triſtia ſaxorum ſtigmata.

STENICLARVS, ciuitas regia Meſſeniorum, in qua regnauit Creſphon. Strabo lib 8.

STENNIO, {στεννώ} Bocatio li. 10. ca 10. filia Phorci, ex mõſtro marino ſuſceptaque debilitas iaterpretatur, Id eſt timoris iuitiũ, quod tantùm mentem debilitat. Stenio rectiùs ſcribitur. Soror fuit Medulæ.

STENTOR, huius ſtentoris, pe. cor. {στέντωρ} vnus fuit è ducibus Græcorum, qui ad Troiam profecti ſunt, cuius tantus erat vocis ſonitus quãtus aliorũ quinquaginta, vt ſcribit Homerus li. 5. Iliad. Iuuen. Sat. 13, Tu miſer exclamas, vt Stentora vincere poſſis.

STEPHANIO, is qui primus togatus ſaltare inſtituit, vitæ diuturnioris fuiſſe commemoratur à Plinio lib. 7. cap. 48.

Stephanitæ vites {στεφανῖται ἄμπελοι} Hoc eſt coronariæ, nempe quæ per ſtamina calamorũ materiis ligatis in orbiculos, gyróſque flectuntur, & materiis ſummiſſis, earundem ſtaminibus per orbem, & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 2, Nec ſolùm quæ iucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, ceu feri debent: vt ſtephanitæ, vt tripedaneæ.

Stephanoma, {στεφάνωμα} idem quod coronamentum, hoc eſt, materia coronarum, id eſt, flores frondéſve, quæ odoris coloriſve gratia coronis ſolent intexi.

Stephanopolis, pe. prod & Stephanopolocos, {στεφανοπώλις} Plin. lib. 35. cap. 12, Armauit in iuuenẽ Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarũ: certandóque imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam: poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona: quæ è nobiliſſimis eius tabulis appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas vendendo ſuſtentauerat pauperratem.

STEPHANVS {στέφανος} Nomen proprium. Latinè verti poteſt coronatà quo Stephanium & Stephaniſcus diminutiuum: à quorum poſteriore fit rurſus aliud diminutiuum Stephanicidium Stephanus diaconus prothomartyr. Lucas in Act. Stephanus, qui de vrbib. ſcripſit.

Sterculius, Vide poſt STERCVS.

Stercus, ſtercoris, penul. correp. neu. gen. {κόπρος, κοπρολιμνοδοκοδιόχοφόδιμος} Plin. lib. 17. cap. 9. Catõ, Stercus vnde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frõdes ilignas, quernáſque. Plaut. Aſin. 9. Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib 2. cap. 6. Vineis emaciatis & aruis optimum ſtercus lupinum præbet. Ibidem cap. 15 De generibus ſtercoris.

Canino ſtercore fœda atria. Iuuenal. ſaty. 14.

Tetrum ſtercus. Lucret. 2.

Color fucatus ſtercore crocodilli. Horat. Epod. 12.

Auferre ſtercus ab ianua, Vide AVFERO.

Iniectum ſtercus. Cic. 1. de Diuin. Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iniectum, &c.

Stercore ſaturare agrum. Colum. lib. 2. cap. 9.

Stercore ſatiarum ſolum. Colum. lib. 2. cap. 10.

Ingerere ſtercus vitibus. Colum. lib. 2. cap. 16.

Noto ſtercus curiæ dici Glauciam. Cic. 3. de Orat.

Stercoreus, Adiect. {κοπρώνης} Plaut. Mil. 4.

-miles meus eſt herus,
Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus periurij, atque adulterij.

Stercoro, ſtercoras, pen. cor. {μιστύω, κοπρίζω,} ſtercotare, Fimum agris fœcunditatis gratia inſpergere. Plin. lib. 18. cap 23. Ager, ſi non ſtercoratur, algeſcit mimiũ ſtercoratus eſt, aduritur. Colum. li. 2. c. 16.

Colere & ſtercorare agrum. Cic. de Senec. At Homerus, qui multis vt mihi videtur, antè ſeculis fuit, Lærtem leniẽtem deſiderium quod capiebat è filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit.

Spiſſius, vel rarius ſtercorare. Colum. lib. 2. cap. 5.

¶ Stercorare, Pinguefacere. Colum. lib. 12. Vicia & faba ſtercorate agrum dicuntur. Idem lib. 17. cap. 9. Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.

Stercoratus, pen. prod. {κοπρισμένος,} Participium, ſiue nomen ex participio, Stercore infectum. Colu. li. 1. cap. 16. Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte quò poſſit omnis ſtercorata colluuies cortis, balineo rúmque, & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere. Idem lib. 2. cap. 11. Stercoratiſſimus locus. Sic apud Catonem, 4.

Ager ſtercoratus. Iabolenus in l. Cùm vſumfructum. §. vltim. D. Quibus modis vſufruct.

Stercoratio, Verbale, {κόπρισις,} Colum. lib 2. cap 16. Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, antè quàm ſarrias, more ſeminãtis, ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Sic Plin. lib. 10. cap. 23.

Modica ſtercoratione terra refoueatur. Colum. lib. 2. ca. 1. ad finẽ.

Stercorarius, Adiect. {κοπρικός,} Quod ad ſtercora pertinet: vt Crates ſtercorariæ. Varro lib. 1. de Re ruſtica.

Stercoroſus, pen. pro. Adiect. {κοπρώδης,} Plenum ſtercore. Colum. lib. 8. cap. 3. Nam plurimũ refert, aquam non eſſe in ea niſi vno loco, quam bibãt, eámque mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitã concitat. Idem lib. 11. cap. 3. Ea quum pingui & ſtercoroſo ſolo poſt idus Februarias ſic obruueris. Cat. de re Ruſt. Locus ſtercoroſiſſimus.

Sterquilinium, Sterquilintj, {κοπρεών, κοπρών,} Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Colum. lib. 1. cap 6, Sterquilinia duo ſint: vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annũ conſeruet: alterũ ex quo vetera vehãtur: ſed vtrunque more piſcinarũ deuexum leni cliuo, & extructũ, pauimẽtóq; ſolũ habeat, ne humorẽ tranſmittãt.

¶ Sterquilinium lenonem vocat Plaut. in Perſa, 12,

-eho lutum lenonium
Commiſtum, eho tu ſterquilinium publicum. Terent. Phorm. 3. 2.

STERCVLIVS Deus apud Macrobium id eſt Saturnus quòd ſtercorandorum agrorum rationem induxerit & docuerit. Plinius Stercutiũ vocat: Stercutius (inquit) Fauni filius, Italiæ rex, ſtercorationis agrorum in Italia inuẽtor, ob id donatus immortalitate. Videndus Lilius Syntag. 1. Hiſtor. deorum.

STEREA, vrbs Græciæ ad Potamum fluuium. Strabo lib. 9.

Stereobata, ſtereobatæ, pen. cor. m. g. Vide SCYLOBATA.

STERE ONTIVM {στερεώντιον} Ptolemæo. lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs: hodie Caſſilium, vulgò *Caſſel.*

Sterilis, & hoc ſterile, penul. cor. {ἄγονος, ἄφορος, ἄτεκνος, ἀτέρμων, στεῖρος} Infœcundus: & fructum non ferens, ſine prole, στεῖρα enim Græcis priuo ſeu careo. Et στειρακὲς, ſterilis. Plin. lib. 10. cap. 60, Sunt autem ſterilia, & mutora: ac minus iucundi ſaporis oua.

Sterilis in gignendo. Plin. lib. 11. cap 39.

Veri ſterilis, Qui verum neſcit. Perſ. ſaty. 5.

¶ Agros ſteriles exurit Sirius. Virg. 3. Æneid.

Amator ſterilis, qui non habet quod det amicæ. Plaut. Truc. 5.

Amator ſterilis. Stat. 3 Sylu. 4.

Arena ſterilis. Virg. 1. Georg.

Auenæ ſteriles. Virg 5. eclog.

Corpora ſterilia ſonitu, Carentia & priuata ſono. Lucret. lib. 2.

Domus ſterilis. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Dos ſterilis, ſine commodo aliquo. l. 4. in fi. D. de pact. dotal.

Februarius ſterilis. Cic. ad Qu. fra. lib. 2. 14.

Herba ſterilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.

Humo ſterili ponere ſemina. Propert. lib. 2. eleg. 12.

Iuuenca ſterilis. Ouid. 5. Faſt.

Manus ſteriles, quæ nihil afferunt. Plaut. in Truc, 4.

Palus ſterilis. Horat. de Arte.

Pax ſterilis. Tacit. lib. 1.

Pecunia ſterilis, Quæ vſuras non parit. l. 3. §. vſuras. D. de contr. tutel. & vtil. act.

Proſpectus ſterilis. Plaut. Mil. 10,

Sterilis hinc proſpectus vſque ad vltimam plateam probè eſt.

Nullum temporis punctum ſterile beneficio. Plin. in Paneg. Quod momentum, quod imò temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude?

Rubigo ſterilis. Horat. 3. Carm. ode 23.

Seculum virtutum ſterile. Tacit. lib. 17.

Syluæ ſteriles. Virg. 2. Georg.

Vacca ſterilis. Virg. 6. Æneid.

Venus ſterilis. Lucret. li. 4, -pater à gnatis ne dulcibus vnquam

Appelleret: & vt ſterili venere exigat æuum.

Vir ſterilis. Catul. de Berecynth. 58.

Sterilus, Adiect. pro ſterilis. Lucret. lib. 2.

Et ſonitu ſterila, & ſucco ieiuna feruntur.

Sterileſco, ſterileſcis {στειρόομαι} ſterileſcere, Sterilem fieri. Plin. lib. 8. ca. 50, Capræ pinguedine ſterileſcunt. Ibidem, cap. 16, Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos, vno minus, ab vno ſterileſcere. Idem li. 7. ca. 15, Sterileſcunt tactæ fruges.

Sterilitas, pen. cor. ſteriliratis {ἀγονία, ἀτεκνία, στείρωσις} Infertilitas, infœcunditas. Cic. 1. de Diuin. Quorum ex habitu atque ex colore cùm ſa lubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnunquam etiam quæ ſit vel ſteriliras agrorum, vel fertilitas futura.

Abolere ſterilitatem fœminarum, Vide ABOLEO.

Annonæ ſterilitas inceſtis hominibus, Vide INCESTO.

Natali & ingenita ſterilitate laborãtes, Vide INGIGNO & NASCOR.

Sterno, ſternis, ſtrauí, ſtratum {στρώννυμι, στορνύω, στορέννυμι, στρωμνύω στρώσιμον, στρωτήρια, στοιμαλίζω} ſternere, Extendere. Valla, Sternimus quidem veſtes humi, ramos arborũ, flores, & multa eiuſmodi: tamen frequentius dicimus, Sterno humum floribus, ramis, veſtibus. Hinc eſt quare dicimus, toros, lectóſq; ſtrauere, & equũ ſternere: non quia ſint diuerſi ſenſus, ſed quia reſoluũtur vt ſit ſternere, verbi gratia, lectos & equos rapetis, idem quod ſternere tapeta lectis & equis.

Sternere equos, Stratis adornare, Liu. 8. bel. Pun.

Sternere lectos, Adornare inſtruere, apparare. Terent. Heaut. 1. 1. Plaut. Pſeud 4,

-ſtrata, lauãque, coctáque omnia vti ſint mihi

Hodie natalis dies eſt. Cic. pro Cluent. Lectum illum genſalem, quẽ biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni expulſa, atque exturbata filia iubet.

Totus ſternitur. Ouid. ad Liuiam.

Triclinia ſternere. Cic. 2. Verr. Publicè ſibi conuiuia parari, ſterni triclinia etiam in foro iubebat. Idem pro Murena, Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia.

Inuenci cæsi strauere terram. Hoc est operuerunt. Virgi. 8. Æneid.
Venti placidi strauerũt æquora. Hoc est plana fecerunt, quę prius intumuerant. Virg. 5. Æneid.
Fama tibi strauit benignum iter. Stat. 12. Thebaid.
Iter argento sternunt. Lucret. lib. 2.
Viam strauit per mare. Lucret. lib. 3.
¶Sternere, Deiicere, & quasi in terram extendere, vnde etiam pro occidere sumitur. Liuius 7 ab vrbe, Hunc imitare miles, aiebat, & circa iacentem ducem sterne Gallorum cateruas. Idem 7. bel. Pun. Fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim. Idem 1. ab Vrbe, Stratis ariete muris.
Corpore toto sternitur in vultus. Stat. 12. Thebaid.
Humi sternere aliquem. Horat. 4. Carm. ode 14.
Pronum humi sternere. Ouid. 2 Metam.
Terræ sternitur toto proiectus corpore. Virg. 11. Æneid.
Aciem sternere, Vide ACIES.
Viros sternere cæde. Virg. 10. Æneid.
Torrens rapidus sternit agros, sternit sata læta boúmque labores. Virgil. 2. Æneid.
Pauor humilis strauit corda mortalia. Virg. 1. Georg.
Exitio grauis sternere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 16.
Sternere omnia ferro. Liu. 4. bel. Pun.
Hostiliter sternit omnes. Ouid 11. Metam.
Ictu sternere aliquem. Seneca Medea, 8.
Sternere locum saxis. Liu. 9. ab Vrbe,
Morti sternere aliquem. Virg. 12. Æneid.
Pecus ferro strauit Aiax. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Segetes sternuntur. Ouid. 1. Metam.
Sternitur omne solum iaculis. Virg. 9. Æneid.
Telo præcipitem sternere. Silius lib. 4.
Vulnere sterni. Virg 10. Æneid.
Sternere se somno, pro Ad iacendum se collocare, vt quiescamus. Virg. 4. Georg. Liu. bell. Maced. Pars in iuueniles lusus, lasciuiámque versi, pars veícentes sub vmbra, quidam somno etiam strati.

Stratus, Particip. {στρωτὸς, ἐστρωμένος} Virg. 1. Æneid.
-stratóque super discumbitur ostro.
¶Stratus ad pedes alicuius. Cic. ad Att. lib. 10. 195.
Æquor stratum siler. Virg. 9. eclog.
Iter militari labore stratum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Lapis stratus. Paulus in l. Si prius §. j. D. de aqua pluu. arcend. Placuit, non aliàs per lapidem aquam duci posse, nisi hoc in seruitute constituenda nominatim comprehensum sit. non enim consuetudinis est, vt qui aquam habeat, per lapidem stratum ducat.
¶Lectus lepidè stratus, Vide LECTVS.
Poma passim strata iacent. Virgil. 7. eclog.
Via strata. Liu. 8. Vrbe, Facto iudicio viua sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa Scelerato campo.
Vites stratæ, quæ & constratæ. Colum. lib. 5. cap. 4. Vltima est conditio strataru vitium, quæ ab enata stirpe confestim velut proiectæ per humum porriguntur.
Vnda strata æqualiter. Ouid. epist. 7.

Stratum, strati, {στρῶμα, στρωμνή,} Substantiuum, Id quod stratum est, super quod quiescendum sit: vt culmi, equis super quibus dormiant strata dicuntur: lectus item homini paratus, stratum dici potest. Plin. lib. 10, ca. 59. Oua pauonis nisi molli strato excepta franguntur. Colum. lib. 11. cap. 2. Nec cubiculis modò, aut exedris, sed stratis etiam, similibúsque per ordinem committunt.
Dura strata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Mollia strata lecti. Lucret. lib. 4.
Picta strata. Ouid. 8. Metam.
Corpus corripere è stratis. Virg. 3. Æneid.
Excita stratis iuuentus. Lucan. lib. 1.
Exilire stratis. Ouid. 5. Metam.
Incubare stratis. Virg. 4. Æneid.
Alto strato recondidit caput. Ouid. 11. Metam.
Reponere membra stratis. Virg. 4. Æneid.
Surgere strato. Virg 3 Æneid.
Viarum strata. Virg. 1. Æneid. viæ stratæ.
¶Stratum pro operimento equorum. Senec. epist. 81. Equum empturus soloi iubet stratum: detrahit vestimẽta seruis vænalibus. Plin. lib. 7. ca. 56. Frænos & strata equorũ, Pelethronium inuenisse dicunt.

Stratura, straturæ, pen. prod. Sueton. in Claudio. ca. 24. Quæstorum collegio pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit. Id est pro cura sternendarum viarum.
Stratura, Aliter. Pallad. in Nouembri, cap. pen. Colymbades oliuæ fiunt sic: Alternis craribus oliuarum pulegium spargis, & mel, & acetum, & sales modicè, stratura intercedente, suffundis. Item sternes oliuas supra surculos fœniculi, &c. Per stratura intelligit, vn lict, ou vne couche d'oliues estendues. Colum. lib. 12. cap. 48. ad finem, Maturam oliuam in stratura factam Colymbadem, de muria tollito. Quo in loco omnes quotquot vidi codices habent statura, sed corruptè. Paulo autè dixerat, alterna tabulata oliuarum & salis.

Sternax, huius sternacis, pen. prod. {ἱππομαχικὸς} Adiect. Equus sternax, qui facilè sternit sedentem. Virgil. 12. Æneid. 73. Seruius.

Sternuo, sternuis, sternui, sternutum, pen. prod. {πτάρω, πτάρνυμι, πτάρνυμαι} sternuere, Flatum è pectore exurgentem cum capitis concussione emittere. Plin. lib. 7. cap. 6, Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum. Idem lib. 28. cap. 6, Theophrastus senes laborioſius sternuere dicit. Properr. lib. 2. eleg. 3.
Num tibi nascenti, primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen Amor?

Sternuto, sternutas, pen. prod. {πτάρνυμι} sternutare, Frequent. Plin. lib. 19. cap. 3, Capra sternutante. Idem lib. 28. cap. 8, Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternuter.

Sternutatio, Verbale {πτάρμος.}

Sternutamentum, sternutamenti, Idem {πτάρμος} Plin. lib 28. cap. 2, Cur

sternutamentis salutamur? Idem lib. 20. cap. 12, Semen tritum & haustum naribus sternutamenta mouet. Cic. 2. de Diuinat. Quæ si tuscipiamus, pedis offensio nobis & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. Gellius libro 12. cap. 5, Quum sternutamentis quatiatur.
Euocare sternutamenta. Cels. lib. 3. cap. 30.
Proritare sternutamenta. Scribon. Largus 10, Proritat sternutamentum etiam per se contusum & iniectum veratrum album.
Salurare sternutamentum. Celsus lib. 2. cap. 8.
¶Sternutamentum, Medicamentum sternutationẽ euocans. Plin. lib. 25. cap. vltimo, Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternutamentum est.

STEROPES, steropis, pen. cor. {στεροπὴς} vnus ex Vulcani malleatoribus ministris, à fulgure nomen habens. Virgil. 8. Æneidos, Bruntésque Steropésque & nudus membra Pyracmon.

STEROPE, es, penult. cor. {στεροπὴ} Suidæ, Atlantis filia vna Pleiadum, quam nonnulli Asteropen vocant, Vide in dictionibus CYCLOPS & PLEIADES.

STEROTA, Dorylai regis Cretentium fuit. Strabo lib. 10.

Sterquilinium, Vide STERCVS.

Sterrhogonia {στερῤῥογονία} Genus thuris quod Latini masculum dicunt à solidítate: στερρὸν enim Græci solidum dicunt.

Sterto, stertis, stertui {ἐρέγχω} stertere, Dormire, siue dormiendo ronchos emittere, in malum ferè semper sumitur. Terentius in Eunucho 5. 9,
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctésque & dies. Pers. Sat. 3,
Stertimus indomitum quod despumate falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur vmbra. Cic. 2. de Diuinat. Et quum stertentem aliquem viderint. Idem 4. Acad. Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. Iuuenal. Saty. 1, Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.
Supinus stertit. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Vigilans stertis. Lucret. lib 3.
Diem totum stertere. Horat. 1. Serm. saty. 3.

STESICHORVS, pen. cor. {στησίχορος} Nomen poëtæ ex Himera Siciliæ vrbe, ex qua Himereus est dictus. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex Palantio Arcadiæ oppido. Horuit trigesimaseptima Olympiade, sextáque & quinquagesima obiit. Fertur luscíniam aliquando in ore Steſichori infantis cecinisse, mirabili auspicio, summum eum poëtam futurum: & cantus suauitate omnes qui ante eum fuerunt, superaturum. Horatius 4. Carm. ode 9, Steſichorúsque graues camœnæ. Fuit enim excellentissimus lyricus: à quo Steſichorium carmen dictum. Ideò autem dictus est Steſichorus, quòd primus saltare ad citharam instituit, hoc est chorcam ducere. Antè Tisias vocabatur. Fratrem habuit Mamertinum, optimum Geometram. Dicitur & scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo exoculatum fuisse, rursúsque ob palinodiam visum recuperasse. Vide Quintil. lib. 10. cap. 1.

Steſichorites, {στησιχορίτης} in talis numerus est octonarius, ita dictus, teste Polluce à Steſichori poëtæ sepulchro quod omnibus suis partibus octonis constaret angulis videlicet columnis & gradibus.

Steſichorius. Alexander Alexandrinus lib. 3. ca. 21, Taxillorum ludus ex octo punctis, vel figuris constabat, inter quos vnus Steſichorus nomine, hoc est, octonarius, præcipuus erat.

STESICLEA, mulier fuit insigni forma miráque venustate prædita, quæ quum à Themistocle, & Aristide adamaretur, causa fuit dissidij inter duos præstantissimos duces. Plutarchus in Themistocle.

STESIMBROTVS, penultima correpta, {στησίμβροτος} vel vt alij volunt Steſibrotus {στησίβροτος} historicus fuit Tarsensis, qui Simonis Athenienſium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho in vita Cimonis. Steſimbrotus alius fuit Epaminondæ filius, à suo patre interfectus, quod quum Lacedæmonius ipso inconsulto manum conseruisset, etiam si specio ſissimam ex eo prælio victoriam reportasset. Plutarchus in Paralellis.

STHENELVS, pen. cor. {σθένελος} Capanei & Euadnes filius in bello Troiano, cuius meminit Homerus & Virgil. Æneid. 2,
Theſsandrus, Sthenelecúsque duces, & ditus Vlysses. Fuit & alter eiusdem nominis, quem in cõcione Agamemnonis refert Homerus Perſei filium fuisse ex Andromeda coniuge.
Sciens pugnæ Sthelenus. Horatius primo carmin. ode 15. Idem 4. Carminum ode 9,
-non pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelúsve solus
Dicenda Musis prælia.

Sthenelеius. Adiect. {σθενελεῖος} Ouid. epist. 9,
Quem non mille feræ, quem non Sthenelеius hostis,
Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.
Proles Sthenelеia Cyenus. Ouid. 2. Metam.

STHENIO, {σθενὼ} fuit vna ex filiabus Phorci, & belluæ matrinæ, Medusæ sorot. Vide in dictione GORGONES.

STHENOBOEA, {σθενόβοια} vxor Proti regis Argiuorum. De qua in dictione BELLEROPHONTES.

Stibadium, stibadij {στιβάδιον} accipitur pro sella & abaco, quo fulti discumbunt conuiuæ: quod primò herbidum fuit, postea verò inualescente luxuria, marmoreum. Hic torus rectius appellabatur, quando à tortis herbis inflectatur. nam apud Græcos stibades, herbæ sunt aptæ ad discumbendum. Hinc stibadion, cubile ex stibade herba constructum. Plin. lib. 5. epist 101, In capite stibadum candido marmore vitæ protegitur.
Stibadia, vt alij volunt, paruæ cœnationes erant, in quibus scriptũ esse solebat quot conuiuas cœnatio caperet. De quo titulus est apud Martialem lib. 14,
Accipe lunata scriptum testudine signum,
Octo capit: veniat quisquis amicus erit.
Fiebant etiam stibadia in tabulis quæ ebore atque auro ornabantur, tràsferebantúrq; de loco ad locum, prout libido animi ferebat.

De hoc

De hoc Martialis libro 9,
Et testitudineum mensus quater hexaclinon, &c. Hexaclinon vocat stibadium sex capiens conuiuas. Ex Sipontino.

Stibium, stibij: siue stibi absolutè, {στίμμι} Spumosus lapis, candicans & nitens: qui in argenti metallis inuenitur, & apud antiquos ad medicinæ vsum plurimum valuit: nunc autem corruptis moribus paulatim ad formæ mulierum lenocinium concessit, vnde γυναικεῖον, id est muliebre ornamentum dici cœptum est. Plinius lib. 33. cap. 6, In isdem argenti metallis inuenitur vt propriè dicamus, spumæ lapis candidæ, nitentísque, non tamen transluscentis, stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbasum, vulgò *Antimonium* appellatum.

Strica, vina dulcia facit. Est stica vua, quam nos *Apianam* appellamus. Plin. lib. 14. cap. 9.

Stigma, stigmatis, penult. correp. neutri generis {στίγμα} Macula, punctum. Nota siue signum quo quis inuritur, ab στίζω, pungo. Martialis libro 6,
Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. Plin. scribit stigmata deleri columbino fimo. Martial. lib 12,
Frons hæc stigmate non meo notanda est.
Dignus stigmate. Iuuen. Saty. 10.
Stigmata alicui inscribere. Seneca lib. 4. de Benefic. Philippus ita exarsit, vt statim Pausaniæ mandaret, vt impro bissimo hospiti stigmata inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui non inscriberentur illæ literæ, sed insculperentur.
Stigmata militum, Qui militiæ erant adscripti, in eorum manibus stigmata notabantur, vt scribit Aëtius. Veget. lib. 1, Sed non statim punctis signorum scribendus est tiro delectus. Et lib. 2, Nam victuris in cute punctis milites scripti & matriculis inserti iurare solent. Idem & Fabricenſibus fiebat. Iustinianus, Arcad. & Honorius: stigmata, hoc est notæ publicæ fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligantur, vt hoc saltem modo possint latitantes agnosci. Turnebus.
¶Stigma, per trãslationem pro Sigillatione & infamia. Suetonius in Iulio cap 73. Valerium Catullum, à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata impoſita non dissimulauerat, satisfacientem, eadem die adhibuit cœnæ: hospitióque patris eius, sicut consuerat, vti perseuerauerit.
Tristia saxorum stigmata delere. Martial. lib. 10. in Gallum.

Stigmatias, stigmatiæ {στιγματίας} seruus compũctus notis Threyciis. Cic. de Offic. Barbarus stigmatias.

Stigmaricus, penul. cor. {στιγματικὸς} Adiectiuum, Famosus & nocens, qui nota aliqua adustus est, vt semper appareat. Cic. scribit Alexandrum Phereum, quum ad vxorem in cubiculũ veniret, solitum præmittere stigmaticum seruum compunctum notis Thracius, districto gladio ob metum. Eius verba sunt hæc lib. 1. Offic. O miserum qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quàm coniugem. Exemplar vetus legit Stigmatiam.

Stigmosus, penultima producta, aliud Adiectiuum. {στιγματίδης} Idem. Plinius iunior libro 1. epist. 5. ad Voconium. In quo Rusticum iniectatur, atque eriam Stoicorum simiam appellat, adiicit Vitellnaa ei catrice Stigmosum.

Stigo, stigas, stigare, Stimulare, irritare, à quo instigo, castigo, fustigo.

STILBO, stilbonis, Philosophus, qui capta patria, amissis liberis & vxore, quum ex incendio solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab exitio vrbium Poliorcetes fuit) nunquid perdidisset, Omnia (inquit) mea bona mecum sunt. Quo dicto dubitare Demetrium coegit an vicisset, Nihil (inquit) perdidi, Omnia enim mea mecum sunt: videlicet virtutes, quas nulla vis hostilis eripere quieuit, quibus sapiens septus, nullum potest subire dispendium.

STILBO, Is qui Diodorum dialecticum pudore mori coegit, dum ei lusorias quæstiones obiiceret. Plin. lib. 7. cap. 53.

STILBON, stilbontis {στίλβων} Mercurij stella dicitur: id est radians. Fit à verbo Græco στίλβω, resplendeo, quòd eius orbis splendeat. Cic. 2. de Natura deorum, Infra autem hanc stella Mercurij est, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente, figniferum luſtrat orbem: neque à sole longius vnquam vnius signi interuallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens.

STILICO, penultima corrupta {στιλίκων} Honorij imperatoris socer, & Occidentis administrator, multis laudibus à Claudiano poeta celebratus.
Bellipotens Stilico, Claud 6. Paneg.
Magnanimi virtus Stiliconis. Claud. 1. in Ruffinum.
Pulcher Stilico. Claud. 4 Paneg.

Stiliconius, Adiect. {στιλικώνιος} Claud. de Nupt. Honorij. Agnoscat famulum virgo Stiliconia Pontum.

Stilla, stillæ {στακτὸν, σταλαγμὸς ὑγροῦ, νοτὶς} Diminutiuum à Stiria, vt ait Festus, accipitur pro gutta: vt stilla olei, stilla aquæ. Apuleius, Et sanguinis eruptionem ventriculo admoto, excipit diligenter, vt nulla stilla compareat vsquam. Vitruius lib. 2, Fastigia facientes, luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant, per id stillæ decidunt in impluuium. Plin. lib. 29. ca. 4, Ex eo quum opus sit ternis stillis additis in oleum.

Stillicidium, stillicidij {στακτὸν} Quasi stillarum cadium, quòd guttatim cadat, vbi è tectis gutiæ fluunt. Cicero primo de Legibus, Quamobrem quò me vocas, aut quid hortaris? vt libellos conficiam de stillicidiorum, ac de parietum iure? Plinius libro 17. capite 12, Stillicidij breuis definitio est. Omnium quæ proiectu frondis ita diffunduntur, vt per ipsas non desluant imbres, stilla fœua est. Ibidem, Stillicidia primus, quercus, illicis ponderosissima.

Stillo, stillas {στάζω, λοιβάζω, στακτίζω, διαστάζω, νοτίζω, συσταλάζω, διαβάπτω} stillare, Guttatim fluere. Martial. lib. 1,
Viuebant laceri membris stillantibus artus. Plin. lib. 28. cap. 7, Et

contra morsum eiusdem bibitur, stillaturus.
Stillare lachrymam, & lachryma in ablatiuo. Plinius lib. 12. cap. 13, Africa Ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis. Idem, Frutex est resina stillans.
Arbor stillauit sanguineis roribus. Lucan. lib. 7.
Coma stillabat Tyrio rore. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Dies stillat plumis. Stat. 3. Thebaid.
Cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
Et plumis stillare diem? De cycnis loquitur qui in aëre ab aquilis discerpebantur, quorúmque plumæ & sanguis in terras defluebant.
Stillare cùm accusandi casu. Horat. de Arte,
-etiam stillabit amicis
Ex oculis rorẽ. Id est, Illachrimabit, gaudere se simulãs. Lambinus.
In aurem stillare. Iuuen. Saty. 3, Id est alicui alium clanculum noxiis mendaciis traducere.

Stillans, Participium, {σταλάζων} vt Culter stillans sanguine. Ouidius 2. Fastorum.
Pugio stillans. Cicero 2. Philipp. Ille qui stillantem per se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur.
Sydera stillantia sanguine. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Stillatus, penul. produ. aliud Participium, {ἐσταλαγμένος} Ouidius 2. Metamorphoseos,
Inde fluunt lachrymæ, stillatáque sole rigescunt
De ramis electra nouis.
Stillatio, Verbale {στάλαξις} Ipse stillandi actus.

Stillaritius, Adiect. {στακτικὸς} vt Resina stillatitia. Plin. lib. 16. cap. 11, Eadem resina si cum aqua leuius decoquatur colectúrque, ruffo colore lentescit, ac stillatitia vocatur.

Stilobatæ. Vide STYLOBATAE.

STILPO {στίλπων} Megarensis philosophus, tempore primi Ptolemæi discipulus Pasicles Thebani, præfuit scholæ Megarensi, scripsit dialogos non minus viginti. Author Suidas. De hoc Cic. in lib. de Fato 15. Laërtius lib. 2.

Stilus, Vide STYLVS.

STIMICON, penult. correp. Proprium pastoris cuiusdam, apud Virgilium eclog. 5,
Et ista iampridem Stimicon laudauit carmina nobis.

Stimmi, Indeclinabile nomen. Idem quod stibium, Vide STIBIVM.

Stimulus, stimuli, penultima correpta, masculini generis. {κέντρον, βέλεμνον} Propriè dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boues suppungunt. Plaut. Truc. 16,
-si stimulos pugnis
Cædis, manibus plus dolet. Idem Aulul. 4.
Si hodie herelè fustem ceperis, aut stimulum in manum, &c.
¶Stimulus, per trans lationem, quicquid nos pungit: & à quo vexamur. Plaut. Truc. 17.
-næ ista stimulum longè habet, quæ vsque illinc
Cor pungit meum. Cic. 2. Tusc. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus libebit.
Veneris stimuli. Lucret. lib. 4.
Acres stimuli, Vide ACER, Adiectiuum.
Aerrores stimuli. Tacit. lib. 17.
Accensæ stimulis maioribus iræ. Stat. 11. Thebaid.
Addere stimulos, Vide ADDO.
Adhibere stimulos, Vide ADHIBEO.
Adigere stimulos. Senec. epist. 71, Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, vbi illis stimulos adegit dolor, excitentur.
Adiicere stimulos, Vide ADDICIO.
Admouere alicui stimulos. Cic. pro Sestio, Hic ego quid prædicem, quibus his rebus Consulem ad rem gerendam excitarit, quos stimulos admouerit homini?
Agitatus stimulis amoris. Ouid. 2. Fast.
Auertere stimulos cæci amoris. Virg. 3. Georg.
Cæcos stimulos condidit in pectore, id est, furores occultos. Ouid. 1. Metam.
Dare stimulos laudum, Exhortari ad laudes. Stat. 1. Achil.
Iuuidiæ stimulo mentes Patrum fodit Saturnia. Silius lib. 7.
Frangere stimulos nequitiæ. Impetum fœmineum compescere. Propert. lib. 3. eleg. 19.
Haud mollibus stimulis incitat iras. Virgil. 11. Æneid.
Mouere acres stimulos irarum. Lucan. lib. 2.
Parce puer stimulis & fortius vtere loris. Ouid. 2. Met.
Subiectare stimulos lasso. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Cæcus aliquis stimulos subest cordi. Lucret. lib. 3.
Suffigere nouos stimulos dolori. Occultè infigere. Senec. Thebaid. 1.
Verere stimulos sub pectore alicui. Virg. 6. Æneid.
Stimulorum seges apud Plautum in Aulularia esse videtur, in qua velut segere se stimuli cædenda & verberanda, vt in segete se messores exercent. Turnebus.

Stimulo, stimulas, pen. cor. {κεντέω, κεντίζω, πορφύξω, παρορμάω,} stimulare, Pungere, agere, commouere, incitare. Plaut. Ciſtel. 5.
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in armoris rota. Terent. Heaut. 2. 1.
Magis me nunc amicæ dicta stimulant,
Da mihi, atque affer mihi.
Currum stimulare. Silius lib 16 Curium pro equis dixit.
Verbere caudæ stimulauit se leo. Lucan. lib. 1.
Stimulare ad arma Liu. 1. ab Vrbe.
Accendere & stimulare. Liu. 5. bel Pun.
Stimulare & incitare. Liu 3. ab Vrbe.
Stimulare ac pungere. Cic. pro Roscio Amer.
Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies mortésque stimulati

ac pungit,vt euellatis postulat.
Iras functas stimulauimus,id est Compositam litem, & sopitam iracundiam iterum concitauimus. Stat.12. Thebaid.
Stimulat me solitudo. Cic.ad Att.lib.12.240.

Stimulatus,pen.pro.Participium,{κεντηθείς,} vt
Rabie furenti stimulatus animus. Catul.de Berecinth.58.
Iurgia stimulata vino. Ouid.1.de Arte.

Stimulatio,Verb.{κεντησμός,}Pli.lib.35.ca.2. Et erat hęc stimulatio summa & ingens,exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triũphum. Vetus codex legit,Et erat hęc stimulatio ingens,exprobrantibus,&c.

Stimulator,pen.pro.{κέντωρ,κεντήστωρ,} Aliud verbale, m.g. Cic.pro Domo sua,Si in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator & concitator tu fuisti.

Stimulatrix,pen.prod.stimulatricis,Verbale,fœm.g.{κέντειρα,} Plaut. Mostel.4.
-vt veneficæ illi
Fauces prehendam,atque enicem scelestam stimulatricem.

Stimuleus, Adiectiuum.{κέντρεως,} vt Supplicium stimuleum. Plaut. Milit.9.
-nisi tibi supplicium stimuleum deditur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum. Id est,cruciatus multis stimulis infligitur.

Stingo,stingis,vel stinguo,stinguis, stinxi, stinctum, {σβεννύω} stinguere,Idem quod extinguere. Cic.in Prognost.
Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguntur radij cæca caligine tecti. Lucret.lib.2,
-vt cernere possis
Euanescere paulatim,stinguique colorem. Idem lib.4,
Vt bibere in somnis sitiens quum quærit,& humor
Non datur,ardorem qui membris stinguere possit.

Stipa, Vide STVPA.

Stipator, Vide STIPO.

Stipendium,stipendij {μισθοφορά, μισθοφορία, ὀψώνιον, στράτειον} Æs militare,seu præmium quod militibus datur. Varro de vita Populi Romani, Stipendium appellabatur æs quod militi semestre aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam,ære diruus esset. Compositum nomen ex stipe,& pendo, quasi stips ponderata sit. Vlpianus,De verborum signific.l.Ager. Stipendium,à stipe appellarum est,quòd per stipes,id est modica æra colligatur. Plau. Epid.2, In singulis stipendiis ad hostes exuuias dabit. Plinius lib.33.cap.3, Quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores,libripendes dicuntur. Horat. Epod.17, Quæ finis aut quod me manet stipendium?
Stipendiis duobus. Plin.lib.7.cap.28.
Castrensia stipendia, Vide CASTRVM.
Accipere stipendium, Vide ACCIPIO.
Afficere stipendio. Cic.pro Corn. Balbo, Idem in angustiis ærarij victorem exercitum stipendio affecit. Vide AFFICIO.
Capere stipendium, Vide CAPIO.
Cogere stipendium, Vide COGO.
Conferre stipendium, Vide CONFERO.
Confectis stipendiis. Cic. pro lege Manilia, Partem militum, qui iam stipendiis confectis erant, dimisit.
Constituere stipendium militi. Quint.lib.3 cap.8.
Decernere triumphum alicui, ac stipendium, & cum decretis omnibus ornare. Brutus ad Attic. in epist. ad Brutum. Et Lent. lib.1.7, Stipendium Cæsari decretum est.
Dependere stipendium. Cæs.1.de bell.Gal.
Emerita stipendia ambitionis. Cic.de Senect. Attilla, quanti sunt, animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarũ, cupiditatum omnium, secum esse, secúmque, vt dicitur, viuere?
Explere stipendia. Tacit.lib.3.
Facere stipendia pedibus. Liu.lib.3 ab Vrbe, Vide FACIO.
Equis se stipendia facturos promittunt. Liu.lib.5.ab Vrbe.
Qui pedestri stipendia feciſſet. Liu.lib.7.ab Vrbe.
Opulenta ac ditia stipendia facere. Liu. Decad.3.lib.1.in oratione Annibalis, Ad milites.
Imbui stipendiis castrensibus, Vide IMBVO.
Imponere stipendium, Vide IMPONO.
Merceri stipendia. Cic.pro Cælio, Quum Asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur. Et pro Murena, Merere stipendia in bello, Vide MEREO.
Metiri stipendium, Vide METIOR.
Numerare stipendium. Cic.in Pisonem, Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palàm propositis esse numeratum?
Pendere stipendium. Liu.lib.2.
Persoluere stipendium, Vide PER SOLVO.
Remittere stipendium. Cæs.1.de bel.Gal.

Stipendialis,& hoc stipendiale,pen.prod. {μισθοφορικός} Quod pertinet ad stipendium. Sidonius, Possit fœdere sub stipendiali.

Stipendiarius, Adiectiuum {μισθοφόρος, ὑποτακτικός} Tributarius, qui soluendo stipendio obnoxius est, qui alio nomine vectigalis dicitur. Vnde multi populi stipendiarij Reip. Romanæ dicebantur, hoc est soluebant stipendium. Cæsar in Comment.lib.1, Reliquáque ciuitates stipendiarias haberent. Sic.lib.7.belli Gal.33, Ne stipendiariis Heduorum expugnatis,cuncta Gallia deficeret. Plin.lib.3.cap.3. Cic. 1.Verr.Socij,stipendiariíque Pop.Rom.afflicti,miseri. Sic pro Corn. Balbo, Quæ pateãt stipendiariis, pateãt hostibus. Plin.lib.5.cap.4, Stipendiarium oppidum.
Stipendiarium vectigal,Id est certum. Cic.5.Verr. Inter Siciliam cæteráque prouincias Iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quòd cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur,&c. aut censoria locatio constituta est.

Stipendiarij,Milites Vegetio dicuntur,qui aliquot iam stipendia habent, tironíque opponit, qui nouellus est: alioquin stipendiarij sunt vectigales,qui pendunt stipendia. Veget. Non tantùm à tironibus, sed à stipendiariis militibus salitio equorum districtè est semper exacta. Annotauit Turnebus.

Stipendiosus,penult.prod.Adiectiuum {μισθοφορικός} Stipendiosos Vegetius vocat ærarios milites siue mercenarios,qui stipẽdia faciunt: quanuis & stipendiosi dicantur, stipendiis pleni: hoc est qui stipendia plurima fecerunt.

Stipendior,stipendiaris {μισθοφορέω,} stipendiari, Stipendium recipere, Pliniuslib. 6. cap.19. Regi eorum peditum sexcenta milia,equitum x x x.milia,elephantorum nouem mil.a,per omnes dies stipendiantur. Id est,stipendia faciunt & merent.

Stipes,stipitis,pen.cor.masc.gen. {μεμαδιωτύπης, στέλεχος} Fustis terræ defixus,vt ait Festus. Cæs.1.bel.Ciuil. Fossas transuersas viis perducit,atque ibi sudes,stipitésque præacutos defigit.
Duri stipites. Virg.7.Æn.
Grauis stipes. Senec.Herc.fur.13.
Inanis stipes. Ouid.de Nuce.
Quernus stipes. Ouid.4.Fast.
Vastus stipes. Senec.Herc.fur.13.
Viridis stipes. Ouid.in Ibin.
Defossus in agro stipes. Ouid 2.Fast.
Ramoso stipite nixus. Ouid.3.Fast.
Nodoso stipite mactare aliquem. Ouid.epist.10.
¶Stipes,per translationem accipitur pro stulto,insulso, & fatuo. Terent. Heaut.5 1,
-in me quiduis harum conuenit,rerum
Quæ sunt dicta in stultum,caudex, stipes,asinus,plumbeus, Cic. in Pisonem,Sed qui tanquam truncus atque stipes,si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum Consulatus.

STIPHANA, lacus in Amasienſum agro,piſcoſus, & variis paſcuis abundans. Strabo lib.12.

STIPHELVS, Vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius à Cœneo interfectus in ea pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commissa est inter Lapithas & Centauros. Ouid.lib.12.Metamorph.
Quinque neci Cœneus dederat Stiphelúmque Bromúmque, &c.

Stipo,stipas,{στείβω,πίεσει πιλῶ,πυκνόω,} stipare, Claudendo coarctare, defarciéque,& quasi stipa siue stupa obturare,quod in nauibus fieri videmus. Alij Stypo malunt scribere,à verbo Græco στύφω, id est obturo,stringo. Virgil.3.Æneid. -stipárque carinis,
Ingens argẽtum,Dodonæósque lebetas. Col.lib 9.cap.13. Quoniam si non sperant ceras omnes liquoribus stipare, fœtibus expleant. Virg.1.Æneid. De apibus. -aut quum liquentia mella
Stipant,& dulci distendunt nectare cellas.
Turba stipat fora. Ouid. ad Pisonem.
¶Stipare,{διφροφορέω,} Circundare aliquem, defendendi illius causa. Cic.pro Murena, Catilinam interea alacrem,atque lætum,stipatum choro iuuentutis,vallatum indicibus atque sicarijs. Idem pro Milone, Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat: non vsitata frequentia stipatij ſumus. Idem 3.Philipp. Senatum stipauerit armatis. Virg.4 Georg.
Ille operum custos:illum admirantur,& omnes
Circunstant fremitu denso,stipántque frequentes.
Cœtus miniſtrũm huc stipantur. Stat.3.Sylu.1.
Caterua magna stipante incessit. Virg 1.Æneid.
Stipare Platona Menandro. Horat. Id est, tanquam stipatorem & comitem Platoni Menandrum adiungere: quòd non philosophandi tantùm causa,sed etiam sermones scribendi in villã secessisset, cùm in sermonibus imitari soleret lepores saléſque Menandri, Eupolidis, Archilochi. Ex Turnebo.

Stipatus,pen.pro.Participium:{πυκνωθείς,} vt Curia stipata verendis patribus. Ouid.3.de Ponto,eleg 1.
Comitum turba stipata est dea. Ouid.3.Metam.
Turba stipata tegebat eam. Virg.11.Æneid.

Stipatio,Verbale,{διφροφορέω,}Cic.pro Sylla,Eius aspectus,concursatio, stipatio, greges hominum perditorum,metum nobis seditionésque afferebant. Plin.lib.10.cap.12. Fessi proferuntur ad primos,ita cæteri stipatione naturali propellunt eos.
Aggressionum, & enthymematum stipatio. Quint.lib.5.cap.14.
Stipatio, multorum hominum multitudo densa & stipata. Plin. iunior lib.4.ep.16.ad Paulinum,Proximè quum dicturus apud Centumuiros essem,adeundi mihi locus,nisi à tribunali,nisi per ipsos iudices non fuit: tanta stipatione cætera tenebantur. *Tant estoit la presse grande.*
Stipator pen.prod.stipatoris.m.g.{σωματικός} Qui in nauibus stipam siue stupam componit,inquit Seruius.

Stipatores {διφυλάκες, σωματικοί} Qui regum vel aliorum corpora custodiunt, à stipe quam accipiebant: vel quòd reges stipent, & undique circundent. Cic.lib.2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis,&c. Idem 5.Verr. Apronius stipatores Venerios secum habebat,ducebat eos circum ciuitates. Idem pro lege Agrar. Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos,stipatores corporis cõstituit,eosdem ministros & satellites potestatis. Festus, Stipatores, ait Verrius, dictos à stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis: vnde stipam,in quam amphoræ,quum extruuntur,formari solent. Idem alio loco, Stipatores corporis custodes, quos antiqui latrones vocabant. Stipatienim ferro circundant corpora regum. Horat.1 Serm.saty.3.

Stipticus,pen.cor. Adiectiuum {στυπτικός} Quod stipat,hoc est obstruit. Plin.lib.22.cap.23, Quæ ex his phœnicium colorẽ habet,radice contrita cuicunque animalium imposita, vlcerum facit stipticam vim. Scribitur & per y psilon,à Græco στύφω Vide STYPTICVS.

Stips,stipis: vel Stipis, huius stipis,f.g.{κέρμα} dicitur pecunia quam antiqui vel in ærarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant ad sustentationẽ vitæ. Plin.epist.161, Eluctatúsque facit

gurgitem

gurgitem, qui lato gremio patefecit purus & vitreus, vt numerare iactas stipes & relucentes calculos possis.
Stipẽ esse nummũ signatũ,testimonio est & id quod datur stipendiũ militi, & cùm spõdetur pecunia, quod stipulari dicitur. Festus.
Mercenariæ stipis ancilla, pro Scorto. Plin.lib.10.cap.63.
Cogere stipem. Cic 2.de Legib.
Colligere stipem, Vide COLLIGO.
Stipem conferre. Vipian.de Collect.illic. Sed renuioribus permittitur stipem menstruam cõferre,dum tamen semel in mense coëant.
Liu.5.ab Vrbe.
Stipem minimã non confert hęc res, Id est fructum. Col.lib.8.ca.1.
Largifica stipe ditantes omnia. Lucret.lib.2.
Focillare miserum parua stipe. Ouid.ad Pisonem.
Parua stipe opes quærere. Ouid.4.Fast.
Stipem spargere. Plin.lib.33.cap.10.

Stipula,stipulæ,pen.corr. {καλάμη} A stipa,siue stupa deducitur: siue quòd stupæ instar vratur, siue quòd ea quoque stipari tectorum rimæ consueuerunt. Calamus est frumenti,puta tritici,hordei & similium,quod scilicet continet spicam. Plin.lib.14. cap.16, Proximum sit è milij semine maturo eum ipsa stipula. Vir.3 ecloga,
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.
Crepitans stipula Ouid.4.Fast.
Fabalis stipula. Ouid.4.Fast.
Leuis stipula. Virg 1 Georg.
Viridis stipula. Virg 1.Georg.
Volantes stipulæ. Virg 1.Georg.
¶Stipula,Quæ remanet in campo,demesso frumento. Terentius Adelph.5 3, -præter hæc
Meridie ipso faciam vt stipulam colligat.

Stipulor,pen.cor.stipularis {ὑπερωτάω,ἀθροίσμενος ἄμμα} stipulari, Verbum iuris est, Postulare sibi promitti aliquid solennibus verbis Cic. 2. de Legib. Si is cui legatum est, stipulatus est idipsum quod legatum est,vt ea pecunia ex stipulatione debeatur. Idem pro Rosc. Comœ. Stipulatus es: vbi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Iurisconſ. Si ita à te stipulatus fuero, Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas quod Titius debuerit. Colu.in Præfa li.10, Fœneris tui Syluine, quod stipulanti spoponderam tibi reliquam pensiunculam percipe.
¶Stipulor, Verbum commune est secundum Prisciani lib.8. quod tam in actiua, quàm in passiua significatione ablatiuo iungitur, Stipulor à te, pro interrogo te, & interrogor à te. Plin.lib.2. epist 11, non ita procul à fine. Nam & rationibus Martiani, & sermone quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse, stipulatúsque de Martiano quinquaginta millia denariorum probabatur. Plaut. Curc.9,
Ibidem erunt seorta exoleta, quíque stipulari solent. Suetonius, in 4.Prætorum, Lætoria (alii legunt Lex prætoria) quæ vetat minorem annis viguntiquinque stipulari. Id est interrogari. Citat & alia Prisciani exempla.
¶Stipulor, verbum est antiquum, quod firmum significabat, hinc Stipulatio dicta, quod promissio stipulando facta firma esse debeat, authore Paulo lib.Sententiarum 5. titulo 8. Vel dicitur Stipulatio à stipe, id est pecunia, authore Varrone libro 2. de ling. Lat. nam propriè de pecunia dicitur, licèt ad alias quoque res referatur.

Stipulator,pen.pro.stipulatoris, Verbale masc.{ὑπερωτητής} Qui per interrogationem obligat promissorem. Cic. pro Quintio, Literæ P. Quintij, testes tot, quibus omnibus causſa iuſtiſſima est cur scire potuerint: nulla cur mentiãtur, quum à stipulatore tuo comparabũtur.

Stipulatio, Verbale, {ὑπερώτησις, συμφωνία} Pomponius in l.Stipulationũ aliæ. D.de verb.oblig. Stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturúmve se quod interrogatus est respondet. Senec. de Benef. lib.3.cap.15. Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret: nec pacta conuentáque impressis ãgmis custodirentur, fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Cic.ad Att.lib.16.336, Etsi nondum stipulationes legeram Idem 1.de Legibus 21. Stipulationum & iudiciorum formulas componam.
Iustinianus Institut. De verbor. obligat. dictam putat stipulationem, quòd stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à stipite deiecndens. Aliqatus putat legendum δόκιμον στυπτ. Sanè stypos truncum & stipitem significat, omnémque arborem duram ac firmam. Omnis autem promissio stipulando facta debet firma esse. Varro tamen lib.4.de ling.Lat.à stipe, id est pecunia, stipulationem dictam mauult. Nam propriè de pecunia dicitur, licèt ad alias res etiam referatur.
Formulas de stipulatione vide in titulo De verborum obligationibus,& titulis sequentibus. DD.
Stipulatio purè concepta. Paulus in l.4. D. De pactis.
Rescindenda stipulatio. Vlpian. in l.Iurisgentium. §.Item si quis. D.De pactis. Et si stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet: seruanda non est, sed omnimodo rescindenda.
Acceptam facere stipulationem, est eum, qui per stipulationem promisit, obligatione liberare. Vlpianus, in l. Iulianus. D.De doma. & me. except.

Stipulatiuncula, penul.corr. Diminut. {ὑπερωτηματίον.} Cic. 1. de Orat. Tu mihi, quum in circulo decipiare aduersarii stipulatiuncula, &c.

Stipulatus, huius stipulatus, pen.prod.m.g. {ὑπερώτημα} Idem quod stipulatio: Plinius, Iouis deorum summi stipulatu.

Stipulatus, huius stipulatus. Quint. Declamar. 12. Stipulatu legati nostri perimus. Vlpian. l.j.in princ. D.de verbor.oblig. Acquiret ei ex stipulatu actionem.

Stiria, stiriæ, propriè est aqua frigore concreta pendens, guttatímque stillans. Martial. lib.7,
Turpis ab inuiſo pendebat stiria naſo. Virg 3. Georgicorum,
Stiriáque impexis induruit horrida barbis. Plin.lib.34.cap.12, Fit & pluribus modis, genere eo in scrobe cauato: quarum è lateribus de-

stillantes hyberno gelu stirias, stalagmias vocant, neque est purius aliu!, &c.

Stiricidium, Festus, stiricidium quasi stillicidium, cùm stillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla deminutum.

Stirps, stirpis {ῥίζωμα} stirpes sunt ferulæ, seu virgulta, quæ de radicibus nascuntur. Ea & germina dicuntur, hinc & germinalis arbor. Paulus in l.Sylua cædua. D.de verbo.signifi. Syluam cæduam. Seruius esse putat, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur. Ex Alciato.
Stirps, quũ de homine dicitur, f.g, & stirpis teste Seruio. Virg.7.Æn.
Heu stirpem inuisam. Idem 3.Æneidos,
-quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus.
Stirpes sceleratorum hominum. Cæsar 6.bel.Gall.
A stirpe, Vide A, vel AB.
Author stirpis. Senec. Agamem. 4.
Egens stirpis. Stat.1 Sylu.2.
Antiqua à stirpe ortus Virg.1.Æn.
Diuinæ stirpis alumnus, Æsculapius Apollinis filius. Ouid:2. Met.
Egregia stirps. Virg 5 Æn.
Fœminea stirps. Ouid.13 Metam.
Humili de stirpe creatus. Ouid.14.Metam.
Lemniaca stirps, Vide LEMNOS.
Nefanda stirps. Senec. Agamem. 41.
Præclara stirps. Virg 4.Georg.
Virilis stirps. Ouid.13 Metam.
Vltima stirps Senec. Herc. fur. 4.
¶Stirps, quum de arboribus dicitur, m.g. est. Virg.12. Æneidos, Quum semel in syluis imo de stirpe recisum. Cic.7.Ver. Ego naues inanes fuisse dico: remiges, nautáque diuisos: reliquos stirpibus vi xisse palmarum.
A stirpe, pro stirpitus, vel funditus. Liu.bel.Maced.4.
Committere stirpes ramis. Lucret.lib.5.
Cum imis stirpibus euellere aliquid. Virg.2.Georg.
Obruere stirpes aruo. Virg 2.Georg.
Inuentur etiam fœminium. Horatius,
Stirpésq; raptas,& pecus,& domos. Col.li.2. ca.2, Præfractas stirpes.
Octogenæ stirpes, Vide Octogenus in OCTO.
Validæ stirpes. Virg.2. Georg.
Stirps quæstionis, Origo, Fundamentum: per translationem. Cic. 4.de Fin. Differo eam partem quæ quasi stirps est huius quæstionis.
Altæ stirpes stultitiæ. Cic.3. Tusc. Audeamus non solùm ramos amputare miseriarum, sed omnes radicũ fibras euellere: tamen aliquid relinquetur fortasse, ita funt altæ stirpes stultitiæ:
Stirpesco, stirpescis {ῥιζοῦμαι} stirpescere, In stirpem conuerti. Plin.lib.19.cap.8, Sarriri iubet idem non antè quàm asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur, ex eo velli asparagum ab ea dice. Nam si defringatur, stirpescere & intermori.

Stirpitus, pen.cor. Aduer. {ῥιζόθεν} Id est radicitus. Cic.lib.4. Tusc. Hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitus Philosophia sẽ exacturam pollicetur.

Stiua, stiuæ {ἐχέτλη} Aratri manica, nempe quæ tenetur manibus cùm aratur. Virg 1. Georgicorum,
Stiuáque quæ currus à tergo torqueat imos. Dicta stiua à stando, quia per eam regula stat, & quasi temo inter boues. Colum. lib.1, ca.9, Quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stiuæ penè rectus innititur.
Innixus stiuæ arator. Ouid.8. Metam.
Premere stiuam. Ouid.4 Fast.

Stlata, stlatæ {σκάφη ὑβρία} Genus nauigij (inquit Festus) latum magis quam altũ à latitudine sic appellatũ: sed ea consuetudine qua stlatũ, pro latũ, stlitem, pro litẽ dicebant antiqui: qui dictionibus ab l incipientibus, l & t literas præponere solebant: vt etiã Quint. docet li.1. cap. De Grammatica, siue de literis & earum potestate.

Stlatarius, stlatarij, Qui stlata vehit: sicut à scapha scapharius.
Stlatarius, adiect. Quod mari portarium est, quasi stlata aduectum. Iuuen. Satyr.7,
Sponder enim Tyrio stlataria purpura filo. Stlatariam purpurã alij intelligunt vestem purpuream latam & amplam: vt sit latus clauus, seu vestis senatoria.

Stlembus, stlembi, m.g. Grauis & tardus. Lucilius,
Atque æquum pedibus stlembum.

Stloppus, stlopi, m.g. Sonus qui ex inflatione buccarũ erũpit. Perſ. Sa.5
Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alij scribũt sclopo.

Sto, stas, steti, statum, {ἵστημι, ἑστακα, ἔστακα, ἐστάθην, ἑστάμαι, ἐστάθμαι} stare, In se, sua mole consistere, cui opponitur Sedere. Plaut. Cap.2.
Hos quos videtis stare hîc captiuos duos
Illi qui stant, hi stant hîc ambo non sedent. Terent. Phor.1.4.
-sta illo. o. hem.
Stãt aduersis vestigiis cõtra nostra vestigia Antipodes. Cic.4. Aca.
¶ Stare de inanimatis etiam dicitur, vt nauis, flumen, currus, sol quoque & luna stare dicuntur. Plaut Amphit.4.
Neque se luna quoquam motat, státque vti exorta est semel.
Virg.8.Æneid. Stabat acuta silex. Stat. 12. Thebaid.
-flentes stabant ad flumina syluæ.
¶ Stare & Fugere, contraria. Cic 2. Tuscul. Abiecto scuto fugiat quantum possit, ob eámque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, quum ei qui steterit, nihil tale euenerit.
Stare, In sententia manere. Cic.ad Brutum, Qui si steterit idem, mihíque paruerit, &c.
Stare cum adũerbio per locum significante, vt hac, illac, quà, &c. Ouid.1.de Ponto, eleg.1.
Quà steterant artes, pars vacat illa tibi.
¶ Stat à me, Vide in A præpositione, A me stat.
Stat à causa bonorum. Cicero de Clar. Orat. Talis Trib. pleb. fuit vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentámque

dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantius?
Stare ab aduersariis. Cic.1. de Inuent. Ego horum vnumquodque in reprehensione, aut non esse signum, aut parum magnum esse, aut à se potius, quàm ab aduersariis stare.
Acies stat. Quintil.lib.6.cap.4. De altercatione.
In acie stare. Plancus ad Ciceronem, li.10.23. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, vt vigilanter nemoséque nos qui stamus
Ad vndam stare. Virg.4.Georg. (in acie, subornes.
Steteit ad eam diem ciuitas illa Lycurgi legibus. Liu.9.bel.Maced.
Stare ad curiam. Cic.2.in Catil. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos & iam in Senatum venire, qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, &c.
Stare ad cyathum. Vide CYATHVS.
Stare ad Senatum in Capitolio. Cic.4.Acad.
Ad verbera stare. Ouid.1.Amor.eleg.6.
In æquo alicui stare, Æqualem esse. Senec. de Ben.lib. 2. cap. 29. Quòd infra deos sumus, quòd non in æquo illis sumus, quòd non in æquo illis stetimus.
Stat ager sentibus, apud Cæcilium, pro Horret.
Animis stare, Animum non abiicere. Cic.Attic.lib.5 106. Stamus animis: & quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur, speramus.
Animo stare, & Desipere, contraria. Horat.2. Serm.saty.3.
Ante pedes alicuius stare, Coram aliquo. Virg.9.Æneid.
Ante oculos nostros stetit. Ouid.1.Amor.eleg.5.
Authore certo stare. Liu 8.ab Vrbe, Nec quisquã æqualis tempo ribus illis scriptor extat, quo satis certo authore stetur. Huius formę est illud Quin.lib.7.ca.vlt. Verbis ne legis standum sit, an voluntate.
Stare circum, pro Circunstare. Virg.10.eclog.
Cõditionibus & cõuentis stare. Cic.ad Attic.lib 7.13 4. Omnes cu pidẽ Cęsarẽ stare abductis prędiis cõditionibus his quas tulisset.
Consilio alicuius stare. Liu.7.ab Vrbe.
In conspectu stare. Liu.7. belli Punici.
Contra aliquem stare. Virg.5.Æneid.
Hic magnum Alciden contra stetit. Idem 5.Æneid:
Dixit: & aduersi contra steterit ora iuuenci. Cicc.de Claris Orator.
Quum is contra populi studium steterisset.
Stare à mendacio contra verum. Cic.1.de Inuent. Quibus in controuersiis, quum sæpe à mendacio contra verum stare homines consueuerint, dicendi assiduitas abluit audaciam.
Conuenris stare. Cicero 3. Offic. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita: commutata vtilitate fiunt inhonesta.
Cum aliquo stare, pro Partes eius sequi, & ei fauere. Terent. Phor. 1. In eius parte stamus pro quo facimus, inquit Donatus. Liu.6.bel. Pun. Quid igitur minus conueniat milites, quàm quum aliæ super alias clades cumularentur, ac dij propè ipsi cum Annibale starent, &c. Ci.4.de Finibus, Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone disceptantem, à communibus vitiis progredientem vide re, vbi primùm insisteret, & vnde causa controuersiæ nasceretur: nõ stantem cum his qui ne dicerent quidem sua summa bona à natura profecta. Idem 2. de Inuent. Quemadmodũ ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimum, si quid de æquitate ea quæ cum aduersario staret, deroga sset: sic huic, &c.
Decreto Senatus stare, pro nõ decidere, & nõ pronocare. Cæs.6.bel.Gal.
Fabula dicitur stare. Terent. in prolog. Heczyræ,
Partim sum earum exactus, partim vix steti. Vbi Donatus, Agitur fabula quum recitatur: stat quum placet.
Fide stare. Liu 3.bel.Pun.
Stat parum fides apud eum. Plaut. Pseud.7.
In fide stare. Cic. pro Rabir. perduel. reo, At si fides Saturniodata est quod abs re sæpissimè dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit, idémque violauit, si in fide non stetit.
Fiducia belli sterit auxiliis Palladis. Virg 2 Æn.
Ad fidem stare. Durare vsque ad extremum. Ouid.2. Amor. eleg 6.
Firmum stare, Non moueri, cõstantem esse. Liuius, Resistis autem aduersus famam, tumorésque hominum, si saris firmus steteris.
Et bene apud memores veteris stat gratia facti. Virg.4 Æneid.
Imperium puero steterit. Liu .ab Vrbe.
In eo quod iudicarum est stare. Cic.2.de Finib. Nec enim satis est iudicare quid faciendũ nõ faciendúmve sit: sed stare etiam oportet eo quod sit iudicatum. Id est o btemperare, assentiri, fidem habere, ærere, vel persistere.
In eo quod ostenderis, stes. Cic.ad Att.li.2 19, Si in eo quod ostenderat, non stat, mihi maximè placeat, ea quæ malè empta sunt reddi.
Stare memoria eos dicit Seneca, qui nihil habent præter memoriam, epist. 33, Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis vocibus, & memoria stare.
Spes & victoria stabat in ducibus. Silius lib.17.
Institutis alicuius seruandis stare dicitur vrbs. Cic.4. Acad. In eodem tanta prudẽtia fuit in constituendis temperandísque ciuitatib. tanta æquitas, vt hodie stet Asia, &c.
Iudicio alicuius stare, pro eius iudicio adhærere, obtemperare, assentiri. Cic.ad Att.lib.8.148, Dionysius quidem tuus potius quàm noster, cuius ego cùm satis cognossem mores. tuo tamen potius stabam iudicio, quàm meo, &c. Idẽ 2. Tusc. Stabã iudicio multitudinis.
Iudicata re stare. Cic. pro Flacco, Re iudicata stari ostẽdit placere.
Iureiurando alicuius stare. Quint.lib.5 cap.6.
Ius exemplis stat. Liu.7. bell Pun.
Iuxta aliquem stare. Stat.11. Thebaid.
Loco stare. Cæsar.6.bel. Gal. Tertiæ cohortis Centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt. Virg.3. Georg.
-tum si qua sonum procul arma dederc,
Stare loco nescit. Lucan.lib. 1,
-sed nescia virtus Stare loco.
Stare meliore loco, per translationem. Cic. in Salust. At quanto meliore loco Resp. staret, si tu puer ac similis scelestorum ciuium, vnà cum illis annumeratus esses.

Mare placidum stat ventis. Virg.2.eclog.
Mens steterit in dubio. Lucan.lib.7.
Nox stetit ante oculos meos. Ouid. in fragmento,
Opinione alicuius stare. Cic.pro Cluentio, Et si vterque Censor Censoris opinione stãdum putauit, quid est quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas puret esse oportere?
Ordine stare. Quinc.lib.7.c.1, Nec mihi videntur errare qui ipsam rerum naturam stare ordine putauerunt.
Ordine certo stetit acies Lucan.lib.7.
Pacto stare. Liu. 9 ab Vrbe, Quin tu Spuri Posthumi, si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas?
Pariter stare. Ouid 4.de Ponto, eleg.9.
Per aliquẽ stare, pro manere in statu. Cic.ad Planc.li.13.30, Quam partem in Rep. causámque defenderim, per quos homines ordinéque steterim, quibúsque munitus fuerim, non ignorabas.
Stat per me, per te, per illum quo minus id fiat, quum ego aut tu, aut ille causa fumus ne quid fiat. Plin.lib.18 cap.28, Non stat per me quo minus cælum intelligas, & cælestia scias. Quint.lib.3.cap.8, Non per me stetit, sed per illa. Terent. And.4 2,
Si poterit fieri vt ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo.
Si per eum non steterit parẽre defuncti voluntati. id est, quin pareretur, &c. Scæuol in l Pater. §. Tusculanus. D de legat 3.
Prælia stant mihi cum domina mea. Propert.li 3.eleg. 5, Id est non exercemus prælia.
Pretium stat mercì. Plaut. Milite 10.
Pro aliquo stare. Quintil.lib.5.cap.11, Pro Iuba atque Afris inimicissimis Pop.Rom. steriſſe. Liu.8.bel.Maced.
Procul stare. Tibul.lib.1.eleg 6.
Promissis stare. Cic.1.Offic. Iam illis standũ non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit?
Propius stare. Horat. de Arte.
Ratio & fortuna cum aliquo stat, quum quid iure facit, & fortuna arridente. Liu 5.ab Vrbe.
Sanguis stetit. Plin epist.154.
Stat sententia, pro immobile & fixum est. Terent, Eun.2.1, Vide quid agas. PH. stat sententia. Plaut. Curculione 5, Quod eis respondi, ea omnes stant sententia. Liu.4.bel.Maced.
In eadem sententia stare. Liu.4.ab Vrbe.
Stare eodem statu. Cic.2.Offic. Atque vtinam Resp. stetisset, quo cœperat statu. Liu 1.bel.Pun.
Suppliciter stabat. Horat.1 Serm.saty.8.
Talo recto stare. Id est non curare vtrùm placeat fabula, an displiceat, Horat.2. epist 1.
Verbis legis stare Quint.lib.7.cap. 2.
Vi stare. Ouid.6.Fastorum,
Stat vi terra sua, vi standa Vesta vocatur.
Voluntate stare. Quint.lib.7.cap.2.
¶ Stat, Constat, & in pretio est. Liu.3.bel.Pun. Multorúmque sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Gellius, Magno ei stet ea nocte absentem fuisse. Quintil. Declamat.13, Quanti steterit mihi quòd semel impetrata non feci. Plin.epist.155.
Morte stetit. Paterculus lib.2, Vtrique vindicta libertatis morte stetit. *Leur conſta la mort, leur conſta la vie,*
Pretio magno stare, Constare magno pretio. Horat.1.Serm.sat.2.
Stat illi res centum talentis. Liu.4. bel. Maced.
¶ Stare, Positum esse: & cum In construitur. Virg.1. Æneid.
Omnis in Ascanio chari stata cura parentis.
Aliquando sine præpositione In. Plautus Capt.12,
Periculum vitæ meæ tuo stat periculo post mortem.
¶ Stare, Manere, & ad multum tempus durare. Cicc.1. de Legib. Multáque alia multis locis diutius commemoratione manẽt, quàm natura stare potuerunt. Virg.2.Æneid.
Troiáque nunc stares, Priamúsque arx alta maneres.
¶ Stare, pro Dignitatem & authoritatem suam retinere. Cic.ad Lentulum, libr.1. Ad XVI Cal. Febr. quum in Senatu pulcherrimè staremus, quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, &c. Idem Cecinnæ, lib.6.6. Quum me ex Rep. expulissent ij, qui illam cadere posse stante me non putauerunt, memini me, &c.
¶ Stat, Certum est, decrétum est, in animo fixum est. Virg.2. Æne. Stat casus renouare omnes, omnémque reuerti
Per Troiam. Idem 12. Æneid. Stat conferre manum Æneæ.
Non adhuc stat, pro Non constat, certum, vel liberatum est. Cic. ad Att.lib.3.54. Hinc si aliquid à comitiis audierimus, nos in Asiam conuertemus, neque adhuc stabat quò potissimùm: sed scies.
Stet illud nobis, pro Certum & deliberatum sit. Cic. Varroni, lib.9. 2. Sed hæc tu melius: modo stet nobis illud, vnà viuere in studiis nostris, à quibus anteà delectationem modò petebamus, nunc verò etiam salutem.
¶ Statur, impersonale. Plaut. Pseud.7,
Quid agitur? p. statur hîc ad hunc modum. Terent. Eun. 2. 2. Pro quid agis? sto, inquit Donatus.
Standi, stando, stan lum, Gerundium. Virg 5 Æneid.
Quæ finis standi?
Standum est epistolis Domitiani. Plin.lib,10.cap.62.
Stans, & staturus, pen. prod. {ἱστὰς, καὶ στήσων,} participia. Cicc. in Catil.
Quòd incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit, quanto tandem illum mœrore afflictum esse & prostigatum putatis? Plin.lib.25. cap.13. Anaxilaus author est, mammas à virginitate illicas, semper stantes in limine vitæ. Stat.2. Sylu.1. (turas.
Fœta stantia, Quieta. Ouid.7. Metam.
Oculi stantes, Extantes vel immobiles. Ouid.6. Fastorum,
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ. Describit Strigem.
Paludes stantes. Horat.3. Carm.ode 27.

Vina

Vina stantia gelu. Ouid.4.de Ponto, eleg.7.
Stans pede in vno. Horat. de Arte poët. - in hora sæpe ducentos
Vt magnum versus dictabat stans pede in vno: Id est, temporis momento Lucilius vena facili plurimos versus effundebat. Nam vno pede qui stat, aduersarium se nullum, vel non fortem habere credit. Cùm enim vno pede nos sustinentes pendeamus & vacillemus, securus esse videtur, aduersarisque vires contemnere, qui sese non vtroque pede firmat stabiliter: vnde & omni pede standum Quintilianus vsurpat, pro omni contentione totisque viribus. Ex Tumebo.
Status, Adiect. {στατικὸς, ἀόν} Firmus. Plin. lib.18. cap.29. Iam primùm hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse propter statos syderum cursus. Idem lib.2. cap.13.
Status dies vocatur, qui iudicij causa est constitutus cum peregrino. eius enim generis ab antiquis appellabantur, quod erant pari iure cum populo Rom. atque hostire ponebatur pro æquare. Plautus in Curculione. Si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est euadum, quo imperant ingratis. Festus.
Status dies. Plin. epist. 2.16. lib. 9. ad Mustium, Ædes vetus sanè, & angusta, quum si alioqui statio die frequentissima. Id est die Festo. Plin. maior lib. 10. 29.
Status dies cum hoste. Cic. 1. Offic. Iudicant XII. tab. aut Status dies cum hoste.
Stata febris, Vide FEBRIS.
Stata forma, ea antiquis dicebatur, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat, velut forma quædam media. Vsus est Ennius in Menalippa, vbi eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, qui stata forma forent. Refert Gell. li. 5. ca. 11.
STATA mater. Festus. Statæ matris simulacrum in foro colebatur, postquam id colluctrauit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt eius Deæ cultum.
Stati reditus. Plinius, &c. Idem Statum reditum vocat lib. 3. epist. 3. à fine, ad Caluisium, Constant campis, vineis, syluis, quæ materiã, & ex ea reditum, sicut modicum, ita statum præstant.
Sacra stata. Ouid. 1 Fast.
Solenne & statum sacrificium. Cic. 1, Tusc. Quum enim illam ad solenne & statum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, &c.
Stata sacrificia sunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Veturio, De sacrilegio commisso cum ei equum ademit. quòd tu, quod in te fuit sacra stata solennia, capite sancta deseruisti. Festus.
Statum tempus. Plin. lib. 9. cap. 23.
Status, Participium passiuum. Vide SISTO.
Status, huius status, m. g. {στάσεως} Conditio, habitus. Plaut. Amphit. 4. 111. Terent. Eun. 3. 5.
Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Quis esset status, stabellum tenere te asinum tantum. Cic. 3. de Finib. Per se vt quidam habitus oris & vultus, vt status & mores, in quibus sunt præponenda quædam & reiicienda. Idem in Bruto, Motu sic vtetur, vt nihil superfit in gestu. Status erectus, & cessus, tatus incessus, nec ita longus.
Status statuæ. Cic. ad Attic. lib. 6. III. Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat.
Status bruti animalis. Col. lib. 7. cap. 9.
Mediocris status sermonis, Vide MEDIOCRIS.
Statum animi pellere ictu, Vide ICO, icis.
Indecorus status. Quint. lib. 1. cap. 11.
Minax status, Habitus aut gestus minax. Horat. 3. Car. ode 4.
¶ Status {στάσις} apud Rhetores dicitur, in quo causa maximè vertitur. Quint. lib. 3. cap. 6. Status est quod ex prima confictione nascitur. Exempli causa, Intentio est, fecisti homicidium. Depulsio est, non feci. Quæstio an fecerit. Hinc constitutio coniecturalis, quæ & status dicitur, Cic. in Topic. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις dicitur, Latinè status appelletur: in quo primo insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.
Coniecturalis status, Vide CONIECTVRA.
Legalis status. Quint. lib. 6.
Ratiocinatiuus status, Id est syllogismus. Quint. lib. 3. cap. 6.
Constituere statum, Vide CONSTITVO.
Facere statum. Quint. lib. 3. cap. 6.
¶ Status pro Fortunæ conditione, ordine, loco, casúque: variis verbis iungitur.
Rerum mearum status. Ouid. 7. Met.
Amplus status, Vide AMPLVS.
Basilicus status, Vide BASILICVS, in Basilica.
Incolumis status, Vide INCOLVMIS.
Amittere statum vitæ. Cic. Attic. lib. 10. 195. Non enim quã dignitatem, quos honores, quem vitæ statum amiserim, cogito: sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in laude vixerim.
Collocare aliquem Resp. statum. Ci. ad Brutum, 15. Qua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem Resp. statum.
Collocare in statu amplissimo. Author ad Heren. lib. 4. Quum nobis facultatẽ fortuna dedisset, iniquum erat in eorũ supplicio cõsumere, quos eadẽ fortuna paulò antè in amplissimo statu collocarat.
Concidere ex amplo statu. Cic. Attic. lib. 3. 50. Equis vnquam extam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenij, cõsilij, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit?
Consistere in aliquo statu. Cic. Quod si (vt spero) victis hostibus nostris veneritis, authoritate vestra Respub. exurget, & in aliquo statu consister.
Conuellere aliquem de statu. Cic. ad Attic. lib. 8. 167. Quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, vt antè ad te scripti, habãtem.
Conuellere Reip. statum. Cic. in Pisonem. Ego adolescentes bonos & fortes, sed vsos ea conditione fortunæ, vt si essent magistratus adepti Reip. statum conuulsuri viderẽtur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui.
Declinare de statu suo. Cicero de Prouinc. Consul. Quamuis excipere fortunam, subite vim atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare.
Deducere aliquem de statu vitæ suæ. Cic. 4. Verr. Fecerunt etiam vt me, cuius fidem, continentiámque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerẽt: vt ego istum accusarem, à quo mea longissimè ratio, voluntásque abhorrebat.
Deiicere aduersarium de statu. Cic. in Orat. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus, sed magno semper vsi imperu, sæpe aduersarios de statu omni deiecimus.
Deterrere aliquem de statu suo. Brutus ad Cic. lib. 11 11. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres, si non poteris, hoc consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterere possunt.
Dimouere de, vel ex statu. Cic. pro Cecinna, Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit: sed etiam multo maior est euadum, quo imperant ingratis. Festus.
Status dies. Plin. epist. 2.16. lib. 9. ad Mustium, Ædes vetus sanè, & angusta, quum si alioqui statio die frequentissima. Id est die Festo. Plin. maior lib. 10. 29.
Status dies cum hoste. Cic. 1. Offic. Iudicant XII. tab. aut Status dies cum hoste.
Stata febris, Vide FEBRIS.
Stata forma, ea antiquis dicebatur, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat, velut forma quædam media. Vsus est Ennius in Menalippa, vbi eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, qui stata forma forent. Refert Gell. li. 5. ca. 11.
STATA mater. Festus. Statæ matris simulacrum in foro colebatur, postquam id colluctrauit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt eius Deæ cultum.
Stati reditus. Plinius, &c. Idem Statum reditum vocat lib. 3. epist. 3. à fine, ad Caluisium, Constant campis, vineis, syluis, quæ materiã, & ex ea reditum, sicut modicum, ita statum præstant.
Sacra stata. Ouid. 1 Fast.
Solenne & statum sacrificium. Cic. 1, Tusc. Quum enim illam ad solenne & statum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, &c.
Stata sacrificia sunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Veturio, De sacrilegio commisso cum ei equum ademit. quòd tu, quod in te fuit sacra stata solennia, capite sancta deseruisti. Festus.
Statum tempus. Plin. lib. 9. cap. 23.
Status, Participium passiuum. Vide SISTO.
Status, huius status, m. g. {στάσεως} Conditio, habitus. Plaut. Amphit. 4. 111. Terent. Eun. 3. 5.
Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Quis esset status, stabellum tenere te asinum tantum. Cic. 3. de Finib. Per se vt quidam habitus oris & vultus, vt status & mores, in quibus sunt præponenda quædam & reiicienda. Idem in Bruto, Motu sic vtetur, vt nihil superfit in gestu. Status erectus, & cessus, tatus incessus, nec ita longus.
Status statuæ. Cic. ad Attic. lib. 6. III. Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat.
Status bruti animalis. Col. lib. 7. cap. 9.
Mediocris status sermonis, Vide MEDIOCRIS.
Statum animi pellere ictu, Vide ICO, icis.
Indecorus status. Quint. lib. 1. cap. 11.
Minax status, Habitus aut gestus minax. Horat. 3. Car. ode 4.
¶ Status {στάσις} apud Rhetores dicitur, in quo causa maximè vertitur. Quint. lib. 3. cap. 6. Status est quod ex prima confictione nascitur. Exempli causa, Intentio est, fecisti homicidium. Depulsio est, non feci. Quæstio an fecerit. Hinc constitutio coniecturalis, quæ & status dicitur, Cic. in Topic. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις dicitur, Latinè status appelletur: in quo primo insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.
Coniecturalis status, Vide CONIECTVRA.
Legalis status. Quint. lib. 6.
Ratiocinatiuus status, Id est syllogismus. Quint. lib. 3. cap. 6.
Constituere statum, Vide CONSTITVO.
Facere statum. Quint. lib. 3. cap. 6.
¶ Status pro Fortunæ conditione, ordine, loco, casúque: variis verbis iungitur.
Rerum mearum status. Ouid. 7. Met.
Amplus status, Vide AMPLVS.
Basilicus status, Vide BASILICVS, in Basilica.
Incolumis status, Vide INCOLVMIS.
Amittere statum vitæ. Cic. Attic. lib. 10. 195. Non enim quã dignitatem, quos honores, quem vitæ statum amiserim, cogito: sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in laude vixerim.
Collocare aliquem Reip. statum. Ci. ad Brutum, 15. Qua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem Reip. statum.
Collocare in statu amplissimo. Author ad Heren. lib. 4. Quum nobis facultatẽ fortuna dedisset, iniquum erat in eorũ supplicio cõsumere, quos eadẽ fortuna paulò antè in amplissimo statu collocarat.
Concidere ex amplo statu. Cic. Attic. lib. 3. 50. Equis vnquam extam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenij, cõsilij, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit?
Consistere in aliquo statu. Cic. Quod si (vt spero) victis hostibus nostris veneritis, authoritate vestra Respub. exurget, & in aliquo statu consister.
Conuellere aliquem de statu. Cic. ad Attic. lib. 8. 167. Quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, vt antè ad te scripti, habãtem.
Conuellere Reip. statum. Cic. in Pisonem. Ego adolescentes bonos & fortes, sed vsos ea conditione fortunæ, vt si essent magistratus adepti Reip. statum conuulsuri viderẽtur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui.
Declinare de statu suo. Cicero de Prouinc. Consul. Quamuis excipere fortunam, subite vim atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare.
Deducere aliquem de statu vitæ suæ. Cic. 4. Verr. Fecerunt etiam vt me, cuius fidem, continentiámque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerẽt: vt ego istum accusarem, à quo mea longissimè ratio, voluntásque abhorrebat.
Deiicere aduersarium de statu. Cic. in Orat. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus, sed magno semper vsi imperu, sæpe aduersarios de statu omni deiecimus.
Deterrere aliquem de statu suo. Brutus ad Cic. lib. 11 11. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres, si non poteris, hoc consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterere possunt.
Dimouere de, vel ex statu. Cic. pro Cecinna, Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit: sed etiam multo maior est euadum, quo imperant ingratis. Festus.
Status dies. Plin. epist. 2.16. lib. 9. ad Mustium, Ædes vetus sanè, & angusta, quum si alioqui statio die frequentissima. Id est die Festo. Plin. maior lib. 10. 29.
Status dies cum hoste. Cic. 1. Offic. Iudicant XII. tab. aut Status dies cum hoste.
Stata febris, Vide FEBRIS.
Stata forma, ea antiquis dicebatur, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat, velut forma quædam media. Vsus est Ennius in Menalippa, vbi eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, qui stata forma forent. Refert Gell. li. 5. ca. 11.
STATA mater. Festus. Statæ matris simulacrum in foro colebatur, postquam id colluctrauit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt eius Deæ cultum.
Stati reditus. Plinius, &c. Idem Statum reditum vocat lib. 3. epist. 3. à fine, ad Caluisium, Constant campis, vineis, syluis, quæ materiã, & ex ea reditum, sicut modicum, ita statum præstant.
Sacra stata. Ouid. 1 Fast.
Solenne & statum sacrificium. Cic. 1, Tusc. Quum enim illam ad solenne & statum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, &c.
Stata sacrificia sunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Veturio, De sacrilegio commisso cum ei equum ademit. quòd tu, quod in te fuit sacra stata solennia, capite sancta deseruisti. Festus.
Statum tempus. Plin. lib. 9. cap. 23.
Status, Participium passiuum. Vide SISTO.
Status, huius status, m. g. {στάσεως} Conditio, habitus. Plaut. Amphit. 4. 111. Terent. Eun. 3. 5.
Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Quis esset status, stabellum tenere te asinum tantum. Cic. 3. de Finib. Per se vt quidam habitus oris & vultus, vt status & mores, in quibus sunt præponenda quædam & reiicienda. Idem in Bruto, Motu sic vtetur, vt nihil superfit in gestu. Status erectus, & cessus, tatus incessus, nec ita longus.
Status statuæ. Cic. ad Attic. lib. 6. III. Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat.
Status bruti animalis. Col. lib. 7. cap. 9.
Mediocris status sermonis, Vide MEDIOCRIS.
Statum animi pellere ictu, Vide ICO, icis.
Indecorus status. Quint. lib. 1. cap. 11.
Minax status, Habitus aut gestus minax. Horat. 3. Car. ode 4.
¶ Status {στάσις} apud Rhetores dicitur, in quo causa maximè vertitur. Quint. lib. 3. cap. 6. Status est quod ex prima confictione nascitur. Exempli causa, Intentio est, fecisti homicidium. Depulsio est, non feci. Quæstio an fecerit. Hinc constitutio coniecturalis, quæ & status dicitur, Cic. in Topic. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις dicitur, Latinè status appelletur: in quo primo insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.
Coniecturalis status, Vide CONIECTVRA.
Legalis status. Quint. lib. 6.
Ratiocinatiuus status, Id est syllogismus. Quint. lib. 3. cap. 6.
Constituere statum, Vide CONSTITVO.
Facere statum. Quint. lib. 3. cap. 6.
¶ Status pro Fortunæ conditione, ordine, loco, casúque: variis verbis iungitur.
Rerum mearum status. Ouid. 7. Met.
Amplus status, Vide AMPLVS.
Basilicus status, Vide BASILICVS, in Basilica.
Incolumis status, Vide INCOLVMIS.
Amittere statum vitæ. Cic. Attic. lib. 10. 195. Non enim quã dignitatem, quos honores, quem vitæ statum amiserim, cogito: sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in laude vixerim.
Collocare aliquem Reip. statum. Ci. ad Brutum, 15. Qua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem Reip. statum.
Collocare in statu amplissimo. Author ad Heren. lib. 4. Quum nobis facultatẽ fortuna dedisset, iniquum erat in eorũ supplicio cõsumere, quos eadẽ fortuna paulò antè in amplissimo statu collocarat.
Concidere ex amplo statu. Cic. Attic. lib. 3. 50. Equis vnquam extam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenij, cõsilij, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit?
Consistere in aliquo statu. Cic. Quod si (vt spero) victis hostibus nostris veneritis, authoritate vestra Respub. exurget, & in aliquo statu consister.
Conuellere aliquem de statu. Cic. ad Attic. lib. 8. 167. Quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, vt antè ad te scripti, habãtem.
Conuellere Reip. statum. Cic. in Pisonem. Ego adolescentes bonos & fortes, sed vsos ea conditione fortunæ, vt si essent magistratus adepti Reip. statum conuulsuri viderẽtur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui.
Declinare de statu suo. Cicero de Prouinc. Consul. Quamuis excipere fortunam, subite vim atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare.
Deducere aliquem de statu vitæ suæ. Cic. 4. Verr. Fecerunt etiam vt me, cuius fidem, continentiámque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerẽt: vt ego istum accusarem, à quo mea longissimè ratio, voluntásque abhorrebat.
Deiicere aduersarium de statu. Cic. in Orat. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus, sed magno semper vsi imperu, sæpe aduersarios de statu omni deiecimus.
Deterrere aliquem de statu suo. Brutus ad Cic. lib. 11 11. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres, si non poteris, hoc consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterere possunt.
Dimouere de, vel ex statu. Cic. pro Cecinna, Non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit: sed etiam multo maior est quæ ad corpus periculo mortis iniecto, formidine animi perterritum loco sæpe, & certo de statu dimouet. Idem in Parad. Meniam ex sua fide & statu dimouet.
Figere & fundare statum Reip. Cic. Attic. lib. 1. 11. Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione & authoritate Consulatus mei fixus & fundatus videbatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum esse scito de manibus vno hoc iudicio.
Manere suo statu, Vide MANEO.
O btinere statũ. Cic. pro Corn. Balbo, Si quo quisque loco nostrũ est Iu dices natus, aui si in qua fortuna est nalcendi, inicio constitutus hunc vitæ statum vique ad senectutem obtinere debet.
Peruenit in hunc statum Respu. Cic. ad Attic. li. 9. 177. Quorum artificiis effectum est vt Resp. in hunc statum perueniret.
Redire in antiquum statum. Celsl. lib. 6. cap. 6.
Restituere prouinciam in antiquum statum. Cic. 2. Verr. Iam verò omnium victorum suorum plurima & maxima constituit monumenta, & indicia in prouincia Sicilia: quam iste per triennium ita vexauit, ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit.
Retinere statum. Cic. de Aruſp. resp. Hunc statum qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia retinere possumus.
Reuerti in antiquum statum. Celsl. lib. 8. cap. 10.
Tenere statum suum. Cic. Marcello, lib. 4. 9. Quòd honesto otio tenueris & statum & famam dignitatis tuæ.
Tueri statum suum. Cic. Pæto. lib. 9. 16. Ego me non putem tueri statum meum sic posse, vt neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam.
Statuliber est, qui testamento certa cõditione proposita, iubetur esse liber. Etsi per heredem est, quo minus statuliber præstare possit, quod præstare deb. t, nihilominus liber esse videtur. Festus. Vlpian. tit. 2. eius libri qui est inscriptus, Tituli ex corpore Vlpiani. Qui sub cõditione testamento liber esse iussus est, statuliber appellatur. Statuliber quandiu pendet conditio seruus heredis est.
¶ Status, ex quibus omne genus controuersiarum de agris exoritur, octo omnino sunt: Iniectiuus, expositiuus, iubiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, effectiuus. Iniectiuus ergo status est generalis. nam siue de possessione, siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustáque inicitur. Expositiuus est status controuersiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere terminandæ, aut persuadendendum iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem. Subiectiuus status est, cùm relinquitur status generalis, & alio quolibet statu controuersia defenditur. Recuperatiuus est status, quoties non à trifinio, aut quadrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per incessum distantionis loca quædam alteri fundo acquirit, aut solum aufert, & eius loco redditur. Assumptiuus primæ controuersiæ status, qui est de positione terminorũ, in rigorem aut in finem transcendit. Initialis controuersiæ status de rigore pertinens ad materiam, transcendit in controuersiam, quæ est loco tertio: de fine status materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controuersiæ incipiunt de loco duntaxat. nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus. sed, dum cõsummatus fuerit, nascitur. Effectiuus est, cùm de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt. Ex Aggeno De limitibus agrorum.
¶ Status, pro Ordine. Seneca de Benefic. Quicquid maximè necessarium erat, in primum statum cõieci: nunc siquid effugit, recolligo.
Statio, Verb. {στάσις, σταθμεύω, σταθεία, στρατοπεδεύω} Locus in quo naues aut milites tutò ad rẽpus stãt: vel in quo frequẽter cõsistitur. Plau. Mi. 21,
Nunque in statione stat senex. Curtius, Cognitũ id per exploratores, qui stationes hostiũ fuerãt ingressi. Lent. Cõsulib. li. 12. 25. Tãtum enim abfuit vt illorũ præsidio nostrã firmaremus classem, vt etiam à Rhodiis, vibe, portu, stationeque, quæ extra vrbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites. Virg. 9. Æneidos. -illi
Succedunt, seruantque vices: statione relicta
Ipse comes

Manere in ſtatione,id eſt,portu.Lucret.lib.4,
Tuta ſtatione recepi ciectum fluctibus. Ouid.epiſt.7.
Portæ ſtatione relicta.Stat.11.Thebaid.
Subducere ſtationes.Liu.2.bel.Punic.
Vigili muros ſtatione tueri.Claud.2.in Rufinum.

¶Statio , Officina in quam multi conueniunt,vt de aliqua re decernatur,& ius dicatur.Gel.lib.13.cap.13, Quæſtum eſſe memini,in pleriſque Romæ ſtationibus ius publicè docentium, &c. Iuuenalis Satyra 11,

-ſtationes,omne theatrum. Sipontinus.
Publica ſtatio mihi clauſa eſt.Ouid.3.Triſt.eleg.1.
Peracta ſtatio.Lucan.lib.1, -quum ſtatione peracta

Aſtra petes ſerus. Poſt cuſtoditum in terris imperium aſcendes ad ſuperos. Abſoluta gubernatione imperij tui in hac vita , in qua velut in ſtatione verſatur homo.Neronem alloquitur.

¶Stationes interdú ſunt loca publica, in quæ poſt negotia ſolent ciues conuenire confabulandi vel potius deſidendi gratia.Plin.iunior.lib.1.epiſt.13. ad Senecionem , Plerique in ſtationibus ſedent , tempúſque audiendis fabulis conterunt.Idem lib.2.epiſt.9.ad Apollinarem, Itaque prehenſo amicos,ſupplico,ambio , domos ſtationéſque circumeo : quantúmque vel authoritate vel gratia valeam,precibus experior.

Stationes municipiorum quaſdam fuiſſe in foro Romano author eſt Victor in deſcribenda fori Romani regione,quas ſignificare poëta Satyricus videtur his verbis,

-ſtationes, omne tribunal De Rutulo. Sed & Plinius libro 16,Radices, ait,eius in forum vſque Cæſaris per ſtationes municipiorum penetrant.

Statiuncula,ſtatiunculæ,pen.cor.Diminutiuum {στασίδιον} Parua ſtatio,

Stationarius,ſtationarij,{φύλαξ} Stationarij milites dicuntur, quibus cuſtodiæ,aut præſidij gratia ſtatio aſſignata eſt,Item qui in vrbibus aut prouinciis tenentur ad populorum quietem tuendam. Sipontinus.Vlpianus.in l.1. §. Hoc autem.D. De fugitiuis, Qua declaratur & præſides,& magiſtratus,& milites ſtationarios dominum adiuuare debere in inquirendis fugitiuis.Paul. in l.4. eodem titulo,Limenarchæ & ſtationarij fugitiuos deprehenſos in cuſtodiam retinent.

Stationarij tabelliones, qui in ſtationibus cum ſubadiuuis miniſtríſque ſuis morabantur & inſtrumentis ſubſcribebant , quos ſuſtinianus in nouella 44. σηκοκαγγέλους,appellat, id eſt cõtractuum ſcribas,qui & tabularij,& tabelliones dicuntur.Alciatus cap.19.libro 6. Parerg.

Stationalis,& hoc ſtationale,pen.pro.{σταθρὸς} Firmiter ſtans.Plin. de Syderibus:lib.2. cap. 15. Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis,alioqui bimeſtris:quum cęterę vtraque ſtatione quaternos menſes non impleant.

Statiua,pen.prod.ſtatiuorum,{στρατιὰς} Stationes dicuntur, ue munitiones,in quibus vt propius pugnent milites conſident. Liu. lib 1. In iis ſtatiuis(vt fit)longo magis,quàm acri bello ſatis liberi commeatus erant.Idem lib.9.Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.Idem 3.ab Vrbe,In Latino agro ſtatiua habuit. Cic. pro Lege Agra.Nunquid cauſæ eſt quin omnes agros , vrbes, ſtatiua, partus , totam denique Bithyniam Decumiri vendituri ſunt?

Statiuus,pen.prod.Adiectiuum {στρατιὰς} vt Statiua caſtra.Cic.7.Verr. Iſte nouo quodam ex genere Imperator,pulcherrimo Syracuſarum loco,ſtatiua ſibi caſtra faciebat.Idem 12.Philip.Hæc vigilia,hæc cuſtodia,hoc præſidium ſtatiuum.

Statiua perſeuerantia.Firmic.lib.3.cap.6. Caput malitioſis humoribus onerant,& ex humorum ſtatiua perſeuerantia,qui circa caput colle&ti fuerint, facient caducos & lunaticos.

Statiua tarditate ſubſiſtere.Firmic.lib.1.cap.2.

Statarius, Adiectiuum{στάσιμος} à participio Status. Terent.in Prolog. Heautont.

Adeſte æquo animo, date mihi poteſtatem
Statariam agere vt mihi liceat per ſilentium. Hoc eſt comœdiam quietiorem,& quæ magnos vehementéſque motus non habeat:cuiuſmodi eſt Heautontimorumenos.Comœdiæ,inquit Donatus , aut motoriæ ſunt,aut ſtatariæ,aut miſtæ.Motoriæ,turbulentæ:ſtatariæ, quietiores:miſtæ,ex vtroque actu conſiſtentes.Idem in Prolegomenis Adelphorũ: Huius fabulæ tota actio quum ſit miſta ex vtroque genere, vt ferè Terentianæ omnes , præter Heautontimorumenon: tamen maiori ex parte motoria eſt : nam ſtatarios locos perpaucos habet.Rurſus idem in prologum Adelph. Ipſi ſenes in ſtatario characterę partem aperient, in motorio partem oſtendent. Nam duo agendi ſunt principales modi : motorius , & ſtatarius : ex quibus ille tertius naſcitur , qui dicitur μικτὸς. Hæc ille. Terentius in prologo Heautontimorumeni indicat velut digito,quid differat motoria ab ſtataria,his quidem verbis,

Adeſte æquo animo:date poteſtatem mihi,
Statariam agere vt liceat per ſilentium,
Ne ſemper ſeruus currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus,ſycophanta autem impudens,
Auarus leno,aſſiduè agendi ſint mihi
Clamore ſummo, cum labore maximo. Perinde quaſi diceret, ne mihi ſemper agenda ſit motoria.

Statarius,qui ſtatariam agit fabulam.Cic. in Bruto, Volo enim vt in ſcęna , ſic etiam in foro, non eos modò laudi , qui celeri motu & difficili vtantur,ſed eos etiam quos ſtatarios appellant , quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas non moleſta. Qui locus ſic eſt explicandus. Inter ſcenam & forum eſt quædam ſimilitudo: vnde actores tam in ſcena,quàm in foro dicuntur: & ſcenæ ſeruire,& vti foro dici ſoleat,eos,quos motorios vocant Grammatici.Celeri motu & difficili,quo vtrique actores, ſed hi in in ſcena,illi in foro vtuntur.Actores enim fabularum ſæpè clamore ſummo, vt ait Terentius,cum labore maximo agunt,dum repræſentant vel ſeruum curentem, vel tale quid agentem : actores verò cauſarum ingemunt ſæpe , inclamant,dolent,queruntur,Rempublicam implorant,ſupplicant,& pedem ſupplodunt,vt ait Cic.lib 1.de Orat.Itaque verè vtrique motorij poſſunt appellari. Statarios,qui ſtatarias fabulas agunt, ita vt nihil penè moueãtur,ſed ſimpliciter agant:ſtatarios verò patronos tales,qualis fuit Rutilius, qui nõ modò ſupplex iudicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidẽ aut liberius cauſam dici ſuam, quàm ſimplex ratio veritatis ferebat. Simplex veritas, ſyncera , ſine fuco & ornamentis oratoriis.

Miles ſtatarius. Liuius Decad.lib.9, Statarius vterque miles,ordines ſeruans.

Orator ſtatarius. Cic. in Brut.C.deinde Piſo, ſtatarius, & ſermonis plenus orator. Statarius , quòd eſſet (vt ait Cicero pro Roſcio Comœdo) ſumma fide,virtute,grauitate,authoritate ornatus.

STATOR , ſtatoris , Iupiter ſtator & ſtatilio apud Romanos dicebatur ſecundum hiſtoricos,quia poſt ſuſceptum votum aciem Romanam ſtitiſſet. Seneca autem aliam rationem aſſignat, quia eius beneficio ſtant omnia. de Benefic.lib.4 cap.7.

Stabilis,& hoc ſtabile,pen. cor. (μόνιμος,σάμιμος, σαθρὸς, βεβαῖος, ἔμμονος, ἀσφαλὴς , ἰσχυρὸς,} Firmum & ſixum.Terent.Adelph.1.1.

-errat longè,mea quidem ſententia:
Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius
Vi quod ſit,quàm illud quod amicitia adiungitur.
Stabile eſt,Hoc eſt certum & ſtatutum.Plaut.Bacc.9.
Incertum & Stabile,contraria.Cic.in Topic.
Nihil eſt enim tam inſigne , nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile,quàm id in quo aliquid offenderis. Cic.1.de Orat.
Stabile & immutabile. Cic.4. Acad. Quam nos non comprehenſionem modò rerum,ſed etiam ſtabilem quoque & immutabilem eſſe cenſemus.

Stabilis & firmus animus Cic.3.de Fin.Quod verò negari nullo modo poſſit,quem,inquam,ſtabili & firmo & magno animo, quem for tem virum dicimus effici poſſe,niſi conſtitutum ſit,non eſſe malum dolorem?

Bonum permanens fixum & ſtabile. Cic.5.Tuſc.
Connubium ſtabile.Virg.1. Æneid.
Habere domicilium certum & ſtabile. Cic.pro Marcello.
Fauor nunquam ſtabilis. Senec.Thyeſt.4.
Fortitudo robuſta & ſtabilis.Cic.4.Tuſc.
Fundamento ſtabili manet fortuna.Lucret.lib.5.
Mala ſtabilia,Non decidua poma, & quæ diutius in arbore ſtant, vel diu maturitatem retinent,neque citò corrumpuntur. Cato cap. 7.Eo lotium fuillum aut ſtercus ad radicem eorum addere oportet, vt ſtabilia mala fiant.
Matrimouium ſtabile & certum,Cic.2.Philip.
Patria ſtabilis, In qua quis perpetuò habitat , nec huc atque illuc diſcurrit. Plaut.Merc.2.
Pede ſtabili manere. Ouid.5.Triſt eleg.15.
Quæſtus ſtabilis.Cato in præf. Maximéque pius quæſtus, ſtabiliſſimúſque conſequitur,minimèque inuidioſus.
Stabili firmáque ratione contemnere. Cic.1. Offic.
Regnum haud ſtabile.Senec. Herc.fur.6.
Stabilem ſcientiam rerum tenere.Cic.lib.1. de Finib.
Stabilis & certa ſententia.Cic.2.de Nat.deor.Eſt enim & Philoſophi & Pontificis & Cottæ,de diis immortalibus habere non errantẽ & vagam.vt Academici,ſed vt noſtri ſtabilẽ certámque ſententiam.
Terminus ſtabilis rerum.Horat. in Carm.ſecul.
Via præceps & lubrica, plana & ſtabilis. Cic. pro Flacco,
Vita ſtabilis,Fœlix,& non variis caſib.ſubiecta.Lucret.lib.3.

Stabilitas, pen.cor.ſtabilitatis {βεβαίωσις} Firmitas, Cæſar. 4. bel.Gal. Ita nobilitatem equitum , ſtabilitatem peditum in prœliis prætant. Plin.lib.23.cap.3. Gingiuis & oris vlceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſimè ſubuenit.
Mores,& Stabilitas,contraria.Cic.2.de Fin.
Qui enim poterit aut corporis firmitate , aut fortunæ ſtabilitate confidere? Cic.5.Tuſc.
Stabilitas & firmitas. Cic.3.de Fin. Quod idem in artibus non fit, & quod virtus ſtabilitatem,firmitatem, cõſtantiam totius vitæ complectatur,nec hæc eadem in artibus eſſe videamus.
Stabilitas amicitiæ vacillat.Cic.1. de Fin. Quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare.
Dare aliquibus ſtabilitatem.Cic.2.de Nat.deor.
Habere ſtabilitatem.Cic.de Finib.bon.& malor.

Stabilio,ſtabilis,pen.cor.ſtabiliui,ſtabilitum,pen.prod.{βεβαίωμα,κατάστασις} ſtabilire,Stabile facere,firmare. Plaut,Amphit.4.
Regíque Thebano Creonti regnum ſtabiliuit ſuum. Plin.lib.9.ca. 28. Ex his longiſſimi & aſperi quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus ſe velut anchoris ſtabiliunt,cæteri cirri quibus venantur.
Turres quaſſas ſtabilire.Senec.Thyeſte.7.
Stabilire & figere.Cic.1.Tuſc. Hoc igitur probè ſtabilito & fixo, excutiendum eſt vtſciatur quid ſit carere , ne relinquatur aliquid erroris in verbo.
Magis ſtabilita. Lucret.lib.3.
Stabilire Remp.cui opponitur Euertere, Cic. 4. de Fin. Niſi fortè cenſeres Gracchum patrẽ beatiorem fuiſſe quàm filium,quum alter ſtabilire Remp.ſtuduerit,alter euertere.

Stabilimen, pen. prod.& Stabilimentum,ſtabilimenti{βεβαίωσις}Quod aliquid firmiter retinet. Plaut. Curc.7.
Hæc ſunt ventri ſtabilibilimenta:panis,& aſſa bubula,
Poculum grande. Cic.3.de Nat.deor.
Addo (inquit) huc quod mihi portento cælestium pater
Prodigium miſit,tegni ſtabilimen mei.

Stœbe,ſtœbes,f.g.{στοιβὴ} Frutex aculeatus cum caule tum folio,ſemine molli, rubido, radicè pecoris pabulo gratiſſima, non alibi quàm in aquaticis naſcens. Plin. lib. 21. cap.15. Quædam ſpinam habent in folio,& in caule, vt phleos ,q uod aliqui ſtœben appellauere. Idem lib.22. cap. 11.Stœbe, quam aliqui phleon vocant. decocta in vino, præcipuè auribus purulentis mederur : item oculis ictu eruentatis, humor hæmorrhagiæ quoque & dyſenteriæ infuſa.Hæc herba non eſt Scabioſa vt quidam putant,nec ab vllo hodie eſt cognita.

STOECHADES.pen.corr.{στοιχάδες}Inſulæ tres Maſſilienſium litori vicinæ,ſingulis nominibus,Prote, Meſe, Hype, hoc eſt, prima,media, & infima. Stœchades ob ordinem quo ſitæ ſunt dictæ.Author Plin. lib.3.cap.5.Græci enim στίχον dicunt ordinem & verſum.Lucan.lib.3. ſingulariter protulit ,
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stœchados arua tenent. *Les Iſles d'yeres.*

Stœchas, ſtœchadis,penult.cor. {στοιχὰς} tenues habet circulos , comam hyſſopi,amaram guſtu.Hanc hodie vocant imperiti *ſticades citrinum* , nanque frutex oſtenditur furculoſus , odoratus, capitibus luteolis,ex concoloribus floſculis compactis , vnde citrinum vocatur.Plin.lib. 27. cap.12. Stœchas in inſulis tantùm eiuſdem nominis gignitur,odorata herba,coma hyſſopi,amara guſtu.Menſes ciet potu,pectoris dolores leuat.Antidotis quoque miſcetur. Idem lib. 26. cap.7.Iſchiadicos dolores & ſpinę leuat agaricum potum,vt in tuſſi. Item ſtœchadis aut beronicæ farina ex aqua mulſa. Obſeruauerunt (inquit Ruellius) Arabæ factionis authores alterum ſtœchados genus, caule ſeſquipedali , pallido , coma tenui, oblonga,ſpica ſterili, quod ſuo gentili cognomento Arabicum vocauerãt, eiuſdem cuius & Gallicum effectus, Suſpicatur præterea idem author,Arabicam ferè ſtœchadem inter origani genera comprehendi ſub onitide.

STOICI,pen.cor.{στωϊκοὶ} Philoſophi appellati ſunt ab στοὰ,quod ſigni ficat porticum,quo conueuire ac diſſerere ſolebant.Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ.Græci enim ποικίλον varium dicunt. In hac porticu Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſecta Stoica , & philoſophi Stoici nuncupati ſunt , qui anteà Zenonij dicebantur à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quã Chryſippus dictus eſt fulcire,quam pinxit Polygnotus gratuitò.Cic.pro Muren.Fuit enim quidam ſummo ingenio vir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.
Ad Stoicos ſe inclinare. Cic.de Fin.

Stoicus,pen.corr.Adiectiuum{στωϊκὸς}vt libelli Stoici. Horat.Epod.8.

Stoicè, Aduerb. {στωϊκῶς} Cic.in Parad.De diis immortalibus, de charitate patriæ,Stoicè ſoler,nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. De Cat.Idem pro Mũren.At enim agit mecum auſterè, & Stoicè Cato.

Stoicida,ſtoicidæ,pen.corr.{στωϊκὸς} Patronymicum maſc. Iuuenalis Sat. 2.

Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem Stoicidæ.

STOIDIS inſula iuxta Caſſandrum,apud Plinium lib.6.cap.25. Ea inſula quæſtuoſa eſt margaritis.

Stola,ſtolę{στολὴ,στολὶς}Apud veteres dicebatur quicquid tegebat.nam & apud Græcos στολὴ indumentum ſignificat, vnde ſtola deducitur. Ennius Telepho,

Cedo & cauco cum veſtitus ſqualida ſeptus ſtola. Idem in eadem, Regnum reliqui ſeptus medici ſtola. Ex Nonio.
Velatus ſtola.Horat.1.Serm.ſaty.2.
Stola,Honeſtæ mulieris veſtis , vſque ad imos pedes demiſſa.Tibullus,

Impediat ctines , nec ſtola longa pedes. Cic. 2. Philip. Quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.Iocus eſt in Antonium qui ſe Curioni proſtituerat.Horat.1.Serm.ſaty.2.
Ad talos ſtola demiſſa,& circundata palla.
Stola pro Honeſta muliere.Stat.1.Sylu.2.
Hinc eques,hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat. Mart.lib.10.
Quiſquis ſtolæue,purpuræue contemptor,&c.

Stolatus,pen.prod.Adiect. {στολιδωτὸς}Matronale , atque honeſtum dicimus.Mart.lib.1.
Quis ſtoralia veſtit & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?
Stolata mulier,pro locuplete & primaria:contrà Togata pro plebeia,& ſecundæ claſſis.Horat.1.Serm.ſaty.2.Budæus.

Stolidus,pe.cor.Adiect.{ἀδιάτρεπτος,ἠλίθιος,δύσπληκτος,ἀνόητος,ἀπαίδευτος} Excors,teter,moleſtus,atque illepidus.Terent.Heaut.3.2.
Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingitis?ſtolidus eſt.Idem Andr. 3.1. -ah
Vix tandem ſenſi ſtolidus.
Aures ſtolidæ.Ouid.11.Metam.
Fiducia ſtolida.Liu.4 bel Maced.
Linguæ ſtolidæ conuitia fundere.Ouid.13.Metam.
Mens ſtolida.Ouid.11. Metam.
Pecus ſtolidum.Propert.lib.2.eleg.17.
Saxum ſtolidum.Plaut.Milit.14.
Vatum ſtolidiſſimus.Ouid.13.Metam.

¶Stolidus, Stultus.Ennius li.1. Nam vidi pugnare ſues,ſtolidi,ſolidi ſunt. Et in Alexandro, Hominem appellat , quia lafciui ſtolide non intellegit.Et Cęcilius in Hypobolymæo:Abi hinc tu ſtolide,illi Androgino,vt tibi ſit pater.Et in Andronico : Sed ego ſtolidus, gratulatum me oportuit prius. Feſtus.

Stolidè, pen.cor. Aduerb. {ἀβρύτριχα,ἠλιθίστατα,ἀπαιδευτικὰ,ἀφροσύνα} Liu.5. bel. Pun. 108. Id non promiſſum magis ſtolidè , quàm ſtolidè creditum.Plin.lib.15.cap.14. Stolidè tument pulmonea.
Ferox ſtolidè. Tacit.lib.1.

STOLO,Stolonis,ciuis Romanus.

Stolo , ſtolonis m. g. {μάγειρος,μοχλίον,μάγδαλος} quid ſit declarat his verbis Var.lib.1.de Re ruſt.cap.2.Nam Stolonis lex illa , quæ verat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmauit cognomen,quòd nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo , quòd effudiebat circum arbores è radicibus,quæ naſcerentur è ſolo,quos ſtolones appellabant. Plinius lib.17.cap.1.

Stolo,ſtolonis, Stolidus:& certè à ſtolone ſtolidi nomẽ orum eſſe videtur,vtróque originẽ profitetur ſtum. Auſon. in quadã epiſt. Sed iam non potes ô ſtolo doceri. Niſi ſiquis pro veteri,& antiquo, & ſene poſitum puter, adiuncta tamen etiam ſignificatione ſtoliditatis & ſtultitiæ. Turnebus.

Stomacace{στομακάκη} Plin.lib. 25. cap.3.1. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſ.permotis , maritimo tractu fons erat aquæ,dulcis ſolus,qua pota intra biennium dentes deciderent,compagéſque in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici vocabant , & Sceleteyrben ea mala.

Stomachus,ſtomachi,pe.cor.m.g. {στόμαχος.} Fiſtula per quam cibus deſcendit,gula ſiue guttur.Plin.lib.11.cap.37.Summum gulæ fauces vocantur , extremum ſtomachus. Hoc nomine eſt ſub arteria iam cornoſa inanitas adnixa ſpinæ , ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fuſa. Cic.2.de Nat.deor.Linguam autem ad radices eius hærens ſtomachus excipit,quo primùm illabuntur ea quæ accepta ſunt. Celſus lib.4.cap.1. Deinde duo itinera incipiunt : alterum aſperam arteriam nominant:alterum ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem,ſtomachus interior ad ventriculum fertur. Illa ſpiritum,hic cibum recipit.

Stomachus ponitur etiam pro ventriculo , id eſt, receptaculo ciborum. Ab στόμα,τῦ στόματος ore,& ἔχω ἴσχίω habeo,quia os ſic habet, vt effundat alió. Iuuen. Saty.5,

Si ſtomachus domini feruet vinó que,cibóque. Plin. lib. 19. cap. 5. Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem , nec perfici queunt in cibis. De peponibus.

Acrimoniam ſtomachi roſionéſque ſedant nuclei nucis pineæ Plin.lib 23.cap.8.

Defectus ſtomachi excitat Inula. Plin.lib.9.cap.5.
Diſſolutio ſtomachi, Vomitus. Plin.lib. 9. cap.48. De lepore maris Indici.
Fluctuationes ſtomachi ſiſtit beta. Plin.lib.20.cap.8.
Fluxiones ſtomachi ſiſtunt caſtaneæ. Plin.lib.23.cap.8.
Malacia ſtomachi.Plin.lib.18.cap.7.
Reſolutio ſtomachi.Celſus lib.4.cap.5.Vulgatiſſimum verò peſſimúmque ſtomachi vitium eſt reſolutio: id eſt , quum ſibi non tenax eſt,ſolétque deſinere ali corpus,ac ſic tabe conſumi.
Roſiones ſtomachi.Plin.lib.20.cap.14.
Stomachi ſolutiones.Plin.lib.20.cap.22.
Tempeſtiuitates ſtomachi.Plin.lib.29.cap.13.
Torſiones ſtomachi.Plin.lib.20.cap.17.& lib.28.cap.7.
Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit. Horat.2.Ser.ſaty.2.
Imbecillus ſtomacho.Celſus lib.1.cap.2.
Imbecillus ſtomachus.Celſus lib.1.cap.2.
Iners ſtomachus , qui ſuum officium non facit , hoc eſt non concoquit.Ouid.lib.1.De Ponto,epiſt.vlt.

Nectar,& ambroſiam,latices epulaſque deorum
Det mihi formoſa grata Iuuenta manu:
Non tamen exacuet torpens ſapor iſte palatum,
Stabit & in ſtomacho pondus inerte diu. Iuuenta,id eſt,Hebe, quæ diis pocula dicitur miniſtrare.

Infirmus ſtomachus.Celſus lib.1.cap.8.
Accipere vulnus in ſtomacho.Seruius Ciceroni,lib.4.12.
Corroborare ſtomachum,Vide CORROBORO.
Excitare ſtomachum.Plin.lib.20.cap.5.
Tumultum ſtomacho fert pituita.Horat.2.Serm.ſaty.2.
Laborare ſtomacho.Celſus lib.1.cap.8.
Latrantem ſtomachum bene lenit cum ſale panis. Horatius 2. Serm.ſaty.2.
Marceſcens ſtomachus pridiani cibi onere,Vide MARCEO.
Laſſum ſtomachum peruellere.Horat.2.Serm.ſaty.8.
Recreatur ſtomachus vino.Plin.lib.25.cap.1.
Reficitur ſtomachus diuerſitate ciborum. Quint.lib.2.cap.11.
Reſpuit cibum ſtomachus.Celſus lib.3.cap.6,Sed de cibo facilior quidem cum ægris ratio eſt:quorum ſæpe ſtomachus hunc reſpuit, etiam ſi mens concupiſcit.
Stomachus acida ructans.Plin.lib.20.cap.17.
Ruens ſtomachus.Horat.2.Serm.ſaty.3.
Ægrum ſtomachum ſollicitat mala copia.Horat.2.Serm.ſaty.2.
Eſſe languenti ſtomacho.Cæl.Cic.lib.8.13.
Ius enim dandum non fuit , quum κακοδύσπεπτος eſſes. Cicero Tiro.16.6.

¶ Stomachus pro Animo:quia quemadmodum ſtomachus facilè eo cibo mouetur,à quo natura abhorret:ſic animus eas res maximè auerſatur & abhorret,quas ſuæ naturæ contrarias eſſe ſentit.Cicero ad Cælium,lib. 2. 15, Noſti enim non modò ſtomachi mei , cuius tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium & indignitate faſtidiũ. Plin. in epiſt. Mei certè ſtomachi hæc natura eſt, vt nihil niſi totum & merum velit.Id eſt,animi mei.

Narrare ſtomachum, Vide NARRO.

Solicitare ſtomachum. Plin.iunior lib.1.epiſt. vlt. In hoc autem agello,ſi modò arriſerit pretium , Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ,&c. hoc eſt,emendi deſyderium ſtimulant & augent.

¶ Stomachus,pro Re quæ oblectat.Cic.ad Marium,lib.7.1. Omnino,ſi quæris,ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi : coniecturam enim facio de meo.Id eſt,qui tibi minimè placuiſſent. Budæus.

Stomacho ſuo viuere.Plinius in epiſt.Id eſt,Pro ſententia animi. Budæus.

¶ Stomachus, Æquitas animi. Plin.in Præfatione , Argumentum huius ſtomachi mei habebis,quòd in his voluminibus autorum nominа prætexui.Id eſt,æquitatis meę,& candoris animi,quòd ſcilicet nihil malignitati dederim. Budæus. Non ineptè etiam expoſueris ſimpliciter,pro animi.

Nec tam animum me,quàm ſtomachum non habere arbitrantur. Cic.Dolabellæ in epiſtolis ad Atticum.lib.15.328.

Bonum ſtomachum Martialis pro æquitate animi poſuit. Quint. lib.2.cap.3.Error tamen in re duplex:vnus quòd interim ſufficere illis minores præceptores exiſtimant,& bono ſanè ſtomacho cõtenti

sunt. Id est, Contenti sunt stomacho præceptorum qui hæc elementa disciplinæ docere non dedignantur, nec fastidiunt. Budæus.

Stomachus pro affectu animi. Quintil. lib. 6. Hæc aut Catonis animo, aut Ciceronis stomacho ferenda sunt. Budæus.

¶ Stomachus aliquando pro ira, odio, & fastidio. Cic. 4. Tuscul. Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. Idem ad Cælium, lib. 1. 15. Hoc aspersi vt scires me tamen in stomacho solere ridere. Id est, etiam in indignatione.

Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit. Cic. Attic. lib. 4. epist. 15. Hoc est vbi sedes iræ fuit. Cõcaluit, calorem concepit ad concoquenda quæ dura sunt. Id est, vt non ferenda feram tamen.

Epistola plena stomachi & querelarum. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 24.

Grauis stomachus Pelidæ. Horat. 1. Carm. ode 6.

Exardere iracundia & stomacho. Cic. 4. Verr.

Stomachus & molestia. Cic. Attic. li. 16. epist. 2. Mihi autem quo lę tiora sunt, eo plus stomachi & molestię est. Pop. Rom. manus suas nõ in defendenda Republica, sed in plaudendo consumere.

Solicitudo ac stomachus. Cic. ad Brutum, 13. Scribere multa ad te neque possum præ solicitudine ac stomacho, neque debeo. Idem pro Murena, Seruius hic nobiscum hanc vrbanam militiam respondendi, scribẽdi, cauendi, plenã solicitudinis ac stomachi secutus est.

Stomachum facere, pro Dolore afficere ac commouere. Cicc. ad Lentulum, lib. 1. epist. 9. Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi: sed certè vt facere se arbitrarentur.

Stomachum mouere. Idem. Cic. pro Murena. Itaque si mihi hominí vehementer occupato stomachum moueritis, triduo me Iurisconsultum esse profitebor. Idem ad Atticum lib. 6. 14. In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet, Vide MOVEO.

Stomacho esse dicitur res aliqua. Cic. Att. lib. 5. Et multa prætereo quæ tum mihi maiori stomacho fuerunt quàm ipsi Quinto.

Stomachum erumpere in aliquem. Cic. ad Att. lib. 16. 333. Hunc tu tralatum in Macrocolum lege in arcano conuiuis tuis: sed, si me amas, hilaris & bene accepcris, ne in me stomachum erumpãt, quum sint tibi irati.

Non sine stomacho. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 3. 21. Puto enim te existimaturum à me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos.

Stomachor, pen. cor. stomacharis {ἀγανακτῶ, πάσχω μὲν, ἄθλιος μὲν διαῤῥύγνυμαι, δυσκολαίνω, δυσχεραίνω} stomachari, Indignari ac tuibari. Quandoque accusatiuo iungitur, quandoque absolutè, quandoque cum præpositione ponitur. Terent. Eunuch. 2. 3.

-id quidem aduenies mecum stomachabar modó. Cic. ad Cassiũ, lib. 15. 16. Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus. Idem 4. Academic. Et homo natura leuissimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen cœpit. Idem ad Atticum, lib. 14. 319. Amariorem enim me fenectus facit, stomachor omnia, sed mihi quidem, &c. Horat. 1. epist. 1.

-& prauè sectum stomacheris ob vnguem.

Non dubito quin mirere, atque etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpius. Cicero Capitoni in Epist. ad Atticum, lib. 16. 346.

Iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Cic. Furnio. lib. 10. 26.

Stomachabatur senex siquid asperius dixeram. Cicero 1. de Natura deorum, 128.

Stomachans, penult. corr. Participium {ἀγανακτικὸς} Cic. ad Atticum, lib. 4. 85, Quid aliud noui? & tamen absoluto Gabinio stomachantes alij indices.

Videre quempiam irascentem & stomachantem. Cic. de Claris Oratorib.

Stomachicus, pen. corr. A dictiuum {στομαχικὸς} Qui è stomacho laborat. Plin. lib. 25. cap. 5. scribit, helleborum mederi stomachicis. Idem lib. 20. cap. 9. Item ad splencticos & stomachicos, &c.

Stomachosus, pen. pro. {ἀγανακτικὸς} stomachosior, stomachosissimus, Qui facilè indignatur, ac cuncta faſtidit. Firmicus lib. 5. cap. 10. Erũt hi quoque animo malo, & stomachoso.

Eques stomachosus. Horat. 1. epist. 15.

Stomachosa res. Cic. 2. de Oratore, Me quidem hercle valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à morosò dicuntur, tum enim non sal, sed natura ridetur. Idem de claris Oratorb. Quod erat in reprehendendis verbis versutum & solers, sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 11. accipit pro eo qui iniuriam contumeliámque facit, Stomachosiores, inquit, meas literas quas dicas esse non intelligo. Id est, ex nimis magno stomacho & indignatione scriptas.

Stomaticus, pen. cor. {στομαπικὸς} Adiectiuum, à στόμα, στόματος, quod os siue buccam Latinè significat: dicitur qui vlcus aliquod in ore habet. Plin. lib. 24. cap. 14. Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisque ex aqua bibendus datur. Hoc est, iis qui oris vlceribus laborant, vel cum iis medicamentis quæ stomatica dicuntur. Ob eandem rationem Stomatice est, hoc est ori cõfert, & oris affectus sanat. Plin. lib. 22. cap. 9. De glycyrrhiza, Ideò & commanducata, stomaticè est, vlceribus oris inspersa sæpe, & pterygiis.

Stomatica pharmaca dicuntur, quæ ad vuas, tonsillas, ac omnes quę in ore fiunt derepentè inflammationes, conueniunt. Galen. cap. 1. lib. 6. De compositione pharmacorum secundum locos.

Stomia {στόμια} à Polluce posita inter ornamenta colli lib. 5. cap. 16. Vbi Gualtherus vertit Oreas.

Stomoma, pen. prod. stomomatis, n. g. {στόμωμα} Plin. lib. 34. cap. 1. De squama æris, Squamę est alterum genus subtilius, ex summa scilicet languine decussum, quod vocant stomoma.

Stomoma, ferrum est in vsum aliquem formatum, hoc est in instrumenti alicuius formam redactum, ac chalybe roboratum, à verbo στομόω, quod roboro, ac quasi os & aciem firmo significat, verbali forma deducta appellatione. Est etiam chalybs ipse. Id quod facilè colligitur ex Aëtio & aliis. Hinc apud Dioscoridem lib. 5. & alios medicos squama stomomatis, est squama chalybis, vel instrumenti alicuius ferrei chalybe roborati, quæ tundendo decutitur. Quod parum intellexisse videtur Plinius, stomoma putãs esse æris squamam. Matthiolus in Dioscoridem hac de re fusissimè disserit.

STONI, populi sunt imas Alpium radices ex Italiæ parte habitantes: prodit Strabo lib. 4.

Storea, storeæ {φορτὸς, φορμὸς, χυπὸς} quam extendimus super terram. Plin. lib. 15. cap. 15. Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante sextamdecimam lunam, neque ante primam horam. Cadua separari, stramentis, storeis, paleisue substerni. Dicta storea διὰ τὸ στορέννυσθαι, quod significat sternere. Liu. 10. bel. Pun. Numidæ præcipue arundine texta storeáque. Cæs. 2. bel. Ciuil. Vbi quantum storiarum demissio quatiebatur, tantum eleuabant. Quidam storiam, per tertiam vocalem ante a, scribunt.

Strabo, strabonis, m. g. {στραβὸς σταφυλὴ} Qui oculos habet distortos. Cic. 1. de Nat. deor. Redeo ad deos. ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramus? Plin. lib. 11. cap. 37. Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum & Petorum. Varro Hexabulis, Multi enim qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti.

STRABO {στραβὼν} eruditione Græcus, professione geographus & philosophus Stoicus, ortus ex Amasia ciuitate Pontica, id quod ipse de se testatur, & Stephanus prodidit, matre fuit è Gnoso Cretensi vrbe orta. Amicitia vsus est Ælij Galli, cum quo Nilum nauigauit, & totam ferè Ægyptum lustrauit, ac bonam etiam Africæ partem. Claruit Romæ temporibus Augusti & Tiberij.

Strages, stragis, f. g. {ὄλεθρος, νεκύες} Est inquit Valla, multitudo cadauerum interfectorum. Liu. lib. 8 Per arma, per vicos latè stragem dedere. Cic. ad Att. lib. 1. 11, Quas ego pugnas & quantas strages edidi, Idem 1. de Diuinat. Stragem horribilem, cædémque veteri.

Confugæ stragis acerrus. Virg. 6. Æneid.

Cruenta strages. Lucan. lib. 2.

Lacera strages. Stat. 12. Thebaid.

Sanguinea strages. Stat. 2. Thebaid.

Ciere stragem. Virg. 6. Æneid.

Cumulata vibs strage virorum. Silius lib. 15.

Magnam latè dat stragem. Lucan. lib. 1.

Nimbus dat stragem latis. Virg 12. Æneid.

Dare stragem cateruatim. Virg. 3. Georg.

Hiatu immani stragem meditatur tigris. Silius lib. 4.

Propagare stragem. Lucret. lib. 1.

Vndans amnis strage virũm. Silius lib. 17.

Nemorum strages. Silius lib. 3.

Stragula, stragulæ, pen. cor. {στρωμνὴ, στρωμνοπετάσματα} Genus vestis, siue quicquid insternitur vel lecto, vel eque, vel alij rei: quod in festis an te altare sternunt in pauimento, stragulum rité vocabimus. Hæc ex Valla lib. 6. cap. 46. Cic. 4. Verr. Dico te maximum pondus auri & argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacã supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam Syracusis exportasse.

Picta stragula. Tibul. lib. 1. eleg 2.

Stragula vestis, Idem. Cic. 4. Verr. Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. Et Liu 4. bel. Maced. Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti: matrem familiãs tuã purpureum amiculum habere non fines? Horat. 2. Serm. saty. 3.

Stragulum, stragula, pen. cor. {ῥῆγος, φορμὸς, χυπὸς} pro eodem accipitur, nempe pro lectorum opertorio, vbi & dormiebãt antiqui & discumbebant, vario deliniamento figuratũ & acu picto. Varro de Lingua Latina, Quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant. Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Nam neque tunc plumæ, nec stragula picta soporem. Martial. lib. 14. Sic Plin. li. 13. cap. 11. Et è libro vela, tegetésque, necnon & vestem atque stragula.

Textile stragulum. Cic. 5. Tusc. Quum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominẽ in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto, &c.

STRAGONA {στρογγύλα} Ptolemæo lib. 2. ca. 11. Germaniæ vrbs. Vulgò *Possenau.*

Straměn, straminis, pen. corr. neutri generis {κάρφη, κάρφος} Stipula, vel quiduis aliud stramineum, quod solo quiescẽdi gratia sternitur, nempe id propriè in triticeis culmis quod terræ hæret, & posteà subsecatur, quod alij à stando dictum putant, alij à stratu, quòd id substernatur pecori.

Contecta straminę casa. Ouid. 5. Metam.

Agreste straměn. Virg. 11. Æneid.

Strămentum, strămenti {χειμαδιστηρίωμα} Idem, Varro de Re rust. lib. 1. cap. 50. Tertio modo metitur, vt strămentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt, à quo medio messem dictam puto. Infra manum strămentum quod terræ hæret, posteà subsecatur. Liu. 5. bel. Pun. 218. Pars ignis eſcas strămento arido tectis iniiciunt, pars portas occupant. Plaut, True. 6,

-noctem in strămentis pernoctare perpetem. Plin. lib. 18. cap. 3. Quies, somnúsque in strămentis erat. Cæsar 8. bel. Gall. Fasces vbi confederant per manus strămentorum ac virgultorũ, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Ibidem, lib. 6. Et feruefacta iacula in casas, quæ more Gallico strămentis erant tectæ, iacere cœperunt.

Incubare strămentis. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Strămentum, quod sternitur latiore significatu: nam ex Varrone, quid proprię sit strămentum indicatum est. Strămentum à vestimento secernitur. Ofilius ad Atticum ait verbo victus vestimenta & strămenta

strămenta significari, continerique. l. 234. §. vltimo, de verb. sig. Sed & stragula vestis rectè, qua sternimur dicitur apud Vlpianum in l. 12. §. Sed si fundus non sit. D. de instruct. vel instrumen. legat. lib. 3. Pand. tit. 7. Stragulæ vestes Stratoriæ à Paulo dicuntur lib. 3. Senten. tit. 6. §. Veste vtili. Quo loco ait: Stragula quoque huic legato reddũt. l. vestis. §. Virilia. De auro & arg. lega. lib. 34. P. tit. 2.

Stramineus, Adiectiuum {καρφώδης} Quod est ex strămine. Propertius lib. 2. eleg. 17,

Strămineæ posset dux habitare casa.

Casæ strămineæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 9.

Strămentitius, Aliud adiectiuum. Quod ex strămẽto fit: vt tectum strămentitium, tegetes strămentitiæ.

Strangulo, strangulas, pen. cor. {ἄγχω, κατάγχομαι, σφαγγάλη, πνίγομαι, πνίγω} strangulare, Sttingendo gulam necare. Columel. lib. 3. cap. 12. Eadémque velut conclusa & coarctata semina comprimere atque strangulare. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22, Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrem strangulauit: honorem non præfamur. Iuuen. Saty. 10,

Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat.

Strangulare diuitias dixit Papinius, quòd tanquam inuitę & constrictæ retinerentur constipatæ, vt quæ respirare nequirent, suffocarentur. Papinianus,

Non tibi suppositas infœlix strangulat arca Diuitias. Turnebus.

Liquor strangulat ora. Ouid in Ibin.

Strangulat segetes nimia terræ lætitia. Quint. lib. 8. in Procem.

Natura strangulare sonitum. Plin. lib. 2, cap. 43.

Strangulatus, pen. prod. Participium {στενωθείς} Plinius lib. 7. cap. 7.

Strangulatus, pen. prod {πνιγμὸς} Verbale, Ipsa strangulatio: vt strangulatus vuluæ, quæ & strangulatio dicitur, pro compressione, & angustia vteri. Plin. lib. 20. cap. 18, Datur & oli factandum ex aceto in strangulatu vuluæ. Idem lib. 21. cap 20.

Strangulatio {πνῖξις} vt,

Strangulatio vuluæ. Plin. lib. 20. cap. 15.

Stranguria, strangurię {στραγγουρία} Difficultas vrinæ quæ ex meatus constrictione accidit: vnde fit vt stillatim vrina dimittatur. Vnde etiam vrinæ stillicidium Latinis dicitur. Ab στραγγαλάω constringo, & οὖρον. Vel ab στραγὼν στραγόνες, quod apud nos stillicidium significat: εὐρίσκω, meio Latinè substillium dicitur. Plin. lib. 20. cap. 5. 2. Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis vncias quatuor. Cice. 2. Tusc. Quanuis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat.

Strata, quam fœminino genere vocant Itali, strata plurali dixit Lucretius, qui ei nomini fœminino occasionem dedisse propè videtur.

Stratáque, inquit, iam pedibus populi detrita viarum

Saxea conspicimus. Turnebus.

Strata, stratæ: via, quæ cuiuis sternitur, id est publica via. Honorius & Theodos. PP. l. 4. De priuilegiis domus. Aug. lib. 11. C. tit. 74. Absit vt nos instructiones viæ publicæ, & pontium, stratarúmque opera, titulis maiorum Principum dedicata, inter fortuita munera numeremus. Idem. l. 6. de Itinere munendo. in C. Theod & apud Isidorum lib. 15. Etymol. cap. vlt. Procopius lib. 2. de bello Persico: viam à Latinis, stratam, etiam dici tradit.

Stratagema, siue strategema, pe. pro. stratagematis, n. g. {στρατήγημα} Strategemata, Astutię rei militaris, gesta militaria, exempla siue consilia militaria, quibus posteri ad similia facienda ducuntur, στρατὸς enim, exercitus: ἄγω duco: Stratia, militia, exercitus. Cic. 3. de Natura deorum. Consilium illud imperatorium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorum qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. Idem ad Atticum, lib. 5. 89, Quum interim Rusio nostcr quòd à se Vestorio obseruari videbat, stratagemate hominem percussit.

Strategus, strategi, pen. prod. masc gene. {στρατηγὸς} Dux exercitus. Plautus Curc. 7,

Nec strategus, nec tyrannus quisquam.

Strategum te facio huic conuiuio, dixit Plaut. in Sticho, 14.

Strategia, strategiæ, pen. prod. {στρατηγία} Militatio, prætura, imperium rei militaris & gubernatio. Plin. lib. 6. cap. 9, A Tigranocerta ad Iberiam. Dicitur (quod certum est) in præcturas, quas ij strategias vocant. Idem lib. 4. cap. 11.

¶ Strationes, strationis, pen. prod. m. g. {στρατιώτης} Miles.

Strationicus, penult. corr. Adiectiuum {στρατιωτικὸς} Militaris. Plautus pseud 9,

Strationicum nuntium aduenientem percutiam probé.

STRATARCHAS, Dorylai filius, rex fuit Cretensium, quem Strabo se vidisse asserit lib. 10.

Stratiotes {στρατιώτης} millefolium, frutex exiguus palmi altitudine foliis, auicularum pennas imitantibus breui admodum dissectoque foliorum exortu. Latini & militarem herbam appellant propterea quòd vulnera omnia ferro facta iuxta dies quinque sanare dicatur ex oleo imposita. Est & Stratiotes aquaticus sine radice viuęs, aquis tantùm supernatans folia habens semperuiuo similia: sed maiora. Huius meminit & Plin. lib. 24. cap. 18. Celebratur (inquit) & à Græcis Stratiotes: sed ea in Ægypto tantùm ex inundatione Nili nascitur, Aisoo similis, ni maiora haberet folia: Refrigerat mirè & vulnera sanat ex aceto illita.

STRATIVS {στρατιώτης} Iouis cognomẽ qui apud Caras colebatur, quod nos bellicosum interpretari possumus. Herodotus libr. 5. Item vnus ex filiis Nestoris.

STRATONES octo fuerunt. Primus Isocratis auditor. Secundus Lampsacenus, Theophrasti discipulus, qui vocatus est Physicus, propter speculationem physicæ. Præceptor fuit Ptolemęi Philadelphi. Scripsit multos libros. Tertius medicus qui Erasistratum audiuit. Quartus historicus. Quintus poëta Epigrammatum. Sextus antiquus medicus, vt ait Aristoteles. Septimus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laertius. Octauum Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Brutí familiarem, qui vnà cum eo in bello Philippensi fuit: fortisque adhibitus dum ille sibi mortem conscíuit. Conciliatus postea Augusto per M. Messalam, qui comes ad bellum Actiacum fuit. Vide Ælianum. Hic (vt Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis iudibrio foret: quorum fœdus Ægyptij regis societate neglexerat, tetrahebatur formidine: & gladium quem arripuerat circunspectans, hostium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamq; capiendum vxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transfuit berauit. Compositóque ex more cadauere se moriẽs superiecit, ne post virginalia fœdera alterius coitum sustineret.

STRATONICE, es {στρατονίκη} Ariarathis Cappadocum regis filia, vrox Eumenis Pergami regis, cui Attalum peperit, qui illi in regnum successit. Strabo lib. 13.

STRATONICEA, vrbs est Mesopotamiæ ad Babylonem autore Plinio lib 6. cap. 26.

STRATONICIA, ciuitas est nobilissima in mediterraneo Asiæ. Strabo libro 14.

Strator, Stratum, Vide STERNO.

Stratorius, a, um: idem quod Stragulus, a, um: Stratoria strămenta, Stratoria vestis: Vide in dictione STRAMENTVM.

Stratura, æ: (sic enim apud Iuuolenum lib. 2. Ex posteriotibus Labeonis, non structura legendum esse docent antiquiores Codices) est locus alicuius ex rabulis factus, qui æstate collauit, & hyeme ponatur. Iureconsultus in l. quos nos. §. vltimo. De verb. signifi. in P.

STRATVS, Acarnanæ ciuitas, ad fluuium Acheloum: Strabo lib. 10.

Strebula, Pompeius ait, significat Vmbrorum lingua, partes carnium sacrificatarum. Varro, De strebula vt delumbos cœnabis Charrea strebula, vt Opilius scribit, circum coxendices sunt nobis. Arnobius lib. 7. ferè vt Varro interpretatur sic scribens, Non enim placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur. Etymologiam ei græcam reddit Varro à verbo στρέφειν, quod est Vertere.

Strenæ, strenæ {ἔτυμος} Munus quod datur die festo, ominis boni gratia. Festus, Strenam vocamus, inquit, quæ datur die religioso ominis boni gratia à numero, quo significatur alterum tertiúmque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s littera, vt in loco & lite, sloco, slite solebant antiqui. Sueton. in Caligul. cap. 42. Edixit & strenas ineunte anno se receperurũ, stetíque in vestibulo ædium Calendis Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis turba ferebat.

Strena, dicta à strenuitate, teste Nonio. Pompon. Pistorib. Asside, siquá ventura est alia strena strenæ.

Strenarum origo, qua fœlicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio rege manasse dicitur, qui primùm Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit. Symmachus in quadam epistola, Ab exortu penè vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit authoritate Tatij regis, qui veribenas felicis arboris ex luco strenæ nouí anni auspices primus accepit, DD. Imperatores: nomen indicio viris strenuis hæc conuenire ob virtutem. Ex Turnebo.

Strenarum commercium, Vicissitudo dandi & accipiendi strenas. Sueton. in Tiberio, cap. 34. Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exercerentur. Consueuerat quadruplam strenam & de manu reddere, sed offensus interpellari se ab iis qui potestatem sui die festo non habuissent, vltrà non reddidit. Quadruplam, id est quadruplo maiorem quam acepisset. Interpellari, impediri, & à rebus gerendis auerti: toto mense Ianuario. Strenæ meminit idem Suetonius in Augusto cap. 57.

STRENVA, Dea, quæ & Strenia dici videtur, Varro de lingua Latina Hinc oritur capur sacræ viæ, ab Streniæ sacello. Diuus Augustius à strenuè faciendo denominatam ait. Lilius Syntag. 1. libri Histor. Deorum.

Strenuus, A dictiuum {ἐλεύθερος, ἐπιτήδειος, πρόθυμος, εὐδοκιμῶν, εὐψυχῶν, γενναῖος} Fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. Terent. Phorm. 3. 1. Tum Phormio itidem hac re (vt in aliis) strenuum hominẽ præbuit: Colum. lib. 7. Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet.

Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum. Cicero 2. Philipp.

Putare aliquem strenuum. Hirtius Ciceroni epist. ad Att. li. 15. 324.

Dextra strenua. Ouid. de Medicamine faciei.

Facies strenua. Plaut. Rud. 9.

Inertia strenua. Horat. 1. epist. 11.

Ministra strenua faciendis iussis: Ouid. 9. Metam.

Strenua mors, pro Cita & celeri. Curtius lib. 9.

Membra strenua. Ouid. 4. Fast.

Saltus strenuus, pro Celeri. Curtius lib. 9. Transiliebántque in vehicula strenuo saltu, quum succurrere laborantibus suis vellent.

Strenuior, pro Magis strenuus: & superlatiuum Strenuissimus; Plaut. Epid. 10.

Nam strenuiori deterior si prædicet suas pugnas, de illius ore fiunt fordidæ. Cato in Præfar. At ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur. Plin. lib. 18. cap. 5. Fortissimi viri, & milites strenuissimi.

Strenuè, Aduerbium, {ἐλευθερικῶς} Fortiter, diligẽter. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333, Magis commodè quàm strenuè nauigaui. Idem ad Quint. fratrem, lib. 2. 8, Domus vtrius que nostrum ædificatur strenuè.

Capere arma pro aliquibus strenuè. Cic. pro Rab. Perduel. reo.

Comparare aliquid strenuè. Author ad Herenn. lib. 4.

Sanè strenuè accepi tuas literas. Cic. Terentiæ lib. 14 5.

Strenuè, pro Celeriter, siue protinus. Curtius lib. 8. Renocatóque strenuè Oxorte futurum se in regis potestate respondit.

Strenuitas, penult. corrept. strenuitatis {τὸ ἐλεύθερον} Fortitudo, celeritas, agilitas. Ouid. 9 Metam.

Strenuitas antiqua manet.

Strepo, strepis, strepui, strepitũ, pen. corr. {ἐκπίπτω, ψοφέω, πτοπίω, κροτολογέω, κτυπάλλω} strepere, Pedibus aut aliquo quocunq; alio modo strepitũ facere. Plin. lib. 11. ca. 10. Quũ adueſperascit, in aluco strepũt;

Murmure ſtrepit omnis campus. Virg. 6. Æneid.
Cornua ſtrepuerunt rauco cantu. Virg. 8. Æneid.
Mauors ſtrepit per omnem Auſoniam. Silius lib. 4.
Strepere aliquid, pro Submurmurare. Liu. 2. ab Vrbe.
Strepere inter ſe. Cic. 1. de Diuinat. Inter ſe ſtrepere, apertéque artem obtererе, &c.
Strepunt aures clamoribus plorantium. Liu. 2. bel. Pun.

Strepitus, huius ſtrepitus, pen. corr. {ψόφος, ἦχος, κόλαυξ, κέλαδος} Propriè pedum ambulantium, manuúmque aliquid prertractantium ſonus eſt. Cic. 2. Ver. Tũ verò non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam Pop. Rom. ſignificauit voluntatem. Idem ad Att. lib. 13. 295, Heri neſcio quid in ſtrepitu vidcor exaudiſſe, quum diceres te in Tuſculanum venturum. Cæſ. 4. bel. Gall. Atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum ordines pleriunque perturbant.
Strepitus arboris. Plin. lib. 16 cap. 42.
Concurſus hominum forſque ſtrepitus. Cic. de claris Orat.
Fluminum ſtrepitu. Cic. 1. de Leg.
Pedum crepitus, & ſtrepitus hominum. Cic. in Topicis.
Strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Cælius Ciceroni lib. 8. 2.
Acerbus plagarum ſtrepitus. Iuuenal. Saty. 14.
Demens ſtrepitus. Horat. 3. Carm. ode 19.
Dulcis ſtrepitus aureæ teſtudinis. Horat. 4. Carm. ode 3.
Ingens valuarum ſtrepitus. Horat. 2. Serm. ſaty. 6.
Nocturni atque diurni ſtrepitus Horat. 2. Ser.
Popularis ſtrepitus. Horat. de Arte.
¶Audire ſtrepitũ cum fremitu in aliquo loco. Cic. de Aruſp. reſp.
Fit ſtrepitus tectis. Virg. 1. Æneid.
Haurire ſtrepitum, Audire ſtrepitum. Virg 6. Æneid.
Remugit ſtrepitu ianua. Horat. 3. Carm. ode 10.
Pedum ſtrepitu terrere aliquem. Tibul. lib. 1 eleg. 2.
¶Strepitus, Pompa diuitiorũ, à comitãtium ſtrepitu dicta. Quintilia. Declamat. 13. Hic quũ me eubcaſſet fubitò trepidum, totòque fortunæ ſuæ, ſtrepitu circunſtetiſſet.
¶Strepitus, per ſecundam declinatum antiquis, authore Nonio, Ennius Hectoris Lytris, Quid in caſtris ſtrepiti eſt?

Strepito, ſtrepitas, pen. cor. {ψοφέω} ſtrepitare, Sæpe ſtrepitum facere. Virg. lib. 1. Georg.
Inter ſe foliis ſtrepitant.
Alæ ſtrepitantes. Tibul. lib. 2. eleg. 24.
Arma ſtrepitantia. Tibul. lib 2. eleg. 6.

Strepſicerotes, Tranſmarinum animal ſemiferum. Plin. lib. 8. ca. 53.

Streptes vua, quæ cum Sole circumagitur vbique. Plin. lib. 14. cap. 3.
¶Streptos {στρεπτὸς} Torquis apud Perſas, à στρέπω torqueo. Vode apud Herodotum στρεπτοφόροι, id eſt torquati, ſiue torquem ferentes. Pol luci autem lib. 5. cap. 16. στρεπτὰ ponuntur inter ornamẽta muliebria.

Stria, ſtriæ, Eminentia illa quæ eſt inter canaliculos & ſulcos in eo columnarum genere quod ſtriatum dicitur. Vitru. lib. 3. cap. vltimo, Columnarum ſtriges faciendæ ſunt XXIIII. ita excauatæ, vt norma in cauo ſtrigis quum fuerit coniecta, circumacta, ita anconibus ſtriarum dextra ac ſiniſtra angulos tangat, vt acumen normæ circunrotundatione tangendo peruagari poſſit. Plin. lib. 22. cap. 22, Quorundam ex his facilè noſcuntur venena, diluto rubo, tancido aſpectu, liuido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitum labro.
Striæ etiam in herbis (inquit Ruellius) ſunt partes quædam, &c, vt ita dicam, femora quæ protuberant: ἐξοχὰς Græci vocant: ſicut caua canaliculi que, ſtrigiles, ſi Vitruuio credimus appellantur.

Strio, ſtrias ſtriare, Strias facere. Vitruuius lib. 4. cap. 3. Columnàs autem ſtriari viginti ſtriis oportet.
Striare etiam dicuntur boues, quũ peracto aut non peracto priore verſu, alius ſuper alium innititur. Hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore verſu anhelant, non conuenit. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando verſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius.

Striatus, pen. prod. Participium, Striis diſtinctum: vnde & folia ſtriata, & columnæ ſtriatæ, & conchæ ſtriatæ dicuntur. Plinius lib. 21. cap. 5. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. Idẽ lib. 37. cap. 10. Idem Striatus ſcapus. Plin. lib. 26. cap. 7. (lib. 1. cap. 33.
Striatam frõtem vocat Apuleius lib. 12. Cõtractam, caperatámq;, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia.

Striatura, ſtriaturæ, pe. pro. Vitruu. lib. 4. cap. 3. Striaturæ paribus lateribus. Paulo pòſt, Ita Doric a columna ſui generis ſtriaturæ habebit perfectionem.

Stribiligo, pen. prod. ſtribiliginis, F. g. {στρεπτὸς} A veruſtioribus Latinis dicebãtur, quę nũc imparilitas & ſolœciſmus appellatur, qui ab Aſinio Capitone definitur impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Vide Gellium lib. 5. cap. 20.

Strictabillæ, dicuntur nõ tã ambulantes quàm ſummo pede vel talo terrã ſtringẽtes, quod vſuenit iis quibus pedes læſi ſunt, vel crura. Nõ enim planũ ponunt veſtigiũ pedis, ſed eius extremo tantũ radũt ſolum, qui idẽ pedibus ſuis ægrè ſtant & inſiſtunt. A ſtringendo deducitur ſtrictare: à ſtrictando ſtrictillare per diminutionẽ, & per eandem iteratã ſtrictibillare vel ſtrictabillare, vt à conſcribere conſcribillare: vnde ſtrictabillæ ſunt appellatę, vt Var. ait: Actius apud Varr. Staciæ, ſcrupedæ, ſtrictabillæ, tantulæ. Ex Turnebo.

Strictè, Strictim, Strictura, Strictius, Vide STRINGO.

Strideo, ſtrides, ſtridui, ſtridere, pen. pro. {σίζω, συρίζω, βρύχω, κλάζω} Dicuntur propriè fixes quum ſonum faciunt. Transfertur etiã ad alia.
Cardo foribus ſtridebat aheuis. Virg 1. Æneid.
Ignes ſtrident. Lucan. lib. 6.
Mare ſollicitum ſtridet. Virg. 4. Georg.
Metum fuſum in igne ſtridet. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6.

Syræ ſtridunt. Virg. 2. Æneid.
Tibia ſtridebat cantu. Tibull. Argon. 59.
Vulnus infixum ſtridet ſub pectore. Virg. 4. Æneid.

Strido, ſtridis, ſtridi, {κνῶ, κνάω} ſtridere, pen. corr. Idem Plin. epiſt. 203. At quum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt. Virg. 8. Æneid. Idem 4. Georg.
-liquefacta boum per viſcera toro
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis.
Stridere ad alia transfertur. Horat. 2. Serm. ſaty. 8,
Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros.

Stridens, Particip. {τρύζων} vt Horrendum ſtridens bellua. Virg. 6. Æn.
Alis ſtridentibus ludunt cygni. Virg 1. Æneid.
Haſta ſtridens. Virg 9. Æneid.
Plauſtra ſtridentia. Virg 3. Georg.
Procella ſtridens. Virg 1. Æneid.
Seræ ſtridentis horror. Lucret. lib 2.

Stridor, ſtridoris, pen. prod. m. g. {ῥῖγος, βρυγμὸς, τρυσμὸς, στρυγμὸς} Virg 1. Æneid. Stridórque rudentum. Plin. lib. 8. cap. 9. Stridor ſuis.
Et lib. 17. cap. 24. Somnúmque edunt paruuli ſtridoris.
Acutus ſtridor, Vide Acutus in ACVO, Denſus ſtridor.
Aut denſus ſtridor quum celſo è vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcapulorum ſæpe repulſus. Cic. 1. de Diuinat.
Ferus ſtridor, Sibilus ſerpentis. Ouid. 9. Metam.
Horrifer Aquilonis ſtridor. Cic. 1. Tuſcul.
Ingens ſtridor. Virg 7. Æneid.
Raucus ſtridor, Grunitus apti. Ouid. 8. Metam.
Terrifici ſtridores. Silius lib. 5.
Terriſonus ſtridor. Claud. 1. Panegy.
¶Audire ſtridorem ſerræ. Cic. 5. Tuſcul.
Aeri ſtridore impulit validas fores. Valer. 2. Argon.
Magnis ſtridoribus indignarum æquor. Virg. 2. Georg.
Reddit ſtridorem ianua verſo cardine. Ouid. 11. Metam.
Inuidiæ ſtridor, Vide Inuidia, in INVIDEO.

Stridulus, pen. cor. {λιγυρός, λιγυφθόγγος, λιγύφθογγος, λιγύφωνος} A dicẽt. vt Plauſtra ſtridula. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12.
Fax ſtridula lacrymoſo fumo. Ouid. 10. Metam.
Conuitia ſtridula. Ouid. ad Piſonem.

STRIDON, vulgò Sdrigna. Oppidum in agro Iuſtinopolitano fuit, in Dalmatiæ & Pannoniæ confinio D. Hieronymi patria à Gothis euerſum.

Striga, ſtrigæ, {ἱππιατρολόγος} Strigæ, ordo rerum inter ſe continuatè col locatarum, vt ait Feſtus: quòd vnà ſint conſtrictæ. Columel. lib. 2. ca. 19. de fœno loquens. Vtrunque ſiccarum coarctabimus in ſtrigam, atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio habet ſtriam. Sed fortè legendum eſt ſtruem. Paulò enim pòſt vocat metas.
Striga apud ſcriptores agreſtium mẽſurarum ſic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per ſtrigas & per ſcamna diuiſus & aſſignatus eſt more antiquo in hac ſimilitudine, qua in prouinciis arua publica colunturt. Hygenus autem ſic, Menſuræ quadraturam dimidio longiorem facere debebimus, &, quod in latitudinem longius fuerit, ſcamnum appellare, quod in longitudinem, ſtrigam. Et Aggenus, Striga tus, inquit ager eſt, qui à ſeptentrione in longitudinem in meridianum decurrit: ſcamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem creſcit.
Striga, Higino authore in libello De caſtrorum metatione, Ordo eſt & ſeries equorum in caſtris tendentium: vel vt Soſipater ait, ſtriga caſtrẽſe eſt vocabulum, interuallum turmarum ſignificans, in quo equi ſtringuntur. Hinc

Strigo, ſtrigas, ſtrigare, In ſtrigam equos vel mulos iunctos agere, & rectà dirigere, ne diuerſi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. Eo verbo vſus eſt qui parodiam venuſtiſſimam epigrammatis Catulliani luſit in Ventidium mulionem,
Et inde tot per orbitoſa millia
Iugum tuliſſe, læua ſiue dextera
Strigare mulas, ſiue vtrunque cœperat.
Strigo, ſtrigas, ſtrigare, Velut in ſtriga interquieſcere. Plinius per tranſlationem vſurpauit, cùm inquit, in arando verſum peragi, nec ſtrigare in actu ſpiritus: id eſt in agendo ſulco interquieſcere. Vtenim in ſtriga quieſcunt equi, & vt in ſtrigam dum collocantur ſtrigare dicun ur: ita quoque cum in verſu, qui vno ſpiritu agẽdus eſt, ad interſpirandum requieſcunt, ſtrigare dicuntur. Fruſtrà igitur in editis legas ſtriare. Interpretationem verò hanc adiuuat Senec. lib. 4. epiſt. Itaque, inquit, in vanum operoſos culpauerim: rurſus ad honeſta nitentes quanto magis incubuerint, minúſque ſibi vinci & ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo, tanto melior, ſurge & inſpira, & cliuum iſtum, vno ſi potes ſpiritu exupera. Idem tamen error eſt in editis, qui & apud Plinium. 1. Sed ſic emendato authoribus Guliel. Peliſſerio & Turnebo.

Strigilis, huius ſtrigilis, pen cor. {στλεγγίς, ψῶρα} In ablatiuo ſtrigili. Inſtrumenrum ferreum, dentatum. A ſtringendo, id eſt, radendo, quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo.
¶Strigili vtebantur veteres in balineis ad radendas corporis ſordes, ſudorémque detergendum, præcipuè in frictionibus, antè quàm comederent. Fiebat autẽ hæc ex auro, argẽto, ferro: interdum etiam lapidibus quibuſdam: nunc lineis vtuntur. Perſius Saty. 5,
I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Plaut. Sticho, 4.
Rubiginoſam ſtrigilem ampulámque rubidam.
De ſtrigili apud Martialem, lib. 14,
Pergamus has miſit curuò diſtringere ferro. Iuuen. Saty. 3,
-ſonat vncis
Strigilibus. Horat. 2. Serm. ſaty. 7,
-an hic peccat, ſub noctem qui puer vuam
Furtiua mutat ſtrigili?
¶Strigiles quidam accipiunt pro pectinibus fricatoriis. Legimus apud Strabonem libro 15. De moribus Indorum, illos exercitum, præcipuè

præcipuè frictionem probare, & maximè ſtrigilibus hebeni leuibus corpora expolire. Plin. de ſpongiis loquens, lib. 31. cap. 11. Præſtant & ſtrigilum vicem, linteolorúmque affectis corporibus.
¶Strigilem aliqui accipiunt pro quodã vaſis genere. Strabo. Inde ſtrigilum & ampullarum artifices maturè euaſerunt. Plaut. Perſa. 4. Cic. lib. 4 de Finib. Si ad illam vitam quæ cũ virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Quanquã tamen etiam his locis proſtrigili balneatoria ſumi poſſit, quæ cum ampulla vnguentaria ferebatur, vt poſt frictionem & ſudoris abſterſionem, quæ ſtrigili fiebat, vngerentur.
¶Strigilis, pro ſpecillo auriſcalpio, ſi verba fingere licet. Specilla verò auriſcalpia Galeno ὠτογλυφίδες dicuntur, velut μητρογλυφίδες, ac ὀνυχογλυφίδες ab eodem, & medicis omnibus vocantur, quæ nos vteriſcalpia, & nariſcalpia appellare poſſumus. Celſus ὠτογλυφίδας, aliàs ſtrigiles, aliàs oricularios clyſteres appellat. Verùm ſtrigilis vox videtur planè ex ξύσεως facta eſſe. Nã velut hæc ὑπὸ τοῦ ξύειν, ſic illa à ſtringendo deducta apparet, & pro auriſcalpio ſpecillo ambæ accipiuntur. Hęc ex Cornario in Galenum. Celſus lib. 6. cap. 7. De auriũ morbis, & curationibus. In aurem verò infundere aliquod medicamentum oportet, quod ſemper antè tepefieri conueniat: cõmodiſſiméque per ſtrigillium inſtillatur. Vbi auris repleta eſt, ſupèr lana mollis addenda eſt, quę humorẽ intus contineat. Scribonius Largus in titulo, Ad aurium dolorem, Prodeſt herbæ vrceolaris, aut cucurbitę ramen torũ ſuccus tepens per ſtrigilem in foramen auris dolentis infuſus. Paulo pòſt, reponitur medicamẽtũ in ampulla vitrea. Quũ opus eſt, ad tumorem quidem calidum per ſtrigilem infunditur: deinde foramen ſummum lana ſuccida tegitur. Ad vlcus autem frigidum, per eiuſdẽ generis lanam & auriſcalpium iniicitur. Plin. lib. 29. cap. vlt. Murium cinis cum meile inſtillatus, aut cum roſaceo decoctus, aurium dolores ſedat. Paulo pòſt. Sed medici malunt è nardo decoqui vſque ad tertias, atque ita aſſeruari: deinde quum opus ſit, ſtrigili tepefacta infundere. Cõſtat deplorata auriũ vitia eo remedio ſanari.
¶Strigil, Aluminis genus pumiceſum & foraminoſum fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundſtmque natura.
¶Strigiles (inquit Plin. lib. 33. cap. 3. Hiſpania vocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolũ in maſſa aut ramento capitur, quum cætera in metallis reperta, igni perficiantur. Hoc ſtatim aurum eſt, conſummatámque materiam protinus habet, quum ita inuenitur.
¶Budæus, Strigiles in antiquis libris Vitruuij impreſſis bene legebatur, vbi nũc Striges legitur, & Strigiũ. li. 4. ca. 4. Et lib. 5. ca. 7. Nam id verbũ apud Celſum legitur lib. 6. ca. 7. licèt in impreſſis ſtrigẽ pro ſtrigilẽ legatur. Iucũdus Veronẽſis ira immutauit, qui ſtrigẽ affirmat in antiquis legi. Græcũ eſt verbũ, vt Vitruuius ait, li. 10. ca. 15. Sic enim appellat partem catapultæ, qui canaliculus ab eo dicitur. Vernacula lingua *Coulouatre*, Vide in STRIA, Stria & Strix hoc differunt.
Strigilis, inquit Nonius, certum eſt eſſe fœminini generis antiqui & neutro genere protulerunt. Strigilum erat nominatiuus generis neutri.

Strigilecula, pen. cor. {στλεγγίδιον} Dimin. à ſtrigilis pro Vaſe, vt vult Calepinus. Apuleius, Qui magno incœptu prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoque olearium, quam geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate, iuxtáque honeſtam ſtrigilecũlam, recta faſtigiatione clauſulæ flexa tribulo ligulæ, vt & ipſa in manu capula moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur. Certè hic locus apertiſſimè, vas non eſſe ſtrigilẽ notat, ſed inſtrumẽtum quod cum ampulla in balineis ſeruiebat, poſt frictionem & ſudorem.

Strigmentum, ſtrigmenti {ῥυπάδες} Sordes quæ ex corporibus raduntur. Celſ. lib. 2. cap. 6. Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſi ſanguinem, bilem viridem, aliquid modò diuerſis tẽporibus, modò ſimul & in miſtura quadam, diſcreta tamen repræſentat. Plin. lib. 9 cap. 15. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viuiſcunt.
¶Strigmenta olei dicimus ęgromata, id eſt, ſordes olei, quę ex'vngentorum athletarum corporibus raduntur. Plin. lib. 15 ca. 4. Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.
¶Strigmenta, Ramenta. Plin. lib. 20. cap. 3. de cucurbita ſylueſtri. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto febrium ardores refrigerat. Ibidem & ramenta & ſtrigmenta vocat.

Strigis, is, gem: Auis, quam lac habere nonnulli tradiderunt. Plin. lib. 11. capit. 39.

Strigium veſtis Hiſpanica, Plautus,
Nudus eſt: iurat ſe Strigium oppigneraſſe. Hiſpanos enim initio certum eſt ſtrigio, id eſt, ſordido palliolo vſos, quibus ſuas carnes obtegerent: nunc pannoſi quidem ſunt, ſed lautiores.

Strigones, inquit Feſtus, denſarum vitium homines. Strigore in editis legitur mendoſè vt Turnebus putat.

Strigoſus, pen. prod. Adiect. {σφριγώδης, παπέλαις} Quod eſt exhauſtum & macilentum, quaſi ſtringoſum. Vnde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt. quod corpora eorum reſtricta ſint fame, aut alia vitij cauſa. Colum. lib. 6. cap. 37. Strigoſum patris præferret habitum. Idem lib. 7. cap. 6. Placidè ac lentè pabuletur, vt & largi ſit huberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. De capris.
Equus ſtrigoſus. Gell. lib. 4 cap. 20.
Strigoſus orator, per tranſlationem, Ieiunus, ineptus. Cicero de claris Orator. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur, quos valetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat: quanquã in Lyſia ſunt ſæpe etiam lacerti, ſic vt & fieri nihil poſſit valentius: verum eſt certè genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa eius ſubtilitate admodum gaudeant. Id eſt gracilior & tenuior, vt ipſe ibidem: cui opponit corporis habitum opimum.
Strigoſior, Comparat. Liu. 7. bel. Punic. Et ſtrigoſiores equos.

STRIMON, Vide STRYMON.

Stringo, ſtringis, ſtrinxi, ſtrictum {σφίγγω, σύρω, πλέω, σφικόω} ſtringere, Aſtare. Plinius, Apprehenſam que manu ſtrinxir.
Metis narrandi preſſis ſtringere aliquid, Breuiter enarrare, Breui narratione perſtringere. Silius lib. 8.
Nullum vinculum ad ſtrigendam fidem iureiurando maiores artius eſſe voluerunt. Cic. 3. Offic.
Vultus ſtringere. Stat. 1. Sylu 2.
Non talis niueos ſtringit Lauinia vultus
Quum Turno ſpectante rubet.
Stringere, per tranſlationem, pro Percutere ponitur. Virgilius 9. Æneidos,
Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago.
Pectora tua ſtringuntur noſtro delicto. Feriuntur & vulnerantur noſtra maledicentia. Ouid 5. Triſt. eleg. 7.
Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura
Quod cupio, membris exeat antè meis.
Quàm tua delicto ſtringantur pectora noſtro:
Et videar merito viltor eſſe tibi.
¶Stringere, Rarefacere, excidere. Virg. 9. eclog.
-hic vbi denſas
Agricolæ ſtringunt frondes. Id eſt amputant, decutiunt, vt ait Seruius. Idem 1. Georg.
Et fragili iam ſtringeret hordea culmo. Colum. lib. 6. capit 3. Aut ſtringere arbores expediat.
¶Stringere queraas glandes, Deeerpere, colligere. Virgilius 1. Georgic.
¶Stringere, Cædere, dolare. Silius lib. 6.
-iam nautica pubes
Aut ſyluis ſtringunt remos, aut abiete ſecta
Tranſtra nouant. Stringunt, id eſt Dolant & præparant ad nauigandum. Virg. 1. Æneid.
Aut ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos.
¶Stringere ripas fluminis, Radere Virgilius 8 Æneidos. Idem 5. Æneidos.
Littus ama, & læuas ſtringat ſine palmula cautes.
Meras ſtringere rotã. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Æquor ſtrigoſus. Gell. lib. 4 cap. 20.
Æquor ſtringit aura, Raditur, & leuiter à vento attingitur. Ouid. 4 Metam.
Vnda ſtringitur Noto. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Veſtigia leporis ſtringit canis, Vide VESTIGIVM.
¶Stringere enſem, Educere gladium. Virg. 10. Æneid. Liu. 7. ab Vrbe, Procul inde omnibus abire iuſſis, cultrum ſtringit.
Gladios ſtringunt manibus. Virg. 12. Æneid.
¶Stringere, Vulnerare. Virg 9. Æneid.
-hunc primum leuis haſta Themillæ Strinxerat.

Strictus, Participiũ {ἠσυχαίτερος} vt Strictus gladius, Euaginatus. Cicero 2. Philip. Quidnam homines putarent, ſi tum ociſus eſſet, quum tu illum in foro ſpectante Pop. Rom. gladio ſtricto inſecurus es?
Acies ferri ſtricta mucrone coruſco. Virg. 2. Æneid.
Epiſtola ſtricta ac libera, pro Vehementi & ſeuera. Senec. de Benefic. 4. cap. 37.
Ferro ſtricto ferit retinacula. Virg. 4. Æneid.
Stricta ex arboribus folia. Cæſar 3. bel. Ciuil.
Inſequi aliquem gladio ſtricto. Cic. 2. Philipp.
¶Strictus homo. Firmicus lib. 5. cap. 2. Faciet ſtrictos, auaros, ſordidos, & qui in omni vita gratiam lætitiæ vitent.
Lex ſtricta. Stat. 3. Sylu. 5.
Manus ſtrictæ in mea fata. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Mucronibus ſtrictos obſedere fores. Virg. 2. Æneid.

Strictè. Aduerb. {ἰσχναλέως} A quo Strictius & ſtrictiſſimè.
Obſeruare ſtrictè ne plus reddat, quàm acceperit. Cic. de Amic.
Alij legunt reſtrictè.

Strictim, Aliud aduerbium {λιθρόν, λιπαρόν} Compreſſius & breuiter. Cic. ad Att. lib. 2. 16. Quem tu Coreyræ, vt mihi aliis literis ſignificas, ſtrictim attigiſti. De libro loquitur. Idem pro Cælio, Poſtulatis enim, atque id tamen titubanter & ſtrictim, &c.
Breuiter & ſtrictim. Cic. pro Cluentio. Audiſtis quum ea quæ copioſiſſimè dici poſſunt, breuiter àme, ſtrictímque dicuntur.
Strictim, & multa dicere, cõtraria. Cic. 3. de Natura deorum, Quibus de quæſtionibus tu quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere.
Subiungere ſtrictim. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Strictim attondere. Plaut. Capt. 6.

Strictor, ſtrictoris, Qui digitabulis & manu oleam decerpit ex arbore: Legulus cõtrà, qui manu legit caducam & verberãdo decuſſam. Cato de Re ruſtic. Legulos quoe opus erunt præbeto, & ſtrictores. Turnebus.

Strictura, ſtricturæ, pen. prod. {ὑπτιόδης} Nonius, Stricturæ dicuntur propriè ſcintillę quę de ferro feruenti exeunt, quòd aut ſtrictæ emittantur, id eſt celeriter, aut oculos ſui fulgore perſtringant. Virgilius 8. Æneidos.
Strictuæ chalybum & fornacibus ignis anhelat. Lucilius Satyra libro 3.
¶Stricturæ, pro Maſſis terræ, ex qua ferrum ſit. Plinius libro 34. cap 14. Aliud rubiginem celerius ſentit, ſtricturæque vocantur eæ omnes, quod non in aliis metallis, à ſtringenda acie vocabulo impoſito. Budæus.

Strictiuus, penultima producta, Adiectiuum {ἀφαιρετικὸς} vt Strictiuæ olęæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. Cato capit. 146.

Striculus, ſtriculi, Striculi grandiuſculi pueri vocabantur, à ſtricta quadam corporis ſoliditate & duritie. Arnobius, Facit ſumere habitum puriorem, & in ſpeciem leuigari nondum duri atque ſtriculi puſionis.

Stringor, ſtringoris, Frigus, quo dentes perſtringuntur, Lucretius libro 3,
Morbus vt indicat, & gelidaï ſtringuor aquaï. Lambinus.

Stringor, ſtringeris, ſtringi, Denſari, conſtringi. Lucret. lib. 7,
Ignes in cẽtus ſtringi, maſſaſque corpus.

Strigillo, as are: verbum est à stringendo deductum eiusdem cum illo significationis, à quo sit cõpositum Obstrigillo, quod est Obsto, impedio. Varro: Quid Curio cum id fecisset, dicebat amicis, vt illi nun tiaretur, se obstrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut ite rum Consul fieret.

Strio, Vide STRIA.

Strix, strigis, f.g. Auis quædam nocturna & importuna, à stridendo dicta. Lucan. lib. 6. Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Plin. lib. 11. cap. 39. Fabulosum enim arbitror de strigibus, vbera eas infantiũ labris immulgere. Esse in maledictis iã antiquis strigẽ conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror. Stat. 3. Thebaid.

Infaustæ strigis omen triste, Senec. Herc. furen. 9.
Violenta strix. Tibull. lib. 1. eleg. 5.
De strigibus ita habet. Ouid. 6. Fast.

Sunt auidæ volucres, non quæ Plinia mensis
Guttura faudabant, sed genus inde trahunt, &c.

Est illis strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

¶ Strix {στρίξ} Idem quod canaliculus. Vide Stria & Strix hoc defertur, in Stria.

¶ Striges, strigis, Frumenti genus apud Hippocratẽ, quod tritico leuius est: & ventrem magis soluit: nascio an pro tragio accipiẽdum.

¶ Striges, sunt olera vilia. Plaut. Pseud. 13.

Ei homines cœnas sibi coquunt: quum condiunt,
Non condimentis condiunt, sed strigibus.

Stritare, ab eo qui sistit ægrè, Varroni lib. 6. de ling. Latin. Antiquum.

Stritauus, vt Stlocus, stlis, pro tritauo loco, lite antiqui dicebãt. Fest.

Strobilia {στροβίλια} Posita inter ornamenta muliebria à Pollice lib. 5. cap. 16.

Strobilus, strobili, pen. corr. {στρόβιλος} Nux pinea integra quæ etiam Græcis conus & conarium appellatur. Pityides verò sunt nuclei, qui in ipsis sunt conis. De Strobilo, vide Lexicon Græcum. Vlp. l. ligni, in fine. D. de legat. 30. De pinu etiam integri strobili ligni appellatione continebuntur.

¶ Strobilus, Arbor ex pinastrorum genere, è natalium cognitione sic dicta. Plin. lib. 16. cap. 10. 4. de pinastro, Easdem arbores, aiũ nomine esse per oram Italiæ, quas strobilos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioréſque, & enodes, liburnicarum ad vsus, penè sine resina. Vetus codex legit, quos tibulos.

¶ Strobilum à Romanis Carduũ satiuũ appellari Dioscorides ait, Græca quidem voce, sed tunc forte quotidiana, & in vsu populi: quæ à pineæ nucis figura, cui simile in summo carduus capitulũ habet, facta est. Græci enim στρόβιλον, arborẽ pinum, & nucem eius patiter vocant. Quæ quoniam coni figura in pinastris & oblonga est (quã formam cardui capitulũ habet) cõmunicata appellatione strobilos carduos hic à Romanis dici potuit. Hæc Marcellus in Dioscoridem.

Strobus, strobi, f.g. {στρόβος} Arbor odorifera. Plin. lib. 12. cap. 17. Petit & in Carmanos arborem strobum ad fumiferos, perfusam vino palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capita, citra dolorem tamen.

Strobus, ex succo prælecti, morsu capræ in caule fruticis odorati, & in puluerem conglomerati liquoris fit. Plin. lib. 12. cap. 17.

Stroma {στρῶμα} vox Græca est, qua illi quodvis straguli genus significant. Vnde & pro auleis accipitur, quæ & persistromata dicuntur, multa colorum varietate picturati. Clemens Alexãdrinus libros quodã miscellaneos vario ornamẽto cõstantes Stromata inscripsit.

Strombites, penultima producta {στρομβίτης} lapis est Strombi marini figuram omni ex parte referens.

STROMBVS, strombi, masc. gen. {στρόμβος} Animal in mari ceu concha torti lis, nomen habens à figura intorta. Plin. lib. 32. cap. 11.

STRONGILION, Amazonem fecit ex ære Sillanion statuarius: Plinius lib 34. cap. 8.

Strongylopræsopa dicuntur quibus rotunda est facies. Cælius Rhodig. lib. 4 Lect. antiq. cap. 2.

STRONGYLOS, & Strongyle, Strongyles, pen. corr. {στρογγύλος} Insula in mari Ægæo, vna ex Æoliis: sic dicta, quia sit rotunda & globosa, quod στρόγγυλον Græcè designat. Hæc (vt Plin. lib. 4. cap. 12. scribit) vineacum fertilis est, cuius ambitus patet LXV. millibus passuum. Ea nunc Naxos, sed antea Dia vocata. Silius lib. 14.

Mille Agathyrna dedit, perflaráque Strongylos Austris.

Stropha, strophæ {στροφαί} Acumen, subtilitas, Cunctatio subdola, aut tergiuersatio fraudulenta & ludificatrix fallacia. Tractum à ceruis quum à venaticis canibus vrgentur. Budæus *Vnè tuxe*. Plin. epist. 18. Quod dubites ne feceris, id ipsum reserибe, ego aliquam stropham inueniam, agámque causam tuam. Mart. lib. 3.

Nihil stropharum est, iam falacium dandum est. Idem. lib. 11.

STROPHADES, pen. acut. {στροφάδες} Insulæ duæ in Ionio mari supra Zacynthum in meridiem sitæ, ab aliis Plotæ dictæ, quibus Seruius à conuersione Harpyiarum ex Arcadia volantium nomen datum voluit. Virg. 3. Æneid. Vide SERVIVM.

Strophium, strophij {στρόφιον} Fascia pectoralis, quæ virginalem tumorem papillarum cohibet. Turpil.

Me miseram, quòd inter vias epistola excidit mihi,
Infœlix inter tuniculam ac strophium collocaram. Catul. Argon. 59,

Non tereti strophio lactantes vincta papillas.

Strophia etiam coronæ dicebantur ab insigni quod imponebatur capitibus sacerdotum. Quod fit διὰ τὸ σ τρωφᾶν, hoc est à vertẽdo. Plin. lib. 21. cap. 2. Tenuioribus vtebãtur antiqui, strophia appellantes, vñ de nata strophiola. Quin & vocabulum ipsum tardè inde communicatum est, inter sacra tãtum & bellicos honores coronis suum nomen vindicãtibus. Cic. de Aruſp. respon. P. Clodius à mitra, à muliebribus soleis purpureſſque fasciolis, à strophio à psalterio, à flagitio, à strupo est factus repente popularis.

Strophiolũ, strophioli, pe. cor. Dimi. {στροφίδιον} Vide in STROPHIVM.

Strophiarius, strophiarij {στροφοποιὸς} Qui strophia facit. Plau. Aulul. 19,

Strophiarij astant, semisonarij.

STROPHIVS {στρόφιος} Rex Phodicis, pater Pyladis. Vide PYLIADE.

Strophos {στρόφος} dolor intestinorum, quod tormen Latini vocant. Celius lib. 6. cap. 2. Eiusdem morbi nota est, cum circa vmbilicum intestina torquentur. στρόφον Græci nominant, coxæque dolores manent. Significat & funiculum petæ apud Græcos, & cincinnos tortortos, aliáque nonnulla quæ significationes, quoniam Latinis vsitatæ non sunt ex Græcorum monumentis eas petendas relinquimus.

Stroppus est, vt Aretius philologus existimat, quod Græce στρόφος vocatur, & quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit strophium. Itaque apud Falliscos diem festum esse, qui vocatur Struppearia, quia coronati ambulent, & à Tusculanis, quod in pulminari imponatur Castoris, Struppum vocari. Festus.

Structilis, Structor, Structura, Strues, Vide STRVO.

Strufertarii, à ferto sacrificij genere dicti sunt. Paulus apud Festum Strufertarios dicebant, qui quædam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto scilicet quodam sacrificij genere. Strufertaria sacra sic fiebant. Cato in libro de Re rustica ita scribit: Priusquam messim facias, porcam præcidaream hoc modo fieri oportet. Et postà: Priusquam porcum fœminam immolabis, Ianostridem commoueto sic. Iane pater te hac strue commouenda bonas preces precor, &c. Ferctum Ioui moueto, & mactato sic. Iupiter te hoc fercto obmouendo bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi, liberísque meis, domo familiáque meæ, mactus hoc fercto, &c.

Struices {στοιβὴ} inquit Festus, antiqui dicebant omnium rerum extructiones. Paut. Menæch. 3.

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit,
Tantas struices concinnat patinarias.

Struma, strumæ {στρυμαί} Tumor, in quo subtus concreta quędã ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur. Quæ vel præcipuè fatigare medicos solent, quoniam & febres mouent, nec vnquam facilè maturescunt. Hæc ex Celso, lib. 5. cap 28. Nascuntur maximè, vt ident testatur, in cerui ceruice: sed etiam in alis, & inguinibus, & lateribus. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum & suibus intumescit, aquarum quæ potantur pleruque vitio. Idem multis locis meminit strumarum morbi.

Propter quod quædam tubera spongiosa per corpus aliquando inspersa, scrophulæ dicuntur, quę, etiam substrumę appellatione cõtinentur, vt rectius strumulæ, quasi paruæ strumæ, quàm scrophulæ nominentur.

Strumas semidoctũ vulgus *Scrophulas* vocat, quoniam eas Græci ab eiusmodi bruto χοιράδας appellauerint. Hæc Cælius lib. 30. ca. 26.

Malè eum habet struma. Celsus lib. 5. cap. 28.
Frigida aqua strumas exeitat. Celsius lib. 1. cap. 9.

¶ Struma (inquit Cælius) lib. 30. cap. 26. Exiantia quædam in tergo. Cic. ad Attic. lib. 2. 24. Proinde isti l cèt faciant quos volent Consules. Trib. pleb. denique etiam Vatinij strumam faceredotij δίκαιον, vestiant. Videbis, &c. Hoc est, Vatinij scelera & turpitudinẽ occultèt honesténtque honorũ fastigio. Est autẽ Dibaphum, purpura tincta.

¶ Struma ciuitatis. Cic. pro Sestio. Ij medentur Reipub. qui execant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis.

Strumosus, pen. prod. Adiectiuum {στρουμώδης} Qui id vitium patitur. Iuuenalis Sacy. 10,

Nec prætextatum rapuit Nero totipedem, nec
Strumosum, atque vtero pariter, gibbóque tumentem. Columel. lib. 7. cap. 10.

Strumaticus, pen. cor. Adiectiuum. Idem Iulius Firmicus lib. 8. cap. 19. Vicesima tertia pars arietis si in horoscopo fuerit inuenta, strumaticum faciet, exulcerata maculatum labe possessum, vel certè elephantiáca contagione maculatum.

STRVMA {στύμη} Nomen viri apud Catullum, 49.

Sella in curuli Struma Nonius sedet.

Strumea, herba. Plin. lib 25. cap. 13. De quarta ranunculi specie, Nostri, inquit, herbarij strumeam vocant, quoniam medetur strumis, & panis, parte in fumo suspensa, vel addit Ruellius, quòd strumosam radicem habeat. Hæc herba est, qua validi mendicãtes sibi crura & lacertos dilaniant; quo possint impudentius stipem extorquere, vel hac impostura pecuniolam aucupari, hinc nonnullis herbariis *vicetaria* vulgò dicitur, aliis *scelerata*.

Struo, struis, struxi, structum {συντίθημι, κατασκευάζω, συμπαγεύομαι} Struere, Ordinare, & in ordinem redigere. Cic. 1. Tusc. Per speluncas saxis structas asperis. Ouid 1. Metam.

Atque congestos struxisse ad sydera montes.

¶ Struere aliquid, Machinari, moliri. Terent. Heaut. 3. 2,

Num me fefellit hoscе id struere? Tacit. lib. 1.

Struere, pro Instruere. Tacit. lib. 4. Struebãtur, qui monerent perfugere, &c. Hoc est instruebantur.

¶ Aciem struere. Cic. ad Octauium, 9. Virg 9. Æneid.

Aggeres struere. Cæsar. 8. bel. Gall.
Arcus struere Tacit. lib. 2. Structi & arcus.
Bellum struere. Cic. ad Att. lib. 9. 181. Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ὑποτυπῶσ strui existimo.
Calamitatem alicui struere & moliri. Cic. pro Cluentio. Vt velle atque optare aliquẽ calamitatis filio potiùs, quàm id struere & moliri videtur.
Causas struere. Tacit. lib. 2.
Consilia struere. Liu 2. ab Vrbe. Legati cum aliis alia moliri, aperte bona repetentes, clàm recuperandi regni consilia struere.
De nomine & vocabulo contouersiam struere. Ad Heren. lib. 2.
Conuiuia struere. Tacit. lib. 15.
Copias struere. Cæsar. 3. bel. Ciuil.
Crimen alicui struere. Tacit. lib. 17.
Frondes congestæ struere cubilia. Lucan. lib. 9.
Dolos struere. Senec. Herc. Oetæo, 11.

Domos,

Domos struere. Horat. 2. Carm. ode 18.
Epulas struere. Tacit. lib. 15.
Fercula luxuriosè struere. Colum. in Præfa.
Insidias alicui struere. Liu. 3. bel. Pun. Ouid. 1. Metam.
Medicina struitur dolori. Stat. 5. Sylu. 1.
Mendacium struere. Liu. 3. bel. Pun.
Moles struere. Tacit lib. 2.
Odiũ struere in aliquẽ. Cic. 2. de Orat. Atque iisdem his ex locis & odium in alios struere discemus, & à nobis ac nostris dimouere.
Opes struere. Liu. 2. ab Vrbe.
Orationem solutam struere. Gell. lib. 1. cap. 19.
Ordine, non aceruatim struere. Vitru. libro 2. capit. 8. Vide ORTHOSTATA.
Penum struere. Virg 1. Æneid.
Periculum ruinæ struere. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. Quemadmodum igitur scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares.
Pyram ingentem struere. Virg 6. Æneid.
Reliqua ad iacturam struuntur. Cic. ad Quintratrem, lib. 3. 2. 4.
Solicitudinem sibi struere. Cic. ad Att. li. 5. 109. Sed dices, meipsum mihi solicitudinem struere, cogor, & velim ita sit.
Struere sycophantias Plaut. Asina. 3.
Verba cõponere, & struere. Cic. 3. de Orat. Collocationis est cõponere & struere verba sic, vt néve asper eorũ cursus néve hiuleus sit.
Durè verba struere. Quintil. lib. 1. cap. 5. Cæterũm etiam ex præpositione & duobus vocabulis durè videtur struxisse Pacuuius, Nec reprehendi rostrum, incutui ceruicum pecus. Id est compositisse.

¶ Struere, pro Augere. Festus: Struere antiqui dicebãt, pro adiicere, augere. vnde industrios quoque M. Cato, iure, lege, libertate, Republica communiter vti oportet: gloria, atque honore quomodo sibi quisque struxit. At in duodecim quod est: Si caluitur, pedémve struit, manum endoiacito. Alij putant significare retrorsus ire, alij in aliam partem, alij furere, alij gradum augere, alij sinuare, ac vix pedem pedi præfert, otioſé it, remoratur. Paulus adnotat. Struere antiqui dicebant pro adiicere, augere: vnde instruere, industria.

Structus, Participium {κατασκευάδης} Cic. de Senectute. Fundit frugem spicæ ordine structam.

Acies structa, Vide ACIES.
Atria structa leuibus tophis. Ouid. 8. Metam.
Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum. Cic. in Orat.
Eloquentia, collocata & quasi structa & nexa verbis. Cic. in Orat.
Mœnia structa meis manibus. V irg. 5. Æneid. 163.
Scena in tempus structa. Tacit. lib. 14.
Templa structa vetusto saxo. Virg. 3 Æneid. 17.
Via structa labore Herculeo. Propert. lib. 3. eleg. 18. 1.

Structum, structi, Substant. vt Structa saxorum, id est Saxa quæ structa sunt, simili dicendi forma, qua septa domorum, strata viarum, & cætera id genus. Lucret. lib. 4,

Fit, quasi cornata vt saxorum structa tuantur.

Structio, structionis Verbale, Firmicus lib. 8. cap. 9. Arma venatoribus aut facient, aut parabunt, vt retia, venabula, sagittas, & quicquid ad structionem eius studij pertiner.

Structor, structoris, masc. gen. {στάτωρ} Qui aliquid struit. Cic. ad Quin. fratrem, lib. 2. 8. A puero vt discesti, in aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. Sic ad Attic. lib. 14. Structores vocat eos, quorum vtebatur opera ad villam ædificandam. Hos structores Budæus interpretatur fabros cæmentarios.

¶ Structor pro Cellario ponitur, qui instruendæ mẽsæ & ciborum curã habet. A struendo, id est, ordinando & cõponendo. Mart. lib. 10, Et quæ non egeant ferio structoris ofellæ.

Structores annonæ. Cic. Attico, lib. 1. 4. 301.

Structura, structuræ, pen. prod. {οἰκοδόμημα, οἰκοδομία, κατασκευή} Ædificium, siue compositio & ordinatio lapidum in ædificiis. Colum. lib. 1. Igitur ad structuram quum primùm fundamenta iaciuntur, emitendum est. Liu. 1. bel. Pun. Structura antiqua.

Surgens operum structura. Lucan. lib. 6.
Verborum est structura quędam. Cic. de Opt. gen. Orat. Sed & verborũ est structura quædã duas res efficiens, numerũ & lenitatẽ &c.
Carminis structura mitifica. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13.

Structilis, & hoc structile, pen. cor. {κατασκευαστὸς} Quod constructum est multis materiis: vt Columnæ structiles, quæ non sunt ex vno lapide, sed ex multis. Columel. lib. 11, cap. 3, Vetustissimi autores viuam sepem structili prætulerunt. Martial. lib. 9,

Non silice duro, structilive cæmento.

Columnæ structiles. Vlp. in l. Sieuti § 1. D Si seruit. vindic.
Lapis structilis. Vlpian. in l. Etsi forte. §. Modus. D. Si seruit. vendic. Fortè, vt reficiat lapide quadrato, vel lapide structili.

Strues, struis, f.g. {σωρός} Propriè lignorum cõgeries est. Liu. 1. bel. Pun.

Struem ingentẽ lignorũ faciunt. Cic. ad Att. li. 5. 99. Strues salinarum.
Strues vuarum. Plin. lib. 14 cap. 4.

¶ Strues, Genus libi quod in sacris antiqui prolibabant. Ouid. 1. Fast. Hæc adolet flammis cum strue farra suis. Vide Catonem cap. 134. & cap. 141.

¶ Strues genera liborum sunt, digitorum cõiunctorũ non dissimilia, qui superiecta panicula in transuersum continentur. Festus.

Struppearia, Festa quædã apud Falliscos. Vide in dict. STROPPVS.

Struppi {φάκελοι} inquit Fest. vocabantur in pulmaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur.

Strutheum, in mimis præcipuè vocant obscœnam partem virilem à falacitate videlicet passeris, qui Græcè στρυθὸς dicitur. Festus.

Struthia mala, quę & Struthiomela, pen. prod. vno vocabulo proferuntur {στρουθόμηλα} Cato cap. 7. Mala struthia, coronea scantiana. Colum. lib. 5. cap. 10. Cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea. Plin. lib. 21. cap. 20, Dolori capitis cum co-

tonteis malis aut strutheis illinitur. Legitur & struthiis. Vide COTONEVM.

Struthium, struthij {στρύθιον} Latinè Passerculus dicitur.

Struthium. Plin. lib. 19. cap. 3. At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis succum habet mirum quantum conferens candori mollitiẽque. Et paulo pòst, Struthion Græci vocant, florem æstate, &c.

Struthiocamelus, struthiocameli, pen. pro n. g. {στρουθοκάμηλος} Maxima auium est, si tamen auis est dicenda. Plin. lib. 10. cap. 1. Sequitur natura auium: quarum grandissimi & penè bestiarum generis, struthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis insidẽtis equo excedunt, celeritate vincunt: adhoc demum datis pennis, vt curren tem adiuuent: cæterò non sunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicãt, bisulcæ, comprehendendis ia pidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Con coquẽdi sine delectu deuorata mira natura, ted nõ minus stoliditas, in tãta reliqui corporis altitudine, quũ colla frutice occulta erit, latere sese existimantiũ. Præmia ex iis oua, propter amplitudinẽ pro quibusdã habita vasis: conósque bellicos & galeas adornãtes penn.

STRVTHOPHAGI, gens Æthiopica Vide in dictione SILI.

Struthopodes. Plinio vocantur fœminæ quæ paruas pedum plantas habẽt, velut passerini pedis: sic Themistius strutho cephalos minimi & passerini capitis, in Paraphrasi physicorũ vocat, vt annotauit Tur.

Struthos {στρουθὸς} à Græcis dicitur quem nos passerem vocamus. Ab antiquis etiam mimorum scriptoribus Struthos vsurpabatur, pro vili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.

Strygnus {στρύγνος} herba est: quam Latini Solanum, vulgò *Solatrum* vocant: multas sub se continens species, quas vide supra in dictione SOLANVM.

STRYMON, huius Strymonis, pen. corr. {στρυμών} Fluuius Traciæ, de quo Virg. 4. Georg.

Rupe sub aduersa deserti ad Strymonis vndam.
Niuosus Strymon. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.

Strymonius, Posest. {στρυμώνιος} vt Grues Strymoniæ. Virg. 1. Georg.

Aquilo Strymonius. Seneca Agamem. 6.
Matres Strymoniæ, Mulieres Thraciæ. Ouid. in Ibin.

Studium, studij {σπουδή, σπουδάσμα} Donatus, Studium est dedita opera voluntatis hominis attentior atque impẽsior. Cic. 1. de Inuentione, Studium autem est animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cũ voluptate, occupatio, vt philosophiæ, poëtriæ, geometriæ, literarum. Plaut. Asin. 5. Terent. Hecyra. 2. 1,

Viris esse aduorsas, æquè studium est, similis pertinacia est. Horat. 2. Serm. saty. 2.

Molliter austerum studio fallente laborem.
Alacritas ac studium. Cæsar 4. bel. Gall.
Pondere studiorum fessus. Ouid. ad Pisonem.
Formæ studium. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
Belli studijs asperrima vrbs. Virg. 1. Æneid.
Lassus studio venandi. Ouid. 3. Metam.
Acre studium, Vide ACER adiectiuum.
Agile studium, Exercitium ad cursum. Stat. 6. Thebaid.
Fortia studia: Quintil. lib. 6. cap. 1.
Inane studium. Vide INANIS.
Pertinax studium. Quintil. in Procem. lib. 1.
Vecordiæ plena studia. Tacit. lib. 3.
Puellare studium. Ouid. 5. Metam.
Virilia studia. Ouid. 12. Metam.

¶ Adhibere studium, Vide ADHIBEO.

Ardeo studio historiæ. Cic. Attico. lib. 16. 337.
Ardere studio belli, Vide ARDEO.
Studia assequi vel consequi. Cic. Famil. 2.
Eundi studio incautus cecidit, Cupiditate currẽdi. Oui. 8. Metam.
Anili studio celerare gradum. Virg. 4. Æneid.
Habemus hæc omnia, studium conciliatum ex Tribunatu, &c. Cic. Famil 2.
Consurgunt studiis Teucri. Virg. 5. Æneid.
Contendere omni studio, Vide CONTENDO.
Contendere ad magna rectis studiis, Vide CONTENDO.
Studium declarare, vel significare. Cic. Famil. 3.
Deponere belli studia. Instin. lib. 1. de Nino Iuniore.
Studium dicare. Cic. Famil. 2.
Fideli studio disposita dona. Lucret. lib. 1.
Dare studium alicui rei. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Dare studium agricolationi. Columel. lib. 1. cap. 1.
Duris studiis exercere aliquem. Claud. 7. Paneg.
Studia expectare ab aliquo. Cic. Famil. 1.
Studia habere. Cic. ad Attic. 2.
Inani studio iactare aliquid. Virg. eclog. 2.
Incensus studio discendi. Cic. 2. de Orat.
Incensi studio, quod ad agrũ colendũ pertinet, Vide INCENDO.
Quorum studio legendi, meum scribendi studium vehementius in dies incitatur. Cic. 2. de Diuinat.
Inflammatum studium, Vide INFLAMMO.
Inhærere studio alicui. Ouid. 8. Metam.
Iniicere studium alicui, Vide INIICIO.
Instigare aliquem studiis. Virg. 5. Æneid.
Interponere studium, operam, Vide INTERPONO.
Ponere studium luci. Horat. 4. Carm. ode 12. 6, Vide PONO.
Scudium profiteri. Cic. Famil. 5.
Perenni studio seruatũ odium, Volũtate persæuerauit. Silius lib. 1.
Studium in aliquo esse. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Cicero tuus noster: summo studio est Pæonij sui rhetoris, id est tenetur. Cic. ad Qu. Frat. Studio esse in aliquem. Cic. Fam. 14.
In studio est mihi labor, militia, palæstra, &c. Cic. 2. Tuscul. Illi autem voluerunt, nihil horum simile esse apud Lacænas virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quàm fenestras barbara.

Studium in aliquo est, hoc est studiorum & literarũ amor & scientia ac doctrina. Cic. 1. Acad. Sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto, id est ad Græcos ire iubeo, vt ea &c.
Teneri studio aliquo. Horat. 1. epist. 1.
Seueris studiis vigilare. Propert lib. 2. eleg. 3.
¶ Studium alicuius in salutem alterius. Cic. ad Qu. fratrem, libro 3. 17. Quòd literis tuis studiũ illius in salutem nostrã facilè perspexi.
Insigne studium alicuius erga alterum, Vide INSIGNIS.
Studium tuum erga me. Cic. ad Appium, lib. 3. 10. Neque enim de meo erga te studio dubitare debes, neque id est obscurum cuiquam in prouincia, nec Romæ fuit.
Studium meum dignitatis tuæ tuendæ, Labor & diligentia mea in conseruatione tuæ dignitatis. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito quin ad te omnes tui scripserint.
Cupiditas & studium defendendæ nobilitatis. Cic. 3. Verr.
Conferre sua studia in aliquem, Vide CONFERO.
Studio alicuius aliquid habere, Hoc est diligentia & labore. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. Eam autem tui vnius studio me assequi posse confido.
Incensus est studio vtriusque vestrum, Vide INCENDO.
Tibi omnes nauare operam & studium volunt. Cic ad Brutum, 8.
Polliceri alicui suum eximium singulare studium. Cicero Licinio, lib. 5. 8.
Restinguere studia. Vide RESTINGVO. Liuius lib. 10. ab Vrbe. Acuebant hac moderatione tam iusta studia: quæ verecundia legum restinguenda stratus, legem recitari iussit: &c. Sigonius admonet in vetustis libris legi restringenda.
¶ Studium, Exercitatio: vt quum dicimus, studia literarum. Colu. in præfatione lib. 1. Et ne singula persequar: ei studio, quod quisque agere velit, consultissimum rectorem adhibeat. Id est exercitio, vel operi vel arti. Terent. And. 1. 1,
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, &c. Idem Heaut. 2. 3,
Quo studio vitam suam te absente exegerit. Cic. de Senect. Atque hæc quidem studia sunt doctrinæ. Idem 1. de Inuent. Mihi videntur cuncta studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse. Sic 1. Tuscul. Studio sapientiq, quæ philosophia dicitur.
Claritudo studiorum. Tacit. lib. 12.
Histrionale studium. Tacit. lib. 1.
Musicum studium, Vide Musicus in MVSA.
Consortes studij. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.
Cupidus studiorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Sacri studij communia fœdera. Ouid 4. de Ponto, eleg. 13.
Participem studiis habere aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.
Lenius studium. Ouid. 1. de Remed. Amor.
¶ Adhærere studio alicui. Lucret. lib. 4.
Adhibere multum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas. Cic. de claris Orato.
Mollibus studiis assuetus. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Celebrare studium agriculturæ, Vide CELEBRO.
Collocare studium, Vide COLLOCO.
Concitari cohortatione alicuius ad studium cognoscendæ virtutis. Cic. 1. de Orat.
Conticescit studium. Cic. in Brut. de se & Hortensio loquens, Maximè verò perspecta est vtriusque nostrum exercitatio, paulò antè quàm pertererimum armis hoc studium Brute nostrũ cõticuit subitò, & obmutuit. Prius dixerat, Subitò in ciuitate, cùm alia ceciderunt, tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit.
Conuertere studium ad operam scribendi, Vide CONVERTO.
Deditus studio citharæ. Horat 2. Serm. saty. 3.
Deserere studia. Cic. de Fato.
Otij studiis florens. Virg. 4. Georg.
Formare boues ad studium atque vsum agrestem. Virg. 3. Georg.
Asperioribus studiis formandæ mentes. Horat. 3. Carm. ode 24.
Fraugere studium. Cecinna Cic. Famil. 6.
Imbuere studio. Cic. pro Deiotaro.
Imperire studium philosophiæ, Vide IMPERTIO.
Ingredi disciplinarum studia. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Versari in studio literarum, Vide LITERA.
Vigere studia. Cic. 1. de Orat.
¶ Scudia, pro Literarum studiis. Quint. lib. 12. cap. 3. Lectionis opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum.
Acerrimum studium. Cic in Bruto.
Secreta studia. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Abducere à studio. Cic. Famil. 4.
Abhorrere studio, Vide ABHORREO.
Abruptum studium, Vide ABRVPTVS.
Abundare studio. Cic. 1. de Orat.
Accersita studia, Vide ACCERSO.
Affluere studio. Cic. pro Archia poëta.
Asserere se studiis, Vide ASSERO.
Attingere leuiter studia, Vide ATTINGO.
Auferre studium alicui. Catul. ad Mallium, 63.
Colere studia, Vide COLO.
Concelebrare studia, Vide CONCELEBRO.
Conferre se ad studia, Vide CONFERO.
Conflare ad studia, Vide CONFLO.
Conquiescere in studiis, Vide CONQVIESCO.
Conrine te in tuis perennibus studiis. Cic. in Bruto, sub finem.
Detinere animum studiis. Ouid. 5, Trist. eleg. 8.
Flagrans studium. Cic. 3. de Orato.
Formare studia alicuius ab infantia. Quintil. in Procem, lib. 1.
Iacent studia, Vide IACEO.
Impedita studia, Vide Impeditus in IMPEDIO.
Incitari in studia, Vide INCITO.
Ineitare studium. Cic. de Diuin.

Incumbere ad vel in studia, Vide INCVMBO.
Ingredi studia, Vide INGREDIOR.
Mori in studio, Vide MORIOR.
Obsolescere studia. Cic. de Inuent.
Omittere studia. Cic. 1. de Inuent.
Referre se ad studia. Cic. Famil. 1.
Remittere studia. Cic. in Brut.
Renouare studia Cic. in Brut.
Repetere studia. Cic. de Fato.
Restinguere studia Cic. in Orat.
Reuocare intermissa studia. Vide INTERMITTO.
Silere studia. Cicero, Omnia denique bonarum artium studia siluerunt.
Accerrimo studio teneri. Cic. in Brut.
Inutile studium tentare. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.
Vigent studia. Plinius iunior lib. 1. epist. 13.
¶ Studium, pro Desyderio. Cic. de Senect. Equidem efferor studio patres vestros (quos colui & dilexi) videdi. Idẽ 1. Acad. Archesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi. Idem pro Roscio Amerino, Vt omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere. Sic 2. Verr. Tanto studio requisiuit.
Acuere studia, Vide paulò antè RESTINGVERE STVDIA.
Alicuius studio & cupiditati morem gerere. Cic. pro Quintio.
Immane studium loquendi. Ouid. 5. Meram.
Adduci certandi studio, Vide ADDVCO.
Famæ studium crescit honore. Ouid. 1. de Remed. Amor.
Ardentibus studiis deposcunt. Ouid. 1. Meram.
Fallens laborem studium. Ouid. 6. Metam. Studium, id est, vincendi cupiditas.
Minuens labores studium. Ouid. 4. Metam.
Rapi ad aliquem locum studio inflammato. Cic. pro lege Manil.
Petere ardentiore studio, Vide ARDEO.
¶ Studium, Fauor, amor. Salustius, D. Syllanum certè scio quæ dixerit studio Reip. dixisse. Cic. pro Plancio, Illud debes putare, comitiis, præsertim Ædilitiis, studium esse populi, non iudicium, eblandita illa, non enucleata esse suffragia.
Accendere studium, Vide ACCENDO.
Accinctus studio popularium, Vide ACCINGO.
Acquirere studia vulgi, Vide ACQVIRO.
Studia amittere. Cic. ad Attic. 2.
Studium conferre. Cic. ad Attic. 1.
Studium constare. Cic. Fam. 10.
Studium consumere. Cic. Fam. 6.
Hæc amicorum studia debilitant. Cic. pro Muren.
Studia deponere. Cic. pro Muren.
Detrahere de studio. Cic. Fam. 3.
Mouere studia hominum. Vide MOVEO.
Studium nauare. Cic. ad Attic. 15.
Studia præstare. Cic. Fam. 2.
Studia præstermittere. Cic.
Studia remanere erga aliquem. Cic.
¶ Studium, Voluntas, sententia. Virg. 2. Æneid.
Scindituri incertũ studia in cõtraria vulgus. Ter. Adelph. 11. -is adeò Dissimili studio est iam inde ab adolescentia.
Voluntas & studium. Cic. de Amicit. Voluntatum, studiorum sententiarum summa consensio.
Studio habere aliquid. Terent. Adelph 3. 3.
Iudulgere aliquid studio suo, Vide INDVLGEO.
¶ Studium, pro opera. Mattianus in l. Si prægnans. D. de fideicõm. libert. Si prægnans ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuitu patiatur, ne manumittatur, &c.
Studiosus, pen. pro. Adiectiuum {σπουδαῖος, πεσπουδακώς} Assiduus & perseuerans in re aliqua. Autor ad Herennium, Ideóque bonis viris & studiosis amicus erat. Cic. 4. Academ. Homo & acutus vt Pœnus, & valdè studiosus ac diligens.
Cohors studiosa. Horat. 1. epist. 3.
Pectora studiosa. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Studiosa placendi, Cupida. Ouid. 3. de Arte.
Studiosissimi defensores, diligentissimi. Cic. 4. Verr. Videte, quid potuerit, qui quatuor in prouincia Quæstores, studiosissimos defensores, propugnatoréque habuerit.
¶ Studiosus {φιλομαθὴς} pro Literarum cupido. Plin. epist. 5: li. 3. Itaque soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant.
Suscepi laborem vtilem studiosis. Cic. de Opt. gen. Orat.
Instruere studiosos scientiam alicuius rei, Vide INSTRVO.
Studiosa quæstio vel disputatio, Literata & docta. Quintilianus, lib. 11. cap. 1.
¶ Studiosus, pro Cupido, addicto siue dedito alicui rei, Genitiuo iungitur, rarissimè datiuo, vt Studiosus laudis, id est, cupidus: & Studiosus Cæsaris, id est, amator vel beneuolus.
¶ Genitiuo. Cic. Cecinnæ, Viri sunt optimi, & tui similium studiosi, & mei necessarij. Idem de Amicitia, Nec siqui ineunte ætate venandi aut pilæ studiosi fuerint. Ouid. 14. Metam.
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus.
Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Cic. de claris Orat.
Doctrinarum studiosus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.
Studiosi & amantes doloris. Cic. 2. Tuscul. Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant, nos commodius laboriosos.
Eloquentiæ studiosi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Equorum studiosus. Ouid. 14. Metam.
Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimúmque cognoui. Cic. 4. Verr.
Nemorum studiosus. Ouid. 7. Metam.
Nobilitatis studiosus. Cic. 4. Acad. Idem 4. de Finib. Studiosissimus philosophiæ.

Ille resti-

Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior. Cicero Attico, lib. 8. 147.
¶ Datiuo. Plaut. Milite. 10.
Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus.
Studiosè pen. prod. Aduerbium, Diligenter. Terent. Heaut. 2. 3.
Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. de Senectute, Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè.
Audire studiosè. Cic. 4. Acad.
Colere studiosè prædia. Cic. pro Roscio Amerino,
Conquirere studiosè omnia. Cic. 4. Acad,
Studiosè diligentérque curare aliquid. Ci. Planco, in epist. ad Atticum, lib. 16. 341.
Defendere studiosè sententiam alicuius. Cic. 4. Acad.
Legere aliquid studiosius. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Ludere studiosè pila. Cic. 2. de Oratore.
Polliceri studiosè. Cic. 4. Verr. Facturos esse, siquid imperasset, studiosè pollicerentur.
Requirere aliquid studiosè. Ouid. 1. de Arte.
Studeo, studes, studui, {σπουδάζω, σπουδάω, γυμνάω, σπεύδω} studere, Operam dare alicui rei. Plaut. Pseud. 7,
Studeo hercle audire: nam auscultabo lubens. Terent. Eunu. 5. 5,
Dum studes dare verba nobis. Ibidem, 2. 3,
. quas matres student
Demissis humeris esse. Cic. in Partit. Studeo mi pater, Latinè ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti.
Stude verum inuenire. Autor ad Herennium, lib. 4.
Studet rem ad arma deduci. Cæsar 1. bell. Ciuil. Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiq Syriæque ad suam potentiam, dominatúmque conuerterat, rem ad arma deduci studebat.
¶ Iungitur hoc verbum datiuo aliquando, aliquando accusatiuo.
¶ Datiuo. Cæsar in Comment. Cupiditate regni adducta, nouis rebus studebat. Plaut. Sticho, 13,
Festinamus omnes, lectis sternendis studuimus, munditiísque apparandis.
Cui rei, cui gloriæ, cui virtuti studes? Cic. 2. de Orat.
Studere optimis disciplinis & artibus. Cic. 1. Verr. In quo si te mul tum natura adiuuaret, si optimis à puritia disciplinis atque artibus studuisses, &c.
Artibus & literis studere. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 7. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cùm cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. Idem ad Torquatum, lib. 6. 4. Non tantùm literæ, quibus semper studui.
Auribus studere. Martial. lib. 10. epigr. 19. de Plinio iuniore, Dum cẽtum studet auribus virorum. Hoc est, Dum causas agit apud Centumuiros iudices.
Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. Cic. de Claris Oratoribus.
Laudi & dignitati studere. Cic. 4. de Finib. Sed quia studebat laudi & dignitati, multum in virtute proceſſerat.
Student magis mellificiis, quàm fœtibus apes. Colu. lib. 9. cap. 13.
Ego semper otio studui. Cic. 8. Philipp.
Studere pecuniæ, imperiis, gloriæ. Cic. 1. de Finib.
Rebus nouis studere. Cic. 1. in Catil.
¶ Studere, Fauere. Ouid. Cui studeat deus omnis habet. Cic. pro Cælio, Studuit Catilinæ, quum iam aliquot annos esset in foro Cælius. Id est, fauit, coluit, & studio eius tenebatur.
¶ Accusatiuo iunctum, significat Cupere, velle. Plaut. Truc. 7,
Credo militem illum studeat iam quasi volturij. Cic. Post reditum in Senatu, Quum verò literas studere incipit, & helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicureus. Idem lib. 5. epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. Terent. Heeyra, 2. 1,
Vt omnes mulieres æquè studeant, nolintque omnia Cic. 6. Philip.
Vnum sentitis omnes, vnum studetis.
Accusatiuo, cum præpositione In. Quintilian. lib. 10. cap. 2. Poëtæ & pectores in id solùm student, vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant.
Ablatiuo, cum præpositione In. Gellius, Si quis in ea re studebat.
¶ Absolutè, Amare siue fauere. Salust. in Catilin. in oratione Cæsaris. Neque studere, neque odisse, sed minimè irasci decet.
¶ Studere, pro Literis operam dare. Quintil. lib. 12. cap. vltimo, Nunc cõputamus annos, nõ quibus studuimus, sed quibus viximus. Et in primo, Vtiliúsne sit domi, atque intra priuatos parietes studentem continere, an publicis præceptoribus tradere.
¶ Studere, cum Genitiuo. Cic. 3. de Nat. deor.
Parentem habere auarum, illepidum in liberos,
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. Ex antiquo poëta.
Studens, Participium, {σπουδῶν} Cic. pro Plancio, Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis vti me Laterensis potuisse confiteor.
STVLPINI, populi sunt in Illyrico apud Plinium lib. 3. cap. 21.
Stultus, Adiectiuum {ἀνόητος, μωρὸς, ἀφρονέστερος, ἀσύφρων, ἀσύνετος, βραδυγνώς} Imprudẽs, improuidus, imperitus. l. 9. §. si quis ius. D. de iuris & fact. ignorant. l. 4. D. quod vi aut clàm. Nam & multi non insipientes aliquando stultè aliquid vel agunt, vel loquũtur. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Cic. ad Curionem, li. 7. 29, Quanquam me non ratio solùm consolatur, quæ plurimùm debet valere, sed etiam dies, quæ stultis quoque mederi solet. Terent. Eunucho, 2. 2,
Ex stultis insanos facis. Horat. 1. Serm. saty 5,
Hic ego inendacem stultissimus vsque puellam
Ad mediam noctem expecto.
Stultorum plena sunt omnia. Cic. Pæto, lib. 22.
Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Ci. 3. Philipp.
Amor stultus & improbus. Horat. 1. Serm. saty 3.

Ars stulta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. Liber de arte amandi stultè ab Ouidio compositus.
Stultus auditor & credulus. Cic. pro Fonteio.
Consilium stultum capere. Cic. 7. Verr.
Credulitas stulta. Ouid. 3. Amor. eleg 3.
Dies stulti prætereunt, Id est, in stultitia peracti. Tibul. lib. 1. ele. 4.
Iuuenta stulta. Tibul. lib 3. eleg. 7.
Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. Cic. de Senect.
Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, quòd eo die sacrificabant ij, qui solenni die, aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerunt. Paulus apud Festum.
Stultè, Aduerbium {ἀφρόνως, ἀνοήτως} Imprudenter. Plaut. Menæh. 2. 4. Quæso ignoscas si quid stultè dixi atque imprudens tibi. Terent. Heaut. 2. 3, Factum à nobis stultè est.
Agere omnia stultè & incautè. Cic. Attico, lib. 7. 12. 9.
Arrogans stultè. Ci. 2. de Legib. Quid est enim verius quàm nemi nem esse oportere tam stultè arrogantem, vt in se rationem & mentem putet inesse, in cælo mundóque non putet?
Credere stultè. Cic. 2 de Nat. deor. Hæc & dicuntur & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis summæque leuitatis.
Dicere stultè. Cic. 4. de Finib. Itémque illa quæ in corpore excellerent, stultè antiquos dixisse, per se esse expetenda, & sumenda potius quàm experenda?
Quasi stultè aliquid eum sale dicere. Cic. 2. de Orat. Haber nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stultè eum sale dicat aliquid, &c.
Mirari stultè aliquid. Horat. de Arte.
Stultitia, stultitiæ, {ἀφροσύνη, ἀσυνεσία, ἀπαιδευσία} Imprudentia, imperitia. l. 15. D. de euictionib. Plin. lib. 11. cap. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis & stultitiæ nota est. Terent. Heaut. 4. 1.
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
Ira sunt altæ stirpes stultitiæ. Cic 3. Tusc.
Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Cic. 3. Tuscul.
Miserius stultitia nihil dici potest. Cic. 1. de Nat. deor.
O delirationem incredibilem! non enim omnis error stultitia dicenda est. Cic. 2. de Diuinat.
Sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. Cic. pro Rab. Posthu.
Loquax stultitia. Cic. 3. de Orato. Malo indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem.
Mala. Horat. 2 Serm. saty. 3.
Praua. Ibidem, 4.
Abdere stultitiam, Vide ABDO.
Damnare se stultitiæ. Lucret. lib. 4.
Errare stultitia. Horat. Serm saty. 3.
Stultitiáne erret, nihilum distabit, an ira.
Stultitiam patiuntur opes. Horat. lib. 1. epist. 19.
Stultitia est à quibus bona petẽdamur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere. Cic. 3. de Natideor.
Stultiloquium, stultiloquij, {μωρολόγια} Imprudens sermo. Plaut. Milite 6,
. paratum est dupliciter, ni reprimas tuum Stultiloquium.
Stultiloquentia, stultiloquentiæ, Idem, {μωρολογία} vt Occlusior stultiloquentia. Vide Occlusius in OCCLVDO.
Stupa, stupæ, vel Stypa, vt quibusdam placet, {στυππεῖον} Linum vile, aut, vt Festus notat, Linum impolitum. Stuppam scribit idem Festus, quod lini tortici proximum est, vt ait Plinius, lib. 19. cap. 1. à Græco στυππεῖον, quod stupam significat: vel à stipando, quod ea stipetur nauis. Liu. 1. bel. Pun. Id sicut in pilo, quadratum stupa circunligabant, linebántque pice. Lucret. lib. 9.
Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
Stupa iacit flammas concepto protinus igni. Virg. 5. Æneid.
Stupa vomens tardum fumum, &c.
Stuparius, Adiect. Quod ad stupã pertinet: vt Stuparius malleus, quo lina tunduntur. Plin. lib. 19. cap. 1.
Stupeus, Aliud adiectiuum. Virg. 8. Æneid.
Stupea flamma manu, telísque volatile ferrum
Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubescunt. Idem 2. Æneid.
Subiiciunt lapsus, & stupea vincula collo Intendunt.
Retinacula stupea puppis. Ouid. 14. Metam.
Stupeo, stupes, stupui, {θαμβέω ἐκπλήσσομαι, ἐξίσταμαι} Stupere, Est ita timere, vt quodammodò sensum rerum non habeamus. Propriè stupere dicitur is, qui torpore quodam captus languet immobilis; aut inopia consilij, aut aliqua re tarditatem inijciente. Persius Saty. 3.
Sed stupet hic vitio Id est, insanus factus est vitijs. Terent. And. 2. 1.
Ita postquam adempta spes est, lassus cura confectus stupet. Cic. 7. Verr. Confirmant ipsi se, quum is etiam, tum semisomnis stupuerit. Ouid. 5. Metamor.
Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces.
Occursu stupuere ducis. Lucan. lib. 8.
Acies oculorum stupet, Vide ACIES.
Ars stupet ambiguis malis, Nauigandi peritia propter ventos aduersos, & inter se pugnantes stupet inerta quid agat. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Corda stupent sepulta mero. Ouid. 2. de Remed. Amoris.
Verba stupuerunt ignauo palato. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Re aliqua stupere, Id est, propter rem aliquam obstupescere. Horat. 1. Sermo. saty. 4.
Stupere in aliquo, Id est, aspectu alicuius stupere. Valerius 1. Argonaut.
Stupere aliquem. Cic. 2. de Finib. Hæc cùm loqueris, nos Varrones stupemus, tù videlicet tecum ipse rides.
Stupens, Participium: {θαμβῶν} vt Carminibus stupens bellua. Horat. 2. Carm. ode 13.
Stupens ad frigus natura vini. Plin. lib. 14. cap. 21.

Stupefacio, ſtupefacis, penult. corr. ſtupefeci, penultima prod. ſtupefactum {πάθη} ſtupefacere. Liuius 5. ab Vrbe, Pituatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor, poſtquam hoſtes adeſſe nuntiatum eſt.

Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit. Seneca Thyeſte, 7.

Corda ſtupefacta. Virg. 5. Æneid.

Stupeſco, ſtupeſcis {πάθεμμαι} ſtupeſcere, Stupidum fieri. Cic 3. de Orat.

Incidat, aſpiciat, admireturque ſtupeſcat.

Stupefio, penult. prod. ſtupefis, pen. indifferente, ſtupefieri {πάσχω.} Cic. 3 de Orat. in quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?

Stupidus, pen. corr. Adiectiuum {ἀξυλος, παραφρὼν, ἠλίθιος, ἔκπλη} Stupefactus. Aliquando dicitur ſtultus. Plaut. Epid. 12,

Quid ſtas ſtupidus? quid taces? Terent. in Prologo Hecyræ,

Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat.

Stupidus & bardus. Cic. de Fato.

Detinere aliquem ſtupidum. Cic. in Parad.

Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. Author ad Herennium libro quarto.

Stupida membra, quæ nihil ſentiunt.

Stupiditas, penult. corr. ſtupiditatis {ἄπληξις} Idem quod ſtupor. Cic. 2. Philipp. In quo primum ineredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

Stupor, ſtuporis, maſcul. gen. {δύσλοια, ὄγκωμα, πάρος, ἀκινησία, πάθος, πῶθος, ἀνεσθησία} Alienatio quædam ſenſuum, quòd ſcilicet ſenſus conſtipentur. Cic. in Piſonem, Pauci iſta tua ſutulenta vitia noúeramus, pauci tarditatem ingenij, ſtuporem, debilitatémque linguæ. Idem Philipp. 3. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. De Bambalione. Idem 3. Tuſc. Immanitas in animo, ſtupor in corpore.

Stupor & Virtus, contraria. Cic. pro Domo ſua, Tum verò neque illud meum factum laudabile &c. eámque animi duritiem, ſicut corporis, quod cùm vritur, non ſentio, ſtuporem potius quàm virtutem putarem.

Sinautem id non videt, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. Cic. de Aruſp. reſpon.

Qui morbo aliquo & ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt. Cic. 2. Philipp.

Oculos ſtupor vrget inertes. Oculi hebetes fiunt præ morbo. Virgil. 3. Georg.

In verbis eius eſt ſtupor. Cic. 2. Philip.

Sed ſtuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite. Cicero 2. Philipp.

Stuprum, ſtupri {πακὸν βίωτος, μιαρόν} ſtuprare, Stuprum inferre, vel committere. Plaut. Trucul. 17,

-loquere filiam meam

Quis inregiam ſtuprauerit. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5 10. Hominem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matresfamiliàs ſtuprauit. Cic. 5. de Finibus, Qui interficeret filiam ne ſtupraretur.

Stuprare per vim. Cic. 2. de Finib. Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata ciues ſeipſa interemit.

Polluere religiones ementiendo aut ſtuprando. Cicero pro Domo ſua.

Puluinar quod ſtupraras. Cic. de Aruſp. reſpon.

Stuprator, pen prod. Vel bale maſc. {διαπορθμεὺς} Quintil. lib. 7. cap. 8. ad finem, Stuprator an decem milia dare debeat, quæ pœna huic crimini conſtituta eſt. Senec. Hippol. 8,

Hic dicet enſis, quem tumultu territus

Liquit ſtuprator.

Stuproſus, penul. prod. Adiectiuum. Valer. lib. 6. cap. de pudicitia, Metellus quoque celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit. Mentis, id eſt voluntatis & animi. non enim matremfamiliàs ſtuprauerat is qui puniebatur, ſed ſtuprare voluerat.

STVRA, Fluuius ex Alpibus in Adriaticum prolabês, vnus ex triginta qui Padum in Adriam conuoluunt. Plin. lib. 3. cap 16. Feſtus Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant.

STVRII, populi ad Oceanum Gallicum Rheni quaſdam inſulas incolentes: Plin. lib. 4. cap. 15. Friſiorum partem occupant.

STVRIVM, ij: inſula eſt Galliæ Narbonenſi adiacens, non procul à Stœchadibus. Plin. lib. 4. cap. 5. Sturæ. Plin. lib. 4. cap. 15.

Sturnus, ſturni, Auis gregatim volans. Plin. lib. 28. cap. 8. Adulterant amylo aut cimolia, ſed maximè ſturni, quos captos oryza tantum paſcunt. Ex vetuſto exemplari legendum, Sed maximè qui captos. Martial. lib. 9,

Nunc ſturnos inopes, &c.

STYELLA, στύελα, caſtellum Megaridis in Sicilia, cuius incolæ dicuntur Styellenſi: στυελλεῖς, Stephano.

Stygius, Vide STYX.

Stylobata, ſtylobatæ, pen. corr. {στυλοβάτης} Parietes (ait Cælius, lib. 7. cap. 30.) qui ſubiiciuntur columnis, & onera excipiunt, nuncupantur Stereobatæ: quibus mos ſuperponûtur ſtylobatæ: ſuper quos demum diſponuntur columnę. Hactenus Cælius. Vitruuius lib. 3. cap. 3. Supra terram (inquit) parietes extruan ur ſub columnis dimidio craſſiores quàm columnæ ſunt futuræ, vti firmiora ſint inferiora ſuperioribus, quæ ſtereobatæ appellantur, nam excipiũt onera. Pautas columnę diſponendæ. Phylander hunc Vitruuij locum explicans ſic ait, Hi parietes modò ſtereobatæ, poſtea ſtylobatæ vocantur (vulgus Pedeſtala dicit) ſupra quos collocantur baſes. Aliàs non negauerim ſtereobatam poſſe vocari ædificij velut baſim, quod Baſſamentum vulgò dicunt, ſicut Stylobatam propriè columnarum fulcimentum. Hæc ille. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 13. 30. Chortes in fundo magno duæ aptiores: vna, vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum venit, ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aruo æſtate reducti, hîc bibunt, hîc perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 5. Subter columnarum ſtylobaten. Budæus, Stylobates apud Varronem idem ſignificat quod Stereobates: vel eſt quàd *patinam* vocant

Stylus, ſtyli, maſc. gen. vel Stylum, ſtyli, {στύλος} Dici poteſt columna, pertica. Chryſoſtomus vocat Petrum & Paulum στύλος eccleſiæ, id eſt eccleſiæ columnas.

¶Stylus, Inſtrumentum æneum, quo in albo, id eſt in ceratis tabellis antiquitus ſcribebatur, vt nunc in libellis ligneis vel codicillis mercatores ſcribunt, Plaut. Bacchid. 15, -effer cito.

P. Quid? c. ſtylum, ceram, tabellas, & linum. Plin. lib. 34. cap. 14. Et ſtylo ſcribere, inſtitutum eſt, vt vetuſtiſſimi authores prodiderunt. Cic. 4. Verr. Vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnem euertit ſuam.

¶ Stylus ſignificat etiam quicquid vel ligneum vel ferreum aut alterius materiæ acuminatum eſt ad columnæ ſimilitudinem. Columel. lib. 11. ca. vlt. Deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram ſecare & ligneo ſtylo laxatis vel rubi, vel feruláe medullis, ſtercus immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere.

Stylus, primum illud teres virgultum, vnde tandem fit arbor. Columel. lib. 5. cap. 10, Omnis autem nux vnam radicem mittit, & ſimplici ſtylo prorepit. Ibidem ſub finem capitis, Danda eſt opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, & ad vnum ſtylum primo anno ſemina redigantur. Vulgus vocat, *vne tige*, *vn ſion*, *vne verge*.

¶Stylus {ὀφείλω} Structura ipſa orationis. Terent. in Prologo And.

Diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo. Vbi Donatus, Oratio, in ſenſu: ſtylus in verbis. Oratio, ad res: ſtylus, ad verbum. Plin. epiſt. 8. Onerabit hoc modeſtiam noſtram etiam ſi ſtylus ipſe fuerit preſſus, demiſſúſque. Cic. 1. de Orat. Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.

Acumen ſtyli, Vide Acumen in ACVO.

Stylus dicendi opifex. Cic. Gallo, lib. 7 26.

Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtylus. Cic. de Claris Oratorib.

Exercitatio & ſtylus. Cic. de Oratore, Hanc ad legem cum exercitatione, cum ſtylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio eſt.

Orationes Attico ſtylo ſcriptæ. Cic. de Clar. Orat.

Confuſus ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1, Tardior ſtylus cogitationem moratur, rudis, & confuſus intellectu caret.

Exercitatus ſtylus. Cic. in Oratore, Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi.

Mollior ſtylus. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 3. ad finem.

Negligens ſtylus. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Preſſus demiſſúſque ſtylus. Plin. iunior lib. 1. epiſt. 8. ad Saturn.

Rudis ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Tardior ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

¶Aſſequi ſtylo. Plin. epiſt. 3. lib. 2. Syllogiſmi circunſcripti & effecti, quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Id eſt, meditatione, tempore, ſcriptione, cura, diligentia.

Conſcribere ſcelera ſtylo impuro. Cic. de Aruſp. reſp.

Stylo depaſcere vberratem orationis. Cic. 2. de Orat. In ſumma vberrate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt.

Proſequi aliquid ſtylo, id eſt ſcriptis, aliquid mãdare literis ad memoriam

riam. Plin. iun. lib. 1. epiſt. 8. ad Saturninum, Quid fuerit vtilius, quàm munificentiæ rationem etiam ſtylo proſequi?

Requieſcit ſtylus lectione. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Signare rem aliquam ſtylo. Paterculus lib. 1. Nequeo tamen temperare mihi, quin rem ſæpe agitatam animo meo, neque ad liquidum ratione deductam, ſignem ſtylo. Hoc eſt, in mea includam hiſtoria.

Vertere ſtylum, Horat. 1. Serm. ſaty. 10.

Stylum vertere, Eſt inducendi expungendíque cauſa, ſtyli partem acutam ſurrigere qua ſcribimus: altera quæ retuſior eſt aut latior, proclinata, & ſcriptis delendis impacta. Quippe Hieronymus quoque meliorem ſtyli partem vocat, quæ peiora de auctoribus confodiat eradátque. Cic. Verr. 4, Quum hæc ad iſtum afferentur, timuit aliquando, & commotus eſt, vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo facto, cauſam omnem euertit ſuam. Sed & in Rufinum idem Hieronymus, Illico vertis ſtylum, & omuia laudata prius, vituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum. In ſumma, ſtylum vertere, eſt mutare quod ſcripſeris. Nam antiquitus in rabellis ceratis ſcriptitabant ſtylo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, per æquor cereum ducta literas exarabant, altera latiore rurſum obliterabant quod exaraſſent.

¶ Stylus, pro Punctione ac reprehenſione aliquando accipitur, quæ ſcriptis & inuectiuis libellis fieri ſoler. Plinius in Præfatione, Quòd ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putauit, &c. Vide Naſus, pro reprehenſione, in NASVS. Cic. pro Aulo Cluentio, Si ideò quia ſubſcripſerint: videte quid agatis, &c. Cenſorium ſtylum, cuius mucronem multis remediis maiores noſtri retuderunt, æquè poſthac, atque illum Dictatorium gladium pertimeſcamus.

Dare pœnas ſtyli. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7.

¶Stylus, pro Stolone. Columel. libro 5. capite 10. de nuce arbore, Omnis autem nux vnam radicem mittit, & ſimplici ſtylo prorepit. Legitur & Stolone. Fortè intelligit nucis radicem, quæ vnica eſt & acuta.

STYMBARA, ciuitas quondam Græciæ non procul à Tripoli, in terra Ionica. Strabo lib. 7.

Stymma, ſtymmatis, pen. corr. neut. gen. {στύμμα} Eſt, vt ait Hermolaus ſpiſſamentum, & domitura vnguenti, authore Dioſcoride. Columella ſpiſſamentum nominat id craſſamentum exuſtum quod poſt expreſſionem remanet quaſi vinacea ex vua. στύφω enim aſtringo & exprimo ſignificat. Vulgò *marcum* vocant. Plin. lib. 13. cap. 1. Nar ciſſinum quoque ex flore narciſſi deſit componi. Ratio faciendi du plex, ſuccus & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum. Hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata. Vide HEDYSMATA.

STYMPHALVS, Vrbis & montis nomen in Arcadia, & Symphalis palus: vnde Symphales aues, quæ magnitudine grubus pares erant (vt tradit Pauſan. Arcad.) Figura ibibus ſimiles, roſtra habebant ita ſolida & dura, vt arma penetrarent. ſuberi autem ſoli cedebant. Stymphalia monſtra appellat Catull. carm. ad Nantium. Eas aues fugitris ſuis confixit Hercules, vt declarant verſus Catulli, & tradit Pauſanias Arcad. Sed Diodorus Siculus ſcribit lib. 4. eum conſtructo æneo crepitaculo, & ingenti per id ſonitu excitato illas abegiſſe. De his Lucret. lib. 5,

-vnéſque timendæ

Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes?

STYMPHALVS, pen. prod. {στύμφηλος} Arcadiæ lacus eſt, ex quo Erasinus fluuius erumpit in Argiuam terram.

Acriſonus Stymphalus. Stat. 4. Thebaid.

Niualis Stymphalus. Statius 4. Sylu. 6 A Stymphalo

Stymphalides {στυμφαλίδες} Aues appellatæ, tantæ magnitudinis, vt ſolis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuaſtantes.

Stymphalius, Adiectiuum {στυμφάλιος.} vt Monſtra Stymphalia. Catull. ad Mallium, 63.

Stymphalum, penult. prod. {στύμφαλον} Oppidum ſitum ad lacum, vt ſcribit Plin. lib. 4. cap. 6. Hinc Stymphalis, ſtymphalidis, Patronymicum. Hierony. contra Iouin. Ariſtoclides Orchomeni tyrannus adamauit virginem Stymphalidem.

Vndæ Stymphalides. Ouid. 2. Faſt.

STYPAX, Cyprius cælator ſtatuarius. Plinius lib. 34. cap. 8. Stypax Cyprius vno celebratur ſigno, Splanchnopte. Periclis Olympij vernula hic fuit, extra torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens.

Stypo, ſtypas, Vide STYPO.

Stypterium, rij, rio: & Stypteria, ſtypteriorum {στυπτήριον} Alumen. Vipianus in l. 3. §. vltimo. D. de reb. corum qui ſub tut. Si (inquit) lapidicinas, vel quæ alia metalla pupillus habuit Stypteriæ, vel cuius alterius materiæ, &c. lib. 27. P. tit. 8.

Stypticus, pen. corr. Adiectium {στυπτικὸς} Strictiuus vel obſtructorius Latinè dicitur: à στύφω. Plinius lib. 24. cap. 13. Inter medicamenta quæ ſtyptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis, radice decocta in vino ad tertias partes.

STYRA {στύραξ} Eubœæ inſulæ oppidum fuit, non procul à Caryſto à Phædro Athenienſium duce bello Malliaco euerſum. Strabo libro 10.

Styrax, ſtyracis, penult. corr. maſc. gen. {στύραξ} Arbor eſt cotoneæ malo ſimilis fructu maiore quàm auellana, ſpecie candidi pruni, manat & ex ea liquor eiuſdem nominis, coloris flaui, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeuerantis: hodie officinæ *ſtoracem* appellant. Plin. lib. 12. cap 17. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium. Cæterò, non alia ligni genera ſunt in vſu quàm odorata.

Idæus ſtyrax. Virg. in Cyri.

STYX, {σὺξ} (inquit Seruius) palus quædam apud inferos dicitur. de qua legimus, 6. Æneidos, -ſtygiámque paludem,

Dij cuius iurare timent & fallere numen.

Quod ſecundum fabulas ideò eſt, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauiſſe: pro cuius remuneratione Iupiter tri-

buit, vt iurantes dij per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt, Styx mœrorem ſignificat: vnde Κατὰ τὸ ὄλυγρὸν, id eſt, à triſtitia Styx dicta eſt. Dij autem læti ſunt ſemper. vnde & immortales. Ergo quia mœrorem non ſentiunt, iurant per rem ſuæ naturæ contrariam, id eſt, triſtitiam, quæ eſt æternitati contraria. Ideo iuſiurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virgilij 6. Æneid.

Bis Stygios innare lacus, &c. Hæc de Styge ideireo ficta ſunt, quia Styx, fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ è ſaxis profluens, exitioſus animalibus. Eius aqua venenum eſt præſentiſſimum, ſepora ilico necat. Eſſe piſces in ea paruos tradit Theophraſtus, lethales & ipſos. Noxiam putant eſſe nimio frigore vtpote quum profluens ipſa ſtatim ladideſcat: traduntque etiam æs ac ferrum ea erodi, & ſola mulæ vngula contineri. Cætera vaſa nullo modo eam vim ferre poſſe, ſed ſtatim frigoris magnitudine diſrumpi. Vide Plinium libro 30. cap. 16. Antipatrum hoc venenum confilio, vt quidam putant, Ariſtotelis, Alexãdro regi tradũt dediſſe. Eſt & alia palus in Ægypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauere.

Atra Styx. Virg. 1. Georg.

Violenta Styx. Ouid. 3. Faſt.

Stygius, Poſſeſſiuum, {στύγιος} Columel. l. b, 10.

Tũmque ſimul Stygium regem videre trementem Tartara.

Amnes Stygij Ouid. 14. Metam.

Aqua Stygia. Tibullus lib. 1. eleg. 10.

Canis Stygius, Cerberus. Seneca Hercule furente. 9.

Ianitor Stygius, Cerberus. Silius lib. 3.

Iuppiter Stygius, Pluto. Virg. 4. Æneid.

Mors Stygia. Ouid 3. Metam.

Os Stygium, Venenatum. Ouid. 3. Metamorphoſeos,

-quique habitus exit

Ore niger ſtygio vitiatas inficit herbas. De ſerpente quodam.

Palus Stygia. Virg. 6 Æneid.

Regnum Stygium. Lucan. lib. 7.

Rex Stygius, Pluto. Virg. 6. Æneid.

Tenebræ Stygiæ. Virg. 3. Georg.

Vallis Stygia. Ouid. 6. Metam.

Vmbræ Stygiæ. Ouid. 1. Metam.

Vndæ Stygiæ. Virg. 3. Æneid.

S

V

Suadeo, ſuades, ſuaſi, ſuaſum {πραθιβάζω} ſuadere. Ae commodatis & ſuauibus verbis conari aliquem in opinionem noſtram inducere: hoc eſt hortari aliquem ad id quod intendimus. Terent. And. 4. 1, Suadere, orare, vſque adeò donec perpulit. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. Nox & amor, vinúmque, vtrũque ſuadent.

Hortari & ſuadere. Ci. Valer. lib. 13. 4. Hæc quæ ſuprà ſcripta ſunt, eò ſpectant vt te horter & ſuadeam, reliqua ſunt quæ pertinent ad rogandum.

Acerrimè ſuadere. Vide Vir vita ac morte conſentaneus, in CONSENTIO.

Suadere & rogare. Cicero de Prouinc. Conſul. Nam poſtea me, vt ſibi eſſem legatus, non ſolùm ſuaſit, verùm etiam rogauit.

Suadere & perſuadere. Cic. ad Atticum, lib. 13. 290. Tu autem quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum putato. Idem. Philipp. An C. Trebonio perſuaſi, cui ne ſuadere quidem au ſus eſſem?

Suadere alicui contra alterum. Cic. 2. Philip. Duo tempora tamen inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim.

Suadere alicui aliquid per alterum. Cic. ad Attic. lib 8. 160. Memini quid mihi tum ſuaſeris per Theophanem, per Culeonem.

Amor ſuaſit facinus. Ouid. 8. Metam.

Fugam ſuadere. Stat. 11. Thebaid.

Legem ſuadere. Cic. de Senect. Legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem.

Luxum ſuaſere rapinæ. Lucan. lib. 1.

Paupertas multa ſuaſit. Lucret lib. 6.

Egeſtas ſuaſit nefas. Lucan. lib. 1.

Pacem ſuadere, & de pace. Cic. Mario, lib. 7. 3. Quintilianus lib. 3. cap. 10.

Digito ſuadere ſilentia. Ouid. 9. Metam.

Nox humida ſomnos ſuadet. Ouid. 2. Faſt.

Sydera cadentia ſuadent ſomnos. Virg. 2 Æneid.

¶ Suadetur, pen. prod. Paſſiuum. Plaur. Trinum. 10.

Minus placet magis quod ſuadetur: quod diſſuadetur placet.

Suadens, Particip vt Verba ſuadentia. Stat. 11. Thebaid.

Suadela, ſuadelæ, pen. prod. {πειθὼ} Suaſio dicitur. Plaut. Ciſtell. 7,

Iam perducebam illam ad me, ſuadela mea. Vide PYTHO.

SVADELA, dea fuit apud Romanos, quæ nuptiis vnà cum Venere præerat, quod ex Plutarcho colligere eſt, cùm ſcribit, Ἐν ὅπου πάντα ὁλόστυγα δεῖσθαι τὰς γαμεῖσθαι δόντας, ὅσας πλείστη, καὶ ἥκιστα πολίτας, καὶ ἀφροδισιάζοντας, καὶ πειθοῦς, ὅθεν παῖδα τὸν Ἔρωτα ὁ Σοφοκλῆς. Phurnutus etiam ſcribit, aſſidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quòd Suadela oratione & gratia amatores pelliciat. Horatius,

Scilicet vxorem cum dote, fidémque & amicos

Et genus & formam regina pecunia donat:

Et bene nummatum decorat Suadela Venúſque. Hoc eſt, Qui nummatus eſt, cum decorat Suadela & Venus, eáſque propitias habet & faciles, vt vxorem cum grandi dote facilè inueniat, cùm omnibus placeat gratúſque ſit. Ex Turneb.

¶ Suada, ſuadæ, Pitho, ſuaſionis dea dicta eſt. Cic. de Claris Oratoribus, {πειθὼ} quam Græci vocant, cuius effector eſt Orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit.

Suaſor, ſuaſoris, Verbale, Qui ſuadet. Cic. 3. Offic. Poſthumius ſuaſor & author fuit. Idem ad Atticum, libro 16. 334, Etſi quanuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti. Eidem libro 16. 342, Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris

est,sed rogatoris.Idem 2. Philip. Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem?

Suasorius,Adiect.Quod pertinet ad suadendum.vt Suasorium munus, Id est officium suadendi. Et pars deliberatiua, à Rhetoricis suasoria dicitur.vt apud Quintilianum,lib.3.cap 8.

Suasoriæ sunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi. Quintil.lib.2. cap.1.

Declamare suasorics.Quintil.lib.3 cap 8.

Suasio,Verbale, f.g. Cic.in Orat. Sed quoniam plura sunt orationum genera.cáque diuersa neque in vnam formã cadũt omnia, laudationum,scriptionum,& historiarum,& talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum.Et 2. de Ora. Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. Sic de Claris Orat.Suasio legis Seruiliæ.

Suasus,huius suasus. Vlp.in I. Item si obstetrix.§.1.D.Ad legem Aquil. Si quis per vim vel per suasum medicamentum alicui infudit , vel ore,vel clystere,&c.

SVANTES,populi in Alpibus.autor Plin.lib.3.cap.20.

Sualternicum, pen.corr. {σκληρότερον} Genus electri. Plinius libro 37.cap.2.

Suamet.pen.prod.{ἰδιωτικῶς} à Ablatiuus à Suus,cum syllabica adiectione met.Plin.lib.10. cap.59. Anseres suamet vi colla sua abrumpunt.

Suapte, {ἰδιωτικῶς} Sua ipsius natura: & Suopte , ablatiui , à Suus cum syllabica adiectione pte:vt Suopte nutu,pro suo ipsius:sicut Meopte, meo ipsius.Cic.4. Tusc.Terrena & humida suopte nutu & suo ponderead pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suapte , Sine adiecto. Cicero ad Atticum , lib. 6. Quintius filius suapte,pié sanè,me quidem certè multum hortante,sed currentem, animum patris sui sorori tuæ reconciliauit . Verus autem codex nõ habet suapte. Lucre.li.6.Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suapte.

Suarius,Vide SVS.

Suarni, Indomitæ gentes,quæ auri tantum metal'a in Caucasiæ portis fodiunt.Plin.lib.6.cap.5t.

Suasio,Suasor,Vide Suadeo.

Suasum,suasi,Color appellatur(inquit Festus)qui sit ex stillicidio fumoso in vestimento albo.Plautus Truc. 6,

Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam. Quidam legunt Insuaso.Nec desinunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo,suasum vocari,quòd quasi persuaderetur in alium ex albo transire. Hæc Festus.

Suatim,pen.prod.{ὑπολύρ} ad similitudinem suis,inquit Nonius, Nigidius Commento grammatico,Sunt etiam adsimilanter dicta hæc canatim,suatim, bouatim,quæ ab animalibus sumuntur.

Suauis, & hoc suaue {ἡδύς,ὀσπάσιμος,φίλος,μείλιχος,μαλακός} Dulcis. Plaut.Ciſtel.2,

Ventum gaudeo ad te ecastoritta hodie hîc acceptæ sumus

Suauibus modis. Cic.pro Corn. Balbo , Comes , benigni , faciles, suaues homines esse dicuntur.

Amicitia suauis.Lucret.lib.1.

Amicus suauis. Cic. ad Cælium , lib. 2.12, Nam & honorificus in me Consul fuit,& suauis amicus.

Amor suauis.Lucret.lib.1.

Auræ suaues.Lucret.lib.3.

Consuetudo suauis,vel coniunctio.Cicero ad Sulpitium,libro 13. 27.Tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat quàm suauis esset inter nos,& quanta coniunctio.

Flores suaues.Lucret.lib.1.

Herbæ suaues.Virg.eclog 2.

Homo suauis,per ironiam.Terent.Phorm.2 3.

Lingua suauis. Lucret. lib.1.

Loquelæ suaues.Lucret.lib.1.

Sermo suauior.Horat.1.Serm.saty.10.

Sopore suaui deuinxit membra.Lucret lib.4.

Suauitas,pen. corr.suauitatis , f.g. {ἡδύς} Dulcedo. Cic. ad Att.lib.6. 14,Miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatémque perspexi. Idem ad Appium Pulchrum. libro 3.1. Sic enim tibi persuade , charissimum te mihi esse,quum propter multas suauitates ingenij, officij,humanitatis tuæ.

Odoris suauitas.Plinius lib.12.cap.12.

Oris suauitas.Quint.in Procem.lib.6.

Suauitudo.pen.prod suauitudinis,fœm.gen. {ἡδυπάθεια} Idem.Plaut. Stich.15,Age mulsa mea,suauitudo salsa.Author ad Herennium lib. 3,Quoniam igitur res eædem vocis firmitudini , & pronuntiationis suauitudini prosunt. Aliqui legunt suauitati.

Suauiter,penultima corr.Aduerbium {ἡδέως.} Cicero 4.Acad.Veruntamen video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Idem Trebonio,libro 15.21,Nunc ad epistolam venio, cui copiosè & suauiter scriptæ nihil est quod multa respondeam. Idem 1.de Fin. Et secunda iucundè ac suauiter meminerimus.

Multo suauius.Horat.2.Serm.saty.8.

Suauè, Aduerbium {μαλῳκῶς} Idem quod suauiter.Virg.ecloga 3, -& suaue rubens hyacinthus. Idem eclog.4.9.

Suauidicus,pen.corr. Adiect. {ἡδυεπής} Qui suauiter dicit: vt Versus suauidici.Lucret.lib.4.

Suauiloquus,pen.corr. {ἡδυλόγος} Aliud adiect. Idem vt Versus suauiloqui.Lucret.lib 2.

Suauiloquens,omn.g.Idem. {ἡδυεπὴς.} Cic.de Clar.Oratoribus, Additur Orator Cornelius suauiloquenti

Ore Cethegus. Ex poëta.

Carmen suauiloquens.Lucret.lib.1.

Suauiloquentia,suauiloquentiæ {ἡδυεπείη.} Cic.de Clar.Orat.Et oratorem appellat,& suauiloquentiam tribuit.

Suauium,suauij {φίλημα} vel Sauium, sauij, per detractionem literæ u,Voluptas dicitur.Terent.Eunuch.3.2,

-ô Thais mea,

Meum suauium,quid agitur?

Suauium,Basium lasciuum.Horat.Epod.3,

Manum puella suauio opponat tuo.

Suauium quid ab osculo differat.Vide in OSCVLVM.

Suauium dare.Cic.ad Atticum,lib.16.336,Atticæ quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est,meis verbis suauium des.Alij nõ optimum legunt,sed primum.

Suauium facere,Idem.Plaut.Asin.13.

Sumere suauium.Plautus Asin.5.

Suauiolum,suauioli,pen.corr.Diminutiuum {φιλημάτιον.} Catullus ad Iuuentium,

Suauiolum dulci dulcius ambrosia.

Suauio,suauias,Pompon.Munda,

Ego illam non amplectar,non suauiem? Nonius Quæst.

Mammas teneas,pedes extollas,suauies cùm gemit. Nonius.

Suauior,suauiaris {φιλέω} suauiari,Suauium dare. Gellius lib.3.cap.15, Quum ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis suauiarentur. Cic.ad Attic. lib.16.333, Atticam nostram cupio suauiari:ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Catul lus de Acme & Septimio,42,

Et dulcis pueri ebrios ocellos

Illo purpureo ore suauiata.

Suauiatio,Verbale {φίλησις} Gellius lib.18.cap.2, Suauiationes puerorum & puellarum.

Sub {ὑπό} Præpositio, vtrique casui seruit,& accusatiuo & ablatiuo: variáque significat,vt sequentibus exemplis docetur.

Sub accusatiuo iunctum,paulo antè vel paulo pòst significat.Vtrũque enim reperitur apud probatos authores , sed illud frequentius. Horat.1.Carm.ode 9,

Lenesque sub noctem susurri. Sic sæpe alibi.

Sub viterm præliari dicuntur milites , cùm sub vinea militari pugnant.Lucilius,

Neque prodire in altum,præliari procul sub vite. Festus.

Sub iugum mitti dicuntur hostes victi,ereptis omnibus armis,telisque,cum hastis defixis duabus in terra, tertiaque ad summum earum deligata, ipsi eam iubentur subeuntes transire. Festus.

Sub,Ablatiuo iunctum.Plaut.Epid.5,

Pleræque hæ sub vestimentis secum habebant tetia. Virg.8.Æneid. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

Sub Alexandro , Id est tempore Alexandri. Quintil.lib.5. cap.10, Nunc,olim,tunc,sub Alexandro.

Sub aduentum , pro In aduentu. Liu.3.bell.Punic. Sub aduentum Prætoris Romani Pœnus agro Nolano excessit. Ibidem,lib.8.

Sub conditione,Ea lege,hoc pacto.Cic.pro Archia, Statim ex his rebus quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui sub ea conditione,nequid posteà scriberet.

Sub corona lege belli venire.Liu.8.ab Vrbe,Sic,Sub hasta vænire. Liu.3.bell.Pun.

Sub corona vænire,singularis formula:sed elegans.Festus. Sub corona vænire dicuntur,quia captiui coronati solent venire,vt ait Cato in eo,qui est De re militari,Vt populus suus, sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat,quàm re malè gesta eo ronatus væneat.Id autem signum est, nihil præstari à populo, quod etiam Plautus significat in Hortulo,

Præco ibi adsit cum corona,cuique liceat væneat.

Sub dio,siue diuo.Varro 3.de Re rust.cap. 14. Nam & idoneus sub dio sumendus est locus coclearijs, quem totum circùm aqua claudas. Sic apud Colum.lib.1. cap.8. Nullus dies tam intolerabilis est, quo non sub diuo moliri aliquid possit.

Sub diuo carpere somnos.Virg.3.Georg.

Sub domina meretrice , Id est,sub imperio & in potestate meretricis.Horat.1.epist.2.

Sub exceptione.Plin.iunior li 1.epist.2.ad Arrianum, Aeres enim, non tristes esse volebamus.Nec est quod putes me sub hac exceptione veniam postulare,quòd scilicet acres esse volebamus.

Sub exemplo.Plin.iun.epist.18.lib.3.ad Curium Seuerum, Deinde vt futuri principes,non qua potissimùm via possent ad eandem gloriam niti.

Sub exitu vitæ , pro Sub exitum : hoc est circa exitum. Sueton.in Claud.Cæsare,cap.43.

Sub his nihil proficitur. Celsl.lib 5.cap.28.

Sub ictu rem habere dicitur , qui ita propinquus est vt attingere queat.Senec.epist.73. Quam quidem nondum attigerunt:in conspectu tamen,& vt ita dicam,sub ictu habent.

Sub imperio alicuius esse.Terent.Heaut.2.2.

Sub ipsa die.Plin.lib.8.cap.32.

Sub manu tabellarios habere , Id est in promptu & *ad manum*, quod dicitur. Plancus Ciceroni, lib. 18.23.Seneca, Sub manu nascitur consilium. Vide MANVS.

Sub manus,hoc est Faciliter,non ægrè,apposité.Plaut. Milite, 11, Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Ibid.16.

Sub oculos adactum pilum in vitalia capitis venerat. Plin.libro 8. capite 7.

Sub oculis accipere detrimentum , pro Ante oculos. Cæsar bell. Ciuil. 26.

Sub pœna mortis vel capitis denunciare.Sueton,in Calig.cap.48. Idem in Tiberio Cæsa.cap 36.

Sub sacramento militare.Liu.lib.5.bel.Maced.

Sanescere sub somno.Celsl.lib.3 cap.18.

Sub frigido sudore mori. Celsl.lib.5.cap.26.Vbi verò penitus insedit,insanabile est:plurimique sub frigido sudore moriuntur.

Sub veteribus , subaudi Curiis. Plin. lib. 35 capite quarto , Hinc enim Crassi oratoris sepos agentis sub veteribus. Idem capite 10. E diuerso Meuiana,inquit Varro,omnia operiebat Serapionis tabula sub veteribus. Sueton. in Augusto capit. 100. Bifariam laudatus est: pro æde Diui Iulij à Tyberio , & pro Rostris sub veteribus à Druso Tyberij filio. Var.li.4.De lingua Latina, Curiæ duorum generũ.Nam & vbi curarẽt sacerdotes res diuinas,vt Curiæ veteres:& vbi Senatus humanas,

humanas,vt Curia Hostilia, quam primus ædificauit Hostilius rex sub Veteribus. Ante hc Rostra.Pompeius Festus lib.12.Nouæ curiæ proximè compitum Fabritij ædificatæ sunt , quòd parũ ampliæ erãt veteres à Romulo factæ, vbi is populum & sacra in partes triginta distribuerat , vt in iis ea sacra curarent.Plautus in Curculione, Act. 4.scena 1.

Sub veteribus,ibi sunt qui dant,quisque accipiunt fœnore. Cic.li. 4.Academic.qui Lucullus, inscribitur , Vt enim ij, qui sub nube fojem non ferunt:item ille,quum æstuaret, Veterum & Menianorum, sic Academicorum vmbram secutus est. Sed & (ait in Plin.Hermolaus) pars in foro.Sub nouis appellabatur.M.Varro:Sub nouis dicta pars in foro ædificiorum,quod vocabulum eius peruetustum,vt nouæ viæ,quæ via iam diu vetus est.

Sub vmbra fœderis.Liu.8.ab Vrbe,

Sub vrbe est agelli paululum:Id est iuxta.Teren.Adel.5.8.Sic Varro 1. de Re rust.cap.50. Tertio modo meritur,vt sub vrbe Roma, & locis plerisque. Virg.3 Æneid.

-classémque sub ipsa

Antandro,&c.

¶ Sub , Accusatiuo ferè iungitur quum tempus significatur vt ait Seruius:vt Sub tempus,& sub idem tempus:hoc est circa.Sueton. in Tib.Cæsare,cap.58,Sub idem tempus consulente Prætore,Liu. 1. ab Vrb.Quibus indictis sub tempus pueros venatum ablegauit. Sic. 6. bel.Pun.

Sub finem.Liu.2.Pel.Pun. Sub equestris finem certaminis coorta est pedium pugna Hoc est paulò ante finem.

Sub ipsum finem.Virg.5.Æneid.

Sub prima frigora Autumni. Virg.2.Georg.

Sub horam pugnæ tam arcto repente somno deuictus , vt ad dandum signum ab amicis excitaretur Suet.de Augusto,cap.16.

Sub lucem,Surgente sole. Virg.3.Georg.Hoc est, paulò ante lucẽ.

Sub lucis ortum.Liu 7.bel.Pun.

Primi sub lumina solis & ortus.Virg 6.Æneid.

Sub noctem,Incipiente nocte.Horat.1.Carm.ode 9.

Sub noctem, Noctu. Cæsar 1. bel. Ciuil. Pompeius sub noctem naues soluit.

Sub hoc tempus. Horat.2.epist.2.

Sub iudicij tempus.Liu.4.ab Vrbe,

Sub vesperum.Cæsar 2.bell.Gall.Sub vesperum Cæsar portas claudi,militéque ex oppido exire iussit. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2. 5. Mense Decembri sub dies festos.

Sub vos placo,precum formula.Festus Sub vos placo in precibus fere cùm dicitur,significat idé quod supplico, vt in legibus. Transq. dato,edendoq. plorato.

¶ Sub & Statim.Cic. Planco,lib.10.16,Sub eas literas statim recitatę sunt tuæ,non sine magnis quidem clamoribus.

Statim.Cælius ad Ciceronem,lib.8.4,Pompeius se legionem adducturum, sed non statim sub mentionem , & conuitium obtrectatorum.

¶ Sub ipsos postes pro Ante.Virg.2.Æneid.

¶ Sub,Pòst.Virg.5.Æneid.

-quo deinde sub ipso

Ecce volat, calcémque terit iam calce Diores.Seruius,

¶ Sub templo ingenti, pro In.Virgilius 1. Æneid. Idem 1.Æneid, Exercet sub sole labor. Hoc est,in templo, & in Sole.

¶ Sub nocte,id est, Per.Virgilius 7. Æneidos.Idem 4.Æneidos.

¶ Sub leges pacis tradere se.Virg.4. Æneid.

Sub amplexus alicuius ire.Ouid.epist.16.

Subabsurdus.Adiect. {ὑπόπαπος,} Parum , siue vtcunque absurdũ, significat. Cic.2.de Orat. Sunt etiam illa subabsurda sed eo ipso nomine sæpe ridicula , non solùm mimis perapposita,sed etiam quodammodo nobis.

Subabsurdè, Aduerb.{ὑπαπέπως} Cic.2.de Orat.Valde hæc ridentur,& herculè omnia,quæ à prudentibus , quasi per dissimulationem non intelligendi,subabsurdè salséque dicuntur.

Subacidus, pen.corr Adiectiuum {ὑποξύζωος} Aliquantulum acidum significat.Plin.lib.12. cap. 25.Esse enim debet lenis , non subacidus. Caro cap.108. Si subacidum erit, non durabit.

Subacidulus,pen.cor. Adiectiuum diminutiuum. Cato de Re rust.Vinum ponito sub dio, postridie manè gustato : si id sapiet , quod in dolio est, scito id duraturum:subacidulum non durabit.

Subaccuso, subaccusas,penul.prod. {ὑπομέμφομαι} subaccusare , pro Nonnihil accusare, & leuiter. Cic.pro Plancio, Sed sunt hæc leuiora, illa verò grauiora atque magna , quòd meum discessum , quem sæpe desideras,nunc quasi reprehẽdere & subaccusare voluisti. Idem ad Attic.lib.13. 294, Subaccusa quæso Vestorium. Idem lib. 16. 334, Addebant etiam me desiderari, subaccusari.

Subactus,subacta,subactum,Vide SVBIGO.

Subaduuo, subaduuas(à quo verbo deduxit Zeno Imperator substãtiuum nomen Subaduuus,subaduui,subaduuo: & plur.numero Subaduui,subaduuorum) non legi apud probatum, licèt ex Græco Suida,Sinesio, & Notitia Romani imperij colligi possit : Sed & eius fœminínum subaduua,æ: nisi attributiuè id nomen legendum putes. Ait Zeno.l.vltim.5.huius autẽ.De agentibus in rebus libro 12.C.Hu ius autem benefici prærogatiuam subadiuuis etiam , qui pro singulis inueniuntur remporibus deferri iubemus. Est autem subadiuus adiutoris adiutor.

Subadiuus,a,um:adiutoris adiutor. Vide in SVBADIVVO.

Subadmoueo,subadmoues,pen.cor.subadmóui.subadmótum,subadmouére.Aliquantum admouere.Columel.lib.6.ca.36,Huiusce modi marí sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam.

Subæratus, pen. prod. Adiect. {ὑποχάλκεος} Quod habet æs subter. Persius Satyra 5,

Nequa subærato mendosum tinniat auro.

Subagito,subagitas, pen.cor.{ὑποκινέω} subagitare,Subtus fodiendo

atare.Vnde per translationem Subagitare dictis aliquem : hoc est imultis verbo:um lenociniis allectare & commouere.Plaut.Ciſtel.7. Subagito blandis & benedicis

Dictis. Frequentatiuum à Subigo.

Subagrestis,& hoc subagreste, {ὑπαγρώδης} Aliquantum agrestis. Ci. de Claris Orat.Cotta, quia se valde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat,sonabãtque contrarium Catullo, sub agreste quiddam planéque subrusticum, alia quidé quasi inculta & syluestri via ad eandem laudem peruenerat.

Subalaris,& hoc subalare,pen.pro. {ὑπαμάξεκος} Quod sub alis est. Vnde scribit Lampridius, Heliogabalum solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares, & subalares culcitras.

Subalbico,subalbicas,pen.corr.{ὑπολευκάνω.} subalbicare, Aliquãtum album fieri.Varro 3 de Re rust cap.6.Rostro brevi,acuto,oculis rauis aut nigris,palea rubra subalbicauit.

Subalbidus,penul.cor.Adiect.{ὑπολεύκος} Quod aliquantum albidum est.Plin.lib.21.cap.25. Ramulos habet candidos,folia subalbida abrotono similia.Celſ.lib.5.de pustulariũ generibus, Physacion autem paulò durior pustula est,subalbida,acuta,ex qua ipsa quod exprimitur humidum est.

Subalpinus,pen.prod.Adiect. {ὑπάλπιος} Quod sub Alpibus montibus est.Plin.lib.25.cap.7,Radice lenta,subnigra,sine odore , aquosa,montibus subalpinis plurima. Idem lib.16. cap.11.Nec nisi in paucis locis subalpinæ Italiæ.

Subamarus.penul.prod.Adiect. {ὑπάπικρος} Aliquantulum amarum significat.Cic.de Fato,At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt,vt alios duleia , alios subamara delectent. Idem 1. de Inuent.

Subaqueus, Adiect. {ὑδρωδής}Quod sub aqua manet:vt Scopulus sub aquæ.us. Sipontinus.

Subaquilus,penultima correpta. Adiectiuũ. {ὑπόφαιος} Subfuscum. Plaut. Rudente,11.

-cia corpus cuiusmodi

Subuolturium?Illud quidem subaquilum volui dicere.

Subare,vt Equire,Vide SVBO,subas,

Subargutus,pen.prod.Aliquantulum argutus. A quo diminut. Subargutulus apud Gellium lib.15.cap.30.

Subaro, subaras,pen cor.{ὑπαροτριάω} subarare , Subtus arando terram mouere. Plin. libro 16. cap. 27. Item quæ subarantur , aut quæ ablaqueantur,celeriora negletis.Ibidem, cap. 28.Et subarata ocyus fanescunt.

Subaratio,{ὑπαροτρίασις} & Subarator,Verbalia,Plin.lib.17.cap.24.Vel etiam subarator imprudens luxauit radices.

Subarrogans,pen cor.omn g.{ὑπεροκῶν} Aliquantum arrogans.

Subarroganter, Aduerbium,{ὑπεροκῶνως} Cic.4.Acad. Vereor ne subarroganter facias,si dixeris tuam.

SVBATII sunt populi inferioris germaniæ , quos Drusus Germanicus in triumphum traxit Sugambris bello victis:Strabo lib.7.

Subauscultо,subauscultas, {ὑπακροάομαι} subauscultare,Leuiter , & quasi prætereundo auscultare.Plaut.Mil.1.4.

Tace,subauscultemus, ecqua de me fiat mentio. Cic.2.de Orator. Subauscultando tamen excipere voces eorum, & procul quid narrarent attendere.Idem in Topicis,Qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito.

Subbasilicanus.pen.prod. Adiect. {ὑποβασιλικῶδης} Qui libenter & frequenter sub basilica spatiatur. ita Prisicianus appellari docet. In basilica nanque negotiationes & publicæ cõciliationes tractabãtur, & iudicia quoque in basilicis fiebant. Plaut.Capt.13.

Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.

Subbibo,subbibis.pen.cor.subbibi,subbibitum, pen.corr.{ὑποπίνω} subbibere,Aliquantulum bibere.Plaurus Trutulent.17,

Qui improbus est,siue subbibit,siue adeò caret remero,

Tamen ab ingenio est improbus. Sueton.in Nerone,cap.20. Si pauIum subbibisſet.

Subblandior,subblandiris,penult.produ.{ὑπερκολακεύομαι} subblandiri,Paululum,vel leuiter blandiri.Plautus Casina.13,

Non mattonarum est officium,sed meretricum,viris alienis,

Mi vir,subblandirier.

Subcærulus pen.cor.Adiectiuum, {ὑποκυάνεος, Aliquantulũ cærulum. Celsus lib.6.cap.5.In ea pares portiones sunt myrobalani , magmatis,creræ,cimoliæ subcerulæ,nucum amaratum,&c.

Subcandidus,pen.cor. Adiect.{ὑπόλευκος} Aliquantulum candidum significat.Plin.lib.27.cap.8.

Folia bouis linguæ similia,minora,subcandida.

Subcauus, penult. corr. Adiect.Subter cauus,vt Subcaua montis natura.Lucret.lib.6,

-primùm totius subcaua montis Est natura &c.

Subcenturio,subcenturionis,masc.gen.{ὑφηγητὴς τάγματος} Qui centurioni subducitur.Liuius 8. ab Vrbe , Vt subcenturionem sibi quem vellet legeret,qui tueretur eum ab vno destinato hoste.

Subcerniculum,subcerniculi,penul.corr.{κόσκινον} Farinarium cribrum, quod fit è setis equorum,quemadmodum excussorium & polinarium fit è lino.

Subcineritius, Adiectiuum{ὑποσπόδιος} Quod sub cineribus coquitur & assatur.Vnde subcineritium panẽ legimus in sacris literis.

Subcingulum,subcinguli , pen. corr. {ζωνὴς,} Idem quod balteus. Plaur.Menæch.5,

ab Hippolyta subcingulum

Haud Hercules æque magno vnquam absulit periculo.

Subcisiuum, Vide SVCCIDO.penult produ.

Subcoacta.Cæsar lib 3.bell. ciuil Magnus incesserat metus sagittarum,atque omnes feré milites aut ex subcoactis,aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant,quibus tela vitarent.

Subcoboscitem , positum pro succuba. Titinnius testis est in Psaltria, Contemplari ancillas quam arbitrer illarum subcoboscitem esse.Hæc Nonius.

Subcœno, subcœnas, {ὑποθεωτίω} subcœnare, Subtus cœnare. Quint. lib.6.cap.3. Et Galba de piscibus, qui quum pridie ex parte adesi, & versati postero die appositi essent, Festinemus, alij subcœnât, inquit. Subtus cœnare, apud, &c.

Subcontumeliosus, pen. prod. {ὑβριζετικὸς} Adiect. Aliquantulum contumeliosus. A quo

Subcontumeliosè, Aduerb. {ὑβριζετικῶς} Cic. ad Attic. lib 2.22. Herculè, verum vt loquamur, subcontumeliosè tractatur noster Publius.

Subcresco {ὑπαυξάνω} Vide SVCCRESCO.
Proles subcrescat tibi. Tibull. lib 1. eleg. 5.

Subcrispus, Adiect. Qui crines habet aliquantulum crispos. Cice. 4. Verr. Videtis illum subcrispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur. Varro de Re rust. cap. 5. Coda profusa vsque ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam.

Subcrudus, pen. prod. Adiect. {ὕπωμος,} Quod non omnino coctum est. Cat. cap. 156. Sumito brassicam, conicito in aquam feruentem, coquito pauliſper, vti subcruda sit.
Subcrudum tuberculum. Celſ. lib. 6. cap. 13.

Subcruentus, Adiect. {ὑφαιμος} Aliquantulum cruentum. Celſ. lib. 4. cap. 18. Descendunt autem pituitæ, nucisque similia, interdum etiam leuiter subcruenta. Id est, cruentum aliquid admistum habentia.

Subcurator, pen. prod. subcuratoris, {ὑπεπιμελητὴς} Qui curatoris locum tenet. Iulianus in l. Ex facto, De nego. gestis, Ex facto ferebatur quendam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum: eidémque alium subcuratorem cõstitutum, siliginem miscendo corrupisse: atque ita precium siliginis, quæ in publicum empta erat, curatorii inflictum esse: quærebatúrque, qua actione curator cum subcuratore experiri posset.

Subcustos, subcustodis, pen. prod. m. g. {αἰπεφύλαξ} Qui pro alio custode substitutus est. Plaut. Mil. 11,
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum
Foris ablegauit, dum eapse transire huc placet.

Subcutaneus, a, um; siue subtercutaneus {ὑποδερματικὸς} morbus qui intra cutem, siue sub cute est, siue subter cutem. Verbum à Calepino ab auctoribus Calepini sine authore subnotatum.

Subdebilitatus, pen. pro. Adiect. {ὑπεκνευρισμένος} Aliquantulum debilitatus. Cic. Arti. lib. 11. 213. Quod etiam mea sponte videbam, te subdebilitatum, nouas rationes tuendi mei quærere. Vetus codex sic legit, Te subdita re quasi debilitatum, nouas, &c.

Subdialis, & hoc subdiale, pen. prod. {ὑπαίθριος} Quod sub dio est. Pli. lib. 34. ca. 12. Distat à Cadmia, quòd illa super terram ex subdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis.
Subdiales inambulationes. Plin. lib. 14. cap. 1.
Subdialia pauimenta, apud Plinium, lib. 36. capit. 26. quas *terracias* vocamus.

Subdifficilis, & hoc subdifficile, pen. cor. {ὑποχαλεπὸς} Aliquantum difficile. Cice. de Amic. Existit autem hoc loco quæstio quædam subdifficilis.

Subdiffido, subdiffidis, subdiffidere. Aliquantulum diffidere. Cicero Attic. lib. 15. 329, Quo die audiui illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari subdiffidere cœpi.

Subdisiunctiuus, pen. pro. Adiectiuum. Proculus in l. Hæc verba D. de verbor. significe. Hæc verba ille aut ille, non solùm disiunctiua, sed etiã subdisiunctiua orationis sunt. Disiunctiuum est, veluti quum dicimus, Aut dies, aut Nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: itrem sublato altero, poni alterum. Ita simili figuratione verbum Aut, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiui autem genera sunt duo, &c.

Subdito, subditas, subditare, subter admouere. Lucret. lib. 6,
Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris.

Subdiu, {κατὰ ὀλίγον} Idem significat quod Die. Plau. Mostel. 6.
Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.

Subdo, subdis, subdidi, subditum, pen. c. {ὑποτίθημι, ὑποβάλλω} subdere, Supponere, subiicere. Cato de Re rustica, Ignem subdito: vbi bullabit vinum, ignem subducito. Plin. lib. 14. cap. 12. Furcas subdere his necessarium.
Subdere sub solum, In terram conijcere. Plaut. Curcul. 7.
Oculorum visu subdere aliquid. Lucret. lib. 5.
Subdere in locum alterius. Plin. in Paneg. Cicero pro Domo sua, Quis in meum locum iudicem subdidit? Quintilianus lib. 3. cap. 6. Sed in horum trium locum subditæ quatuor legales.
Subdere boues iugo. Plin. lib. 8. cap. 16.
Calcar subdere equo. Ouid. 2. de Arte,
Maiestatis crimina subdebantur. Tacit. lib 3.
Flamma subdita medullis. Virg 3. Georg.
Ignem ac materiam seditioni subdere, per translationem, pro Augere, & opem ferre. Liu. 8. ab Vrbe,
Partum subdere. Paulus in l. Qui falsam. D. ad legem Corneliam, De falsis. Accusatio suppositi partus nulla temporis præscriptione depellitur, nec interest, decesserit nécne ea, quæ partum subdidisse contenditur.
Puerum subdere. Plaut. Merc. 2,
Hic filium subdiderat vicini, pater vicinum. Terent. Heaut. 5. 3,
Subditum se suspicatur. c. subditum, aín' tu?
Pullum subdere, Vide subiicere pullos in SVBIICIO.
Reum subdere. Tacit. lib. 1.
Rumorem subdere. Tacit. lib. 5.
Spiritus subdere. Liuius 7. ab Vrbe, Ac sicui genus, sicui sua virtus, sicui etiam maiestas, sicui honores subdere spiritus potuerunt: iis eram natus. Id est, animos siue stimulos.
Stimulos subdere muliebri animo. Liu. 6. ab Vrbe.
Fama subdit stimulos ingenij. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.
¶ Subdere, Quasi periculo committere. Plin. epist. 95. Contrà vereor ne sit cautum rem tam magnam iisdem tempestatibus subdere. Plaut. Epid. 3.
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

Subditus, pen. cor. Particip. {ὑποχείριος, ὑποτεθειμένος, ὑπήκοος, ὑποφυτὸς} Subtus immissus. Cicer. 2. de Nat. deor. Quæ efferuescunt subditis ignibus.
Subditus dicitur iudex, qui loco mortui datur iis, qui eum habuerant iudicem in aliqua re, vel lite. Paulus.
Subditus partus, Suppositus, hoc est sublatus ab ea muliere quæ peperit & alteri suppositus.
Subditum testamentum apud Iurisconsultos dicitur, quum verò testamento occultato, aliud clàm fuit appositum.

Subditiuus, pen. prod. Adiect. {ὑπόπαστος} Qui subditus est, & in alterius locum positus. Plaut. Amphit 8,
Nanque de illo subditiuo Sosia mirum nimis est.
Subditiuum secretum. Arnobius lib. 5. aduersus gentes, De allegoriis fabularum loquens, Neque enim quod scriptum est, atque in prima est positum verborum fronte, id significatur, & dicitur: sed allegoricis sensibus, & subditiuis intelliguntur omnia illa secretis.

Subditius, Aliud adiect. {ὑποκόλπιος} Idem. Plautus Amphit. 5. Cice. 7. Verr. Quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si hunc subdititium archipiratam in eandem custodiam dedisset, fore, &c.
Libri subditiij. Quint. lib. 1. cap. 4.

Subdoceo, subdoces, pen. corr. subdocui, subdoctum, {ὑποδιδάσκω} subdocere, Sub alio docere. Cic. Attic. lib. 8. epist. 4. Ciceronésque nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Subdolus, pen. cor. Adiect. {ὕπουλος} Occultè decipiens. Plau. Aul. 10. Et Capt. 10,
Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellũ est meis. Sic Mil. 12.
Haud vereor ne nos subdola perfidia peruincamur. Marr. lib. 5.
Sed tendit auidis rete subdolum turdis.
Lingua subdola. Ouid. 1. de Arte.
Pellacia subdola. Lucret. lib. 5.

Subdolè, penult. corr. Aduerb. {ὑπούλως} Cautè & fraudulenter. Plaut. Trinum. 5.
- eos consectatur, subdolè blanditur, ab re
Consulit. Cic. de Claris Orat. Nihil acutè inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil verſutè, quod ille viderit.

Subdubito, subdubitas, pen. corr. {ὑπονοέω} subdubitare, Parum dubitare. Cic. Cælio, lib. 2. 12, Hæc eo pluribus scripsi, quòd nonnihil significabant tuæ literæ, subdubitare qua essem erga illum voluntate. Idem Attico, lib. 14 313, Iam enim dico meum, antèà (crede mihi) subdubitabam.

Subduco, subducis, pen. prod. subduxi, subductum, {ὑπεξάγω, ὑπεξαφαιρέω, ὑπάγω, ὑφαιρέω, ὑπαγκάζω} subducere, Subterducere. Iuuenalis satyra 1. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Hoc est, supposuimus. Alij pro Subtraximus exponunt.
¶ Subducere, Subtrahere: cui opponitur Subdere. Cato de Re rust. Ignem subdito: vbi bullabit vinũ, ignẽ subducito. Plau. Asin. 16, Tempus est subducere hinc me.
Aurum subducitur terræ, Effoditur è terra. Ouid. 3. de Arte,
Subducere cibum athletæ. Cic. 2. Tuscul. Subduc vnum diem cibum athletæ, Iouem olympiũ, eum ipsum cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit. Ouid. 2. Metam.
Iam mihi subduci facies humana videtur.
Colla subducere oneri. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Subducere lac agnis. Virg. eclog. 3.
Memoriam subducere, Id est auferre. Seneca de Benef. lib. 3. ca. 1.
Vires subducere alicui. Ouid. 13. Metam.
Producere & Subducere contraria. Cic. pro Domo sua, Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras.
Morti subducere aliquem. Claud. 3. Paneg.
Pœnæ aliquem subducere. Callistratus in l. 2. §. Diuus. D. de iure fisci. Non vt delator pœnæ subduceretur, si mandatorem haberet.
Pandectæ Flor. & Haloander habent, Pœna.
Pugnæ subducere aliquem. Virg. 10. Æneid.
Nimbo se subducere. Ouid. 5. Trist. eleg. 15.
Subducere se custodiæ. Seneca epist. 66.
Subducere se de vel ex aliqua societate vel loco, Est sensim & clanculum discedere, ita vt nullus videat. Terent. Eun. 4. 1.
Vbi primum poterit, se illinc subducet scio. Ibidem. 4. 7,
Et cum eo clàm subduxti te mihi? Cic. ad Qu. Frat. lib. 3. De circulo se subduxit.
Animam subducere morti, Eripere & conseruare à periculo mortis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.
Subducta ex prælio ala. Liu 5. bel. Maced.
¶ Colles subducunt se, Ex alto in campos dissoluuntur. Seruius. Virg. 9. eclog.
Terra se pedibus raptim subducit. Lucret. lib. 1.
¶ Subducere, Furtim subtrahere. Plaut. Curcul. 7.
Quum dormiscit, ei subduco annulum. Mart. lib. 12,
Subduxit mappas quatuor Hermogenes. Sic lib. 8. Subducere pallia.
Subducere furto aliquid. Liu. 9. ab Vrbe.
¶ Subducere, Sursum ducere, leuare, extollere. Plin. de Viris illust. 4. Ipse à Tullo in auxilium accersitus, aciem in collem subduxit.
Subducere copias in collem satis arduum. Liu. 3. bel. Pun.
Hinc subducere naues dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior sit. Virg. 1. Æneid.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes. Plaut. Bacchid. 5.
Quum extemplo à portu abire nos eum auro vident,
Subducunt lembum. Cæsa 13. bel. Ciuil. Naues reliquas, si vellet, subduci & refici iuberet.
Puppes subductæ sicco littore. Vir. 3. Æneid.

Succum

Succum subducere spiritu. Sursum trahere. Plin. lib 20. cap. 14. Recentis succus narium vitia spiritu subductus emendat.
Subducere sursum è pureo. Plaut. Aulul. 12.
Subducere supercilia. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 1.
Vultu subducto procedere. Hoc est seuero & frõte caperata. Propert. lib. 2. eleg. 11.
Subducere animam, Spiritum & anhelitum sursum attrahere. Cato cap. 157.
Naribus subducere. Plin. lib. 2. capite 19. Naribus subductum caput purgat.
¶ Subducere aliquem, Decipere. Plaut. Menæch. 2.
¶ Subducere aliquem dictis, Circumuenire. Terent. And. 4. 1.
¶ Subducere cum hoc nomine Ratio, Significat computare, quod & inire & habere & facere rationem dicimus. Plaut. Capt. 4.
Ibo intrò, atque intus subducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud crapezitam fiet.
Subducta ratione esse ad vitam. Vide RATIO.
Inita & subducta ratione scelera meditari. Cic. 3. de Nat. deo. Medea modò & Atreus commemorabantur à nobis heroicæ personæ inita subductáque ratione, ne faria scelera meditantes.
Subducunt calculos voluptatum. Ci. 2. de Finib. Quid fortes viri? voluptatúmne calculis subductis præstum ineũt, sanguinem pro patria profundunt? Id est computant quantum voluptatis percepturi sint. Bud.
Numerum subducere rei alicuius, Numerare rem aliquam. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56.
Subducere summam. Cic. ad Attic. lib. 5. 110. Colladuai hominem, Rectè, inquit, Scaptius, sed subducamus summam. Colum. lib. 5. cap. 2. Id vulgus *Summare* dicit.
¶ Subducere, non adiecto nomine Ratio. Cicero Attico, lib. 5. 110. Quid vos, quantum inquam debetis: Respondet, Cui? Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus est, inquam? rationes conferatis. Adsidunt: subducunt: ad nummum conueniũt. Sic enim distinguit Budæus, non vt alij, subducunt ad nummum. Vide CONVENIO.
¶ Subducere fundamenta alicuius rei. Cic. 4. de Finib. Id est eximere, vt ait Budæus.
¶ Subductum omnibus ventis ædificium. Plin. epist. 17. libro 2. ad Gallum.

Subductio, Verbale, {ὑπαγωγὴ, ὑπεξαγωγὴ, ὑφαίρεσις} Ratio, & quod vulgus *computum* vocat. Cice. 2. de Orato. Quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas iti docent, quid faciat causam.
Subductio, Ipse extollendi siue leuandi actus. Cæsar 5. bel. Gal. Ad celeritatẽ onerandi, subductionésque paulò facit humiliores, quàm quibus in nostro mari vti consueuimus.

Subductarius, Adiect. {ὑπαγωγικὸς} vt Funis subductarius, quo quid leuatur. Cato cap 12. Funes loreos quinque, subductarios quinque, me dipontos quinque. Idem cap 68.

Subdulcis & hoc subduler, {ὑπογλυκὺς} Parum dulce. Plin. lib. 26. ca. 8. Radix subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

Subedo, subedis, pen. cor. subedi, pen. prod. subesum, subedere. Ouid. 11. Metam.
Dixit, & è scopulo, quem rauca subederat vnda Decidit in põtum.

Subeo, subis, subitui vel subij, subitum, pen. cor. {ὑποβλώσκω, ὑποδύνω, ὕπειμι, ὑπάγομαι} subire, Ascẽdere, Intrare. Accusatiuo iungitur. Celſ. lib. 1. bel. Gal. Qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent. Plin. epist. 203. Inglorius subit portum. Plin. lib 31. cap 3. Sed hi rationem adferunt, quoniam leuissima sit imbrium aqua, vt quæ subire potuerit ac pendere in aëre. Lucan. lib. 8,
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia victor.
Tecta subire. Virg. 3 Æneid.
Vrbem subire. Lucan. lib. 3.
Nemus subire. Ouid. 2. Metam.
Passuum protulit iuuen. sat. 16. -nã si subeantur prospera castra.
Subire ad hostes. Liu. 2. ab Vrbe, Idem 6. bel. Pun. Vt subeundi sæpe ad mœnia vrbis recursus pateret. Sic 4. bell. Macedon. Subire ad portam. Et 1. ab Vrbe, Subire ad montes.
Subire in. Plin. lib. 9. cap. 27. Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, &c.
Subire vultum alicuius, In eius conspectum venire. Cicero pro Quintio, Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit, ipsius Sex. Næuij lachrymans manum apprehendit, in propinquorum bonis proscribendis exercitatam.
Subire muro in datiuo. Virg. 9 Æneid.
Iámque propinquabant castris, muróque subibant. Idem 6. Æneid.
- pars ingenti subiere pheretro.
¶ Leones subière currum. Virg 3. Æneid.
Onus subire dorso. Horat 1. Serm. saty. 9.
Humeris subire aliquem, Ferre aliquem humeris. Virg 4. Æneid.
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem, &c.
¶ Subire & Vocare in tesserarum ludo contraria sunt. Nam subit ille eam partem, quam si referat tessera vincitur: vocat quam partem quémque numerum optat reduci vt vincat. Itaque qui iactat tesseras, optionem dat collusori subeundi vel vocandi: qui non iacit, is è iactatis deligit quos subeat, & quos vocet. Ac ea conditio est, vt legamus eum numerum, quem potius rediturum putemus: eum subeamus, quem minus rediturum speremus, vt auguremur nobis potius lucrum, quam iacturam ominemur. Martial lib. 3,
Et modò tres iacter numeros, modò cogiter apté.
Quem subeat partem callida quémque vocet. Ex Turnebo.
¶ Subire aliquid, pro Suscipere defendendum, onus accipere. Plinius epist. 196. Cuius nunc mihi subeunda defensio est. Idem in Panegyr. Quis enim curæ tuæ molem sponte subeat?
Pectus rude vix subit primos amores. Ouid. 4. epist. Id est, sustinet.
Subire conditionem pacis. Cæsar 7. bel. Gal.
Subire deditionem. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Hereditatem subire, pro quo vsitatius dicimus Adire hereditatem. Iurisconsulti.
Iussa subire. Claud. 7. Paneg.
Labores subire. Cic. ad Attic. lib. 3. 55. Istos labores, quos nunc in suffragijs suscipis, non subisses.
Labores duros subire. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Nauigationem subire. Cæsar 4. bel. Gal.
Negotium subire. Vide NEGOTIVM.
Partes subire. Quintilian. lib 6. capit. 1. Et ipse patronus has partes subit.
Vicem eandem subire. Vlp. in l. Minor. D. de procuratoribus.
¶ Subire, Succedere. Liuius 7. bel. Pun. Primæ legioni tertia, dextræ alæ sinistra subiit: & apud hostes integri à fessis pugnam accepere.
Subire per vices. Plin. lib. 8. cap. 7. Equitatu circunuenti, infirmos, aut fessos vulneratóſve in medium agmen recipiunt: ac veluti imperio ac ratione per vices subeunt. De elephantis.
Subire in locum alicuius. Ouid. 1. Metam.
- fugére pudor, verúmque fidésque:
In quorum subiere locum, fraudéque, dolíque, &c.
In partes alicuius subire. Munus eius & officium obire seu peragere. Ouid. 4. de Ponto, eleg 9.
¶ Subire, Pati. Cic. 3. Offic. Qui retinendi officij causa cruciatum subierit voluntarium? Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati.
¶ Aleam subire, Fortunam, ac fortem experiri alicuius rei. Colu. lib 3 cap. 21.
Calamitatem subire. Cice. Bruto, 12. Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, quo in iudicio certè defensi non haberet, eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, quanquam quod tua mater & soror deprecatur pro puertis.
Casum subire. Cic. Attico, lib. 8. 14. Eundum, vt quencumque sors tulerit casum, subeam potiùs cum iis qui dicuntur esse boni, quàm videar à bonis dissentire.
Crimen subire. Liu. 2. ab Vrbe
Dolorem subire. Cic 2. Tusc. Quæ vt effugias, quis est non modò non recusandus, sed vlero appetendus, subeundus, excipiẽdus dolor?
Famam crudelitatis subire. Cic. in Catil. Sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuisque pernicie fama subeunda est. Brutus ad Attic. in epist. ad Brutũ, 18. Ne famam subeam temeritatis. Id est, ne dicar temerarius.
Fortunam subire. Cic. ad Terentiam lib. 14. 5, Quando subeunda fortuna est.
Incommoda subire. Cice. 3. Offic. Cuius societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire vel externa vel corporis, vel etiam ipsius animi quæ vacent iustitia.
Infamiam sempiternam subire. Cic. Qu. fratri, lib 3. 20.
Inuidiam orationis subire. Cic. 1 Verr.
Iudicium imperitæ multitudinis subire. Ci pro Flacco, Existimabam L. Flacco multitudinis imperitæ potiùs, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum.
Pagina subitura iudicium docti principis. Ouid. 1. Fast.
Leges subire. Stat. 1. Syl 2,
- subiit leges, & fræna momordit
Ille solutus amor.
Locum alterius subire. Martianus in l. Creditor. §. A Titio. D. Qui potiores in pignore, &c.
Nomen exulis subire. Cic. pro Domo sua, Vtrum igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudicata.
Nomina vitiorum subire. Cic. 3. Offic. Hæc tot & alia plura nónne inutile est vitiorum subire nomina?
Notam turpitudinis subire. Cice. in Pisonem, Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis?
Odium alicuius subire. Cic. Attico, lib. 11. 225. Quanquam quid mea interest vt eorum odium subeam, non intelligo.
Periculum omne subire. Horat. Epod. 1,
Periculum subire. Cic. 3. Verr. Si pupilli calamitas, propinquorum lachrymæ, Decij Bruti, cuius prædia subierunt periculum, M. Marcelli tutoris authoritas apud te ponderis nihil habebat ne illud quidem animaduertebas.
Pœnam subire. Cic. 3. Offic. Nam cùm ex duodecim tabulis satis esset eapræstari quæ essent lingua nuncupata, quæque inficiatus esset, dupli pœnam subiret.
Pœnas meritas subire. Ouid. epist. 12.
Pœnas subire ex merito. Ouid. 5. Metam.
Sermonem subire. Cicero Attico, libro. 11. 214. Minus sermonis subiissem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me non angeret. Id est, Non tantus de me sermo insisteret esset, Non ita mihi obloquerentur homines.
Supplicia subire. Cic. Bruto, 12.
Tela subire. Cic. pro Corn. Balbo, Tum certè dignissimi sunt qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt.
Tempestatem inuidiæ subire, Cic. 2. in Catil.
Tempestates subire. Cæsar 8 bel. Gal.
Tristitiam subire. Attic. lib. 8. 160. Atque ego qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia: quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subiissem.
Turpitudinem subire, siue turpitudines. Cicero 3. Verrin. Sic 14. Philipp.
Verbera subire. Plinius libro 20. capite 13. Horatius 1. Sermonum, saty. 3.
Vicem eandem subire. Vlpianus in l. Minor. D. de procurat. Quoniam autem defendere est eandem vicem quam reus subire, &c.

Vim subire, atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Cic. de Prouin Con.
Vim legis subire. Ci. pro Cecinna, Qui si in ciuitate legis vim subire vellent non prius ciuitatem, quàm vitam amitterent.
Vituperationem subire. Cic. ad Attic. lib. 14. 317. Postremò se libenter vituperationem subire, quòd amaret etiam mortuũ Cæsarẽ.
¶ Subire, Succrescere. Virg. 1. Georg.
Neu subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat.
¶ Subeunt morbi. Virgilius 3. Georgicor. Id est aduenium, inquit Seruius.
Curæ subeunt. Ouid. 4. Trist. eleg 3.
Senecta subiens. Silius lib. 7.
Sopor furtim subit fessa lumina. Ouid. epist. 18. Latenter ingreditur oculos.
Tædia subeunt animo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.
¶ Subit religio animos. Plin. lib 5. cap. 1.
Timor subit animum. Liu. lib. 9 bel. Maced.
Spes subit animum. Liu. 10. bel. Maced.
¶ Subire, In memoriam venire. Plin. lib. 7. cap. 46. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula.
Datiuo. Curtius, Cogitationi nostræ nunquam subiit. Quintil. Declamat 6.
Fastidia subeunt mihi, Ouid. epist. 15.
Accusatiuo. Plinius epistol. 5. Quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Curtius lib. 5. Subiit regem verecundia.
Imago me subit. Ouid. 2. Fast.
Infinitiuo. Plin. lib. 35. Subit antiquitatem mirari.
Subit recordatio. Plin. iunior epist. 9. ad Fundanum. Tunc enim subit recordatio quot dies quàm frigidis rebus absumpsit.
Subit cogitatio. Liu. 5. bel. Pun. Ea quum vniuersa occurrerent animo, subitóque cogitatio, iam illa momento horæ arsura omnia, & ad cineres reditura.
Subiit cogitatio animum. Curtius lib. 6. Horum cogitatio subibat animum.
Subit cogitatio animum, quomodo. Liu. 10. ab Vrbe.
Subit animum. Liuius 6. bell. Punic. Idem 2. ab Vrbe, Dulcedo agrariæ legis ipsa per se dempto authore subibat animos.
Subit animos memoria maleficiorum. Liuius 7. bel. Maced. Curtius libro 5, Subit ipsa per se, dempto authore subibat animos.
Subit memoria. Liu. 10. bel. Maced. Subiuram vobis aliquando germanitatis memoriam, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisque inter vos, meorum denique præceptorum, &c.
Subit mentem. Plin. lib. 14. cap. 11. Verùm inter hæc subit mentem quum sint genera nobilia, &c. Virg 10. Æneid.
Affectu subire. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Subire, Subdere, supponere. Virg. 10. Æneid.
Æneæ subiit mucronem, ipsúmque morando Sustinuit. hoc est, Lausus se supposuit ensi Æneæ iam sublato ad plagam inferendam, ictúmque Parma sustinuit.
¶ Subire, Aggredi. Vale. Flacc. 6. Argonaut.
Illum vbi congressu subiit Gesander iniquo
Territat his, &c. Non erant viribus æquis congressuri Gesander & Canthus: id quod probauit mors Canthi.
¶ Subiri, Passiuum. Cic. 7. Verr. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur. Plin. lib. 4. Hæmi excelsitas, v. r. m. pass. subitur.
¶ Subire, Obsequiosè colere, alicui se venditare, & eum obseruare. Quiar. lib. 4. cap. 5. Fallendus est iudex, & variis artib. subeundus, vt aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Bud.
Auxilio subire alicui. Virg. 2. Æneid.
¶ Subire, Respondere, seu resistere. Cic. de Diuinat. Poterisne orationem eius subire? Idem pro Rosc. Amer. Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules vndique omnes errores, minæ, periculáque impendeant omnia, succurram atque subibo.
Loquentem subire, Respondere loquenti. Claud. 8. Paneg.

Subitus, pen. corr. Adiectiuum, {αἰφνίδιος} Idem quod Repentinus. Terentius Phorm. 1. 4.
Nam quod ego huic nun subito exitio remedium inueniam miser? Idem Adelph. 5. 9.
Quod proluuium? quæ istæc subita est largitas? Cic. Planco, lib. 10. 16, Néue in rebus tam subitis, támque angustis, à Senatu consilium petendum putes. Idem 2. Verr. Subitá lætitia.
Subiti nihil est. Plaut. Persa. 16.
Subitum est nimis. Plaut. Aulul. 8. Cicero Memmio, lib. 13. 2. Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est remigrare. Calendis Quintilibus.
Aspectu subito territus hæsit. Virg. 11. Æneid.
Concursus subiti. Ouid. 14. Metam.
Dolores subiti. Ouid. epist. 11.
Flammas subitas extinguere. Ouid. in Ibin.
Formidine subita trepidus. Virg. 6. Æneid.
Fragore subito intonuit. Virg. 2. Æneid.
Imber subitus. Ouid. 4. Fast.
Morte subita sternere aliquem. Virg. 11. Æneid.
Rubor subitus notauit ora. Ouid. 6. Metam.
Timore subito intremuere genua. Ouid. 2. Metam.
Vim subitam tolerare. Lucret. lib. 1.
Subitò, pen. corr. Aduerbium. {καιρὸν ἁρπάσαντι} Repentè, confestim. Cic. Terentiæ, lib. 14. 8. Nam mihi & scriptum & nuntiatum est, te in febrim subitò incidisse.
Mutata semina subitó Virg. 2. Georg.
Subitò & improuisó. Cic. pro Fonteio, Cùm tot bella à nobis necessariò suscipiantur, aut subitò atque improuisó nascantur.
Subitò posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi, cuius exemplum tibi misi. Balbus Ciceroni in epistolis ad Atticum lib. 9. epist. 9. Id est, statim vt dedi. Malè legebatur Sub pro subito.

Subitò quum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim. Cic. ad Attic. lib. 2. 24.
Subitò, Properé. Plaut. Amphit. 17.
Vt subitò vt properè vt tonuit validè? Idem Trinum. 17. -ita
Subitò est properé quod eum conuentum volo. Idem Cure. 7,
Ita nunc subitò, properè, & celerè obiectum est mihi negotium.
De subito, Vide DE.

Subitaneus, Adiect. {ἐξαπιναῖος} Idem quod subitus. Col. lib. 1. cap. 6. Si subitaneus imber incesserit.

Subitarius, Aliud adiectiuum, {ἐξαπιναῖος} Idem. Plautus Milit. 5,
Hanc age rem, res subitaria est.
Subitarij milites, pro repentino auxilio. Li. 3. ab Vrbe, 16. Idẽ 1 bel. Mace. 8. Duabus legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis.

Suber, suberis, pen. corr. masculini vel fœminini generis est, sæpius neutri, {φελλός} Plin. lib. 16. cap. 25. Tardissimo germine suber. Ibidem, cap. 8. Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantùm in fructu præcrassus ac renascẽs, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Vsus eius anchoralibus maximè nauium, piscantiúmque tragulis, & cadorum obturamẽtis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacerè Græci corticis arborem appellant. Sunt qui fœminam ilicem vocent, atque vbi non nascitur ilex pro ea subere vtuntur, in carpentariis præcipuè fabricis, vt citrea Ilin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. Col. li. 4. cap. 26. Nam est præcipua cuneis fissa olea, quercus & suber, & si qua sunt similia. Persius sat. 1,
Vt ramale vetus vegrandi subere coctum.

Subereus, {φελλικὸς} Adiect. apud Colum.

Suberigo, suberigis, pen. corr. suberigere. Erigere, vel aliquantum erigere. Silius lib. 15.
Vtquum cæua fretis immisit prælia Corus,
Isthmon curuata sublime suberigit vnda.

Suberro, suberras, {ὑποπλανάομαι} suberrare. Claud. 5. Panegyr.
Indigenas fluuios, Italis quicunque suberrant
Montibus, Alpinásque bibunt de more pruinas. Id est fluunt sub montibus.

Subex, Vide Subiices in SVBIICIO.

Subexhibeo, subexhibes, pen. cor. subexhibẽre. Arnobius lib. 6. Aduersus gentes, deorum impugnans simulachra. Non dicitis præsentiam vobis quandam his numinum subexhiberi simulachris?

Subferuefio, penult prod. subferuefis, subferuefieri. Plin. lib. 27. cap. 9. Affirmant lapillos qui subferuefiant vnà rumpi.

Subferuefactus, {ὑποζέσας} Participium à Subferuefacio, Paulùm feruefactũ significat. Plin. li. 28. ca. 9. Contra scabiem verò quiuis admisto iumentorum seuo, pro parte tertia & pice, paritérque subferuefactis. Idem lib. 24. cap. 7, Ad mulierum mammas brutia ex vino subferuefacta cum polline Farraceo. Vide SVFFERVEO.

Subfrigidus, pen. cor. Adiect. {ὑπόψυχρος} Aliquantum frigidum significat. A quo

Subfrigide, Aduerb. {ὑποψυχρῶς.} Gel. lib. 2. cap 9. Nimis minutè, ac propè etiam subfrigidè.

Subgrandis, Adiect. {ὑπομείρακας} vtcunque grande vel aliquantulum. Cice. Qu. fratri lib. 3. 17. Subgrande cubiculum autem, & hybernum altum valde probaui, quòd & ampla erant, & loco posita ambulationis vno latere, eo quod est proximum balneariis.

Subgrauis, & hoc subgraue, pen. cor. {ὑποβαρὺς} Aliquantum graue. Plin. lib. 27. cap. 9. Radice tenui, nigra, subgraui odore.

Subgrunda, subgrundæ, siue suggrunda, {ὑπόστεγα, γύαια} Pars tecti prominens, qua stiricidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè sunt Lugdunensia tecta, quæ à Græcis γάιαι & γύαια dicuntur. Varro 3. de Re rusti. capite 3. Apes enim subter subgrundas ab initio villatico vsæ tecto.

Subgrundatio, Verbale, {γαισυπόδησις} Huiusmodi prominentium partium constructio. Vitruuius lib. 4. cap. 2. Sub tectis (inquit) si maiora spatia sunt, columẽ in summo fastigio culminis, vndè & columnæ dicuntur, & transtra & capreoli: Si commoda, columen & canterij, prominentes ad extremam subgrundationem.

Subgrundia, subgrundiorum, plu. nu. gen. neut. {γάιατα} Idem quod subgrundæ, vel suggrundæ. Plin. lib. 25. cap. 13. Alij stergetron vocant, quòd amatoriis conueniat, alij hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur.

Subhæreo, subhæres, subhæsi, subhærere. Celsus lib. 5. cap. 28. de Fistulis & earum curationibus. At cartilago vbi subhæsit, ipsa sedes docet.

Subhasto, as, are: est sub hastam mittere, hoc est, per actionem vendere. Solebat quippe hasta figi in publicis actionibus in quibus aliquid belli iure vendebatur. Forense verbum & vsu frequens.

Subhorridus, penult. corr. Adiectiuum, {ὑποφρικώδης} Aliquantum horridus. Cicero pro Sestio, Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque inculrum videbant.

Subiaceo, subiaces, pen. corr. subiacui, {ὑπόκειμαι} subiacere. Subtus iacere. Plin. epist. 101. libro 5. Sed hi procul à mari recesserunt: quinetiam Appennino, salubri imo mõtium subiacent. Columel. lib. 10.
Et mater facili mollissima subiacet aruo.
Ad aliquid subiacere. Quint. lib. 3. cap. 6.

Subiacto, subiactas {ὑπερπάλλω} subiactare, Sæpe in altum iactare, quod fit quum in areis frumenta à paleis secernuntur. Varr. 1. de Re rust. ca. 52, His tritis, oportet è terra subiactari vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis.

Subiecto, subiectas, Sursum iacto. Lucret. lib. 6,
Saxáque subiectare, & arenæ tollere nimbos.

Subigo, subigis, pen. corr. subegi, pen. prod. subactum {ἀναγκάζω, ἐπέχομαι} subigere, Ex sub & ago agis compositum, significat cogere. Plaut. Mostel. 11,
Qui subegi, fœnore argentum ab danista vt sumeret. Idem Cistell. 2,
Nam eum pater eius subegit. Tacit. lib. 14. Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit.

Subigit

Subigit fateri. Virg. 6. Æneid.
Ad deditionem subigere. Liu. 6. ab Vrbe.
¶ Subigere {χθόνα} Subiicere, domare. Salustius, Postea verò quàm in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij & Athenienses cœpere vrbes atque nationes subigere. Plautus Curcul. 8.
Arma inimica subegi metu. Lucan. lib. 5.
Subigere armis, & in ditionem redigere. Cicero pro Cornelio Balbo, Hanc tu igitur patronę fœderum ac fœderatorum conditionem statuis tuis ciuibus, vt quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus, liceat.
Subigi imperio. Liu. 1. ab Vrbe.
¶ Subigere {κατεργάζεσθαι} glebas, siue terram, Colere, arare. Cic. pro lege Agrar. Atque illi miseri nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati. Cic. 2. de Nat. deor. Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur. Virg 1. Georgicon,
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Cic. de Senec. Quæ quũ gremio mollito ac fusuacto sparsum semen excepit.
Boues presso subigebant vomere terram. Ouid. 10. Metam.
Subigere in cote secures, Acuere. Virg 7. Æneid.
Terga bouis multo oleo & vino subigere. Colum. lib. 6. cap. 13.
Subigere terga equi, pro Defricare. Colum. lib. 6. cap. 30.
Farinam subigere. Cato cap. 74.
Opus subigere digitis. Ouid. 6. Metam.
Scrobem subigere, Fodere. Virg. 2. Georg.
¶ Subigere, Sursum agere, compositum à Sus, id est sursum. Virg. 1. Georgicon,
Non aliter quàm qui aduersa vix flumine lembum
Remigiis subigit. Hoc est, vrget & impellit contra vim & cursum fluminis. Seruius.
Ratem conto subigere. Virg. 6. Æneid.
Subigo gallam, quod in mordaci ioco sutor apud Macrobium respondit aduersus Plancum, valet gallam tero. Eam enim sutores tritam atramento sutorio conficiendo aliis rebus miscent. Subest etiam alia turpis significatio ex suspicione & fama, quæ de amoribus Planci & Gallæ manarat. Nam Plancus in ea muliere malè audiebat. Turnebus.

Subactus, Participium {κατεργασθείς} vt Subactus ab imperatoribus, & domitus. Cic. pro Fonteio.
Insidiis subactus. Virg. 12. Æneid.
Emplastrum subactum ex aceto. Cels. lib. 6. cap. 3.
Lutum subactum. Colum. lib. 4. cap. 29, Fissura diligenter subacto luto linitur, atque superposito musco ligatur.
Mundus subactus. Lucan. lib. 1.
¶ Subactus multitudine periclitantium, pro Coactus. Tacit. lib. 5. Idem lib. 13, Donec vi amoris subactus.
¶ Subactus, Aliquando idem est quod vsu crebro exercitatus. Liu. lib. 2. Decad. 5, Ipsi à pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atque durati bellis. Sumpta metaphora à luto, quod subigitur, si valere debeat, aut farina.
Subactum ingenium, pro Exercitato, per translationem posuit. Cic. lib. 2. de Orat.
Subactus, huius subactus, masc. ul-gener. {κατεργασία} Idem quod Subactio. Plinius lib. 18. cap. 7, Quod in subactu congium aquæ capiat.
Subactus modò significat mollitus, modò victus, modò compulsus, vt cùm dicimus, Pecus sub arbore subactum: modò coactus. Paulus apud Festum.

Subactio, Verbale {κατεργασία} Vide subactum ingenium.

Subigatrix. pen. prod. subigatricis, fœm. gener. Plautus Persa, 6,
Ne me attrecta subigatrix.

Subiicio, subiiciis, penul. corr. subiieci, pen. prod. subiectum {ὑπάγω, ὑπείκω, ὑποτάσσω} subiicere, Supponere. Virg. 4. Georgicon,
-& ramea costis
Subiiciunt fragmenta. Plaut Mostel. 12,
Brachia subiecit collo. Ouid. 3 Amor. eleg. 6.
Subiicere sub alterum regem. Varro 3. de Re rust. cap. 16. Cicero 5. Tusc.
Subiicere sub oculos. Quintil. lib. 8. cap. vltimo. Nam translatio permouendis animis plerunque & significandis rebus ac sub oculis subiiciendis reperta est.
Subiicere securi ceruices. Liu. 3. ab Vrbe, Et iam ne tergo quidem abstinebatur: virgis cædi alij, alij securi subiici. Id est occidi. Cic. 2. Philipp. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit, ceruicésque suas ei subiecit securi, qua multi in minoribus peccatis occiderunt.
Prælo subiicere. Colum. lib. 12. cap. 39. Tum permiscere, & subactã brisam prælo subiicere, &c. Plin. lib. 15. cap. 6.
Ignem subiicere. Cic. 3. Verr. Omnes ad eam domum in qua iste diuersabatur, profecti sunt, cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt.
Subiicere ignem fornaci. Vlpian. in l. Si seruus. §. Si quis insulam. D. Ad legem Aquiliam.
Oua subiicere gallinis. Plin. lib. 10. cap. 53,
Sacculum puluino subiicere. Senec. de Benef lib. 2. cap. 10.
Subiicere scientiam. Cels. in Præfat. lib. 1.
Subiicere se periculo. Vlpianus in l. 1. §. 1. D. De pericul. & com. rei vend.
Brachia subiicere pallæ, Accipere pallam in vlnas. Ouidius 3. Metamorph.
Subiicere Acherontem pedibus. Virgil. 3. Georg.

Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari. Id eo scripsit, quòd philosophiæ cognitione tolli inferos crederet, vt & Lucretius, & Epicurei censent: quorum metus liquidam omnem voluptatem hominibus adimit, vitámque, vt existimabant, beatam labefactat & euertit. Turnebus.

¶ Subiicere, Subiugare. Plin. in Paneg. In rostris quoque simili religione, ipse te legibus subiecisti. Cic. Tot sibi populis reperte subiectis.
Subiici præliis. Cic. Attic. lib. 8. 159. Subiiceret eisdem præliis, vt mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare.
Subiicere, Sacra publica & priuata scitis Pontificis. Liuius 1. ab Vrbe.
Subiici tutelæ alicuius. Cic 4 de Finib. Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu loquatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subiiciantur.
Omnia subiecta esse libidini alicuius. Cic. pro Domo sua.
Subiicere se imperio. Cic. 2. Offic. Atque etiam subiiciunt se homines imperio alterius & potestati pluribus de causis.
¶ Subiicere, pro Submittere vel subornare. Quiut. lib. 5. cap. 7. De testibus, In iis quoque qui constituerint sibi vitandæ insidiæ. Nam frequenter ab aduersario subiici solent: & omnia profutura pollicti, diuersa respondent. Sueto. in Nerone, ca. 35.
¶ Subiicere pullos, Supponere, Alienos siue adulterinos pro veris ponere, quod & Subdere dicitur. Plin. libro 10. cap. 9. De coccyce.
Subiicere nomen alterius. Vlpian. in l. Quauis antecessor. D. de rebus eor. qui sub. &c.
¶ Subiicere {χαπεργάζεσθαι} ferro terram, pro Colere. Cic. 2. de Leg. Terræ cultum regniorem suspicor fore, si ad eam tuendam fertóque subiiciendam superstitionis aliquid accesserit.
¶ Subiicere, Suggerere, submonere, In memoriam redigere. Terent. Phorm. 2. 3,
Si meministi quod olim dictum est, subiice. Liu. 6 bel. Pun. Quod mens sua sponte diuinat, idem subiicit ratio haud fallax.
Subiicere cogitationi suæ. Cicero pro Cluentio, Ne ipsi quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestræ subiiciatis, sed ad extremum expectetis, & me meum dicendi ordinem seruare patiamini. Has mihi spes subiicit fortuna Populi Romani. Cicero 8. Philipp.
Subiicere carmina alicui. Propert. lib. 1. eleg. 7.
¶ Subiicere {ὑποβάλλειν} aliquid oculis, Ea aliquid narrare alicui, vt tanquam oculis subiectum & oblatum conspicere videatur. Plinius epistol. 101. Similiter nos, vt parua magnis, quum totam villam oculis tuis subiicere conamur, si nihil inductum, & quasi deuium loquimur.
Subiicere oculis, Aliter. Liu. 3. ab Vrbe, Et agrestium fuga, spoliatique in agris, & vulnerati, fœdiora his quæ subiiciebantur oculis, nuntiantes, totam vrbem ira impleuere. Id est conspiciebãtur. Idem 7. bel. Pun. Subiecta res oculis certius dabit consilium. Id est, Quum rem ipsam intuebimur. Horat. de Arte,
Subiicere sensibus. Cic. 1. Acad. Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrantur, nec percipere vllo modo res eas quæ subiectæ sensibus viderentur.
Subiicere calumniæ, per translationem. Liuius 8. bell. Macedon.
Subiici crimini. Liu. 6. ab Vrbe.
Fortunas innocentium ficto sermoni subiicere. Cic. pro Planc.
Subiicere faces inuidiæ alterius. Cic. pro Milone, Quin hoc tempore ipso cùm omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciãtur tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis & gratulationibus habendis, & omni celebratione celebramur.
Subiicere odio ciuium aliquid. Cic. 1. de Orat. Tum qui sceIus fraudémque nocentis posset dicendo subiicere odio ciuium, supplicióque constringere
¶ Subiicere, pro Loco alterius ponere. Liuius. 9. bell. Punic. Relictíque quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat: suppleuísque ita legiones eas.
¶ Subiicere testamenta, Hoc est pro veris falsa supponere. Cic. 14. Philipp. Internecti nota testamenta credo subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adulescentulos circunscribunt, Idem in Parad.
¶ Subiicere, Addere. Varro 1. de Re rust. cap. 7. Subiicit Scropha, De formæ cultura hoc dico, &c. Cic. 7. Verr. At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso Iudices huius tam nefariæ crudelitat is?
Subiicere exemplum. Col. lib. 5. cap. 11.
Subiicere rationem. Cic. 2. de Diuina. Et quidem eur sic opinetur, rationem subiicit: sed nihil est necesse dicere quæ sequuntur.
Materiámque ei res omnes de quibus dicere oporteret subiecimus. Quintil. lib. 3. cap. 1. De Rhetorice. Silius lib. 1. His acuit stimulis, subiicísque haud mollia dicta.
¶ Subiicere, Respondere. Virg. 3. Æn.

Subiicio, & raris turbatis vocibus hisco.

¶ Subiicere aliquid præconi. Cic. Attico, lib. 12. ẽ5. De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, vt præconi subiiciantur. Idem 2. Offic. Hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiicere præconis.
¶ Subiicere vim voci alicui, pro Significationem dictionis exprimere. Cic. 2. de Finib. Eúmque qui crebrò dicat, diligenter oportere exprimi quæ vis subiecta sit vocibus: non intelligere interdum quid sonet hæc vox voluptatis, id est quæ vis huic voci subiiciatur. Ibidem, Huic verbo, omnes qui vbique sunt, qui Latinè sciunt, duas res subiiciunt, lætitiam in animo, commotionem suauem iucunditatis in corpore. De voluptate.
¶ Subiicere, Sursum iacere. Virg 12. Æn.
-aut corpora saltu
Subiiciunt in equos. Liuius 1. bell. Macedon.
Subiicere delatorem vel accusatorem: summittere & supponere est l. 50. §. 1. D. de legat. 1. 7. 15. D. ad Turpilianum. l. 14. §. is demum videtur. D. de bon libert.

Subiectus, Participium {ὑποπεσθείς} vt Subiectus ignis. Cicero in Catil.
¶ Subiecti oculis imperatoris. Liu. 8. ab Vrbe.
Subiecta oculis vrbs. Liu. 5. bel. Pun.
¶ Subiectus alicui. Cic 1. Acad. Omniúmque rerum quæ sunt ei subiectæ.

Nulli naturæ est obediens aut subiectus Deus. Cic. 2. de Natura deorum.

Subiectus, & In sua potestate, contraria. Author ad Heren. lib. 4.

Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti. Cicero 2. de Natura deorum,

Subiectus miseriis. Cic. 3. Tusc.

Amori subiectus. Propert. lib. 3. eleg. 10.

Subiectus animus. Plin. in Paneg.

Subiectus animus. Plin. in Paneg.

Subiectæ tristi seruitio gentes. Liu. 6. bel. Pun.

Subiecta inuidiæ lex. Liu. 4. ab Vrbe.

Mare est ventis subiectum. Cic. 4. Tusc. In hanc tu igitur tanquã in mare quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri.

Sed inuidiosum nomen est, & infamiæ subiectum. Cic. 2. de Fin.

Pedibus subiecta relligio, obteritur. Lucret. lib. 1.

Verborum sonitus inanis, nulla subiecta sententia. Cicero 1. de Oratore.

Subiecta sub varios casus virtus. Cic. 5. Tusc. Sin autem virtus subiecta sub varios incertósque casus famula fortunæ est, nec tantarum virium est, vt seipsa tueatur.

Sub metum subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, &c. Cic. 4. Tusc.

Subiectior, Comparat. { ὑποχώτερος } Horat. 2. Ser. sat. 6. -

Per totum hoc tempus subiectior in diem, & horam Inuidiæ.

Subiectio Verbale { ὑποτυγή. } Cic. 3. de Orat. Rerúmque, quasi gerantur, sub aspectum penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimùm valet, & ad illustrandum id quod exponitur.

Rationis subiectio. Author ad Herennium lib. 4.

Subiectio testamentorum. Liu. 9. bel. Maced. Qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati eos capitali pœna afficiebant.

Subiectio apud Vitruuium in catapultæ descriptione, est velut basis, aut ὑπόβαμμα aut ὑπόβασις: certè ὑπόβαμα vocatur à Philone. Vitruuius, Subiectio inquit, foraminum XII. Ex Turnebo.

Subiectus m. g. Verbale. Plin. lib. 26. cap. 15. Vuluas quoque procidentes inhibet fotu, vel suffitu, vel subiectu.

Subiector subiectoris, Verbale { ὑποδοτὴς } Cic. 2. in Catil. Quis tota Italia veneficus, quis gladiator? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamentorum subiector? quis circunscriptor? &c.

Subiices Ennius Achille pro Subiectis posuit, quum dixit,

Ergo deum sublimes subiices, humidus

Vnde oritur imber sonitu fæuo & strepitu. Hæc Festus. Gell. lib. 5. cap. 17. Congruens igitur est, vt subiices etiam, quod perinde vt obiices compositum est, u litera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia quæ Achilles inscribitur, subiices pro aëre alto ponit, qui cœlo subiectus est. Pleróque omnes tamen legere audias u litera producta. Nos igitur quemadmodum Obex, obicis, vel obiicis à verbo obiicio recte dicemus. Hinc apud Budæum Subices ephipiarij, *des estriers* Subices focarij, *des chenets, ou landiers.*

Subiecto subiectas { ὑποβιβαστάζω } subiectare, sæpe subiicere, Virg. 3. Georgicon.

Nigrámque altè subiectat arenam. dicitur & subiacto. Ouid. 4. Metamorphoseos,

Subiectátque manus, inuitáque pectora tangit.

Subiectare stimulos lasso, stimulis vrgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7.

Subiicito, subicitas, pen. corr. { ὑποβεβλάκαω } subicitare, Aliud frequentatiuum. Plaut. Casin. 26,

Nunc si tu venis subicitare me, &c.

Subiculum, subiculi, pen. corr. { ὑποστόλιος } Qui semper flagris subiicitur. Plaut. Persa, 12,

Vir summe populi stabulum seruitiritium,

Scortorum liberator, subiculum flagri,

Compedum contritor, pistrinorum ciuitas.

Subidus, à sue deduci videtur, significátque turpem & sui similem & ineptum. Versus est antiqui poetæ apud Gellium, Tacitus, subidus, duplo ideò pereo. Hoc est, Ego tacitus, inquit, & mutus & sus adsto, neque explico quid me vrat, quídve à te poscam, ita duplo pereo. In eadem notione & insubidus vsurpatur apud eundem, particula in non inficiante, sed potius augente. Locum autem eo libentius adscribam, quòd eo vocabulo velut molesto offensi emendatores substituere vicariam operam insipidius. Verte enim, inquit, & muta, vt vrbes dicas, insubidius nescio quid facies. Iterum, Hæc tamen inepti & insubidi hominis ioca non præteribo. Turnebus.

Subimpetrandus, Particip. à verbo Subimpetro. Tacit. libro 4. Nam priores duces subimpetrando triumphalium insigni, sufficere res suas crediderant.

Subimpudens, penultima correpta, Adiectiuum { ὑποπαρδὰς } Aliquantulum impudens. Cicero Trebatio, libro 7. 17, Interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam (quòd à te alienissimum est) subimpudens videbare.

Subinanis, & hoc subinane, penul. prod. { ὑπόκενος } Aliquantulum inane. Cicero Att. lib. 2. 32. Quinetiam, quod est subinane in nobis, & non ἀφυσιδὲς, (bellum est enim sua vitia nosse) afficitur quadam delectatione.

Subinfluo, subinfluis, subinfluxi, subinfluere. Sene. 3. Nat. quæst. Quum aliæ aquæ subinfluunt terras, aliæ circunfluunt.

Subinde, { ἐξῆς, ἐφεξῆς } significat deinde, vel statim póst. Horat. 1. epistola octaua,

Si dicet rectè: primùm gaudere, subinde

Præceptum auriculis hoc instillare memento. Liu. Deca. 1. li. 7. Vno alteróque subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Idem lib. 8. Subinde acceptus à populo. Suet. in Galba cap. 1.

¶ Subinde { συχνάς } Frequenter, siue identidem: hoc est crebro, sed tamen cum quodam interuallo. Sueto. in Tibe. ca. 57. Sæua natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus & prospexisse primus sagaciter, & adsimilasse aptissimè visus est, subinde in obiurgando appellans eum, lutum à sanguine maceratum, Plin. epist. 7. li. 2. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac confistere.

Subinsultus, Adiect. { ὑπάλλος } Aliquantulum insultsum. Cic. de Opt. gen. Orat. Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut non alienum, aut non acutum, aut insulsum est.

Subinuestio, à quo verbum Subinuestitus eductum, inque Ciuile ius adductum Friderichis temporibus, quibus militibus beneficia distribui occeperunt, pulsis sua sede hostibus, dici cœpit à cliente, quem illi Vassalum nominant, substitutus. Huiusmodi & alia barbara verba, quæ tamen scire est necessum ab eo, qui iura scitit, reperiuntur in feudis. Notat Oldendopius, in actionum classibus.

Subinuideo, subinuides, penultima correp. subinuidi, subinuisum, penultima producta, { ὑπερθυτέω } subinuidere, Aliquantulum inuidere. Cic. Trebatio lib. 7. epist. 10. Subinuideo tibi vltro te etiam accersitum ab eo, &c.

Subinuisus, Adiect. { ὑπομισόδης } Aliquantum inuisus. Cicer. pro Rabir. Posthumo, Ille Putrolanus sermo illius temporis, vectorum eursus atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen propter opinionem pecuniæ nescio quam, ætatem vnam complures aures referfit istis sermonibus.

Subinuito, subinuitas, pe. pro. { ὑπονεύω } subinuitare, Aliquantum inuitare, & prouocare. Cic. ad Marium, lib. 7. 1. Hæc ad te pluribus verbis scripsi quàm soleo. non orij abundantia, sed amoris ergate, quòd me quadam epistola subinuitaras.

Subiraſcor, subiraſceris, subiratus sum { ὑπορίζομαι } subiraſci, Nonnihil iraſci. Cic. ad Att. lib. 9. 17. 5, In Epeirum quòd me non inuitas comitem, non molestum, subiraſcor: sed vale. Idem 1. de Orat. Sed vt solebat C. Lucilius sæpe dicere homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam, minus quàm volebat, familiaris. Idem 2. de Finib. Et si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subiraſci.

Subis, Auis quæ aquilarum oua frangir. Plin. lib. 10. ca. 14.

Subitaneus. Subitarius, Subitò, Subitus, Vide SVBITO.

Subiugis, & hoc subiuge, pen. corr. { ὑποζυγιάδης } Idem quod Subiugalis & quod sub iugo est. vt Equa subiugis, quæ iugo assueuit. Plin. lib. 11. cap. 49.

Subiugia, Lora quibus iugum collis boum vel equorum aptabatur. Cato cap. 63. Subiugia in plaustrum P. XIX. funiculum P. XV. in aratrum subiugia lorum P. XVI. funiculum P. VIII. Idem cap. 135. Subiugia in lustrum lora ped. XIX.

Subiugo, subiugas, pen. cor. { κατασυρφοῦμαι } subiugare, Debellare, & imperio suo subiicere. Claud. 4. Paneg.

-nulla est victoria maior,

Quàm quæ confessus animo quoque subiugat hostes.

Pœnæ subiugari Scæuola in l. De rebus D. De arbitris.

Subiungo, subiungis, subiunxi, subiunctum { ὑποσύνδεω } subiungere, Addere. Plin. epistol. 153. Venimus ad Consules, dicit Seuerio quæ res ferebat: aliqua subiungo. Cicero de Aruſp. resp. Video in Aruſpicum responsis hæc esse subiuncta.

Oratori omnes artes subiungere. Cic. 1. de Orat.

Opportunè alicui rei quidpiam subiungere. Quint. lib. 4. cap. 3.

Tigres subiungere curru. Virg. 1 eclog.

Brachia subiuncta sunt lacertis. Ouid. 14. Metam.

Subiungere vibem sub imperium Romanum. Cic. 3. Verr. Idem 2. de leg. Agrar. Vt sub vestrum ius, iurisditionem, potestatem, &c. terrarum denique orbem subiungeretis.

Subiunctiuus modus dicitur { ὑποτακτικὸς } quia subiungitur alteri verbo: nam eget aliqua re vt impleat sententiam, vt si dico, Quum clamem, quare me tacere dicis?

Sublabor, pen. pro. sublaberis, sublapsus sum { ὑποδιδράσκω } sublabi, Latenter, ac ferè labi, siue etiam subtus labi ac decidere. Virg. 1. Georgicón.

-sic omnia fatis

In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Sublabro, sublabras. pen. corr. { ὑποχειλίζω } sublabrare, Cibum intra labra mittere, inquit Nonius. Nævius Decuma,

Iam ego illis subiens sublabrabo esui illud sinciput.

Sublatè, pe. pro. { ὑπερμεγέθως } Adverbium à Sublatus participio verbi Suſtollo, Vide suo loco.

Sublateo, sublates, pen corr. { ὑπολωδάνω } sublatere. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48. Aristæ enim quasi cornu sunt spicarum: quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent, in qua sublateat herba, ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius.

Sublatio { ὕπαιρσις } & Sublatus, Vide SVSTOLLO.

Sublego, sublegis, pen. corr. sublegi, pen. prod. sublectum { ὑπαναγνώσκω } sublegere, Idem quod cursim, & primis tantùm oculis legere, ac in transcursu. Gell. lib. 3 cap. 12, Quum hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus.

¶ Sublegere { ὑποσυλᾶν } Furto aliquid surripere. Virg. 9. eclog.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶ Sublegere, Colligere. Colum. lib. 12. cap. 50, Nisi bacca temperatibus in terram decidit, & necesse est eam sublegere, ne à domesticis pecudibus ferátve consumatur. Ibidem. cap. 17, de ficu, quæ quum sublecta est, &c. Horat. 2. Serm. sat. 8,

-puer altè cinctus, acernam

Gausape purpureo mensam perterſit, & alter

Sublegit quodcunque iaceret inutile.

¶ Sublegere, in locum demortui legendo substituere. Liuius 3. bel. Pun. Vip 1. 2. D. de decurion.

¶ Sublegere sermonem alicuius. Plautus Mil. 14. Clàm nostrum hunc illi sublegerunt sermonem. Id est, Exceperunt quod diximus.

Sublectus, in locum alicuius lectus. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Hinc legitima: & collegæ, qui vnà lecti: & qui in eorum locum suppositi, sublecti: additi, adlecti, &c.

Suble

Sublestus { ἀδύνὸς } Adiectiuum antiquum, Infirmum, leue, friuolum, debile. Plaut. Mil. 14.

Quid ergo tu sublestus. Idem Persa, 10,

Nam vbi ad paupertatem accesſit infamia,

Grauior pauperta sit, fides sublestior. Et Bacchid. 11,

Lingua factiosi, inertes opera, subsesta fide. Ex Festo.

Subleuo, subleuas, pen. corr. { αἰωρέω, μετεωρίζω } subleuare, Sursum leuare, erigere. Cic. Att. lib. 10. 195, Alter is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuat quidem.

Sinistra mentum subleuare. Author ad Heren. lib. 4.

¶ Subleuare { ὑπαινωρίζω, ὑπαινωρίζειν } Auxilium, defensionémque præstare vt ait Valla lib. 5. Cic. 4. Tusc. Quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris qui illa in Socrate vitia non agnoscerent. Ab ipso autem Socrate subleuatus est quum illa sibi signa, sed ratione à se deiecta diceret. Idem pro Domo sua, Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, &c. vt tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi suos paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis sceleratis concionibus subleuarent.

Euertere & subleuare, contraria. Cic. 5. Verr. Sed eadem ista æstimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat.

Subleuare & Lædere, contraria. Cic. pro Cecinna, Etenim non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas.

Stratum atque abiectum subleuare. Cic. Anteq. iret in exilium.

Erigere & subleuare se. Cæsar 6. bel. Gal.

Subleuari adiumento & solatio aliquo. Cic pro Quintio, Hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur.

Auxilio suo subleuare aliquem. Ouid. 1, Trist. eleg. 3.

Causam inimici sui subleuare. Cic. 5. Verr.

Defendere & subleuare homines. Cic. 1. Verr.

Subleuare inopiam. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Subleuare laborem militum. Cæsar 5. bel. Gal.

Impartire suum laborem hominum periculis subleuandis. Cic. pro Murena.

Res aduersas alicuius subleuare. Cic. pro Sylla.

Vicinos suos facultatibus suis subleuare. Cic. 7. Philipp.

¶ Subleuare testimonio aliquem, dici debet quod *exonerare* vulgò dicimus, inquit Budæus. Cic pro Cluentio, Pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem percunis suspicio potuisset illo loco testem in Aulum Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.

Sublica, sublicæ, pen. corr. quæ & sublicium dicebatur { ὄλος } Pertica & palus ligneus, qui rectus in aquam defigebatur ad pontis alicuius constructionem. Cæsar 4. bel. Gal. In descriptione Rhenani pontis, inquit, Non sublicæ modò directæ ad perpendiculum, sed pronæ ac sastigiatæ, vt secundum naturam fluminis procumberent.

Sublicium, sublicij { ὄκλος } Idem quod sublica. Liu. 3. bel. Pun. Quia muro satis per se alto subiectis validis subliciis pro solo vsus erat.

Sublicius, Adiectiuum. Pons sublicius Romæ dictus est quia ex subliciis ita extructus erat, vt trabes sine futuris eximitentur. Liuius 1. ab Vrbe, Id non muro solùm, sed etiam ob commoditatem itineris, ponte sublicio, tum primum in Tyberi facto, coniungi vrbi placuit.

Subligo, subligas, penult. correpta { ὑπολύω } subligare, Idem quod ligare. Plin. libro 17. capite 22. Vbi vua varia fieri cœperit, vites subligato.

Subligare ensem lateri. Virg. 8. Æneid. Idem 11. Æneid.

Subligatus, pen. prod. Participium. Vide HAPHE.

Subligar, penultima corr. subligaris, pen. pro. neu. ge. { ἀναξυρὶς, περισκελὶς } Quo pudendæ partes obteguntur. Martialis in Dionem, libro 3,

Tecta tamen non hæc qua debes parte lauaris:

Si pudor est, transfer subligar in faciem. Plin. lib. 12. ca. 14.

Subligaria signantur opifici. Iuuen. Saty. 6.

Subligaculum, subligaculi, pen. corr. Idem { αἰσχύνη } Cic. 1. Offi. Vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

Sublimis, & hoc sublime, pen. prod. { μετέωρος } In altum eleuatus. Plaut. Menæch. 22,

Illic homo iam in medicinas ablatus sublimis fiet. Terentius And. 5. 2,

Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Id est, in sublime, per altum, inquit Donatus. Idem Adelph. 3. 2. Columella lib. 2, Quo speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus. Cicero 2. Tusculanarum,

Ex sublimi vertice saxi. Ex poeta.

Anhelitu sublimi fugere. Horat. 1. Carm. ode 15,

Atrium sublime. Horat. 3. Carm. ode 1.

Carmina sublimia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Nomen sublime. Ouid. 4. Trist. eleg 9.

Pectora sublimia. Ouid. 1. Fast.

Sceptrum sublime Iouis Claud. 3 Paneg.

Solio sublimi sedet. Ouid. 14. Metam.

Tectum sublime centum columnis. Virg. 7. Æneid.

Versus sublimes ructatur. Horat. de Arte.

¶ Sublimem abire, pro in cœlú abire. Liu. 1. ab Vrbe, Hæc (inquit) locutus, sublimis abiit. Virg. 1. Æneid.

Rapere sublimem. Virg. 5. Æneid.

In sublime, In altum. Plin. libro 2. cap. 5, Leuibus in sublime tendentibus.

Iacere in sublime. Plin. lib 8. cap. 7.

Sublimus, Adiectiuum. Lucret. lib 1,

At nunc per maria, ac terras, sublimáque cæli, &c. Nonius.

Sublima, inquit, pro sublimis. Accius Phœniss.

Aut sæpe ex humili sede sublima euolat. Vide apud eundem plura.

Sublissimi iudices sunt Præfecti prætorio, Quæstores, Magistri officiorum. l. 37. §. pen. & l. pen. C. de appellat. inde sedes Prætoriana sublimissima appellatur, in l. 14. C. de iudic.

Sublimitas, pen. corr. sublimitatis { μετεωρισμὸς } Exaltatio. Plin. lib. 19. cap. 5, Natura sublimitatis auida. Idem lib. 7. cap. 25, Nec virtutem constantiámque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem quæ cœlo continentur. Colum. lib. 8. cap. 3, Eæque longitudinis & latitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quàm media sublimitas.

Sublimiter, pen. corr. { μετεώρως } Aduerbium. Alté. Cato cap. 70, Hæc omnia sublimiter legi, teri, darique oportet Columel. lib. 8. cap. 11, Quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare. De pauone.

Sublimè, penul. prod. { ὑψηλὰ } pro Sublimiter, cui oppónitur Humi. Cic. 2. de Diuin. Eáque scuta quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta.

Nihil mea interest humíne, an sublime putrescam. Cicero 1. Tusculan.

Ferri sublime animos. Cic. 1. Tusc. Perspicuum debet esse animos cùm è corpore excesserunt, siue illi sint animales, id est spirabiles, sine ignei, sublime ferri.

Ferre sublime ad sydera. Virgil. 9. eclog.

Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.

Extenuatus aër sublime fertur. Cic. 2. de Nat. deor.

Sublimo, sublimas, pen. prod. { μετεωρίζω } sublimare, Exaltare, in altum mittere, iréve. Ennius,

Si qui candentem in cœlo sublimat facem. Nonius. Solin. cap. 45.

Sublimauit dixit Cato, id est, in altum extulit, Originum lib. 2, In maximum decus, atque in excelsissimam claritudinem sublimauit. Id autem dicitur à limine superiore, quia supra nos est. Festus.

Sublingio, sublingionis, à sublingendo, Qui auidè lingit. Plautus Pseudolo,

Iam hic quoque scelestus est coqui sublingio. In editis versus hic mirum in modum est depravatus. Pro sublingio enim fubiiciũt, coquit sub linteo, inepta & stolida sententia.

Sublino, sublinis, pen. corr. sublèui, sublini, subliui, pe. pro. sublitum, pen. corr. { ὑπογρίω } sublinere, Aliquantulum tingere, vel notare, & ceu quodam modo illinere. Corn. Celsus, Idem quoque vmbilico sublitum facit. Plin. libro 35. capite 6. Hac minium sublinunt, adulterántque.

Os sublinere alicui, pro eo quod est Dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur, & vt Budæus legit, fuligine inficiuntur. Plaut. Aulul. 22. Fidei eenſebam maximam multò fidem esse, ea subleuit os mihi penissimè. Idem Capt. 11. Et Epid. 9,

Ego si allegasſem aliquam ad hoc negotium

Minus hominem quàm doctum, minúsque ad rem hanc callidum, Os sublitum esset. Ex Erasmo.

Sublitio, sublitionis, Verbale { ὑπόχεισμα } Est quasi primum tectorium & fundamentum coloris eius quem reddi volumus inductione manus vlrima.

Subliuidus, pen. corr. { ὑπελίτης } Aliquantulum liuidus. Cels. lib. 5. cap. 28. Pustulæ eminent subliuidæ, aut pallidæ.

Sublucanus, pen. pro. Adiect. { ὑπόλυσις } vt antelucanus. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit mel ex aëre, nec omnino prius Vergiliarum exortu, sub lucanis temporibus.

Subluceo, subluces, pen. pro. subluxi { ὑπεσκιάζω } sublucere, Aliquantulum lucere. Ouid. 1. Amor. eleg. 5,

Qualia sublucent fugiente crepusula Phœbo: &c. Plin. li. 9. cap. 36. Nigricantis rosæ colore sublucens.

Hunc retinens aries sublucet corpore totus. Cic. in Arato.

Candida nec misto sublucent ora rubore. Ouid. epist. 20.

Violæ sublucet purpura nigræ. Virg. 4. Georg.

Subluco, sublucas, pen. pro. { ὑπαυλαδέω } sublucare. Festus, Sublucare arbores, est ramos earum supputare, & veluti subtus lucem mittere.

Subluo, subluis, sublutum, pen. pro. { ὑπονίω } subluere, Subtus lauare. Col. lib. 6. cap. 32. Intertrigo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto ac trito sale cum adipe defricatur, dum sanies vis emanat. Martial. lib. 6,

Iratus tanquam populo Charideme lauaris

Inguina sic toto subluis in solio.

Sublutus, pen. prod. Participium. Martial. lib. 2. epigr. 42,

Zoile, quid solium subluto podice perdis?

Subluridus, pen. corr. Adiect. { ὑπερπόλιος } Aliquantum luridum significat, Plaut. Amphit. 16,

-eodem in loco,

Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix rufula, Sublurida.

Subluſtris, & hoc subluſtre { ὑπόλαμπρος } Subluſtria verba dicuntur non ex toto corpore luminosa, sed aliquid luminis habentia. Gellius libro 13. de Catonis oratione, Quæ quoniam sunt eloquentiæ Latinæ tunc primum exoriens lumina, verba quædam subluſtria libitum est mihi ὑπομνημονεῦσαι.

Nox subluſtris. Horat 3. Carm. ode 27.

Vmbra subluſtris, Virg 9. Æneid.

Subluuies, subluuici { ἀλυσία } Quemadmodum Illuuies, & Proluuies, pro Sordibus & immunditiis accipitur.

Subluuies, Genus morbi in discrimine vngulæ ouium nascens. Col. lib. 7. cap. 5. Claui quoque dupliciter infestant ouem: siue quum subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur: seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eſque subest vermiculus. Subluuies & intertrigo pice per seliquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur.

Submergo, submergis, submersi, submersum { ὑπο.βυτ.ιζω } submergere, Sub aquas mergere. Cic.1.de Nat.deor.
Propter quas Centaurus
Cedit Equi patris properans submergere Chelis. Ibidem, Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inhærentium?
Medio in fluctu submersus. Virg.1. Æneid.
Submersus voraginibus. Cic.1.de Diuinat. Qui cùm per agrum leontinum iter faciens, equum ipse demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non extrit.
Submergere tota membra palude. Ouid.6 Metamorph.
Puppes submersas obruere. Virg.1 Æneid.
Innarare & Submersum esse, contraria. Colum.lib.12.cap.4.
Virtus submersa tenebris. Claud.7.Paneg.

Submerus, penult. corr. Adiectiuum { ὑπακτικόν } Id est ferè merus. Plaut.Stich.4.
Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit submerum scitissumé. Quædam exemplaria legũt submerum.

Subminia, subminiæ, Vestis genus apud Plaut.in Epid.5,
-crocotulam,
Supparum, aut subminiam, ricum, basilicum, aut exoticum.

Subministro, subministras { ὑπηρετέω } subministr.are, Subseruire, subporrigere. Cæsar 1.bel.Gal. Hæc sibi esse curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare: iámque esse in agris frumenta matura. Cic.pro Cælio, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Idem pro Deiotaro, pecuniam subministrare alicui.
Ad manum tela subministrare. Quint.lib.5.cap.7.
Subministrare auxilia & adiumenta. Cæsar 4. bell. Gall. Cicero 1. de Inuent.
Subministrare tabellarios. Cic.ad Qu.frat.lib.2.15, Et quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas luperc alibus habebis.
Subministrare aquam radicibus. Colum.lib.5.cap.10.
Subministrare vires. Colum.lib.4.cap.24.

Subministrator, subministratoris. Senec.epist.115, Lætus pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, subministrator testisque libidinum, quarum sibi vsum cupiendo abstulit.

Subministratus, huius subministratus, pen.prod. Verbale. Macrob.lib. 7.Saturn.cap.12, Cibus exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur.

Submisceo, submisces, submiscui, submiscere: vnde Submistus. Tibull.lib.3.eleg.4,
Scyllâque virgineam canibus submista figuram. Sunt qui legant Subnixa.

Submitto, submittis, submisi, pen.pro.submissum { καταδέω ὑποπτερόω, ὑφίημι, ὑποχειριόω } submittere, Notæ significationis. Plin.libro 7. cap.30. Fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriens, Occidênsque submiserat.
¶Submittere vitulos habendo pecori, Admissarios facere. Seruius.
Vitulos non castrare, sed alere vt tandem tauri sint, soboli procreandæ idonei. Virg.3.Georg.
Et quos aut pecori malint submittere habendo
Aut aris seruare sacris, aut scindere terram.
¶Submittere progeniem vel Pampinum vitis, Id est, non resecare, sed sinere vt crescat, & vuas progenerer. Col.lib.3.cap.6. Idem libro 4.cap.6.
Submittere sarmentum in materiam. Columella libro 4. cap. 6. Idem libro 3.cap.10. Ideo in resecem submitti, vt progenerare possit.
Submittere prata in fœnum. Col.lib.11.cap.2. Caro ca.8. Pratum si irriguum habebis, fœnum non deficiet, si non erit, siccum ne fœnum defict submittito.
¶Submittere fœrum matribus. Supponere, siue alendum præbere. Col.lib.3.cap.10. Idem libro 7. cap.4. Singuli agni binis matribus submittendi.
Tauros submittere. Virg.eclog.1,
Pascite, vt aprè, boues pueri, submittite tauros. Qui locus duplicem habet interpretationem. Aut enim ad arationem refertur, bobus enim arabant Romani: tunc sensus erit, Submittite, subaudi iugo ad arandum, hoc est domate & subiugate tauros, id est validiores iuuencos. Vel ad sobolis propagationem pertinet: nam submittere est propagandæ sobolis gratia educare atque alere. Ad quem modum lib.3 Georg dixit,
Tu modò quos in spem statuis submittere gentis &c. Vide paulo antè, SVBMITTERE VITVLOS HABENDO PECORI.
Submittere genua, pro Flectere & incurare. Plin.lib.8.cap.1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. De elephantis. Idem li.11.ca.48.
Genu flexum submisit. Ouid.4.Metamorph.
Latus submisit in herba. Ouid.5.Metamorph.
Oculos submittere. Ouid.3.Fastor.
Somnus lassos submisit ocellos. Ouid.in fragmento.
Poples submissus in terra. Ouid.7.Metamorph.
Submittere fidem tormentis, apud Senecam, pro tormentis cogi ad fatendum aliquid contra fidem, epist.36.
¶Submittere per translationem, vt Submittere animos. Liu.3. bel.Punic. Idem 6. ab Vrbe, Adeò ergo obnoxios submiserant animos, non infimi solùm, sed principes etiam plebis, vt, &c.
Animos submittere amori. Virg.4.Æn.
Submittere animum alicui periculo. Brutus ad Antonium libro 11.3. Quorũ fiducia nihil est quod nos terreas, neque enim decet aut conuenit nobis periculo vlli submittere animum nostrum.
Fasces populo submittere. Quint.lib.3.cap.7.
Cedere alicui & fasces submittere. Cic.de Claris Orat. Cùm enim

in maximis causis versatus esses, & cùm tibi ætas nostra iam cederet, fasces que submitteret, subitò in ciuitate cùm alia cecideruns, tum etiam ea ipsa de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit.
¶Submittere aliquid in oratione: cui contrarium est augere. Cic. 3.de Orat. Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi poetæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos à quibus vtrisque submittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, instatur, variatur, distinguitur. Idem 1. Verr. Vtin actoribus Græcis fieri videmus, sæpe illum qui est secundarum, aut tertiarum partium, cùm possit aliquanto clarius dicere quàm ipse primarum, multum submittere, vt ille princeps quammaximè excellat.
¶Submittere pretia, Minuere. Plin.lib.29.cap.1.
¶Submittere se, cui Extollere se, opponitur. Cic.de Amic. Quamobrem vt ij qui superiores sunt submittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. Idem pro Plancio, Appellauit populum, tribubus submisit me, & supplicauit. Horat.1.epist.1,
Et mihi res, non me rebus submittere conor.
Submittere fastigium. Vide FASTIGIVM.
¶Submittere alicui, Id est subrogare vel successorem mittere alicui. Cic.de Prouinc.Consul. Huic vos non submittetis? Hunc diutius manere patieminì? Id est an non vultis vos ô iudices alium huic subrogare?
Submittere se in humilitatem. Liu.8.bel.Maced.
Submittere se in fastigium priuatum. Liu.7 bel.Pun.
Ad mensuram discentis se submittere. Quint. lib. 2.cap.3.6. De officiis præceptoris.
¶Submittere capillum, pro Demittere. Plin.epist.147.
Submittere barbam & capillum. Seneca in Consolatione ad Polybium, cap.35. Suet.in Iulio cap.67. *Iasser croistre sa barbe & ses cheueux*,
Submittere pro Subornare. Senec.libro 2 de Tranquil.vitæ
Submittere vtilia in locum inutilium. Id est, substituere. Vlpian. in l.Vetus fuit quæstio.in fine.D.de vsufructu. Planè si gregis vel armenti sit vsusfructus legatus: debebit ex natis gregem supplere, id est in locum capitum defunctorum vel inutilium alia submittere: vt post substituta fiant propria fructuarij.
Submissus accusator, & falsa accusatio. Suetonius in Nerone, cap.28, Submissis Consularibus viris, qui regio genere ortam peierarent.
Submittere alicui delatores. Martianus in l. Diuus. D. De iure patronatus.
¶Submittere, Clanculum & furtim mittere. Sueton.in Cæsare, Submissis nonnunquam lictoribus atque militibus. Cic.in Verrem, Iste tamen si singulari est audacia, tamen ad pupillæ marrem submittebat. Cæsar 4.bel.Gal. Et quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat. Cic.5. Verr. Submittebat iste Timarchidem, qui maneret eos, si sapierent vt transigerent.

Submissus { κεκαταμμένος } Participium, siue nomen ex participio. Liu. 1.ab Vrbe, Lupam sitientem ex montibus qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam submissas infantibus adeò mitem præbuisse mammas.
Submissa fastigio planities. Liu.7.bel.Pun.
Submissa prata. Varro 1.de Re rust.cap.49.
Submissus & Abiectus, cui contrarium Efferens se. Cicero 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque summissum & abiectum, neque se efferentem: tum in Rep. ea velle, quæ tranquilla & honesta sint.
Submissum & populare. Cic.ad Att.li.1.15, Et is de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non submissum atque populare.
Submissum & molle aliquid facere. Cic.4. Tusc.ul. Nam videndum est in vtrisq; nequid humile, submissum, molle, effœminatum, fractum, abiectúmque faciamus.
Submissa oratione loqui de pace. Cæsar 3.bel.Ciuil. Cic.pro Planco, Submissa voce agam, tantum vt iudices audiant. Martial.lib.8, Hos comes inualidus submissa voce precatur, &c.
Sono submisso dicere aliquid. Tibull.lib.3.eleg.1.
Submissum dicendi genus concitato opponitur. Quintilianus lib.11.cap.1.
Submissa oratio & lenis Quintil.lib.11.cap.1.

Submissio verbale, f.g. { χάλασμα } Ipse submittendi actus.
Contentio & submissio vocis, contraria. Cic.1.Offic. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex submissione, ex cæteris similibus facilè iudicabimus quid eorum aptè fiat.
Elatio & submissio, contraria. Cic. in Topicis. Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis.
Submissio orationis. Cic.in Orat. Itémque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac submissione orationis alienæ.

Submissè, Aduerbium { ὑφειμένως, ἀπλῶς. } Cic.pro Plancio, Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis submissè supplicarat.
Submissè dicere, Cic.2.de Orat. Quare qui aut breuiter, aut submissè dicunt, docere iudicem possunt, commouere non possunt, in quo sunt omnia.
Loqui submissè. Quint.lib.6.cap.5.
Submissè se gerere. Cic.1.Offic. Vt quanto superiores simus, tanto nos geramus submissius.
Quidam scribunt summissè, conuerso b in m: quod & in aliis dictionibus compositis à sub ferè fit, quæ ab m incipiunt.

Submissim, Aduerbium { ὑπτίως } Idem quod submissè. Sueton. in Augusto, cap.74, Nam & ad communionem sermonis tacentes, etiam submissim fabulantes prouocabat.

Submolestus, Adiectiuum { ὑπεδύσφορος } Parum molestus. Cic. ad Attic. lib. 16.333, Illud est mihi submolestum, quòd parum Brutus properare videtur.

Submo

Submolestè, Aduerb. { ὑπεδυσφόρως } Cic. Att. lib.5. Te in Epeirum saltum venisse, & vt scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore perneccssario, submolestè fero.

Submoneo, submones, pen.corr. submonui, submonitum, penult. corr. { ὑπανατιμωρέομαι } submonere, Latenter, siue vt ait Donatus, leuiter monere. Terent.Eun.3 5,
-submonuit me Parmeno
Ibi seruus, quod ego arripui. Scribitur & summoneo. Plin. epist.2. lib.1. Quoties paulùm itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus submonebamur.

Submorosus, penul.prod. Adiectiuum { ὑποδύσκολος } Vtcunque morosum significat. Cic.2.de Orat. Me quidem herculè valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula: non quum à morosis dicuntur: tunc enim non sal, sed natura rideretur.

Submoueo, submoues, pen.corr. submoui, submotum, penul. prod. { ὑποκινέω } submouere, Clàm siue subtus, vel à longè mouere. Liuius 3.ab Vrbe, I, inquit, lictor submoue turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. Cic. pro Flacco, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet submota concione, distributis partibus, &c.
Instantes submouere, Repellere resistentes. Ouid.12.Metam.
Longè submotos arcet arena. Virg.6.Æneid.
Patria submotus, Relegatus. Ouid.4.de Pont.eleg 16.
Populum submouere opposita fera, Arcere. Ouidius 3. Amor. eleg.13.
Pudor submotus, Amotus, expulsus. Horat.epod.11.4.
Submosses, pro Submouisses per syncopen. Horat.1.Serm.satyr.9,
-dispeream ni
Submosses omnes.
¶Submouere, sine adiecto, vt tamen subaudiatur tubam: pro eo quod dicimus *faire place*, *comme font les bedeaulx*, *& sergens auec leurs verges*. Liu.lib.8.bel.Punici, In prætorio terenderunt Albius & Arrius classicum apud eos cecinit: signum ab iis petitum est: sederunt in tribunali proconsulis Scipionis: lictor apparuit: submouente eo incesserunt: fasces & secures prælatæ sunt.
¶Submoueri, Impersonale: Seneca de Prouident. Quid ergo? fœlix Lucius Sylla quòd ei descendenti in forum gladio submouetur. Id est, quod gladio dispellitur turba ne viam eius impediat.
Insidias submouere. Propert.lib 1.eleg.19.
Tabes submota est capiti. Demptum est è caluaria cerebrum corruptum: Lucan.lib.8.
Submoueri maleficio magnitudine pœnæ. Cicero pro Roscio Amer. Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudine pœnæ maleficio submouerentur.
¶Submouere, Separare. Plinius lib 3.cap.19. Germaniam ab Italia submouent.
Submouere aliquos in extremam aciem, Vide ACIES.
Arcere & submouere. Plin.in Paneg.
Submouere aliquem à negotiatione. Colum.lib.1. A Proconsulatu. Plin.epistol.36. Ab hasta. Liu.9. bell. Maced. Scribitur & summoueo, vt dictum est de Submitto.

Submotor, pe.prod. Verbale. Liu.5.Decad.lib.5. Submotor aditus, præco accensus, insueta omnia oculis auribúsque.

Submuto, submutas, pen. producta, submutare, Vide SVMMVTO, summutas.

Subnascor, subnascëris, subnatus sum { ὑποφύομαι } subnasci, Vltra & post iam nata nasci, succrescere. Plin.lib.11.cap.23. Atque ita subnasci sui generis plumas. Idem lib. 5. cap. 1. Fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit. Idem lib. 12. cap. 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matures centibus, aliis verò subnascentibus.

Subnato, subnatas, pen.corr. subnatare. Silius lib.14,
Transigitur valida medius, dum se alleuat alui
Cuspide Marmarides Scyron: pars subnatat vnda
Membrorum, pars extat aquis.

Subnecto, subnectis, subnexui, subnexum { ὑποδέω } subnectere, Nectere sub re aliqua. Virg.1.Æneid.
Aurea subnectens exercæ cingula mammæ. Idem 10. Æneid.
-fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro. Et 5. Æneid. Plinius lib. 28.cap.2. Duabus literis Græcis Ρ & Α chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo.
¶Subnectere { ὑπεπίσειεν } Subiungere. Plin.lib. 24. cap.14, His subnectemus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, ánne arborum essent. Aliud exemplar habet subtexemus. Quintil.lib 3.ca.3, His adiecerunt quidam sextam partem, ita vt inuentioni iudicium subnecterent.
Subnexus, Participium: vt Comam subnexus. Stat.5.Sylu.3.

Subnego, subnegas, penul. corr. { ὑπαρνέομαι } subnegare, Aliquantulum negare. Cic. Trebatio, lib 7. epist.20. Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegarem, id absenti debere non potui.

Subniger, subnigra, subnigrum, penul. corr. { ὑπομέλας } Aliquantulum nigrum. Plaut. Merc.12,
-bucculentum, breuiculum,
Subnigris oculis, oblongis malis. Varro 2. de Re rust.ca. 5. Subnigris labris pecudes. Vide SVBLIVIDVS.

Subnitor, pen. prod. subnitëris, subnixus sum { ὑπερείδομαι } subniti, Idem quod niti, nihil enim videtur minuere compositio. Plau. Persa 9,
Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè. Sic Cicero in Somnio, E quibus duos maximè inter se diuersos, & cœli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. Idem 1. de Oratore.
Solio subnixa resedit. Virg.1.Æneid.
Subnixus & fidens innocentiæ animus. Liu.4 ab Vrbe.
Barba subnixa rutilis capillis. Hoc est, subiecta. Ouid. 6. Metam.

Matrimonium liberis subnixum. Vlp. in l.1 § vlt. D. de lib. exhib.
Priuilegio subnixus. Aurelius Arcadius in l.1. sub finem: D. de off. præfecti prætorio.
Subnixus victoria. Liu.5 bel.Pun.

Subnoto, subnotas, penultima correp. { ὑποσημειόω } subnotare, Martial.libro.1,
Et non fobria verba subnotasti. Hoc est, notasti & memoriæ mandasti verba quæ ego potus & ebrius dixi. Idem lib.6,
Quidam me modò Rufle diligenter
Inspectum, velut emptor aut lanista
Quum vultu digitóque subnotasset,
Tu ne es, tu ne ait, ille Martialis? Subnotasset, id est Diligenter considerasset, & inspexisset.
Subnotare libellos, id est subscribere, confirmare. Plinius iunior libro 1.epistola 10 ad Atrium, Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas.

Subnubilus, penultima correpta, Adiectiuum { ὑποσκίερος } Parum nubilum. Cæsar 3.bel.Ciuil. Et quinque interuissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, extructis omnibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita vigilia, silentio exercitum educit.
Limes subnubilus longa vmbra, Subobscurus. Ouid.2.de Remed.

Subo, subas { κεφαλίζω } subare dicuntur sues quum libidine pruriunt, vt equæ, equire. Plin.lib.10.cap.62. 11. Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit.

Subo, Dicuntur autem subare quadrupedes fœminæ cùm libidine flagrantes marem appetunt, & maximè sues. Festus, Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab apro Adonim; quem dea illa diligebat. Quidam autem quòd immundissimi sint, ex omni mansueto pecore, & ardentissimæ libidinis, ita vt opprobrium inde mulieribus tractum sit, cùm subare & subire dicuntur. Vtitur hoc verbo Horat.epod.12,
-iámque subando
Tecta, cubilia, tentáque rumpis.
Subatio, Verbale { κεφαλισμὸς } Plin.lib.8.cap.51. Implentur vno coitu qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium ne prima subatione, neque ante flaccidas aures coitus fiat. De suibus.

Subobscœnus, Adiectiuum { ὑπαισχρός } Cicc.in Oratore, Illud admonemus tamen, ridiculo sic vsurum Oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurile sit: nec subobscœno, ne mimicum.

Subobscurus, pen.prod. Adiectiuum { ὑποσκοτώδης } Aliquantum obscurus. Cic.de claris Orat. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Subodiosus, pen.prod. Adiectiuum { ὑποφιλόνεικος } Aliquantum odiosum. Cic.ad Attic.lib.1.3, Non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem.

Suboffendo, suboffendis, suboffendi suboffensum { ὑποπλήττω } suboffendere, Aliquantum offendere. Cicc.ad Q.frattem, lib.2.10. Nam apud perditissimam illam infimam fœcem populi, propter Milonem suboffendit: & boni multa ab eo desyderant, multa reprehendunt.

Suboleo, suboles, penul. corr. subolui, subolitum, pen. corr. { ὑπόζω } subolere. Quasi olere, & odorem sentire. Plaut. Pseud. 13. Corrumpitur iam cœna: hem suboleo: sis vide.
¶Subolere, per translationem, Præsentiscere, subdubitare. Plautus Casina 6,
Tu ecastor tibi homo malam rem quæris, subolet sentio. Teren. Phorm.3.1.
Nunquid patri subolet?

Suboles ab oleiscendo, id est crescendo, vt adolescentes quoque & adultæ, & indoles dicitur. Lucretius lib.5,
Siue virum suboles, siue est mulierbris origo. Virgil.
Chara Deûm suboles, magnum Iouis incrementum. Festus.

Suborior, suboriris, penul.prod. vel suboreris, penul. cor. subortus sum { ὑποφύομαι } suboriri, Idem quod oriri. Plin. lib. 2. cap.93. Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam fœcunda, tot seculis suboriens. Lucret.lib.1.
Ex infinito suboriri copia posset.

Subortus, subortus, à verbo suboriot quod est In alterius locum oriot. Lucret.lib.5,
-stellásque putandum
Ex alio, atque alio lucem iactare subortu

Suborno, subornas { ὑποκοσμέω } subornare, Aliquãtulum ornare, hoc est honorare, siue laudare. Plancus ad Ciceronem, li. 10. 23, Tu Cicero, quod adhuc fecisti idem præsta vt vigilanter, neruoséque nos qui stamus in acie, suborines.
¶Subornare aliquem { κατασκευάζειν } Latenter seducere. Plautus Milite, 2,
-mox ei dominus ædium
Suam clientem solicitandum ad militem
Subornat. Gellius, In caput meum subornauit. Cicer. pro Deiotaro Hac suspicione sum perculsus: medicum iudicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. Idem pro Rosc. Comœdo, Falsum subornauit testem Roscius Cluuium, cur tam sero?
Idem pro Cecinna, Et fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ.
Aliqua pecunia aliquem subornare. Cic.13 Philipp.
Confessus es à te accusatores esse instructos & subornatos. Cicero in Vatinium.
¶Subornare, pro In speciem aliquam vestire. Senec.lib. 3. de Benef. Quò te peculatui isti militum, non vulgarem quidem in cultum subornati, quò te, inquam, isti efferunt?
Subornatus criminibus. Id est, clàm instructus criminandi materia. Liu 9.bel.Maced. Itaque ad inuidiam ci faciendam legatos Am-

bráciacenſes ſubornatos criminibus in Senatum introduxit.

Subpallidus, pen. corr. Adiect. { ὑποχλοος } Aliquantulum pallidus. Celſus lib.3.de medicina, Alterum eſt minus ſuper corpus eminens, latum, ſubuiride, ſubpallidum, magis exulceratum.

Subpinguis, & hoc ſubpingue { ὑποπαχύς } Aliquantum pingue. Celſus lib.10.cap.4, Peius eſt quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit.

Subpudet, Vide SVPPVDET.

Subrancidus, pen.corr. Adiectiuum { ὑπόσηπτος } Quod aliquantum rancidum eſt. Cic.in Piſonem, Extructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

Subraucus, Adiectiuum { ὑποβεβραχώδης } Vtcunque raucum. Cic.de Claris Orat. Omniſque motus cum verbis ſententiiſque conſentiens, vox permanens, verum ſubrauca natura.

Subrectus, Vide SVBRIGO.

Subrefectus, Adiectiuum. Aliquantulum refectus. Patereulus lib. 2, Subrefectus primo conſpectu alloquióque chariſſimi ſibi ſpiritus. De Cæſare Auguſto moribundo loquitur.

Subremigo, ſubremigas, pen.corr. { ὑποκώπτω } ſubremigare, Subtus remigare. Plin.lib.9 cap.20, Cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit. Virg.10 Æneid.

-dextra puppim tenet, ipſaque dorſo
Eminet, ac læua tacitis ſubremigat vndis. Id eſt, ſubnatat, vt ait Seruius.

Subrepo, ſubrepis, pen.prod.ſubrepſi, ſubreptum { ὑφέρπω, ὑφερπύζω } ſubrépere, Latenter repere. Plin.lib.34.cap.8, Fecit & puberem Apollinem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem. Scribitur & Surrepo, b in r conuerſo. Vide SVRREPO.

Subrepunt clatris animalia. Colum.lib.9.cap.1.
Ætas iners ſubrepit, Senectus tacitè aduenit. Tibul.libro 1.eleg.1.
Peſtis ſubrepens in imos artus. Catul.de Leſbia,71.
Horror tacitus ſubrepſit fratribus. Stat.1.Thebaid.
Subrepere ſe alicui, Furtim ſiue clàm recedere. Plaut.Mil.6.
Subrepere ſub tabulas. Cic.pro Sextio, Is quum quotidie gladiatores ſpectaret, nunquam eſt conſpectus: quum veniret, immergebat ſubitò, quum ſub tabulas ſubrepſerat.
Subrepſit hæc appellatio paulatim. Plin.lib.21.cap.2.
Subrepit animo iudicis inſinuatio, id eſt, In animum demittitur. Quintil.lib.4.cap.1. Idem ita ſubrepitur animo iudicis.
Subrepſit illi obliuio. Plin.lib.8.cap.22.

Subreptitius, Vide SVRREPO.

Subrideo, ſubrides, pen.prod. ſubriſi, ſubriſum { ὑπομειδιάω } ſubridere, Latenter vel aliquantum ridere, vel riſus ſigna oſtendere. Virg. 1.Æneid.

Olli ſubridens hominum ſator atque deorum. Cicero pro Roſcio Comœdo, Qua de cauſa? ſubridet Saturius veterator, vt ſibi viderur.
Subriſi modicè lenſque nutu. Martial.lib.6.
Limis ſubriſit ocellis. Ouid.3.Amor.eleg 1.
Subriſit crudele pater. Claud.2.in Eutrop.
Ira miſta ſubridens. Virg.10.Æneid.

Subridiculè, pen. corr. Aduerbium { ὑπογελοίως } Cic.2.de Orat. Quid hoc Neuio ignauius? ſeuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te circunuenire. Subridiculè Philippus.

Subrigo, ſubrigis, pen.corr.ſubrexi, ſubrectum { ὑπαίρω } ſubrigere, Idem quod paulatim attrigere, & in altum leuare. Plin.lib.9.cap.29, Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per ſiſtulam aqua velut exoneratus ſentina, facilè nauiget. Idem lib.36.cap 9, Opus id feciſſe dicuntur x x. M. hominum. Ipſe rex quum ſubrecturus eſſet, vererétúrque ne machinæ ponderi non ſufficerent, &c. Virg.4.Æneid.

Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. Scribitur & ſurrigo. Colum.lib 7.cap.3. Vide SVRRIGO.

Caput ſubrigens. Senec.Herc.furent.6.

Subrectus, Participium { ὑπορθείς } vt Cuſpis ſubrecta, Silius lib.10.

Subriguus, Adiectiuum { ὑπόρδυος } Idem quod Irriguus. Plinius libro 17.capite 8, in craſſo, aut humido, aut ſubriguo à meſſe ad brumam.

Subripio, ſubripis, pen. corr.ſubripui, ſubreptum { ὑφαιρέω } ſubripere, Clàm auferre, ſuffurari. Plaut. Menæch. 4,

Hanc modo vxori intus pallam ſubripui. Mart.lib.12,

Prætori mappam ſubripit Hermogenes. Scribitur & Surripio b in r conuerſo. Vide SVRRIPIO.

Eripere & Subripere. Cic.in Parad. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur?

Subripere per fraudem. Cic. pro Lege agraria, Vtrum populus Rom.eum, cui velit, deferat, an is imprudentiet Populo Rom.per legis fraudem ſubripiatur.
Subreptum Senatus conſultum. Cic.ad Atticum lib.10.195.
Subripere aliquid ſpatij. Cic.ad Atticum, lib.5.104. Etſi in ipſo itinere & via diſcedebant publicanorum tabellarij, & eramus in curſu: tamen ſubripiendum aliquid putaui ſpatij, ne me immemorem mandati tui putares.
Subripere aliquando vſurpatur pro eo quod eſt per mendacem narrationem aliquid extorquere & quaſi furari.

Subreptio, ſubreptionis { ὑφαίρεσις } Verbale, Ipſe ſubripiendi actus.
Subreptio, Impetratio quæ fit à principe, ſiue magiſtratu, per falſam rei narrationem.

Subreptitius, Adiectiuum { ὑφαιρετικὸς } vt Subreptitia poſtulatio, Subreptitiæ literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.
Subreptitius puer, Furtim ſublatus. Plaut.Menæch.2.

SVBROGRINI populi in Alpibus, author Plin.lib 3.cap.20.

Subrogo, ſubrogas, penultima correpta { ὑπεισάγω } ſubrogare, Subſtituere. Plinius de Viris illuſt. Quia in locum Tricipitini collegæ Conſulem ſubrogauerat. Cicero ad Atticum libro 4.74, Vbcriores, ſi & ille libenter accipiet, & hi ſubrogentur qui villam me moleſtè ferunt habere. Vbi vetus codex legit Subringentur. Vide SVRROGO.

Subrogare collegam Conſul dicebatur, qui alterum in demortui Conſulis locum ſufficiebat. Cic.ad Brutũ,5. Liu.9.ab Vrbe, M.Cornelium Maluginenſem collegam ſubrogauit. Ibidem, lib.2, Quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti.

Subrogatur lex. Vide ABROGO.

Subroſtrarius, Adiectiuum { ὑπρωτόνειος } Cælius ad Cic. libro 8, 1, Te ad IX. Calend. Iun. ſubroſtrarij (quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe. Vbi interpres, Subroſtrarij, qui erant infra Senatores, hoc eſt qui ſub roſtris ſedebant. Vetus tamen exemplar habet ſubroſtrani. Porrò ſic alij:

Subroſtrarij, id eſt, qui ſub roſtris ſedent nouarum rerum captatores. Nam à Roſtris omnia Romæ edicebantur. Subroſtrarios ea forma dici arbitrantur, quaſi ſubbaſilicanos, circumforaneos: non ex dignitatis gradu, vt voluit interpres.

Subrubeo, ſubrubes, pe. corr. ſubrubui { ὑπερυθραίνομαι } ſubrubere, Aliquantum rubere. Ouid.2.de Arte,

Plenáque purpureo ſubrubet vua mero.

Cælum ſubrubet. Ouid.2.Amor.eleg 5.

Subrubicundus, Adiect. { ὑπερυθρίας } Aliquantulum rubicundus. Plin. lib 25.cap.13, Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubrubicundis. Sic apud Celſum.lib.8.cap.12.

Subrufus, pen.prod, Adiect. { ὑπόπυῤῥος } Aliquantum rufus. Plin.lib. 37.cap.10, Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore, in attritu ſudorem purpureum emanat. Idem lib. 21. cap. 7, Rhizotomos ſubrufa.

Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Plaut. Capt.11.

Subrumus, ſubrumi, pen. corr. m. g. { ὑπομάστιος } Agnus qui adhuc ſub mamma eſt. Varro 2.de re ruſt.cap.1. Etſi parum habet lactis mater vt ſubiiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, id eſt, ſub mamma: antiquo enim vocabulo mamma rumis, vt opinor. Ibidem, cap.11. Mammæ enim rumis, ſiue rumæ, vt antè dicebant, à rumi: & inde dicuntur ſubrumi agni: lactentes, à lacte.

Subrumor, ſubrumaris { ὑπομασσυθίομαι } ſubrumari, dicuntur hœdi quum ad mammam admouentur, quia ea rumis vocatur, vel quia rumine trahunt lac ſugentes, inquit Feſtus. Colum. lib. 7. cap. 43. Diligenti cura ſeruandum eſt, vt & ſuis quotidie matribus & alienis non amantibus agni ſubrumentur. Idem lib.12.ca.3.7. Nec minus intereſſe paſtoribus fructum cogentibus, aut fœtus ouium aliarúmve pecudum ſubrumantibus.

Subrunciui, limites ita nominantur ab Hygeno. Limites linearij menſuræ tantùm differminandæ cauſſa ſunt conſtituti: & ſi, finitimi interueniunt, latitudinem ſecundum legem Mamiliam acceperunt. in Italia itineri publico ſeruiunt ſub appellatione ſubruncuorum. habent latitudinem pedum octonum. hos conditores coloniarum, fructus aſportandi cauſſa, publicauerunt.

Subruncino, limites ita nominantur ab Hygeno. Limites linearij menſuræ tantùm differminandæ cauſſa ſunt conſtituti: & ſi, finitimi interueniunt, latitudinem ſecundum legem Mamiliam acceperunt. in Italia itineri publico ſeruiunt ſub appellatione ſubruncuorum. habent latitudinem pedum octonum. hos conditores coloniarum, fructus aſportandi cauſſa, publicauerunt.

Subruo, ſubruis, pen.corr.ſubrui, ſubrutum, pen.corr. { καταπαλάσσω } ſubruere, Deſtruere, ſubuertere. Cæſ.2.bel.Gal. Muruſque defenſoribus nudatus eſt, teſtitudine facta portis ſuccedunt, muíumque ſubruunt.

Muneribus ſubruit reges, auro proditoribus dato. Horat. 3. Carm.ode 16.

Dies ventura ſubruet arces mundi. Prop.lib 3.eleg.5.

Subruor, Lucret.lib.4, -& omnis
Subruitur natura, &c.

Subrutus, pen.corr. { κατασπαρὲὶς } Participium: vt caſtra ſubruta ferro. Propert.li.3.eleg.9.Liu.5.ab Vrbe, Subruta cuniculo mœnia.

Veſtigia **ſubruta** limo falleci. Eucſa, & ſubtereuntia. Fallaci, id eſt qui conditos ſibi greſſus decipiebat, & nutare faciebat. Stat.9. Thebaid.

Subruſticus, pen. corr. Adiect. { ὑπαγρὸς } Aliquantum ruſticus. Cic. de Claris Orat. Tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Ibidem, Cotta quia ſe valde dilatãdis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabátque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planéque ſubruſticum. Quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius. Cic.in Orat. Quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius.

Subrutilus, pen.corr. Adiect. { ὑποπυῤῥάνης } Parum rutilus. Plin. lib. 10.ca.33. Mærops pallido intus colore pennarum, ſuperné cyaneo, priori ſubrutilo. Idem lib.12.cap.14. Alij lentiſco ſimilem ſubrutilo folio arborem thuris prodidere. Idem lib.10.cap 3. Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum [redacted] nificat. Plinius lib. 12.cap.29. Subſalſa[redacted]

Subſanno, as, are, [redacted] is idem ſignificans, quod irridere { χλευάζω. [redacted] t ſuo loco apparet, irriſionem ſignificat, quæ & ſubſannatio dicitur. χλεσμὸς verbum frequens apud ſacratum literarum interpretem.

Subſcribo, ſubſcribis, pen. prod. ſubſcripſi, ſubſcriptum { ὑπογράφω } ſubſcribere, Subnotare, ſubſignare. Suet.in Auguſto, cap. 27. Pinarium equitem Romanum quum concionante ſe, admiſſa turba pagánorum, apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coràm conſodi imperauit.

Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. Cic.5.Verr.

Subſcribere audita. Quintil.lib.12.cap.8 Nec tanta ſit adtura memoriæ fiducia, vt ſubſcribere audita pigeat. Id eſt ſubnotare.

Exemplum literarum alicuius ſubſcribere. Balbus Ciceroni in epiſtolis ad Atticum lib.9 186. Cic.eidem, lib.8.159.

¶Subſcribere, Verbum eſt iudiciis & foro accommodatum, & ſignificat iudicium dictare, quaſique dicam ſcribere. Plin.lib.5.epiſt. 1, Poſt hoc Curianus à matre exheredatus, cum cæteris coheredibus, ſubſcripſit centumuirale iudicium: mecum non ſubſcripſit. Id eſt, controuerſiam mouit hæreditatis, teſtamentum ſcilicet impugnare vt inofficioſum volens. Idem, Scis te nõ ſubſcripſiſſe mecum: & iam biennium tranſiſſe omniáque me vſu cepiſſe. Id eſt, mecum querelam non eſſe expertum. Budæus.

¶Subſcribere dicebant veteres Iuriſconſulti, quod nunc *adiungere* dicũt. Subſcribendi igitur facta poteſtas dicendum, quod nunc dicunt, dictum eſt quod adiungere ſe poterit. Cic.3. Ver. Et qui iſtius Quæſtor fuiſſet, & ab iſto læſus inimicitias iuſtas perſequeretur, non modò deferendi nominis, ſed ne ſcribendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. Hoc etiam à Cicerone dicitur, Accedere ad cauſam, & Deſcendere in cauſam, & Incumbere in eandem cauſam, & Dimittere ſe in cauſam. Budæus.

In crimen ſubſcribere. Vipianus l. vlt D.de priuat.delict. Siquis actionem quæ ex male ſictis oritur, velit exequi: ſi quidem pecuniariè agere velit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus eſt in crimen ſubſcribere.

¶Subſcribere ſignificat aliquando fauere, aſtipulari, & aſſentiri.

Marcellus in l. Non aliter, D de Adop. Non aliter enim voluntati eius, qui arrogate pupillum volet, etiam ſi cauſam eius ob alia probabit, ſubſcribendum erit. Colum.lib 1.cap 2. Quod ſi voto fortuna ſubſcripſerit, agrum habebimus ſalubri cælo, vberi gleba.

Iræ alicuius ſubſcribere. Ouid.1 Triſt.eleg.2.
Subſcribere odiis alicuius Liu.3 bel.Maced.
Votis alicuius ſubſcribere. Ouid.ad Piſonem.
Subſcribere luxuriæ cubantis. Celſ.lib 3.cap. 4. His enim vtcrioribus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis verò tortoris vicem exhibuit.

¶Subſcribere, cum accuſatiuo eſt cauſam ſententiæ teſtari, & addere. Cic.pro Cluentio, Video igitur iudices, animaduerſiſſe Cenſores in iudices quoſdam illius conſilii Iuniani, quam iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Ibidem, 100. Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt qui ab illis ſatis cognita & diligenter iudicata arbitretur? In M. Aquilam & T. Guttam video eſſe ſubſcriptum.

Cauſam parricidij ſubſcribere. Cic.2 de Inuent.

Subſcribere rationes, Vide EXPENSO.

Subſcriptio, ſubſcriptionis, Verbale { ὑπογραφὴ, ὑποσημείωσις } Cic.1. Ver. Quartum quem ſit habiturus, non video: niſi quem fortè ex illo grege oratorum qui ſubſcriptione ſibi poſtulatunt, cuicunque vos delationem dediſſetis. Id eſt, qui poſtulauerunt à vobis vt ad quemcunque Verris accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi ſubſcribere. Hæc Budæus. Cic. pro Cluentio, Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt omnem orationem meam, non de illorum facto, ſed de ratione cenſoria habitam exiſtimari velim.

Subſcriptio ac profeſſio agri. Cic.5.Verr In leontino iugerum ſub ſcriptio ac profeſſio non eſt plus triginta, decumæ triginta ſex medimnum vænierunt.

Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus x x x. Cicero 5. Verrina.

Subſcriptio Cenſoria. Cicero pro Cluentio, Ne ſubſcriptio cenſoria non minus ca'amitatis ciuibus quàm præſcriptio acerbiſſima poſſit afferre Budæus cenſuram interpretatur. Vide Quintil. lib.5.cap.13.

¶Subſcriptio, decrerum: id eſt quod à principe vel præſide libello oblato, ſubſcribitur. l.j. D.de conſtit.Princip.l.1.C.Quomod.& quan. iudex.l.1.C.commination.epiſtol.

¶Subſcriptio, pro accuſatione. Senec.de benefic.lib.3.cap.26. Sub Tiberio Cæſare fuit accuſandi frequens, & penè publica rabies. Excipiebatur ebriorum ſermo ſimplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Cœnabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberij Cæſaris habens exſculptam, eminente gemma. Rem inepti ſſimam fecero, ſi nunc verba quæſiero, quemadmodum dicam illum matellam ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit: At ſeruus eius cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio annulum extraxit. Et quum Maro conuiuas teſtaretur admoram eſſe imaginem obſcœnis, & iam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manũ ſua ſeruus annulum. Alij legunt proſcriptionem.

Subſcriptor, ſubſcriptoris. Subſcriptores Pædianus eos ait eſſe appellatos cauſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant: quos oportebat ſummiſſius agere, quàm eum quem ſequebantur. Cic.1. Verr. Veruntamen L. Apuleium eſſe video proximũ ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu fori [redacted] atque exercitatione tyronem. Budæus. Cic.ad Q fratem. [redacted] ino nihil accuſatore Lentulo ſub ſcriptoribus [redacted] ad Ciceronem, lib.8.8, Itaque ſine v[redacted]

Exercitat[redacted] Cic.1.Verr.

Vænalis aſcripto[redacted] alicuius. Ci. pro Domo ſua.

Subſcriptor & approbator. Gellius lib.5.cap.21.

Subſcus, ſubſcudis, pen.prod.f.g. Subſcudes tabellæ (inquit Feſtus) appellantur quibus tabulæ inter ſe conſinguntur: ſic dictæ quia quà immittuntur, ſuccidítur. Pacuuius, Nec vlla ſubſcus cohibet cõpagem. Cato cap.18. Orbem olearium latũ pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito craſſum digitis ſex, ſubſcudes iligneas adindito. Eas vbi confixeris, clauis corneis occludito. Vitruuius lib.4. cap.7. Et ita ſint compactæ ſubſcudibus & ſeuericulis, vt compactura duorum digitorum habet laxationem.

Subſcudes, à ſuccudendo nomen videntur potius habere, quàm à ſuccidendo. Et ſi enim locus cui inſeruntur, excauatur, ſuccidítúrque inde aliquid vt immittantur, cùm tamen id fiat cudendo ſcalpris malleopercuſſis, & immittantur ictu mallei, non video, inquit Turnebus, cur non debeant potiùs à ſuccudendo quàm ſuccidendo deduci. Quòd ſi Feſtus à ſuccidendo ſcripſit, vt & fortaſſe ſcripſit, næ ab eo libentiſſimè diſſentio. Verba ſunt Turnebi.

Subſcudes, quæ & Subcudes. & Suſcudes dicuntur, ſunt lignea retinacula quæ etiam ſecuriculæ à forma vocãtur, quaſi ſecuriculę quibus duo tigna tenaciſſimè inter ſe vincũtur: vnde ſecuriclati cardines apud Vitruuium lib.10. licet vulgò ſecuridri legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Apud Auguſtinum lib.15 de Ciuitate, ſuſcudines legitur. Vitruuius lib.10. cap. 10 de rympano ad molendam farinam loquens, Secundum id tympanum, maius item dentarum planum eſt collocatum: quo continetur axis habens in capite ſummo ſuſcudem ferream, qua mola continetur. Quod Vitruuius ſubſcudem hîc appellat: noſtri *ferrum mediolanum* vocant, ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt. Budæus.

Subſeco, ſubſecas, pen.corr. ſubſecui, ſubſectum { ὑποτέμνω } ſubſecare, Subtus vel paulatim ſecare. Colum.lib 2 cap.9. Quædam etiam ſubterranex peſtes, adulti is ſegeres radicibus ſubſectis enecant. Varro 1.de Re ruſt. cap. 50. Vbi falce ſecum tum teeram ſuccidunt ſtramentum: & manipulum, vt quemque ſubſecuerint, ponunt in terra. Plin.lib 18.cap.17. Quæ vellũtur è terra, non ſubſecantur. Ouid.4. Faſtorum,

Illa papaueream ſubſecat vngue manus.

Vngues ferro ſubſecare. Ouid.6. Faſt.

Subſeciuus, a, um: Iſidor. lib. 15. Ethymol. cap. 13. ſcribit ſubſecium propriè eſſe, quæ ſator de materia præcidens, quaſi ſuperuacua abiicit. Indéque ſubſeciuos agros dictos, quos in pertica diuiſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. Itemque ſubſeciua, quæ in diuiſione agri non efficiunt Centuriam, id eſt iugera ducenta, quæ à ſubſecante linea ita appellata eſſe Frontinus in libro de agrorum qualitate ſcribit. A quo & eius interprete Aggeno Vrbico ſubſeciuorum duo eſſe genera didici: vnum quod in extremis aſſignatorum finium centuria explèri non potuit. Aliud, quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis interuenit, quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm interclusum fuerit aſſignatum in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea eludatur & ſubſecetur. Et generaliter ſubſeciuum appellatum, quod inter menſuralem lineam & Centuriæ extremitatem, minus, quàm vt Centuriam expleret, ſupereret. Tertul. lib. 1. aduerſus Marcionem: Et videndum, ne qua adhuc illi vacent ſubſeciua, in quibus & tertius aliquis ſtipare ſe Deus poſſit. Apuleius lib 8, Ac me relictum ſolum & ſubſeciuum cum faſtidio plerique præteriũt. Sueton. in Domitiano cap. 9, Subſeciua quę diuiſis per veteranos agris carpſim ſuperfuerant, veteribus poſſeſſoribus vt vſucapta conceſſit.

Ager ſubſiciuus is eſt Boëthio lib. 2. Geometriæ, qui ſecundum ſuas determinationes aſcriptus in finibus ſuis tabulario Cæſaris infertur, & qui beneficio conceſſus, aut aſſignatus Coloniæ fuerit: ſiue is proximus, ſiue longius poſitus: quem Colonia in tabulario Cæſaris manu ſubſcriptum habere debet. Item ager ſimilis ſubſiciuus eſt, qui non aſſignatus Reipublicæ, populóque, aut Coloniæ cuius finis circundatur, remanet in eius poteſtate qui aſſignare potuerit, hoc eſt principis.

Operæ ſubſeciuæ. Sunt autem operæ ſubſeciuæ, non principales (vt ita dicam) ſed proximæ, quas ludis, & feriis, ſcilicet quas à functione muneris in Rempublicam, forum, amicos, ſtudiis ac muſis damus. Dictæ ſubſeciuæ, ab iis quæ in agrorũ aſſignationibus Subſeciua nominantur: de quibus Frontinus, & nos paulò antè ex eodem. Ab hac ſimilitudine operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, reipublicæ ſuperſunt atque ex iis eripiuntur, & quaſi ſubſecantur quæ nobis reſeruamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, commentando, ſcribendo conſumimus, ſubſeciua nuncupantur. Quare apud Varronem lib.1.de re ruſtica, In ſubeeſſiuum, non ſubciſſiuum, apud M. Tullium multis in locis, apud cæteros ſcriptores eodem modo ſcribendum eſſe contendunt etiam docti. Vide Succiſiuus, in SVCCIDO.

Subſecundarius, Adiectiuum { ὑποδευτερίας } Idem quod ſucciſiuus, & quod quaſi ſecundo tempore aduenit. Gell.lib.20.cap.vltimo, Quantũ autem vitæ deinceps mihi deũm voluntate erit, quantũmque à cura publica, & à re familiari, procurandóque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia ſubciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriarum delectationculas conferam.

Subſecundaria tempora dixit, quæ ſubciſiua alij vocant non inelegánter Gellius lib. vlt. cap. vlt.

Subſellium, Vide SVBSIDIO.

Subſentio, ſubſentis, ſubſenſi, ſubſenſum { ὑπαισθάνομαι } Subſentire. Aliquantulum ſentire, aduertere. Terent. Heaut. 3, 1,

-Etſi ſubſenſi id quoque,
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

Subſequor, pen. corr. ſubſequeris, ſubſequutus ſum { ὑπακολουθέω } ſubſequi, Statim ſequi. Plaut. Merc. 2.1,

Si quidem mecum fabulari vis, ſubſequere. Cæſar 8.bel. Gall. C. Calenum legatum cum legationibus duabus reliquit, qui iuſtis itineribus ſe ſubſequerentur.

Ipſe cum legionibus ſubſequor. Plancus Ciceroni, lib.10.15.
Furtim ſubſequi aliquem. Ouid epiſt.19.
Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. Cice.3.de Orat.
¶Subſequi aliquem, & imitari. Plin.in Panegy.
Iudicium alicuius ſubſequi. Ouid.epiſt.4.
Subſequitur Prætor voluntatem Imperatoris. Vlpianus in l. certum. D.de Confeſſis.

¶Aliud illico ſubſequatur aut atomos vllas è quibus quicquid efficiatur, illarum ſit diſſimillimum. Cic.4.Acade.

Subſequi ſermone. Cic. ad Appium, lib 3 1. Mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſequutus eſt humanitatem tuarum literarum.

Subſequenti anno exitu veris emittunt paruas loeuſtas. Plinius lib. 12.cap.29.

Subſequenter, Aduerbium. Meſſala Coruinus ad Cæſarem Auguſtum, Nunc ad reges Romanos, conſules, dictatores, tribunos militares ac plebeios ſubſequenter calamum deducam. Paulò pòſt, Hinc

aduersus Crustuminos subsequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus, &c.

Subsericum, est, cuius substamen ex serico est. Bayf. lib. de Re vestiaria, cap. 5.

Subsero, subseris, pen. corr. subseui, pen. prod. subsitum, penul. corr. {ὑποφυτεύω} subserere. Colum. lib. 4. cap. 15. Plurimum interest, adhuc noua consitione pedamen omne vestiri: nec mox vineam tum subseri, quum fructus capiendus est. Hoc est, In demortuæ locum serendo substitui.

Arbores subserere. Vlp. in l. V sufructu legato. §. vlt. D. de vsufruct.

Subsertio, subseruis, subseruiui, subseruitum, pen. prod. {ὑπηρετέω} subseruire, Seruiendo obtemperare. Plaut. Menæh. 17,

-ita istæc solent, quæ viros

Subseruire sibi postulant, freræ dote feroces.

Subseruire alicui. Plaut. Amphit. 2. 4. Terent. And. 4. 4,

-tu vt subseruias

Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide,

Subsessa, **Subsessor**. Vide SVBSIDEO.

Subsido, subsides, pen. corr. subsedi, pen. prod. subsessum {ὑπίσταμαι, ὑφίζανω} subsidere, Subtus sedere, & sine motu est. Columella, Villica debet curam adhibere, vt si quæ feces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, semel statim emundentur. Idem lib. 12. cap. 19.

Subsidet pecunia apud eum. Plin. epist. 77. Id est, remanet.

Subsidere in castris. Cæsar 6 bell. Gall. Cic. in Salustium, Quicquid impudicorum cylonum parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in orbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant. Virg. 5. Æneid.

Extremus, galeáque ima subsedit Acestes. Vbi Seruius, subsedit, remansit: nec enim proferebatur fors quæ remanserat sola: aut certè delituit.

Subsidere in via. Cic. ad Atticum, lib. 5 104. Itaque Subsedi in ipsa via, dum hæc quæ longiorem desyderant orationem, summatim tibi perscriberem.

Subsidere, pro Clàm subsistere, & in insidiis ad stuprum deliteſcere. Virgil. 11 Æn. -deuicta Asia subsedit adulter.

¶Subsidere, pro Insidiari. Cic. pro Milone. Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret? nec eo in loco subsedit, quo noctu venturus esset? Budæus.

Subsellium, subsellij {τὸ ἕδος} Subsellia antiquis dictæ sunt sedes & pulpita, vel, vt rita dicam, scamna in quibus qui poetas recitantes audiebant, sedere consueuerant: vel in quibus ab equitibus spectábantur ludi. A subsedendo dicta, quasi subsedia, permutatione d in l: vt sella pro seda. nã Senatores in sellis altioribus consedebant. Persius, sat. 1, Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. Plaut. Sich 8,

Scis tu me dudum esse imi subselli virum. Id est, qui soleam sedere in infimo loco. Scribit Asconius in Diuinationem Ciceronis, Subsellia esse Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis Curulibus, nec Tribunalibus, sed in subsellis considebant.

Subsellium, Varro lib. 4. de ling. Lat. Vt subsidere, quod non planè sapit: sic quod non planè erat sella, subsellium dictum.

Homo resupinus super subsellium aut lectum est collocandus. Cels. lib. 7. cap. 26.

Destituere subsellia. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Subsellia item erant in Curia, vbi Senatores sedebant, vt ostendit Cic. 1. in Catil.

¶Subsellia etiam erant iudicum, id est, eorum qui publicis iudiciis discerpendis operam dabãt, autore Asconio in 4. in Verr. actione. Cic. pro Cluentio, Accusabat Tribunus pleb. idé in concionibus, idem ad subsellia. Idem in Vatinium, Quæro ex te, &c. num quis reus post vrbé conditam in Tribunal sui quæstoris accéderit, eumque vi deturbarit, subsellia diffiparit, vrnas deleuerit, eáque denique omnes res in iudicio disturbãdo commiserit, quarũ rerũ causa iudicia sunt cõstituta. Hoc in loco Tribunal. Cic. Prætori assignauit, qui iudiciis publicis præerat, & quæritor vocatur: subsellia verò iudicibus, qui reos sententiis suis tabellaribus iudicabant. Hæc Bud.

Occupare locum in subselliis. Cic. de Clar. Orat.

Subsellia, Iudicia publica dicebantur, quæ in foro Romano exercebantur sub dio. Quint. lib. 12. cap. 8. Nonnunquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur. Idé lib. 10. cap. 5. Quod accidisse Portio latroni tradetur, vt quum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impensè petierit, vti subsellia in Basilicam transferrentur: ita illi cælum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Ex Budæo.

Optima fide & fama versari in subselliis. Cic. Bruto li. 13. 11.

Grandiorem & plenioremvocem desyderant subsellia. Cicero de claris Orat. Vide COMITIA Comitiorum.

A subselliis in rostra rem deferre. Id est, à foro in rostra. Cic. pro Cluentio, Is, quasi non esset vllo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum, rem ab subselliis in rostra detulit.

¶Subsellia, Sedes in theatro. Suet. in Augusto, cap. 44, Facto igitur decreto Patrum, vt quoties quid spectãdi vsquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus.

¶Subsellia, Vbi sedebant rei, & accusatores, & testes. Cicero pro Roscio Amerino. Erant ei veteres inimicitiæ cũ duobus Roscijs Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce prædia possidere audio.

¶Subsellia, pro ipsis iudicibus aliquando accipitur. Martial. lib. 1, Sextiliane bibis quantum subsellia quinque. Budæus.

Subsessor, subsessoris {ὑπέδρος} Qui delitescens insidiatur, & insidijs circunuentum interimit. Subsessores vocantur qui occisuri aliquẽ delitescunt. Seruius in illud 5. Æneid. -subsedit Acestes.

¶Subsessor, subsessoris, Qui clàm domi subsidet, insidiatúrque ad adulterium obeundum. Valerius Max. lib. 2. cap. 1, Nulli enim tunc subsessores alienorũ matrimoniorum oculi metuebãtur. ex Turneb.

Subsessa, subsessæ {ὑπέδρα} Subsessæ à Vegetio lib 3 cap. 6. dicuntur insidiæ, quib in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans, opprimi solet. Subscribit Seruius in illud 11. Æn.

- deuicta Asia subsedit adulter.

Subsidium, subsidij {βοήθεια, ἐπικουρία, παραμυθία} dicitur id (inquit Festus) quod postpositũ est ad subueniendũ laborantibus. Erant autẽ triarij milites, nempe qui tertio ordine in acie constituerentur. Hi enim post omnes acies cum scutis, galeis, ocreis, gladiis, plumbatis locabantur: vt si fortè prima acies vincereetur, ab iis, veluti deintegro reparato certamine, victoria sperareturSubsidebant itaque nixi genibus à quo subsidium dictum. Plautus,

Agite nunc, subsidite, quasi solent triarij. Cæsar de gestis in Italia, Ad eum mittit, nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. His ego subsidiis ea sum conſecutus, quæ nullis legionibus cõsequi potuissem. Subsidiũ (inquit Budæus) est vltima acies, quæ ad extremum diserimen succenturiata est: id quod Græci ἐπίταγμα dicunt. Vnde fit, vt Subsidium sit auxilium & opitulatio penè ad extremum casum seruata. Cæs. Cæsar subsidia ad omnes casus parabar.

Subsidia belli. Cic. pro Lege Manil. Aguntur certissima Pop. Rom. rectigalia & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta & subsidia belli requiretis.

Bellissimum subsidium, Vide BELLVS.

Fidissimum subsidium. Tacit. lib. 5.

Subsidium inutile bellis. Stat. 6. Thebaid.

Lautissima facultatum subsidia, Id est amplissimæ facultates, seu opes. Firmic. lib. 5. cap. 12.

Miserum & innocens subsidium. Cic. pro Fonteio.

Comparare subsidium, Vide COMPARO.

Constabilitæ subsidiis legiones. Lucret. lib. 2.

Currere alicui subsidio, Vide CVRRO.

Inuocare subsidium, Vide INVOCO.

Mittere subsidium, Vide MITTO.

Missus subsidio globus. Stat. 3. Thebaid.

Parare subsidium, Vide PARO.

Seruare quempiam subsidio bestiæ. Cic. Q. fratri, lib. 2. 7.

Venire subsidio. Cic. pro Fonteio, Venit huic subsidio misero atque innocenti Massiliensium cuncta ciuitas.

Subsidium, subsidij, pro loco in quo nauigia subsidere possunt, & stare, & suffugia habere. Ita subsidiũ simile quiddã est portui & stationi, etsi minus. Corn. Tacit. lib. 4. Quoniam importuosum mare, & vix modicis nauigiis pauca subsidia. Hæc subsidia Græci videntur ὑφόρμους appellare.

¶Subsidium, pro Adminiculo & auxilio. Cic. 2. in Catil. Quũ industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine, audaciáque consumerentur.

Subsidium senectutis. Cic. ad Atticum, lib 15. 327. Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbiriũ incolumẽ videã subsidiũ senectutis.

Subsidior, subsidiaris, subsidiatus sum, subsidiari. Hircius li. 8. bel. Gall. Perterriti non solùm ij qui eminus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui longius subsidiari consueuerant.

Subsidiarius, Adiectiuum {ὑποδοχικός} Quod in subsidium datur aut venit. Liu. 5. ab Vrbe, Paulùm erat ab dextera editi loci, quem subsidiariis repleri placuit. Sub. militibus. Ibidem lib. 9. Qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reseruabantur, in primam aciem extemplò emisit.

Acies subsidiariæ, Vide ACIES.

Actio subsidiaria. l. 1. §. non tantum. D. de magistrat. conueniend.

Subsidiarios palmes, qui & præsidiarius, & resex à Colu. à Catone custos, & vinarius appellatur palmes. Colum. lib. 4. cap. 24. Subsidiarius, idemque custos in pollicem resecari non debet, quum palmæ, ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitæ sunt.

Subsido, subsidis, pen. prod. præteritum & supinum mutuatur à sedeo, subsedi, subsessum {ὑφίσταμαι} subsidere, penul. corr. Subtus cadere, descendere: fit enim cum motu. Virg. Subsedit dubius. Idé li. 5, Subsidunt vndæ, tumidúmque sub axe tonanti

Sternitur æquor aquis. Ouid. 1. Metam.

Iussit & extendi campos, subsidere valles. Id est, depressas esse. Colum. lib. 6. ca. 1. Lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto, planóque, vel etiam subsidente, &c.

¶Subsido, subsidis, a sub & sido, significat ita sidere, vt planitiem efficiant. Lucret. lib. 5. -neq; enim poterãt subsidere saxa.

Poplite subsidens. Virg. 12. Æneid.

Mare subsidit. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Venti subsidunt. Propert. lib. 2. eleg. 8.

Vrbes subsident, terræque dehiscent. Lucan. lib 1.

¶Subsidere dicitur femina in coitu. Horat. Epod. 16,

Nouáque monstra iunxerit libidine,

Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere cetuis. Id est, succumbere, se subiicere ad ineundum.

Subsidere & Consurgere, contraria. Liu. 8. bel. Pun.

¶Subsidere, Inuadere aliquando significat. Lucan. lib. 5,

Iure sed incerto mundi subsidere regnum

Chalcidos Euboicæ vana spe rapte parabas. Id est (ait Beroaldus) Inuadere. Inde dicti subsessores, occulti insidiatores. Sulpitius & Badius sic ordinant, O Appi rapte, id est seductę vana spe, parabas regnum Chalcidos Euboicæ subsidere, id est, Suppositum iri tibi, iure mundi incerto, id est dubio cui cedat.

¶Subsidere in loco aliquo, pro Commorari: cui opponitur Proficiſci. Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 8. Quid sim tibi author, in Siciliáne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare?

Impetus dicendi subsidit. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Mulierum menses subsidunt. Plin. lib. 22. cap. 8. Mulierum mensibus, siue subsidant, siue abundent, &c.

Subsignani, Milites olim dicebãtur, qui sub signis habebantur, & à legionariis differebant, quia sub aquila nonerant. Tacit. lib. 17. Penino itinere subsignanum militem, & graue legionum agmẽ hibernis adhuc ninibus traduxit.

Subsi

Subsigno, subsignas. {ὑποσημειόω} subsignare. Festus, Subsignare, pro subscribere vsimur. Plin. epist 1. lib. 3 Eundem mihi cursum, eundem terminum statuo, idque tam nunc apud te subsigno, vt si me longius euehi videris in ius voces ad hanc epistolam. Id est, subscribo, sigillo, obligo, affirmo. Callistratus De iure immunitatis, Sed ne exeuentur facultates eorũ, quæ subsignatæ sunt fisco. Paulus Iureconſ. D. de verb. signifi. 39. Subsignatum dicitur quod ab aliquo subscriptum est: nam veteres subsignationis verbo pro subscriptione vti solebant. Cic. pro Flacco, Illud quæro, sunt ne ista prædia cẽsui censendo, habeãt ius ciuile: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint?

Subsilio, subsilis, pen. corr. subsilui, & subsiliui, subsultum, {ὑπορχέομαι} subsiliire, paulùm saltare. Plaut. Cruel. 3,

Pessuli, &c. Subsilite obsecro, & mittite istanc foras.

Ignes subsiluntad tecta domorum. Lucret. lib. 2.

Subsulto, subsultas, {ὑφαλλομαι} subsultare, Frequentatiuum, Idé. Plaut.

Tu subsultas, ego miser vix asto præ formidine. Idem Casin. 10,

Vt subsultabar, postquam vicit villicus?

Subsultim, Aduerbium, {ὑφαλλομένως,} Subsultando. Sueton. in Augusto, cap. 83. Mox nihil aliud quàm vectabatur & deambulat: ita vt in externis spatus subsultim decurreret.

Subsilles, dicebantur quædam lamellæ sacrificiis necessariæ. Paulus ex Festi sententia.

Subsimilis, pen. corr. Adiect. Cels. lib. 5. cap. 26 de sanguine, sanie, & pure, Μιλτωδέα crassior, & glutinosior, subaibida, melinéue albo subsimilis fertur.

Subsimus, subsima, subsimũ, pen. p. od. {ὑφίσμος,} Parum simus. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5. Vt sint benè compositæ, vt integris membris, &c. pilosis auribus, compressis malis subsimí sve, gibberibus demissis, &c.

Subsipio, subsipis, subsipere, Quod non planè sapit, vt vult Varro lib. 4. de ling. Latin.

Subsulto, subsistis, substiti, substitum, pen. corr. {φωνίσταμαι, ὑφίσταμαι} subsistere, Cõtra sistere. Cæs. 1. bel. Gal. Quo prælio sublati Helueti quòd quingentis equitibus tantã mu. titudinem equitum propulserant, audacius subsistere: nonnunquam ex nouissimo agmine, prælio nostros lacessere cœperunt.

Clypeo & dextra subsistere. Virg. 6. Æneid.

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum. Nec dextra valet.

Vires infirmæ subsistere valent. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1.

¶ Subsistere fetas, Excipere, non cedere irruentibus, vt ait Budæus. Liuius 1. ab Vrbe, Hinc robore corporibus, animisque sumpto, iam non feras tantùm subsistere, sed in latrones prædã onustos impetum facere, pastoribus rapta diuidere.

¶ Subsistere in aliquo loco; {διατρίβειν,} Commorari aliquandiu. Virg. 2. Æneid. -quater ipso in limine portæ

Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere. Liu. 4. ab Vrbe, Consules an ambo profecti sint ad arcem Caruentanam, an alter ad comitia habenda subsisterit, incertum diuersi autores faciunt.

Subsistere & expectare. Cic. pro Milone, Sic miloni quum insidiator esset, si illum ad vrbem noctu accessurum sciebat, subsistendum atque expectandum fuit.

Circa ima subsistere. Quint. in Procem, lib. 1.

Lingua substitit in medio sono. Ouid. 1. Fast.

Lingua substitit timore. Ouid. epist 23.

Ingeniũq; meis substitit omne malis. Repressũ est. Ouid. epist. 11.

Subsistit vnda, Stat, consistit. Virg 8 Æneid.

¶ Subsistere liti. Celsus in l. Si rẽ quæ. D. de euictionibus. Si de inductria nõ venerint in iudicũ, vnus tamẽ ex his liti subsistit. Sic habẽt Pãd. Flor. & vulgati codices: quãuis Haloãder legat, litẽ sustineat.

¶ Subsistere sumptus. Brutus Cic. lib. 11. 10, Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptibus possem.

Subsistunt opes Romanorum apud eas gentes. Plin. lib. 6. ca. 28.

Subsistit proceritas balsami intra bina cubita: Hoc est procera est balsamus duos cubitos, nec amplius. Plin. li. 12. c. 25.

¶Subsistere, pro Dubitare. Vlpian. in l. Seruum, §. 1. D. De procur. Et quantũ ad filiũ familiãs, verum eſtiin seruo vero subsistimus.

Subsolanus, subsolani, pen. prod. {ἀπηλιώτης,} Vētus Fauonio cõtrarius, vt ait Plin. lib. 2. ca. 46. Hic sole oriente subnasci videtur.

Subsortior, subsortiris, subsortitus sum, {ὑποκληρόω, ἀντικληρόομαι, ὑπαναγκάζω,} subsortiri. Sorte in iudicum reiectorum locum substituere. Vnde subsortitos iudices dicimus qui etiam substituti dicuntur. Cic. 3. Verr. Cur ea quãdiu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tamdiu domi fuerunt? Idem pro cluentio, Si ex lege subsortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando non iurauerat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Ibidem, Ab illo enim siue quòd ita legem non iurasset, siue quòd ex lege subsortitus iudicem non esset, mulctapetita esse dicitur.

Subsortitio, subsortitionis, {ἀντικληρώσεις,} Verbale. Suffectio. Sueto. in Julio Cæsare, cap. 41. Ac ne quinquicœtus recensionis causa moueri quandoque posset, instituit, quotannis in demortuorum locum, ex his qui recẽsiti non essent, subsortitiõ à Prætore fieret. Asconius. actione 2. in Verrem, moris fuisse scribit, celebrata iudicum reiectione haberi in officio Prætoris & in arca reponi nomina iudicum selectorum: reiectionẽque ideo dictam, quia quum multi iudices à Prætore suo ad consilium aduocandi esseut, qui quæsitor fuisset in publica aliqua causa, vt ambitus, vt repetundarum, maiestatis: necesse erat primùm de Curia conscribi Senatoria, eo scilicet tempore quum Senatus iudicaret. Deinde in vrnam sortito mitti, vt de pluribus necessarius numerus confici posset. Tertio permitti accusatoti ac reo, vt ex illo numero reiicerẽt quos putarent sibi inimicos, aut aliqua ratione incommodos fore. Scilebat autem ex nominibus, ac fama iudicũ ex illorum quos aut reiiciebant, aut retinebãt iudices, volũtate, coniecturam facere Prætor, qui causę suę cõsidere, qui cor tũpere iudices vellet. Reiectione autẽ celebrata, in eorũ locum qui

reiecti fuerãt, Prætor alios subsortiebatur, quoad numerus legitimus impleretur, quę subsortitio dicebatur. Nã prima delectio, sortitio erat: hæc aũt, subsortitio. His peractis iudices in leges iurabãt, vt obstricti religione iudicarẽt: quum iurassent omnes præter Prætorem, nõmina eorum libellis continebantur, & vbique habebantur, ne pro selectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui suppositi, corruptique iudicarent. Hactenus ex Asconio. Cic. 3. Verr. Nam de subsortitione illa Iuniana Iudicum nihil dico. Idem pro Cluentio. Et quod C. Verres, Prætor vrbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Substamen. Vide SVBTEGMEN.

Substantia, Vide SVBSTO.

Substerno, substernis, substrauí, substratum, pen. prod. {ὑποστρώννυμι, ὑποστόρνυμι} substernere, Sternere sub te aliqua. Terent. And. 4. 4,

-ex ara hinc sume verbenas tibi, Atque eas substerne. Plin. lib. 15. cap. 16. Cadiua separari, stramentis, storeis, paleísve substerni. Varro 2. de Re rust. cap. 9. Substernitur ei acus, aut quid aliud, quo molliore cubili facilius educantur.

Substernere nidos mollissimè. Cic. 2. de Nat. deor. Iam gallinæ, auésque reliquæ & quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi nidósque construunt, eósque quàm possunt mollissimè substernunt, vt quàm facillimè oua ferantur.

Substernere semina ordei. Colum. lib. 5. cap. 9.

Substernere herbam ouibus. Cato cap. 37. Stipulas, ebulum. & ciceram, & circum sata herbam altam succide, & eam substernito ouibus, bubúsque.

Brachia substernens collo. Catull. Argon. 59.

Langúidulósque paret tecum coniungere somnos,

Lævia substernens robusto brachia collo.

Substernere alicui pudicitiam suam. Sueton. de August. cap. 68.

Substernere animo omnia. Subiicere, supponere. Cic. de Vniuers. Omne quod erat concretum atque corporeum substernebat animo interiúsque faciebat.

Delitias multas substernere, Abundè suppeditare. Lucret. lib. 2.

Substratus, huius substratus, pen. prod. masc. gen. {ὑπόστρωσις} Ipse substernendi actus: & aliquando id quod substernitur. Plin. lib. 18. cap. 30. Culmum saxosis locis quũ inaruit, baculo frangunt aut substratu fugant venenata.

Substramen, pen. prod. substraminis, n. g. {ὑπόστρωμα} Quod animalibus substernitur. Var. 3. de Re rust. cap. 10. Eáque cellas prouident, ne hæ beant in solo humorem sed habeãt molle substramen è palea aliáve qua re. Ibidem cap. 6.

Substramen aliud significat apud Silium lib. 12. nimirum rotas, & lapsus.

Substillum, Tempus ante pluuiam iam' penè vuidum, & post pluuiam non perfectum, quod iam stillaret, aut nondum defiisset. Paulus ex Festo.

Substillum, Morbus est quem stranguriam medici vocant, sic dictus antiquis eleganter, quòd stillatim cadat vrina in eo genere valetudinis. Cato de Re rustic. Nunc de illis, inquit, quibus ægrè lotium it, quibúsque substillum est. Annotauit Turnebus.

Substituo, substituis, substitui, substitutum, pen. prod. {ἀντικαθίστημι} substituere, Subordinare. Plinius lib. 10. cap. 54. Próque eis alia substituenda.

Substituere & supponere. Cicero 7. Verr. Tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere & supponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerem antè coniecerat.

Permutare & substituere. Plin. lib. 5. cap. 9.

Substituere in locum & in vicem alterius, quod & sufficere dicimus. Columella lib. 11. cap. 1. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligentiæ succedit, is ea quæ egi scire debet. Idem lib. 5. cap. 6. Primam quamque senio aut tempestate afflictam summouear, & in vicem nouellam sobolem substituar. Cicero 6. Verr.

Substituere aliquem crimini. Plin. iunior lib 6. epist. 31, Tertio die inducta cognitio est, multis sermonibus & vario rumore iactata, de Iulij Tyronis codicillis, quos ex parte veros esse constabat, ex parte falsi dicebantur. Substituebatur crimini Sempronius Senecio, eques Romanus. Id est, accusabatur, agebatur reus tanquam id crimen fecisset.

Substituere aliquem pro altero. Cic. 2. de Diuinat.

Substituere animo speciem quandam. Liu. 8. bel. Pun.

Heredem substituere, Vide HAERES.

Substitutio, Verbale {ἀντικατάστασις} Paulus Iureconsul. in vulgari substitutione, qua ei qui supremus moritur, heres substituitur recte heres substitutus etiam vnico interilligitur. Vide substituere heredem in HAERES.

Substo, substas, substiti, substitum, pen. corr. {ὑφίστημι} substare, Constantem esse. Terent. Andr. 5. 4,

Périj, meruo vt subster hospes.

Substare, subitantiam esse. Cic. in Topic. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarique non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi possunt: vt si vsucapionem, si tutelam, si agnationem definiasi quarum rerũ nullum subster quasi corpus. hoc est, substãtia sit. Bud.

Substantia, substantiæ {οὐσία, ὕπαρξις, ὑπόστασις} Est quæ per se substat, & fundamentum est rei alicuius.

¶Substantia, Materia, & quasi essentia & soliditas, ac nerui cuiusque rei. Plin. Substantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quintil. in Procemio lib. 1.

Substantia, Facultates. Quin. Vt plùs substantię filio relinquerem: Sequola 1. Qui testamentum. D. De probationibus, Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideò ei non caui, quòd omnes fortunas & substantiam, siquam à matre susceperat, in sinu meo habuí sine vlla cautione. Item eidem Titio reddi & solui volo de substãtia mea centum quinquaginta, quæ ego ex reditibus prædiorum eius

percipi. Vlp. l. Tutor. D. Suspectis tutoribus, Si pupilli substantiam expilauit, fed antè quàm tutor esset, accusari debet expilatæ hereditatis: si minus, furti. Firmicus, lib. 4. cap. 2. Sed & paternam matrémque substantiam varia laceratione dilapidat Paulus. D. Vi bonorum raptorum. L. 1. non ita procul à fine, Vt ex bonis meis, hoc est ex substantia mea, res ablata esse proponatur.

Substantiæ facultas Firmicus lib. 5. cap. 1, Propriis tamen laboribus, substantiæ facultatem acquirens. Aliquot post versibus, Erit etiam in aliqua positus potestate, vnde paternæ substantiæ augeat facultatem. Idem lib. 4. cap. 18, Hi maximas consequentur substantiæ facultates.

Substantiuum {ὑποστατικὸν} nomen apud Grammaticos dicitur, Quod per se stare potest. Vide Priscianum.

Substantiuari, Substantiuum fieri: Valla lib. 3. cap. 4, Mille hominum liceret dicere, quia mille substantiuatur.

Subſtrahere, Vide SVBTRAHO.

Subſtrāmen, Vide SVBSTERNO.

Subſtringo, subſtringis, subſtrinxi, subſtrictum {ὑποσφίγγω} subſtringere, Suotus conſtringere. Quint. lib. 10. cap. 5. Omissa supplere, & effusa subſtringere carbasa nautæ. Hoc est, colligere. Iuue. Sat. 6.

Nauſeat, atque oculis bilem subſtringit operris.

Comas subſtringens ligatas auro Lucan. lib. 3.

Subſtringere autem. Horat. lib. 2. Saty 4,

-aurem subſtringere loquaci. Id est, si tibi res est cum loquaci sene, aures tuas, si fieri potest, comprime, vel obtura, vt ne eius loquacitate offendaris: sed potius, vt eum, quâdiu ei videatur, loquentem perferre ac perpeti possis. Sic explicat Lambinus aliter quam Acro & Porphyr.

Subſtrictus {ὑποσφιγκὸς} Participium, siue nomen ex participio, cui contrarium est promittens & effusus. Colum. lib. 6. cap. 20 Vt sit magna portio corporis, ventre paulò subſtrictiore, qui magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis sit. De tauri forma.

Cura obſtricta, Gracilia. Ouid. 11. Metam.

Frænis subſtrictis ora domita ligat, Aliquantulum arctis. Senec. Hippol. 10.

Ilia subſtracta, Conſtricta & parua. Ouid. 3. Metam.

Subſtricti testes. Plin. lib. 32. cap. 3. Quinimo paruos esse subſtrictósque & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.

Subſtruo, subſtruis, subſtruxi, subſtructũ {ὑποδομέω} subſtruere, Subtus struere, subædificare. Plaut. Mosth,

-& fundamentum Liberorum subſtruunt. Liu. 6. ab Vrbe, Capitolium quoque saxo quadrato subſtructum est, opus vel in hac magnificentia vrbis conspiciendum.

Subſtructio, Verbale {ὑποδόμησις} Cic. pro Mil. Ante fundũ Clodij, quo in fundo propter insanas illas subſtructiones facile hominum mille versabatur valentium aduertari. Ibidem, Subſtructionum insanis molibus oppresserat. Cæsar 2. bell. Ciuil Colum. lib. 1. ca. 5. Sed & propturæ & subſtructione fungentur aduersus ea, &c.

Insanæ subſtructiones. Plin. lib 36. cap. 15. Vide INSANVS.

Subſulto, subſultas, Vide SVBSILIO.

Subſultum, est oculi vibrata subſultatio quam Barbari *Oeilliade* vocitant. Cælius lib. 7. cap. 29.

Subſum, subes, subfui {ὕστερεμαι} subesse, Infra esse. Plin. Suberant tecto abiegnæ trabes.

Subesse, Latenter inesse. Virg. 2. Georg.

Quippe solo natura subest. Quia naturaliter rerum omnium materest terra: & vniuersa in se continet semina, licèt non appareant.

Causa subest. Ouid. 4. Fast.

Subest intra cutem vulnus. Planc. ad Cic. lib. 10. 18. Sed non possum non exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris.

Subest causa. Cic. 5. de Finib. Intelligatur aliquâ subesse eiusmodi causam. Idem 1. Offic. Quum verò de imperio decerratur, belloque gloria quæritur, causas omnino subesse tamen oportet ea sdem, quas dixi paulò antè, &c.

Subest cura tacita. Liu. 4. bel. Maced.

Subest simultas. Cic. pro Cælio. Sin autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, diffidium extirerat, hinc, &c.

Subest spes. Cic. ad Att. lib. 3 67. Neque enim (sed bonam in partem accipias) si vlla spes nostræ salutis subesset, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses.

Subest suspicio. Cic 9. Philipp. At ea fuit legatio Octauij in qua periculi suspicio non subesset.

Subesse, Adiuuare. Plaut. Trinum. 15. -quod ago

Assequitur, subest, subsequitur, ita gaudiis gaudium suppetat.

Subſuo, subſuis, pen corr. subſui, subſutum, pen. prod. {ὑποῤῥάπτω} subſuere, Subtus suere. Horat. 1. Serm. saty. 2,

-sunt qui nolint tetigisse nisi illas

Quarum subſuta talos tegat instita veste. Subſutam vestem prætextam intelligit, quæ fimbriæ institatum subtuebatur,

Subſurdus. Adiect. Aliquantũ surdus, vt Vox subſurda, apud Quint. lib. 11. cap 3. Deinde vox non subſurda, rudis, immanis, &c.

Subtal, subtalis, n. g. Ex sub & talus cõponitur, significátque cauum pedis: quanuis & pro vola ponatur. Sipontinus.

Subtegmen, subtegminis, pen. corr. n. g. {κρόκη} Dicitur filum quod sub stamine texitur. Terent. Heaut. 2. 3, -anus

Subtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Ouid. 6. Metam.

Inferitur medium radiis subtegmen acutis. Catul. Argonaut. 59.

Currite ducentes subtegmina, currite fusi.

Vestes picturatæ auri subtegmine. Virg. 3. Æneid.

Subtegulanea {ὑποστεγὰ} Loca sub tegulis: distinguuntúrque à subdialibus, quæ Græci vocant ὑπαίθρεα, sicut priora illa ὑποστεγα, & κατάστεγα siue στεγαῖα. Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc renouamus barbarica atque subtegulanea.

Subtemen, subteminis, Filum quod stamini subrexitur: vel vt Varro quod subit stamini. Ex quo loco quidam dicédum putãt subſtamen. Teren. Heau. Anus subtemen nebat. vbi vulgò loquitur subtegmen. Hor. Epod. od. 13.

Vnde tibi reditum certo subtemine Parcæ Rupere, &c. Sic enim legendum non subtegmine. Lambinus.

Subtendo, subtendis, subtendi, subtentum, & subtenſum {ὑπενείνω} subtendere, Subtus extendere, Cato cap. 10. Lectum in cubiculo vnum, lectos loris subtentos quatuor, & communes tres. Lectos loris subtentos appellat, de solario loris propendentes, qui mos antiquorum erat.

Subtento, subtentas {ὑποπειράζομαι} subtentare, Idem quod tentare. Plaut. Truc. 6,

Aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtenuis, & hoc subtenue {ὑπολεπτὸς} Aliquantum tenue. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 74. Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus seris implicata in dexteriorem partem cernicis.

Subter, Præpositio {ὑπὸ, ὑποκάτω} vtrique casui seruiens, accusatiuo & ablatiuo. Relatiuum habet Super. Ferè autem semper accusatiuum habet, siue quies fuerit, siue motus. Statius,

Desilit in campos qui subter mœnia nudos

Asseruat manes. Poëticè ablatiuum habet. Virg. 9. Æneid.

-quum tamen omnes

Ferre liber subter densa testudine casus. Cic. in Somnio. Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet dux & princeps & moderator luminum reliquorum. Plin. lib 3. cap. 19.

Subter radices earum. Virg. 3. Æneid.

Subter, cum ablatiuo Catull. ad Ortalum.

Troia Rhœteo quem subter littore tellus.

Ereptum nostris obterit ex oculis.

¶Subter, sine casu, Cic. 3. de Orat. Qui omnia hæc quæ supra & subter, vnum esse & vna vi, atque vna consensione naturæ constricta esse dixerunt.

Subterduco, subterducis, pen. prod, subterduxi, subterductum {ὑποφθύω} subterducere, Verbũ Plautinũ, pro Subterfugere, & clàm sese proripere ex aliqua societate vel loco. Datiuo iũgitur. Plaut. Milit. 6,

-ſerua istas fores,

Ne tibi clàm se subterducat istinc. Id est, ne hinc abeat, te inscio.

Subterduxit se tempus huic occasioni. Plaut. Asin. 7.

Subterfluo, subterfluis, subterfluxi, subterfluxum {ὑποῤῥέω} subterfluere. Plin. lib. 8. cap. 50. Torrente rapido minaciter subterfluente.

Subterfugio, subterfugis, pen. cor. subterfugi, pen. pro. subterfugiti, pen. cor. {ὑποφεύγω} subterfugere, Clàm aufugere. Datiuo iungitur. Plaut. Bacchid. 17,

Nimio illæc res est magnæ diuidiæ mihi,

Subterfugiſſe sic mihi hodie Chryſalum.

¶Accusatiuo iuncta, Vitare significat. Plaut. Merc. 4.

Nequicquam ego mare subterfugi fœuis tempestatibus. Cic. de Amicit. Hæc ita multa quasi fato impẽdere amicitiis: vt omnia subterfugere, nõ modò sapientiæ, sed etiã fœlicitatis diceret sibi videri.

Subterfugere, & deuitare. Cic. 2. Ver. Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.

Subterfugere crimen. Cic. 3. Verr. Homo stultissime & amentissime, rabulas cùm conficeres, & quum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres.

Subterfugere imprudentiam alterius. Cic. 2. Ver. Tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis auarissimi & libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit, aut satietati superfuit.

Subterfugere militiam simulatione insaniæ. Cic 3. Offic.

Subterfugere pœnam & calamitatem. Cic. pro Cecinna.

Subterfugere periculum. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1.

Subterfugere absolutè. Vlp. in l. Eum qui circa. D. de priuileg. credit. Eum, qui circa columnas se occultat, vt creditorem euitet: latitare placet. Nam & eum, qui recedit, hoc est qui subterfugit, vt ne secum aliqua actio moueatur, latitare placet.

Subterlabor, pen. prod. subterlaberis, subterlapſum {ὑποπλέω} subterlabi, Clàm elabi & effugere. Liu. 10. bel. Pun. Sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem. Virg. 10. eclog.

Sic tibi quum fluctus subterlabere Sicanos, &c.

Subterlino, subterlinis, pen. corr. subterlini, & subterleui, pen. prod. subterlitũ, pen. cor. {ὑπεγκρίω} subterlinere, Subtus linere. Plin. lib. 28. cap. 7. Sotira obstetrix, tertianis, quartanísque efficacissimum dixit plantas ægri subterlini.

Subtermeo, subtermeas {ὑπερδρομέω} subtermeare. Claud de Aponi Etiunctos rapido pontes subtermeat æstu. (balneis. 5.

Subtero, subteris, pen corr. subtriui, subtritum, pen. prod {ψιμυθίζω} subterere, Comminuere. Colum. lib. 12. cap. 5. Salis sextarium subtrito, & subtrita cum quartario mellis aceto diluito. Ibidem cap. 56,

Boues subterunt pedes, Continuo attritu vngulas subtus consumunt. Cato. cap. 72. Sic apud Senecam epist. 52. In molli palluſtíque paſcuo iumenta faginata citò subteruntur.

Subtritus, pen. prod. Adiect. {ὑπατριμμένος} vt Subtritæ vngulæ: hoc est attritu minio corro æ. Plau. Asin. 7.

Subterraneus, Adiect. {ὑπόγαιος} Quod est sub terra. Colum. lib. 1. cap. 6. Vinctis qui salubertimum subterraneum ergastulũ plurimis, sirque id angustis illustratum fenestris. Plin. lib. 9. cap. 57. Quicquid est, hoc certè minus admirabile talparum facit vita subterranei animalis. Idem lib. 36. cap. 13. Subterranea domus.

Subterraneæ pestes, Vide SVBSECO.

Regna subterranea. Iuuen. Saty. 2.

Subterraneæ venæ. Plin. lib 9. cap. 15,

Subtertenuo, subtertenuas {ὑποκαπύω} subtertenuare, Conterere. Lucret. lib. 1.

Annulus in digito subtertenuatur habendo. Hoc est in subteriore parte quæ proxima est digito, minuitur & atteritur, dum habetur in vſu frequenti.

Subtexo, subtexis, subtexui, subtextum {ὑπεζωγνυμι} subtexere, Subiungere; Translatione sumpta à textoribus, qui dum subtus texunt

opus,

opus, claudunt & absoluunt. Plin. lib. 25. cap. 11. Verùm & generatim, membratímque singulis corporum morbis remedia subtexemus. Liu. 7. bel Maced. Subtexit deinde fabulæ huic, Legatos Aetolos in Senatu inter cætera hoc quoque interrogatos esse.

Cœlum subtexere fumo, Cooperire. Virg 3. Æneid.

Cœlum subtexitur vmbra. Stat 3. Sylu. 1.

Subtexturus, pen. prod. Participium. Paterculus lib. 1. Huic rei per idem tempus ciuitates propagatas, auctũmque Romanum nomen, communione iuris, haud intempestiuè subtexturi videmur.

SVPTHEBAE oppidulum in Thebaico agro: Strabo lib. 9.

Subtilis, & hoc subtile, penul. prod. {λεπτὸς, λαυκὸς, τανυὸς} Notæ significationis.

Subtilis argumentatio. Plin. lib. 2. cap. 108. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Conclusio subtilis & ad morem dialecticorum formata. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Corpora subtilia. Lucret. lib. 3.

Definitio subtilis. Cic. 1. de Orat.

Epistolæ subtiles, Vide EPISTOLA.

Filum subtile. Lucret. lib. 4.

Genus subtile vel spinosum potius disserendi. Cic. 3 de Fin. Stoicorum autem non ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potius disserendi genus.

Gula subtilior. Colum. lib. 8 cap. 16. Hoc igitur periurium multorum subtiliorem fecit gulam, doctáque & erudita palata fastidire do cuit fluuialem lupum.

C. Serenus subtilissimus homo: fuit enim & animi satis magni & consilij Cic. pro Plancio.

Ignis subtilis fulmini. Lucret. lib. 2.

Iudicium subtile. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6, Nam ad meum sensum, & ad illud syncerum ac subtile iudicium mihi potest esse laudabilius, quàm est tua oratio. Hora. 2. epist. 1.

Palatum subtile. Horat. 2. Serm. saty 8.

Succus subtilissimus. Plin. lib. 11. cap. 5.

Subtilitas, pen. cor. subtilitatis {λεπτότης} Plin. lib. 10. cap. 75. Hęc nanque restant immensæ subtilitatis animalia. Cic. 1. Acad. Apud nostros enim non ignoras quæ sit & quanta subtilitas.

Alia est illa quum veritas ipsa limatur in disputatione, subilitas. Cic. 2. Offic.

Subtilitas & elegantia scriptorum. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 4. Facilè eodo ruorum scriptorum subtilitati & elegantiæ.

Subtilitas iudiciorum. Mart. lib. 12.

Intima quæstionum naturalium subtilitas. Quint. lib. 1. cap. 4.

Angusta subtilitas, Vide ANGVSTVS.

Inenarrabilis subtilitas, Vide INENARRABILIS.

Ludiera subtilitas, Vide LVDVS.

Habere subtilitatem in dubiis. Quint. lib. 1. cap. 7.

Subtiliter, pen. corr. Aduerb. {λεπτῶς} Cic. 1. Acad. Sed Zeno quum Archesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3.

Subtiliter & dilucidé. Cic. 1. Tusc. Si verò aut numerus quidã sit, animus, quòd subtiliter magis quàm dilucidè dicitur.

Versutè & subtiliter dicere. Cic. in Orat.

Disserere de aliqua re subtiliter & copiosè. Cic. pro Flac. 33.

Subtiliter iudicare. Cic. 6. Verr. Quod iste eruditus homo, & Græculus qui hæc subtiliter iudicat, solus intelligit: si vnam literam græcam scisset, certè non sustulisset.

Subtiliter & Magnificè opponit inter se. Quint. lib. 8. cap. 3.

Subtiliter numerum exequi, pro Minutatim. Liu. lib. 3.

De Repub. quid ego tibi subtiliter? tota periit. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 21. hoc est, Quid minuta persequar?

Causas priuatas & tenues agere subtilius, capitis aut famæ ornatius. Cic. ad Pætum lib. 9. epist. 21.

Subtilissimè perpolitum. Cic. pro Cornel. Balbo, A quo hæc quæ ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita.

Subtimeo, subtimes, penultima correpta, subtimui {ὑποφοβέομαι} subtimere, Aliquantulum timere, subuereri, subformidare. Cicero 2. Philippica. Nunquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtraho, subtrahis, subtraxi, subtractum {ὑφαιρέω, ὑφέλκω} subtrahere, De medio auferre. Plin. lib. 11. cap. 18. Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouid. in Ibin,

Subtrahitur presso mollis arena pede.

Solum subtrahitur. Virg. 5. Æneid.

Subtrahere fuga. Cæs. 8. bel. Gall. Magna autem impedimenta oppidanorum videret, quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur, essugere, &c.

Subtrahere è pondere. Plin. lib. 33. cap. 9.

Subtrahere aliquid alicui. Plaut. Casina. 4.

Subtrahere aliquem bello dicitur morbus. Liu. Decad. 1. lib. 8. Furium grauis morbo impleritum fortuna bello subtraxit.

Subtrahere se, id est, otium amare & dignitates refugere. Plin. in Paneg. O rem memoriæ, literísque mandandam, præfectum Prætorij, non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere: eundémque otio, quem pertinaciter amer, reddere.

Subtrahere se à curia. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. 10. Quo ego me libentius à curia & ab omni Reip. parte subtraho.

Amplexu alicuius subtrahere se. Virg. 6. Æneid.

Aspectu alicuius subtrahere se. Virg. 6. Æneid.

Colla iugo subtrahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 2.

Subtrahere aliquem famæ. Plin. epist. 145.

Subtrahere aliquem inuidiæ. Plin. de Vitis illust.

Subtrahere aliquẽ iudicio. Liu. 6 ab Vrbe, Cui iudicio eum mors adeò opportuna, vt volnutariam magna pars crederet, subtraxit.

Subtrahere se labori. Colum. lib. 1. cap. 9. Id minimè conducit agricolæ, seu quia nemo suum proprium aliquod opus esse credit:

seu quia quum enixus est, non suo, sed communi officio profici? ideoque labori multum se subtrahit.

Subtrahere se potestati dominorum. Martianus in l. Interdum. §. serui. D. de public. & vectigal.

Materiam furori alicuius subtrahere. Cic. pro Domo sua.

Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. Cic. 3. de Oratore.

Timor ipse subtrahit vires. Ouid. epist. 14.

Subtrahere & adimere alicui vicarii sue diligẽtiæ. Cic. pro Mure.

Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum cui Remp. cupio tradere incolumem ab his tantis periculis defendendam.

Subtrahere aluum. Celſ lib. 3. cap. 4.

Subtractus, Participium. Vlpian. in l. Sed si mors. D. De dona. Vt nunc plenissimam habeat infinitatem quando ab hac luce fuerit subtractus.

Subtriſtis, & hoc subtriſte, {ὑπομελαγχρὼς} Aliquantulum tristis. Terẽt. And. 2. 6.

Subtriſtis visus est esse aliqnantulum mihi.

Subtundo, subtundis, subtudi, penul. corrept. subtusum, penul. prod. {ὑποκόπτω} subtundere, Idem quod simplex, vel aliquantum tundere. Tibul. lib 1. eleg. 10.

Fler teneras subtusa genas, sed victor & ipse.

Flet sibi dementes tam valuisse manus. Hoc est, genas habens aliquantulum tusas, seu percussas.

Subturpis, & hoc subturpe, Adiect. {ὑπαισχὴς} Parum turpe. Cic. 2. de Orat. Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea, quæ videantur & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia.

Subturpiculus, pen. cor. Diminut. Cic ad Atticũ, lib. 4. 74. Quidã etiam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse συνῳδία.

Subtus, Aduerbium {ὑποκάτω, τὰ} Idem quod sub. Vatro 1. de re Ruſt. ca. 9. Labris subuigris aut rubricundis, neque tesimis superioribus, neque pendulis subtus, mento suppresso. Lucret. lib. 6.

Exemplò subrus frigescit terra, coitque.

Subtuſus, pen. prod. Vide SVBTVNDO.

Subucula, subuculæ, pen. cor. {ὑποκάμισον} Genus vestis, quæ ferè ex lino fit. Dicta, quòd ea subrer induamur. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1 Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam, & indusium. Horat. 1. epist. 1,

-si forte subucula pexæ Tria subest tunicæ. In quem locum sic ait Acrõ. Subucula propriè dicitur pannus additicius, à subiiciendo, vel à subsuendo. Intelligit Acron. quam vulgò *foderaturam* vel *duplicaturam* appellant.

Subucula apud Suetonium in August cap. 82. videtur acci pro eo quod dicimus, *Pourpoint* vel *Chemise rouge ou de blanchet*. Hyeme (ait) quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & fœminalibus & tibialibus muniebantur.

¶Subucula, Libum quod diis dabatur ex alica, oleo, & melle compositum. Festus.

Subuecularus, pen. prod. Adiect. {ὑποκαπνωτὸς} Subucula indutus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nec à verbis modò, sed à nominibus quoque detruncata sunt quædam, vt à Cicerone subuecularus, & ab Asinio fimbriatum & figulatum. Alij legunt Sullaturit.

Subuectio, Subuecto, Subuectus, vide SVBVEHO.

Subuecho, subuehis, subuexi, subuectum, {ἀναχομίζω, ἀποκομίζω} subuehere; Extollere siue portare. Plin. lib. 34. cap. 1 Sæpe etiam lapides subuehunt; portantes aliena pondera. Liu. 9. ab Vrbe, Nam infestis omnibus viis per quas comeatus ex Samnio subuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præsidio erãt, legatos misere ad Consulem Romanum. Stat. 3. Sylu. 2. -quali te subuehat aura Doris.

Subuehi flumine auerso. Liu. 4. bel. Pun. Nuntiantes, Philippũ primùm Apolloniam tentasse, leuibus biremibus L X X flumine aduerso subuectum.

Subuehere naues amne contrario. Plin. lib. 21. cap. 12.

Subuehi ad aream. Virg. 11. Æneid.

Subuehere in altitudinem. Plin. lib. 36. cap. 12.

Subuehe, Subtus veho. Lucret. lib. 5,

Aſt alium subter, contrà qui subuehat orbem. Hoc est, alium esse aërem sub pedibus nostris, qui cælum extrinsecus subuehat & sustollat, quemadmodum videmus à fluuiis rotas & haustra subleuari & circumuersari. Lambinus.

Subuecto, subuectas subuectare, frequentatiuum. Plau. Asin. 7,

Ipsos qui tibi subuectabant rure huc virgas vlmeas. Vir. 6. Aen.

Et ferruginea subuectat corpora cymba.

Subuectio, subuectionis, {ἀναγωγὴ} Verbale. Cæsar 7. bel. Gall. Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret.

Subuectus, subuectus, subuectui, {ἀναγωγὴ} Idem. Tacit. lib. 15. Et prouisi antè commeatus, quorum subuectu, &c.

Subuenio, subuenis, pen. corr. subueni, pennul. prod. subuentum, {βοηθέω} subuenire, Interuenire. De hoc significatu nullũm exemplum reperi.

¶Subuenire, Adiuuare, propitium esse. Plau. Aulul. 13,

Apollo quæso subueni mihi, atque adiuua.

Subuenire inopi. Cic. ad Catonem, libro 15. 4. Cumque eo animo veniſſem, vt vtrique prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem.

Succurrere & subuenire. Cæsar 5. bel. Gall.

Homini iam perdito, & collum in laqueum inserenti subuenire. Cicero 6. Verr.

Curis subuenit sententia. Stat. 1. Thebaid.

Dolori subuenire. Plin. li. 26. cap. 5.

Sanguinem expuentibus subuenit agaricum. Plinius libro 26. capit. 7.

Subuenire festinanter.Celſ.lib.3.cap.18.
Erroribus subuenire.Cic.4. Acad. Nam qui voluit subuenire erroribus Epicurus,is qui videtur conturbare veri rationem &c.
Grauedini quæſo omni ratione subueni.Cic.Att.lib.16.334.
Acrioribus ſaluris ſuæ remediis ſubueniendum putauit. Cicero pro Cluent.
Solicitudini alicuius ſubuenire, Opem ferre,adeſſe. Cic.ad Curionem,lib.2.5.
¶ Subuenitur, pen.pro.Impersonale.Cic.de Aruſp.respon. Idémque earum remplum inflammauit dearum,quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur.
Huic rei ſubuentum eſt. Cic.ad Att.icum, lib.1. 12, Huic quoque rei ſubuentum eſt maximè à nobis.

Subuenturus,pen.prod. {ὑπηκουόπον} Particip.Ouid. 2.Amor.eleg.16,
Quod ſi Neptuni ventura potentia vincat,
Et ſubuent uros auferat vnda deos.

Subuento,ſubuentas,ſubuentare,Frequentatiuum.Plaut.Rud.6.11.
Spes bona obſecro ſubuento mihi.

Subuentanea oua,quæ & Zephyria, & irrita, & hypenemia vocantur, Vide Eraſmum in Adagio,Subuentanea paut. Et Ariſtot.de Hiſtor.animalium.

Subuerbuſta,Feſto eſt ſubuerberibus vſta,Licentia& petulantia comica vocabulo è multis coagmentato. Sic,Vri virgis ferróque ſecari,dixit Horatius.Ex Turnebo.Sed & ſubuerbuſtum apud Septimiú in libro de Pallio reperimus.

Subuereor,ſubuereris,pen prod.ſubueritus ſum {ὑποπτήσσομαι} ſubuereri,Aliquantum vereri.Cic.ad Marcellú lib.4 10, Venit enim mihi in mentem ſubuerert interdum,ne te delectet tarda deceſſio.

Subuerto,ſubuertis,ſubuerti,ſubuerſum {καταφέρω} ſubuertere,Verbum ruſticum, id ſignificans quod fit dum terra vel aratro , vel alio quouis inſtrumento ſuper ſemina conicitur, & ita vndecunque vertitur, vt ipſum ſemen operiatur. Colum.lib 11.cap.2.Idem qui lupinum ſtercorando agri cauſa ſerit,nunc demum aratro ſubuertit.
¶ Subuertere, Demoliri,deſtruere Saluſt.in Iugurth.Probarént ne tantum flagitiſi, an decretum Conſul.s ſubuerte.ent, patrú cõtabat.
Operum ſubuertere moles.Ouid.6.Faſt.
¶ Subuertere,pro Perdere calumniis.Tacit.lib.3.Quum omnis domus delatorum interpretationibus ſubverteretur.

Subuerſus,Participium {καταστρεμμένος} vt Maieſtas ſoliorum ſubuerſa iacet.Lucret.lib.5.

Subuerſo, ſubuerſas,ſubuerſare,Frequentatiuum.Plaut.Cur.9,
Vel qui ipſi vortant,vel qui alij ſubuerſandos præbeant.

Subuexus , Adiectiuum {ἀνοφορὸς} vt conuexus dicitur, & deuexus.
Liu.5.bel.Pun.Omnia faſtigio leni ſubuexa.

Subuiridis,& hoc ſubuiride, pen. cor. {ὑπόχλωρος} Aliquãtum viride.Plin.lib.47.cap.10.Balanitæ genera duo habent, ſubuiride,& Corinthij æris ſimilitudine.Idem lib. 25. cap.9. Therionaca fruticoſa, foliis ſubuiridibus,flore roſeo.

Subula,ſubulæ, pen.cor.{ἰσπὸς} Inſtrumeutum cerdonum , quo ad perforandos calceos ac ſuendos vtuntur.Martial.lib.1,
Quodque tibi tribuit ſubula,ſica rapit. Columel.lib 6. capit.5. Ænea ſubula pars auriculæ latiſſima circunſcribitur,ita,&c.

Subulo,eſt Feſto Tibicen Hetruſca lingua:quod vocabulum ſoni imitatione factum eſſe putat Turnebus, vt ſit ſubulo tanquam ſibilo.
Subulones dicũtur cerui, quibus ſunt cornua ſimplicia,minimèque ramoſa,ad ſubularum ſimilitudinem.Plin.lib.11.cap.37. Alius ſimplicia tribuit,vt in eodem genere ſubulonibus ex argumẽto dictis. Idem.lib.28 cap.17.

Subulcus,ſubulci,m.g. {συβώτης,συοφορβός,ὑοβότης,ὑέβοσκος} Qui ſuú dux eſt:cuíque porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. Varr.de Reruſt.lib.2.cap.4. Aliutudinis haræ modus ſit,vt ſubulcus facilè circunſpicere poſſit,nequis porcellus à matre opprimatur. Colum.in Præfat. lib.1. Porcilatoris verò & ſubulci diuerſa profeſſio , diuerſæ paſtiones.
Hircoſus ſubulcus.Id eſt malè olens. Martialis lib.10.ad Publium epigram.5.à fine.
Hircoſi mihi filios ſubulci.
Tardus.Virg. Eclog.10,
Venit & vpilio,tardi venere ſubulci.

Subuolo,ſubuolas,pen.cor.{ὑποπτάμαι} ſubuolare,Paululum volare, vel ſurſum volare. Colum,lib. 8.cap. 8. Pulli verò facilius ſub matribus pingueſcunt , ſi iam firmis prius quàm ſubuolent , paucas ſubtrahas pinnas,& obteras crura, vt vno loco quieſcant. Ouid.14. Metamorph.
In cæleſtem locum ſubuolare. Cic.1. Tuſc. Eam porrò naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum,vt quaſi partita habeant inter ſe & diuiſa momenta,vt terrena & humida ſuopte nutu,& ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur:reliquę duę partes,vna ignea , altera animalis , vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur & pondere, ſic hæ ſurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſubuolent , ſiue ipſa terra ſuperiora appetente,ſiue quòd à grauioribus leuiora natura repellantur.

Subuolturius,Vide SVBVOLTVRIVS.

Subuoluo,ſubuoluis{ὑποκυλίνδω}ſubuoluere.Virg.1.Æneid.
Inſtant ardentes Tyrij pars ducere muros,
Molirique arcem,& manibus ſubuoluere ſaxa.

SVBVRE {σῦς} eſt Hiſpaniæ oppidum ad flumen Rubricatum,vt ſcribit Plin.lib.3 cap.3.vulgò *Cubelles*.Oliuarius in Melam dicit nunc vocari Siges.

Suburbia,ſuburbiorum , neutri generis,plu.num.{περάστεια} Quaſi via ſub vrbe , hoc eſt vrbi contigua : ſunt frequentes extra vrbem domus inſtar vici vrbani ædificatæ.Cicero 12.Philip. Hiſce ego meviis commitram, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerterer, ite non auſus ſim?Idem ad Quint. fratrem, lib. 3.17. In eius ſermone ego vtrunque ſoleo admirari , & te de ſuburbano emendo,quum ad illum ſcribas, non modò ad me non ſcribere , ſed

etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribere.Vetus exemplar de ſuburbano legit.

Suburbanum,ſuburbani,& pluraliter ſuburbana,pen.prod. {περάστεια} Significat prædium extra vrbem.Suburbana in plurali tantùm,ſignificat frequentias domorum extra vrbem , quæ tamen ſub vrbe ſunt. Plin.epiſt.11.lib 3.Fui apud illum in ſuburbano.Sueton.de Auguſto, cap 6. Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Veli.tas permodicus.
Deportare aliquid in ſuburbana amicorum.Cic.3.Verr.

Suburbanus,pen.prod.Adiectiuum {περάστειος} vt Suburbanus ager,qui vrbi vicinus & proximus eſt. Cic.2.de Diuin.Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani,nõ ad arcẽ vrbémque retinendam.
Fundus ſuburbanus.Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.17.
Gymnaſium ſuburbanum.Cic.1.de Orat.
Hortus ſuburbanus.Cic.pro Rabirio Poſthum.
Hortulus ſuburbanus.Plin.lib 35.cap.10.
Littora ſuburbana.Plin.lib.9.cap.18.
Regio ſuburbana Italiæ.Colum.lib.11.cap.2.
Ruta ſuburbana.Horat.1.epiſt.9.
Rus amœnum & ſuburbanum.Cic.pro Roſc.Amer.
Villa ſuburbana.Catul.ad Fund.41.

Suburbanitas,peaultima correcta ſuburbanitatis {τὸ περαστεῖον} Cicero 4. Verrina, Sic Populi Romani iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ.

Suburbicarius , a, um : Suburbicariæ regiones & ſuburbicatiæ partes in l. 9. De annonis & tribut.in C. Theod. l. 12. De extraordinar. muner. eod.C. & l.12. de indulgen. debitor.& in Notitia Imperij Romani, vbi de Comite rerum priuatarum per occidentem tractatur.

Suburgeo,ſuburges,ſuburgere,pen.prod.Virg.lib.5.Æneid.
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem:
Namque furens animi,dum proram ad ſaxa ſuburget
Interior,ſpatióque ſubit Sergeſtus iniquo,
Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit. Suburget,aliquantum vrget. Ad ſaxa,quæ Menetes prudenter vitarat , quæque Cloanthus feliciter perſtanſierat.Interior, ſiniſterior,ab læua parte.Siquidem paulo antè dixerat,
Ille inter nauémque Gyæ,ſcopulóſque ſonantes,
Radit iter læuum interior. Spacio iniquo , nimis arcto , non ſatis magno pro captu Centauri ſuæ nauis,angusto.

Suburo,ſuburis,pen.prod.ſubuſſi,ſubuſtum,ſuburere,pro Leuiter vrere.Sueton.in Auguſto, cap. 68.Solitúſque ſit crura ſuburere nuce ardenti,quo mollior pilus ſurgeret.

SVBVRRA,Suburræ{τσατζές} Vicus.Romæ à quo regio Suburrana dicta eſt,vt ſcribit Iunius: ab eo quòd fuerit ſub vrbe antiqua. Varro verò li.4.de Ling.Latin.à pago Succuſano,putat dictã Succuſanam:de inde mutatis literis Suburram . Nunc , ait ibidem Varro, ſcribitur tertia litera c, non b. Pagus Succutanus , quòd ſuccurrit carinis. Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia , Quid quæ ſcribuntur aliter quàm enuntiantur?Paulo poſt,Suburra quum tribus literis notatur, c tertiam oſtendit. Vide etiam Pompeium Feſtum lib.17.in verbo SVBVRRA.Hinc Suburranus.pen.prod.Adiectiuum,vt Regio Suburrana , in qua meretricum diuerſoria erant : quæ ob id Suburranæ dicuntur à poëtis. Hæc Sipontinus ex Feſto. Martialis libro 6,
Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Suburra,&c. Liu.3. ab Vrbe.Si haud multo poſtquam peſtilentia in vrbe fuerat , in iuuentutem graſſantem in Suburra inciditſſe. Plin.lib.8 cap.3.Itaque quatuor ſolæ erant à partibus vrbis, in queis habitabant,Suburrana , Palatina , Collina, Exquilina.Horar.Epod.5,
Latrent Suburranæ canes.

Subuulturius, Adiectiuum {ὑπογύπιος} Corpus ſubuulturium Plauto, dictum rapiens ad ſe homines, quemadmodum ſolent vultures, Rudente.11,
-eia corpus cuiuſmodi
Subuulturium?

SVCCASSES Aquitaniæ populi,apud Plinium lib 4.cap.19.

Succedo,ſuccedis,pennult.prod.ſucceſſi,ſucceſſum {ὑπαγομαι,διαδέχομαι,ἀπαγκαθίσταμαι} ſuccedere , Subire. Datiuo iungitur. Virgilius 3.Georg.
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere,& vmbræ,&c.
Succedere,Ingredi.Virg.8 Æneid.
Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Idem 4.Æneid.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ.Ouid.11.Metam.
Antro ſucceſſimus. Virg 5.eclog.
Succedere muris,portis,&c.Liu.3.bel.Pun.Cæſ.2.bel.Gall.
Tectis ſuccedere, Domum ingredi.Ouid.2.Metam.
Terris alicuius ſuccedere.Virg.7.Æneid.
Imo ſucceſſit tumulo.Virg.5.Æneid.
Acies Romana ſucceſſit vallo,Vide ACIES.
Paruæ ſuccedimus vrbi.Virg.3.Æneid.
Ad muros ſuccedere.Liu.8.ab Vrbe,82.Ibidem.lib.1. Albano non plus animi erat,quàm fidei:nec manere ergo, ne tranſire aperté auſus,ſenſim ad montes ſuccedit.
Aliquò ſuccedere. Cic. pro Domo ſua,Tectum quo imbris vitãdi cauſa ſuccederet,nullum haberet.
Murum ſuccedere.Tacit.lib.2.
Minutarim ſuccedere.Lucret.lib.6.
Subire & ſuccedere ſub acumen ſtyli. Cic.1.de Orat. Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.
Succedere,In alterius locũ venire. Cicero in Piſonem, Quum tu non ſolùm quòd tibi ſuccederetúr,ſed quod Gabinio nõ ſuccederetur,exanguis & mortuus conciditi.Idem ad Caſſium, lib. 12.4. Dolabella valdè vituperabatur ab hominibus non inſulsis,quòd tibi tam citò ſuccideret.
Succedere in locum alterius. Cicero ad Brutum, 13. Sororis meæ liberos

liberos obliuiſcatis eſſe Lepidi filios,méque his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes.Idem 3.Offic. Quid ergò hic non noceat qui quodam quaſi veneno perficiat vt veros heredes moueat , in eorum locum ipſe ſuccedat.
In vicem alterius ſuccedere.Plin,lib.11.cap.37.
Succedere in orbem prælio.Liu.6.ab Vrbe.
Succedere in pugnam.Liu.9 ab Vrbe.
Succedere in paternas opes.Liu.1.bel.Pun.
Succedere ſub primam aciem.Cæſar 1.bell.Gall.
Succeſſit vicarius muneri alterius. Cic.6. Verr.Succedam ego vicarius tuo muneri,ſuſcipiam partes quas alienas eſſe arbitrabar.
Ad ſummum ſuccedere honorem, Conſcendere. Lucret.lib.5.
Alicui ſuccedere.Cic.de clar.Orat.
Proximè alicui ſuccedere.Quincil.lib.1.cap.9.
Si proinde vt ipſe mereor,mihi ſucceſſerit.Plane.Cic.lib.10.4,
Nihil ſemper floret,ætas ſuccedit ætati.Cic.11.Philip,
Honori alicuius ſuccedere.Ouid.2.Metam.
Orationi ſuccedere.Cic.pro Corn.Balbo.
Magnis ſuccedere, & æquales habere.Cic.in Orat.
Succederi e in tabernaculum,pro Subire.Curtius lib.4 Strenuéque opere perfecto,in tabernaculum, ex quo tota acies hoſtium conſpiciebatur,ſucceſſit.
¶ Succedere {προκοπτῶ} Proſperè cedere,& euenire.Tere. And 4.1, Hæc non ſucceſſit,alia aggrediemur via.Liu.8.ab Vrbe.
Si quando minus ſuccedet, magnum tamen periculum non adibit.Cic.in Orat.
Succedit ex ſententia.Cic.ad Brutum,9.Nos te,tuúſque exercitum expectamus,ſiue quo,vt reliqua ex ſententia ſuccedant,vix ſatis liberi videmur fore.
Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita.Cic. Qu.fratri, lib.2.15.
Melius ſuccedit tempus.Cæſ.3.bel.Ciuil.
Succedere,Proſperè cedere , &c. Cum datiuo. Liu.lib.1.bel.Pun. Non ita proſperè vbi ita ad effectum operis ventum eſt,cœptis ſuccedebat.
¶ Succeſſit,pro Accidit.Plin.lib.28.cap.8. Quòd ſi ſucceſſerit alienari mente,ac vel ex equo hominem decidere.
¶ Succeſſum eſt,Impersonaliter. Cic. ad Plancum, lib. 13.30. Qui eùm fortè Quæſtor Macedouiam obtineret;neque ei ſucceſſum eſſet,Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit.

Succerda,ſuccerdæ {ὕλοχος} Stercus ſuillum. Titinnius,
Quid habes, niſi vnam arcam ſine claue,eò condis ſuccerdas? Feſtus,Forteſſe ſcribendum Sucſerda,vt Muſcerda.

Succerno, ſuccernis,ſucerui,ſucretum,pen.prod. {ὑποκρυβίωλιον,ὑποκρυβίωνα} ſuccernere,Separare,ſecernere.Plin.lib.18.cap.11. Farinario cribro ſuccernunt.Plaut.Pſeud.7,
Nam iſte quidem gradus ſucretus eſt cribro pollinario.
Succernere de.Cato cap 37.Partem de nucleis ſuccernito, & in la eum coniicito.

Succeſſor,Succeſſoris {διάδοχος} Qui ſuccedit.Martial.lib.9,
Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres. Cic.ad Qu. fratrem,lib.1.2.Succeſſorem habes perblandum.
Succeſſorem mittere vel dare alicui,eſt quod nũc *Officium auferre* vulgò dicimus Lampridius de Alexandro,Si vnquam alicui præſentium ſucceſſorẽ dedit,ſemper illud addidit,Gratias tibi agit Reſpu. Capitolinus in Antonium , Succeſſorem viuenti iudici nulli dedit, niſi Orphito præfecto vrbis. Budæus. Ouid.4. Triſt.eleg.9.Idem 4. de Ponto, eleg.9.
Succeſſor tanti frater honoris erit.
Quum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. Cicero pro Flacco.
Præſinit enim ſucceſſori diem.Cic.de Prouinc.Conſul.

Succeſſio,ſucceſſionis, Verbale {διαδοχή} Plin.lib.12.cap.14. Ferúntque RMM non amplius eſſe familiarum , quæ ius per ſucceſſiones id ſibi vindicent.
Succeſſio in locum. Brutus ad Atticum in epiſt.ad Brutum , 17. Quid hoc mihi prodeſt , ſi merces Antonij oppreſſi poſcitur,in Antonij locum ſucceſſio?
Succeſſio voluptatis.Cicero 1.de Finib. Vt enim cum cibo potionéque fames ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionẽ adfert voluptatis:ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.
Succeſſio prouinciarum. Cælius ad Ciceronem,lib.8.1. Præterea Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione Prouinciarum Galliarum.

Succidia,ſucceſſio neceſſaria,vt vult Nonius.Cic.de Senect. Iam hortum ipſi agricolæ , ſuccidiam alteram vocant. Dicitur & ſuccidia, quod eſt laridum. Hæc ille.

Succedaneus , a , um , Adiectiuum {διαδεκτικὸς} Suppoſitus vicarius. Plautus Epid. 3,
Vt meum tergum ſlultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? Legitur & ſuccidaneum,pro eodem.
Succedaneus alieni periculi.Vlpian.D. De adminiſtratione tutorum.l.Si plures.

Succeſſiuus,pen.prod.Adiect. Lactantius De opificio Dei cap.12 , Mirabile inſtiturum Dei eſt, quod ad conſeruationem generum ſingulorum,duos ſexus maris ac fœminæ machinatus eſt, quibus inter ſe

per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiua ſoboles pareretur , ne omne genus viuentium conditio morta.itatis extingueret.

Succeſſorius.Adiect. Paul.in l.1.D.de iur.& fact.ignor. Ignorer autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem competere.

Succendo, ſuccendis, ſuccendi, ſuccenſum {ὑποπιμπράω} ſuccendere, Incendere. Liu.8.bel. Pun. Quum turbam fœminarũ puerorũmque imbellem inermémque ciues ſui cæderent , & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque iniicerent corpora,&c.
Crines ſuccendit flamma.Lucan.lib 6.
Claſſica ſuccendere cantu.Lucan.lib.6.

Succenſus,Participium {ὑποπεπυρωθείς,ὑποπυρέω} vt Ignibus ſuccenſis torreri.Cic.in Piſonem.
Amore alicuius ſuccenſus.Ouid.epiſt.21.
Ira ſuccenſus.Silius lib.1.
Merò multo ad bella ſuccenſi Lapitæ.Senec.Here.fur.9.
Ira ſuccenſa rabie.Claud.7.Paneg.
Mentes ſuccenſas agit libido.Senec.Hippol 4.

Succenſeo, ſuccenſes, ſuccenſui {νεμεσάω} ſuccenſere,In re graui,& iuſta iraſci,vt aic Donatus. Idem alio loco,Succenſere,inquit, is dicitur,qui quum amare debeat,læſus irascitur.Plaut.Aſin.3,
-aut cur poſtremè filio ſuccenſem,
Patres vt faciunt cæteri? Idem Capt.12,
An obſecro hercle te,id nunc ſuccenſes mihi? Id eſt,an propter id; vt interpretatur Donatus. Terent.And.2.3,
Si id ſuccenſeat nunc. Ibidem,4.1.Cic.ad Att.lib.2.16, Mihi quòd defendiſſem,leuiter ſuccenſuit.Ouid.epiſt 16,
Nec tamen irascetur quis enim ſuccenſet amanti?
Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas : illud vereor , ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpiceere.Cic.pro Dotato.
Dij hominib irati & ſuccẽſere cõtuerũ.Cic.pro Roſc.Comœd.

Succentiuus, Vide SVCCINO.

Succenturio, ſuccenturiãs {ὑποκαταγράφω} ſuccenturiare , Propriè ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere, autore Feſto, A re militari tranſlatio facta,vt ait Donatus.

Succenturiatus,pen. prod. Aject. {ὑποκαταγεγραμμένος} vnde Succenturiati milites dicuntur non primæ,ſed ſecundæ centuriæ, vbi ad inſidiandum maximè collocabãturiæ quo in ſuccenturiis,quaſi in inſidijs, quemplam poſitum appellamus. Terent.Phorm 1.4,
Nunc prior adito rutego in inſidiis hîc ero Succenturiatus.

Succerda, ſuccerdæ {ὕλοχος} Stercus ſuillum. Titinnius,
Quid habes, niſi vnam arcam ſine claue,eò condis ſuccerdas? Feſtus,Forteſſe ſcribendum Sucſerda,vt Muſcerda.

Succerno, ſuccernis,ſucereui,ſucretum,pen.prod. {ὑποκρυβίωλιον,ὑποκρυβίωνα} ſuccernere,Separare,ſecernere.Plin.lib.18.cap.11. Farinario cribro ſuccernunt.Plaut.Pſeud.7,
Nam iſte quidem gradus ſucretus eſt cribro pollinario.
Succernere de.Cato cap 37.Partem de nucleis ſuccernito, & in la eum coniicito.

Succeſſor,Succeſſio, Vides VCCEDO.

Succido,ſuccidis,ſuccidi ſucciſum,pen.prod.{ὑποτέμνω,ὑποκόπτω} ſuccidere, Ex ſub & cædo.Plin.lib.16. cap.12. Poſtea tota arbor ſuccidi-tur,& medulla eius vritur.Ouid.4.Faſt.
Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis.
Trunco ſucciſa fagus.Senec.Here.Oetco,13.
Nemus ſucciſum.Lucan.lib.4.
Segetes ſuccidere.Virg.1.Georgic. Cæſar 4.bel.Gall. Omnibus eorum agris vaſtatis,frumentis ſuccifis,&c.
Seges ſuccidituri ſe.Silius lib.15.

Succidaneus, Adiectiuũ {ὑποτρέφιμος} vnde Succidaneæ hoſtiæ dicebantur,quæ ſecundo loco eędebantur.Apud veteres enim, ſi primis hoſtiis litatum non fuerat,aliæ poſt eaſdem ductæ, hoſtiæ eędebantur duæ, quæ prioribus iam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebãtur.
Succidaneus,Pro Vicario,Vide ſuccidaneus in SVCCEDO.

Succidia,ſuccidiæ {τυρίχια} Tergum,ſiue maſſa carnis porcinæ ſalitæ, & in neceſſarium vſum ſeruata:quæ quoties opus eſt,ſuccidítur,Nonius ſuccidiá pro lardo exponit. Succidia autem continet pernam, petaſonem,& lardum.Varr.lib 4. de Ling.Lati. Non à ſuccidendo, ſed à ſuibus cædendis, ſiue edendis,nam id pecus primum occidere cœperunt domi , & vt id ſeruarent, ſalire. Idem de Re ruſt. lib. 2. cap.4. Ignauum & ſumptuoſum eſſe , qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario , quàm ex domeſtico fundo ? Ibidem, E queis ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueuerunt. Rectius itaque ſuccidam à ſuceo dici putaueris. Proinde penultimam habet correptam,quæ in Succido producitur.
Succidia,per tranſlationem.Cic.de Senec.Iam ortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant.Id eſt,vt ait Nonius,ſucceſſionem rẽ ceſſariam.Quem Ciceronis locum facit illuſtriorem Plin. lib.19 cã. 14.Hortorum Cato prædicat caules. Hinc primùm agricolæ æſtimabantur priſci,& ſic ſtatim faciebant iudicium,nequam eſſe in domo mãtremfamiliãs (etenim hæc cura fœminæ dicebatur) vbi indiligens eſſet hortus. Quippe è carnario aut macello viuẽdũ eſſe. Indiligens hortus,id eſt indiligenter cultus.

Succida, ſuccidæ, pen.cor. Lana ; à ſuccidendo , vt quidam volunt: quòd talis ſit, qualis ſucciſa eſt:hoc eſt , plena ſordibus. Varr. de Re ruſtic.lib.2 cap.11.à ſudore deriuat:dicit enim,Touſuræ tempus inter æquinoctium vernum & ſolſtitium , quum ſudare inceperunt oues , à quo ſudore recens lana tonſa, ſuccida eſt appellata. Rectius itaque ſuccidam à ſuceo dici putaueris. Eſt enim ſudor velut ſuceus lanæ recens tonſæ. Proinde penultimã habet correptam quæ in Succido producitur.Iuuenal.Satyr.5.
Qualis ſcena tamen? vinum quod ſuccida nolit
Lana pati.
Succina lana inuolutum. Celſus lib.4.cap.4.de tuſſi, Imponendáque extrinſecus ſupra id quod dolet,lana ſuccida ex aceto eſt.

Succidus,Adiectiuum,Succulentus,& bene habens:Plaut.Milit.
Lautam vis,an quæ nondum ſit lauta? Siecam,ſuccidam.Id eſt;volo

quæ nõdũ laner, sed sicca sit, quæ tamẽ sit succulẽta, & bene habita. Hoc autem eo est lepidius, quòd ailusum est ad lanam, quæ illota succida est. lauta, iam non succida. Turnebus.

Succisiuus, pen. pro. {σπάσμοδικος} Adiectiuum, vnde Succisiuum tẽpus, dicitur quod subtrahitur & succiditur à rebus necessariis & vigentibus, vt ad aliquem vsum accommodemus. Geil. lib. 20. cap. 11. Quantum autem vitæ mihi deinceps deũm voluntate erit, quantũmque à cura publica, & à re familiari, procuradó que cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia succisiua & subsecundaria tempora ad colligendas huiusce modi memoriarum delectationculas conferam. Cic. 1. de Legib. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: vt siqui die sad rusticandum dati sint, ad eorum numerum accommodentur quæ scribimus. Alij scribunt Subcisiuus, alij Subseciuus, Vide SVBSECO.

Succisiuæ operæ, quæ post necessarias fiunt, & quasi intermissarię. Cic. 2. Philip. Nec verò tibi de versibus respondebo: tantùm dicam breuiter, neque illos, neque vllas ie omnino literas nosse: me nec Reip. nec amicis vnquam defuisse: & tamen in omni genere monimentorum meorum perfecisse operis succisiuis, vt meæ vigiliæ, mexque literæ, & iuuẽtuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Idem 2. de Orat. An se nescire, quæ ego tero quę curtim arripui, quæ succisiua operis, vt aiunt iste à puero summo studio, summis doctoribus?

Temporum succisiua. Substãtiué. Quint. lib. 1 cap. 12. Quibus potius studiis hæc temporum velut succiua donabimus?

In succisiuum esse, Mensorum agrorum apud antiquos locutio aliquid præter id quod demetiẽdum erat, superesse videbatur. Varr. 1. de Re rust. cap. 10. Ad hoc principiò mensores nonnunquam dicunt in succisiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerint.

Hinc subcisiua apud Suetonium in Domitiano cap. 9, Subcisiua, quę diuisis per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus possessoribus vt vsucapta concessit. Quem locum exponens Beroaldus, In codicibus, inquit, luculentorum scriptorũ multiuigis modò subiciua, modò subcisiua scribi deprehendes. Eadem tamen huius verbi vis est, & significantia. Nam subcisiua dicuntur, quæ subcisa sunt, & quasi subtracta: à subcidendo dicta, quasi relicta. Quod si subsiciua legeris à subsecando inclinabitur. Plinius in procœmio Naturalis historiæ, & Aulus Gellius in nouissimo Noctium Atticarum, subcisiua siue subsiciua tẽpora dixerunt, quæ subducta, subtractáque sunt, & veluti subcisa, siue subsecta à rebus necessariis. Eadẽ dictione vsus est Cicero in primo De legibus. Apuleius in vltimo de Asino aureo: Quid subsiciuum quanuis iteratæ iam traditioni remanssiset? vbi subsiciuum potuit pro reliquum. Iadem in edem significatione dixit in octauo: Ac me relictum solum, ac subsiciuum, cum fastidio plerique præteribant. Iridem Tranquillus subcisiua appellat portiunculas agrorum, quasi subcisas relictásve, quæ velut reliquiæ in diuidendis agris superfuerant. Talia Domitianus concessit veteribus possessoribus, qui videlicet illos agros prius possederãt, quàm veteranis diuiderentur. Idem Apuleius scribit in Apologia, Pythagoram animaduertisse exercitium, quod genus retis est, trahi à piscatoribus iuxta Metapontum in litore Italiæ suæ, quam subsiciuam Græciam fecerat, Vbi subsiciua Græcia accipi videtur, quasi pro subsecta, succisáque, & veluti secundaria Græcia, quæ est Italiæ portio, quam Græci magnam Græciam appellauerunt. Hęc Beroaldus, Vide SVBSECO. Aeginius Vbicus in Frontinum, Subsecina, inquit, ea dicuntur, ịquæ assignari non potuerunt, id est, quum sit ager centuriatus in loca cuita diuisus, quæ in centurias erant, quum centuria expleri non potuit, subsecium appellant. Hæc aliquando author diuisionis aut sibi reseruauit, aut aliquibus concessit, aut Reipublicæ, aut priuatis personis. Subsecium quidam vendiderunt, quidam vectigalibus certo tempore locant. Domitianus per totam Italiam subsecium possidentibus donauit. Hæc Agenius.

Succido, succidis, succidi, pen. corr. succasum {ὑποπίπτω} succidere, Quasi subtus cadere. Gellius, Iam continuo labore grauia genua succiderant. Plaut. Curcul. 7.

Tenebræ oboriuntur, genua media succidunt.

Artus succidunt. Lucret. lib. 3.

Succidere etiam dicuntur, qui cadunt in genua. Senec. de Prouid. Etiam si succiderit, de genu pugnat.

Succiduus, Adiectiuum {ὑποπίπτοντες} Quod est pronum ad casum, siue fermè cadens. Ouid. epist. 16,

Succiduo dicor procubuisse genu.

Gressus succidui titubant. Claud. 3. de raptu Proserp.

Poplitè succiduo genua intremuere. Ouid. 10. Metam.

Succidus, Vide SVCCVS.

Succingo, succingis, succinxi, succinctum {ὑποζώννυω} Succingere, Subtus cingere, vt solemus quo expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. Horat. 2. Serm. Saty. 6,

-veluti succinctus curritat hospes. Ouid. 13. Metam.

Illa feris atram canibus succingitur aluum,

Virginis ora gerens. De Scylla.

Vestem ritu succincta Dianæ. Ouid. 10. Metam.

Ministri succincti. Ouid. 4. Fast.

Succingere se canibus, armis, &c. pro Circundare & sepire copiis & potentia, vt ait Budæus. Cic. 7. Verr. Hoc etiam iste infestior, quòd multò se pluribus & maioribus canibus succinxerat. Liuius 1. bel. Pun. Si ex bellis bella serendo succinctus armis legionibúsque viuat.

Succinctus cultro qui cultrum succinctum habet. Liu. 7. ab Vrbe.

Ferro. Liu. 10. bel. Maced.

Pugione. Cic. 13 Philip. Galam eodẽ pugione succinctum videtis.

Gladio succinctus. Autor ad Herennium, lib. 4.

Pinus succincta comas. Ouid. 10. Metam.

Vrbs succincta portubus, circunsepta, ac munita. Cicero de Lege Agrar. Deleta Carthago est, quòd cum hominum copiis, tum ipsa

natura ac loco succincta portubus, armata muris, &c.

Nemus corpus succinctum. Plin. lib 20. cap. 17.

Terrore se succingere. Plin. in Paneg. Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit: armis enim arma irritantur.

Pectora succincta curis. Stat. 4. Sylu. 1.

Succinctus {ὑποζωσις} Nomen ex participio. Plin. lib. 16. cap. 10. Eadem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tribulos vocãt, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctoréque & enodes. Hoc est compactiores & densiores.

Succinctus, Agilis & paratus. Quint. lib. 2. cap. 2. At nũc proni atque succincti ad omnẽ claudum nõ exturgunt modò, sed etiã excorriũt.

Succingulum, succinguli, pen. corr. {ὑποζωστὴρ} Balteum inquit Festus.

Succino, succinis, pen. corr. {ὑποκαλέω} Succinere, Ex sub & cano compositum, quasi canendò subsequi, & inuicem respondere: vt solent mendici. Horat. 1. epist 18,

-clamat, Victum date, succinit alter,

Et mihi diuiduo findetur munere quadra.

Succentiuus, pen. prod. Adiectiuum: vnde Tibia succentiua apud Varronem de Re rust. lib. 1. cap. 2. Vide Incentiuus in INCINO.

Succinum, succini, pen. cor. {ἤλεκτρον} Græcis electrum, Germani gentilitio nomine *gleſſum* appellant: Autumno quibusdam pineti generis arboribus exudatur, & vt gummi ex cerasis, copia humoris erumpit, & rigore aut tepore autumnali densatur. Intumescente æstu raptum ex insultu Septentrionalis Oceani expuitur in litus, ibíque vadis inter cætera maris eructamenta rude colligitur. Ex Plin. lib. 37. cap. 3 Succinum nostræ officinæ (inquit Rullius) turáque, & vulgus medicorum *ambrium* vocant citrinam: Mauritani *karabe*. gestant nostræ mulieres decoris causa: quædam monilium vice: aliæ in orbiculis quibus suas preces numerant. Plin. lib. 37. cap. 4. Arboribus succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes.

Pinguia succina. Iuuenal. saty. 6.

Succinus, pen cor. Adiect {ὑποκορίσεις} vt Succina gutta. Mart. li. 6. ca. 15. Dum Phaethontea formica vagatur in vmbra.

Implicuit tenuem succina gutta feram. Pro Succineo.

Succineus, Aliud adiectiuum. Plin. lib. 22. cap. 23, Succineis nouaculis, aut argenteo apparatu comitante.

Succisiuum, tempus, Vide SVCCIDO, succidis, penult. prod.

Succlamo, succlamas, pen. prod. {βοηθῶ} succlamare, Idem, quod acclamare. Liu. ab Vrbe, lib. 3. Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos.

Succlamare ad. Liu. 10. ab Vrbe, Ain' tandem, inquit, num castra vallata hon haberis? ad hoc quum succlamatum esset: duplici quidem vallo, & fossa, & tamen in ingenti metu esse.

Succlamatum est & frequenter à militibus Brutus Ciceroni, 11. 13.

Succlamari dicitur aliquis de quo sermones palàm ac publicè habentur. Quintilian. Declam. 18 In illa virgine publica succlamat inuidia Item Declamat. 19. Omnium maledictis succlamatus, omnium denoratione damnatus est.

Succlamatio, Verbale {βοηθάνημα} Liu. 10. bel. Maced. Si ex eo quod aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem imperatorem significent, quid sentiant, &c. Idem. 8. bel. Pun.

Succollo, succollas {ἀναβιβάζω} succollare, Collum supponere, sustollere, subleuare cernicibus subiectis, quod propriè est eorum qui aliquem in lectica gestant. Sueton. in Othone, cap. 6 Succolatus, & à præsente comitatu imperator consaluratus, &c. Plin. lib. 35. cap. 10. Sunt in eius exemplaribus nobiles palustri accessu villæ, succolantium specie mulieres labentes, trepidáque feruntur.

Succonditor, succonditoris, Succonditores in factionibus circi ludísque circensibus illi erant, teste Turnebo, qui sub currum & iugum sese condebant, si fortè malè iuncti essent equi, aut loris se impedirẽt. Horum mentio est in epigrammate isto veteri M. Vispanio fulloni tinctori. M. Vispanio Mignioni viatori M. Vispanio Quartiano succonditori. M. Vispanio Eroti aurigatori. &c. Hæc ex priscis titulis eruit Turnebus.

Succrotilla, Verbum antiquum, Vox tenuis & alta.

Succosus. Vide SVCCVS.

Succresco, succrescis, succreui, succretum, pen. prod. {ὑποφύομαι} succrescere, Inferius vel paulatim crescere. Plaut. Trinum 3,

-interim mores mali quasi herba irrigua

Succreuerunt vberrimè. Col. lib. 4. cap. 14, Frequenter solum exercendum est, dum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur herbam succrescere. Ouid. 9. Metam.

Succrescere ætati alicuius. Cic. 3. de Orat. Non enim ille mediocris Orator vestræ quasi succrescit ætati, sed & ingenio peracri & studio flagranti.

Succrescere gloriæ seniorum. Liu 10. ab Vrbe.

SVCCVBAR colonia Tingitaniæ apud Mauros Plin. lib. 5. cap. 2.

Succubi, {ἐφιάλτης} dæmones dicuntur qui sub humana specie corporibus assumptis, se viris subiiciunt: Sicut Incubi qui mulieres inĩit.

Succuba, pen. cor. {παλλακὴ} dicitur quæ se alieno marito subiicit, & alienum thalamum violat. Concũbina. Ouid. epist. 6,

-lecti quoque succuba nostri

Mœreat, & leges sentiat ipsa suas.

Succula, Machina est in torculari, à scrophæ similitudine sic vocata. Vt. n. scropha vel succula porculos habet, vt comicus Plautus scribit. I directa cum succula & cum porculis: Eodem etiam modo suum hæc machina porculum habebat. Nam in media circiter succula batillus aut vncus, qui figebatur vt teneret funem, qui dum versabatur succula circumplicabatur, porculus vocatur. Cato de Re rust. Porculum in media succula facito. Turnebus.

Succumbo, succumbis, succubui, succubitum, penult. corr. {ὑποπίπτω, ὑποκλίνομαι, ὑπόκειμαι, ὑποδύομαι} succumbere, Subiici, subtus cadere. vt Succumbere oneri. Liu. 6. ab Vrbe, Cui succumbere oneri coacta plebes.

Genu flexo succumbere. Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

¶Succumbere, ad animum relatum, pro Frãgi, & ita debili animo esse, vt

esse, vt ferre audacter quidpiam nequeamus. Cic. 2. de Fin. turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere.

Succubuisse enim potius ipse. Cic. pro Domo sua.

Succumbentibus succumbere. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 16.

Subuenire succumbenti, oppresso oneribus alicuius. Cic. 2. de L. Agraria.

Animo succumbere. Cic. 2. Tusc.

Culpæ succumbere. Virg. 4. Æneid.

Doloribus succumbere. Cic. 1. de Fin. Vt enim mortis metu omnis quietæ vitæ status perturbatur: & vt succumbere doloribus, eóque humili animo imbecilló que ferre miserum est, &c.

Fatis succumbere. Lucan. lib. 8.

Fortunæ succumbere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 11. Nõ quo ita sim fractus, vt aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem.

Fortunæ cedere & succumbere. Cic 3. Tusc ul.

Labori succumbere. Cæsar 7. bel. Gall.

Precibus alicuius succumbere. Ouid. epist. 3.

Senectuti succũbere. Cic. de Senect. Quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & senex & cæcus. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec languescens succumbebat senectuti.

Virtutem turbæ succumbere vidit. Ouid. 5. Metam.

Oculi succumbunt. Ouid. 1. Metam.

Lumina nescia succumbere somno. Ouid. 12. epist.

Succumbere viro dicitur mulier. Varr. 2. de Re rust. ca. 10. Neenon etiã hoc quas virgines ibi appellãt, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt succumberent quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios habere.

Succurro, succurris, succurri, succursum {βοηθῶ, ἐπικουρέω, ἐπαρκέω} succurrere, Auxilium præstare. Virg. 1. Æneid.

Non ignara mali miseris succurrere disco. Teren. Adelph. 5. 3.

Succurrere laborantibus. Cæsa. bel. Ciuil. Cic. 1. de Orat.

Succurrere atque subire. Cic. pro Rosc. Amer. Quoniam quidem semel suscepi, licet Hercules vndique omnes terrores, minæ, periculáque impendeant omnia, succurram atque subibo.

Succurrunt subsidia hæc tantis malis. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Dolori nostro succurre. Propert. lib. 2. eleg. 17.

Expectationi aliquorũ quàm celerimè succurrere. Cic. 2. de Ora.

Infamiæ communi succurrere. Cic. 2. in Verr. Huic ego cauẽ tu dices, cum summa voluntate, & expectatione Pop Rom actor accesserit, non vt augeré inuidiã ordinis, sed vt infamię cõmuni succurreré.

Labori alicuius succurrere. Virg. 9. Æneid.

Lapsis succurrere. Ouid. 2. de Ponto, eleg 9.

Miseris succurrere. Virg. 1. Æneid.

Pudicitiæ & vitæ mulieris succurrere. Cic. 3. Verr. Hæc vbi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ędes cõtendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ fororis succurreret.

Rebus succurrite læsis. Ouid. 1. Trist. eleg 4.

Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunísque communibus. Cic. pro Rabirio perduel. reo.

Vrbi incensæ succurritis. Virg 2. Æneid.

Succurrere celeriore via. Celi. lib. 3. cap. 21.

Succurere, In mentem venire. Cic. Neque enim mihi succurrebant verba, quæ ante discessum à Dolabella audieramus. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21, Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare. Virg 2. Æneid.

-pulchrúmque mori succurrit in armis.

Vt quídque succurrit, libet scribere. Cic. Att. lib. 14. 299.

Mirari succurrit. Plin. lib. 17. cap. 1.

¶Succurrsum, impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1. Intellectum ibi remedium est, potúque succursum. Liu 3. ab Vrbe. cuius aduersæ fortunæ velit succursum.

Succus, succi, m. g. {ἰσπὲς, χυλὸς} Est humor in corpore, quo abundant bene valentes. Virgil. eclog. 2.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Succus, propriè quasi sugus, à verbo sugo: quem sibi ex alimentis membra sumunt, vt se repleant. Hæc Donatus in illum Teren. Eunuch. 2. 3,

Color verus, corpus solidum, & succi plenum.

Herbæ succus. Ouid. 13. Metam.

Succus lactis. Plin. lib. 8. cap. 14.

Succo hordei elephantos mitificari tradit Plin. lib. 8. cap. 7.

Succus in purpuris. Plin. lib. 9. cap. 36. Viuas capere contendunt, quia cum vita sua succum eum euomunt.

Succus arboris. Plin. lib. 14. cap. 20.

Et si enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet. Cic. in Orat.

Acer succus, Vide ACER.

Acerbi succi. Ouid. de Medicamine faciei.

Albicans succus. Plin. lib. 12. cap. 16.

Amarus succus. Ouid. epist. 9.

Atri succi. Ouid 7. Metam.

Barbarus succus, Vide BARBARVS.

Blandior succus. Vide BLANDVS.

Commodatus stomacho succus, Vide COMMODO.

Crudus succus. Iuuen. Saty. 11.

Dulces succi. Ouid. 3 Fast.

Duleis mellitúsque succus, Vide MEL.

Expressus nuci succus. Plin. lib. 12. cap. 28. ad finem.

Fuscus succus. Ouid. de Nuce.

Horrendis infamia pabula succis. Ouid. 14. Metam.

Humiger succus. Cic. 1. de Diuin.

Mollipedéque boues spectantes lumina cœli

Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

Ignauus succus, Vide IGNAVVS.

Infector succus, Vide INFICIO.

Languidus succus & euanidus, Vide LANGVOR.

Mites succi. Ouid. 14. Metam.

Tabescens succus. Plin. lib. 12. cap. 16.

Excipitur succus inciso caule messibus. Plin. lib. 12. cap. 26.

Tristes succi. Virg 2. Georg.

Vitales succi. Lactant. De opific. dei cap. 2, Deus viscera venas admiscuit, quasi riuos per corpus omne diuisos, per quos discurrẽs humor & sanguis, vniuersa membra succis vitalibus irrigaret. Ibidem cap. 11. Prouidentissimus artifex in hominis medio receptaculum cibis fecit, quibus concoctis & liquefactis, vitales succos membris omnibus dispertiret.

Corporis succus abit in aëra. Ouid. 3. Metam.

Adempti succi, Vide ADIMO.

Vua & succo terræ, & calore solis augescit. Cic. 2. de Senec.

Veneni succos spargit. Ouid. 14. Metam.

Nociturq succo tumescit herba. Senec. Herc. fur. 11. 9.

Succos ciuitatis, Per translationem. Cic. ad Attic. lib. 4. 15. Amisimus, mi Pomponi, non omnem modò succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis.

Ingenij succus. Quintil. in Procem. lib. 1. Nam plerunque nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnẽ succũ ingenij bibunt.

¶Succus orationis. Donatus in illud Terent. Phorm. Act. 2. scen. 1. Si est patrue, culpam vt Antipho in se admiserit &c. Bono, inquit ornatu addidit, in sequm & sine hoc plenum videri possit. Et hic est, quem Cicero succum orationis appellat. Cic. in Bruto, Succus ille, & sanguis incorruptus vsque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Succus, figura orationis plena. Sic enim dicitur lib. 3. de Orat. cui tenuis opponitur, quæ arida vocatur lib. 4. ad Heren. Cic lib. 3. de Orat. Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis, est plena quædam & tamen teres: & tenuis, & non sine neruis ac viribus: & ea quæ particeps vtriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. Quæmadmodum tria sunt orationis genera, sublime, humile, mediocre: sic Tullius tres facit orationis formas, seu figuras. Plenam dicit illam sublimẽ & grauem: quia succulenta est ac copiosa, & omnes recipit ornatus. Vult tamen esse teretem, & quasi rotundam: quoniam inflata ac tumida, plena quidem videtur, vt corpus aqua inter cutem fusa laborans: sed non est teres, & in se virésque suas collecta. Sæpe autem accidit, vt ij qui se in sublime attollere conantur, exeunt in genus illud ampullosum, turgidum, succo vitioso granidum & prægnans. Infima oratio tenuis dicitur, à gracilitate corporis. Illã nõ vult carere neruis ac viribus, & similem esse quorundam, qui quum tenues & graciles vt Lysias videri volunt, adeò exangue & imbecillum corpus orationis intexunt, vt nullis neruis, nullis præditum sit viribus. Hoc enim vitium est imo genere abutentibus. Oratio mediocris est particeps vtriusque generis. & imi, & altissimi: aut potius (vt ait in Oratore) neutrius, sed sui propriusque generis & coloris. His tribus figuris (figuras appellat, vt paulo antè, habitus & colores) insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. Sine colore pulchro fœdæ sunt, atque deformes. Si fuco illinũtur & adulterino colore, ceu ambitiosæ fœminæ, facillimè deprehensæ mouent in se cachinnos atque contemptus. Quis est igitur iste color, quem expetere debemus? Pulchritudo sic auribus iucunda, vt bonus color oculis: quæ à sanitate & bonitate sententiarum verborúmque perficitur. Author Rhetor. ad Heren. lib. 4. Sunt igitur tria genera, quæ nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur. Vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus. Ibidem, Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commodè versari, veniunt ad aridum & exãgue genus orationis, quod non alienum est exile nominari. Vbi facetissima interpretare, eleganti & exculta. Sed ad succum redeamus. Cic. de Orat. lib. 2. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus: omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulò vberiore filo. Succum, id est multarum sententiarum copiam. Vberiore filo, hoc est abundantiore genere dicendi. Transfatio est à corporis humani succo potissimùm sumpta, quo abundant bene valentes. Vnde Terentius Eunuch. Act. scen. 3. dixit,

Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Cicero quoque illos oratores, qui huiusmodi succum haberent, sanos, bonam valetudinem, sanitatem, & integritatem secutos sæpe dicere non dubitauit: vt in Bruto, Nã vt semel è Pæræo eloquẽtia euecta est, omnes peragrauit insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est, vt se externis oblineret moribus, omnémque illam salubritatem Atticæ dictionis quasi sanitatem perderet, ac loqui penè dedisceret. Ibidem, Insulitatem enim & insolentiam, raoquam insaniam quandam orationis odit: sanitatem autem & integritatem, quasi religionem, & verecundiam oratoris probat. Idem de optimo genere Orat. Qui quum careant omni vitio, non sunt contenti quasi bona valetudine, sed vires, lacertos, sanguinem quærunt, quandã etiam suauitatẽ coloris: eos imitemur, si possumus: sin minus, illos potius qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quàm eos quorum vitiosa abundantia est, qualeis Asia multos tulit. Rursus in Bruto, de Lysia Græco, & Catone Latino: Sed ille Græcus ab omni laude fœlicior: habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur: quos, valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. Quanquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sic vt eo fieri nihil possit valentius, verùm est certè genere toto strigosior: sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Paulo pòst, Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem atq; vtinã imitarentur nec ossa solùm, sed etiam sanguinẽ. Lacertos vocat Cicero, fortem ora-

tionem & robustam', quæ vires, lacertos, & neruos habeat. Strigosior, id est tenuior, gracilior, subtilior, vt ipse quasi interpretatur, hac subtilitate. Translatio est ab equis potissimùm, qui strigosi dicuntur, quum morbus eos ita stringit, vt (quod ait Virgil. eclog. 3.) vix ossibus hæreant. Ossa, tenuitatem, subtilitatem, & exilitatem, & est trãslatio ab animantibus macris, & quæ vix ossibus hæreant. Hinc Plau. in Capt. Act. 1. scen 1 dixit,

Ossa, atque pellis sum, misera macritudine,
Sanguinem, orationem fortem & robustam vires, lacertos, & neruos habentem.

Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. Cic. 3. de Orat.

Succus Cyrenaicus, Medicus, Syriacus, Vide LASER.

Succosus, pen. prod. Adiectiuum {ὑποπικρὸς} Plenum succo. Colum. lib. 2. cap. 17. Melissúque habetur fœnũ quod natura succoso gignitur cœlo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. Plin. lib. 12. cap. 25.

Terra succosa, Vide TERRA.

Succosior & firmior liber arboris. Colum. lib. 4 cap 29.

Succidus, pen. cor. Adiect. {ὑποῦγρος} Idem. Plaut. Milit. 10.

Minime sputator, screator sum itidem minimè succidus. Ibidem.

Succida lana, & Succida vellera. Vide SVCCIDO pen. prod.

Succutio, succutis, pen. cor, succussi, succussum {ὑποσείω} Succutere, Subtus quatere.

Currus altè succutitur. Ouid. 2. Metam.

Succusso, succussas {ὑποσείω} Succussare, Frequenter excutere. Quod proprie de equo dicitur, qui gradatio contrarius est, hoc est concutiẽdo sessorem graditur. Actus, Agite ac vulnus ne succusset gressus cautè ingredimini.

Succussus, huius succussus {ὑπόσεισμος} Cic. 2. Tusc. Pedetentim inquit, ite, & sedato nisu, ne succussa arripiat maior dolor.

Succussor, succussoris, masculi. gen. {ὑποσείστης} Equus qui sessorem frequenter excutit.

Succussarius, succussarij, m. g. Idem. {ὑποσειστικὸς}

Succussator, pen. prod. succussatoris, m. g. {ὑποσειστικὸς} Idem. Lucilius, Succussatoris tardi, rasíque caballi.

Succussurus, succusaturæ, pen. prod. {ὑποσειστικὸς} Talis gressus.

Suchus, Crocodilus est manſuefactus, de quo sic Strabo lib. 17. In Arcinoë præfectura, mirum in modum colitur Crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodam seorsum nutritus, & sacerdotibus mansuetus, & Suchus vocatur.

SVGERO, Hispaniæ fluuius dicitur apud Melã lib. 2. ca. 6. Nunc vulgò *Xucher* vocatur teste Oliuario in Melam.

Sucrotilla, inquit Festus, vox tenuis & alta. Deducitur à crotalo, aut voce Græca κρότος, cum diminutionis formatione, vt ipse quasi interpretatur, hac subtilitate. Translatio est ab equis potissimùm, qui strigosi dicuntur, quum morbus eos ita stringit, vt (quod ait Virgil. eclog. 3.) vix ossibus hæreant. Ossa, tenuitatem, subtilitatem, & exilitatem, & est trãslatio ab animantibus macris, & quæ vix ossibus hæreant. Hinc Plau. in Capt. Act. 1. scen 1 dixit,

Ossa, atque pellis sum, misera macritudine,
Sanguinem, orationem fortem & robustam vires, lacertos, & neruos habentem.

Ornatur oratio genere primùm, & quasi colore quodam, & succo suo. Cic. 3. de Orat.

Succus Cyrenaicus, Medicus, Syriacus, Vide LASER.

Succosus, pen. prod. Adiectiuum {ὑποῦδρος} Plenum succo. Colum. lib. 2. cap. 17. Melissúque habetur fœnũ quod natura succoso gignitur cœlo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. Plin. lib. 12. cap. 25.

Terra succosa, Vide TERRA.

Succosior & firmior liber arboris. Colum. lib. 4 cap 29.

Succidus, pen. cor. Adiect. {ὑπομύκης

Suffecturus, penult.cor.Particip.{διαμέλλων} Ilia suffectura calcaribus. Stat.1.Sylu.1.

Sufficienter, Aduerb. Vlpianus in l.Sed & fiquid.§.1.D De vsufruct.& quemadmodum. Sufficienter autem alere, & vestire debet, secundum ordinem & dignitatem mancipiorum.

Suffigo, suffigis, pe.pro.suffixi, suffixum, {ἐμπήγνυμι} suffigere, Affigere. Plin. lib.33.cap.3, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis suffigere crepidas.

Suffigere cruci, & in cruce. Cic.in.Pis. An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem? Hirtius de bello Africano, libro 5, In cruce omnes suffixit. Horat.1 Serm.saty.3.

Stimulos nouos suffixit dolori. Senec. Thebaid.1.

Suffixus, Particip. {ἐμπεπηγώς} vt Robore erecto suffixus. Sil.lib.1.

Caput suffixum veruto. Lucan.lib.8.

Suffio, pen.cor. suffis, suffiui, suffitum, pen.prod. {ὑποθυμιάζω, θυμιάζω} suffire, Suffumigare. Plinius, Hippocrates ruta vuluarum causa naturam fussire iubet. Virg.4.Georg. Colum.lib.12 ca.18, Cella quoque vinaria omni tercore liberãda, & bonis odoribus suffiẽda. Propert. lib.4.eleg.9,

Dein quæcunque locum externæ tetigere puellæ
Suffiit, & pura limina tergit aqua.

Ignibus ætheriis terras suffire feraces. Lucret.lib.2.

Suffitus, pen. prod. {ὑποθυμίασις} Participium. Plin.lib.20.cap.17, Anisum dolores capitis leuat suffitum naribus. Colum.lib.9.cap.14, Suffitas deinde & æstiuantes apes refrigerare oportet.

Suffitus huius sufficus, pen.prod. {ὑποθυμίασμός} Suffumigatio. Plin. Et vuluarum conuersionem suffitu excitant. Idem lib.24 cap.11.

Suffitio, suffitionis {ὑποθυμίασις} Verbale. Idem lib.1 cap.6, Ne rursus nimia suffitione medicata sint. Idem lib.12 cap 50.

Suffimen, penultima producta, suffiminis {ὑποθυμίαμα.} Idem. Ouidius Fastorum 4,

I, pete virgineæ populus, suffimen ab ara.

Suffimentum, suffimenti {θυμίαμα} Idem. Plinius, Quod & suffimentis quibusdam facere consueuerunt.

Suffimenta à veteribus dicta sunt quæ fieri solebant ex faba, milióque molito: mulso sparso, at ait Festus. Ea diis eo tempore dabantur quo vuæ calcatæ prelo præmebantur. Cic.1.de Legibus, Nam & in iis sine illius suffimentis expiati sumus.

Suffitor, pen.prod. suffitoris {ὑποθυμιατήριον.} Plin.lib.34.cap.8, Lycus & ipte puerum suffitorem.

Sufflamen, Sufflamino, Vide SVFFLO.

Sufflauus, pen.prod. Adiect. Aliquantulum flauus, non planè flauus. Suet.in Nerone.cap.51, Statura fuit penè iusta, corpore maculoso & fœdo, suffluuo capillo.

Suffio, sufflas {φυσίζω, ὑποφυσάω} sufflare, Id dicitur quod fieri solet quum ignem accendere volumus. Plin.lib.34.cap.8, Buchyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum, sufflantem languidos ignes.

Sufflare buccas. Plaut. Stich o 14.
Sufflare buccis. Martial. lib.3.
Sufflauit nescio quid vxori, Hoc est insufflauit, In aurem dixit. Plaut. Casina 14.

Sufflatum, dicitur propriè tumidum & rectum, & quasi vento quodam elatius factum. Varr. Agath. Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus quærit Socratis vestigia. Nonius.

Sufflatio, Verbale {ὑποφύσησις.} Plin.lib.9.cap.7, Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæque effectu concharum quoque corpora augescentia.

Sufflata cutis, Inflata. Plin.lib.8.cap.38.

Sufflamen, penult. produ. sufflaminis, neutri generis, Retinaculum rotæ decurrentis, ne velocius decurrat, vt ait Budæus. Est enim machinæ genus, quo in descensu vel procursu nimio, rota soler retineri. Iuuenal Saty.16,

Quod placitum est illis præstatur tempus agendi:
Nec res attertur longo sufflamine litis. Idem saty.8,
Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Sufflamino, sufflaminas, penultima correpta, sufflaminare, Sufflamine comprimere & retinere. Seneca 4. Declamatione, Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque diuus Augustus oprimè dixit, Ateriis noster sufflaminandus est. Vbi aliàs legitur sufflamandus, aliàs suffibulandus. Meminit Cælius libro 9. capite 10. Seneca de morte Claudij, Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminantem.

Suffoco, suffocas, penultima producta {ἄγχω, ἀπάγχω} suffocare, Ex sub & faux compositum, au in o productam conuersa, significat spiritum præcludere, veluti obstrictis faucibus. Ouidius,

Suffocent animam dira venena tuam. Lucret.lib.3,
Aut in melle sinum suffocari, atque rigere Frigore.

Gallum gallinaceum suffocare. Cic.pro Murena.

Suffocare fame vrbem, pro Opprimere & extinguere. Cicero ad Atticum, lib.9.175.

Suffocatio, Verbale {ἀπάγχωσις.} Plin.lib.20.cap.5, Eius semen contritum, & in vino potum, tumẽtem aluum, & suffocationes mulierum, doloresque lenit.

Suffodio, suffodis, pen.corr.suffodi, suffossum {ὑποσκάπτω} suffodere, Subtus excauare. Colum.lib.2.ca.18, Neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat, & cæspites exciter.

Suffodere equos, Confodere, enecare. Cæsar 4.bel Gal.

Suffodere montem. Plin.lib.36.cap.15.

Suffossus, Particip. {ὑπορυχθείς} vt Suffossa sacella, destructa. Cicero de Arusp.resp. A Sext. Sarrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa.

Equus suffossus. Virg.11. Æneidos,
-quorum alter habenas

Suffosso reuolutus equo, dum colligit, &c. Suffosso, id est cæsuro. nam suffossi qui dicuntur quos vulgò *incessitatores* vocant. Alij suffuso legunt. id est præcipiti & iam cadenti. Seruius.

Suffossio, Verbale. Seneca epist.50, Quum hostilia in partes tela vibrarent, & ipsum solum suffossionibus tumeret & cuniculis.

Suffrago, penultima producta, suffraginis, fœminini generis {κνήμη} Dicitur in posterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genua. Vel est nodus sub crure, quo pedis versura constant, tibiæque ita annectitur pes, vt verti possit id quod spectamus in bobus, equis, & cæteris armentis. Dictæ suffragines quòd suffringantur, hoc est in altum frangantur. Constat sanè genua animalium, quæ animal generant, ante se flecti: suffragium verò artus in aduersum. Quemadmodum igitur poplites dicti sunt, quòd pòst plicentur: ita suffragines: quòd subter frangantur. Plinius libro 8 cap.45, Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum suffraginis contingat. Idem, Aues & quadrupedes alas in priora curuant: suffragines in posteriora. Plinius libro 8.cap.13, Nullo suffraginum flexu. Idem lib.30.ca.6, Aquilæ pedes euellunt in aduersum à suffragine, &c.

¶Suffragines, nodi vel articuli sunt sub crure, quibus pedes inflectuntur, dictæ quòd ad ingressum suffragentur, vel suprà frangantur. Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo vitiatæ sunt. Hæc Ruellius in Veterinariam.

¶Suffragines dicuntur etiam vitis soboles. Colum.lib.4.cap.24, Et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferróque allæuanda est, vt hybernas aquas respuat.

Suffraginosus, pen prod. Adiect. Equus suffraginosus, cuius suffragines morbo vitiatæ sunt. Colum.lib.6.cap 38, de mula, Suffraginosæ hordeacea farina imponitur.

Suffragor, pen.prod. suffragaris {ψηφοφορέω} suffragari, A suffragine, vt ait Sipontinus, significat adiuuare, Fauorem ferre. Virgilius,

Copia me perdit, tu suffragare rogatus. Cic.1.de Legibus, Mihi enim videris fratrem laudando suffragari tibi.

Si nihil erit præter ipsorum suffragium tenue est: si vt suffraganrur, nihil valent gratia. Cic pro Murena.

Nemo ab ignotis hominibus nullis suffragantibus meritis honore afficitur. Cic. de petit. Consul.

Vide ne hæc ipsa quæ despiciis, huic suffragata sint. Cic.pro Plan.

Suffragari & Aduersari, contraria. Cic.7.Verr. Cui legi cùm vestra dignitas vehementer aduersaretur, istius spes falsa & insignis impudentia maximè suffragatur.

Laudibus cuiuspiam suffragari. Lent: Ciceroni lib.12.14.

Suffragari alicui ad Consulatum. Cic 1. Offic. Quæ cùm vulgò viderentur, suffragata domino nouo homini ad Consulatum putabatur.

Suffragante natura videris res maximas consequutus. Cicero ad Plancum lib.10.5.

Suffragando. Liuius 8.bel.Pun. Conuenerant vndique non suffragandi modò, sed etiam spectandi causa P. Scipionis.

Suffragatio, Verbale {ψηφοφορία} Cic.pro Murena, Tum verò in Consule declarando multum etiam apud vniuersum Populum Romanum authoritatis habet suffragatio militaris.

Vrbana suffragatio. Cic.pro Murena.

Facilis suffragatio pro salute. Cic.pro Domo sua.

Accedere ad dignitatem alterius suffragatione sua. Plancus Ciceroni lib.10.9.

Perdere alicuius officij suffragationem. Cic.pro Milone.

Suffragator, pen.prod. suffragatoris {ψηφιστής, ψηφοφόρος} Qui suffragatur Plaut. Casin 6,

Ibi ego te, & suffragatores vleiscar tuos. Plin.epist.64. Cic.pro Murena, Tua verò nobilitas Serui Sulpiti tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior.

Suffragatrix, pen.prod. suffragatricis. pe.prod. fœm.gen. Augustinus de Ciuitate Dei lib.18 cap.10.

Suffragatorius, Adiect. {ψηφιστικός} Cic.de Petit. Cósul. Modò intelligat te magni æstimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suffragatoriam, sed firmam & perpetuam amicitiam.

Suffragia {ψῆφοι} Voces illæ dicebãtur quæ dabantur in comitiis, & in tabellis describebãtur, quibus vnusquisque suam declarabat voluntatem de aliquo in Magistratum eligẽdo. Fuit olim (inquit Budæus) modus geminus ferendi suffragij in conciliis, & sententiæ dicendæ in iudiciis. Interdum enim voce, interdum tabella eo munere fungebantur.

Suffragia quomodo ferri solerent, ita colligit Corradus in Brutum Ciceronis. Populus Romanus semper à principio de tribus rebus, de Magistratibus, de Legibus, & de Bello constituit, atque idipsum suffragiis per Curias latis: vnde Curiata comitia sunt appellata: in quibus ex generibus omnium, vt scribit Gellius. lib.15.cap.27. suffragium ferebatur, & quidem κίβδηλος vt Dionysius lib. septimo dixit, sed lib.quarto pluribus explicauit quum docuit, pauperes diuitibus in his comitiis non modò pares, sed superiores etiam fuisse, quòd multo plures essent pauperes, quàm diuites. Quicunque igitur erant in triginta Curias distributi, viritim suffragium ferebant: & quum quid hoc modo decretum fuerat, id Curiæ dicebantur iussisse: vt in oratione pro domo sua ad Pontif. Cicero demonstrat. Si triginta Curiæ id iussissent, id esset ratum. In Centuriatis autem comitiis ex descriptione Serui Tullij non omnes, sed singuli per suas Centurias, vt libro septimo scribit Dionysius, suffragium ferebant, quum à Magistratibus vocabantur. Nam Centuriæ centum nonaginta tres ex vniuerso populo Romano confectæ fuerant ab illo Rege: ex quibus erant decem & octo equitum, peditum octoginta primæ classis, viginti secundæ, viginti tertiæ, viginti quartæ, triginta quintæ, vna sextæ. Vocabãtur igitur Centuriæ equitum, & peditum primæ classis: quæ si omnes decernebant, res decreta putabatur. Ná plures erant, quàm reliquæ omnes: & equitum Centuriæ plurimum in comitiis poterant: & ob id Cicero lib.11. epist.16. in fine, à D. Bruto petit, vt sibi equitum Centurias conficiat. Sin in his fuisset variatum, tunc cæteræ deinceps vocabantur, donec nonaginta septem minimùm idem decernerent. Tunc enim absoluebantur comitia Centuriata: in quibus ex censu, & ætate, vt ait Gellius lib.15.cap.27. suffragium ferebatur. Hinc Cic.lib.3.de Legibus, scribit in comitiis populum censu, ordinibus, ætatibus descriptum fuisse. In Tributis verò comitiis, quæ fiebant, quum ex regionibus & locis suffragium, vt ait Gellius, ferebatur, populus ipse ferebat, & quidem (quod Cic. lib 3. de Legibus affirmat) fusè in tribus conuocatus. His primùm Tribuni plebis Ap. Claudio. T. Quintio Consulibus, anno ab Vrbe condita ducentesimo octogesimo secundo sunt creati. Itaque primùm Curiata, deinde Centuriata, postremò Tributa comitia videntur instituta. In his omnibus, qui cum populo agebat, ita illum rogabat: Velitis, iubeatísne hoc fieri? Populus verò, si res placebat, hoc modo iubebat, Vti rogas. Nam singulis sic vocis suffragium ferebant, vt rogatori dicerent, Vti rogas, perinde ac si dicerent, Iubeo meo suffragio fieri, Vti rogas Nec dubitari potest, quin ita suffragiũ ferrent, quandò ex lib. tertio Ciceronis de Legibus 50. apparet, legem primam tabellariam, qua suffragium occultaretur, anno ab Vrbe condita ferè sexcentesimo decimoquarto latam fuisse, quũ prius sine tabula suffragium inirent, & Vti rogas, dicerent. quod Liuius quidem sæpe, sed libro tamen potissimùm sexto verbis hisce demonstrat: Vti rogassent, primæ tribus dixerunt. Pro verbo, dicere, Cicero lib. secundo de Legib. verbum edicere, ita videtur vsurpare: Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, vt ego, Vti rogas, possim edicere. Alij codices habent, dicere. Ibi loquitur Cicero cum Attico, & cum Q fratre, qui vocis suffragium magis, quàm tabellæ probabant, vt videre est lib.3.de Legib. Ob id ad eundem Atticum lib. primo, epistola cuius initium est, Vereor, sic olim scripsit: Operę Clodianæ põtes occuparant: tabellæ ministrabantur ita, vt nulli daretur, Vti rogas. id est ita instabant Clodiani, vt iudices suffragium tabella ferrent nec vlli concederetur, vt suffragium voce ferre posset. Nam quum multi essent corrupti, volebãt occultè suffragia ferri, ne possent notari. Voce quidem Romani suffragium tuleruat vsque ad annum ferè sexcẽtesimum decimumquartum. Tunc enim Gabinia lex de suffragiis per tabellam ferendis est lata, secuta biennio pòst Cassia est: tertia Papyria: quarta Cæliа: quæ tabellariæ sunt appellatæ: quibus latebra populo data est, in qua, bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium, vt Cic.lib. 3.de Legib. scribit. Sic enim quisque suam tabellam in cistam coniiciebat, vt occultè posset aduersari. Nam iudicibus ternæ singulis tabellæ dabãtur: quarum vna A, altera C, tertia N L. literas inscriptas habebat: quæ notæ erant absolutionis, condemnationis, ampliationis: ex quibus iudex quisque quam volebat, in cistam poterat conijcere, atque id ipsum ita occultè, vt quem vellet posset absoluere, vel condemnare, vel ampliare sua tabella, sine vlla suspicione benuolentiæ, vel odij: quod nemo posteà posset cognoscere, quis iudex vel absoluisset, vel condemnasset, vel ampliasset: nisi omnes vel absoluissent, vel condemnassent, vel ampliassent. Vnde Cic. epist famil. lib.3. epistola penultima, quum audisset Ap. Claudium omnibus suffragiis absolutum fuisse, miratus est, nullam nè in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam. Lege tamen Cornelia vi detur olim reo licuisse optare, clàm, an palàm de se sententiam ferri vellet. id Cicero in oratione pro Cluentio docet. In reliquis verò suffragiis, in quibus magistratus, vel leges, vel rale quid rogabatur, binæ (nisi fallor) rabellæ singulis suffragium laturis dabantur: quarũ altera punctum sine dubitatione, altera nihil (vt ego puto) scriptum habebat. Itaque qui fauebant, tabellam puncto inscriptam: qui aduersabantur, alteram in cistam coniiciebant. Hinc Cic. in oratione pro Plancio dixit: Tribus nonnullas punctis totidem tulit. & ibidem paulo pòst: Quæstus es, plures te testes habere de Voletinia, quàm quot in ea Tribu puncta tuleris. Huc & illud Horatij in Arte. 68. est referendũ: Omne tulit pũctũ, qui miscuit vtile dulci. Hanc ferendi suffragij rationem Cicero non reprehẽdit, Demosthenem secutus, qui suffragia occulta magis probabat: quãuis Plato lib. nono de Legibus illa scribat verba, ἵνα φανερὸν ἢ ὅ,τι ψήφιε. sed Cic. id populo Romano concedebat. vnde tabellam vindicem libertatis contra Rullũ oratione secunda non ita procul ab initio, & lib. tertio de Legibus appellauit. Quod verò nos diximus de tetrais iudicum tabellis, & cista, obscurè quidem, sed tamen id scribit Asconius. De cista verò quæ in comitia deferretur, author Rhetoricæ ad Herẽnium lib. primo ita scribit: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ eius intercedere: ille nihilominus cistellam detulit: Cæpio, vt contra Senatusconsultum intercedẽtibus collegis aduersus Remp. videt ferre, cum viris bonis impetum facit, põtes disturbat, cistas deiicit. Quo quidem loco quum cistas dicat, ostendit plures fuisse: vt fortè vnaquæque Curia, Centuria, & Tribus sua cista vteretur. Hæc Corradus.

Suffragium populus R. primũ voce, deinde per tabellã suffragiũ tulit. quo modo autem à voce ad tabellam deuentum sit; & quibus temporibus, & quibus auctoribus, operæpretiũ est cognoscere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes vt puto, tribunitiæ, Gabinia, Cassia, Papiria, Cœlia. Gabinia sanxit, vt populus in magistratibus mandandis suffragium, non, vt anteà, voce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio pòst idem iussit, in omnibus iudiciis populi, perduellione excepto. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in iudendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo vno in genere vocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perduellione, quod lex Cassia excęperat, in eo genere tabellam dedit. ita quatuor Tribunorum pl. rogationibus factũ est, vt populus liberè, quod sentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarũ metu, posset ostendere. ideò tabellam vindicem tacitæ libertatis appellat Cic. in Agrar. 2 & lib. 3. de Legib. in oratione autem pro C. Cornelio principium iustissimæ libertatis Cassiam legẽ, quæ tabellam in iudiciis populo dedit. magis enim intererat populi tabella voluntatem in iudiciis tegere, cùm ageretur de capite fortunísque ciuium, quàm aut in magistratibus, quod lex Gabinia sanxerat, aut in legibus quod posteà Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi suffragij mutata ratio est. nunc de latoribus earum legum,

& quo quæque anno lata sit, agamus. Gabiniam rogauit homo ignotus, & sordidus: quod lib.3 de Legib. Cic. tradit. &, cùm biennio ante Cassiam rogata sit, quod idem eodem in loco demonstrat: Cassiam verò Lepido & Mãcino coss. esse latam, ex lib. de Clar. Orat. cõstat: necesse est. Pisone & Lenate coss. rogatam, existimare. Cassiam Lepido & Mancino coss. authore Scipioae Africano posteriore tulit L. Cassius Q. F. Longinus Ranilia, pater filius L. Cassij, qui in omnibus caussis quærere solebat, cui bono: & C. Cassij, eius quem C. Mario C. Flauio coss. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, vt, quem populus damnasset, cuiue imperiũ abrogasset, in Senatu non esset, Pedianus tradidit. Papiriã tulit C. Carbo, ille eloquẽtissimus: tulit autem, vt opinor, P. Popilio & P. Rutilio coss. nam eo anno Tribunũ pl. fuisse, quo Scipio Æmilianus de Numãtinis triũphauit, omnes historiæ declarant: quę à porta ad cõcionẽ productũ, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, tediosè interrogauit. Cœlia, non facilè est conijcere, à quo sit rogata: sed, rogatam Q. Metello T. Flaminio coss. crediderim, & ex iis verbis, quæ sunt apud Cic. lib.3. de Legib. Vt opprimeret Cœlius Popilium, nam, id de P. Popilio dictum esse, quem C. Gracchus Metello & Flaminio coss. Tribunus pl. in exilium eiecit, videtur intelligẽdum, vt eius iudicij caussa, quo Popilius, tribuno pl. Graceo est oppressus, Cœlius sua lege tabellam dederit. Suffragia vel in cãpum Martium, si centuriata comitia haberentur, vel in forũ, si tributa, alióve, cistis in pontes deferebantur, & ex his pontibus populo ministrabãtur. Id significat Cic. in epist. ad Att. lib.1, his verbis: Operæ Clodiæ pontes occuparunt: tabellæ ministrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. nã quæ tabellæ legẽ accipiebant, & probabant, in iis duæ literæ scribebantur, & improbabãt, in iis vnica littera A, scripta erat: quæ significat antiquo id est, ante quæ manebãt: noua nõ placẽt: legẽ respuimus. In iis vero comitiis quo populus vt suffragium de reo ferret, coire solitus est, tertiæ tabellæ dabantur: quarum in vna scripta erat, A, in altera, C, in tertia N L. & prima significabat, absoluo: secũda, eõdem no, tertia, non liquet, id est, neque absoluo neque condẽno, causam planè non intelligo. Verum, vt ad pontes redeamus, angustiores vt esset, legẽ tulit C. Marius Trib. pl. qui posteà septies Cõsul fuit. tulit autẽ eam legẽ, nequid fraudis in distribuẽdis tabellis cõmitteretur. multis enim locus esse non potest, vbi pontes angustiores sunt. at in turba vitiosè aliquid agere, difficilis negotij nõ est: propterea, quòd hac lege sancitũ, id ambitiosis oppositum fuisse: & planè Cic. narrat. Tribunatu legẽ de suffragiis tulit qua potentium opes tum in ferendis suffragiis, tum in creãdis magistratibus imminuit. suffragium ferebant omnes ciues Romani, in ea quisque tribu, vbi census erat, aut in sua quisque classe. libertint ẽtãũm in quatuor vrbanis tribubus, quæ minus nobiles erant, suffragiũ tulerunt. nam etsi P. Sulpicius tribunus pl. L. Sylla Qu. Pompeio coss. tulit, vt in omnibus plane tribubus, quæ xxv erant, suffragium ferre possent: hanc tamen legem, puto à victore Syila, Sulpicij inimico, esse abrogatam. puto autem ob eam causſam, quia C. Manilius Tribunus pl aliquot pòst annis eãdem legem ferre conatus est: idémque posteà & P. Clodius cogitauit. testis Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro de legibus Romanis. P. Manutij.

Cistæ suffragiorum. Plin.lib.33.cap.2. Ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis.

Cæca suffragia. Sil.lib.8. Inconsultus fauor populi.

Corruptum suffragium. C.3.de Legib.

Deuincta largitione suffragia. Cic. Suffragia largitione deuincta, id est, Corrupta donis.

Eblandita suffragia. Cic.pro Planc.
Occulta de honore suffragia. Cic.2.Offic.
Tabellaria suffragia & vocalia. Cic.pro Planc. & 3.de Legib.
Tristia suffragia. Damnosa electio magistratus. Sil.lib.15.
Vitiosum suffragium. Cic.3.de Legib.

¶Captare suffragia populi. Horat.2.epist.2.
Libera dantur populo suffragia. Iuuen.saty.8.
Ferre suffragium de capite alicuius. Cic.pro Domo sua.
Fieri Consulem cunctis suffragiis. Cic. Paulo lib.15.12.
Flagitare confusionem suffragiorum. Cic.pro Murena.
Indulgere suffragio alicuius, Vide INDVLGEO.
Inire suffragia, Vide INEO.
Mittere in suffragium, Vide MITTO.
Vnusquisque studio & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Cic.2.de Leg.Agrar.
Ornare suffragio, Vide ORNO.
Priuare populum suffragiis. Cic.2.de Leg.Agrar.
Tegere suffragium. Cic.3.de Legib.
Cistæ suffragiorum. Plin.lib.33.cap.2.

¶Suffragium, à frango, frangis, fra syllabá correpta, inuenitur. Ouid.de Nuce,

Quid nisi suffragium nimbis ruitantibus esse̅m? Legitur & suffragium nimbos vitantibus.

Suffrenatio, suffrenationis, Colligatio & arcta structura, quæ lapidem veluti fræno retineat. Plin.lib.36.cap.22, Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione deuinctus. De quodam lapidis genere.

Suffrico, suffricas, pen.cor. suffricui, suffrictum, & suffricaui, suffricatum {ὑποτρίβω} suffricare. Colum.lib.12.cap.23, Nam oportebit, post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & si quid fæcis aut labris vasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis imponi, oblini.

Suffricare palpebras medicamento. Cels.lib.6.cap.6.

Suffringo, suffringis, suffregi, penult. pro {ὑπάγνυμι} suffringere, Aliàs quantùm, siue per medium frangere. Plaut. Rud.24,

Homini isti talos suffringi volo. Idem Truc.12,

-vt ego hiſce **Suffringam talos.** Cic.pro Roſc.Amer.Quòd ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur, quòd acres ſint etiam, tum quum ſuſpicio nulla ſit.

Suffrio,ſuffrias,pe.cor.{ὑποπρίω}ſuffriare,Idem quod friare,ſiue minutim admodũ **friare.Col.li.12.ca 38.**Scopulis atrdæ myrti ſeria ſuffriatur, operculúmque ſuperimpoimtur, nequid eò decidat. Quædam exemplaria hîc legunt ſuffricatur,& fortaſſe rectius.

Suffuerat,Sub **eodem** tecto fuerat. Feſtus.

Suffugi›,ſuffugis,penult.cor.ſuffugi, pen.prod ſuffugitum.pen.cor.{ὑποφεύγω} ſuffugere. Clàm aufugere. Liu.4 bel.Pun.Imber à nocte media coortus,cuſtodes vigiléſque dilaptos è ſtationibus ſuffugere in tecta coegit.

Natura deũm ſuffugit tactum manuum Lucret.lib.5.

Senſum ſuffugere.Lucret.lib.4.

Suffugium,ſuffugij {ὑποφυγή} Quò quis aufugit auxilij gratia. Quint. lib.9.Hæc diuerticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitati.Ouidius de Nuce.

Suffulcio,ſuffulcis,ſuffulciui,ſuffulcitum,pe.pro.vel ſuffulſi, ſuffultum {ὑποστηρίζω} ſuffulcire,Subtus fulciendo tuſtinere.Plaut.Milit.5, Ecce autem ædificat,columnam mento fulcit ſuo.

Cibus ſuffulcit artus.Lucret.lib.4.

Suffultus,Particip.{ὑποστηρικτὸς}Author ad Heren.lib.4,Nam graui figuræ, quæ laudanda eſt, propinqua eſt,ea quæ fugienda eſt,quæ rectè videtur appellari ſi ſuſſulta nominabitur.

Porticus ſuffulta paribus columnis.Lucret.lib.4.

Suffumigo,ſuffumigas,p.cor. {ὑποκαπνίζω} ſuffumigare, Idem quod ſimplex rum.go, vel ſubtus fumum excito. Var.3.de Re ruſt.cap.16, Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit aliqua pars,ſuffumigandum,& prope fumus apponendus bene olentium herbarum, maximè apiaſtri. Celſ.lib.6.cap.6. Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffumigare vulnus. Celſ.lib.5.cap.27.

Suffumigare ſulphure.Celſ.lib.4.cap.20.

Suffumigor,Paſſiuum. Col.lib.12.cap.12.in fin. Lagenam in tabulatum quod ſuffumigatur, reponunt. Paulò antè dixerat, Lagenam in tabulatum,quod fumum æcipit,reponunt.

Suffundo, ſuffundis,ſuffudi,ſuffuſum,pen.pro.{ὑπορέω} ſuffundere, Superfundere,aut deorſum inicere.Plaut.Curcul.4, Mane,ſuffundam aquulam. Idem Ciſtel.2. Colum.lib.6, Laſſæ & æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur,vtrunq; in os ſuffunditur.

Suffundere vires cibo.Var.2.de Re ruſt.cap 8.

Suffundit ſe ſinus. Celſ.lib.7.cap.2, Nam vbi poſt longos morbos totus corporis habitus vitiatus eſt, latéque ſe ſinus ſuffundit,& in eo pars cutis pallet, ſcire licet in eam iam emorruam eſſe,& inutilem futuram.

Suffundere aciem oculorum,pro Turbare.Seneca de Ira 2.

Suffundũtur oculi. Seuc.2.de Cle.Imbeciles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur.

¶Suffundere,Forinſecus ſpargere.Virg lib.2.Georgicõn,

At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,

Ventus erit. Seruius,Suffuderit,Forinſecus habuerit.Lucr.lib.3, Omnia ſuffundens mortis nigrore.

Maculis ſuffundi.Stat.11.Thebaid.

Suffuſus,pen.prod.Partic.{ὑπερχυθείς,ὑποκεχυμένος} vt

Genæ ſuffuſæ igne.Senec.Herc.Oetæo 10.

Candor ſuffuſus purpureo ſanguine.Stat.2.Syl.1.

Lachrymis oculos ſuffuſa.Virg.1.Æneid.

Impudentia in ore multo robore ſuffuſa.Hoc eſt,præ impudentia rubicundam & robore conſpeiſam faciem habens.Plin.in Paneg.

Suffuſus rubor alicui dicitur,genis aſperſus,quod pudoris indicii eſt.Liu.10.bel.Pun.Mataniſſæ, hæc audienti non rubor ſolùm ſuffuſus,ſed lachrymæ etiam obortæ.

Suffuſus æther calore. Cic.2.de Nat. deor. Nam tenuis ac perlucens & æquali calore ſuffuſus æther,non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur.

Suffuſus cordi ſanguis.Cic.1.Tuſc.

Suffuſus ſanguis oculis,& Suffuſi cruore oculi. Plin.lib.20.ca.13, Idem lib 31.cap.9.

Lingua eſt ſuffuſa veneno,Perfuſa,infecta.Ouid.2.Metam.

Suffuſus malevolentia animus in cæteros.Id eſt plenus iræ & malevolentiæ.Cic.Lent.lib.1.9.

Sales ſuffuſi felle.Aſperſi amaritudine.Ouid.2.Triſt.

Suffuſio,Verbale{ὑπόχυσις} Plin.lib.22.cap.23,In tuſſi ruã,ſellis veteri ſuffuſione.

Suffuſio,Morbus oculorum,quem vulgò *cataractam* vocant. hæc autem paracenteſi curatur. Eſt autem paracenteſis, quæ manu fit à chirurgis,dum cuiari aliter morbi non poſſunt. Inungitur prius locus,deinde vel acus vel hamulus infigitur, ſdque paracenteſis dicitur.Hæc Sipontinus. Plin.lib.21.cap.20,Habet tuas vtilitates contra ſuffuſiones oculorum.Celſ.lib.6.cap.6,Suffuſio quoque,quam Græci ὑπόχυσιν nominant,interdum oculi potentiæ, qua cernit,ſe opponit.Quod ſi inueteraueiit, manu curandum eſt.Inter initia nonnun quam etiam certis obſeruationibus diſcutitur.

Suffundatus,p.pro,Adiect. {ὑποθεμελιωθείς} dictum à fundamentis, vt ait Nonius.Varro,Antiqui noſtri domibus lateritiis paululũ modò lapidibus ſuffundatis,vt humorem effugerent,habitabant.

Suffuror,pen.prod.ſuffuraris {ὑποκλέπτω} ſuffurari,Clàm furari.Plau. True.11,

Hæc cùm video fieri,ſuffuror,ſuppilo,de præda prædam capio.

Suffuſio,Suffuſus, Vide SVFFVNDO.

SVGAMBER,à quo Sugãbri dicti ſunt,pater Melonis fuit,Is in trium phum tractus eſt à Germanico.Strabo lib.7.

SVGAMBRI,vicini Rheni amnis accolæ,belli exordia facitaritũt aduerſus Romanos cùm eos anteà Druſus Romano ſubiugaſſet imperio.Strab.lib.7.

Suggero, ſuggeris,penul.cor.ſuggeſſi,ſuggeſtum {ὑποτίθημι, αἰσιμόω} ſuggerere, Subminiſtrare.Plaut.Menæch.5,

Madida quæ mihi appoſita menſam miluinam ſuggerant.

Cibos ſuggerere alicui.Strat.9.Thebaid.

Tellus ſuggerit alimenta.Ouid.15.Metam.

Syluæ feras ſuggerunt.Plin.epiſt 32.

Sumptus alicui rei ſuggerere. Terent.Adel 1.1.

Copiam argumentorum ſuggerere.Cic 2.de Orat.

Materiam criminibus ſuis ſuggerere.Liu.3.ab Vrbe.

Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria.Cic.2.Philip.

Ludum alicui ſuggerere.Cic.ad Attic.lib.12.257.

Rationes alicui ſententiæ ſuggerere.Cic 3.de Nat.deor.

Ambiguum explicatur,quum ea verba,quæ deſunt,ſuggeſta ſunt. Cic.2.de Orat.

Suggerit res,Exigit,& poſtulat. Vlpia in l.Ex facto,circa ſi. D.de Hered.inſti. Quæ res in propoſito quoque ſuggerit,vt Italicarũ rerum eſſe credantur eæ res,quas in Italia teſtator eſſe voluit.

¶ Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. Liu.2. ab Vrbe, Id eſt in locum ſufficiunt.

¶Suggero,pro Refero. Iuſtinian.lib.2 tit.De fideicomm.hered.§. Sed quia ſtip. Ideò omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quàm differentiis vtriuſque Senatuſconſulti placuit,&c.

¶Suggerere,pro Subiicere in memoriam.Cic.2.de Fin.Vbi ſi memoria fortè defecerit,ruum eſt vt ſuggeras.

¶Suggerere,pro Suadere.Vlpia.in l.Sed & ſi §. Item.D.Ex quibus cauſis maiores,&c.Vnde quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit,ad hanc clauſulam erit deſcendendum.Idem in l.j § vlt.D.De eſtractoribus. Oportebit autem æquè & in eſtractores, & in cæteros ſuprà ſcriptos cauſa cognita ſtatui,prout admiſſum ſuggerit.

Suggeſtus, huius ſuggeſtus,m.g.vel Suggeſtum,ſuggeſti {ὄγκος} A ſuggero,quòd ibi ligna ſuggerantur,in quibus ſtari poſſit. Significat enim locum editioiem,Varro lib.3.de Re ruſt.cap.5,Ex ſuggeſto faleris,vbi ſolẽt eſſ: pe.ipetaſmata, prodeunt anates in ſtagnũ,& nant.

Suggeſtus comæ,Globus capillorum.Stat.1.Syl.2.

¶Suggeſtus {ἀκροστόλιον} Pulpitum: hoc eſt locus excelſior,vnde oratio haberi ad populum ſolet.Liuius 8.ab Vrbe,Naues Antiatum partim in naua'ia Romæ ſubductę, partim incẽſæ:roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Cic.5 Tuſ.Idémque quum in communibus ſuggeſtus conſiſtere non auderet,concionari ex turri alta ſolebat.

Suggeſtus,huius ſuggeſtus,Ipſe ſuggerendi actus. Vlp.in l j.§.ij.D.De magiſt. conuen. Si curatores fuerunt minus idonei dati dicendum eſt, teneri magiſtratus oportere, ſi ex ſuggeſtu eorum, vel nominibus ab eis acceptis præſes dederit.

Neque illud in ſuggeſtum in quo cauſam dixerat aſcendenti,ſignum ſibi vllam quod conſuelſet à deo, quaſi mali alicuius impendentis datum.Cic.1.de Diuin.

Suggredior,ſuggrederis,ſuggreſſus ſum,ſuggredi,pe.cor.{ὑποζώννυμι} verbum deponens, pro Latenter gradi. Tacit.lib.2, Suggreſſique propius ſpeculatores. Idem li.4, cum accuſatiuo, Quos dux Romanus acie ſuggreſſus,&c.

Suggrunda,ſuggrundæ.vel ſuggrundia, ſuggrundiorum {στοὰς ὀλκὰς} Partes tecti prominentes, quibus ſtilliceidia à parietibus arcentur. Varro lib.3.de Re ruſt. Aues ſubtus ſuggrundas, ab initio villatico vſæ tecto. Budæus.

Suggrundatio,ſuggrundationis, Verbale. Vitruuius lib. 4.cap.2. Sub tectis ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio cu minis, vnde, & columnæ dicuntur,& trãſtra, & capreoli. Si commoda, columen, & canterij prominentes ad extremam ſuggrundationem,

Vide SVGRVNDATIO.

Suggrundari antiqui dicebant ſepulchra infantium, qui necdum 40. dies impleſſent,quæ nec iam tuſta dici poterant,quia oſſa quæ comburerentur non erant, nec tanta cadaueris immanitas, qua locus tumeleceret. Vnde Rutil. Gemin.Aſtya. ait,Melius ſuggrundatium quæreres,quàm ſepulcrum.Hæc Fulgentius de priſc.ritmone.

Sugillo,ſugillas, {ὑποπελίζω} ſugillare:vel, vt quibudam placet, ſugillo,duplicig, Ex percuſſu carnem maculare. A ſugendo dictum, quòd ſuccus,hoc eſt liuor deducatur.

Sugillare proprie de facie dicitur,quum cõtusa facies liuidis maculis dehoneſtata apparet: ſic enim ſugillata in facie dicuntur, vt vibices in corpore.Plin.lib 31.cap 9.de ſale loquens, Ex ictu ſuffuſis cruore oculis,ſugillatiſque cum myrrhæ pari pondere.Idem lib.27. Cæſcus recens cum melle ſugillata emendat. Budæus.

Sugillatum dicitur ex Græco , quòd ea pars quæ eſt ſub collo κῶλον ab eis dicitur.Feſtus.

¶Sugillare {παροξύνω,μαπίζω} pro Pudorem & exiſtimationem lædere,& quaſi bonam famam exugere. Vlpia.l.ſed h hac lege.D. de in ius voc.Si famoſa actio non ſit,vel pudorem non ſugillet. Liu.4.ab Vrbe. Primis annis ſugillatos,repulſos,riſui patribus fuiſſe.

Sugillare opinonem alicuius,Vlpian.in l.apud Celſum. §.Aduerſus.D.de doli mali exceptione. Aduerſus parentes patronoſque neque doli exceptio,neque alia quidẽ, quæ patroni patẽtiſve opinionem apud bonos mores ſugillet, competere poteſt.

Sugillatio,Verbale{ὑποπαροξυσμός.}Plin.li.7.cap.45, luxta hæc Variana clades,& maieſtatis eius fœda ſugillatio.Hoc eſt inuſta infamiæ nota.

¶Sugillatio, Liuor ex ictu.Plin.lib.32. cap.7.Reliquæ carnes impoſitæ ſugillationem rapiunt.

Sugo,ſugis,ſuxi,ſuctum {μύζω,μυζίσω,μύζω} ſugere,Succum labris extrahere, Cic.2.de Nat.deor. Alia ſugunt,alia vorant,alia manduut. Idem.3. Tuſc.vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videatur.

Vbera ſurgere.Ouid.2.Faſt.

Suctus, huius ſuctus,{μύζησις} Plin.lib.28.ca.3. Tactu ipſo leuant percuſſus,ſuctũue modico. Idem lib.8.ca.36.

Sui,ſibi {ἑαυτοῦ,ἑαυτῷ} Pronomen reciprocum. Duo ſunt pronomina reciproca, alterum primitiuum, quod vocant Sui, ſibi, ſe, à ſe, generis omnis

omnis, & vtriuſque numeri. Alterum poſſeſſiuum,ſuus, ſua, ſuum. Reciproco pronomine nunquam Latinè vtimur , niſi aliquod præceſſerit nomen in eadem oratione, aut altera vnita per copulam, ad quod referatur. nam Vis patrem ſuum , Pone ad pedes ſuos, Dedit ſibi,&c.pro illius,eius,& ei, barbarè dicuntur.Dixi,Aut altera vnita per copulam:nam Obſecrauit me vt ſe adiuuarem, Petiit me vt ſuo filio opitularer, Latinè dicitur. Sed ſi tollas copulam, barbariſmus erit.vt,Petrum ſemper amaui,filio ſuo non tam bene cupio:non Latinè dicitur. Brut.ad Cic.lib. 11.9, Bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto. Cic.ad Sulpitium lib.13.21,Meámque commendationem vſui magno ſibi fuiſſe.

Offenſio aduerſarij,commendatio ſui.Cic.in Orat.

Diſſimile ſui.Ouid.11.Metam.

Vt & ſui & Metrodori memoria colatur.Cic.2.de Fin.

Natura eſt lena ſui.Cic.1.de Nat.deo.

Oblitus ſui.Virg.3.Æneid.

Imitantes genitorem & effectorem ſui.Cic.de Vniuerſ.

Hóſne viros tam cupidos ſui petire voluit?Cic.pro Sylla.

Nihil malo,quàm & me mei ſimilẽ eſſe,& illos ſui.Ci.At.li.9.189.

Error vulgi vtentis,vel potius abutẽtis SVI pro EIVS & ILLIVS, partim inde profectus eſt,quod nonnulli authores his abuſi videantur:partim quòd ita obſcurè vſi ſint,vt minus periti nequeãt perſpicere , ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen Latinè pro SVI & SVVS,licet vti IPSIVS,EIVS, vel ILLIVS,& maximè amphibologiæ vitandæ cauſa:nonnunquam varietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod ſibi vtile eſt, tibi , ipſi. Ille repetit quod ſuum ſiue ipſius eſt. Hæc indifferẽtia ſæpe fit interuẽtu præpoſitionis,ſed crebrius per IPSE quàm IS. Quintil.Quãquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem quod in ipſos recidere poſſit,euitent.

Hæc autem præpoſitio INTER,id habet peculiare,vt ſi anteceſſerit genitiuus,datiuus,aut ablatiuus,ſemper liceat VTI IPSE & SVI. Si præceſſerit accuſatiuus aut nominatiuus , reciprocum poſtulat. Cic.de Clar.Orat Nec mihi cæterorum iudicio videtur ſolùm , ſed etiã ipſorum inter ipſos conceſſu ita tributum fuiſſe. Id de genitiuo exemplum eſt.nunc de datiuo.Quint.lib.8.cap.6,Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipſos,& philoſophis pugna eſt, De ablatiuo. Idem lib.10.cap.2,Nam in magnis quoque authoribus incidunt vitioſa aliqua,& à doctis inter ipſos etiã mutuò reprehenſa. Exempla de nominatiuo & accuſatiuo. Cic.3.Offic.Quòd inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. non,inter ipſas. Idem 3. Offic. Damonem & Pythiam Pythagoræos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe.non,inter ipſos.Id quod dictum eſt de primitiuo,itidem fit in poſſeſſiuo SVVS, Tamen hîc nonnulla differentia eſt,eam vide.

Si ſubſtantiuum reprodi SVVS,reſpicit ad ſuppoſitum verbi,id eſt nominatiuum qui præcedit verbum, tum elegantius vtimur SVVS quàm IPSE aut EIVS:vt Miſereiur noſtri deus propter ſuã clementiam.Inclamat me ante domum ſuam,potius,quàm eius.Si ſubſtantiuũ reſpicit ad oppoſitum verbi, id eſt,obliquum qui ſequitur verbum,tum præſtat VTIPSE,aut IS,quàm SVVS:vt,Eieci columbam è nido ipſius.Alloquutus ſum Perrum ante domũ eius:potius,quàm ſuam.Tamen nec ratio,nec authoritas vetat contrarium fieri.Si tamen appoſito adiungatur adiectiuum ad verbum,ad quod fiat reciprocatio: SVVS vtendum eſt, non IPSIVS. Video columbam triſtem in periculo pullorum ſuorum.

Suus , poſſeſſiuum non ſemper reciprocè accipitur,ſed interdum pro proprius:vt,Suus cuique mos eſt,Sua cuique ſententia. Virgil. ecloga 2,

Trahit ſua quenque voluptas. Idem ecloga 3.

Viuit cum ſuis. Inuentus eſt inter ſuos,&c. Hæc Eraſmus ex Vallæ opuſculo de reciprocis.

Imperioſus ſibi,Horat.2.Serm.ſaty.7.

Cùm ſibi negotium daret Antonius.Cic.Att.lib.15 329.

Sibi aliquando iungitur SVO, nulla neceſſitate,ſed tantùm cuiuſdam feſtiuitatis gratia. Cicero,Suo ſibi victitant ſucco. Colum lib. 12.cap.54,Singula ſuo ſibi iure abluito.Terent.Adelph 5 8,

-ſuo ſibi hunc Gladio iugulo. Gell.lib 5.cap.10, Suo ſibi argumento confutatus eſt.

Se,aliquando ſimiliter poſitum reperitur.Plaut.Caſin.14,

Neſcio quid ſe ſuſtinuit vxori ſuæ.

Negauit poſſe,quando arceſſo,mittere.

Abiicere ſe, Vide ABIICIO.

Abripere ſe ab aliquo,Vide ABRIPIO.

Auertit ſe ex oculis.Virg.4.Æneid.

Colligere ſe,Vide COLLIGO.

Ad ſe verſum,Vide AD præpoſitionem.

¶Seſe.Virg.3 ecloga,

At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas Vide SVVS ſuo ordine.

Suitas,ſuitatis : receptum poſterioribus ſeculis verbum,ſnque iuriſprudentiam inuectum eſt.Eſt verò ſuitas (vti definit Alciatus)hereditum qualitas,qui primum in poteſtate paterna locum obtinent,continuationem dominij, neceſſitatémque ſucceſſionis inducens.§.Sui autem.Inſt.de hered.qualit.& different.

SVIDAS,grauis author Græcus,quem tamen in Geographica ſua Strabo extremo.li.7.Fabuloſum authorẽ appellat.Suidas(inquit Strabo) in rebus Theſſalicis fabuloſa multa tradit ad gratiam locutus.

Suille,& Suillus,Adiect. Vide SVS.

Sulcus,ſulci, m. g. {αὖλαξ, ἔμβοσις, ἀροτρίασις} Proſcciſſio terræ in longum producta,in quo à ſerobe differt. Vnde tertio, quarto,quinto ſulco ſerere dicimus:id eſt ter,quater,quinquies arando. Plin.lib.18.ca.21, Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe,quum dixit,

Illa ſeges demum voti reſpondet auari

Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora tenſit. Hoc eſt quæ bis per æſtatem,bis per hyemem aratur. Ibidem, ſpiſſius ſolum , ſicut plerunque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt. Cicero 2.de Diuinat. Quũ terra araretur,& ſulcus altius eſſet impreſſus. Var.1.de Re ruſt. cap.29,Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit ſulcus vocatur.

¶Sulcus, Aratio. Virg 1. Georgicõn.

At ſi non fuerit tellus fœcunda,ſub ipſum

Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco, Ibidem,

Vere fabis fatio:tuc te quoque medica putres

Accipiunt ſulci. Seruius.

Sulcus,pro Foſſa ponitur in lõgum proſciſſa ad vinearum vel arborum ſurculos in ſeminario deponendos , quando & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt.Virg.2.Georg.

Apertus ſulcus.Paulus in l.Qui duo. D. De ſeruit.ruſt.præd.Qui duo prædia confinia habuerat,ſuperiorem fundum vendiderat,& in lege ita dixerat:vt aquam ſulco aperto emptori educere in fundum inferiorem rectè liceat.De ſulco loquitur,qui fit ad aquam deriuandam fundi ſiccandi gratia.Col lib.2.cap.2.foſſas appellat,earúmque alias vocat cæcas,alias patentes.

Sulci,inquit Feſtus,appellantur qua aratrum ducitur,vel ſationis faciendæ cauſa, vel vrbis condendæ: vel foſſura rectis lateribus,vbi arbores ſerantur.Virg.1.Æneidos,

Pars optare locum tecto,& concludere ſulco. id eſt foſſa,vt ait Seruius Claud.2.De raptu Proſerp. -& ora fatiſcunt

Vulneribus,grandéque rubent in pectore ſulci.

Sulcus,inquit Nonius,omne quicquid in longitudine aculeatum eſt,dici poteſt,veterum authoritate doctorum. Virg.3.Georg.

-& linguis micat ore trifulcis.

Leni cauedant æquora ſulco.Valer.3.Argon.

Altus per gra'ia ſulcus.Stat.6.Theb.

Aquarius ſulcus,Vide AQVA.

Vaſti ſulci in pulucre.Stat.12.Thebaid.

¶Sata æquant ſulcos Virg.1.Georg.

Arent ſulci.Ouid.3.Amor.eleg.9.

Delet ſulcos iterata priores oibita.Stat.6.Thebaid.

Infindere ſulcos telluri.Virg.eclog.4.

Infinduot pariter ſulcos.Virg.5.Æn.

Infodere ſulcum,Vide INFODIO.

Oblimare ſulcos inertes.Id eſt,ſteriles.Virg.3.Georg.

Longis ſulcis obruta ſemina.Ouid.1.Metam.

Cerealibus ſulcis obruta herba.Id eſt,in quibus frumenta naſcuri tur.Ouid.3.Triſt.eleg.12.

Patefacere ſulcum impreſſo aratro.Ouid.3.Metam.

Subigere aruum ſulcis.Plin.lib.18.cap.19,Omne aruum rectis ſulcis,mox & obliquis ſubigi debet.

Sulculus,pen.cor.Diminut.{αὐλάκιον}Colum.lib.de Arbor.cap.30,Surculis diſponi per ſulculos poſſe nonnulli.

Sulco,ſulcas {αὐλακίζω} ſulcare,Sulcos facere,Terrã in ſulcos proſcindere.Col.li.11.c.2,In ſubacta iam terra latiores porcę ſulcatur.Idẽ li. 2.c.2,Bubulcum autẽ per proſciſſum ingredi oportet,alternìſq;,verſibus obliquum tenere aratrum,& alternis recto,plenóque ſulcare.

Agros ſulcare.Tibul.lib 2.eleg.3.

Æquor ſulcare.Ouid.1.de Ponto eleg.5.

Sulcare cutem rugis.Ouid.3.Metam.

Fluctus ſulcare remige.Claud.4.Paneg.

Humum ſulcare vomere.Ouid.3.Triſt.eleg.10.

Longa ſulcat maria alta carina.Virg.5.Æn.

Sulcare maria arbore, Vide MARE.

Pedibus ſulcare pruinas.Propert lib 1.eleg 8.

Longæ ſulcant vada falſa carinæ.Virg.5.Æn.

Sulcatus,pen.pro.Partic. {ὑπεναυμαχήσας} vt

Humus ſulcata.Claud.1.de Raptu Proſer.

Æquora ſulcata.Senec.Agamemn.6.

Rura ſulcata colono.Claud.7.Paneg.

Rura ſulcata vomere.Lucan.lib.1.

Sulcator,pe.pro.Verbale, {ὑπεναυμαχεῖ} vt Sulcator nauita Ponti.Sil.li.7.

Vndæ vmbriferæ ſulcator,Charon.Stat.8.Theb. Idem li.11.Theb.

-nigri ſulcator Auerni.

Sulcatim, pen.prod.Aduerb.Per ſulcos. Pomponius, Gerens præterea ſulcatim conciſam faciem.

Sulfur,Vide SVLPHVR.

SVLGAS, fluuius eſt ex Alpibus in Rhodanum defluens ad vrbem Vndalum.Strabo lib.4.

Sullanus,{συλλανὸς}pro Syllanus,à Sylla:de quo ſuo loco.Cic.ad Att. lib.10.197,Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo viro, non tam dirus ille dies Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil vtrunque eorum fefelliſſet.

Sullaturire,Vide Proſcripturire in PROSCRIBO.

SVLMO,{συλμών} Oppidum in Brutiis,Pelignæ regionis,Ouidij patria. Vnde ipſe ait,4.Triſt.eleg.9,

Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis,

Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem. Dictus Sulmo à Sólemo Æneæ comite,conditore eius vrbis.Idem.4.Faſtor. Meminit huius Plin.lib.3.cap.5.Cn.Magnus Lentulo in epiſt.ad Att.li.8,16i,Nã partim Albæ,partim Sulmone collocauit, neq; ſi vellet expedite poſſet.

Aquoſi Sulmonis hoſpes.Ouid.3.Amor.eleg.14.

Sulphur,ſulphuris,pe.cor.n.g.{θεῖον,θέειον} Scribi poteſt & ſulfur,Græcis thion dicitur:In venis terræ ceu decoctus quidam ardor eſt,tam valida & firma partium confuſione,vt oleum eius arte nulla ſeparari poſſit in rebus cæteris. Plin.lib.35.cap.15.de ſulphure, Naſcitur in inſulis Æolis inter Siciliam & Italiam,quas aredere diximus.Sed no biliſſimum in Melo inſula.In Italia quoque inuenitur in Neapolitano,Cãpanóque collibus,qui vocantur Leucogæi:quod eſt cuniculis effoſſum,perficitur igni.Genera quatuor,&c. Lege totum caput.

Cæruleum ſulphur.Claud.4.Paneg.

Calido de ſulphure fumat aqua.Ouid.1.de Arte.

Lurida ſulphura.Ouid.14.Metam.

Lutea ſulphura.Ouid 14.Metam.

Odorum ſulfur.Claud.5.Paneg.

Puro de ſulfure fumi cæruleí.Ouid.4.Faſt.

Sacrum sulphur. Perf. Saty. 2.
Putrida sulphura. Ouid. 3. Metam.
Viuum sulphur. Ouid. 1. de Remed. amor.

Sulphuratus, pe. prod. Adiect. {θειωτὸς} Quod sulphur habet. Plin. lib. 31. cap. 3. Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia puteales necant.

Sulphuratio, Verbale. Senec. lib. 3. Natural quæstionum, Aut æstus corrupere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sulphurata, pen. prod. n. g plu. num. {πυρωμένα} Ligna dicuntur exilia, sulphure ab vtraque parte intincta, ad accendendas lucernas. Martial. lib. 1, Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.
Sulphurata lana, apud Celsum. lib. 4. cap. 5.
Sulphurata merx. Mart. lib. 12.
Sulphuratum ramentum. Martial lib. 10. 3.

Sulphureus, Adiect. {θειώδης} Quod sulphuris odorē, vel colorē reddit. Plin. lib. 36. cap. 19, Quum vritur, odorem sulphureum reddit.
Antra sulphurea. Stat. 1. Syl. 2.
Color sulphureus. Plin. lib. 35. cap. 6.
Fornacibus sulphureis ardet Ætna. Ouid. 15 Metam.
Lux sulphurea. Plin. lib. 35. cap. 15.
Vndæ Cocyti sulphureæ. Stat. 1. Thebaid. Sulphureas Lactantius interpretatur ardentes. Nunquam enim (ait) sulphur desiuit nisi de loco flagranti: Sulphur enim terræ bullientis spuma est.

Sulfuraria, sulfurariæ {θειωρυχίου} Locus vbi sulfur coquitur.

SVLPITIVS Galba Romanus quidam à quo hortea Sulpitia dicta leguntur apud Horat. 4. Carm. ode 12,
Nardi parnus onix eliciet eadum
Qui nunc Sulpitijs accubat horreis.

SVLTIS {ἐθέλοντες} veteres dixerunt, pro Si vultis. Plaut. Capt. 7,
Seruate istum sultis, iurus ferui, ne quoquam pedem
Efferat sine custode, Idem Asin. 1,
Hoc agite sultis, spectatores, nunc iam. Festus.

SVM, es, est {εἰμί, ὑπάρχω, γίνομαι, πέλω, πέλομαι, κυρέω, τυγχάνω} Verbum substantiuum, dictum quòd per se subsistet, nec indigeat alio, sed in ipsum cætera verba resoluantur: vt Ego lego, id est ego sum qui lego, Tu legis, tu es qui legis.
Omne quod eloquimur, sic vt id aut esse dicamus, aut non esse. Cic. 2. de Orat.
Sum, sæpenumero præpositis pronominibus demonstratiuis, non positum, intelligitur. Virgil. 1. Æneidos,
Tùne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ. Idem 3. Æneidos,
Nam Polydorus ego.
Sæpe etiam demonstratiuis aduerbiis positis, non est necesse huiusmodi verbum ponere. Virg. 3. Æneidos,
Ecce tibi Ausoniæ tellus.
Item, nomine substantiæ posito idem verbum frequentissimè defecit. Lucan. lib. 1,
Quis furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri? Virg. 4. Æneid.
Qualis quoque & Quantus, si addantur in oratione, desunt aliquando verba substantiua. Iuuen. Saty. 10,
O qualis facies, & quali digna tabella.
¶ Sum, copulat aliquando similes casus. Virg 1. Æneidos,
Rex erat Æneas nobis.
¶ Sum, Genitiuo iungitur quinque modis. Primo, quando significat posse fieri: Virg. eclog 3,
-cuium pecus? an Melibœi? Terent. Heaut. 5. 2,
Non esse horum te arbitror.
Iam me Pompeij totum esse scis. Cic. Cælio lib. 2. 12.
Secundo, quando notat laudem vel vituperationem: vt, Hoc pecus est magnæ vtilitatis, vel magni detrimenti. Cuius loco aliquādo ponitur ablatiuus: vt, Catilina fuit magna vi corporis & animi. Plaut. Menæch. 3,
Ita est adolescens ipsus ecce maxumæ. Idem Mostel. 9,
Magni sunt oneris: quicquid imponas vehunt.
Tertio, quando nullum habet nominatiuum, sed genitiuum cum infinitiuo: & significat interest: vt, Discipuli est honorare magistrū. Cic. pro lege Manil. Erit igitur humanitatis vestræ magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.
Hæc non erant eius, qui, &c. Cic. 2. de Finib.
Boni iudicis est, facere coniecturam. Cic. 6. Ver.
Hominis ingenui est, bene velle, &c. Cic. 3. de Fin.
Est miserorum, vt maleuolentes sint, atque inuideant bonis. Plautus Capt. 11.
Non est nostrum onus, Id est, non pertinet ad onus nobis impositum. Cic. Attic. lib. 10 3.
Nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm, &c. Liu. Iudicabūt enim prudentissimi viri, nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quā vbi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Idem, Nihil tā æquandæ libertatis esse, quàm potentissimum quemque causam posse dicere. Vbi (causam) accusatium subintelligendum puto. Budæus.
Tota facultas eius rei tua est. Cic. Planc. in epist. ad Att. lib. 16. 2. 15.
Non est nostri ingenij, vestri auxilij est iudices, huic subuenire, Cic. pro Cluentio.
Patriæ prodendæ esse, pro Pertinere ad patriam prodendam. Liu. Decad. 1. lib. 5. Quicquid Tribunus plebis loquitur, & si prodēdæ patriæ dissoluendæque reipublicæ est, assuetis audire.
Quarto, quando sumitur pro Valet, & ad pretium rendit: vt Quanti est sumito, pro, Quantū valet. In qua significatione iungitur etiam ablatiuo, vt, est tribus sestertiis modius, vt in subsequētibus apparet, Terent. Adelph. 5. 9,
Argentum quanti sumito. Id est, quanto pretio valet, ait Donatus. Cic. lib. 2. Offic.
Magni apud aliquem esse. Cic. Seruilio lib. 13. 73.
Minus pensi esse. Liu. 4. Decad. 4, Vide pensum in PENDO.
Plurimi esse. Cic. in Parad.
Emere denario, quod sit mille denariūm. Cic. 3. Offic.

Minimi æris esse. Vlp. in l. iij. § j. D. de alim. & cibar. legat. Multi testamentis suis libertis prestare iubent necessaria, quæ quia minimi æris sunt, ad nihilum perduncuntur.
Est tribus sestertiis modius. Cic. in Ver. Verum enimuerò quum esset sest. binis aut etiam trinis, quibusuis in locis prouincię. De Medimno loquitur, Idē pro Rosc. Amer. Bona patris huiusce Sex. Roscij quæ sunt sexagies, quæ duobus millibus nūmūm sese dicit emisse.
Quinto quando mansionem significat: vt, Ego sum domi meæ: tu es domi tuæ. Item, domi vestræ: domi nostræ: domi alienæ. Vbi notandum est, quòd cum aliis genitiuis non iungeretur: neque enim diceremus, ego sum domi honestæ, & domi pulchræ: sed in domo honesta, & in domo pulchra. Et licet dicere sum domi, & sum in domo: sicut egredior domo, & egredior è domo.
Nónne mauis sine periculo tuæ domi esse, quàm cum periculo alienæ? Cic. Marcel. lib. 4. 7.
Non licet mihi esse Romæ. Cic. 4. Verr.
¶ Sum, Datiuo etiam iungitur, & significat habeo. Virg. 1. Æneid,
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.
Est illis ars inter se blandiri. Plin. lib. 10. cap. 37.
Eras mihi mortuus, pro Videbaris mihi mortuus. Plaut. Pers. 2.
Duobus datiuis, pro Dat vel afficit. Plau. Asin. 11, Cic. Curioni, lib. 2. 6, Sed tibi & gratulor, & vt sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus exopto.
Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi esse debent. Cic. 5. Verr.
Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit. Cic. Attī. li. 6. 15.
Datiuo & ablatiuo Plaut. Milite 10,
Nihil me pœniteret iam quanto sumptu fuerim tibi. Idem Bacch. 23.
Datiuo & infinitiuo, siue nominatiuo: vt, Non est cuipiam fallere.
Est mihi minus cum illo, Id est minus sum ei familiaris. Cic. Marcello lib. 15. 10.
Est mihi melius, pro Melius habeo. Cic. Tironi li. 16. 22. Vide Melius in BONVS.
Bene & malè est mihi. Terent. Adelph. 1. 1.
Malè esse animo, Vide MALVS.
Amori esse, vel odio dicitur res aliqua, Amari, vel odio haberi. Cass. ad Cic. lib. 15 19, Spero enim homines intellecturos quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia.
Bono esse. Id est vtile, cōpendiosum, & cōmodum. Cic. pro Rosc. Amerino, Accusant ij quibus occidi partem Sext. Roscij bono fuit.
Crimini esse. Cic. pro Rosc. Amer. Et illam sicariorū multitudinē, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabūt fore. Hoc est, huic in crimen verti. Budæus.
Desiderio esse, pro Desiderari. Senec. de Consolat. ad Polybium, Ille desiderio illi esse vult, tormento esse non vult.
Esui potuique esse. Vlp. in l. Qui penum legat. D. de pen. legat. Sed Aristo notat, etiam quæ esui potuique non sunt, contineri legato.
Exitio esse. Val. Max. lib. 7. cap. 2. De Socrate.
Gloriæ esse. Cic. 2. Philip.
Inuidiæ. Liu. 4. ab Vrbe.
Maledicto & probro esse. Senec. epist. 116.
Melli esse, pro Esse iucundum. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Hoc iuuat, & melli est, non mentiar.
Miraculo esse. Plin. lib. 11. cap. 31.
Odio esse. Cæsar 8 bel. Gal.
Offensioni esse, Vide OFFENDO.
Oneri ferendo esse. Liu. 2. ab Vrbe, Hoc est onus ferre posse.
Ornamento esse alicui: & præsidio. Vide Ornamentum in ORNO.
Patriæ prodēdæ ac dissoluendæ Reip. esse, pro Pertinere ad patriā prodendam. Liu. lib. 5, Eodem significatu cum genitiuo, Idem. lib. 7, bel. Pun. Ea consilia prodendi imperij, deferendæque Italiæ esse.
Periculo alicuius esse. Florent in leg. Opus. D. Locati & conducti.
Pignori esse. Neratius in l. Eo iure. Digest. ex quib. caus. pign.
Prædæ esse. Quint. in Procem. lib. 1.
Præsidio esse. Cæsar 1. bel. Gal. Cic. ad Senatum lib. 15.
Pretio esse. Plin. lib. 12. cap. 12.
Signo esse, vt esse indicio. Cic. 1. de Inuent.
Testimonio alicui esse. Planc. ad Cic. lib. 10. 17.
Vitio esse. Ouid. de Nuce.
Vsui esse. Cæsar. 1. bel. Gal.
¶ Plus vnus fuerit Cato, quàm omnes leges. Cic. Q. fra. lib. 1. 16.
¶ Sum, variis præpositionibus iungitur: nunc cum ad, vel apud, ac eustatius: nunc cum ab, in, & aliis ablatiuis.
Ab aliquo esse. Cic. 1. de Orat. Sed vide ne hoc Scæuola totum sit à me. Hoc est, pro me faciat, meámque tueatur sententiam.
Est ad eam rem, pro Illi rei medetur, & prodest. Cato cap. 12, Id est ad aluum crudam, & ad lateris dolorem, & ad cæliacum, & si aluus non consistet.
Ad vrbem esse, pro In Vrbe. Cic. ad Attic. lib. 7. 13.
Est ad, pro Expositum est & vergit. Cæsar bel. Gal. lib. 1, Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & ad eam partem quæ est ad Hesperiam. Alia exemplaria habent, & eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet.
Apud aliquem esse. Terent. Heaut. 1. 1.
Apud se esse. Terent. And. 2. 4,
Proin tu face, apud te vt sies.
Apud herum rectè erat: Hoc est, Bene se habebat herus, & valebat rectè. Cic. ad Q. fra. lib. 3. epist. 17.
Apud matrem rectè est, Id est bene habet mater. Cic ad Att. lib. 1. 4. Ibid. 5. 1, Apud te est vt volumus.
Esse cum imperio. Cic. ad Lent. li. 1. 1. Vide Imperium in IMPERO.
In amore atque deliciis alicui esse. Cic. 6. Verr.
In animo est, Decreui, proposui, statui. Cic. ad Att. lib. 3. 62.
In armis esse. Cæs. 6. bel. Gal. Cic. ad Senatum lib. 15. 1, Vt opprimerenturij qui ex Cilicum gente in armis essent.
In bonis est, pro In possessione bonorum, bona possidet. Cic. Acilio lib. 13 31.

Est in

Est in commemoratione omnibus omnium flagitiorū. Cic. 3. Ver.
In deliciis esse alicui. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 29.
Diutius in hoc desyderio esse non possum. Cic. de Amic.
In deditione esse. Cic. pro Quintio.
In exemplis est. Plin. lib. 11. cap. 18.
In expectando sum, pro Expecto. Gel. lib. 3. cap. 7.
In gratia esse cum aliquo. Cic. ad Att. lib. 2. 24.
In incerto esse. Tacit. lib. 19.
In infamia esse. Terent. Heaut. 2. 3.
Propter quā in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens.
In integro esse. Tacit. lib. 19. Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete. Idem lib. 3.
In meis intimis est, Est in meis familiarissimis, sæpè apud Ciceronem, vt ad Acilium lib. 13. 31, Peto igitur abs te, vt cum siue aderit, siue non venerit in Siciliam, in meis intimis maximéque necessariis scias esse.
In inuidia est, Id est ei inuidetur. Cic. ad Att. li. 1. 2. 4, Alia exēplaria non habent præpositionem In.
In legationibus esse. Liu. 5. Decad. lib. 5.
In longum esse. Tacit. lib. 11.
In melius esse. Tacit. lib. 12, Vt aditus, absessus, cuncta nobis importuna, & suis in melius essent.
In mentem fuit mihi. Plaut. Amph. 4.
In metu esse. Terent. And. 2. 2.
In mora alicui esse. Terent. And. 2. 5.
In noxia esse. Terent. Phorm. 2. 1.
In aliquo numero atque honore esse. Cæs. 6. bel. Gal. Subauditur aliquando præpositio: vt Cic. ad Valerium lib. 1. 10.
In oculis hominibus esse. Cic. ad Att. lib. 6. 13.
Esse in officio, Vide OFFICIVM.
In opere esse. Cæsar 7. bel. Gal.
Sum in opinione, Id est habeo opinionem. Quint. lib. 3. cap. 8.
In pabulo esse, dicitur res aliqua, quæ ad pabulum vtilis est. Plin. li. 11. c. 53, Quin & suibus serpentes in pabulo sunt, & aliis venenū est.
Esse in perdito, pro Esse inter perdita. Senec. de Benefic.
Esse in sermonibus, pro Fama prædicari. Senec. epist. 123.
In procuratione regni esse. Cæsar 3. bel. Ciuil.
In publico esse non audet. Cic. 7. Verr.
In quæstione esse. Plin. lib. 11. cap. 17.
In quæstu lingua est. Quint. in Procemio lib. 1.
In re præsenti fui. Plaut. Amph. 4.
In rem communem est. Plaut. Amph. 3.
In ridiculo esse. Plaut. Casina. 23.
In ea est sententia. Quint. lib. 1. cap. 1.
Sunt in illa priora sententia. Quint. lib. 3. cap. 10.
In spe esse, Sperari. Cæsar 2. bel. Ciuil. Magna auxilia conuenisse, magna esse in spe atque expectatione.
In spe esse. Sperare. Cic. ad Terentiam, li. 14. 3, Sed tamen quandiu vos eritis in spe, non deficiam.
In tuto esse. Quint. lib. 1. cap. 8.
In venationibus esse multum, Multam venationibus operam dare. Cæsar 4. bell. Gall.
In vita esse, pro viuere. Cic. de Senect.
In vsu esse. Plin. lib. 12. cap. 17. ceterò non alia ligni genera sunt in vsu quàm odorata. Quint. lib. 1. cap. 1.
Sum in potestatem, in amicitiam, &c. Cic. in Diuinatione. Ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani dictionemque essent, iniurias propulsare. Idem in Verrem Act. 7. Quibus tam partem vrbis tenuerint, in eorum potestatem portum futurum intelligebant. Hoc & Gellius norauit lib. 1. cap. 7.
¶ Pro aliquo esse. Cic. pro Cluentio, iudicia partim nihil contra habitum valent, partim etiam pro eo sunt.
Pro meliore fuit. Tacit. li. 12. Dein nobis pro meliore fuit, effugere hostes tenui damno.
¶ Sine eo esse non possum. Cic. 5. Ver.
¶ Esse sub vt, Omnes sub cælo sumus, Esse sub imperio. Cæsar 1. bell. Gall. Neque recusaturos, quominus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent.
¶ Cum ablatiuo sine præpositione: vt Hæc est præstanti corpore. Plaut. Bacchid. 21,
Scio: fui ego illa ætate, & feci illa omnia. Idem Aulul. 19.
Et nos minore sumptu simus, quàm sumus.
Mira sum alacritate ad litigandum. Cic. Att. lib. 2. 22.
Esse aliqua conditione. Cic. 3. de Leg. Est Senatori necessarium nosse Rempub. &c. quos socios Respub. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege conditione, fœdere.
Esse summo honore. Cic. 4. Verr.
Esse solicitudine incredibili. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12.
Mirificè esse studio, & officio in aliquem. Cic. Teren. lib. 14. 3.
Magno esse, pro Constare. Senec. de Benef.
Sum, sæpe aduerbiis iungitur. Terent. Hecyra, 1. 2,
Vbi illic dies est complures, accersi iubet. Virg. 1. Aen.
-hic illius arma, Hic currus fuit.
Ego vos oro, vt hīc sitis hodie. Cic. 2. de Orat.
Intus esse, Vide INTVS.
Longè esse, Vide LONGVS.
Male sit, Imprecantis, Vide MALVS.
Nimium est, Vide NIMIS.
Nunc est, Vide NVNC.
Obuiam esse, Vide OBVIAM.
¶ Cum infinitiuo. Terent. Heaut. 3. 3.
Sed nostrū est intelligere vtrūque, atq; vbicunque opus sit obsequi. Non enim est meū, contra ius alicuius dicere. Cic. pro Cor. Balb.
¶ Sum variè vtimur, in variis locutionibus.
Sit vestra benignitas ad audiendum. Plaut. Mil. 4.
Sunt semper bibentes in cœnopolio. Plaut. Curc. 7.

Est cum eo testamenti factio. Id est, Is habet testamenti factionem. Paulus in l. Debitor. S. vlt. D. de legatis secundo. Quum enim seruo alieno aliquid in testamento damus, domini persona ad hoc tantum inspicitur, vt sit cum eo testamenti factio, cæterūm ex persona serui constituit legatum.
Est decem, pro Valet decem. Africanus in l. Deposui. §. Stichus. D. de peculio.
Ius mihi est ædes meas altius tollere. Africanus in l. Egi. D. de exceptione rei iudicatæ.
Est in rebus humanis, Viuit. Paulus in l. Si seruum, in princ. D. de verborum obligationibus. Sed si sit quidē res in rebus humanis, sed dari nō possit vt fundus religiosus vel facer factus, vel seruus manumissus, &c. Idem in l. Qui in vtero. D. De statu hominum. Qui in vtero est, perinde acsi in rebus humanis esset, custoditur.
Es pro Sis, vt, bono animo es. Plaut. Amph. 8 3. Et apud Terentium Heaut. 4. 6.
Est illi consuetudo. Plin. epist. 237. Et apud Plau. Curc. 2.
Si argentum est, emas.
Moris est plerisque Quint. lib. 1. cap. 1.
Fuit daturus. Terent. Heaut. 4. 6.
Opinor esse Hercules, tu autem Linus. Plaut. Bacch. 2.
¶ Sunt minus quindecim dies, quòd. Plaut. Trin. 8.
Decem dies sunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus est. Cicero 2. Ver.
Est hic tertius annus à. Cic. de Amicit. Cuius à morte hic tertius & trigesimus est annus.
Sunt octo anni quum. Cic. pro Cluentio, Anni sunt octo quum ista causa in ista meditatione versatur.
Est annus vt repulsam tulit. Cic. 8. Philip.
Fuerunt duo horæ. Cic. pro Quintio, Horæ duę fuerunt, Quintius ad vadimonium non venit: quid ago?
Sunt duo menses iam, dices. Cic. pro Rosc. Comœdo,
Quum annos iam complures societas esset. Cic. pro Quintio.
¶ Estne, an nō? Plaut. Trin. 14. -estne ipsus, an non est? is est; Certè is est, is profectò, ô mi here.
¶ Est mihi nomen Hecyra. Teren. in prologo Hecyræ.
Hecyra est huic nomen fabulæ Plaut. Menæch. 24.
Mihi est Menechmus nomen.
In genitiuo. Plaut. Amph. 3.
Nomen Mercurij est mihi.
Dartuo. Plaut. Cistel. 4.
Nam nomem est mihi Auxilio.
¶ Sum totus vester. Cic. Marcello, lib. 15. 8.
¶ Sit, nec sit spes, in te vno est. Plaut. Milit. 14.
¶ Est, responsuum. Teren. And. 4. 5. Sed est Simo intus? D. est.
Est ita vt dicis. Cic. 3. de Finib. Est vt dicis, inquam.
Non est huic rei locus. Paulus in l. Si tamen. D. de Senatusconsulto Maced. Sed & si iusserit pater filio credi, deinde ignorante creditor mutauerit voluntatem, locus Senatusconsulto non erit.
Subticiatur interdum datiuus: vt, Est tecum actio: vbi subintelligitur Mihi datiuus. Paulus in l. Qui iniuriæ. §. 2. D. De furtis.
¶ Est mihi iter in Lemoum. Terent. Phorm. 1. 2.
¶ Est, in tertia tantum persona, pro Conuenit vel licet. Valerius Maximus lib. 1. Non est inter patrem & filium, vllius rei comparationem fieri, præsertim diuinitatis fastigio iunctos.
¶ Est cernere, deprecari, inuenire. Virg. 6. Æn.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat. Id est, licebat. Cic. pro P. Sestio, Quem enim deprecari esset, quum omnes essent fœdidati? Vetus exemplar habet deprecarentur. Gell. lib. 12. Est tamen inuenire non nusquam ita scripsisse quosdam non ignobiles.
¶ Est petitum. Plaut. Aulul. 7.
Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam. Videtur hoc loco legendum, si opulentos it, pro si opulentus it petitum, &c.
¶ Non hercle is sum qui sum, ni hanc iniuriam vltus fuero. Plautus Menæch. 11.
Nullius sum, Vide NVLLVS.
¶ Fuit, quum aliquid olim factum narraturi sumus, præponere consueuimus. Ter. Heaut. 3 3, -fuit quędā anus Corinthia Hic.
Est, similiter à narraturis aliquid vsurpatur. Ter. Eunuch. 2. 2.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, &c.
Fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. Cic. 1. de Inuent.
Fuere qui: Plin. lib. 12. cap. 15, Neconō fuere qui thuris arbore vtrum que nasci mentirentur.
Cn. Pompeius, vir omnium qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia, gloria princeps. Cic post redirum ad Quirites.
¶ Sunt qui volunt te conuentam. Plaut. Cistel. 10.
¶ Est quod, Id est, est aliquid quod. Plautus Pseud. 4.
Etiā est quod domi dicere penè oblitus fui. Cic. Trebatio, lib. 7. 10:
Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, vbi aliquid sapere videre.
Nihil est, Vide NIHIL.
Non est quòd, Vide NON.
Hoc quod res est. Plau. Menæch. 24, Quid ego ex te audio?
MEN. hoc quod res est.
¶ Erit vbi te vlciscar, si viuo. Plaut. Pseud. 23.
Est etiam vbi profectò damnum præstet facere quàm lucrum. Plaut. Capt. 6.
¶ Est verò huic eredendū Chremę. Ironicè dictū. Teren. And. 5. 4.
¶ Est vt. Terent. Phor. 5 8. -sin est vt velis
Manere illam apud te, dos hīc maneat Demipho.
¶ Ero vt me voles. Plaut. Capt. 5.
¶ Esse, Conuenire, & cōgruū esse. Cic. ad Atticum, Signa quam commodissimè poteris velim imponas, & si quod præterea ἄπιστον reperies, & maximè quæ tibi palæstræ & gymnasij videbūtur esse. Bud.
¶ Esse, Manere, & conuocari. Cic. 2. de Orat. Nisi prius à vobis

imperrabo. Quidnam inquit Catulus? Vt hîc sitis hodie. Et paulo póst. Neque domi imperaram. & hic, apud quem eram futurus, sine me a sententia tam facilè promisi. Budæus.

Si effectis, versarem iniquè nobiscum. Cic. de Aruſp. resp.

¶ Est, pro possibile est Celsus libro 5. cap. 27. De remediis generalibus aduersus omnia venena, Nõ tam facile iis opitulari est, qui in cibo venenum, vel in potione sumpserunt. Bud.

Est, pro Licet. Liu. lib. 2. Decad. 5. Eorum quæ obiecta sunt mihi, partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescã, partim quæ verbo obiecta, verbo negare sit. Huc pertinent, Est cernere, deprecari, inuenire.

¶ Esto, Concedentis. Terent. Heaut. 3. 3.

At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.
C. Esto: at certe concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper. Cic. 5. Verr.

Esto cætera negare non potes.
Esto, pro Sit. Plaut. Asin. 13.
-hæc mulcta ei esto, vino viginti dies Vt careat.
Verum esto. Cic. 4. Verr.

Sit sanè ita quandoquidem à Polemonis, & Peripateticorum & Antiochi finibus non facilè diuellor, &c. Cic. 4. Acad.

¶ Esse, pro Viuere. Cic Att. lib. 12. 14. 1, Longumque illud tempus quum non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur.

¶ Es, pro Soles. Cicero Cornificio, lib. 12. 20, Quod si, vt es, cessabis, lacessam.

¶ Siem, pro Sim. Terent. Phorm. 5. 4,

Sin patefit, in probrosiem. Cic. in Orat. Siet plenum est: sit imminutũ.

¶ Est, pro euenit. Terent. Hecyra, 3. 1,
-nam fæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Quum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.

Ens, {τὸ ὄν} Participium præsentis temporis non est in vsu, authore Prisciano. Quintilianus lib. 8. cap. 3. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videntur, vt Ens & Essentia: quæ cur tantopere aspernemur, nihil video: nisi quòd inuiti iudices aduersus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus.

Futurus, futura, futurum, pen. prod. {μέλλων, ἐσόμενος,} Participium idem quod erit significans. Plaut. Mostel. 4. -quid illis
Futurum est cæteris qui te amant? Cic. de Senect. Aut etiam optãda si aliquò eum deducit, vbi futurus sit æternus.
Præsidio sperant esse futurum. Cic. 7. Ver.
Copulare futura cum præsentibus, Vide COPVLO.
Augurari futura animi, Vide AVGVRO.
Scire futura. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.
Mihi cum illa posthac nihil futurum. Cic. 2. Philip.
Genus omne futurum, Posteri. Virg. 4 Æneid.
In futurum, Vide IN præpositionem.
Haud ignara futuri. Virg. 4. Æneid.

Sumen. summis, pen. corr. neut. gen. {σθθαρ, ῶνος,} Fit ex papillis suillis vno die post partum sectis ac salitis. Martialis lib. 13,
Esse putes nondum sumen, sic vbere largo
Effluit, & viuo lacte papilla tumet.

Plin. lib. 8. cap. 51, Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictaque eorum abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, sincipitia verrina, vt iam Publij mimorum poetæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Hîc Plin. vult sumen & abdomen idem esse. Plau. Cap. 14,
Quanta labes larido, quanta sumini absumedo?

Sumen alij putant esse lac suis extractum, ac densatum sue occisa. Vel quasi rumen, id est, mammam, nomen à sugendo deductum. Vide ABDOMEN.

Sumen propriè à sugendo dictum. Nam & mulieris mammam sumen veteres dici voluerunt. Lucil. Satyr. lib. 4,
Quod si nulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero manet at succulsa lacerto
Et manus vberior lactanti in sumine fidat. Nonius.

¶ Sumen operis, Per translationem. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 7. ad finem, Cæsar Vopiscus ædilitius, causam quum ageret apud Censores, cãpos Roseæ Italiæ dixit esse sumẽ, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

Suminatus, pen. prod. vt Suminata caro, apud Arnobium lib. 2. aduersus gentes.

Sumenalia, Vide SVMMANALIA.

Summa. summæ, {κεφάλαιον} Est sententiæ alicuius, aut rerum, de quibus verba fiunt, aut quæ eiã numerantur, collectio. Virg. lib. 4. Æn.
Nauiget, hæc summa est. Plaut. Pseud. 5,
Sicut hæc est præstituta summæ argẽtariæ dies. Plin. epist. 155, Summæ amplissimæ. Cic. de Leg Sed ipsæ summę rerum ac sententiæ.
Explicare summam auaritiæ. Cic. in Pisonem,
Belli summam credere puero. Virg. 10. Æneid.
In hoc summa iudicij causaque tota consistit. Cic. pro Quintio.
Summa militiæ. Tacit. lib. 18.
Numorum summa. Horat. de Arte.
Operis summa. Horat. de Arte.
Patrimonij summa. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Summam promissi sui complere, Promissum omnino absoluere. Cic. 5. Verr.
Summa rerum. Terent. Phorm. 2. 2.
Ad re summa solum Phormio rerum redit.
Summæ rei periculum facere. Tacit. lib. 20. Idem lib. 21. Ad maturandum summæ rei discrimen.
Communes rerum & generum summæ. Cic. 2. de Orat.
Salutis summa. Lucret. lib. 2.
Victoria summa in eo constat. Cæsar. bel. 7. bel. Gall.
Summa quadrans, Vide QVADRO.
Breuis summa, Vide BREVIS.

Dicere summam alicuius rei. Cic. 1. de Inuent.
Ad summam pertinet. Quintil. libr. 1 An Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho voluisset, ac ille suscepisset hoc officium, si non studiorum initia à perfectissimo quoque optimè tractari, & pertinere ad summam credidisset? Ad summam doctrinæ & eruditionis intelligo, quam filio destinauerat esse quærendam literarum studio. Budæus.

In summam. Tacit. lib. 15. Nihil in summam pacis profitebatur. Liu. lib. 1 Decad. 4.

In summam proficere. Quintil. lib. 1. Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. Id est, eam discendi facultatem quam adolescenti aut iuueni comparare volumus, & ad eum finem quem animo destinauimus. Budæus.

Summa illa sit. Quicquid officij, beneficij, honoris in Genuelliũ contuleris, id re existimabo in meipsum atque in rem meam contulisse. Cic. ad Therm. lib. 13. 54.

Summa fuit, vt ille quasi exitum quærens vt deliberarem, nõ fuit negandum: ita discessimus. Cicero ad Attic. libr. 9. 190.

Summa illue pertinet vt, &c. Cic. 7. Verr.
Summa est in testibus. Cic. pro Ilacco,
¶ Summam cogitationum facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Hæc est summa. Plaut. Persa. 2,
Summa est in quo mihi gratissimum facere possis, Si curaris vt Aquianus, &c. Cic. ad Titium, lib. 13. 76.
Summa pecuniæ. Cic. ad Fabium libr. 7. 24, Scilicet ista quidem summa næ ego multo libentius emerim diuersorium. Idem pro Q. Roscio, Non refert parua nomina in codices? imò omnes summas.
Veráne summa sit vniuscuiusque rationis. Cic. 2. de Orat.
Addendo, deducendóque videre quæ reliqui summa fiat. Cicero 1. Officiorum.
Creditor totius summæ. Quintil. lib. 5 cap. 10.
Quum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modò quanta fuerit; sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. Cic. pro Cluentio.
Colligit summa Plin. lib. 9. cap. 35, Quæ summa quadringenties sestertium colligebat.
Concipere summam, Vide CONCIPIO.
Conficere summam. Cic. de Lege agra. Alij legunt feciſſet.
Congruunt cum summa. Cic. ad Atticum, lib. 7. 132. Reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant.
Decedet nihil de summa, Vide DECEDO.
Detrahere de summa. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195.
Decessionem de summa facere. Cic. pro Rabirio Posthumo.
Facere summam. Cic. 4. Verr. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæque faciundæ censori permittitur. Idem 5. Verr.
Imminuere summam, Vide IMMINVO.
Remittere alicui de summa vel de capite. Cic. 5. Verrin.
Subducamus summam. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110.
Summa, pro complemento. Quintil. lib. 3. cap. 2. Huic studium & incrementum dederit vtilitas, summam ratio & exercitatio? Confectionem quoque significat apud eundem lib. 5. cap. 10. Habẽt omnia initium, incrementum, summam. Idem, Ex initiis summa colligitur: quum dicit, Non possum togam prætextam sperare, quum exordium pullum videa. Et alibi, An ad initium summa referenda, nempe an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit.
Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse iubeo. Senec. epist. 40.
Summa summarum in Plauti Trueulento est, cùm in rationibus multa nomina & capita in vnam summam rediguntur, ac sic multis summis factis, omnia tandem in vnum consummantur. Nam vt capita in summam, sic summæ in summam summarum rediguntur. In Lucretio autem summa summarum immensitatem ipsam vniuersi significat. Ex Turnebo.
¶ Habere summam orationis. Cicero Attico, libro 2. 16, At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, vt sibi ignoscerem.
Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ. Cic. 2. Philip.
Quicquid dixi, ad vnam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. Cicero pro Ligario.
Efficere longam summam. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Tendere ad summam. Quintil. in Procem. lib. 1.
Ad summam non possunt itæ e sic abire. Cic. Attic. lib. 14. 209.
In omni summa, me ad otium conuerto. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 11.
In summa. Cicero ad Q. frat. lib. 2. 16, Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione Trib. ærarij absolutus, in summa quatuor sententiis cùm Senatores & equites damnassent,
Ad summam, Vide AD præpositionem.
Ad summam die M. Tullij, &c. Cic. ad Atticum. lib. 7. 12. 7. Idem de Offic. lib. 1. As summam, ne agam de singulis.
Summa, Absolutè pro numero. Lucret. lib. 2.
Vt neque finis (vti docui) neque summa sit vlla.
Summatim, pen. prod. Aduerb. {κεφαλαιῶδες, ὑμῆδὰν} Per singulas summas, vel In summa, & breuiter. Varro in Præf. libri 2. de Re rust. Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram. Cic. ad Attic. lib. 5. 104, Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc quæ longiorem desyderant orationem, summatim tibi perscriberem.
Summatim ex eo dictum est, quod summas ipsas, non omnia æra legimus & subducimus. Turnebus.
A me pauca cognosces, & summatim. Cic. Trebonio, lib. 10. 28.
Attingere aliquid summatim. Lucret. lib. 3.
Breuiter & summatim describere. Cic. in Orat.
Nunc exponamus genera ipsa summatim. Cic. 2. de Orat.
Narrare summatim & particulatim. Autor ad Heren. lib. 1.

Summatim

Summatim à summus. Vide pòst SVMMVS.

Summarium, Epitome, seu breuiarium. Senec. epist. 39, Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quàm quæ nunc vulgò *breuiarium* dicitur. Olim quum Latinè loqueremur, summarium vocabatur.

Summanalia, Liba farinacea in modum rotæ ficta. Festus. Cælius Rhod. lib. 9 cap. 16, Sumenalia vocat à sumine.

SVMMANVS, pen. prod. {κεφαλαιῶδες} Deus antiquis creditus, cui nocturna tribuebant. Plin. lib. 2. cap. 52, Diuturna attribuentes Ioui, nocturna Summano. De fulminibus. Cic. 1. de Diuinat. Quid Summanus in fastigio Iouis optimi maximi, qui tum erat fictilis è cælo ictus esset. &c. Summani nomine intelligendus est Pluto, vt testatur Capella de Nuptiis Philologiæ lib. 2. quem ita nuncupant, quasi summum deorum Manium. Qui deus tamen sit Summanus addubitasse videtur Ouid. quum 6. Fastorum, scribit x III. Calendas Iulias templum illi fuisse sacratum.

Summarius Summates, Summatus. Vide SVMMVS.

Summergo, Summitto, Vide pòst SVMMVS.

Summœritum, Dicebatur locus lupanaris, quòd ferè sub mœnibus esset, quasi submœnium. Inde Summœnianæ meretrices dicuntur. Martial lib 3,
Summœnianas cœner inter vxores.

Summoneo, Vide SVBMONEO.

Summouco, Vide pòst SVMMVS.

Summus, Adiectiuum {ἔσχατος, ὕψιστος} Quod est omnium altissimum. Virg. 4 Æneid.
-summóque vlularunt vertice nymphæ. Cicc. 2. Tusc. Summum, quo nihil sit superius.
Summum, & Profundum, contraria. Cic 3. de Finib.
Summa nauium tabulis augent. Tacit. lib. 19.
Euadere in summum, Vide IN præpositionem.
Imis permiscere summa. Lucan. lib. 3.
Facere patria omnia infima summis. Cic. 3. de Legib.
Ab imo euertere summa. Lucret. lib. 5.
¶ Summus, Extremus. Cic. in Hortensio, Vixit ad summam senectutem valetudine optima Virg. 2. Æneid,
Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.
A summo, Vide A præpositionem.
¶ Summus, Maximus, quo nihil sit maius. Terent. Phorm. 1. 1,
Amicus summus meus, & popularis Geta.
Seueritatis, & munificentiæ summus. Tacit. lib. 1.
Diuisio summa 1. prima, generalior, præcipua l. 3 D. de stat. ho. l. 3. D. de rer. diuis.
Summus aliquando solum ponitur, & intelligitur Amicus. Terent. Eunuch. 2. 2, -plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnato.
Concipere summa de aliquo. Quintil in Procem. lib. 6.
Ad summum, Vide AD Præpositionem.
Biduo. ad summum triduo. Cic. pro Quintio.
Summus, medius, infimus. Cic. 1. Philipp.
¶ Summa aqua. Cic. 1. Tusc. 1.
Æstas summa, pro Vltima. Cic. 7. Verr.
Amentia summa Cic. 2 de Inuent.
Artificium summum. Cic. 6. Verr.
Beneficium summum. Terent. Phorm 2. 2.
In summo beneficio, Vide IN præpositionem.
Summum illud bonum, in animone sit an in corpore, virtute an voluptate definitur. Cic. 1. de Orat.
Quod honestum sit, id esse, aut solum, aut summum bonum. Cicero 3 Offic.
Herillus in cognitione & scientia summum bonum ponit. Cic. 4. Academ.
Epicurus ponit summum bonum in voluptate. Cic. 3 Offic.
Cacumina summa. Virg. 6. Æneid.
Summus cibus, Vide CIBVS.
Clamore summo. Plaut. Merc. 3.
Contumelia summa Cic. 5. Verr.
Culmina summa villarum. Virg. eclog. 1.
Desperatio summa. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dolor summus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Fastigia summa rerum. Virg. 1. Æneid.
Fide summa Liu. 4 ab Vrbe,
In summo fluctu pendent. Virg. 1. Æneid.
Forma summa. Terent Eunuch. 2 3.
In honore summo vigere. Lucret. lib. 4.
Hyeme summa nauigare. Cic. ad Munatium, lib. 13. 61.
Summus atque perfectus imperator. Cic. pro Lege Manilia,
Ingenia summa. Cicc. 4. Acad. Nihilne tot seculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus?
Inscitiæ summæ mihi videtur. Cic. 2. de Finib.
Iure summo agere cum aliquo. Cic. 7. Verr. Vide IVS.
Summum ius, summa iniuria. Cic. 1. Offic.
Laboris summi dolor Cic. 5 Verr.
De summo loco, summóque genere captus. Plaut. Capt. 2.
Summo loco natus. Cic. ad Thermum, lib. 2. 17.
Dicere dolorem summum malum. Cic. 3 Offic.
Materia summi mali aurum. Horat. 3. Carm. ode 24.
Ad summam magnitudinem peruenire putantur decem annis delphini. Plin. lib. 9 cap. 8.
Mœror summus. Cic. pro Quintio,
Omnia summa in eo sunt: Hoc est, vndecunque maximus & excellens. Cic. pro Lege Manil.
Opes summæ Lucret lib. 2.
Otium summum. Cic 3. Verr.
Pax summa. Lucret. lib. 1.
Si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esset labor. Cicero 2. de Oratore.
Nihil nisi summa ratione facere. Cic. Cn. Magno in Epist. ad Atticum, lib. 8. 159.
Summa dicebatur quæstio antiquis, quod nunc *principale punctum* dicimus Quintil. lib. 3. Quæstio latius intelligitur omnis, de qua in vtranque partem, vel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam innotes omnes complectamur: altero, quo significamus summam illam in qua causa vertitur.
Rector summus deũm. Ouid. 13 Metam.
Quid mihi cum ista summa sanctimonia? Cic. pro Quintio, 32.
Homo sententiæ summa. Cic. 8. Philipp.
Studium summum literarum erat in vtroque. Cic. 1. de Finib.
Stultitiæ summæ est. Cælius Ciceroni in epistol. ad Attic. lib. 13.
Summa summarum illo gloria fuit, Asiam vltimam pronunciarum accepisse, eandémque medium patriæ reddidisse. Plinius libro 7. cap 26.
Vi summa hortari. Liu 3. bel. Pun.
Vir summus Plaut. Capt. 6.
Voce summa resonans. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Voce summa pronuntiare versus. Cic 1. de Orat.
Voluptas summa. Horat. 2. Serm. saty 2.
¶ Summa res, pro Summa rei, & pro tota Rep. Cic. 2. Philipp.
¶ Summum, Valde profundum. Plaut. Milit. 16,
Nunc hæc res apud summum purcum geritur. Ibidem, 9.
¶ Summus, Laudabilis, gloriosus. Virg. 9. Æneid.
Mene igitur socium summis adiungere rebus
Nisi fugis?
¶ Summum, & ad Summum {τὸ σύμπαν} pro eodem. Cic. 5. Verr.
Duo milia nummũm, aut summum tria dedisset. Idem ad Atticum, lib. 13. 278, Expectabam hodie, aut summum eras ab eo tabellarios. Vide Ad summum in AD.
Scies igitur fortasse eras summum perendie. Cicero Attico, libro 12. 237.
Ad summum, pro Optimè. Cic. ad Tironem, lib. 16. 12, Fac planè vt valeas, nos ad summum. Scilicet valemus. Aliud exemplar legit ad summus.
Summo, hoc est fine. Quintil. 7. cap. 2. Quia & initiò mouendus sit iudex, & summo impellendus.

Summè, Aduerbium {κάρτα} Maximè, excellenter. Plautus Pœnulo, 12,
Est ne hic seruus meus? c. summè hercle verò Agoræstocles. Plin. epist. 243 Habui enim illum Quæstorem in Consulatu, mei summè obsequentissimum.
Ab aliquo petere & summè contendere. Cic. pro Quintio,
Hoc me solicitare summè solet. Cic. 1. de Orat.
Summè miser, Admodum. Cic. 4. de Finib.
Summè officiosus in aliquem. Cic. 3 Verr.
Summè iucundum. Cic. ad Suspitium, lib. 13 19.

Summoperè, Aduerbium {μάλιστα} Cicero 1. de Inuent. Vitia verò hæc sunt certissima exordiorum, quæ summoperè vitare oportebit.

Summarius, summatij. Cic. ad Atti. lib. 10. epist 1, Nisi fortè iste summarius ei potest persuadere, vt dum Oratores eant & redeãt, quiescat. Vbi interpres Beroaldus legit Senatus, quem per fas & nefas collegit Cæsar, reliquias reliquiarum. Alij summarium Cæsarem interpretantur, qui prior esse volebat, malebat esse primus, ac reliquis præeminere.
Alij summarium exponunt, grandi summa emptum pacificatorem, de quo paulo antè in eadem epistola dixerat: Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto. Emptum, id est, pretio à Cæsare inductum, vt de pace ageret in Senatu. cuius nomen fuit in Attici epistola. Turnebus summarium interpretatur, hominem seditiosum. & belli ciuilis cupidum, atque adeò paruum quendam Martiũ. Est qui mallet nummarius: vt nũmarij iudices, pretio corrupti.

Summitas, penul. corr. summitatis {ἀκρότης, ὑπερογή} Altitudo.

Summates, summatum, pen. prod. plu. nu {ἄριστοι} Qui & optimates & primates appellantur. Plaut. Cistel 2,
-vbi istas videas summo genere natas
Summates matronas. Apuleius libro vndecimo, Benevolis præceptis summatis deæ recreatus hoc est, Isidis deæ præpotentis. Vt enim hic & hæc nostratis & hoc nostrate, ita hic & hæc summatis, & hoc summate dixere veteres. Vide Infimates, post INFERVS.
Summatus, summatus, Principatus, supremus gradus, supremus honor. Lucre. lib 5,
Imperium sibi cùm, ac summatum quisque petebat.

Summatim, pen. prod. Aduerbium {κεφαλαιῶδες} Per summum, vel à summa extremitate. Columel. lib. de Arboribus, cap. 6. Sin autem eoque exaruit (scilicet vinea truncus) vt curuari non possit, primo anno summatim ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.

SVMMENIVM, Romanum prostibulum fuit. notat Alexander Alexandrinus lib. 4 genialium dier. cap. 18.

Summissior comparatiuè. Festus: Summissiorem aliis ædem Honoris & Virtutis C. Marius fecit, ne si fortè officeret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.

Summussi, alias vt Paulus notat, summissi, murmuratores. Næuius,
Odi (inquit) summissos, proinde apertè dice, quid sit. Terentius Mussare pro tacere posuit, cùm ait,
Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. Item in Adelphis.
Mussitanda iniuria adolescentium est. Festus. qui in priore exemplo alium à Terentio allegasse mihi visus est, quicquid annotarit Paulus.

Summuto, summutas, penultima producta {μεταλάττω} summutare, Aliud pro alio mutare. Cicero in Oratore, Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymian Grammatici vocant, quòd nomina transferuntur.

Quoniam aliter à rhetoribus, aliter à grammaticis hæc figura vocatur, vtriusque nominis rationem affert. Rhetores(inquit) hypallagen vocant,quia verba pro verbis quasi summutantur: Græcum enim hoc vocabulum est ὑπαλλαγή, quæ latinè submutatio dici potest, à verbo ὑπαλλάττω, summuto. Grammatici verò Metonymiam vocant, quòd nomina transferuntur. Quintilianus μετωνυμίαν, nominis pro nomine positionem interpretatur: vt Neptunus pro mari.

Sumo,somis,sumsi,sumptum {λαμβάνω} sumere, Accipere, tollere. Saluſt. in bello Iugurthino, epiſtolam ſuper caput temerè poſitam ſumit. Terent. Adelph 5.9,

Poſt remo à me argentum,quanti eſt,ſumito. Idem Heauton.3.1,

Sumat, conſumat, perdat, de retum eſt pati.

In manum vel manu ſumere. Cic 2,de Lege agraria, Ita que hoc animo legem ſumpſi in manu,&c. Idem 2, Tuſc. Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter ſuos quiſquam in manu ſumit.

Sumere de Colum.lib.12.cap.24 Aqua marina quàm longiſſimè à litore de pelago ſumenda eſt. Cic.4. Acad. Hæc autem quæ iam dicam,ſunt ſumpta de primo.

Sumpta eſt eò nauis Cice.3.Offic.

Sumere ſibi aliquid, Multũ & penè nimium ſibi tribuere. Cic. pro Plancio. Quanquam mihi non ſumo tantum iudices.

Sumere ſibi vt. Cic.ad Articum,lib.8.epiſt.

Sibi ſumere, Aliter. Cic.ad Atti.lib. 16 epiſt. Tamen hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, vt id à te peterem.

Vide quid mihi ſumpſerim. Cic, Cæſari lib.7 5.

Sumo mihi pro meo iure. Cic.2. de Orat.

Sibi pro alio ſumere, Cic ad Plancum,lib.13. 30. Tantum tibi ſumito, pro Capitone apud Cæſar. quantum ipſum meminiſſe ſenties.

¶Sumere alicunde. Terent Phorm.2.1,

Non ratio, verùm argentum deerat. D. ſumeret Alicunde.

E medio ſumere, Auferre. Scæuola in l. Vxoria ca D. de dote relegata, Vxor mea quicquid ei comparaui, & quod mihi dedit, è medio ſumat.

¶Sumere in re aliqua, Impendere. Plaut. Milit 10.

¶Sumere, Pronunciam recipere. Cice 4 Verr. Quod quum ita ſit, nihil ſingam tamen: memineto me non ſumpſiſſe quem accuſarem ſed recepiſſe quos defenderem.

¶Sumere, Emere. Cic. Gallo lib.7.epiſt.24. Sed eſſent mi Galle omnia facilia, ſi & ea mercatus eſſes, quæ ego deſiderabam, & ad eam ſummam quam volueram. Paulò poſt, Proſus ex iſtis emptionibus nullam deſidero, tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego genus omne ſignorum omnium non æſtimo, tanti iſta quatuor aut quinque ſumpſiſti.

¶Sumere, Eligere. Saluſt. in Iugurtha, Sumat aliquem ex populo monitorem officij ſui.

Aliquem iudicem ſumere. Brutus Ciceroni, 6.

¶Animum ſumere. Ouid 1.Faſt.

Aquam ſumere è fluuio. Ouid.2. Amor.eleg.19.

Sumere aquam è puteo. Plaut. Milit.9.

Arbitrum ſumere. Cic pro Roſcio Comœdo.

Argumenta ſumere. Cic.4.de Finib.

Arma ſumere. Cic.1 Tuſcul.

Authoritatem ſibi ſumere. Cæſar 2.bel.Gal.

Belium ſumere. Plin.lib.25.cap 18.

Bellum ſponte ſumebant. Tacitus lib.19.

Bellum ſumere pro aliquo. Ouid epiſt.15.

Beneficium ſumere. Plaut.Perſa,22.

Cibum ſumere. Plin.lib.21.cap 3.

Ora ſumebant cibos minimos. Ouid.epiſt.12.

Colorem ſumit,& capit faciem. Ouid.13.Metam.

Confidentiam ſumere. Plaut. Capt.13.

Conſilia ſumere in aliquam rem. Plin.epiſt.214.

Conſilia noua ſumere. Horat.1.epiſt.19.

Curam ſumere. Plin.in Paneg.

Diem ſumere. Cic.pro Cecinna, Colloquuntur: dies ex vtriuſque commodo ſumitur.

Exẽpla ab aliquo ſumere. Cic.pro Lege Manil. Terent. Adel.3.3, Iubeo atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Exordia ſumere. Virg.4.Georg.

Faſtus ſumuntur ab imagine ſpeculi. Ouid.2.Amor.eleg.17.

Hoſtes ſumere. Ouid.epiſt.12.

Ientaculum ſumere. Martial.lib.13.

Imaginem alicuius ſumere. Plaut. Amphit.4.12.

In argumentum aliquid ſumere. Quintil.lib.7.cap.3.

Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ. Tacitus lib.4.

In optionem ſumere. Plaut. Aſina 3.

Inimicitias ſumere. Cic.in Vatinium.

Initium ſumere. Cic.in Salluſtium, Quò me vertam P. C? Vnde initium ſumam?

Iras nouas ſumpſit. Ouid.2.Metam.

Iudicem ſumere de controuerſia. Brut.ad Cic.6.

Iudicium ſumere. Cæſar 3.bel.Ciuil.

Laborem ſumere. Cæſar 3.bel.Gal.

Laudem ſumere à crimine. Ouid 6.Metam.

Literas commendatitias ad aliquem ſumere ab altero. Cic.ad Sulpitium,lib.13 27.

Mutuum ſumere, pro Mutuo accipere. Plaut.Amphit.8.

Mutuas pecunias ſumere. Cic.3.Verr. Quum per eos ipſos dies, per quos cauſam Dio diceret, reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe, prædia vendidiſſe.

Nomen aliud ſumere. Ouid.6.Faſt.

Obſequium animo ſumere, Animo obſequi. Plaut. Bacchid.21.

Operam ſumere ad rem aliquam. Plaut. Mercat.22.

Operam in re aliqua ſumere. Terent.in Prolog.Heeyr.

Operam ſumere, Fruſtra laborare. Plaut Moſtel.8.

Quid ego hoc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram?

Operam fruſtra ſumere, Idem. Terent.Heaut. 4 3.

Otium ſibi ſumere. Cic.3.Offic.

Partes alicuius ſumere. Cæſar 3.bel. Ciuil. Cic.10.Philipp. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram, eas præoccupauit oratio tua.

Periculum pauci ſumpſere. Tacit.lib.19.

Perſonam magiſtri ſumere. Plin epiſt.160. Cic.pro Plancio, abiectâ Quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta.

Pœnas ſumere. Virg.2 Æneid.

Principium ſumere à re aliqua. Plin.lib.18 cap 4.

Pro certo ſumere. Cic.2. de Diuin. Tantum ſat eſt intelligi id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controuerſúmque ſit.

Res non conceſſas ſumere, & ex illis efficere quod velis. Cicero 4.de Finibus.

Simile ſibi ſumere. Plaut. Moſtel.3.

Socerum ſumere. Ouid.2 Metam.

Spatium ad cogitandum ſumere. Cic.4.de Finib.

Speciem hominis ſumit infans in aluo. Ouid 7.Metam.

Spiritus ſibi ſumere, & arrogantiam. Cæſar 1.b.l.Gal.

Superbiam ſumere Horat.3.Carm.ode 30.

Sumere ſupplicium, Punire. Plaut. Merc.24.

Supplicij ſumat quid volt ipſe ob hanc iniuriam.

Supplicium de aliquo ſumere. Terent. And.3 5,

Cur non habeo ſpatium, vt de te ſumam ſupplicium vt volo? Cic. pro Roſc.Amerino.

Tempus ſumere ad rem aliquam. Cic 1. de Legib. Idem ad Q. frat.lib.2.12, De interpellatione tantum ſumam à vobis temporibus ad ſcribendum, quantum dabitis.

Teſtimonium ſumere in res aliquas. Cic.pro Cecinna.

Togam virilem ſumere. Liu.6.bel.Pun.

Veſtis mihi ſumitur. Ouid.5 Triſt eleg 6.

Vires ſumunt incendia. Horat.1.ep ſt.19.

Vitam ſumere. Horat.3 Carm.ode 5.

¶Quomodo autem ſumis, vt ſiquid cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur vt etiam difficulter internoſci poſſit? Cic.4.Acad.

Sed quum bis ſumpſit quod vo'uit, id tamen quod aſſumit, concedi nullo modo poteſt. Cic.2.de Diuinat.

¶Sumere, pro conſumere, vnde & ſumptus nomen traxit. Terent. Hilarem hunc ſumamus diem. Eſt, vt alio loco Donatus explicat, non accipiamus, ſed impendamus atque conſumamus.

¶Sumi dicitur oratio, quæ conſumitur & ponitur. Quintil. nimiũ longa ſumatur Ex Turnebo.

Sumptus, Participium {κεχρημένος} Cic.de Amicitia, 1. Sumpta virili toga. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactãdum illius dignitatem. Cic.pro Rabirio Poſthumo.

Querela al è ſumpta. Lucret.lib.4.

Sumpturus, pen prod. {καταξόμενος} Aliud participium, vt Oſcula ſumpturus. Ouid.5.Faſtor.

Sumptus, huius ſumptus {δαπάνη, ἀνάλωμα, χορηγία} dicitur quod quis impendit, ſiue impenſa. Terent. Phorm. 4.3,

Opus eſt ſumptu ad nuptias.

Annuus ſumptus, Vide Annuus in ANNVS.

Exiguus ſumptus. Cic.in Parad.

Liberales ſumptus, Vide Liberalis in LIBER adiectiuo.

Legitimus & infinitus ſumptus. Cic. Appio, lib 3 8.

Sumptus vbique Ciceroni pro Luxurie accipitur: vnde ſumptuoſus, vt pro Cælio, Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus, nullum æs alienum. Ibidem, Vigeant apud mulierem venuſtate, dominentur ſumptibus. Budæus.

Egentiſſimarum ciuitatum ſumptus. Cic. Appio, lib.3.8.

Magnificentia & ſumptus epularum. Cic.5.Tuſcul.

Dapſilis ſumptus, Vide Dapſilis in DAPS.

Infinitus ſumptus. Cic.2.Offic.

¶Abire in ſumptus, Vide ABEO.

Arcommodare ſumptus, Vide ACCOMMODO.

Admittere ſumptus, Vide ADMITTO.

Afferre ſumptum, Vide AFFERO.

Decernere ſumptum. Cic.Fam 3.

Publico ſumptu decorare oppida. Horat.2.Carm.ode 15.

Dare ſumptum. Cic.2. de Inuent.

Effuſus ſumptus. Cic.pro Roſcio Amerino.

Erogare in ſumptum. Cic.ad Att 8.

Exercere ſumptum. Terent.in Heaut.

Prouinciam ſumptu exhaurire. Cic.Qu.frat.lib.1.1.

Extenuare ſumptum. Cic.2.de Legib.

Facere ſumptum. Terent.Adelph.5.4,

Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit.

Nullas teruncius factus ſumptus eſt. Cic.ad Att.lib.5.110.

Facere ampliter ſumptum, Vide AMPLVS.

Facere ſumptum in rem militarem. Cic.Cornificio, lib.12.29.

Facere ſumptum pro quæſtu. Horat.1.Serm.ſat.2.

Fit ſumptus in Quæſtorem, &c. Cic.ad Attic.lib.5.10.

Habere ſumptum. Cic.Famil.9.

Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. Cic.5.Verr.

Impendent iniſtiti ſumptus in hos exercitus quibus nunc defendimur. Cic Bruto,18.

Inſumere ſumptum magnum, aut laborem in aliquam rem. Cic.2. de Inuent.

Leuare ſumptum, Vide Leuo in LEVIS.

Minuere ſumptum in aliquem. Cic.2.de Legib.

Minuere ſumptum, aut remittere. Cic.ad Appium, lib.3 8.

Mutuari in ſumptum, Vide Mutuor in MVTVVM.

Parcere ſumptui, Vide PARCO.

Ponere ſumptum. Cic.Qu.frat.lib.3 17.

Prodire

Prodire ſumptu extra modum. Cic.1.Offic.

Suggerere ſumptum. Cic.1.de Inuent.

Eſſe ſumptui. Cic.Attico, lib.5.101, Aduentus noſter minimi, nec minimo quidem fuit ſumptui.

Suppeditare ſumptus. Cic.2.de Offic.

Suſtentare ſumptus. Cic. Non iſtorum pecuniis quicquam aliud deeſſe video, niſi iſtiuſmodi fundes, quorum ſubſidio familiarium magnitudines, & Cumanorum, ac Puteolanorum prædiorum ſumptus ſuſtentare poſſint.

Suſtinere ſumptum. Brut. Cic. Fam.11.

Temperate ſumptus. Ouid.1.Amor.eleg 3.

Sumptus, in genitiuo ſumpti, antiquè. Cato. cap.22, Eo ſumpti opus eſt.

Sumptuarius, Adiect. {δαπανηματικός} Quod ad ſumptum pertinet. Cic. ad Attic.lib.13.295, Tu velim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

Sumptuaria lex. Quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato cibariam appellat. Cic.ad Gallum, lib.7 27, Lex ſumptuaria, quæ videtur κατάπυστα atruſſe, ea mihi fraudi fuit. Sic ad Att.lib.13 265.

Sumptuoſus, pen.prod. Aliud adiectiuum {πολυτελής, φιλοτιμότατος} Qui magnos ſumptus facit. Cic.pro Cluent. Quum eſſet egeſtuoſumptuoſus, audax, calidus, perfidioſus. Sic 2. de Orat. Quòd ſumptuoſus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaritia.

Nil apud hunc laurũ, nihil elegans, nihil exquiſitũ, ne magnopere quidem quicquam præter libidines ſumptuoſum. Cic.in Piſon.

Adoleſcentiæ ſumptuoſæ homo, Vide Adoleſcentia in ADOLEO.

Cœnæ ſumptuoſæ. Catull.ad Fund. Cicero Pæto, lib.9 23.

Conuiuia ſumptuoſiora. Martial.lib.1.

Domus ſumptuoſa, Sumptuoſa familia. Terent.Adel.4.7.

Magnifica & ſumptuoſa funera. Cæſar 6.bell.Gall.

Magnificus & ſumptuoſus homo. Terent.Heaut.2.1.

Hoſtia ſumptuoſa. Horat.3.Carm.ode 23.

Ludi ſumptuoſiores. Cic.Q.frat.lib.3 24.

Reſperſio ſumptuoſa. Cic.2.de Leg.

Sumptuoſè, pen.prod. {πολυτελῶς} Cum magno ſumptu. Plin.epiſt. 189, Caſtigabat equidem filium ſuum, quòd paulò ſumptuoſius equos & canes emeret. Catull.ad Portium & Socrationem,44,

Vos conuiuia laura ſumptuoſè De die facitis.

Iactare ſe ſumptuoſius & inſolentius. Cic.2.in Catil.

Sumptito, ſumpti tas, pen.corr.ſumptitare, Frequentatiuum. Plin. lib.25.cap.5, Vt plerique ſtudiorum gratia ad prouidenda actius quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint.

Sumptio, Verbale {λῆμμα.} Cic 2. de Diuina. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici, ſed nos Latinè loqui malumus. Cato de Re ruſt. cap.132 De lege oleæ faciundæ, Si ſumpſerit, in ſingulas ſumptiones, &c.

SVNIVM {σούνιον} vicus & promontorium Atticæ regionis, quod in extima acie Helladis eſt, ſupra Athenas & Marathonem. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

Sunium promontorium, nunc vulgò vocatur *Strues*, ſiue *Cabo de la Colemba*. Teſtis Oliuarius in Melam.

Suo,ſuis,ſui,ſutum {ῥάπτω} ſuere, Partes duas panni, aut alterius rei inuicem coniungere & colligare. A ſue quidam hoc verbum deducunt: quia huius animalis pilis in ſuendo ſutores vterentur. Cic.2. de Natura deorum, Cultus dico agrorum, extructionéſque tectorũ, tegumenta corporum vel texta, vel ſuta, omnémque fabricam æris & ferri. Gellius, Sed hi plerique naues lotis ſuebant.

Aluearia ſura lentis corticibus. Virg.4.Georg.

Pilea ſuta de lacernis cæſis. Stat.4.Syl.9.

Suere aliquid capiti ſuo, Appingere & affigere. Terẽt.Phorm 3.2.

Sutor, ſutoris, maſc.g. {ῥάπτης} Qui ſuit: potiſſimùm autem pro calceario ſumitur. Plaut. Aulul.4,

Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic.pro L.Flacco, Se velle dixit, id ſutores & zonarij conclamarunt.

Bonus ſutor. Horat.1.Serm.ſat.3.

Sutorius, Adiectiuum {ῥαπτικός} Quod ad ſutorem pertinet. Cic.ad Articum, lib.6 111, Noſtri enim credo graueis habent Turpiones ſutorium, & Vectium mãcipem. Plin.lib.20.cap.12, Verrucas miſto arramento ſutorio tollit. Vide ATRAMENTVM.

Sutura, futuræ, pen.prod. {ῥαφή, ῥάφισμα.} Liu.8.bell.Maced. Sed triplex ſcutale crebris futuris duratum, ne fluxa habena voluteturin ictu glans.

Sutura, de aliis etiam rebus per ſimilitudinem dicitur. Corn. Celſ. lib.7, Parò caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris in quo futuræ pauciores ſunt, eo capitis valetudo commodior eſt. Idem lib.5 De glutinatione vulnerum, Sutura oras iungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere, ex toto debent.

Sutilis, & hoc futile, pen.corr. {ῥαπτός} Quod ſutum eſt. vt Nauis ſutilis. Plin.lib.24.9.

Sutilis roſa. Martial lib 9,

Qui poſuit ſacræ nobile gentis opus. Idem lib.5,

Sutilis apretur decies roſa crinibus: vt ſit,

Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,

Laſſentúque roſis tempora futilibus.

Coronæ futiles. Plin.lib.21.cap.3, Summáque authoritas pactili coronæ. Sutiles Saliorum ſacris inuenimus & ſolennes cœnis.

Cymba futilis. Virg 6.Æneid.

Sutrina, ſutrinæ, pen.prod. {σκυτεῖον} Officina ſutoris in qua calcei fiũt. Liu.3.bel.Pun. Plin.lib 35.cap.10, Tonſtrinas, ſutrináſque pinxit, & aſellos, & obſonia ac ſimilia.

Sutrinus, pen prod. Adiect. Taeit.lib.15, Sutrinæ tabernæ.

Sutr inum, neutro genere, pro Arte ſutrina. Sene.epiſt.91, Non multum abfuit quin ſutrinum quoque inuentum à ſapientibus diceret.

Suopte, ſuo ipſius. vt meopte, meo ipſius, tuopte, tuo ipſius. Feſtus.

Suouetaurilia, Vide SOLITAVRILIA.

Supartus, veſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt camiſia dicitur. Afranius: Puella non ſum, ſupparo ſi indura ſum.

Supat. iacit, vnde Diſſipard, iſſient, & Obſipat, obiicit, & Inſipat, hoc eſt inijcit. Paulus ex Feſto. Vide INSIPARE.

Supellex, ſupellectilis, pen. corr. f.g. vel hic & hæc Supellectilis & hoc ſupellectile, in plurali ſupellectilia: in ablatiuo ſingulari ſupellectile vel ſupellectili {σκεύη, πανσκευή, ἐφοδιασμός, ἐπίπλωσις} Domeſticum patris familiâs inſtrumentum, quod neque argento, auróve facto, vel veſti adnumeretur: id eſt, res mobiles, vt vocant Iuriſconſulti, apud quos titulus eſt, De ſupellectile legata. Cuius nomine (vt inquit Paulus) continẽtur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, vaſa æneа: vulgaria, id eſt, quæ non proprio ſun loco attributa: præter ea capſæ, armaria, vitreа, eſcaria, & potoria. Hęc Sipontinus ex ℔ X III DD. De ſupellectile legata, L I & I. Supellectile. Plin.lib.13.cap.8, Toram ſupellectilem ligneam. Cic. 4.Verr. Supellex ex ære elegantior, & Delíaca & Corinthia. Horat.1.Serm.ſat.6,

Vilis cum patera guttus, Campana ſupellex.

Supellectilis nomenclatura vnde ducta ſit, his verbis palàm facit Vlpian. De ſupellectile legata. Labeo ait originem fuiſſe ſupellectilis, quòd olim his qui in legationem profici ſcerentur, locari ſolebãt quæ ſub pellibus vſui forent.

Inſtrumentum & ſupellex. Cic.6.Verr.

Cogitatio ſupellectilis ad delicias. Cic.in Parad.

Supellex vitæ. Cic. de Amicit. Amicos non parare optimam & pulcherrimam vitæ, vt ita dicam, ſupellectilem?

Barbarici ſupellex, Vide BARBARVS.

Curta ſupellex. Vide CVRTVS.

Infelix ſupeller. Quintil.lib 2.cap 4.

Multa & lauta & magnifica ſupellex. Cic.2.Philipp.

Munda ſupellex Horat.epiſt.5.

Vilis ſupellex. Virg 1.Georg. In quem locum ſic ait Seruius: Sanè ſupellex vſurpatum, nam artis eſt ſupellectilis. Genitiuus enim aut par debet eſſe nominatiuo, aut maior: vt muſæ, doctoris. Si duabus maiorem inuenerimus, contra artem id eſſe manifeſtum eſt: vt anceps, præceps, & pauca alia.

Supellex Oratorum. Cic.1. de Orat. In Oratoris verò inſtrumẽto tam lautam ſupellectilem nunquam videram. Idem in Orat. Quo in loco ſupellectilem. Cicero vocat, omne genus ornamenti quo vtuntur Oratores.

Supellecticarius, a, um, à ſupellectile deductum attributum, id ſignificat, quod ad ſupellectilem attinet, vt ſupellecticarius ſeruus. Cel ius lib.18. Digeſt. ait fundo inſtructo legato etiam ſuppellecticarios, & cæteros hoc genus ſeruos legato contineri. l. Quæſitum. §. Celſus quoq;. De inſtructo vel inſtrumento legato. lib.33. P.tit.7.

Super {ὑπέρ, ὑπεράνω} Præpoſitio, vtrique caſui ſeruiens, accuſatiuo & ablatiuo. Accuſatiuo, variis modis. Primò quando aduerſatur præpoſitioni Subter, vt, Fama ſuper æthera notus. Virgil.1.Æneid. Cic.de Legib. Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam.

¶Secundo pro Vltra. Virg 6.Æneid.

-ſuper & Garamantas & Indos

Proferet imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidũ profectus, nos citra reliquerat. Studui ſuper mediã noctem, bona locutio eſt, teſte Seruio. Virg.9.Æneid. hoc etiam per ablatiuum dixit, Nocte ſuper media.

¶Super, pro Pluſquam. Suet.in Auguſto, cap.35. Erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, &c.

Super octingentos annos. Tacit.lib 13, Quæ ſuper octingentos & quadraginta annos Remi Romulíque infantiam texerat.

Super omnem taxationem. Plin.lib.7.cap.12.

Super omnia. Virg.8. Æneid.

¶Super, pro Præter. Sueton.in Vitellio, cap.13, Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre. Sic in Tiberio, cap.55, Super veteres amicos ac familiares, &c.

Super bellum. Liu.2.ab Vrbe, Obſeſſáq; vrbs foret, ſuper bellum annona premente, ni Horatius Conſul ex Volſcis eſſet reuocatus.

¶Sauia ſuper ſauia dare. Plaut. Pſeud.14. Plin.epiſt.128, Gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit.

¶Super Euclionis filiam Plaut. Aulul.27. Id eſt, de.

¶Super cœnam loqui. Tempore cœnæ. Plin.epiſt.87.

Super menſam. Curtius lib.7. Debellaturus ſuper menſam Alexandrum.

Super vinum & epulas. Curtius lib 8. Hoc eſt inter epulas, inter conuiuandum.

¶Super ſe collocare aliquem, In loco ſuperiore & honoratiore. Suet.in Auguſto, cap.43, Supérque ſe ſubſellio ſecundo collocauit. Curtius lib 8, Polypercon, qui cubabat ſuper regem, &c. Hoc eſt in conuiuio diſcumbebat ſuper Alexandrum.

¶Ablatiuo, pro De, vbi de re reliqua mentionem facimus. Virgil. 1.Æneid.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Cic. ad Attic. lib.16 333, Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio.

Pater familiàs vti ſuper familia, pecuniáve ſua legauerit, ita ius eſto. Author ad Herenn.lib.1.

¶Super, pro Pluſquam, cum ablatiuo. Suet.in Auguſto, cap.38, Super triginta ducibus iuſtos triumphos, &c.

¶Super, pro Vltra. Virg.9.Æneid.

Nocte ſuper media. Dicimus, & Super mediam noctem reſte Seruio. Id eſt, maiore eius parte tranſacta.

¶Super pro In. Virg.eclog.1,

Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte

Fronde ſuper viridi. Idem 6, Æneid.

-gemina ſuper arbore ſidunt.

¶Super. Virg.4. Æneid.

Nec super ipse sua molitur laude laborem. Vbi Seruius, Super laude sua, id est, pro sua laude: & Græcum est schema. Sic enim Demosthenes, ὑπὲρ τὰ στεφάνια id est, pro corona, ὑπὲρ ἐπιτίμου, pro illo.

¶Super gratiam esse, Maius esse, vincere, superare. Saluſt. in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quàm animaduertit super gratiam atque pecuniam suam, inuidiam facti esse.

¶Super efficitur aduerbium, vbi casum desiit habere. Plaut.

Hinc atq; hinc super, subtérq; premor angustiis. Cic. pro Qu. Rosc.

Satis superq; habere dicit. Virgil. 4. Æneid.

-lectumque iugalem Quo perij, super imponas.

¶Super, pro Desuper. Virg. 9. Æneid.

Et super è vallo prospectant Troes. Idem 10. Æneid.

¶Super quàm quòd. Liu. 7. bel. Pun. Marcellus etiam aduerso rumore esse, super quàm quòd primò malè pugnauerat. Id est, præter quàm quòd.

¶Super somnum seruus, Id est seruus à cubili. Curtius, Sed per dispositos quos super somnum habebat.

¶Super, pro supereſt. Vt enim Græci prouerbia pro verbis interdum perelegánter ponunt, vt οὐκ ἔστιν pro οὐκ ἔσται, πάντα pro πάντα ἐστὶ: sic & Valerius super pro supereſt illo versu, Nec spes vlla super. & ante eũ Virgilius,

O mihi sola mei super Astianactis imago. quanquam aliter à Seruio explicatur. Turnebus.

¶Pro Insuper & amplius. Virg. 2. Æneid.

Cui neque apud Danaos vsquam locus, & super ipsi

Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine posc unt. Nonnulli legunt insuper. Idem 11. Æneid.

¶Super, veteres pro Supra vsurparunt. Horat. lib. 2. sat. 8, Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra &c.

Desuper. Vide DE præpositionem.

Super, compositionem ingreditur, vt Supersedeo, &c.

Supera, pro Supra, Vide SVPRA.

Supera, superorum, Vide SVPERVS.

Superabilis, Vide SVPERO.

Superabundo, superabundas, superabundare, Redundare. Vlpian. in l. Non solent. D. De diuersis reg. iur. anti. Non solent, quæ superabundant vitiare scripturas.

Superaddo, superaddis, superaddidi, superadditum, pen. corr. {ἐπιπροσγίγνομαι} superaddere, vltra addere. Virgilius eclog. 3,

Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Propert. lib. 2. eleg. 14,

Et sit in exiguo laurus superaddita busto.

Carmen superaddere tumulo. Virg. eclog. 5.

SVPERAE QVANI populi in quarta regione Italiæ, quos Salmonensibus vicinos esse Plin. commemorat, lib. 3. cap. 12.

Superaggero, superaggeras, pen. corr. superaggerare. Colum. lib. 12. cap. 44. Factæ seruabi operculum imponitur, & paleato luto circumlinitur, eâque humus quæ fuerat egesta, superaggeratur.

Superagnata, tunica omnium oculis tunicatum extima, corneę extrinsecus adhærens, vnde & nomen accepit ὑπερκερατοειδὴς χιτών.

Superalligare {ἐπιδεῖν.} Plin. lib. 30. cap. 6, Caninus si viuenti eximatur, & in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem superalligant.

Superamenta, Vide SVPERO, in sequentibus.

Superbibo, superbibis, superbibi, pen. corr. superbibitum, pen. corr. {ἐπιπίνω} superbibere, Posteà bibere. Plin. lib. 23. cap. 1, Itemque iugi superbibere obiectati, quam quidẽ frigidæ potus extemplò discutit.

Superbio, superbis, superbiui, superbitum {ὑπερφρονέω, ἀλαζονεύομαι, γαυριάω, γαυρόομαι, μεγαλοφρονέω, τυφόομαι} superbire, Compositum ex Super & Eo. is, B melioris soni gratia, interposita: & e in i mutata. Est autem superbire, vel ipso incessu, vel fastu quodam sese extollere. Plin. lib. 10. cap. 63, Equæ comantes gloria superbiunt.

¶Superbire, ad inanimata transfatum. Plin. Hinc geminæ certè apud Menandrum Philomenem fabulæ superbiunt. Hoc est alias antecellunt. & præ aliis iocosæ. Claud. lib. 3. de raptu Proserpinæ,

-Phlegræis sylua superbit

Exuuiis, torúmque nemus victoria vestit. Hoc est nobilitatur, celebratur, illustratur.

Patriis actis superbire. Ouid. epist. 8.

Forma superbire. Ouid. de Medicamine faciei.

Nomine aui superbit ille. Ouid. 11. Metam.

Superbia, superbiæ {ὑπερηφανία, ἀλαζονία, ἀγαυρία, ὑπερφρόνημα, γαυριάμα, τύφος} Est supergrediens elatio mentis. Cic. in Partit. Magnitudinem animi superbia imitatur, in animis extollendis. Idem 6. Verr.

Domicilium superbiæ, & sedes luxuriæ. Cic. 2. de Lege agrar.

Damnosa superbia in vultu. Ouid 3. de Arte.

Abiicere superbiam. Plaut. Mercat. 2. 2.

Accipere aliquid in superbiam. Tacit. lib. 5.

Facere aliquid in superbia & in humanitate. Cic. 1. de Orat.

Superbiam, fastidium, arrogantiámque magnopere fugiamus. Cic. 1. Offic.

Patere superbiam. Quint. lib. 3. cap. 6.

Ponere superbiam. Horat. 3. Carm. ode 10.

Superbus, Adiect. {ὑπερήφανος, ἀγέρωχος, ὑπερφυής, γαῦρος, ἀλαζών, γαῦρος, ὑπέρφρων, ὑπέρφορτος} Arrogans & fastuosus. Virg. 3. Æneid.

Stirpis Achillææ fastus, iuuenémque superbum. Idem 10. Æneid.

Catullus in Iulium Cæsarem, 27, -

Et ille nunc superbus, & superfluens.

Superbus cæde ferarum. Ouid. 1. Metam.

Pecunia superbus Horat. Epod. 4.

¶Superbus, Nobilis, magnificus, excellens. Virg. 1. Æneid.

Hinc populum latè regem, belló que superbum.

Superbus viribus. Plaut. Amph. 4.

Magnanimi viri, fieri virtute, & viribus superbi.

¶Superbus, Altus, elatus. Virg. 7. Æneid.

-Atina potens, Tybúrque superbum. Hoc est altè exædificatum, vel etiam magnificum.

Superbus ornatus. Virg. 2. Æneid.

Barbarico postes auro, spoliísque superbi Procubuere,

Opibus superbi omnes. Virg. 5. Æneid.

Superbus, Opulentus. Virg. 9. Æneid.

-simul ense superbum Rhamnetem aggreditur.

¶Superbus, Iniquus. Virg. 8. Æneid.

Quos illi bello profugos egere superbo.

¶Superbos antiqui propter pompam funeris, mortuos dixere. Plaut. Amphit. 4,

Faciam ego hodie te superbũ, nisi hinc abis. Id est, occidã. Nonius.

Achilles superbus, Vide ACHILLES.

Ager superbus. Mart. lib. 1.

Aures habere superbas. Liu. 4. bel. Maced.

Coniugium superbum. Virg. 3. Æneid.

Corpus superbum. Horat. 2. Serm. sat. 2.

Curru superbo victor stetit. Senec. Troade 2.

Dominis patere superbis. Virg. 12. Æneid.

Fastidia superba. Virg. eclog. 2.

Forma superba. Ouid. epist. 20.

Fortuna superba. Horat. 1. epist. 1.

Gentes frænare superbas. Virg. 1. Æneid.

Gressus glomerare superbos. Virg. 3. Georg.

Honor superbus. Stat. 1. Achill.

Insigne superbum belli. Virg. 8. Æneid.

Iudicium superbissimum. Cic. in Orat.

Ius superbum. Cic. 3. de Leg.

Iuuenis superbus. Virg. 3. Æneid.

Merum superbum, Vinum pretiosum. Horat. 2. Carm. ode 14.

Oculi superbi. Ouid. 6. Metam.

Palla superba. Ouid 3. Amor. eleg. 12.

Pyra superba. Colum. lib. 5. cap. 10.

Regna superba. Tibull. lib. 1. eleg 9.

Reges superbi. Lucret. lib. 2. Cic. Attico, lib. 6. 114.

Sceptra superba. Lucret. lib. 5.

Sedes superbæ. Virg. 2. Æneid.

Tecta superba. Virg. 7. Æneid.

Triumphus superbus. Horat. 1. Carm. ode 37.

Verba superba. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.

Victor superbus. Virg 3 Georg.

¶Præbere se superbum in fortuna. Cic. Att. lib. 8 148.

Laudato pauone superbior. Ouid 13. Metam.

Vtrum superbiorem re pecunia facit, an quòd te imperator consulit? Cic. Trebatio, lib. 7. 13.

Superbum est enim iudices, & non ferendum, dicere Prætorem in prouincia homini honesto, locupleti, splendido, Vende mihi vasa cælata. Cic. 6. Verr.

¶Superbus, pro magnifico, glorioso, & præstanti. Horat. 1. Carm. ode 35, -vel superbos

Vertere funeribus triumphos.

Superbè, Aduerb. {ὑπερηφάνως, ἀγερώχως} Elatè, fastuosè. Terent. Phor. 5. 8, Satin' superbè illuditis me?

Dictum superbé. Lucret. lib. 5.

Superbè respondere. Liu. 1. ab Vrbe.

Superbius aliquem appellare. Cic. pro Lege Manil.

Accipere preces alicuius superbius. Tacit. lib. 2.

Superbiter, Aduerbium antiquum, idẽ quod superbé. Afr. Pantaleont.

Illa superbiter imperat. Næuius.

Superbiter contemptum contorsit legiones. Vide Nonium.

Superbiloquentia, superbiloquentiæ {γαυριλογία} Elatus atque arrogans sermo. Cic. 4. Tusc. Ob scelera, animíque impotentiam & superbiloquentiam.

Superbificus, pen. corr. Adiect. {γαυριλογικός} Senec. Herc. furen. 1,

-& superbifica manu

Atrum per vrbes ducit Argolicas canem. Hoc est, quæ superbum facit Herculem, ob tam multas victorias. Canem, Cerberum.

Supercalco, supercalcas {ὑποπατέω} supercalcare. Colum. lib. 12. cap. 39, Vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus cõspergito, posteà alterum supercalcato, & item vinum conspergito.

Supercerno, supercernis, supercreui, supercretũ, pen. prod. {ὑπερκρίνω} supercernere. Plin. lib. 17. cap. 10, Terráque cribris supercernitur pollicis crassitudine.

Supercido, supercidis, pen. corr. supercidi, pen. corr. supercæsum, pen. prod. {ὑπεκτέμνω} supercidere, Ex super & cadere. Colum. lib. 4. cap. 9, Ne si transuersa fuerit cicatrix, cæleſtem supercidentem aquam cõtineat. Aliæ exemplaria habent superincidentem.

Supercilium, supercilij {ὀφρύς} Ex super & ciliũ, Vltima pars frontis, pilis vestita, quæ ciliis prominet. Plin. lib. 11. cap. 37, Supercilia homini, & pariter & alternè mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant fastus. Superbia aliubi conceptaculum, sed hîc sedẽ habet. In corde nascitur, huc subit, hîc pendet. Nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore vbi solitaria est. Subiacent oculi, pars corporis pretiosíssima, & qui lucis vsu vitam distinguant à morte.

Supercilium dicitur quòd supra cilium sit, Id est integimentum oculi superius. Festus.

Supercilia in Iunonis tutela esse putabant, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Iunonem. Vnde & Lucina dicta est. Festus.

Supercilioru remissio aut contractio, mœstitia, &c. Cic. 1. Offic.

Abrasa supercilia. Cic. pro Rosc. Comœd.

Constricta supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Depressum & sublatum supercilium. Cic. in Pisonem.

Diffidentia supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Duris supercilijs torua. Ouid. epist. 16.

Hirsutum supercilium. Virg. 8. eclog.

Inflexa

Inflexa iuxta tempora supercilia, Vide INFLECTO.

Seueri supercilij mattrona, Seueræ grauitatis. Ouid. 2. Trist.

Triste supercilium, Austera caperatáque frons. Lucret. lib. 6.

¶Alleuare supercilia ad singulos vocis conatus. Quint. lib. 1. ca. 11.

Libidines quas fronte & supercilio contegit. Cicero de Prouinc. Consul.

Decipere aliquem rugis & supercilio. Cic. Post. red. in Senatu.

Demere supercilio nubem. Vide DEMO.

Vibrante supercilio loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.

Niti supercilio. Cic. pro Sextio, Vt illo supercilio Respub. tanquã Atlante cælum niti videretur.

Ponere supercilium, Deponere seu deprimere. Author lasciui illius carminis quod positum est initio fusuum in Priapum,

Carminis incompti lusus lectrure procaces,

Conueniens Latio pone supercilium.

Tollere supercilia, Catullus signum esse voluit hominis irati, & qui malum alicui minaretur: his enim vultus iudiciis, animi sensus aperiuntur. Is enim epigram. 62. ad Ianuam, sub finem sic air,

Præterea addebat quendam, quem dicere nolo

Nomine, ne tollat rubra supercilia.

¶Supercilium, pro nutu. Horat. 3. Carm. ode 1,

Reges in ipsos imperium est Iouis

Clari Gigantea triumpho,

Cuncta supercilio mouentis.

¶Supercilium, pro Superbia aliquando ponitur. Iuuen. sat. 6.

Grande supercilium. Cic. pro Lege Agra. Hũc Capuæ Campano supercilio, &c. Mart. lib. 1,

Terrarum dominum pone supercilium. Hoc est, Imperatoriam grauitatem.

¶Supercilium salit. Quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud Plautum. Sumptum à vulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: vt si quod membrum pruriat præter euidentem causam: si dexter oculus saltiat: si auris dextra tinniat. Nec me fallit aliter legi apud Plautum: verùm & ipsa sententia, & metri ratio docet esse legendum, vtà me positum est. Sic enim legendi sunt senarij Iambici.

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea

Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.

c. Ad id futurum vnde? P. vnde dicam, nescio,

Nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Erasmus in Chiliad.

¶Supercilium montis, pro Summitate per translationem. Liu. 7. bel. Pun. Ipse expeditos, qui priùs stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam insimo stantem supercilio ducit. Plin. lib. 6. cap. 5, Inde promontorium Cronea, quo supercilium arduum tenent Toretæ. Virgil. 1. Georg. Stat. 6. Thebaid.

Molle supercilium. De pyra erecta in funere pueri.

Supercontego. Celsi. lib. 4. cap 1, Renes verò diuersi, qui lumbis summis coxis inhærent, parte earum resimi, ab altera rotundi, qui & vesoſi sunt, & ventriculos habent, & tunicis superconteguntur: ac viscerum quidem hæ sedes sunt.

Supercorruo, supercorruis, supercorruere. Valer. lib. 5. cap. 6, Factáque ingenti strage telis obrutus supercorruit.

Supercrefco, supercrescis {ὑπερπιδύομαι} supercrescere. Celsi. li. 6. ca. 6. De oculorum viceribus supercrescentibus. Idem lib. 5. cap. 28, De carcinomate, Si id nimium supercreuit, tentanda squama æris est. Quintil. Declam. 5.

Supercubo, supercubas, pen. corr. {ὑπερκυμάω} supercubare, superiacere, superdormire. Colum. lib. 7. cap. 4, Perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, vt grex supercubet.

Supercurro, supercurris, supercurrere. Supercurrere ager dicitur vectigali, quum habet ampliorem prouentum. Plin. epist. 138, Et ager ipse propter hoc quòd vectigali longè supercurrit, semper dominũ à quo exerceatur inueniet.

Superdico, superdicis, pen. prod. superdixi, superdictum {ὑπαίνιγμα} superdicere, Dictis addere. Dicere præter id quod dictum est, Subiungere dictis. Cic. 2. de Leg. Superdicebant quicquid cœpisset astringi, rursus sacris liberantur.

Superdici in. l. 13. in fin. D. de iureiurando: est præconis voce, & vt cum Apuleio loquar, boatu pronuntiari, & proclamari, vt & in. l. 16. C. ex quib. causis infamia irrog.

Superdo. superdas, superdedi, superdatum, superdare, pen. corr. {ὑπαπόδημι.} Celsi. lib. 7. cap. 2, Purgationis causa paulum mellis imponendum, dein glutinantia superdanda. Ibidem, cap. 7.

Superduco, superducis, pen. prod. superduxi, superductũ {ὑπεισάγω} superducere, Præter iam adducta, alia ad ducere. Plaut. Trucul. 2. 4 Iam quin etiam superducas, quæ mihi comedant cibum.

Superducere nouercam, patet cum dicitur, cũ priore vxore mortua, filiis prioris matrimonij nouercam induxit. l. vlt. De bon. mater. in C. Theodo. 381. Quintil. Decla. Quidã filio superduxit nouercã, & ex ea aliam filiam suscepit. Plin. lib. 6. epist. ad Rom. Inducere nouercam eodem sensu dixit.

Superedo, superedis, pen. corr. superedi, pen. prod. superesum {ὑπερσθίω} superedere, Posteà edere. Plin. lib. 19. cap. 6, Mœnander, è Græcis author est allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui.

Supereminео, supereminеs, pen. corr. supereminui {ὑπερέχω} supereminere, Amplius eminere. Colum. lib. 12. cap. 47, Vt oliuæ premantur, & ius supereminеat. Virgil. 6. Æneid.

-victóque viros supereminet omnes.

Supereminet extra aquam, Plin. lib. 26. cap. 8.

Superenato, superenatas, pen. corr. superenatare. Lucanus lib. 4,

Primùm cana salix madefacto vimine paruam

Textitur in puppim: cæsóque induta iuuenco,

Vectoris patiens, tumidum superenatat amnem. Alij legunt, superemicat, cæso iuuenco, id est, corio bubulo:

Supereo, superis, superire, Ire super. Lucret. lib 3,

Ac pedibus salsas docuit superire lacunas.

Supereuolo, supereuolas, pen. corr. supereuolare. Lucan. lib 3,

Agmine nubiferam rapto supereuolat Alpem. Hoc est, celeriter ac raptim transcendit.

Supersèit, significat supererit. Ennius,

Dum quidem vnus homo Romæ toga supersesit. & Attius in Crysippo:

Quin hinc supersesit, Spartam, atque Amyclas trado. Sed per se, super, significat quidem supra: vt cùm dicimus super illum sedit. Verum ponitur etiam pro, de, Græca consuetudine, vt illi dicunt ὑπὲρ. Plautus in Milite glorioso,

Mea opera super hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. In Phasmate,

Ehe tandem percipio super rebus nostris, loqui te. Pacuuius in Medo,

Qua super re interfectum esse Hippotem dixisti? Cato contra Annium: Nemo antèà fecit super tali re, cum hoc magistratu vtique rem. Afranius in Virgine,

Aliis de rebus in qua cœpisti super re. Virgil.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Id est de Priamo atque Hectore. De quo in dictione, Super. Festus.

Superexcurro, superexcurris, Effluo. de rebus inanimatis plerunque dici solet: Vlpianus in l. 1 §. Si arbor. De arboribus, cædendis. lib. 43. tit. 27. Si arbor (inquit) ædibus alienis impendeat, vtrùm totam arborẽ iubeat Prætor adimi, an verò id solùm quod superexcurrit, quæritur.

Superexigo, Suprà quàm oporuit exigo, auti-eratò exigo: vnde & Superexactores in iure Ciuili dicti sunt. & Superexactio. Arcadius. Siquis exactorũ superexactionis crimine fuerit conuictus. & Rubrica de Superexactoribus lib. 10. C. tit. 21. Nisi ibidẽ legẽdum puteꝰ de Superexactionibus.

Superfero, pen. corr. superfers, supertuli, pen. corr. superlatum, pen. prod. {ὑπεράγω, ὑπεραίρω} superferre. Plin. lib 32. cap. 10, Sed si castoreum, fibrúmve supergrediatur grauida, abortum facere dicitur, & periclitari partus si superferatur. Idem lib. 28. cap. 8.

Superlatus, pen. pro. Part. {ὑπεῖδος, ὑπερ} vt Superlata nomina, superlata verba, quæ augendi causa in oratione proferebantur. Cic. in Partit. Illustris autem oratio est, si & verba grauitate delectã pronuntur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata.

Superlatum pileum, supersum in modum vexilli elatum. Valer. Max. lib 8. cap. 6, Caius autem Marius quum magnum & salutarem Reip. ciuem in L. Saturnino opprimendo egisset, à quo in modũ vexilli pileum seruituri ad arma capienda ostentatum erat, Lucio Sylla cum exercitu in Vrbem irrumpente, ad auxilium seruorum pileo supellato confugit.

Superlatio, Verbale {ὑπέρθεσις} Ipse superferendi actus.

Superlatio, apud Oratores. Cic. 3. de Orat. Tum augẽdi, minuendíve causa veritatis superlatio atque traiectio & rogatio, atq; huic finitima quasi percontatio, expositióque sententiæ suæ. Quintil. lib. 1. cap. 10, Licèt per comparationes & superlationes.

Superlatio, est oratio superans veritatẽ, alicuius augendi minuendíve causa. Author ad Herennium, lib 4.

Superlatio, pro insigni cognomine à re aliqua sumpto: vt quum aliquis sapiens, per excellentiam vocatur. Valer. Max. lib. 6. cap. 11, de Crasso, Quid? Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupleti nomen dedit? sed eidẽ posteà inopia turpẽ de coctoris superlationẽ iniunxit.

Superlatiuus, pen. prod. Adiect {ὑπερθετικός} vt Superlatiuus gradus: de quo abundè apud Grammaticos.

Superlatiuum, cum quàm. Liu. 4 bel. Macęd. Cum tyranno instituere amicitiam, & eo tyranno, quàm qui vnquam fuit fœuissimo & violentissimo in suos.

Superlatiuum à Comparatiuo interdum superatur. Liu. 3. ab Vrbe, Orare, ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent iudices.

Superficies, superficiei, f. g. {ἐπιπολή, ὑπερφάνεια} Ex super & facie, quasi superfacies, vel superior facies, superior pars cuiuscunque rei, & facies quæ exterior ab oculis cernitur. Plin. lib. 11. cap. 48, Quia longitudo superficiem eorum solã ampliat. Cic. ad Att. lib. 4 70, Qui si sustulerint religionem, aream præclaram habemus, superficiem Consules ex Senatusconsulto æstimabunt.

Ædium superficies. Cic. Att. lib. 4. 7.

Superficies, in ædificiis dicitur domus, quæ in alieno solo siue area ædificata est. Itaque fieri potest, vt cuiusdã domus duo sint domini: alter domus superficiariæ, alter soli. Paul. in l. Damni infect. 8. Ei qui. D. de Damno infecto. Ei qui in conducto solo superficiem impo suit, dominus soli, quod vitio soli damnum futurum sit, cauere non debebit: nec soli domino superficiarius. Iabolenus in l. eum qui. in prin. Quũ ædes ex duabus rebus cõstent, ex solo & superficie. Iulian. in l. Si quis testam §. Qui fundum. D. de legatis primo. Appellatione ædificij aut superficiem significat, aut solum quoque cui ædificiũ suppositum est. Vlp. in l. Hoc amplius §. Quæritum est. D. de Damno infect. Quæritum est, si solum sit alterius, superficies alterius: superficiarius vtrum repromittere damni infecti, an satisdare debeat? Et Iulianus scribit, quoties superficiaria insula vitiosa est, dominum & de soli & ædificij vitio repromittere: aut eum ad quem superficies pertinet, de vtroque satisdare. Pompon. in l. Inter quos. §. Damni. copit. Ei qui superficiariã insulam habet, virilis est ea stipulatio, siquid in superficie damni datum fuerit: & nihilominus etiam soli domino vtilis est, si solo damnum datum fuerit, vtsi tota superficies tolleretur. fraudabitur enim dominus soli in pensione percipienda.

Superficies mathematicis est, quæ longitudinem, & latitudinem tantum habet. Cuius quidem termini, sunt linęæ. Est igitur superficies plana ab vna linea ad aliam breuissima extensio, in extremitates suas eam recipiens Eucli. 1. Elemen.

Superficium, n. g. apud Pomponium legitur in hunc modum. Si ex lapidicinis dotalis fundi, lapidem, vel arbores, quæ fructus non essent. siue superficium ædificij dotalis, voluntate mulieris vẽ dederit;

numi ex ea vēditione sunt dotis. Sic in l.j.D.de superficiebus.Gaius lib.2.Instit.tit.1.

Superficiarius, Adiect. {ὑποτιμάριος} vt Superficiariæ ædes, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure, eius est, cuius est solum. Hactenus Caius de superficiebus. l.Superficiarias.

Superficiarius, Qui in alieno solo superficiem habet, ita vt certâ pensionem præstet. Autor est Vlpianus. Senec. epist. 89. Mathematica, vt ita dicam, superificiaria est, in alieno ædificat.

Superficiaria prædia, quæ in conducto solo certa pensione annua habentur. l.10.D.famil.herciscund.l.49.D.de verb. sig. l.16. in fin. D. de pignor act. Superficiarias enim ædes in conducto solo positas dixit Gaius in l vltima. D. de superfic. sic & superficiaria insula, in l.12.§ j D.de publician.l j § Et generaliter.D.de vi & vi armat.l.9.§. Quæsitum.l.39 § damni D.de damno infecto.Et superficiarius fundus.l.j D.quib. mod.vsufr.amit.

Superficio, superficis, superficere: non verò impersonaliter, vti quidam opinati sunt, est superesse, restare, redundare, superfluere. Hinc superficieri: & superficiens. Columella libro 12. cap 1, Tum separate quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possint custodire, ne sumptus annuus, menstruus fiat. Vlpianus: Idem aiunt, aquam pluuiam in suo retinere, vel superficientem, ex vicini in suum derivare. tit. de Aqua & aquæ pluuiæ arcend. lib 39. P. Sunt qui apud Vlpian Superfluentem, sed contra veritatem antiquorum codicum, legant. Quæ enim aqua superfluit, non derivatur: sed ipsa impetu suo spargitur. Quæ superficit, id est, superest vicino, recte derivari potest: Quod enim tibi non nocet, & verò mihi prodest: Naturæ cōmunitate, mihi deberi iustum est.

Superfloresco, superfloreseis, superflorui, {ὑπανθέω} superflorescere. Plin. lib. 19. cap 5, Particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens.

Superfluo, superfluis, superfluxi, superfluxum {περισσεύω, πλεονάζω, ὑπερπλεονάζω} superfluere, Abundare, redundare. Cic. de Claris Orat. Is dedit operam, si modò id consequi potuit, vt nimis redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffluentes coerceret. Plin. lib. 31. cap. 4, Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, æstate tātùm superfluit, & maximè Canis ortu: parcius si frigidior sit æstas.

Superfluens pecunia. Senec. de Benefic. lib. 1 cap. 11.

Superfluitas, pen. corr. superfluitatis {περισσεία, πλεονασμός.} Plin. lib. 14. cap. 1, Aliæ improbo raptatu, pampinorūmque superfluitate atria media complentes.

Superfluus, Adiectiuum, vt Fructus superflui. Pap. in l. Deducta. §. vlt. D. Ad S C. Trebell.

Superfluum bonorum, Ibidem.

Superfluus, cum dativo. Plin. in Paneg. Quibus moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis superflua, nunc liquida ac deferentia lustrare nauigiis.

Superfœto, superfœtas {ὑπεκτίκτω, ὑπεκτόκω} superfœtare, Dicuntur quædam animalia dum post vnum fœtum editum, rursum alium edunt vno aut altero die, aut paulò pluribus. Plin. lib. 10. cap. 63, Dasypodes superfœtant sicut lepores. Idem lib. 7. cap 11, Præter mulierem, pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum superfœtat.

Superfœtatio, secundarius conceptus prægnantis, quam *superimpregnationem* vulgus appellat. Budæus in Not. ad Pandect. l. Antiqui vero. D si pars hereditat. petat.

Superfulgeo, superfulges {ὑπερλαμπάω} superfulgere. Stat. l. Sylu. 1, Ipse autem puro cellum caput ære septus
Templa superfulges, & prospectare videris.

Superfundo, sup. rfundis, superfudi, superfusum, pen. prod. {ὑπερχέω} superfundere, De liquoribus dicitur, quum alicui rei superiicitur. Colum. lib. 12. cap 57, Hanc misturam, quum in catillo composueris, oleum superfundito.

Corpora superfundi dicuntur à Seneca de Tranquillitate vitæ, quæ sunt nimiæ vastitatis.

¶ Superfundens se lætitia, per translationem, pro Vbertim sese ostendens. Liu. 5. ab Vrbe.

Superfusus Tyberis, Inundans. Liu. 7. ab Vrbe.

Superfusa gens montibus Caucasijs, Conspersim fusa. Plin. lib. 6. capite 13.

Superfusi hostes. Liu. 9. bel Maced.

Supergero, supergeris, pen. corr. supergessi, supergestum {ὑπερχώννυμι} supergerere, Superiacere, & quasi aggeratim superimponere: nam proprie de terra dicitur. Colum. lib. 11. cap 3, Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per vtrunque fulcum porrecti obruuntur, sed ita vt non nimium supergesta terra semina spinarum quæ inhærent toris funiculorum enasci possint.

Supergradior, siue supergredior, supergrederis, supergressus sum, {ὑπερβαίνω, ὑπερέρχομαι} supergredi, pen. corr. Super aliquid gressum facere. Plin. lib. 28 cap. 7, Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Stat. 5 Sylu. 3,
Ora supergressus Pythj senis.

Supergredi omnem laudem, Excellere. Quintil. lib. 6 in Procem.

Superiacio, superiacis, pen. corr. superieci, pen. prod. superiactum, superiacere: & Superiicio, superiicis, superiicere, pro eodem {ὑπερβάλλω.} Colum. lib. 2. cap. 16, Quæque temporibus Autumni fruteris & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, &c.

Superiicere, Addere. Liu. 10. ab Vrbe, Magna eius dici quo in Sentinati agro bellarum, fama est, etiam verò stanti. Sed superiecere quidam augendo fidem, qui in hostium exercitu, peditum quadringenta millia CCCXXX. equitum sex & XL. millia, mille carpentorum scripsere fuisse.

Superiacto, superiactas {ὑπερπηδάω, ὑπερθρόομαι} superiactare, Frequentatiuum. Plin. lib. 9. cap. 15, Quod & aliàs faciunt, aliorum vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt transue. ta nauigia interim superiactent. Id est, transcendant.

Superiectus, huius superiectus, masc. gen. {ὑπερπήδημα} Colum. lib. 6. cap. 36, Ita enim efficitur, vt eius obiectu, quum mas etiam superiectu eblanditus est, velut incensus & obcæcatus cupidine, subtracta quam petierat, fastidire imponatur equæ. Loquitur de asino cui obiecta erat asina, quamque ipse inciendebat. Superiectu itaque, id est instu.

Superiectio, superiectionis, fœm. gen. Quintil. lib. 8. ca. vlti. de hyperbole, Est hæc ementiens superiectio.

Superilligo, superilligas, pen. corr. {ὑπαναδέω} superilligare. Plin. lib. 29. cap. 3, Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis.

Superillino, superillinis, pen. corr. superilinxi, superilleui, & superilleui, pen. prod. superillitum, pen. corr. {ὑπαλείφω} superillinere. Plin. lib. 30. cap. 12, Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.

Superimpendens, Participium {ὑπερκρεμάμενος} Catullus Argon. 59, Confestim Peneo adit viridantia Tempe,
Tempe quæ syluæ cinguntsuperimpendentes.

Superimpono, superimponis, pen. prod. superimposui, superimpositum, pen. corr. {ὑπεπιτίθημι} superimponere. Plin. lib. 31. cap. 9, Phagedænis vlcerum, tritus cum farina hordei, superimposito linteolo madente vino. Liu. 1. bel. Pun. Et Sardiniam, inter motum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interseptam.

Superincido, superincidis, superincidi, pen. corr. superincasum {ὑπερεμπίπτω} superincidere, Ex super & cado compositum. Liu. 3. bel. Pun. Vtique Cannensi pugna non prius prælio abstiterit, quàm propè exanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorúmque sit oppressus. Columel. lib. 4. cap. 9. Ne si transfuerfa fuerit cicatrix, cœlestem superincidentem aquam contineat. Liu. 2. ab Vrbe.

Superindico, superindicis, superindicere. Vlpianus in l. Si duo. §. vlt. D. De iureiurando, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superindici {ὑπερεπιτίθημι μὴ ὄμνυε} id est, peruiolenter ne iurato.

Emendatiores libri habent Superdici, de quo suo loco.

Superindictum extraordinarium munus vltra solitam & canonicam collationem iudictum significat l.j C. de Indictionibus libro 10. l.j. C. de superindict. l.3. C. de excusat. muner. l.3. C. de silentiar. lib. 12.

Superindictio, idem quod superindictum l.j. de priuileg. domus Aug. lib. 11. Vnde superindictij tituli in l. vlt. eo tit.

Superinduco, superinducis, pen. prod. superinduxi, superinductum {ὑπεπάγω} superinducere. Plin. lib. 15. cap. 17, Duūm pedum terra superinducta. Quintil. lib. 5. ca 8. Neruis illis quibus causa continetur, adiicunt superinducti corporis speciem.

Superinductio, Verbale. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. de iis quæ in testamento delentur. Literas, inductiones, superinductiones ipse feci. Sic habent Pandectæ Florentinæ, quanuis Haloander legat superductiones.

Superinduo, superinduis, superindui, superindutum, pen. producta, {ὑπενδύω} superinduere. Sueton. in Nero. cap. 48. Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.

Superingero, superingeris, pen. corr. {ὑπεπιφέρω} superingessi, supering. stum, superingerere, Aggeratim, vel aceruatim superimponere. Plin. libro 18. cap 30, Sunt qui leguminum aceruos superingerant.

Superiniicio, superiniicis, pen. corr. superinieci, pe. pro. superiectum {ὑπεμβάλλω} superiniicere, Ex duabus præpositionibus, Super & in, & verbo iacio compositum. Cels. li. 5. de Curatione erysipelatum, Aut si durior locus est, solani folia contrita suillæ adipi miscenda sunt, & illita lineolo superiniicienda. Plin. lib. 17. cap. 9. Farinæ vice cribris superiniici. Ouid 5. Fast.
Tum supernicta texere madentia terra.

Superintego, superintegis, pen. corr. superintexi, superintectum {ὑπαναπτύσσω} superintegere. Plin. lib. 18. cap. 6, Ora vtrinque lapidibus statu minari & alio superintegi.

Superintono, superintonas, pen. corr. {ὑπεβροντάω} superintonare, Desuper tonare. Virg 9. Æneid.
Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

Superinungo, superinungis, superinunxi superinunctum {ὑπαλείφω} superinungere. Cels. lib 7. cap 7. de oculorum vitiis, Dein superinungi collirio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur.

Superior, Superius, Vide SVPRA.

Superiumentarius, superiumenturij. Sueto. in Claudio, cap. 2. Quem barbarum, & olim superiumentarium ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de causis quam sæuissimè coerceret, ipse quodam libello conquereretur. Sabellicus eum intelligit, qui iumenta egisset.

Superlachrymo, superlachrymas, pe. cor. {ὑπολακτίζω} superlachrymare, de palmitibus vitis dicitur, quum post resectionem humorem quendam, veluti lachrymam emittunt. Colum. lib. 4 cap. 24, Optimum est igitur medio ferè internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexámque resectionem facere post gemmam, ne vtiam antè diximus, superlachrymet, & gemmantem cæcet oculum.

Superlatio, Superlatiuus, Superlatum, Vide SVPERBE RO.

Superliminare, superliminaris, pen. pro. neu. g. {ὑπόθυρον} Ea pars ostij superior, quæ super limen est. Plin. lib. 29. cap. 4, Cuius generis propè videre possint quæ tradunt & de vespertilione, si ter circulatus domi viuus, per fenestram inuerso capite infigatur, amuletum esse: priuatimque ouilibus circunlatum toties, & pedibus suspensum sursum in superliminari.

Superlino, à quo participium Superlitus, pen. corr. Plin. lib. 22. cap. 23. Vel per se visco superlitum vt hæreat.

Super

Supermando, supermandis, supermandi, supermāsum {ὑπομασσάομαι} supermandere, Post mansum aliquid, aliud rursus mandere. Plin. lib. 31. cap. 6, Qui puram dedere raphanos supermandi ex mulso aceto iubent, vt ad vomitiones reuocent.

Supermeo, supermeas {ὑπερῥέω} supermeare, Superfluere, vel superlabi. Plin. lib. 2. cap. 103, De miraculis aquarum. Quædam verò & dulces inire se fuperme ant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Addua, &c.

Supermico, supermicas, pen. cor. supermicare, Id est, anteceller e. Senec. de Benefic. lib 3. cap. 31, Si quæ reddunt filij parētibus beneficia, eorum non supermicant. Paulo pòst dicit Exuperare.

Supernas, Vide SVPERNVS.

Supernato, supernatas, pen. corr. {ὑπονήχω} supernatare. Colum. lib. 12. cap. 9, Deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi, vt ius supernatet. Plin. lib. 26, Posteà supernatans aqua, tollitur spongiis.

Supernatus, pen. prod. Adiectiuum {ὑπερῶος} Quod præter alia natum est. Plin. lib. 19. cap 3, Supernato caule quem magydarin vocarunt.

Supernus, Adiectiuum {ἐπάνω, ὑπερκείμενος} Quod est suprà, vt Supernaregio. Plin. lib. 11. cap. 37, Dentes similes aspidi & serpentibus: sed duo in superna parte dextra læuáque longissimi.

Crines à fronte superni. Stat. 8. Theboid.

Numen supernum, Ouid. 15. Meram.

Supernas, supernatis, pen. prod om. gen. Idem. Plin. lib. 16. cap. 39, Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Idem lib. 15. cap. 12, Supernatia Perfica è Sabinis veniunt.

Supernè, Aduerbium {ἄνωθεν} pro Super vel desuper. Plin. lib. 7. cap. 16, Quibus in dextra parte gemini supernè, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur. Virg. 6. Æneid.

-vnde supernè
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.

Supernè, alio significatu quàm suprà positum est. Senec. de Benefic. Quomodo siquis scriptis nostris alios supernè imprimat versus, priores literas non tollit, sed absconditat.

Supernè, pro Sursum. Plin. lib 19. cap. 5, De Raporum generibus, Ex iis in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda ferè radice. Solum enim hoc genus supernè tendit, non, vt cætera, in terram.

Supero, superas, pen. corr. {ὑπερβάλλω, ὑπεραίρω, ὑπεράνω, ὑπεροράω, κατίσχυμι, κρατέω, περίειμι, περιγίνομαι} superare, Supergredi propriè significat, & quasi superaterendere & excedere. Virg 3. Georg.

-superant montes, & flumina tranant. Virg 9. Æneid. Liu bel. Maced. lib. 4, Et Parthenio monte superato, præter Tegram tertio die ad Caryas posuit castra.

Ascensu supero fastigia recti. Virg. 2, Æneid.

Viam superare saltu. Virg. 3. Georg.

Superans genua aqua. Liu. 6. bel. Pun.

Superat sumptus, Excedit. Plaut. Perf. 4. Vatro 1. de Re rust. ca. 53, Summa enim spectanda, ne in ea re sumptus fructum superet.

Superare, Vincere, per translationem. Virg. 5. eclog.

Quid si idem certet Phœbum superare canendo? Terent. Eun. 2. 1, -hæc superat ipsam Thaidem.

Si cum aliorum improbitate certet, longè omnes, multúmque superabit. Cic. 7. Verr.

Contendere & superare. Cic. Licinio, lib 5. 8.

Fallere & superare spem alicuius. Cic. 4. in Catil. Quòd si meam spem vis improborum fefellerit atque superauerit, commendo vobis parnum meum filium.

Vincere & superare. Cic. 1. de Orat. Si subitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.

Adamanta superare duritia, Vide ADAMAS.

Constantia & grauitate quempiam superare. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Cursu superare canem, vel viribus aprum. Horat. 1. epist. 19.

Doctrina aliquem superare. Cic. 1. Tusc. Doctrina Græcia nos & omni literarum genere superabat.

Dolores superat virtute. Ouid. 8. Metam.

Dolis superare aliquem. Plaut. Pœnulo, 16. & in Casina, 22.

Ferrum superare duritia. Ouid. epist. 2.

Genus humanum ingenio superauit Epicurus. Lucret. lib. 3.

Iniurias fortunæ superare. Cic. 4. de Finib. Varietates autem iniuriásque fortunæ facilè veterum philosophorum præceptis instituta vita superabat.

Labores superare. Virg. 3. Æneid.

Nobilitate superare aliquem. Ouid 3. de Ponto, eleg. 2.

Opinionem omnium superare. Cic. ad Attic. lib. 5. 10 4, Itaque opiniones omnium superauit.

Pugnando superare. Ouid. 9. Metam.

Votis superare aliquem. Virg. 3. Æneid.

Aliquem ferro superare, Occidere. Virg. 1. Æneid. Clàm ferro incautum superat, &c.

Superare, Superabundare, superesse. Virg. 1. Georg.

Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur. Cic. 5. de Finib. Fabellarúmque audiione ducuntur, déque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. Idem ad Atticum, lib. 13. 294.

Multa die superante accessit. Liu 9. bel. Pun.

Superare, Superuiuere, & quasi superstitem esse. Virg 3. Æneid.
Quid puer Ascanius? superátne, & vescitur aura?

Superans, pen. corr. Participium {σφύζων,} vt
Animis superans. Virg. 5. Æneid.
Hîc victor superans animis, tauróque superbus.

Superantior {ἐκφανέστερος} Comparat. Potentior, validior. Lucret. lib. 5.
Cùm semel in terra fuerit superantior ignis.

Superatus, pen. prod. Aliud particip. {ὑπακουστηθείς} vt
Bello superatus Amyntor. Ouid. 12. Metam.
Iussa superata. Ouid. 9 Metam. de Hercule.

Superabilis, & hoc superabile, pen. corr. {ὑπερατός} Quod facilè superari potest. Liu. 5. bel. Pun. Mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert.

Per vim nulli superabilis. Ouid. 5. Trist. eleg 9.

Scilicet vt per vim non est superabilis vlli,
Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Superamentum superamenti, Quod superat, & superfluum est. Vlpian. in l. Ligni. §. O filius. D. De legat. & fideicom. 3. Sed si voluntas non refragatur, etiam virgulæ, & cremia, & sarmenta, & superamenta materiarum, & vitium stirpes atque radices continebuntur.

Superator, pen. prod. superatoris. Verbale. Firmicus lib. 5. cap. 5 is fine, Hominum interfectores erunt, ac nulla seruata legis æquitate, aduersantium sibi superatores.

Superobruo, superobruis {ὑπερχώννυμι} superobruere. Propert. lib. 4. eleg. 4,
Dixit, & ingestis comitum superobruit armis. Subaudi, Virginem Tarpeiam, de qua illic loquitur.

Superpendeo, superpendes, superpendi, superpensum {ὑπεκκρέμαμαι} superpendere. Liu. 7. bel. Maced. Ita vt quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum, quàm quæ in statione sunt naues, promineant.

Superpono, superponis, pen. prod. superposui, superpositum, pen. corr. {ὑπερτίθημι} superponere. Colu lib. 1. ca. 5, Sin summotus longius à coitibus erit amnis, & loci salubritas, editiórq; situs ripæ permittet superponere villam profluenti. Plin. l. b. 29. cap. 2, Tantúmque pollent vt medicamentis quoque superponantur. Ouidius epist. 20,
Ægra superposita membra fouere manu.

Superrado, superradis, pen. prod. superrasi, superrasum, pen. prod. {ὑπερξέω} superradere. Plin. lib. 22. cap 23, Perniones ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: sic & calto. Clauis pedum superrasis præcipuè vtilitatis.

Superscando, superscandis, superscandi superscansum {ὑπερβαίνω} superscandere, Super ascendere. Liu. 7. ab Vrbe, Iam euaferant media castra, quum superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso feuto præcipiti sonitum fecit. Columella. lib. 11. cap. 3. Oportebit autem virgeam sepem interponere, quam superscandant sentes vtriusque sulci.

Superscribo, superscribis pen. prod. superscribere, Suprà scribere. Modestinus in l. 4. D. De operibus publicis, Nec præsidis quidem nomen licebit superscribere.

Supersedeo, supersedes, pen. corr. supersedi, pen. prod. supersessum, {ὑπακούω, ὑπέχω φαύλως} supersedere, Omittere, cessare. Plaut. Epid. 2, Supersede istis rebus iam. Idem Pœn. 5, Supersede istis verbis. Cic. ad Seruium Sulpitium lib. 4. 2, Supersedeas hoc labore itineris.

Commodè possumus principio supersedere. Ad Heren. lib. 3.

Verborum multitudine supersedendum est. Cicero 1. de Inuent.

Sunt autem qui putant nonnunquam posse complexione supersederi. Cic. 1. de Inuent.

Quum acciderit, omnino narratione supersedendum est. Cicero 1. de Inuent.

Accusatiuo iunxisse videtur Gell. lib. 2. cap. 29. Cognati & affines operam quam dare rogati sunt, supersedent.

Non sunt visa aliqua supersedenda. Autor ad Heren. lib. 2.

Supersedere, cum dativo constructum apud Hirtium de bel. Aphric. Postquam satis diúque aduersatus, à se ad dimicandum inuitatos supersedere pugnæ animaduertit, reduxit copias.

Supersedi scribere. Plin. epistol. 102. lib. 5. Liu. 4. ab Vrbe, Frustra certatæ supersedit. Idem 1. bel. Pun. Supersedissem loqui apud vos. Idem 4. bel. Maced. Aut supersedere de Amicitia agere. Sueton. in Augusto capit. 93. In peragranda Ægypto, paulò destectere ad visendum Apin supersedit.

Supersedere, inquit Nonius, Manere, perseuerare, quasi in voluntate & consilio sidere. Turpil. Ped. Vt ille hac se abstineret, ego superfederem nuptiis. Vid: plura apud eundem.

Supersilio, supersilis. pen. corr. supersilui & supersiliui, supersultum {ὑπερπηδάω} supersilire, Ex super & salio compositum. Colum. lib. 8. cap. 3. Ea pernicies vt eniteatur, perticæ dolātur in quadrum, ne teres lætitas earum supersilientem volucrem non recipiat.

Superspargo, vel Superspergo, supersspergis, supersparsi, supersparsum {ὑπεπάσσω} supersspargere. Cato cap. 54, Quum stramenta condes, quæ herbosissima erunt in tecto condito, & sale superspergito.

Superstagno, superstagnas {ὑπερπλημμυρέω} superstagnare, Idem quod Restagnare & redundare. Tacit. lib. 1. Si amnis Nar in riuos diductus superstagnauisset.

Supersterno, supersternis, superstraui, superstratum, pen: prod. {ὑπερστρώννυμι} supersternere. Colum. lib. 1. cap. 6, Tum deinde quum exaruit, simili modo pauimenta testacea, quæ pro aqua receperint amurcam mistam calci & arenæ superstruuntur, & magna vi pauiculis inculcantur atque expoliuntur. Liu. 10. ab Vrbe, Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis, inueniri non potuit. Quædam exemplaria disiunctim legunt.

Superstito, superstas {ἐφίστημι} superstare, Suprà adjuuat stare. Gellius Quum sedenti aquila superstaret. Liu. 10. ab Vrbe, Essedis, carrisque superstans hostis armatus, ingenti sonitu equorum, rotarúmque aduenit. Idem 10. bel. Maced.

Superstito, superstitas, pen. corr. {σώζω} superstitare, Frequentatiuum quo veteres vsi sunt, Saluum & incolumem reddere. Ennius Menalippo, Regnúmque vestrum vt sospitent superstiténtque. Nonius.

Superstitare, Idem quòd superesse. Plaut. Persa. 10, Vt mihi superstit, supperat, superstiter.

Superstes, superstitis, pen. corr. om. gen. {σύγγενὴς ζῶν} Quiex mortuis quasi solus viuus superstat. Quintil. Defuncta vxore, liberis tamen superstitibus. Ouid. 3. Metam.

Superstites antiquitus appellati sunt testes: cuius rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus, ij inter quos controuersia est

viadicias sumere iubentur. Plautus in Artemone. Nunc mihi licet quidnis loqui,nemo hic adest superstes.Festus.
Superstitem alicui esse. Terent.Heaut.5.4,
Ica mihi,atque huic sis superstes,vt ex me,atque hoc natus es. Cic. ad Q. frat lib.1.3,Vtinam te non solùm vitæ,sed etiá dignitatis meæ superstitem reliquissem.
Superstes toti conuiuio. Qui vltimus à mensa surgit. Senec.epistol.94.
Tiberio superstes fuit. Tacit.lib.5.
Bellorum superstes.Tacit.lib.de German.
Superstes gloriæ suæ.Liu.2.ab Vrbe.
Superstes Reipub. Cic.ad Pætum,lib.9.17, De lucro propè iam quadriennium viuimus:si aut hoc lucrum est,aut hæc vita,superstitem Reip. viuere.
Quum superstitem te esse Reipub.ne si liceat quidem, velis. Cic. Torquato,lib.6.2.
Fama superstes.Ouid.3.Trist.eleg.7.
Opus superstes manfurum. Ouid.3.Amor.eleg 14.
¶ Superstes,Qui saluus est. Terent.And 3.2, Deos quæso vt sit superstes.
Parte dimidia superstes. Ouid.1.Trist.eleg.2.
¶Superstes,pro Præsenti sumitur. Plautus,
Superstitem vtrunque monui ne iniussi abeant.
Vtriusque superstitibus præseatibus,istam viam,dico,inite viam. Cic pro Murena.

Superstitio, superstitionis {δεισιδαιμονία, θρησκευτικία} Falsus Dei cultus.error insanus. Seruius, A superstite superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quæ mulieis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ,dum volunt videri nimis religiosæ, superstitiosæ fiunt, & ita delirant. Cic.1.de Nat.deor. Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum,sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Idem 3.Tuscul.Accedit superstitio muliebris quædam. Vide RELIGIO.
Superstitio,authore Lucretio hoc carmine,
Horribili super aspectu mortalibus instans, Sic appellata est quòd superstet,& superné impendeat nobis quæ quidem sententia,inquit Turnebus, est non mea,sed Isidori hunc locum sic intelligentis.
Superstitio quæ religioni propinqua est.Cic.2.de Inuent.
Imbecilli animi atque anilis est superstitio.Cic.2.de Diuin.
Contaminata superstitio.Cic.pro Cluentio.
Exitialis superstitio.Tacitus lib,15.vbi de Christianis loquitur.
Iudaica superstitio.Quintil.lib.1.cap.3.
Magna superstitio.Ouid.1.de Arte.
Tristis superstitio.Horat.2.Serm.saty.3.
Vana superstitio.Silius lib.5.
Captus superstitione, Vide CAPIO.
Imbutus superstitione.Quintil.lib.3.cap.1.
Inducere nouas superstitiones.Quintil.lib.4.cap.4.
Infestare rudes animos superstitione,Vide INFESTVS.
Leuari superstitione,Vide LEVIS.
Obligari superstitione,Vide OBLIGO.
Superstitio fusa per gentes,oppressit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupauit.Cic.2.de Diuinar.
Non colligitur religio superstitione tollenda.Cic.2 de Diuin.

Superstitiosus, pen.prod. Adiectiuum {δεισιδαίμων} Superstitiosi proprietatem habent, vt Cicero libro 2. de Natura deorum,tradit, ex hoc quòd præ cultura deorum supersedeant, qui sine causa timidi sunt, qui deum timent in rebus etiam non timendis. Non enim philosophi solùm,verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt.Nam qui totos dies precabantur, & immolabãt,vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati.Omnis tamen importuna, ineptáque religio secundum Gellium superstitio dici potest.Plaut.Amphit.4.
Illic homo superstitiosus est.
Ariolationes superstitiosæ.Cic.1.de Diuinat.
Superstitiosæ ariolationes,Vaticinationes sunt diuinæ & fatiloquæ. Nam superstitiosus pro fatiloquo non infrequens est veteribus,in his Plauto.Turnebus.
Deterret aliquem sacerdotis superstitiosa dedicatio. Cicero pro Domo sua.
Aliqui omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. Cic.2.de Diuinat.
Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiunt. Cicero 2. de Diuinat.
Superstitiosus,Diuinator. Plaut. Curc.8. Superstitiosus hic quidem est, vera prædicat.

Superstitiosè, pen. prod. Aduerbium {δεισιδαιμόνως} Vanè & aniliter. Cic.4.de Nat.deor. Neque id dicitis superstitiosè, atque aniliter, sed physica,constantique ratione.
Facere aliquid superstitiosè. Quintil.lib.1.cap.1.
Fatum dicitur non id quod superstitiosè, sed quod physicè. Cic.1. de Diuinat.

Supersum,superes,superfui {πάρειμι, περιγίνομαι} superesse,Affluere, abundare.Terent.Phorm.1.3,
Aliis quia defit quod amant,ægrè est: tibi quia supereſt, dolet. Ibidem.1.2,
Cui tanta erat res,& supererat? Virg.11.Æneid.
Auxilióque vrbes Italæ, populíque supersunt. Id est, superabundant,adsunt vltra quàm bella deposcunt,inquit Seruius.De Supersum vide Gellium lib.1.cap.22.
Spatia plura supersunt. Virg.5.Æneid.
Duæ partes mihi supersint illustrandæ orationis. Cicero 3. de Oratore,
¶Quod supereſt, absoluta locutio, inquit Seruius, Id est de reliquo. Virg.11.Æneid.

Quod supereſt,scribe quæso quamaccurratissimè. Cicc.Attico. lib.9.19t.
Victor supereſt,vt tueri se possit.Quint.lib.7.cap.3.
Superesse,Superstitem esse.Plaut.Milite,7,
-ne doceto malas vt sint malæ,
Mihi sola ego supersum. Idem Asin.3.
De exercitu alicuius supereſſe.Pollio Ciceroni lib.11.33.
Superesse,Vincere,superiorem esse.Virgil.3.Georg.
Farráque, ne blando nequeant superesse labori. Id est, vincere laborem.
Supereſſe alicui,Superfluum esse, & nihil prodesse. Gellius libro 1.cap.22. Memini ego Prætoris docti hominis Tribunali me forte assistere, atque ibi aduocatum non incelebrem sic postulare, vt quam diceret causam,rémque quæ agebatur,non attingeret. Tunc Prætorem ei, cuia res erat, dixisse aduocatum eum non habere. Et quum is qui verba faciebat,reclamasset, Ego illi supersum: respondisse Prætorem festiuiter,Tu planè superes,non ades.
Supereſſe & Deesse, contraria. Cicero ad Silium lib. 23. 64. , Sed vereor ne iam supereſſe mihi verba putes,quæ dixeram defutura.
Supereſſe negotiis suis. Vlpian.in l.Et qui D.De postulando.
Rebus suis supereſſe. Vlpianus in l.1.§.vltim.D. De procuratoribus , Vsus autem procuratoris per quàm necessarius est: vt qui rebus suis ipsi supereſſe vel nolunt, vel non possunt: saltem per alios possint vel agere vel conueniri.
Supereſſe, Adeſſe, patrocinari.Suet.in Augusto,cap.56.Quum Asprenas Nonius Arctius ei iunctus,causam veneficij accusante Cassio Seuero diceret,consuluit Senatum quid officij sui putaret. Cunctari enim se,ne si supereſſet, eriperet legibus reum: sin deeſſet, destituere ac prædamnare amicum existimaretur.Qui locus facit contra Gellium lib.1.cap.12.
Supereſſe,Durare. Virg 3.Georgic.
Primus ego in patriam mecum(modò vita superfit)&c.Plaut. Persa,10.
Perennitatísque adeò huic perpetuo cibo
Vt mihi superfit,supperat,superstiret.
Supersum,aliquando diducitur, interpositra aliqua dictione,& aliquando pluribus.Plaut.Curcul. 2. Siquid superilli fuerit, id nobis facis est.Salustius in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quàm animaduertit, superesse gratiam & pecuniam suam inuidiam facti esse.

Superfore,penul.corrept.Scævola in l.Creditor.§.Si inter.D. Mandati vel contra,Nullam actionem superfore ad recipiendum.

Superfuturus,pen.prod.Participium.Plin.lib.11.ca.53,Sola ex omnibus superfutura.

Superuacuus, Adiectiuum {ἀναγκαῖος περιττός} Quod non est necessarium,sed præter rem & superfluum. Plin. in Paneg. 82. Qui tam multa cõcupiscebat, quum haberet superuacuã tam multa.Colum. lib.5.cap.4, Quo tamen ipsa pastinatio penè superuacua est iis locis quibus & per se resolutum est.
Superuacuo timore deterritus, id est vano. Callistratus in l.2.D. ex quib.cauſ.maiores,&c.
Metus habere superuacuos.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.
Habere superuacuum dicere. Quintil. lib.7.cap.3. Plin.lib.27. cap.12.Phryeuma qualis sit describere superuacuum habeo , quum sit vsus eius tantùm ad amatoria.
¶Superuacuum non putat oportere dici Varro de vita Pop.Rom. lib.3. Sed superuacaneum , in quo est superuacuum pro superuacaneo. Nonius.

Superuacaneus, Adiectiuum {περιττὸς, ἀνάπλεως} Idem Sueton. de Claris Rhetor. Quædam etiam ad vsum communis vitæ instituta, dum vtilia & necessaria , dum perniciosa & superuacanea ostendere,&c. Cic.1.de Natura deorum , Quid de re reliqua describrione omnium corporis partium,in qua nihil inane,nihil sine causa, nihil superuacaneum est?
Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque venatio. Cic.de Senect.
Pro superuacaneo ac inutili haberi. Liu.10.ab Vrbe.
Quicquid vsum non haber,superuacaneũ est. Cic.1.de Nat.deor.
Superuacaneum est illis pugnare pro, &c. Sulust.in oratione Catilinæ ad milites.

Superuacuò, Aduerbium. Vlpian. in l. At si quis.§.Plerique.D.De relig.& sumpt.fun.Quod si superuacuò fuerit factum,&c.

Superuado, superuadis , pen.prod. {ἐπιβαίνω} superuadere , Superscandere,superare,supergredi. Liu.1.bel.Maced. Quum omnes victi,metúque perculsi ex prælio intra vallum protinus inde superuadentem munimenta victorem hostem fugerent.
Superuadere {ὑπερβάλλειν} Omnes asperitates superare, vincere. Salustius in Iugurtha , Quæ postquam Metello comperta sunt: quanquam inter Thalam flumẽque proximum in spatio millium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognouerat , tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret , omnes asperitates superuadere,ac naturam loci etiam vincere aggreditur.

Superuagor , penult.corr.superuagaris {ὑπερφέρεσθαι} superuagari, Præter iustum & æquum vagari, superfluere , vel superfluos ramos habere. Colum.lib.4.cap.33, Quinquennis vinea non alia est puratio,quàm vt figuretur, quemadmodum suprà instituimus , néve superuagetur.
Superuaganea dicebatur ab Auguribus auis , quæ ex summo cacumine vocem emisisset, dicta ita , quia super omnia vagatur , aut canit. Paulus ex Festo.

Superueho, superuehis , superuexi , superuectum {ὑπερφέρω} superuehere:vt
Montem superuehi. Catull.de coma Berenices,61.

Superuenio,superuenis;pen.corr.superueni, pen.prod. superuentũ, {ὑπέρχομαι, ἐπέρχομαι, ἐπαναβαίνω} superuenire , Ex inopinato venire. Horat.epist.4,

Gra

Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Liu.4. bell. Pun. Mu nientibus superuenit Marcellus.Virg.6.eclog.
Addit se sociam,timidis superuenit Ægle.
Superuenire lætitiæ alicuius Liu.4. bel. Maced.
Vlcus superuenit vlceri. Celsus lib.5.cap. 28.De theriomate , Est etiam vlcus, quod σηψίασις Græci vocant. Id & per se nascitur,& interdum vlceri ex alia causa facto superuenit.
¶ Superuenire,cum accusatiuo,Succedere,ascendere. Columella libro 2. cap.17. Aut si quis eam superuenit humor,lentè prorepit. Idem libro 6.cap.24.Taurus vbi iuuencum superuenit. Idem libro.7. cap.6. Matrem stupro superuenit. Ouid.10,Metam.
Superuenire,Insceudere,Superscandere coitus causa. Plinius lib. cap.51,Plani piscium quibus cauda non est , aculeatíque vt testudines in coitu superueniunt. Ibidem 2.Ranæ superueniunt,&c.

Superueniens, Particip. vt Hereditas superueniens. Vlpian. in l. Vel hereditas. D. De procuratoribus.

Superuentus,huius superuentus {ἐπιδόσεις} Plin.lib.25.cap.2.Obseruatum certè est , inflammati vulnera ac morbos superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Idem lib.7.cap. 15. Acesunt superuentu musta,sterilesque tactæ fruges,&c.

Superuestio, superuestis,superuestiui, superuestitum,pen.prod. superuestire.Plin. lib.16. cap. 33. Venatus classéve & imagines rerum tenui folio,breuíque & virente superuestiens.

Superuentus, Vide SVPERVNGO.

Superuolo, superuolas,pe.cor.{ὑπιπτῶ} superuolare.Plin.lib 10.ca.33. Verdices concipiunt superuolantium afflatu , sæpe voce tantùm audita masculi. Ouid.4. Metam.
Despectat terras totúmque superuolar orbem.

Superuolito,superuolitas,pen.corr.{ὑπιπτάω} superuolitare,Frequentatiuum. Virg 6.eclog. -& quibus ante
Infœlix sua tecta superuolitauerit ales.

Superuoluo,superuoluis,superuolui,superuolutum,pen.pro.{ἐπιτυγχάνω} superuoluere.Colu.lib.11. cap.3. Potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercunque satum, si quum est natum , incrementum eius superuoluto cylindro coerceat.

Superungo , superungis,superunxi,superunctum,{ἐπαλείφω} superungere.Cels.lib.7.cap.7.De oculorum vitiis , Dein superungi collyrio debet ex his aliquo,quo lippientes oculi superunguntur.

Superunctus,Participium.Scribonius Largus,29. Hoc etiam superunctum ad puerorum epiphoras facit.

Superus, pen.corr.Adiect.à super.vnde Superum mare , Adriaticum nominatur , collatione facta ad Thyrrenum ; quod Græci inferum vocauere.Plaut. Merc.2.
Limen superum,inferúmque salue,simul autem vale.
Ad auras superas euadere. Virg.6.Æneid.
Conuexa supera.Virg. 6.Æneid.
In domos superas scandere. Ouid.1.Fast.
Regnis superis detrudere Iouem. Virg 6.Æneid.
Homo spectator superarum rerum atque cælestium.Cic.2.de Natu.deorum.
Nicetas,cælum,solem,lunam,stellas, supera denique omnia stare censet.Cic.4.Acad.
Cogitare supera atque cælestia.Cic.4.Acad.
Videre supera,infera,prima,vltima,media.Cic.1.Tuscul.
Ex supero,Supernè.Lucret.lib.2.
¶ Supera , plurali numero pro Cælo substantiuè accipitur. Virgilius 6.Æneidos.
Omnes cælicolas,omnes supera alta tenentes. Cic 1.Tuscul.Nihil enim habent hæc duo genera proni,& supera semper petunt.
Ardua supera. Virg 7.Æneid.

Superi,pen.corr.superorum {ἐφεστῶτες} Cælestes:siue viui , & qui aliis superiores sunt qui inferi dicuntur.Plaut.Aul.12.
Si autem deorsum comedent,siquid coxerint.
Superi incœnati sint,& cœnati inferi.Plin.lib.12.cap.18.
Pars superis.Horat.1.Carm.ode 6.
Numina superorum. Ouid.1 de Ponto,eleg.1.
Plebs superûm Fauni Satyríque, Ouid.in Ibin.
Rex superûm.Ouid.1,Metam.
Precari superos. Virg 5.Æneid.

Supinus,pen.prod.Adiect.{ὕπτιος,κάμβαρος} Qui iacet ventre cælum vertus.Iuuen. Saty.3.
-cubat in faciem,mox deinde supinus. Plaut.Ciſtel.7.
Quid nunc supina sustum in cælum conspicis?
Cursus supinus,Id est qui retro fit.Ouid.4.de Ponto, eleg.5.
Digiti supini.Catul.Argon.59.
Iactus supinus, pro Inritum.Supinantur enim qui sursum versus iaculantur.Liui.10.bell.Punic.Ex rostratis , Pœni vana pleraque vtpote supino iactu,tela in locum superiorem mittebant.
Ignorantia supina,quæ vulgò *Crassa* dicitur.Vlpianus in l.Nec supina.D.de iuris & facti. ignor. Nec supina ignorantia ferenda est facum ignorantis,nec scrupulosa inquisitio exigenda.
Motus corporis pronus,obliquus,supinus.Cic.1.de Diuinat.
Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum. Cicero de Vniuers.
Palmes supinus.Martialis lib.12.
Venter supinus.Horat.1.Serm.sat.5.
Vultus supinus.Quintil.lib.1.cap.11.
Supina valle præcipites egistis.Liu.7. ab Vrbe.
Supinis manibus excipere aliquem, quod aliàs dicitur, Obuiis manibus. Tranquil.in Vitel.cap.7.
Manibus supinis orare.Virg.4.Æneid.
Manus supinus ad cælum tendere. Liu.6.bel.Pun.
¶ Supinus, pro Otioso nonnunquam ponitur, molli, negligentíque.Iuuen.Saty.1,
Et multum referens de Mecœnate supino.
Animus supinus, Iners. Catul.ad Coloniam,17.

Supina aure audire, Negligenter.Martial.lib 6.
Supiniores deliciæ, Maior ignauia.Marc.lib.2.
Supinum arborum tonsura. Plin.lib. 17. cap.23. ad finem.
¶ Supinus, Monte sus.Horat.lib. 3.Carm.ode 4.
- seu mihi frigidum
Præneste,seu Tybur supinum. Vbi Acron, Supinum , Montuosum, vt Colle sue supinos. Situm autẽ ciuitatis describit , quia in arcem montis est constituta , siue in latere montis,vt ait Porphyrius.

Supinè, Aduerbium, pro Negligenter.Senec.lib.2.de Benef.Alij beneficia supinè accipiunt.

Supinum,supini, A quibusdam dicitur verbum participiale, cuiusmodi sunt gerundia, quæ nomina participialia dicuntur.Habet autem supinum duas terminationes,um & u,vt lectum lectu.
Quod in um finitur,habet significationem actiuam.Saluſtius,Legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit.Id est qui quererẽtur. Terent.And.3 2. -missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam.
In u verò supinum, significationis passiuæ est:iungitúrque nominibus adiectiuis.Virgil. 3 Æneid
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. Hoc est,quod nec videri, nec dici facilè possit.

Supino,supinas pen.prod. {ὑπτιάζω} supinare.Stat. 6. Thebaid. Præcipitátque retro iuuenem, atque in terga supinat.
¶ Supinare,pro Erigere in arrogantiam. Solent enim arrogantes incedere supini.Senec. lib. 1.de Benef. Libet interrogare quid tanopere te supinet,quid vultum habitúmque oris peruertat, vt malis habere personam quàm faciem.

Supinor , supinaris , {ὑπτιάζομαι} supinari , Passiuum. Horat.2. Serm. saty.7.
-nasum nidore supinor. Vbi Acron interpres, Nasum, inquit,nidore supinatur,qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum.Accusatiuum addidit verbo passiuo , quemadmodum Virg.7.Æneid.
Loricam induitur,fidóque accingitur ense. Statius 12. Thebaid.
Supinor in passiuo genere apud Quintilianum quoque legitur li. 11. cap.vlt. Interim vincis etiam digitis aut à capite deiiciatur , aut eadem manus supinata in superiora tracterur.

Supinatus,pen.prod.{ὑπτιασμένος} Particip.vt
Cornu supinatum, Arcus retensus.Stat.9. Theb.De arcu loquitur cui neruus fuerat incisus ab aduersario.
Glebas supinatas Aquiloni ostendere.Virg.2.Georg.
Manus supinata, Quintil. li.11.cap.vltimo.
Os supinatum.Stat.5. Thebaid.
Suppactus, Vide SVPPINGO.

Suppar,supparis,pen.corr.m.g. {πάρεμος} Ferè parem significat. Cic. de Claris Orat. Huic ætati suppares Alcibiades , Critias , Theramenes.i. propè pares,æquales.

Supparasitor, pen. pro. supparasitaris,{ὑποπαρασιτέω} supparasitari, Subseruire,obsequi tanquam parasitum.Plaut.Amphit.6,
Accedam,atque hanc appellabo:& supparasitabor patri.Idẽ Milit.6.

Supparus,m.g. vel Supparum,suppari,pen. corr. {παρεμέσιον} Genus leuis atque angustæ togæ, quod eo superinduimur. Festus, Supparum,vestimentum puellare, lineum,quod etiam subucula, id est camisia dicitur. Afranius, Puella nõ sum,supparo,si induta sum.Plaut. Rud. 4,
Si tu de illarum cœnaturus supparis. Lucret.lib.3,
-humerísque hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.

Supparum, est linteum femorale,vsque ad talos pendẽs, dictum quòd subtus appareat.Plaut.Epi.Supparum aut subminium est, Basilicum aut exoticum.Vide plura apud Nonium.

Supparum,n.g. Suppara non tam vela fuisse videntur , quàm velorum quædam supplementa,& summæ partes , quæ suprà ipsa vela & antemnam expandebantur:quòd vt opinor,sursum parārentur. Lucanus -summáque pandens
Suppara velorum perituras colligit auras. Suppara autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cùm terram legebant , colligebant , & substringebant: solæ Alexandrinæ naues supparis passis in portum perueh ebantur.Seneca,Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. nulla enim res æquè adiuuat cursum , quàm summa pars veli : illinc maximè nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit , maiórque est quàm expedit,antemna summittitur: minus habet vitium flatus ex humili.
Cùm intrauere Capreas & promontorium,ex quo,
Alta procelloso speculatur vertice Pallas. Cæreæ velo iubentur esse contentæ. Supparum Alexandrinarum insigne indicium est. Turneb.

Suppedito,suppeditas,pe.co.{χορηγέω,ἐπιπαρέχω,ἐπιπαρείναι} suppeditare. Subministrare,suggere, Adiect. A sub,& pes pedis.Terent. Eun.5.9, - necesse est multum accipere Thaidem,
Vt tuo amori suppeditare possit,sine sumptu tuo. Idem Heaut.5.1.
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme,mihi illiæ verè ad rastros res redit. Cic.5. Verr. Peculiarem habes aliquam Siciliam quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit?
Ab aliquo suppeditare,Vide A vel Ab.
Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis. Cic. 2.de Orat.
Omnium rerum quas natura desyderat, abundantiam & copiam alicui suppeditare.Cic.de Amic.
Frumentum & merces suppeditare.Cic.4.Verr.
Vix satis otium studio suppeditare possumus.Cic.ad Heren.lib.1.
Tela suppeditare alicui.Sil.lib.10.
Multam etiam casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt.Cic.Lucceio,lib.5.12.
Suppeditare testes,Cic.2. de Fin.Nec verò quoniam hæc nos tra-

ctare etiam cœpimus, suppeditabit nobis Atticus noster è thesauris suis quos & quantos viros habere testium fat est.

Suppeditare testes. Cic. 2. de Fin.

¶ Suppeditare, neutrum absolutũ, Id est sufficere, satis esse. Plautus Asina 9.

Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.

Hoc modo naturæ suppeditabit vt doctrina. Ad Her. lib. 3.

Suppeditant hæc ad victum. Cice. 1. Offic. Ob eáſque causas studeat parare ea quæ suppeditent & ad cultum & ad victum.

Suppeditare in. Liu. 1. ab Vrbe, Itaque Pœtinę manubiæ quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, vix in fundamenta suppeditauere.

¶ Suppeditare, pro Suppetere. Liu 8. bell. Pun. Apud vos quem admodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat.

Non suppeditant mihi chartæ, pro Desunt. Cic. ad Trebatium, libro 7. 18. An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditari?

Si vita suppeditasset. Cic. 3. Philip. Cuius etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset.

¶ Suppeditor, pen. corr. Passiuum. Ci. 2. in Cat. Sed si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur, &c.

Suppeditor, suppeditaris, { χορηγέομαι } Deponens. Cic. Attic. lib. 14. 316. De Patuleiano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium.

Suppeditatio, Verbale, { χορηγία } Cic. 1. de Natur. deor. Quæ ergo vitæ Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppedo, Vide SVPPELLO.

Suppello, suppellis, suppuli, pen. cor. suppulsum, suppellere, Verbum modò honestũ, modò turpe. Cice. ad Pætum, li. 9. 22, Quid ipsa res modò honesta, modò turpis, suppellere, flagitium est? iam erit nudus in balneo nõ reprehendes. Vetus scriptum exemplar legit Suppedit.

Suppendeo, suppendes, Vide SVSPENDEO, SVSPENDES.

Suppeto, suppetis, pen. corr. suppetiui, suppetitum, pen. prod. { ὑπάρχω } suppetere, Latenter seu per fraudem petere. Vlpianus, De furtis, l. Si quis vxori. Apud Labeonem relatum est, si filiginario quis dixerit, vt si quis nomine eius siliginem petisset, ei daret: & quidam ex transeuntibus, quum audisset, petiit eius nomine, & accepit: furti actionem aduersus eum, qui suppetiit siliginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, sed sibi siliginario gessit. Pandectæ Florentinæ habent, qui supperet: Haloander, qui sic peter.

¶ Suppetit, { ὑπαρχόντως } in tertia persona, & suppetunt, significat In promptu est, vel succurrit, sufficit & abundat. Plin. Iun. Cui abunde suppetunt facultates. Plaut. Milit. 5, Ita vehementer quod facto opus est, ægrè suppetit. Hoc est vix succurrit, & meminit. Horat. 1. epistol. 12,

Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.

Sed tamen sicui hæc suppetant, adiuuant aliquantum ad cætera. Cic. 2. Offic.

Vt ambitioni & quotidianis sumptibus copiæ suppetant. Cicero 5. Tuscul.

Supperere & Deesse, contraria. Cic. 3. Verr. Credo si meis horis in accusando vti voluissem, vererer ne mihi crimina non supperenter, ne oratio deesset.

Suppetunt in hanc rem fœliciter cætera. Col. lib 9. cap. 1.

Suppetit copia argumentorum. Cic. in Top.

Dum vires suppetent. Cæsar 7. bell. Gall.

Si vita suppeter, Si vixero. Cic. 1. de Fin. Et scribentur fortasse plura, si vita suppeter.

Non suppetit consilium. Liu. 4. ab Vrbe,

Suppetit mihi perpetuus cibus. Plaut. Persa 10.

Suppetunt dictis data. Plaut. Asin. 3. Idem Pseud. 3. Vtinam quæ dicis, dictis facta suppetant. Hoc est, vtinam quod dicis, sic se haberet, vel faceres quod promittis.

Suppetere dolori. Horat. Epod. 17.

Non suppetit lingua libertati, Liberè loqui non potest, & pro animi sententia. Liu. 2. ab Vrbe.

Suppetit mihi lucrum. Plaut. Amphit. 3. 14.

Supperat superstes vitæ tuæ. Plaut. Trinũ. 4. Hoc est, post te viuat.

Res ita suppetit. Plaut. Rud. 11.

Suppetit huic satis ad. Cic. in Partit. Ex quibus similibúsque, si attendas, ad augendum permulta suppetunt. Idem 1. Offic. Illis ad largiendum suppetant copiæ.

Mihi ad remunerandum nihil supperat, præter voluntatem. Cice. Paulo, lib. 15. 13.

Supperiæ, & suppetias tantùm habemus à suppeto, { ὑπουργία } Auxilium, subsidium, præsidium. Plau. Epid. 14. Quicquid ego malè feci, auxilia mihi & supperiæ sunt domi. Idem Amph. 16. Blepharo suppetias mihi. Subaudi, feras.

Aduenite suppetias Plaut. Menæch. 22. Ædepol here næ tibi suppetias tempore aduenio modo.

Afferre suppetias, Vide AFFERO.

Ferre suppetias, Iuuare, Auxilio esse. Plaut. Epid. 13. Idem Amphi. 17, Non metuo quin meæ vxori latæ suppetiæ fient.

Suppetias ire. Cæsar, Atque suis fugientibus suppetias ire contẽdit.

Suppetias mittere. Cæs. libr. 5. bell. Aphr.

Occurrere suppetias, Vide OCCVRRO.

Venire suppetias. Cæsar lib. 12. Comment. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.

Supperior, suppetiaris, { ὑπουργέω } suppetiari, Auxiliari, succurrere. Apuleius lib. 8. At vobis facilè est suppetiari misserimo seni.

Suppilo, suppilas, pen. prod. { ὑποκυρτόω } suppilare, Rapere, inuolare cum fraude, A pilorum raptu, ait Nonius. Plautus Trucul. 11.

-hæc quum video fieri suffutor.

Suppillo, & de præda prædam capio. Idem Asin. 16.

Ille ecastor suppillabatur me.

Suppingo, suppingis, suppegi, pen. prod. suppactũ, suppingere, à præpositione sub, & verbo pango. Idem quod & supponere, vel suffigere, siue subaffigere, quomodo calceis suppingitur corium. Plaut. in Bacchid. Act. 2. scen. vlt.

N 1. Sed diuesne est isthic Theotimus? CH. etiam rogas? Qui soceis habeat auro suppactum solum. Hoc est, cui tanta suppetit auri vis, vt pedibus calceet. Solum enim pro infima crepidarum parte posuit. Apud Plutarchum in Alexandri vita, Agnon quidem Teius suffixas clauis argenteis crepidas ferebat. Hic fingi potest verbale Suppactor.

Suppinguis, & hoc suppingue, Vide SVPPINGVIS.

Supplanto, supplantas. { ὑποσκελίζω, πτερνίζω } supplantare, A planta pedis fit: & significat supposito pede aliquem in terram deiicere. Cic 3 Offic. Qui stadium, inquit, currit, enitì & contendere debet quammaximè possit, vt vincat: supplantare eum quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet.

Supplantare, ait Nonius, dictum est quasi pedem supponere. Lucil. lib 29. Supplantare aiunt, Græci ὑποσκελίζειν dicunt.

¶ Supplantare verba, per translationem, pro Supprimere & veluti strangulata voce efferre, quo suauiora videantur. Pers. Satyr. 1.

Supplantare, aliquando significat decipere.

Supplantare vuas. Plin. lib. 27. cap. 12. In pampinatione non hos detrahere pampinos, qui cum vua sunt. Id enim vuas supplantat: præterquam in nouella vinea.

¶ Supplantare, A planto plantas, Subtus plantare. Colum. lib. de Arboribus, cap. 7. Sin autem ipsam vitem sternere voles, iuxta radicem ita, ne ipsam lædas, curiosè fodito, & vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas. Plin. lib. 17. cap. 23. Vnum etiamnum genus, est medium, inter hoc & propaginem totas supplantandi in terram vites.

Supplaudo, supplaudis, supplausi, supplausum { ὑποκροτέω } supplaudere, Significat latenter plaudere.

Suppleo, supples, supplei, suppletum, pen. prod. { πληρόω, ἀναπληρόω } supplere, In deficientis locum aliud ponere. Virg. 3. Æneid.

Remigium supplet, socios simul instruit armis. Sueton. de Claris Grammat. 12. Libium autem quem Sylla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.

Ponite ante oculos M. Antonium Consularem: sperantem Consulatum Lucium adiungite, supplete cæteros, &c. Cic. 12. Philip.

Supplere, Æquare. Virg. 7. eclog.

Si fœtura gregem supleuerit, aureus esto. Vbi Seruius, si tot agnos habuero, quot oues: hoc enim est gregem per fœturam supplere.

Legiones, vel exercitum supplere. Liu. 1. bell. Pun. lib. 9, In locum eorum subiecit, quos secũ ex Italia adduxerat: suppleuítque ita eas legiones, vt singulæ sena millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites. Hic declarat Liuius quid supplere significet. Cic. 8. Philip. Cum sex legionibus inquit, hísque suppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex delectu suo.

Remigio naues supplere. Liu 6. bel.

Remis Zephyros supplere, Id est remigio adiuuare ventos in promouenda naue. Stat. 2. Achill.

Bibliothecam supplere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20. De bibliotheca tua græca suppleuda, libris commutandis, latinis comparandis, valde velim ista confici, præsertim cùm ad meum quoque vsum spectent.

Vsum prouinciæ supplere. Cic. 6. Verr. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in prouincia, sed illum vsum prouinciæ supplere.

Supplere, Subitungere, addere. Cic. pro Flacco, Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non sinunt: supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse.

Vt referendis prætcritis verbis id scriptum, quandocunque defendimus, suppleatur. Cic 2. de Orat.

¶ Supplere, Implere. Cato cap. 88. Ibi fiscellam cum sale populari suspendito & quassato, suppletóque identidem. Idem cap. 66. Facito vt amurcam quotidie suppleas.

Vulnera suppleuit lacrymis. Ouid. 4. Metam.

Supplementum, supplementi, { πλήρωμα } Quod suppletur. Cicero Appio Pulchro, lib. 3. 3, Censebant enim omnes ferè vt in Italia supplementum meis & Bibuli legionibus scriberetur. Cæsar 7. bell. Gall.

Supplex, Vide SVPPLICO.

Supplico, supplicas, pen. corr. supplicui, supplicatum, { ἱκετεύω, αἰτέω, λιτανεύω, λιταζομαι, χαπίζομαι, παρακαλέω } supplicare. Humiliter, & cum reuerentia precari. Plaut. Cure. 10, Volo hic in phano supplicare. Cicero in Parad. Nocte venire domum ad eum, precari, denique supplicare.

Implorare & supplicare. Cic. 1. de Orat.

Supplicare alicui. Plin. De viris illustr. 49. Terent. And. 2. 1. Ipsum hunc orabo, huic supplicabo.

Quum amici ac propinqui suppli cent vobis, dubitabitis, &c. Cicpro Fonteio.

Prosternere se, & fracto animo supplicare alicui. Cic. pro Plancio.

Supplicare alicui pro. Cic. pro Fonteio, Præstertim quum tot res sint quæ vestris animis pro huius innocentis salute supplicent, &c.

Libentissimè pro aliquo supplicare. Cic. Ligario, lib. 6. 14.

Supplicare deo thure & vino. Plaut. Aulul. 3.

¶ Supplicare publicè. Sueton. in Claudio cap. 1. de Druso Claudij patre, Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotãnis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè supplicarent.

¶ Supplicare, sine adiecto, pro Adorare. Sueton. in Augusto, cap. 93, Caium nepotem, quod Iudæam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

¶ Supplicari, Impersonale, pro Supplicationes fieri & litare. Plin. lib. 13 cap. 1, Iliacis temporibus non supplicabatur thure. Cicero. pro Lege Agrar. 32.

¶ Supplicassis, pro Supplicaueris, legitur apud Plaut. in Asin. 9,

Hercle

Hercle istum di omnes perdunt, verbo caue supplicassis.

Supplicans, pen. corr. supplicantis, Particip. { ἱκετεύων } Terent. Eun. 4. 7.

-iam hæc tibi aderit supplicans Virgo.

Supplicatio, Verbale, { ἱκεσία, ἱκετεία, αἴτησις, ἀπαίτησις, ἀπαίτημα, λιτανεία, λιτάνευσις } Cic. in Catil. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomi. e decreta est Quirites.

Perlæta supplicatio, Vide PERLAETVS.

Prætogatiua supplicatio. Cato Ciceroni, lib. 15. 5.

Decernere supplicationem, Vide DECERNO.

Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Cic. 3. in Catil.

Indicere supplicationem, Vide INDICO.

Merere supplicationes. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Supplicamentum, supplicamenti, n. ge. Apuleius lib. 11, Quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis, ipsúmque mithram illum suum faceerdotem decernit. Nomine supplicamentorum, inquit Beroaldus, non tam supplicationes & ceremonias intelligere videtur, quàm apparatum necessarium ad ceremonias, & religionem auspicandam.

Supplex, supplicis, penult. corr. om. gen. { ἱκέσιος, ἱκέτης, ἱκετήριος, λιτανεύτης } Qui flexis genibus orat. Plautus Bacchid. 20. Cùm se Alcibiades affictaret, lachrymánsque Socrati supplex esset, vt sibi, &c.

Vt qui deliquit, supplex est vltrò omnibus. Idem Cistel. 2.

Susque omnium rerum nos indigere, vt sibi simus supplices. Cic. 3. Tuscul. Liu. ab Vrbe, Vemámque supplex popolci.

Abiicere se suppliceм, Vide ABIICIO.

Nunquam putaui fore vt supplex ad te venirem. Cice. Capitoni in epist. ad Attic. lib 16. 343.

Oro atque obsecro vos, quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. Cic. Antequam iter in exilium,

Rogabo supplex. Stat. 1. Achil.

Vobis supplex manus tendit patria communis. Cic. 4. in Catil.

Profiterì se pro aliquo suppliceм. Cic. in Pisonem.

Captare misericordiam, & abiicere suppliceм. Cic. 2. Philipp.

Abiterere & excludere aliquem suppliceм. Cice. Antequam iret in exilium.

¶ Lachrymæ supplices. Propert. lib. 1. eleg. 15.

Libelli supplices, quos vulgus *requestas* vocat. Mart. lib. 8.

Sed iam supplicibus dominum lassare libellis

Define, & in patriam ferus ab vrbe redi.

Manu supplice prætendens velamenta. Ouid. 11. Metamorph.

Querelæ supplices. Tibul. lib 1. eleg. 4.

Tuba supplex, Ouid. 1. Metamorph.

Verbis supplicibus orare, Hoc est humilibus. Ci. Attic. lib. 12. 249.

Verbis supplicibus placare aliquem. Ouid. 4. Fast.

Supplex vester. Cic. pro Murena, Vester est supplex iudices: vestrã fidem obtestatur, misericordiam implorat.

Vota supplicia. Virg. 8. Æneid.

Vox supplex. Liu. lib. 10 Decad. 3.

Voce supplice rogare. Ouid 2. Metam.

Nos iacentes ad pedes supplicum, voce prohibebis? Cicero pro Ligario.

Suppliciter, pen. corr. Aduerb. { ἱκετικῶς } Humiliter. Suppliceм enim esse & genibus flexis orare, magnum humilitatis signum est. Cæs. 1. bell. Gall. Qui quum eum in itinere conuenissent, séque ad pedes proiecissent, suppliciterque locuti flentes pacem petissent, &c. Oui. 1 de Ponto, eleg. 11.

Suppliciter vestros quisque rogate deos.

Homo ita natus vt blandiri suppliciter possit. Cic. 1. de Orat.

Suppliciter ac demisse agere gratias. Brutus ad Ciceronem in epist. ad Brutum, 16.

Suppliciter loqui. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Suppliciter mittere literas. Cic. 5. Verr. Quas literas cùm ad omnes ciuitates prope suppliciter misisset Metellus, ramen, &c.

Suppliciter orare. Li. 4 bel. Mace. Et 3. ab Vrbe, Suppliciter petere.

Suppliciter & demisse respondere. Cic. pro Flacco,

Suppliciter postulare. Liu. 2. ab Vrbe,

Venerans aram suppliciter. Virg. 12. Æneid.

Supplicium, supplicij { ἱκεσία. } Festus, Supplicia veteres quædam sactificia à supplicando vocabant.

¶ Supplicium { ἱκεσία. } Supplicatio. Salust. in Cat. Non votis, neque suppliciis mulieribus deorum auxilia parãrur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt. Idem in Iugurtha, Itaque Senatus ob ea fœliciter acta, Diis immortalibus supplicia decernere, &c. Tacit. lib. 3. Sed tum supplicia diis, ludíque magni ab Senatu decernuntur.

¶ Supplicium, { κόλασις, ἀμύνομαι } Pœna, quæ pro delicto commisso sumitur. Cicero in Pisonem. Supplicium autem est pœna peccati.

Dira supplicia. Virg. 6. Æneid.

Miserabile vitæ supplicium. Stat. 1. Thebaid.

Sæua supplicia. Stat. 12. Thebaid.

Addicere supplicio. Cic. in orat. Ante exilium.

¶ Adhibere supplicium, Vide ADHIBEO.

Afficere supplicio. Cic. in Pisonem, Nullum est supplicium putãdum, quo affici casu aliquo etiam boni viri, fortésque possunt.

Coercere aliquem suppliciis, Vide COERCEO.

Coercere delicta suppliciis. Horat. 1 Serm. saty. 3.

Constituere supplicium alicui maleficio. Cicero pro Roscio Amerino.

Constituere supplicium in aliquem Cic. 7. Verr. Includuntur in cæterem condemnati, supplicium constituitur in illos.

Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. Cicero 1. de Orator.

Constringere supplicio, Vide CONSTRINGO.

Continere se à supplicio, Vide CONTINEO.

Dedere aliquem ad supplicium, Vide DEDO,

Deposcere supplicia. Stat. 12. Thebaid.

Deprimere ad supplicium. Cice. Quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem immicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium.

Dare supplicium Punici. Catull. ad Gellium, epigt. vlt.

Alicui dare supplicium. Terent. Eunu. 1. 1,

Et te vltro accusabis: & ei dabis Vltro supplicium.

Sæua supplicia domant impios. Senec. Herc. fur. 9.

Exequi supplicia. Senec. Thebaid 1.

Exercere supplicium. Stat. 3. Thebaid.

Expendere supplicia veterum malorum. Virg. 6. Æneid.

Expoſcere supplicium. Catull. Argon. 59.

¶ Exquirere, excogitare, inuenire supplicium. Cic. 3. Offic. & pro Rosc. Amerin.

Ferre suppliciu. Cic. ad Attic 8.

Haurire supplicia, Soluere pœnas. Virg. 4. Æneid.

Inferre supplicia vitibus hostium. Vide INFERO.

Inhibere supplicia alicui, Vide INHIBEO.

Interfectus omni supplicio, Vide INTERFICIO.

Irrogare supplicium. Ascon. Pædianus.

Luere supplicia, Vide LVO.

Mactare summo supplicio, Vide MACTO.

Merere supplicium. Ouid. 5. Metam.

Mergere vltimis suppliciis, Vide MERGO.

Aliquem vinculis & verberibus atque omni supplicio exercuitum necare. Cic pro Lege Manilia.

Pati supplicium, Vide PATIOR.

Pendere supplicia, Vide PENDO.

Perferre supplicia, Vide PERFERO.

Perire supplicio Cic. 3. de Nat. deor. Summo cruciatu suppliciõque Q. Varius homo importunissimus periit.

Rapi ad supplicium ob facinus. Cic. 2. de Orat.

Recidiuæ culpæ supplicio. Horat. 2. Carm. ode 24.

Remittere & Condonare alicui supplicium. Vide CONDONO.

Soluere suppliciu alicui. Cic. 13. Philipp.

Subire supplicium. Cic. Nihil affertur quo minus summa supplicia subeunda nobis sint.

Sumere supplicium. Plaut. Merc. 24.

Sumere supplicium de aliquo. Cic. lib. 2. de Inuent.

Sumere supplicium à seruo. Vlp. in l. Magistratibus. D. de Iurisd.

Trahi ad supplicium. Cic. Antequam iret in exilium, Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur.

Vti supplicio in aliquem. Varinius Ciceroni, lib. 5. 10, Meam animadueriionem & supplicium, quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono.

Supplodo, supplodis, pen. prod. supplosi, supplosum, pen. prod. { ὑποκρούω } supplodere, Terram subtus percutere, quod pedibus plerunque fieri solebat in contemptu. Cic. 1. de Orato. Pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo ne Stoicis renuntiaretur.

Supplosio. { ὑποκρότημα } Verbale. Cice. 3. de Orator. Supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis.

Rara supplosio. Author ad Heren. libr. 3. 12 0.

Suppœnitet, pen. corr. suppœnituit, { ὑπομεταμέλομαι } suppœnitere. Aliquantum pœnitere. Cic. ad Attic. lib. 7. epist. 13. Spero etiam in præsentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum suppœnitet.

Suppono, supponis, pen. prod. suppofui, suppositum, pen. corr. { ὑποτίθημι, ὑπὸ βάλλω, ὑφίημι } supponere, Notæ significationis. Colu. lib. 12. ca. 47, Postero die eribratur, & nouo fisco incluso prelo supponitur, vehementérque premitur, vt exudet, quantulumcunque habet amuricæ. Plaut. Trucul. 9. -alienos dolores

Mihi suppofui.

Supponere sub. Plautus Pœnul. 16.

Sub eratim vt iubeas sese supponi.

Oua supponere gallinis. Cic. 2. de Natu. deor. Quin etiam anatum ou a gallinis sæpe supponimus, è quibus pulli orti primò aluntur ab iis vt à matribus, à quibus exclusi fœtúsque sunt.

Tauri supponunt colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.

Colla supponere oneri. Ouid. 1. de Remed.

Falcem supponere aristis. Vir. 1. Geor. Id est demetere segetẽ, &c.

Tumulo supponere aliquem, Sepelire. Ouid. 3. Trist. ele. 3.

Humo supponere aliquem, Sepelire. Ouid. 3. Amor. ele. 8.

Pectora supponere fluminibus. Ouid. 13. Metam.

Supponere, Subiicere. Cic. 1. de Inuent, Nam ei tres partes, quas antè diximus supponemus, iudicialẽ, deliberatiuã, demõstratiuam:

Exemplum supponere epistolæ. Cic. 2. de Inuc. Atque vniuscuiusque constitutionis exemplum supponere non grauaremur.

Supponere manum lucro. Senec. Natur. quæstion. 4.

Subiicere & supponere rationem. Cic. 2. de Inuent.

Iudicio alicuius supponere aliquid. Ouid. epist. 15.

Substituere & supponere aliquem. Cic. 7. Ver.

Supponere se reum criminib. pro aliquo. Cic. pro Deiotaro. Hieras quidem causam omnem suscipit, & criminibus illis pro rege sẽ supponit reum.

Vicarium supponere. Cic. pro Rosc. Amerimo. Credo propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur.

Alium in supposíti locum supponere. Cic. 7. Verr.

Supponere cultros, quod ὑποσφάζω dixit Halicarnasseus, est sub collo & iugulo victimæ ponere, quod est iugulare: sed iugulare in sacris ne dicerent cauebãt, cùm ominis mali verbum sit. & sacra esset viciaturum inauspicata voce. Cæterùm hostias solebant veteres primũ securibus cædere aut clauis, deinde prosttatas suppositis cultris iugulare, idque à ministris & popis, aut victimariis fiebat. Vide Dionysium Halicarnasseum. Virgil.

Supponunt alij cultros, tepidúmque cruorem

Excipiunt pateris. Annotauit Turnebus.

Supponere, Adulterinum loco veri subiicere. Quod & subiicere dicitur, & subdere. Terent. Etu. 5.3.

-qui referam illi sacrilego gratiam,

Qui hunc supposuit nobis?

Testamentum supponere, Falsum testamentum supposita persona obsignare, authore Cicerone pro Cluentio, Qui supposita persona falsum testamentum obsignante curarit. Idem in Parad. Si socios spolias, ærarium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Falsum testamentū supponere. Cic. 1. de Legib. Ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suppositus, penul. corr. & Supposĭtus. Particip. { ὑποτεθειμένος } Pro alio fraudulenter positus. Cic. 7. Verr. Et vt quinis facilè & libenter se illum qui non erat, esse simularet.

Suppositus in eius locum. Cic. 7. Verr.

Supposita furto Pasiphae. Virg. 6. Æneid.

Persona supposita. Paulus in l. 3 iis qui. D. de aequir. her. Si iis qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam personam emptoris bona patris mercatus probetur, &c.

Saxa suppositā cælo, Id est tantæ altitudinis. vt suppositā cælo, cæliſque ſuſtentare videantur. Sil. lib. 3. Intelligit Alpes.

Suppositurus, pen. prod. Partic. { ὑποτιθεὶς } Ouid. 5. Fast. 36. Cerueicémque polo suppositurus Atlas.

Suppositio, Verbale, { ὑπόθεσις, ὑπόθεσι } Colum. lib. 8. cap. 5. Semper autem quum supponuntur oua, consyderari debet vt luna crescente à decima vsque ad quintādecimam id fiat: quam & ipsa suppositio per hos ferè commodissima. Plaut. Capt. 20. Nec pueri suppositi, nec argenti circunductio.

Suppostor, & Suppostrix, Verbalia, { ὑποτιθεὶς } Qui vel quæ alienum puerum supponit, & alienos pueros aliis tanquam suos nutrientibus clàm præbet. Plaut. Truc. 16.

-venefica Suppostrix puerūm.

Suppositĭtius, Adiect. { ὑποβολιμαῖος } Quod suppositum est, & alterius loco vel pro vero & natiuo positum. Varro 2. de Re ruſt. cap. 8. Matri suppositiciæ quoque inseruiunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit. Mart. lib. 5. Hermes suppositĭtius sibiipsi. Hoc est, qui ex omnibus gladiatoribus solus sibiipſi succedit, quum alij festis soleant succedere.

Supporto, supportas, { ὑποφέρω } Supportare, Ex sub & porto compositum. Cæs. 1. bel. Gal. Aut rem frumentariam, vt satis commodè supportari posset, timere dicebant. Cassius ad Cic. lib. 12. 13, Nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit, citò fame pereat necesse est.

Suppositio, Suppositus, Suppostor, Vide SVPPONO.

Supprimo, supprimis, pen. corr. suppressi, suppressum, { ὑποκρύπτω, ἀποκρύπτω } Supprimere, Occulere, abscondere.

Abscondere atque supprimere. Plin. lib. 25. cap. 1.

Ægritudinem supprimere. Cic. 3. Tuscul. Hæc igitur officia sunt consulantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.

Animus supprimitur cibis, pro Opprimitur. Plin. lib. 11. cap. 37.

Famam rei supprimere. Liu. 5. ab Vrbe.

Fletum supprimere. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Fræna supprimere vindictæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.

Habenas supprimere cursus, Sistere cursum. Ouid. 6. Metamorp. sub finem.

Impetum supprimere, Idem quod reprimere. Liu. 7. ab Vrbe.

Iram supprimere. Ouid 1. de Ponto, eleg 9.

Iter supprimere, Retrahere se ab itinere. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Lachrymas supprimere. Ouid. ad Liu. Prop. lib 3. eleg. 10.

Naufragium supprimere. l. 3. §. Item is cuius. D. ad leg. Cornel. de sicariis.

Nummos, vel pecuniam supprimere, Celare, occultare, dissimulare se habere, vel dolo malo retinere. Cic. pro Cluentio, Sexcentis millibus nummūm se iudicium corrupturū esse dixerat, quæ quum accepisset à pupillo, suppressit, iudicioque facto, &c. Sic paulo pòst, Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis pollicearur, deinde eam postea supprimat.

Querelas supprimere. Ouid. 4. Fast.

Senatusconsulta supprimere. Liu. 3. ab Vrbe.

Testamentum supprimere. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 7. Isydorus lib. 5. Etymol. cap. 29. l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ.

Vocem supprimere. Ouid. 1. Metam.

Suppressus, { κατατετονηκώς, ἀποκεκρυμμένος } Participium, siue nomen ex Participio: vt Suppressa nauis, confossa & submersa. Iustinus. lib. 2. Victi Persæ in naues confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ.

Dolor suppressus alta mente. Lucan. lib. 6.

Fontibus suppressis aret amnis. Ouid 16. Metam.

Fuga suppressa, Retenta, Repressa. Ouid. 11. Metam.

Lingua suppressa palato. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3.

Mentum suppressum, Contractum, nec oblongum, sed breue potius. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9.

Naufragus suppressus. l. 3. D. de incend. ruin. nauf.

Pars vocis suppressa in medio sono. Ouid. 5. Metam.

¶ Pectora suppressa viriis, Mentes calcatæ & oppressæ ab amore. Ouid. 1. de Remed.

Tabulæ suppressæ. l. 10. D. Quemad. testam. aperiant. Sueton. in Caligula cap. 16.

Voce suppressa dicere, Idem quod submissa. Cic. pro Sylla. Qui cùm suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantummodo vt vos, &c.

Suppressior oratione. Cic. in Orato. Erit enim vt voce, sic etiam oratione suppressior. De humili oratore loquitur.

Suppressio, Verbale, { ἀποκρυψις } Cic. pro Cluent. Statuit ad easdem si-

bi prædas ac suppressiones iudiciales reuertendum, Vide IVDICO.

Suppressiones nocturnæ, dicuntur quoties per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa vox, vt inserta indiscretáque edatur, quemadmodum in eo morbi genere accidere solet, qui Latinis incubus, Græcis ephialtes dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10, Graua nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis in vino pota quo dictum est numero. De Pœonia loquuntur: de qua etiam verba faciens. lib. 25. cap. 4. Hæc, inquit, medetur & Faunorum in quiete ludibriis. Sunt igitur Faunorum in quiete ludibria, quæ & suppressiones nocturnæ Picardi vocant *le cauquemare*. Vide Ephialtes.

Suppromo, suppromis, pen. pro supprompsi, suppromptum, suppromere, Subtus extrahere: & proprie de vino dicitur. Plautus Milite, 11,

Eho tu scelestè, qui illi suppromis, eho tu.

Suppromus, suppromi, pen. pro. Plaut. Milite, 11,

Bono cella suppromo creditur.

Suppudet, pen. corr. suppuduit { ὑποαιδοῦμαι } Suppudere, Aliquantulum pudere. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16. Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola antè te oppressit, quàm tu schedam, aut literam: sed non vrgeo.

Suppudet me illius rei. Ci. Varroni, li. 9. 1. Scito enim me postea quam in vrbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam, ersi non idcirco eorum vsum dimiseram, quod iis succenserem, sed quòd eorum me suppudebat.

Suppuro, supputas, pe. pro. { ἐμπυϊσμοῦμαι, ἐκφέρω ῥαγάς } Suppurare, Est apostema fieri, nempe dum subtus pus includitur, vel quum sanies in pus conuertitur, & apostemata per corpus gignit. Colu. lib. 6. cap. 12, Hic idem sanguis, nisi emissus fuerit, saniem creabit: qui si suppurauerit, tardè procurabitur. Plin. lib. 25 cap. 11, Ossa fracta è capite excitahit, aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt ossa.

Suppuratus, pen. prod. Participium, vt Suppurata tristitia. Senec. epist. 81. Horum qui fœlices vocantur, aut ficta hilaritas est, aut grauis & suppurata tristitia.

Suppuratum, suppurati, pen. pro. { ἐμπύημα } Apostema. Plin. lib. 20. cap. 4, Strumis quæ vel suppuratis alligat.

Suppuratio, Verbale { ἐμπύημα } Apostema, Col. lib. 6. cap. 11. Plin. lib. 20 cap. 3. Caro eius interior sine semiae, clauis pedum & suppurationibus, quæ Græci vocant apostemata.

Incisa vel rupta suppuratio. Celsus lib. 7. cap. 2. ad finem. Cætera eadem, incisa suppuratione, facienda sunt, quę vbi per medicamenta rupta est, facienda esse proposui.

Suppuratorius, Adiect. { πυοποιὸς } Plin. lib. 28. cap. 4, Efficaciora ad eadem stetigmenta à balneis, & ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. Id est quæ suppurare faciunt.

Supputo, supputas pen. corr. { ὑπολογίζομαι } Supputare, Subtus putare, vel leuiter & aliquantulum putare, hoc est resecare. Plin. lib. 27. cap. 10, Præterea semina ipsa fruticantia supputare, ac falcem pari consuescere.

¶ Supputare { λογίζεσθαι } pro Computare, & numeros facere. vt Supputare rationem, apud Plautum in Aulul. Nunc tamen Plauti locus in Aulul. Act. 3. scen. 5, sic legitur,

Itur: putatur ratio cum argentario

Etiam plus ipsus debet argentario.

Supputator pen. prod. supputatoris. Verbale. Firmicus lib. 5. cap. 8, Boni erunt supputatores, arithmetici, geometræ. Paulo pòst, Sortilegi, magici, supputatores. Rursus cap. 11, Diuites quoque ac locupletes, supputatores, arithmeticos. Item lib. 6. cap. 26, Reddunt etiam acutissimos supputatores, & hac potissimùm ex causa, regum ac principum scribas. Et ca. 28, Hos enim sapientes scribas, supputatores, ac principum faciunt negotia pertractantes.

Supra, Præpositio { ὑπερ ἀνω ἔξωθε, ἀνωτερω } accusatiuo casui seruit. Virg. 3. Æneidos,

Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber.

Supra lunam sunt omnia æterna. Cic. in Somnio Scip.

Supra volat ardea nubem. Virg. 1. Georg.

Inicere quempiam supra stercus. Cic. 1. de Diuinat.

Mare quod supra terram est. Cic. de Nat. deor.

Supra caput, Modus est loquendi, rem quæ valdè vrgeat, & immineat, significans. Cic. ad Qu. fra lib. 1. 2, Ecce supra caput homo leuis ac sordidus, sed tamen equestri censu Catienus.

Supra quinquagies. Celsi. lib. 4. cap. 2. Caput atque os supra quinquagies perfricandum.

Supra tres. Celsi. lib. 7. cap. 7. Vbi secta est, aliæ futuræ adiiciendæ, quæ supra tres esse non debent.

¶ Supra tres cyathos, Plusquam tres cyathos. Horat. 3. Carm. ode 19.

Supra ætatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem. Cic. ad Octauium.

Supra fidem. Quint. lib. 2. cap. 10. Nunquam hæc supra fidem poetica (vt verè dixerim) themata iuuenibus pertractare putemus.

Ratio, quæ supra hominem putanda est, deóque tribuenda. Cic. 2. de Nat. deor.

Potentia, quæ supra leges esse velit. Brutus Attico, in epistol. ad Brutum, 17.

Supra modum. Col. lib. 4. 27. Si supra modum se numerus eorum profuderit. Sic Liu. 1. bel. Pun.

Ira supra modum est illis. Virg. 4. Georg.

Supra morem rarum. Virg. 2. Geor. Id est abundanter, plus æquo. Seruius.

Supra numerum, Id est præter velvltra. Plin. lib. 10. epist. 21.

Attollere aliquid supra quotidianum sermonem. Quintilianus libro 2. cap. 4.

Supra spem humanam, Apud Liuium de bell. Maced.

Supra vires. Horatius 1. epist 19,

Gloria quem supra vires & vestit, & vngit.

Supra militbus nummorum emptus ager. Horat. 2. epist. 2.

¶ Suprà

¶ Suprà fine casu aliquando ponitur, & est aduerbium. Cic. 4. Acad. Et quum in vno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabilis, suprà infrà, dextra sinistra, antè pòst.

Omnia hæc quæ suprà & subter sunt, vnum esse. Cic. 3. de Orat.

Draco subter, supráque reuoluens sese. Cic. 2. de Nat. deor.

Hoc est suprà quàm illud. Cic. in Top.

¶ Suprà pro Antè, vel anteà aut superius: hoc est verbis superioribus. Cic. pro Cecinna, Ille quem suprà deformaui. Cæsar 5. bell. Gal. Suprà demonstrauimus.

Illa polliceor, quæ suprà scripsi. Cic. Trebatio, lib. 6 10.

Nihil suprà, elegans locutio, quum quid efferre volumus, vt nihil eo magis elegans aut ornatum intueriti possè dicamus. Ter. Eun. 3. 1. Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà. Cic. ad Attic. lib. 13. 276, Eos confeci & absolui, nescio quàm bene, sed ita accuratè, vt nihil posset suprà Vide NIHIL.

¶ Supera, pro suprà, inquit Priscianus lib. 14. & 28, Sic enim antiqui protulerunt, & maximè Cicero, Torua draco serpit subter, superáque reuorquens, sese. Hactenus Priscianus. Lucretius libro 1. Id quod iam supera tibi paulò ostendimus antè.

Supradictus, Adiect. { προφημισμένος } Compositum à supra. Plin. lib. 10. ca. 63. Supradictorum plerisque fœminæ priores fuerunt. Quidam scribunt Separatim. Horatius 2. Sem. Iatyr. 7.

Adde supradictis quod non leuius valeat.

Suprapositus, pen. corr. { προτιθεμένος } Aliud adiect. Cic. in Topic. Reliquus est comparationis locus, cuius genus & exemplum suprapositum est. Legitur & disiunctim.

Suprascriptus, { προγεγραμμένος } Aliud adiect. Cic. pro Cluent. Qui eorum quorum? videlicet qui suprascripti sunt. Sic Cato cap. 112, Quidam malunt seiunctim legere.

Superior, { κάτωτερος, ὑπέρτερος } Comparatiuus à supra, vel à superus adiectiuo. Cic. 4. Acad. Itaque quæ contra sensus, contráque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem diuisionem, contráque posteriorem nihil dici oportere.

Accumbit superior, Vide ACCVMBO.

Domus superior, Editior pars domus. Cic. ad Attic. lib. 12. 238. Tota domus superior vacat, vt scis.

Dicere aliquid de loco superiore. Cic. 4. Verr.

Superioribus temporibus nullas de te literas misi. Cicero Sestio, libro 5. 17.

Superior ætas, Quæ præcessit. Cic. de Senect. Sed honestè acta superior ætas.

Senes semper agunt aliquid, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Cic. de Senect.

¶ Superiorem & inferiorem dicimus ferè quando de malis loquimur, vt Dionysius superior, & Dionysius inferior. Quum autem de bonis sermo est, si quidem tempus denotamus, Superior & posterior dicimus: vt Cyrus superior, & Cyrus posterior. Si verò ad digoitatem, maior & minor: vt Maior an minor Scipio, de duobus: de pluribus autem, maximus Alexander.

Superior interdum habet vim positui, quum intelliguntur ij qui supra gradū quartum cognationis, vel affinitatis, sicut infertores qui sunt infra ipsum gradum. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 4, Itaque proauus ac superiores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa.

¶ Superiores, pro Iis qui ante nos vixerunt, siue antiquis. Cic. 4. Acad. Non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorem. Idem 4. Ver. Vt ab institutis superiorum, ab authoritate Senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur.

Superiores, Qui alios vincunt. Cæsar 5. bell. Gall. Ira tamen vt nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in syluas collesque compulerint. Sic libro 8, Hoc ipso superiores, quòd, &c.

Superior & Inferior cōtraria. Cic. 1. Ver. Tu quum omnibus rebus inferior fis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris. Ego si superior cæteris rebus esses, te hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere.

Inuident homines maximè paribus, aut inferioribus, aut superioribus. Cic. 2. de Orat.

Quanto superiores sumus, tanto nos geramus summissius. Cic. 1. Officiorum.

Habes neminem honoris gradu superiorem. Cic. Ther. lib. 2. 17. Loco, fortuna, fama, superior. Cic. de Amic.

Superiorem esse largitione, Id est præcellere & præstare. Cicer. ad Attī. li. 9. 180. Prædicat enim palàm & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, quàm hunc fore.

Superior ordine, inferior fortuna. Cic. Valerio lib. 13. 5.

Superior vi. Cic. 1. Offic. Et sint potius vi superiores, quàm iustitia pares.

Superior in. Cicero pro Cecinna, Nisi fortè hoc rationis habuit, quoniam fi facta vis non esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset. Idem 3. de Fin. 8.

¶ Superius: cui contrarium Inferius. Cice. 7. Verr. Id agit vt semper superius suum facinus nemo scelere vincat. Plin. lib. 13. cap. 25, Superius genus in vadis haud procul litore.

Supremus, pen. pro. { ὑπέρτατος, ἀώτατος } Superlatiuum à superior, Vltimus, aut post quem nemo sit. l. 34. D. de vulg & pupill. l. 92. D. de verbor. sig.

Supremus, Supremum (inquit Festus) modò significat summum, modò extremum, modò maximum. Paulus ex Festo.

Supremis suis annis. Plin. lib. 22. cap. 1.

Suprema desperatio. Plin. lib. 22. cap 4.

Dies suprema. Ouid. 2. Fast. -dies regnis illa suprema fuit:

Supremus vitæ dies. Cic. 1. Tusc.

Differere de aliqua re supremo vitæ die. Cic. de Senec.

Laudare aliquem cum supremo die. Cic. pro Murena,

Digressu mœsta supremo. Virg. 3. Æneid.

Ferrum supremum stringere. Curtius lib. 8.

Finis supremus, Mors. Horat. 2. epist. 1.

Funera suprema. Ouid. 3. Metamorph.

Honores supremi, Funeralia. Ouid. ad Liuiam.

Hora suprema. Tibul. lib. 1. eleg. 1

Ignis supremus, Rogus. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Iter supremum carpere, E vita emigrare. Horat. 2. Carm. ode 17.

Suprema iudicia. l. 25. § 1. De liber. & posth.

Manum supremam imponere bellis. Ouid 1. de Remed.

Officia suprema, Quæ morienti exhibentur. Taci. lib. 5. Quod supremis in matrem officiis defuisset.

Salus suprema. Virg. 12. Æneid.

Sole supremo, Id est sole occidente. Horat. 1. epist. 5.

Sors suprema. Vide SORS.

Supremæ tabulæ. l. 1. § pen. l. penul. § planè. D. de secund. tabul.

Tempus supremum, Tempus mortis. Horat. 1. Ser. saty. 1.

¶ Supremus, Summus, altus, maximus. Suetonius, Verùm supremum cælum intuentem stupidum cubuisse. Terent. And. 2. 1,

Pro supreme Iuppiter.

Montes supremi, Summi, altissimi. Virg. 4. Geor.

Macies suprema. Virg. 3. Æneid.

Supremum suppliciam. Cic. 2. de Leg. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto: Id est, maximo.

Supremam dicere. Plautus,

Mater supremam mihi tua dixit, domum ire iussit. Hoc è iudiciorum consuetudine à Comico dictum est, Nam posteaquam præco supremam dixerat, dimittebatur iudicum confessus, vt à Donato annotatum est, quod hìc Plautus imitatur. Mater, inquit, supremam dixit tempestatem, & illicet pronuntiauit, domúmque ire iussit, Ex Turnebo.

¶ Ordinare suprema sua. Condere testamentum. Modestinus in l. Cauus Seius. D. De pignor. actione.

¶ Suprema alicuius, Sub. facta: hoc est Supremum vitæ tempus. Plin. lib. 16. cap. 44. Circa suprema Neronis principis.

Suprema, pro morte. Tacit. lib. 3. Post celebre carmen, quo Germanici suprema deflerentur.

Soluere alicui suprema, pro Parentare. Tacit. lib. 1.

Supremè, Adueib. { ὑπέρτατα } Plin. lib. 11. cap. 53, Eadem commeabat, ab eo recens assiduè, exitura supremò. De anima siue habitu animalium.

Supum, antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus, ex Græco videlicet, pro aspiratione, s ponentes literam. vt quū iidem ὕπτιε dicunt, & nos sylua: item ἕξ sex ἑπτὰ septem. Huius vocabuli meminit & Lucilius,

Si verò das quod rogas, & si suggerit supus. Festus.

Sura, suræ, { γαστροκνήμη } Posterior pars cruris, vel tibiæ carnosa quæ tantùm homini inesse dicitur: reliqua enim omnia animalia habent crura sine suris. Plaut. Pseud. 20. -suram vbi

Aspicias, scias cum posse gerere crassas compedes. Cic. 4. Tusc. ul.

- suræ ac pulmonibus sisto. Ex Lucilio.

Tumentes suræ. Horat 2 pod. 8.

Teretes suræ. Horat. 2. Carm. ode 4.

Teretes suræ clementer extantes, tenuísque tenuatæ, Lactantius De opific. dei, cap. 5.

¶ Sura, pro toto crure aliquando accipitur. Virg. 1. Æneid.

Purpureóque altè suras vincire cothurno.

Euincta suras cothurno. Virg. eclog. 7.

Decoratam lumine suram

Exigit. Cic in Arato.

¶ Suræ, pro ocreis quibus induuntur suræ. Iuuen. saty. 15.

Calceus, & grandes magna ad fubsellia suræ.

SVRAE, populi sunt in India, quos commemorat Plinius lib. 6. cap. 20.

Surculus, Surculaceus, Vide SVRVS.

SVRDAONES sunt populi in Hispania. Plinius lib. 3. cap. 3. Ilerdenses Surdaonum gentis, iuxta quos Sicoris.

Surdus, Adiectiuum, { κωφὸς } Qui habet aurium meatus obtusos: ab aurium sordibus, quæ in duritiem verſæ, marmora aurium dicuntur, nec sinunt audire. Et tam passiuè quàm actiuè dicitur. Nam surdus & qui non audit & qui non auditur dici potest. Teren. And. 3, 1,

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vocum varietates aut modos noscere non potest surdus. Cicc. 2. de Diuinat.

Æquoribus surdior. Ouid. 13. Metam. in cantilena Polypheni.

Freto surdior. Mare enim non audit precantes. Ouid. epist. 8.

In re aliqua esse surdum. Cicero 5. Tusc. Ia illis linguis quas nō intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.

Ad munera surdus, Qui non mouetur muneribus. Ouid. epist. 7.

¶ Aures surdæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.

Buccina surda, Quæ non auditur. Iuuen. Saty. 7.

Surdum discrimen figurarū. Plin. li. 35. cap. 2, Ærei ponuntur clypei, argenteæ facies surdo figurarum discrimine, Statuārum capitæ permutantur, vulgatis iampridem falsibus etiam carminum, adeò materias malunt conspici omnes, quàm se nosci.

Fluctus surdi. Ouid. epist. 17.

Fores surdas tondere. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

Gratia surda officij. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.

Non erit officij gratia surda tui. Id est non tacebitur à me gratia officij tui. Fauor tuus erga me, intelliget gratitudinē meam. Intelliget se laudari à me.

Herbæ surdæ à Plinio dicuntur, ignobiles, & quarum nomina sæpe non audiuntur, lib. 22. cap. 2.

Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Ictus surdi. Plin. lib. 19. cap. 1.

Iudex surdus. Cic. pro Fonteio. Profectò satis erit id quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio præesse.

Littora surda. Propertius lib. 4. eleg. 12.

Locus surdus. In quo vox facilè & clarè non vagatur. Virtu, li. 5.

Mens surda. Ouid. 9. Metam. ad finem fabulæ Byblidis.
Nomen surdum, Ignobile, non clarum. Sil. lib. 8.
Posteritas surda. Currius lib. 5. Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cælum vos debitis laudibus ferat.
Res surdæ. Plin. lib. 20. in Prœmio.
Saxa surda mouere blanditiis. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.
Verbere surdo cædit hominem mens conscia sceleris. Iuuenal. Saty 13. Vide VERBER.
Vota surda, A diis non exaudita. Persius Saty. 6.
¶ Surdum, cuius odor non sentitur. Pers. Saty. 6.
Ossa suodora dabit, seu spirent cinnama surdum.
Surdum, pro surdé. Hoc est, oleant & fragrent, aut spirent, & odorem emittant qui vix sentiatur.
¶ Surdus, adviſum etiam referrur. Plin. lib. 37. cap. 5. Ad hoc quibuſdã intercurrit vmbra, ſurdúſque fit colos, qui improbatur etiam diluitor.
¶ Surdus, cum genitiuo. Col. lib. 3. cap. 10. Idque nobis poëta velut ſurdis veritatis, indulget dicendo. Id eſt qui veritatem non ſtatim admittimus.
¶ Surdis etiam rerum ſua cuique ſunt venena, ac minimis quoque. Plin. lib. 24. cap. 1. Hoc eſt, inter res etiam ſurdis, &c.
Res ſurdæ. Plin. lib. 20. in Prœm. Odia amicitiæ quæ rerum ſurdarum ac ſenſu carentium.

Surdaſter, ſurdaſtra, ſurdaſtrum, {ὑποκορ.} Significat diminutionem ſurditatis: non enim eſt planè ſurdus is qui ſurdaſter dicitur, ſed eſt, vt ita dicam, ſurdulus. Cic. 5. Tuſcul. In ſurditate verò quidnam eſt malí? Erat ſurdaſter M. Craſſus. Sed aliud moleſtius, quòd malè audiebat, etiamſi, vt mihi videbatur, iniuria.

Surditas, penult. prod. ſurditatis, fœm. gen. {κώφωσις.} Cic. in ſuperiori exemplo.

SVRENA, Parthorum imperator. Vide in dictione SINNACA.

SVRENA, Varroni nomen eſt conchilij. Vernacula, inquit, ad ſimilitudinem, vt ſurenæ, pecticuli, vngues. Plura de hoc nomine vide apud Turnebum.

Surgo, ſurgis, ſurrexi, ſurrectum {αἴρομαι, ἐγείρομαι, ἀναστήσω} ſurgere, neutrum verbum, à ſurſum & rego, propriè ſignificat erigi. Plaut. Aſin 16, Surge amator. Terent. Eunuch. 4 5,
Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit.
Ilie multo ante lucem ſurrexit. Cic. 2. de Inuent.
Ego potiſſimùm ſurrexi, qui non ſum cum iis qui ſedeant comparandus. Cic. pro Roſc. Amer.
Surgere è lecto, ſurgere à menſa, aut ab alio loco. Terent. Adelph. 4. 1. Plaut. Pſeud. 5. Cic. 3. Verr. Qui auſpicato à Chelidone ſurrexiſſet.
Surgere de cathedra. Martial. lib. 11.
De cœna ſurgere. Horat. 2. Serm. ſaty. 2.
Surgit humo pigré. Ouid. 2. Metam.
Surgere ſella. Saluſt. lib. 5. hiſt.
Surgere de ſella. Cic. 6. Verrin. Quum ad Prætorem in ius adiſſemus, &c. antequam verbum faceremus, de ſella ſurrexit & abiit.
Solio aureo ſurgit Iuppiter. Virg. 10. Æneid.
Strato ſurgere. Virg. 3. Æneid.
Surgere ex accuſatorum ſubſellíis Cic. pro Flacco.
E thalamo ſurgere. Propert. lib 2. eleg. 16.
Toro ſurgere. Ouid. 9. Metam.
De toro ſurgere. Propert. lib 2. eleg. 27.
Surgere maturé. Cic. 4. Verr. iſte poſtero die manè, cùm multo maturius, quàm vnquam anteà ſurrexiſſet, iudices citari iubet.
Properanter ſurgere. Silius lib. 7.
Surgere cubitu. Cato cap. 5.
De nocte ſurgere. Horat. 1. epiſt 2.
Ad aliquem ſurgere. Ouid. 13. Metam.
Ad dicendum ſurgere. Cic. 2. de Orat.
Surgere ad reſpondendum. Cic. pro Cluentio, Hic ego cùm ad reſpondendum ſurrexi, qua cura dij immortales, qua ſolicitudine animi, quo timore?
Ex humili ſurgere. Propert. lib. 2. eleg. 11.
In arma ſurgere. Sil. lib. 7.
In haſtam ſurgere. Stat. 1. Achil.
In ſomnos ſurgere. Valer. 5. Argon.
Surgitur in ſomnos, ſéque ad ſua lamina flectunt. Id eſt ſurgunt vt abeant ad dormiendum.
Semel cecidi ſciens, vt honeſtiſſimè ſurgere poſſem. Cicero 12. Philipp.
Ædificia ſurgere dicuntur, quum ſenſim eminent, & in altum attolluntur. Plin. epiſt. 166. Multo depreſſior eſt ædes eo opere quocum maximè ſurgit. Virg 1 Æneidos,
-ſurgentémque nouæ Carthaginis arcem.
Æquora ſurgunt. Virg. 3. Æneid.
Aqua ſurgit in modum tumuſi. Ouid. 1. Triſt. eleg. 10.
Aræ ſurgunt de cæſpite. Sil. lib. 7.
Aſtra ignea ſurgunt. Virg. 4. Æneid.
Surgentibus aſtris, Superueniente nocte. Virg. 1. Georg. Seruius.
Aurora ſurgit. Virg. 1. Georg.
Cerniis ſurgens in cornua. Virg. 10. Æneid. Id eſt creſcens, cornibus eminens. Seruius.
Culmi ſurgentes in ſegetem. Lucan. lib. 6.
Dies ſurgens in medium, Accedens proximè ad meridiem. Lucanus lib. 4.
Fontes ſurgentes, Id eſt ſcaturientes. Vide FONS.
Fruges nitidæ ſurgunt. Lucret. lib. 1.
Frutex ſurgit in altitudinem. Colum. lib. 6. cap. 23.
Herbæ ſurgunt, dum creſcunt. Colum. lib. 9. cap. 4. ex Virgilio. 4. Georgicorum,
Surgentes atterat herbas.

Homo ſurgere dicitur, quando creſcit. Virg. lib. 4. Æneidos,
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis ſuli
Reſpice. Ibidem 6.
Ignis ſurgit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Iræ altius ſurgunt. Virg. 10. Æneid.
Limina ſurgunt gradibus Virg. 1. Æneid.
Luna ſurgens. Tacit. lib. 19.
Mare ſurgit. Ouid. 15 Metam.
Meſſis ſurgit. Virg. 1. Georg.
Mœnia ſurgunt Virg 1. Æneid.
Opus ſurgit. Propert. lib. 4. eleg 1,
Roma faue, tibi ſurgit opus.
Pagina ſurrexit primo verſu. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Partes ſurgentes. Tacit. lib. 19.
Pilus ſurgit, Vide SVBVRO.
Prælia ſurgunt acerrima. Ouid. ad Piſonem.
Pugna aſpera ſurgit. Virg. 11. Æneid.
Regna ſurgunt. Virg. 4 Æneid.
Rumor ſurgit. Tacit. lib. 18.
Sententia ſurgit animo, Oritur. Virg. 1. Æneid. Tranſlatio eſt corporis ad animum. Seruius.
Sol ſurgens. Virg. 12. Æneid.
Telluris in altum ſurgentis tumulus Lucan lib. 3.
Ventí ſurgere dicuntur, quum flare incipiunt. Virg. lib. 3. Æneid.
-& fando ſurgentes demoror Auſtros? Idem 3. Æneidos,
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes. Sicut è cõtrario quando flare deſinunt, Ponere ac reſidere dicuntur.
Veſper ſurgens. Horat. 2. Carm. ode 9.
Senſim ſurrexit virga per glebas. Ouid. 4. Metam.
¶ Surgitur. pen. corr. Imperſonale. Iuuen. Saty. 4,
Surgitur & miſſo proceres exire iubentur Concilio,
¶ Surrexe, pro Surrexiſſe. Horat. 1. Serm. ſaty. 9,
-hunccine ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi.
Manè ſurgendum eras. Horat. 1. Serm. ſaty. 6.
Surio, ſuris, ſurire, Vide Subo.

Surpiculus, ſurpiculi, pen. corr. m. g. {σωρίτιον} Vimen, caniſtrum, ciſtellula quæ è ſcirpis fieri ſoler. Propert. lib. 4. eleg 2,
Surpiculis medio puluere ferre roſam. Colum. libro 10,
-cano iam vimine texrum
Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Plaut. Capt. 13.
Eis ora ego verberabo ſurpiculis piſcariis. Opinor vbique ſcribendum Scirpiculus per Sc. Vide SCIRPVS.
Surregit, & Sortus pro ſurrexit, & quaſi poſſit fieri ſurrectus, frequenter poſuit Liuius. Paulus ex feſto.
Surremit, ſumpſit, inque manu ſurremit haſtam. Paulus ex feſto.

SVRRENTVM {σώρευτρον} Campaniæ oppidum, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenum. Nunc vulgò *Sorrento*, vt ſcribit Oliuarius in Mela. Plin. lib. 3. cap 5. Surrentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam ſede. De eo & Virg. 5 Æneid. De hoc & reliquis Campaniæ locis Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib 5.
Amœnum Surrentum. Horat. 1. epiſt. 28.

Surrentinus, pen. prod. Adiect. {σωρεντῖνος} vt colles Surentini. Colu. lib. 3 cap, 2.
Palmite Surrentino generoſi colles. Ouid. 15. Metamor.
Prætoria Surrentina. Stat. 2. Sylu. 2.
Vina Surrentina. Plin. lib 23. cap. 1. Horat. 2. Ser. ſaty. 4.

Surrepo, Vide SVBREPO.
Quies ſurrepſit ocellis. Ouid. 3. Faſt.

Surrigo, ſurrigis, pen. correp. ſurrexi, ſurrectum, {ἐξανίσταμι} ſurrigere, Susum vel ſurſum erigere: quo verbo vtuntur ruſtici, quum tritæ fruges ad ventilandum in areis eriguntur. Virg. 4 Æneid.
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures. Liu. 7. ab Vrbe, Romanus mucrone ſurrecto, quum ſcuto ſcutum imum perculiſſet &c. Vide SVBRIGO.

Surripio, ſurripis, pen. corr. ſurripui, ſurreptum {ὑφαιρέω, ἁρπάζω, ὑφαμέω} ſurripere, Latenter rapere, ſeu ſuffurari. Plaut. Aſin. 16.
Surripiam in deliciis pallam quam habet. Idem Pœn. 16.
-qui filias dicas tuas,
Surreptáſque eſſe paruulas Carthagine. Idem Menæh. 5.
-nimio ego hanc periculo
Surripui hodie meo animo, ab Hippolyta ſubcingulum. Vide SVRRIPIO.
In vita ſibi quenque petere quod pertineat ad vſum, nõ iniquum eſt, alteri ſurripere, ius non eſt. Cic. 3. Offic.
Aliquid ex priuato ſurripere. Cic 2. de Inuent.
Surripere alicui operam. Plaut. Amph. 6,
Clanculum abij à legione: operam hanc ſurripui tibi. Hoc eſt, clàm aufugi, vt tibi hanc operam traderem. Idem Caſin. 22,
Cupio illam operã ſeni ſurripere. Id eſt, præuenire eum inhac re.
Baſia ſurripere. Catul. ad Iuuentium, 94.
Diem ſurripere. Ouid. 4. De Ponto eleg. 2. Surripimus diem quum vacamus rei alicui iocoſæ, vt dies elabatur.
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Ouid. epiſt. 11. 14. Id eſt cauendum eſt ne pater hæc reſciſcat.
Aliquem captiuum ex alicuius cuſtodia ſurripere. Cicero pro Domo ſua.
Surripere ſe alicui, Diſtrahere ſe ab alicuius conſpectu. Plautus Menæh. 11.
¶ Surpite, pro ſurripite. Horat. 2. Serm. ſaty 3.
-vnum me ſurpite morti.
Surpuerat, pro ſurripuerat. Horat. 4. Carm. ode, 13,
Quæ ſpirabat amores,
Quæ me ſurpuerat mihi.

Surreptus {ὑφαρπασθείς} Partic. vt Parma ſurrepta. Cic. 14 Philip.

Surreptitius, {ὑφαρπαγής} Adiectiuum, Quod clàm fit, ſiue factum eſt & ſurre-

& ſurreptum. Plaut. Caſina. 4,
Inter nos amore vtinur ſemper ſurreptitio.

Surrogo, ſurrogas, pen. corr. {ἀντιποιοῦμαι} ſurrogare, Sufficere, Subſtituere. Quintilianus, Quum defuncto patruo in eius locum ſurrogatus fuiſſet. Vide SVBROGO.

Surrogatio, ſurrogationis {ἀντιμαρτύρησις} Verbale, Subſtitutio.

Surſum, Aduerbium {ἄνω} Notæ ſignificationis: ſuperiorem enim partem vel locum aut regionem denotat. Terent. Adelph. 4. 2,
Præterito hac recta platea ſurſum. Plaut. Milit. 16,
Non tu ſcis, quum alto ex puteo ſurſum ad ſummum deſcendeiis, &c.
Surſum ferri. Lucret. lib. 2.
Nates & quòd omnis odor ad ſupera fertur, rectè ſurſum ſunt. Cic. 2. de Nat. deor.
Surſum deorſum curſitare. Terent. Eunuch 2. 2. Cicero 2. de Natura deorum.
Surſum verſum aut verſus. Id eſt verſus ſuperiorem locum, aut partem ætris vel loci. Cic in Partitionibus Orat. Et idem quaſi ſurſum verſus rerróque dicatur. Cato de Re ruſt. cap. 31, Vites propages in ſulcos ſurſum vorſum, quoad eius facere poteris facito vi ducas.

Surtis {φρύγανα} Antiquis palus dicebatur. Feſtus, Surum dicebant ex quo per diminutionem fit ſurculus. Ennius,
Vnus ſurus ſurum ferret tamen defendere poſſent. Nonnulli ſcribunt duplici rr, ſurrus, forsaſſe ſcribendum ſurcus.

Surculus, ſurculi, pen. corr. maſ. g {φρυγανίσκος, βλάσημα} eſt in ramis quod ſimplex oritur, & frondes gerit, quale eſt præcipuè germen annotinum, Græcis autem κλῶνες dicitur, derrahitúrque interdum & reſecatur ab arbore, ad alias ruſſus producendas. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 40. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi, nuper animaduerſa in arboribus propinquis. Ex arbore enim, è qua quis vult habere ſurculum, in eam quam inſerere vult, ramulum traducit, & in eius ramo præciſo, ac diſſiſſo implicat, &c. Plin. libro 10. cap. 2, Seneſcentem caſia thuríque ſurculis conſtruere nidum. Virg. 2. Georg.
Inſerere vel ſerere ſurculum. Quintil. lib. 6. cap. 3. Cicero 2. de Oratore.
Vſurpare poſſeſſionem amiſſam ſurculo defringendo. Cicero 3. de Oratore.

Surculo, ſurculas, pen. corr. {φρυγανίζω} ſurculare, Surculos ramis vel caudicibus adimere, vt altius creſcant, & vberius à terra nutrimentum accipiant. Colum. lib. 5. cap. 9. Atque etiam rig ndæ ſunt plantæ quum ſiccitates inceſſerunt, nec niſi poſt biennium ferro tangendæ: ac primò ſurculari debent, ita vt ſimplex ſtylus altitudinem maximi ſcrobis excedat. Legitur & ſarculari.

Surcularius, Adiectiuum {φρυγανικός.} Plin. libro 11. cap. 26. de cicadis, Quidam duo alia genera facient earum: ſurcularíam, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. Id eſt, quæ in ſurculis viuit: ſiue quæ eo tempore apparet quum arbores ſurculos ſuos emittunt vel trudunt.
Surcularius aget. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2.

Surculoſus, pen. prod. Adiect. {φρυγανώδης} Quod ſurculis abundat. Plinius, Ramis hyſſopi ſurculoſiam.

Surculoſè, pen. prod. Aduerbium {φρυγανωδῶς} Per ſingulos ſurculos, ſenſim vel paulatim. Plin. lib. 18. cap. 26. Areſcit ſurculoſé.

Surcularis, & hoc ſurculare, pen. prod. {φρυγανῶδες.} Colum lib. 3. cap. 11, Conſyderandum eſt, antequam paſtinemus, ſurcularis néene ſit terra: idque facilime exploratur per ſtirpes quæ ſua ſponte prouenirunt.

Surculaceus, Adiect. {φρυγανώδης} Quidam eſt ſurculi ſimile, quod tamen ſurculus appellari iure poſſit. Plin. lib 19. cap. 7, Surculacea in folliculo ſunt raphano, ſinapi, rapo. Sub. ſemina.

Sus {ὗς} pro Surſum accipitur in compoſitione, vt Suſpicio.

Sus, ſuis {συεδιζήσιος} gen. com. ſecundum Priſcianum, Porcum & porcam ſignificat. Plin. lib. 8. cap. 51, Sues ferè ſemel anno gignunt. Cic. 5. de Finib. In quibus non corporum ſolùm, vt in ſuibus, ſed etiam animorum.
Anginæ ſuum. Plin. lib. 8. cap. 51. Obnoxium genus morbis, anginæ maximè & ſtrumæ.
Amica luto ſus Horat 1 epiſt. 2.
Iulmineus ſus Stat. 2. Achil.
Grandinoſi ſues, *Pourceaux ſurſemez, Ladres.* Ariſtoteles, vt quidem vertit Gaza, De animalibus lib 8. cap. 21. Grãdinoſi autem ſiunt ſues, quorum cruta, & collum & armi carne conſtant humidiore, quibus partibus vel grandines plurimæ innaſcuntur. Caro dulcior eſt, ſi grandines habet paucas: ſed ſi multas, humida valde & inſipida eſt. Facilè qui grandent cognoſcũtur: parte enim linguæ inferiore grandines habentur, etſi ſetam dorſo cuellas, cruorem in radice pili euulſi videris. Pedibus etiam poſterioribus conſtare non poſſunt, qui grandent. Carent grandine quum adhuc lactent. Tolluntur grandines ripha, quæ vel in cibatu vtilis eſt.
Horrens. Lucret. lib. 5.
Horridus. Virg 4. Georg.
Inualida. Vide INVALIDVS.
Ingens. Virg 3 Æneid.
Læuus glande. Virg. 3. Georg.
Lanigera ſus. Claud. in lib. de nuptiis Honorij & Mariæ,
Continuò ſublime volans, ad mœnia Gallis
Condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem
Peruenit. Quo in loco nonnulli hibi corruptè habent lanigeris ouis. Eſt autem periphraſis vrbis Mediolani. Sidonius Apollinaris lib. epiſt. 7. ad Voluſianum,
Rura paludicolæ tenuis populoſa Rauennæ,
Et quæ lanigero de ſue nomen habet. Quum enim Gallis conſilium foret vrbem condere, ferunt effoſſo ſolo inuentam ſuem di-

midiatim lanatam: à quo portento Mediolanum eſſe mox nuncupatum.
Lutulenta. Horat. 2. epiſt. 2.
Immundi ſues. Virg. 1. Æneid.
Magnorum ſuum horrentia terga. Virg. 1. Æneid.
Sicci terga ſuis rara pendentia crate. Iuuen. Saty. 11.
Vulgaris ſus, vt opponatur apro. Plin. lib. 28. cap. 15.
Vulnificus ſus. Ouid. 8. Metam.
Anima pro ſale data eſt ſui. Cic 2. de Nat. deor. Sus verò quid haber præter eſcam? cui quidé ne purtefeceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.
Docebo ſus (vt aiunt) oratorem illum. Cic 2. de Orat. Vide Chiliadas Eraſmi. Sus Mineruam.
Sus Mineruam, in prouerbio eſt, vbi quis id docet alterum, cuius ipſe inſcius eſt, quam rem in medio, quod aiunt, poſitam Varro & Euhemerus ineptis mychis iauoluere maluerunt, quam ſimpliciter referre. Feſtus.

Suarius, Adiectiuum. Suarius negotiator. Plin. lib. 7. cap. 12.
Forum ſuarium. Vlpian. in l. 5. Cura carnis. D. de officio præfecti vrbi. Cura carnis omnis, vt iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet, ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt.
¶ Suarius, Subſtantiuum, Cuſtos ſuum. Plin. lib. 8. cap. 51. Compertum agnitam vocem ſuarij forto abactis, merſoque uauigio inclinatione lateris vnius remeaſſe.

Suinus, ſuina, ſuinum, pen. prod. {σύειος} Quod eſt ſuis. Varro lib. 2. cap. 4. Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo. Vetus exemplar habet ſuillæ.

Suillus, Adiect. {σύειος} Diminut. à ſuinus. Plin. lib. 8. cap. 52. At in Arabia ſuillum genus non viuit in vllo genere. Liu. 2. bell. Pun. Ex ſuillo, ouillo, caprino grege, &c.
Suillum genus muſum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea. Quidam autẽ quod immundiſſimi ſint fues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis. ita, vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſubire dicuntur. Feſtus.

Suile, pen. prod. n. g {συοστάσιον} Strabulum ſuum. Colum. lib. 7. cap. 9. ad finem d. Ingens autem porcularor frequenter ſuile conuertat, & ſæpius haras. Vide HARA.

Suſa. Suſæ, & Suſa, Suſorum, {σοῦσα} Oppidum & metropolis Perſidis in Suſia quæ Perſice eſt pars: à Suſo fluuio ſic vocata. Propertius lib. 2. eleg. 14,
Nota tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit amor. Hæc Vrbs (vt ſcribit Plin. lib. 6. cap. 27.) à Dario Hyſtaſpis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido & vario, columnis aureis & lacunaribus, gemmíſque diſtincta, cæli continens ſimulachrum, ſtellis micãntibus inſignitum, & incredibilia multa. Ibi Aſuerus conuiuium maximis diuitiis & delicijs copioſum celebrauit.
Phraeerata Suſa. Claud. de bello Gildon. 7.

SVSIANA, Suſianæ: vel Suſiane, Suſianes, pen. prod. {σουσιανή} Regio in Perſide. Plin. lib. 6. cap. 27, Suſianem ab Elymaide differminat amnis Eulæus, ortus in Medis: mediò que ſpatio cuniculo conditus, ac rurſus exortus per Meſobatenen lapſus: circuit arcem Suſorum ac Dianæ templum auguſtiſſimum illis gentibus.

SVSIANI, pen. prod {σούσιοι} Qui Suſianen incolunt. Plin. lib. 6. cap. 27, Suſianis Orientem verſus iunguntur Coſæi Latrones.

Suſinus, penult. correpr. Adiectiuum, {κρινώδης} Quod ex ſuſis ſiue lilijs factum eſt. vnde & vrbem Perſidis à lilijs, quorum ibi magna eſt copia, nomen habere ſcribit Stephanus. Suſa enim Perſæ vocant lilia. Hinc oleum ſuſinum. Plin. lib. 13. cap. 1, Suſinum tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis, balano, calamo, &c.

Suſcio, ſuſcis, ſuſciui, ſuſcitum, {ἐπίστημι} ſuſcire, Idem quod ſcire. Plaut. Menæh. 9,
Eho Meſſenio accede huc. MES. quid negotij eſt ſuſciri?

Suſcipio, ſuſcipis, pen. corr. ſuſcepi, pen. prod. ſuſceptum, {ἀνέχομαι, ἀναδέχομαι, ὑπομένω, παραδέχομαι ἐπιχειρέω, αἴτιον μαβάλλω} ſuſcipere, A ſuſum vel ſurſum, quaſi ſurſum capere.
¶ Suſcipere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. vt, Suſcepi onus, ſuſcepi voluptatem, ſuſcepi curam. Variſque nominibus iungitur, & ſignificat capere.
Actiones periculoſas ſuſcipere. Cic. 1. Offic.
Æs alienum amicorum ſuſcipere. Cic. 2. Offic. Qui ſuis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum.
Aliquem ſuſcipere & tueri: Hoc eſt amplecti & defendere. Cice. ad Tironem, lib. 16. 11. Ego autem Varroni quem cùm amantiſſimum mei cognoui, tum etiam valdè tui ſtudioſum, diligentiſſimè commendaui, vt & valetudinis tuæ rationem haberet, & nauigationis, & totum te ſuſciperet, ac tueretur.
Authoritatem. Cic. pro Cælio. Redeo nunc ad te Cæli viciſſim: ac mihi authoritatem partiam, fcueritatémque ſuſcipio.
Authoritatem in Rempub. Cic 7. Verr. Verres ille vetus prodiror Conſulis, tranſlator quæſtuiæ, aerſor pecuniæ publicæ, tantum ſibi authoritatis in Rep. ſuſcepit.
In amicitiam ſuſcipere. Liu 7. ab Vrbe.
Bellum Cic. 2. de Legib. Sequitur enim de iure belli, in quo & ſuſcipiendo & gerendo, & deponendo, ius vtiſſimum valet. Idem 2. de Diuin. Non ſuſcepiſſet bellum ciuile Cæſar.
Beilum ſuſcipitur cum gente feroci. Ouid. 2. 4. Metam.
Caſum ſuſcipere. Cic 2. de Finib. Nec tamen ſua ſuperiora illa tam magna, nec tam præclara ducebat, quàm illum vltimũ caſum, quem propter fidem conſtantiámque ſuſceperat.
Cauſam alicuius. Cic. 2. Verr. Suſcipe cauſam iudiciorum, ſuſcipe cauſam ſeueritatis, integritatis, fidei, religionis, ſuſcipe cauſam Senatus, vt is hoc iudicio probatus, cum Pop. Rom. & in laude & in gratia eſſe poſſit.

Causam contra aliquem suscipere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Causam suscipere mandati. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Cicatrices pectore aduerso suscipere. Quintil. lib. 2. cap. 15.
In ciuitatem suscipi, Ciuem fieri, & inter ciues numerari, aut ciuitate donari. Cic. 2 de Legib. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Caro quum esset Tusculi natus, in populi Rom. ciuitatem susceptus est.
Cogitationem de re aliqua, id est Cogitare. Cic. ad Attic. lib. 9. 177, De his rebus rogo vos vt cogitationem suscipiatis, id est cogitetis. Idem 2. Philipp. Attende enim paulisper, & cogitationem sobrij ad punctum temporis suscipe.
Cogitationem quidnam sit agendum. Cic. ad Attic. lib. 14 318, Quæris vt suscipiam cogitationem quidnam istis agendum putem.
Consilium. Plin. epist. 22.
Consuetudo suscipit. Cic. 2. de Nat. deor. Suscepit autem vita hominum, consuetudóque communis, vt beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent.
Consulatum. Plin. in Paneg. 130.
Constantiam. Cic. ad Attic. lib. 3 66.
Crimen aliquod suscipere, Agnoscere, confiteri. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem crimen hoc, agnoscerem, confiterer.
Crimen suscipere, vel suscipere crimen defensione. Plin. epist. 190. Criménque quasi in medio relictum, defensione suscipiunt. Cic. pro Sylla, Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices P. Syllæ persona suscipit.
Crimen culpæ suscipere. Cic 7. Verr. Tibi vni parcam, & totius istius culpæ crimen vituperationémque inconstantiæ potius suscipiam, quàm aut in te sim crudelis, aut tot tam graues testes viuos incolumésque esse patiar.
Culpam. Cic pro Cluentio, Cæterúsque huiusce modi ordinis non fecerunt idem quod nunc Cluentius, vt aliquid culpæ suscipere se putarent recusando, sed apertissimè repugnarunt.
Curam. Colum. lib. 2. in Præf. Vt ne lanificij quidem curam suscipere dignetur, &c.
Curam & cogitationem alicuius rei suscipere. Balbus Ciceroni in epist. ad Attic. lib. 8. 168.
Curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Tenere cursum, quem à prima ætate susceperis. Cic. pro Planc.
Defensionem. Cic. ad Lucinium, lib. 5 8, Quæ à me suscepta defensio est te abfente dignitatis tuæ, in ea iam ego non sulùm amicitiæ nostræ, sed etiam constantiæ meæ causa permanebo.
Errorem & superstitionem suscipere. Cic. 2. de Diuin.
Executionem eius negotij libens suscepit. Tacit. lib. 3.
Exercitationem. Cic. 1. de Finib. Quis nostrum exercitationem vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur?
Exilium, Pati. Cic. Ante quàm iret in exilium, Neque enim mors miseranda est quæ ob Remp. capitur, neque exilium turpe quod virtute suscipitur.
Facinus in se. Cicero pro Cluentio. Id est admittere, Quo tandem habitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est?
Fidem. Plin. epist 220. Quas partes impleturum te secundum susceptam fidem confido. Id est secundum quod promisisti.
Fraudem suscipere. Cic. in Pisonem.
Imperium suscipere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Inimicitias suscipere. Cic. 1. Offic. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. Terent. Heeyra, 2. 1,
Cum puella anum suscepisse inimicitias non puder?
Inimicitias propter alicuius salutem suscipere. Cicero de Arusp. respon.
Inimicum aliquem suscipere. Brutus Attic. 17, Qui valentissimum Antonium suscipere pro Rep. non dubitauit inimicum?
Iniquitatem. Cic. in Parad. Hereditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo non suscipit?
Inuidiam & odium. Cic. 1. de Inuent. Quibus rebus tantum odij atque inuidiæ suscepit eloquentia, vt homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.
Iter. Cic. ad Atticum, lib. 4. 84. Iter Asiaticum puto tibi suscipiendum fuisse.
Iudicium suscipere. Vlpian. in l. 1. §. Apud Iulianum. D. Depositi.
Laborem aliquem Lucret. lib. 3.
Labores & dolorem pro patria. Cic. 1. de Finib. Sed vt omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria & pro suis suscipit, vt non modò nullam capiat, sed etiam prætereat omnes voluptates, dolores denique quoslibet suscipere malit quàm deserere vllam officij partem.
Laborem & periculum pro salute alicuius suscipere. Cicero pro Murena.
Legationem. Cic. 12. Philip. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quòd spe pacis legationem suscepissem.
Liberos suscipere, Procreare. Cic 5. Verr. Susceperas enim liberos non solùm tibi sed etiam patriæ. Idem 7. Verrin. Qui à parentibus spe nostri imperij, nostræque æquitatis suscepti, educatíque sunt.
Liberos ex cuiuspiam filia suscipere. Cic. 3. Philipp.
Maculam suscipere, Concipere. Cic. pro Lege Manil. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta.
Maculam imperio. Cic. pro Fonteio, Magna mehercule causa Iudices absolutionis cum cæteris causis hæc est, nequa ignominia huic imperio macula atque ignominia suscipiatur.
Mandatum suscipere. Caius in l. Si quis alicui, §. Qui suscepit. D.

Mandati vel contrà.
Famulæ suscipiunt collapsa membra. Virg. 4. Æneid.
Miseriam voluntariam. Cic. 3. Tusc. Si verò ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam.
Munera suscipere sanguinei Martis. Ouid. 2. de Remed.
Negotium sine mora suscipere. Cic. 3. in Catil.
Multum negotij. Cic. 5. Verr.
Negotia atque controuersias alicuius. Cic. pro Cecinna, Et ad Attic. lib. 12. 241, Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te mi Attice suscipe totum negotium.
Obiurgationem. Cic. Attic. lib. 4. 86.
Odium alicuius. Cic. ad Attic. lib. 6. 112, In quo, vt audio magnum odium Pompeij suscepistis.
Offensas in eligendo aliquo. Plin. epist 42.
Officia & partes pro aliquo. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Onus. Cic. 3. Offic. Suscepisti onus præterea graue, & Athenarum, & Cratippi.
Onus atque munus suscipere & profiteri. Cic. 1. de Orat.
Suscipis onus officij, quod te putas sustinere posse: quod minimè videtur graue iis qui minimè ipsi leues sunt. Cicero pro Rosc. Amerino.
Onus vrbis susceperat vna domus. Ouid. 2. Fast.
Opus censorium obiurgandis moribus. Columella libro 12. in Procem.
Parricidium. Cic. pro Cluent. Cæteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse: Oppianicus inuentus est qui in vno corpore plures necaret.
Partes. Cicero Attico libro 3. 61, Intelligóque multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, neque vt ita facias rogandum esse.
Patrocinium rei alicuius, hoc est Eam defendendam. Cicero 3. de Orat. Ex illis autem quæ remanent, ea philosophia quæ suscepit patrocinium voluptatis, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro quem quærimus.
Periculum pro salute alicuius. Cic. pro Murena, Istuc me rogari oportet abs te, an te potius à me, vt pro mea salute laborem, periculúmque suscipias.
Personam viri boni, Simulare. Cic. pro Cluent. Irridebatur hæc illius réconciliatio, & persona viri boni suscepta.
Pœnam dignam scelere. Cic. pro Lege Manil. Non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore aunum iam tertium & vigesimum regnat.
Profectionem. Cic. ad Quirites post reditum, Sin & ea quæ antè gesseram, cóseruándæ ciuitatis causa gessissem, & illam miseram profectionem vestræ salutis gratia suscepissem, &c.
Res aliquas sibi gloriæ causa suscipere. Cic. pro Flac. Quod vereor ne Lælius ex his rebus, quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid orationi meæ sermonis in sese aut inuidiæ esse quæsitum.
Reipub. suscipi. Cic. ad Brutum, 14. Quod ipsum, si Rempub. cui susceptus es respicis tibi iam tamque faciendum est.
Sceleris aliquid suscipere. Catull. in Gellium, 83.
Scelus in se suscipere, Idem significat quod Admittere in se facinus. Cic. 11. Philipp. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is qui alterius facinus subire cogitur.
Sermones suscipere. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Simultates. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1, Ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus.
Turpitudinem suscipere. Cic 3 Philipp. Quod reliquum est, non est tertium: sed postremum omnium, maximam turpitudinem suscipere cupiditate vitæ.
Quod turpissimè susceperas, perseuerare & transigere non potuisti. Cic. pro Quint.
Vigilias dicendi causa. Cic 5 de Fin. Qui etiam nunc agendi aliquid dicendíque causa propè contra naturam vigilias suscipere soleamus.
Voluntatem erga aliquem. Cic. 2. de Finib. Sed te, vt dignum est, tua caiga me & erga philosophiam voluntate, ab adolescentulo suscepta, fac vt Metrodori tueare liberos.
Diis immortalibus ducibus, hanc voluntatem susceperi. Cicero 3. in Catilin.
Vota publica suscipere pro aliquo. Ouid. 7. Metam.
Suscipere deo vota pro re aliqua vel pro aliquo, Vouere. Plin. in epist. 252. Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus cõtinetur, & suscepimus domine pariter, & soluimus, precati deos. Liu. 7. bell. Pun. Deos deásque precabantur vt illis faustum iter, fœlíxque pugna, matura ex hostibus victoria esset, & damnarentur ipsi votorum quæ pro iis suscepissent.
¶Suscipere, pro Excipere, & in vicem respondendi succedere. Virgilius 6. Æneidos,
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo
Suscipit Anchises: atque ordine singula pandit.
¶Suscipi in lucem, pro nasci. Cic. de Arusp. resp. Eodem enim tempore, & suscip mur in lucem, & hoc cælesti spiritu augemur.
Suscipiendus, Participium {δικτέος} vt Sacra solennia suscipienda. Lucret. lib 5.
Susceptus {δεκτός, μένος} Aliud Participium. vt Fames vrbi suscepta. Claudian. 1. in Eutrop.
Transigere susceptum negotium. Cic. pro Quintio.
Vindicta legis susceptæ est tibi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.
Sempiternam pœnam sustinerem mea voluntate susceptam. Cic. post reditum ad Quirites.
Soboles susceptæ mihi de te. Virg. 4. Æneid.
Filius patri de nouerca susceptus est. Cic. 3 Offic.
Susceptum, susceperi, n. g. {δεκτέον.} Ouid. 11. Metamorphoseos,
-susceptáque magna labore
Crescere difficili. Hoc est incepta grandia.

Susceptio,

Susceptio, susceptionis, Verbale {ὑποδοχή, ὑποθήκη, ἀπόληψις} Cic. 3. de Fin. Sic ea quæ proficiscuntur à virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt iudicanda.
Susceptio causæ. Cic pro Murena. Et quoniam in hoc officio studium meæ defensionis ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio causæ reprehensa est, antè quàm pro L. Murena dicere instituram, pro meipso pauca dicam.
Susceptor, oris, est qui lusoribus domi suæ ludendi dat locũ qui suscepit. Vlpian. in l. j. De aleatoribus. Item notandum, quòd Prætor susceptorem verberatum quidem, & damnũ passum, vbicunque & quandocunque non vindicat.
Suscito, suscitas, pen. cor. {ἐγείρω, ἀνίστημι, ἀνάγω, πυρόω} Suscitare. Plaut. Mostel. 6,
Quis istic dormit? PHIL. Callidates. T. Suscita istum, Delphium.
Suscitare somno, è somno. Cic. 4. Tusc. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset, quærentibúsque respondebat, Milciadis trophæis se etiam somno suscitari. Plaut. Mil. 10.
E quiete suscitare aliquem. Catul. ad Gellium 75.
Ignes extinctos suscitare. Amores remissos accendere. Ouidius 3. de Arte.
Ignes sopitos suscitare. Virg 5. Æn.
¶Suscitare, Impellere, incitare. Virg 12. Æneidos,
Æneas acuit Martem, & se suscitat ira. Idem,
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Suscitare aliquem ad suum officium, Adhortari. Plaut. Rud. 22.
In prælia suscitare aliquem. Virg. 11. Æn.
Bellum ciuile suscitare. Brutus Antonio lib. 11. 3.
Crepitum suscitare pede. Propert. lib. 2. eleg 4.
Pœnas suscitare alicui. Virg. 4. Georg.
Qui nouam rationem suscitarat, veteres maiorum obterunt laudes Cic. Antequam iret in exilium.
Suscitare fictas sententias, Commouere. Cic. 1. de Diuin. Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias. Ex Ennio.
Testem contra aliquem suscitare. Cic. pro Rosc. Comœdo.
Vrbes atronitas suscitat. Valer. 3. Argon.
Suscitabulum, suscitabuli, n. g. Quod altos suscitat. Varro,
Phœnicis adsum vocis suscitabulum,
Cantátiúmq; gallus gallinaceus. Quibus versibus argutus quidã & canorus, se alios ad cantũ suscitare iactat, ac cantãtium se gallum gallinaceum dicit, quòd galli suo cantu totum diem lacessunt: se quoque idẽ esse Phœnicis vocis suscitabulum. Est enim, vt è Plinio & Lactantio cõstat, Phœnicis modulatissimus cantus: etsi pro Phœnice Turnebus legit etiam fornicis, vt meretricularum blandæ & mellex voces intelligantur, versu tamen claudicante.
Susia, regio in Perside, Vide SVSA.
Susiana, {σουσιανή} prouincia Asiæ, (vt lib. 6. cap. 3. refert Ptolemæus) quæ à Septentrione terminatur Assyria, ab Occasu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Persidem, à Meridie partẽ Persici sinus. Cuius ciuitates insignes Traiania & Susa, Vide SVSA.
Susinus, Vide SVSA.
Suspecto, suspectas, suspectare, Vide SVSPICIO.
Suspectus, à suspicor venit, & à suspicio. Paulus ex Festo.
Suspendeo, suspendes, suspendi, suspensum {ἀπαρτήσασθαι} suspendere, pen pro. Supra pendere. Colum. lib. 4. cap. 26, Sæpe enim notaui per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, & ita colligare, vt solo vimine suspendeat. Legitur & suppendeat.
Suspendo, suspendis, suspendi, suspensum {ἀπαρτήσασθαι, ἀείρω, ἀμφίζω, κατάπτω, ἀπαγχόνω, ἐξάπτω, διαπάσσω, κρεμάννυμι, παρεμπίπτω} suspendere, penultima correpta. Aliquid sursum ligare, & vincire vt pendeat. Columella libro 7. capite 10, Deinde sertas taleas ferularum lineo funiculo religant, & ita colio suspendunt, vt strumæ ferulis contingantur.
Suspendere ex ceruice. Plin. lib. 11. cap. 28.
Vestimenta suspendere. Horat. 1. Carm. ode 5.
Ædificium suspendere. Cic in Topicis, Non enim eius vitio qui demolitus est, dãnum factũ est, sed eius operis & vitio quod ita ædificatum est vt suspendi non posset.
Castra suspendunt saxis præruptis, Castra locant siue metanrur in vertice Alpium. Sil. lib. 3.
Tignis nidum suspendit hirundo. Virg. 4. Georg.
Littora suspendere vomere, Arare littora. Stat. 4. Thebaid.
Tellurem suspendere tenui sulco. Virg. 1. Æn.
¶Suspendere, aliquando est suspendendo strangulare. Cic. ad Att. lib. 13. 290, Ita nuntiat Brutus illum ad bonos viros ἀναχώρησιν, sed vbi eos nisi forte se suspendit.
Suspendere se è tecto, Quintil. lib. 6 cap. 3.
Suspendere de arbore. Cic. 1. de Orat. Quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos seiam suculos.
Suspendere in arbore. Cic. 5. Verr. Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quadam.
Caput obnubito, arbori infœlici suspendito. Cicero pro Rabirio perduel. reo.
Piscem homo suspendere. Ouid. 15. Metam.
Suspendere in furcas. Vlpianus in l. Sacrilegij. § j. D. Ad legem Iuliam peculatus, Et scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos & viuos exussisse, alios verò in furcas suspendisse.
¶Suspendere rem aliquam, Differre, prorogare. Liu. 9. bel. Mac. Mouit aliquantum oratio regis legatos, itaque medio responso res suspenderunt.
Fletum suspendere, Lacrymas continere. Ouid. 4. Fast.
¶Suspendere de paxillo, translatione à fupellectile ducta, quam suspendere vbi enimus domi solemus, significat apud Varronẽ parare: vt cùm Zenonem dicit nouam instituisse sectam, proinde quasi

eius secta sit philosophiæ supellex quædam. Eius verba sunt, Vbi dicatur primus Zeno nouã hæresim nouo paxillo suspendisse. Turneb.
Suspendere, Cohibere. sistere. Plin. li. 28. ca 7, Misto præterea ouorum candido liquore, madida que lana frontibus impositum fluxiones oculorum suspendit.
¶Suspendere aliquem, pro Incertum reddere. Plin. epist. vlt. libri 2, Diu miseram expectatione suspendit.
Suspendere, Ducere, suspensum habere. Suet. in Tiberio, cap. 24, Nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens.
Suspendere animos expectatione. Curtius lib. 9.
¶Naso aduoco suspendere aliquem, Vide ADVNCVS.
¶Suspendere spiritum, pro Mediocriter vel paululũ quiescere inter legendũ, subsistere. Quint. de lectione loquens, Sciat puer vbi suspendere spiritum debeat, quo loco verbum distinguere, vbi claudatur sensus, vbi incipiat.
Suspensus, {ἀπαρτησάμενος, ἀπάρτησις} Partic. siue nomen ex partic. Cic. 2. Tusc. Vel equi Pegasi illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te.
Suspensus recte, manibus se demisit. Liu. 8. ab Vrbe.
Populus suspensus. Sen. Troade 12.
Suspensis leniter alis, Vide LENIS.
Aulæa suspensa. Horat. 2. Serm. saty 8.
Volatus suspensus. Stat 3. Thebaid.
Lachrymæ suspensæ oculis. Ouid. ad Liuiam.
Lachrymæ diu suspensæ per ora fluxere. Ouid. 1. Amor. eleg 7.
¶Suspensus {ἀμφίσταμαι.} Incertus, dubius. Virg. 6. Æneidos,
Dicam quidem, nec te suspensum nate tenebo. Idem 2. Æneid.
Suspensus expectatione nouarum rerum. Cic. ad Consules lib. 15. His rebus allatis, etsi intelligebã socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos, sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram, quisque nostrum consuetudinem, integritatémque perspexerant, amiciores pop. Rom. esse factos.
¶Suspẽsus explicatione, Propter explicationem siue solutionem nodi Gordiani. Curtius lib 3.
Detinere aliquem suspensum. Cic. Att. lib. 10. 192.
¶Suspẽsis animus, Solicitus. Cic. Att. lib 2. 23, Accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi quàm suspẽso animo & solicito scire aueres quid esset noui.
Animus occupatus & suspensus. Cic. 1. de Orat.
Suspẽsus animi. Liu. li. 8, Inter spẽ metũq; suspẽsos animi habetis.
Solicitam mihi ciuitatem suspicione, suspensam metu, &c. Cic. 1. de lege Agrar.
Ne diutius oratione mea suspẽsa expectatio vestra teneatur. Cic. pro Cluentio.
Gaudia suspensa. Claud. 5. Paneg.
Suspensa manu scribere, pro dubitanter. Plin. epist. 98.
Mentem suspensam pertentant vicissim gaudia. Virg. 5. Æneid.
Habere rationes suspensas. Cic. Lucceio lib. 5. 13.
Sors suspensa dubio metu. Stat. 1. Thebaid.
Verba media & suspensa. Quintil. Declam. 18.
Verba suspensa & obscura. Tacit lib. 1.
Vultus incertus & suspensus. Cic. pro Cluentio.
In suspenso relinquere, Videre N Præpositionem.
¶Suspensus somnus, Leuis, inquietus, intranquillus, in quo mens est semper dubia, & curis fatigata: cui contrarium est profundus. Cic. 1. Tusculana,
Mater te appello, tu quæ curam somno suspenso leuas. Ex poeta.
Auribus suspensis bibere, Diligenter audire. Propert. lib. 3. eleg. 6.
¶Suspẽa manu aliquid facere, pro Dubitanter & timidè. Plin. iunior lib. 6. ad Fabatum epist. 12, Tu verò non debes suspensa manũ commendare mihi, quos tuendos putas.
Suspensa mola oliuam frangito. Col. lib. 12. cap. 52, Suspensa mola, id est, non vehementer, & toto pondere conterente quod subditũ est.
Suspensa terra, Non conculcata, leuiter tantũ mota. Col. li. 11. ca. 3.
Suspensissimum pastinatũ, In quo humus non pauicula aut cylindro, sed ne etiam pedum vestigiis conculcata apparet, vt radicibus seminum molliter cedere possit. Colum. lib. 3. cap. 13.
Suspenso gradu ire, Placido & silenti. Terent. Phor. 5. 6.
Gradus suspensus digitis. Ouid. 1. Fast.
Suspenso poplite leuiter transire. Stat. 5. Sylu. 4.
Suspensa bona dixit Seneca, quæ vænalia pendent in tabula proscripta, vt Tranquillus, Lege prædiatoria in vacuum penderit. Senecæ verba sunt lib. de Beneficiis 4. Et suspensis amici bonis libellum deiicio, creditoribus eius me obligaturus. Turnebus.
Suspensuras, pen. pro Verb. Senec. epist 91, Vt suspensuras balnearum, & impressos parietibus tubos per quos circunfunderetur calor.
Suspensio, Verb. {ἀμφίσταμαι} Incertitudo. Hirtius 5. bel. Africani, Exercitus eius magis suspensione animi ante aduẽtum Iubæ commouebatur.
Suspendium, suspendij, Suspensio. Sueton. in August. cap. 65, Suspendio vitam finiuit. Plaut. Aulul. 4,
Vtinam me Diui adassint ad suspendium:
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te seruiam. Cic. 5. Ver. Non inquam perpetererer, vt homines iniuriæ tuæ remediũ morte ac suspendio quærerent, nisi, &c. Martial. lib. 1,
Iam suspendia sæua cogitabas.
Suspendiosus, pen. prod. Adiect. Qui suspensus est laqueo. Plin. lib. 28. cap. 4, Cardinibus ostiorum aceto affusis, lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare: item laqueum suspendiosi circundatum temporibus l. 11. D. de iis qui no. infam.
Suspicio, suspicis, pen. corr. suspexi, suspectum {ἀναβλέπω} suspicere, Sursum aspicere. Virg. 1. Æneid.
Æneas ait, & fastigia suspicit vrbis. Cic. 1. Tusc. Et astra suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia.
Suspicere in cælum. Cic in Somnio.

Buccula suſpiciens cælum. Virg. 1. Geor.
Suſpicere & circunſpicere. Cic. 2. de Diuinat.
¶ Suſpicere aliquem, Admirari & venerari, quaſi ſupra nos aſpicia mus illum eſſe collocatum quem admiramur. Cicero 2. Officiorum, Si cuius virtutem ſuſpiciunt, quémque dignum fortuna quã ampliſ ſima putant.
Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſ qui poſſe diffiderent. Cic. in Orat.
Honores & præmia ſuſpicere. Planc. Cic. lib. 10. 9.
¶ Suſpicere aliquem, Suſpectum habere. Saluſt. in Iugurtha, Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, incœperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, novas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Nonius.
Suſpectus, huius ſuſpectus. maſculini generis {αἰσλικὸς} Plinius lib. 37. cap 9, Hoc & minimè probatur, quando præcliens debet eſſe in ſuſpectu, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roteus nitor.
Aſpectu & ſuſpectu refulgens. Plin. lib. 9. cap. 38, Hoc eſt, ſi ſurſum conſpiciatur, & in aëiem quid dicitur.
Suſpectu vaſto turris. Virg. 9. Æneid.
¶ Suſpectus, altitudo. Virg. 6. Æneidos,
Quantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum.
¶ Suſpectus, pro admiratione. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 25, Videndũ eſt quid maximè faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium ſe ſuáque mitãdi, aut auiditas, aut inuidia.
Honorum ſuſpectus Ouid. 5. Faſt.
Suſpecto, ſuſpectas {ὑποκλέπτω} ſuſpectare, Frequenter ſurſum aſpicere. Martialis,
Oculiſque ſuſpectans ſydera. Plin. lib 8. cap. 16.
¶ Suſpectare {ὑφορᾶν} pro Suſpectum habere. Tacitus libro 1, Et quidam ſeelus vxoris ſuſpectabãt. Idẽ li. 4. ne pellici ſuſpectaretur.
Suſpicor, pen. cor. ſuſpicaris {ὑποτοπέω, ὑποπτεύω, ὑποπτεύω, ὑπολαμβάνω, ὑποεῖδομαι} ſuſpicari, Notæ ſignificationis. Dictum, quòd cum timore quodam ea videmur aſpicere, de quibus dubitamus. Ter. Heaut. 2. 3. Falſo ſuſpicatur. Cic. 3. Verr. Hoſpes ianitor qui nihil ſuſpicaretur, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi tetine re cœpit. Terent. Heaut. 4. 1.
Quid nunc ſuſpicare, aut inuenis de illa?
Scribe non modò ſiquid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſiquid ſuſpi cabere. Cic. Att. lib. 7. 13. 1.
Suſpicor fore. Ci. ad Lent. lib. 1. 6, Quòd valde ſuſpicor fore vt infringatur hominum improbitas.
Suſpicari aliquid mali. Cic. pro Cluentio.
Res nefarias ſuſpicari. Cic. pro Milone.
Aliquem abs ſe alienatum ſuſpicari. Cic. Lent. lib. 1. 7.
De ingenio alicuius ſuſpicari. Cic. de Clariis Orat.
Duci ad ſuſpicandum. Cic. de Claris Orat.
Suſpicans, pẽnultima correpta, ſuſpicantis, Participium {ὑποπτεύων} Terent. And. 1. 1,
Nihil ſuſpicandum etiam mali.
Suſpicio, ſuſpicionis, Verbale {ὑπόψια, ὑποπτία, ὑπόλαψις, ὑπωπτος} Cic. 1. de Fini. Plerunque improborum facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atque fama.
Suſpicio in Fabium. Plin. lib. 7. cap. 45.
Suſpicio hominum. Cic. ad Lent. lib. 1. 1.
Affinis ſuſpicionis. Cic. pro Sylla.
Perculſus ſuſpicione. Cic. Hac ſuſpicione ſum perculſus, &c.
Abſcondita ſuſpicio. Cic. 2. de Orat.
Cæca ſuſpicio, Vide CAECVS.
Confirmata ſuſpicio. Author ad Heren. lib. 2.
Firma ſuſpicio. Author ad Heren. lib. 2.
Repentina ſuſpicio. Cic. pro Cluent.
Suſpicio belli ſubita. Cic. 7. Verr. Iſte motus ſeruorum, belliſque ſubita ſuſpicio, vtrum tibi, &c.
Tenuiſſima ſuſpicio. Cic. 2. de Lege agrar.
Ciuitas ſolicita ſuſpicione. Cic. 1. de Lege agrar.
Abhorrere à ſuſpicione, id eſt remotum eſſe. Cic. pro Cælio.
¶ Abſoluere ſuſpicione, Vide ABSOLVO.
Abeſſe à ſuſpicione. Cic. 4. Verr. Vide ABSVM.
Abeſſe à conſcientiæ ſuſpicione. Cic pro Cælio.
Adduci in ſuſpicionem, Vide ADDVCO.
Afferre ſuſpicionem, Vide AFFERO.
Amouere ſuſpicionem, Vide AMOVEO.
Aſpergere ſuſpicione, Vide ASPERGO.
Aſſequi ſuſpicione, Vide ASSEQVOR.
Attingere rem aliquam ſuſpicione, Vide ATTINGO.
Auertere rem à ſuſpicione, Vide AVERTO.
Augere ſuſpicionem. Terent. Eunuch. 3. 1. Vide AVGEO.
Cadere in ſuſpicionem, Vide CADO.
Carere ſuſpicione. Cic. pro Roſc. Amer.
Coargui ab aliquo ſuſpicionibus & coniectura. Cicero 1. de Lege agraria.
Conferre ſuſpicionem in aliquem, Vide CONFERO.
Confirmare ſuſpicionem. Cic. Famil. 1.
Conflare ſuſpicionem. Author ad Heren. lib. 2.
Conſiſtit in aliquo ſuſpicio, Vide CONSISTO.
Conſtituere ſuſpicionem. Cic. Verr. 2.
Conuenit in eum hæc ſuſpicio, Vide CONVENIO.
Delere ſuſpicionem. Cic. pro Roſc. Amer.
Depellere ſuſpicionem. Cic. 10. Philip.
Deponere ſuſpicionem. Cic Famil. 13.
Deuocari in ſuſpicionem maleficij. Author ad Heren. lib. 2.
Dimouere ſuſpicionem. Cic. Antequam iret in exil.
Dare locum ſuſpicioni. Cic. pro Cælio.
Dare ſuſpicionem fictè reconliatæ gratiæ. Cic. Appio lib. 3. 12.
Ducere ſuſpicionem. Cic. 2. de Inuent.

Effugienda ergo in hac præcipuè parte omnis calliditatis ſuſpicio. Quint. lib. 4. cap. 2.
Elabi ſuſpicione. Cic. Verr. 3.
Expurgare ſuſpicionem, Dimouere. Cicero antequã iret in exiliũ.
Extenuare ſuſpicionem. Cic. 2. ad Heren.
Fugere perfidiæ ſuſpicionem. Cic. Attico lib. 8. 16o.
Habere alicuius rei ſuſpicionem. Cic. pro Plancio.
Habere quaſdam ſuſpiciones periculi. Cic. Att. lib. 16 13 3.
Iactare ſuſpicionem, Vide IACIO.
Importat ſuſpicionem hæc res. Cic. filius ad Tironem lib. 16. 21,
Ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret.
Incenſi ſuſpicione, tem in medium vocare cœperunt. Cicero pro Cluentio.
Incidere in ſuſpicionem regni apperendi, Vide INCIDO. pe. cor.
Suſpicio incidit de me. Terent. Adelph. 4 4.
Increpuit ſuſpicio, Vide INCREPO.
Inferre ſuſpicionem, Vide INFERO.
Iniicere ſuſpicionem alicuius rei, Vide INIICIO.
Iniecta ſuſpicio rei atrocis. Cic. pro Cluentio.
Inſequitur quippiam ſuſpicio, Vide INSEQVOR.
Inſidet alicui ſuſpicio, Vide INSIDEO.
Interpoſita ſuſpicio belli, Vide INTERPONO.
Leuare ſuſpicionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Leuare ſuſpicionem, atque ab ſe remouere, Vide LEVIS.
Liberare ſuſpicione. Cic. Fam 1.
Manet ſuſpicio, Vide MANEO.
Minuere ſuſpicionem, Vide MINVO.
Mouere ſuſpicionem, Vide MOVEO.
Iudex eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. Cic. 7. Verr.
Naſci ſuſpicionem. Cic. Fam. 3.
Necare aliquem propter alicuius rei ſuſpicionem. Cic. 2. Philip.
Peragrare omnes latebras ſuſpicionum. Cic. pro Cælio.
Perſtringere ſuſpicione, Vide PERSTRINGO.
Pertinere ad aliquem ſuſpicionem. Cicero pro Roſcio Amer.
Ponere in ſuſpicione. Cic. pro Cluentio.
Præbuit plerique ſuſpicionem conſcientiæ. Tacit. lib. 17.
Propulſare ſuſpicionem. Cic. Verr. 5.
Recipere ſuſpicionem. Cic. pro Planc.
Reliquitur ſuſpicio. Cic. 1. Tuſcul. Dubitare non poſſumus quin tantus interitus in morte ſit, vt ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur.
Reſidere in aliquo ſuſpicionem. Cic. 1. ad Qu. Frat.
Remouere ſuſpicionem. Cic. Verr. 6.
Suſpicionem ſegregare ab ſe. Plaut. Aſin. 13.
Spargere varie ſuſpiciones. Quint. lib. 7. cap. 3.
Suſpicio eſt. Plaud. Epid. 10, Sic ſuſpicio eſt. Hoc eſt, ita omnes ſuſpicantur. Terent. Eun. 3. 3. -tam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia.
Tollere ſuſpicionem. Cic. Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli.
Trahere ſuſpicionem. Cic. 2. de Inuent.
Suſpicio amoris tranſlata in eum. Terent. Heaut. 4. 3. Hoc eſt, ſuſpicantur homines eum amare.
Vendicare ex ſuſpicione. Cic. pro Syl.
Venire in ſuſpicionem. Cic. ad Qu Frat.
Vitare ſuſpicionem. Cic. Philip. 1.
Vocare in in ſuſpicionem. Cic. Verr. 7.
Suſpectio, ſuſpectionis, Verbale, {δόκησις} Idem quod ſuſpicio. Terentius Aud. 3. 2,
Nam quí iſtæc tibi incidit ſuſpectio?
Suſpiciоſus, pen. prod. Adiect. {ὑποφορίμενος} Qui ſuſpicionem habet. Terent. Adelph. 4 3,
Omnes quibus res minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi.
Suſpicioſum veteres dixere, qui in ſuſpicione ſit. Cato de re Florian. Sed ſiqui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locauiſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum nõ æquum cenſuere adferri. Ex Nonio.
Suſpicioſum aliquid facere perſpicuum. Cic. pro Roſc. Amer.
Ciuitas maledica & ſuſpicioſa. Cic. pro Flacco,
Crimen ſuſpicioſum. Cic. in Partit.
Res perſpicua & ſuſpicioſa. Autor ad Herennium, lib. 2.
Suſpicioſiſſimum negotium, & Suſpicioſiſſimum tempus. Cic. pro Flacco, Et is eſt reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendiũ: in maledicẽtiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modò crimen effugit. Idem ad Lentulum, lib. 1. 7. Vium enim ex e lentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum, nonnihil ſuſpicantem propter aliquorum opinionem ſuæ cupidtatis, te abs ſe abalienatum, illa epiſtola retinuiſti.
Suſpicioſa mula, Quæ neſcio quid ſemper ſuſpicatur, & tin et. Colum. lib. 6. cap. 38. Suſpicioſæ mulæ ſanguis detrahitur. Alij legunt ſuſpirioſæ.
Suſpicioſè, pen. prod. Aduerbium, {ὑποφορίμενος} Cic. pro Deiotaro. Id vos & à viro optimo, & ab homine minimè ſtulto cogitatum eſſe confingitis: at quàm nõ modò credibiliter, ſed ne ſuſpicioſè quidẽ. Id eſt prorſus abſurdè & calumnioſè. Budæus.
Suſpicioſè ac criminoſè dicere aliquid. Cic. pro Roſ. Amer. Cùm enim aliquid habeat quod poſſit criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, & perrè ludificari & calumniari ſciens non videatur.
Narrare aliquid ſuſpicioſè. Quint. lib. 4. cap. 2.
Suſpicax, pen. corr. ſuſpicacis, pen. prod. Adiectiuum: vt
Animus ſuſpicax. Tacit. lib. 1.
Maritus ſuſpicax. Quintil. Declamat. 18.
In rumore ſuſpicax. Quintil. Declam. 18.
Silentium ſuſpicax. Tacit. lib. 3.

Suſpectus

Suſpectus, Adiectiuum, {ὑποπτος, ὑπόψιος} De quo eſt ſuſpicio. Terent. Hecyra. 3. 3,
-ſcio nemini aliter ſuſpectum fore. Cic. ad Seruium Sulpicium lib. 13. 25,
Poſteaquã ex literis illius cognoui tibi eũ falſo ſuſpectũ fuiſſe, &c.
Criminum capitalium ſuſpectus. Tacit. lib. 3.
Spei ſuſpectus. Tacit. lib 3.
Facultates alicuius habere ſuſpectas. Paulus in l. Quidem. D. ad SC. Velleian.
Habere ſuſpectum aliquid. Virg 4. Æneid.
Videre ſe aliquibus ſuſpectum. Cic. 1. in Catil.
Suſpectus ſuper aliquo ſcelere. Saluſt. in Iugurtha.
Suſpectus in aliqua virgine. Sueton. de claris Gramm.
Suſpectus, cum ablatiuo: vt Suſpecta inceſtu. Plin. de Viris illuſt. Curtius lib. 8. In Caliſthenem olim contumacia ſuſpectum peruica cioris iræ fuit.
Suſpectum eſt hoc mihi. Martial. lib. 2. Cic. ad Atticum, lib. 4. 82. Et ſi quæris, omnia mihi ſunt ſuſpecta.
¶ Arua ſuſpecta linquimus. Virg 3. Æneid.
Dona ſuſpecta. Virgil. 2. Æneid.
Fides ſuſpecta. Stat. 5. Sylu 2.
Locus ſuſpectus, pro Alto & cliuoſo. Plin. epiſt. 311. Eſt tamen ſtatim à capite paulò amplius mille paſſibus, locus ſuſpectus & mollis.
Medicina animi ſuſpecta atque inuiſa pluribus. Cic. 3. Tuſc. Animi autem medicina nec tam deſyderata ſit antequam inuenta, nec tam culta poſteaquam cognita eſt, nec tam multis grata atque probata, pluribus etiam ſuſpecta atque inuiſa?
Pax ſuſpecta. Silius. lib. 7.
Tumores ſuſpectos ſanat. Plin. lib 20. cap. 6.
Vita aliquorum ſuſpecta. Cic de Amici. Hæc eſt enim Tyrannorum vita: nimirũ in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis bene uolẽtiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita ſunt.
Suſpectior, Compar. Cic. 2. Offic. Quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc iniuſtior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis.
Hoſte ſuſpectior. Claud. 4. Panegy.
Suſpectiſſimus, penul. corr. Superlatiuum. Vlp. in l. 1. in princip. D de quæſtionib. A ſuſpectiſſimo incipiendum.
Suſpiro, ſuſpiras, pen. prod. {εἴνω, συνάζω, κλαίνω, μετσπίνω συναχῶ, συναχέζομαι} ſuſpirare, Spiritum ab imo pectore trahere, quod ſolicitudinis aut doloris argumentum eſt. Plautus Menæch. 19,
Quin ſuſpirabo plus ſexcentum dies.
Amore ficto ſuſpirat mulier. Lucret. lib. 4, Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut iocari liberè, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Cic. Attic. lib. 1. 13.
Ingemit & tacito ſuſpirat pectore. Ouid, epiſt 20.
Ab imo ſuſpirare. Ouid. 3. de Arte, Subaudi Pectore.
Flebile ſuſpirare. Claud. 1. in Eutrop.
Calorem ſuſpirare. Claud. 1. Panegy.
¶ Suſpirare, Deſyderare. Iuuen. Saty. 11.
Suſpirat longo non viſam tempore matrem.
Amores ſuſpirare. Tibul. lib. 4. eleg 5.
In aliquam ſuſpirare. Ouid. 1. Faſt.
Ad honores ſuſpirare. Valer. 4. Argonaut.
Suſpirare, Surſum expirare, Exhalare, emittere. Lucan. lib. 6.
Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra. nec ventos tenues ſuſpirat Anauros.
Suſpirans penult. prod. Participium, {συνάζων} vt Curæ ſuſpirantes. Cic. 1. de Diuinat. -quo facto pater
Rex ipſe Priamus, ſomnio mentis metu
Perculſus, curis ſumptus ſuſpirantibus
Exſacrificabat hoſtiis balantibus.
Suſpirandus, Aliud participium, {συναλίος} vt Domus ſuſpiranda. Stat. 4. Thebaid.
Suſpiratus, huius ſuſpiratus, pen. pro. m. g. {συναγμὸς.} Ouid. 14. Metam.
Reſpicit hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis,
Nec dea ſum dixit, &c. De Sibylla.
Suſpiratio, Verbale. Senec. libro de Ira, Sentiet itaque ſuſpirationes quaſdam & vmbras affectuum, ipſis autẽ carebit. Plin. in Præfatione, Inde illa nobilis Marci Ciceronis ſuſpiratio.
Suſpirium, ſuſpirij, {σύναγμα, συναγὸς} Idem. Plaut. Ciſtel. 2,
-hoc ſis vide vt ſuſpirium
Petuit altè, & pallida es?
Sine cura, ſine ſuſpirio. Cic. 4. Tuſcul.
Ægra ſuſpiria. Stat. 6. Thebaid.
Mœſta ſuſpiria. Stat. 11. Thebaid.
Præſaga luctus ſuſpiria. Ouid. 2. Metam.
Ducere ſuſpiria ab imo pectore. Ouid. 10. Metam.
Laxare ſuſpiria. Claud. 4. de raptu Proſerp.
Mulcere ſuſpiria alicuius. Claud. 3. Paneg.
Reperere ſuſpiria tota nocte. Tibull. lib. 3. eleg. 7.
Rumpere ſuſpiria in voces. Claud. de bello Gildon.
Trahere ſuſpiria magno motu. Ouid. 2. Metam.
Suſpirium, {ἄσθμα} Ipſa ſuſpirandi difficultas: eſt enim morbus qui ex pulmonis vitio, aut imbecillitate fit. Plin. lib. 20. cap. 9. Ad tormina, regios morbos, tuſſim vererem cum ſuſpirio. Columel. lib. 6. cap. 14. Interdum tumore palati cibos reſputt, crebrum ſuſpirium facit.
Suſpitioſus, ſuſpirioſa, ſuſpirioſum, pen. prod {ἀσθματικὸς} Qui ſpiran di difficultatem patitur, vel cui vitioſa eſt reſpiratio. Plin. lib. 20. ca. 2. Suſpirioſis prodeſt.
Suſque, deque, {ἀδιαφόρως} id eſt, plus, minúſue, inquit Feſtus, Súſque déque habere ſiue ferre, ſignificat æquo animo eſſe, & quod accidit, non magni facere, & interdum negligere, atque contemnere: hoc eſt, ſurſum deorſum feratur res, parui facere. Plaut. Amphit 10, Atque id me ſúſque déque eſſe habituram putat? Vide Gellium lib. 16. cap. 9. Cice. Attico, lib. 14. 304, Nam de Octauio ſúſque déque expecto quid de Mario?

Súſque déque feto. Gell. lib. 16 cap. 9.
Súſque déque habeo, Vide HABEO.
Suſsilio, ſuſsilis, Vide SVBSILIO.
Suſtendo, ſuſtendis, ſuſtendi, ſuſtenſum, {ὑποτείνω} ſuſtendere, Decipiendi gratia ſubdere aliquid aut machinari. Saluſtius, Dum ſuſtendit inſidias militi.
Suſtento, ſuſtentas, Vide SVSTINEO.
Suſterna pars, Vide SAPINVS.
Suſtineo, ſuſtines, penul. correp. ſuſtinui, ſuſtentum, {ὑφίσημι, ὑποτείνω, ὑπέχω, ὑπομένω, βαστάζω, ναστάζω, ἀνέχομαι} ſuſtinere, ſurſum tenere. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo concluditur, quum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, mundum etiam, &c. Plin. lib. 12. cap. 25. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent.
¶ Suſtinere, Pati, ferre. Terent. Phorm. 2. 2,
- prima coitio eſt acerruma:
Si eam ſuſtinueris, poſt illa iam, vt lubet ludas licet. Plinius epiſtol. 12. Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tandiu ſuſtinere? Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
¶ Suſtinere ſe, pro Reprimere & retinere. Cic. ad Varronem, libr. 9. 8, Expectabam omnino iamdiu, méque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quàm aliquid acceppiſſem. Cic. 4. Academ. Suſtinenda eſt potius omnis aſſentio, ne præcipitet ſi temerè proceſſerit.
Ab omni aſſenſu ſe ſuſtinere. Cic. 4. Acad.
Suſtinere ſe à reſpondendo. Ci. 4. Acad. Quum ſe à reſpõdendo vt aut approbet quid, aut reprobet, ſuſtineat, vt neque neget aliquid neque ait.
Suſtinere ſe à lapſu, pro Cauere lapſum. Liu. lib. 1. bel. Pun.
¶ Non ſuſtineo, pro Nequeo, nõ poſſum, non audeo, nolo. Quintilian. lib. 2. cap. 4. Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo. Ouid. 4. Faſt.
-nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet.
Sine negatione. Curtius lib. 6. Suſtinuit ſcribere mihi. Sueton. in Caligula, cap. 30. Hanc vt erudeliſſimam cædem & deſteuit edictos & eos qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.
¶ Suſtinere pro Defendere & tueri. Cic. 4. Acad. Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea ſuſtinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur.
¶ Suſtinere, Differre. Liu. 5. ab Vrbe, Compreſsíque à Centurione quem ſibimetipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinere.
Suſtinere aliquem, pro Eius preces differre, & poſtulata negare. Ouid. 5. Faſtor.
Et Numitor dixiſſe poteſt, Da Romule menſem
Hunc ſenibus: nec auum ſuſtinuiſſe nepos.
Suſtinere cognitionem. Calliſtratus in l. Interdum. D. de iudiciis. Interdum ex iuſtis cauſis & ex certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones. Id eſt, differendæ & ſuſpendendæ.
Pœnam ſuſtinere, id eſt pœnæ exequutionem differre. Vlp. in l. Si quis filio. §. Quid tamen. D. de iniuſt. teſtam. tametſi prouocantis appellatio non fuerit recepta: pœna tamen ſuſtinenda eſt quoad princeps reſcripſerit ad literas præſidis.
¶ Aliquem ſua autoritate ſuſtinere. Fauere alicui, & illum tueri. Brutus ad Ciceronem, in epiſt. ad eundem, 7. Apuleium verò tu tua authoritate ſuſtinere debes.
Aciem ſuſtinere, Vide ACIES.
Æſtus ſuſtinere. Ouid. 2. Metamorph.
Artus infirmos baculo ſuſtinere. Ouid. 6. Metamorph.
Artus titubantes ſuſtinere ferula. Ouid. 4. Metam.
Caſus fortuitos magno animo ſuſtinere. Colum. lib. 1.
Cauſam alicuius rei ſuſtinere. Cic. 5. Ver. Idem Attico, lib. 13. 268, Nónne furor eius omnem cauſam ſuſtinet? Id eſt, Nónne in eum vt furioſum omne crimen verti debet? Bud.
Cauſam publicam. Cic. 1. Ver. In mentem tibi non venit, quid negotij ſit cauſam publicam non ſuſtinere, vitam alterius totam explicare? Ibidem, Tamen eſſet magnum tantam cauſam, tam expectatam, & diligentia conſequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce & viribus ſuſtinere. Hoc eſt Defendere.
Ceruicibus ſuis ſuſtinere Remp. Cic. pro Domo ſua, Reuocate iam animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad vniuerſam Remp. quam anteà cum viris fortibus multis, in hac verò cauſa ſolis veſtris ceruicibus ſuſtinetis.
Cibo aliquo ſuſtineri. Colum. lib. 8. cap. 4.
Concurſum omnium philoſophorum. Cic. 4. Acad.
Conuiium quotidianum Cic. pro Quintio, At quis erat procurator? credo aliquem eiectũ hominem egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurræ diuitis quotidianum conuiium ſuſtinere.
Crimen ſuſtinere, Defendere, excuſare. Ci. 7. Ver. Videbat illis monarchis teſtibus tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe.
Culpam alicus rei. Cic. Attico, lib. 7. 123. Vt iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineã, quòd minus diu fuerim in prouincia quàm fortaſſe fuerit vtile.
Curam belli. Cic. Atico, lib. 6. 116. Cùm enim arderet Syria bello, & Bibulus in tanto mœrore ſuo maximam curã belli ſuſtineret, &c.
Curam ſuſtinere, Anxium eſſe. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. Interim hic maximam ſolicitudinem curámque ſuſtineo.
Currum ſuſtinere, Hoc eſt retinere, & cohibere. Cicero Attico lib. 13 278.
Curſum & impetum beneuolentiæ ſuſtinere, Hoc eſt reprimere. Cic. de Amicit. Eſt igitur prudentis ſuſtinere, vt curſum, ſic impetum beneuolentiæ: quo vtamur quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte pericliratis moribus amicorum.
Diem extremum fati ſuſtinet, Mortem ſuam differt in adultum tuum, Moriturus te expectat. Ouid. epiſt. 1.
Dignitatem & decus ciuitatis ſuſtinere, Tueri. Cic. 1. Offic. Eſt igitur proprium munus Magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere.

Equos incitatos sustinere, Retinere. Cæsar 4. bell. Gal. Ac tantum vsu quotidiano & exercitatione efficiunt, vt in declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & brevi moderari ac flectere didicerint. Cic. 4. Acad.

Expectationem. Cic 3. Offic. Sustines enim non parvam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Hoc est, Maximæ est de te hominum expectatio, te imitaturum, &c.

Sustinere ac tueri expectationem sui. Cic. Curioni, lib. 2.1. Sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.

Fama tua & officium non sustinet, vt &c. Balbus Ciceroni in epi. ad Atticum, lib. 9. 178. De te & tua fide & pietate idem mehercule mi Cicero sentio quod tu, non posse tuam famam & officium sustinere vt contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepisse, prædices.

Famem sustinere. Senec. lib 3 de Ira, cap. 20. Sustinebant famem primò tenerrima frondium, & cacumina arborum: tū coria igne molita, & quicquid necessitas cibum fecerat.

Gradum sustinere, Reprimere. Ouid. 6. Fast.

Grauitatem alicuius sustinere, Ferre, pati. Cicero Attico, libro 11. 228. Iam enim corpore vix sustineo grauitatem huius cæli, qui mihi laborem adfert in dolore.

Humeris sustinere Remp. Cic. pro Flacco, De summa Reip. taceo: quam vos veneram sam in hoc iudicio vestris humeris, vestris inquam, humeris Iudices sustinetis.

Imperia alicuius. Cæsar 1. bel. Gall. Hominem esse barbarum, iracundum, temeratum, non posse eius imperia diutius sustineri.

Imperum hostium. Cæsar 1. bell. Gall. Cic. 3 Offic. Athenienses quum Persarum impetum nullo modo possent sustinere.

Incursum alicuius. Ouid. 3. Metam.

Iniuriam sustinere dicitur sementis, cui Perire opponitur. Columel. lib. 2. cap. 9.

Labentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide, hodieque sustinet. Cic. pro Rab. Posth.

Labores. Ouid. 8 Metamorph.

Laborem propter ambitionem. Cic. Attico, lib. 1. 12.

Nihil est mali quod non & sustinea & expectem. Cicero Attico libro 11. 219.

Magnitudinem imperij. Cic. Post reditum in Senatu, Magnitudinem tanti imperij, nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt.

Manum suam sustinere dicitur Deus, quando retrahit. Oui. 5. Fast.

Vix molem huius inuidiæ sustinebo. Cic. 1. in Catil.

Ille enim furoris multum sustituerat, hic erroris. Cicero pro Deiotaro.

Solus cum ista copia, tātam multitudinem sustinere non possum. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Atticum, lib. 8. 163.

Munera. Cic. de Senect.

Magnum munus de aliqua re sustinere. Cic. de Claris Orat.

Munus consulare. Cic. ad Planeum, lib. 10. 12. Qui quod consulares aberant, consulare munus sustinebat more maiorum.

Aliquid muneris in Remp. fungi ac sustinere. Cic. 5. Ver.

Negotia. Horat 2 epist. 1.

Totum negotium gubernare, & suis humeris sustinere. Cicero pro Milone.

Ciuitatis nomen sua authoritate sustinere. Cic. pro Flacco.

Nomen publicani. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1.

Officium. Cicer. Curioni, lib. 2. 5. Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in Rep. sustinere & possum & debeam.

Onus magnum. Cic. Calio, lib. 2. 10. Varinius ad Ciceronem lib. 9. 9. Hoc quicquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuēdum ac sustinendum puta.

Suscipere aliquod onus quod sustinere non possis. Cic. pro Roscio Amerino.

Partes salutis alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 61. Intelligóque multas partes meas salutis & suscipere & posse sustinere neque vt ita faciās rogandum esse. Tacit. lib. 3. Quia non Ædilis, aut Prætoris, aut Consulis partes sustineo.

Personam aliquam. Ci 2. de Orat. Tres personas vnus solus sustineo summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis.

Personam magistri. Sueton. de claris Grammat.

Pœnam subire ac sustinere. Cic. pro Domo tua,

Sempiternam pœnam sustinere. Cice. Post Reditum ad Quirites.

Prælia. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 11. Quòd scribis, prælia te mea causa nō sustinere, non tā id laboro, vt siqui mihi obtrectent, à te refutetur quàm intelligi cupio, quòd certe intelligitur, me à te amari.

Pugnam. Liu 3 ab Vrbe,

Se sustinere a lapsu. Cauere lapsum. Liu. lib. 1. Bell. Punic.

Omnis fermè via præceps, angusta, lubrica erat: vt neque sustinere se à lapsu possent.

Sermones hominum sustinere, pro resistere oblocutionibus hominum. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14. Abiens hominum sermones facilius sustinebis.

Seruitutem ferre & sustinere. Cic. 5. Tuscul.

Simulatio fronte & vultu sustinetur. Cice. Lentulo, lib. 1. 9. Idque non solùm fronte atque vultu, quibus simulatio facillimè sustinetur, declarant ij qui tum nostro illo statu, optimates nominabantur, sed etiam sensu sæpe iam, tabellaque docuerunt.

Sumptum sustinere. Brutus Ciceroni. lib. 11. 10. Non si Varonis thesauros haberem, sustinere sumptum possem. Vetus exemplar habet Sumptu.

Suspicionem. Plaut. Bacchid. 8.

Ille innocens, suspicionem hanc sustinet causa mea. Idem Milite, 7.

Tela sustinere, quod & inhibere dicitur. Liuius Decad. 4. lib. 1. Sustinebant tela, ne in permistos hostibus suos coniicerent.

Vultum alicuius sustinere. Liu. 3. bell. Pun.

¶ Sustinere, Alere, reficere. Liu. Milites fluuiatili pisce & herbis sustinebantur. Id est, cibabantur. Virg. 2. Georg.

-hinc patriam, parvósque nepotes Sustinet.

Sustento, sustentas, {ἀνέχομαι, βαστάζω} sustentare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 16,

-quúmque ex miseriis plurimis

Me exemerunt, quæ adhuc te carens, dum hîc fui, sustentabam.

Moles sustentata per multos annos. Lucret. lib. 5.

Aciem sustentare, Vide ACIES.

¶ Sustentare, Alere, reficere. Plaut. Stich. 10.

Valuistin' bene? P. sustentaui sedulo. Hoc est, Dedi operam vt viuerem, & corpus sustentatem. Terent. Adelph 3. 4,

- non malus,

Neque iners, alit illas: solus omnem familiam

Sustentat. Sueton. de Claris Grammat. Defuncto eo, filiíque eius schola se sustentauit.

Alere & sustentare. Cic. 1. Tuscul. Eáque ei demum naturalis est sedes, quum ad sui similem penetrauit, in quo nulla re egens alitur, & sustentabitur iisdem rebus quibus astra sustentantur & aluntur.

Casus suos alienis opibus sustentare. Cic. ad Figulum, libro 4. 13. Ipse enim pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam.

Domum & pacem sustentauit. Tacitus lib. 1.

Egestatem & luxuriam domestico farrocinio sustentare. Cicero Post red. in Senatu.

Famem sustentare. Cæsar 7. bell. Gall.

Sustentat spes inopiam. Cesar 3 bel. Ciuil.

Laborem spe otij sustentare. Salustius ad Cæsarem, de Rep. ordinanda.

Hominum mentes cogitationéque spes sustentat. Cic. pro Flac.

Sustentare aliquem suis officiis. Cic. Attico, lib. 3. 65. Terentiam vnam omnium ærumnosissimam sustentes tuis officiis.

Parsimoniam alicuius suis sumptibus sustentare. Cic. pro Cæl.

Non iuris scientia, sed eloquentia sustentari. Cic. 1. de Orat.

Subsidiis & liberalitate aliquorum sustētari. Ci. de Prouin. Cōsul.

Sustentare tenuitatem alicuius. Cic. Tironi, lib. 16. 21. Vt possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.

Sustentare ac tueri valetudinem suam. Cic Mario, lib. 7. 1. Tu modò istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta & tuere.

Valetudo sui corporis notitia & obseruatione sustentatur. Cicero 2. Offic.

Vitta alicuius sustentare. Salust. in Catilinam.

¶ Sustentare se. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia vt potes.

Me vix miserēque sustento. Cic. Attico, lib. 3. 46.

Sustentare se in furore aliquo. Cic. 4. Acad. At enim ipse sapiens sustinet se in furore ne approbet falsa pro veris, & alias quidē sæpe.

Sustentare se sua virtute. Cic. Torquato, lib. 6. 4. Tu velim te, vt debes & soles, tua virtute sustentes.

Sustentari literis, Sustentari præclara conscientia, & recreari. Ci. ad Atticum, lib. 10. 195. Præclara igitur conscientia sustentor, cùm cogito me de Rep. aut meruisse optimè quum potuerim: aut certè nunquam nisi diuinè cogitasse. Idem ad eundem, lib. 4. 79. Sic literis sustentor & recreor, maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis sedere, quàm in istorum sella curuli?

Consolatione sustentari. Cic. de Claris Orat. Ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis literis suauissimis.

¶ Sustentare aliquem, Sustinere & fouere. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 7. Fide aliquos sustentare. Cic. pro Rab. Posth.

¶ Sustentare, pro Differre. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 8. Ædificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat.

¶ Sustentare malum, Perferre. Liu. 2. ab Vrbe,

Quum sustentare vix posses mœrorem tuum, doloréque decessionis. Cic. in Pisonem.

¶ Sustentatum est, Impersonale. Cæsar 2. bell. Gall. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægrè eo die sustentatum est. De Bibracte Rhemorum oppido loquitur.

Sustentatio, Verbale {ἀνοχή} Ipse sustentandi actus.

Mora & sustentatio. Cic. 2. de Inuent. Deinde ex lege, verum statim fieri necesse, verum habeat aliquam moram & sustentationem.

Sustollo, sustollis, sustuli, pen. corr. sublatum, pen. prod. {αἴρω τὸν, αἴρω, ὑψόω} sustollere, Sursum leuare. Virgil. 2. Æneid.

Sustulit exuras vinclis ad sydera palmas. Plaut. Cistel. 2. Amiculum hoc sustolle saltem.

Sustollere in equum. Cic. pro Deiotaro.

Sustollere onus rerum aduersarum rigida cervice. Sene. epist. 72.

Sustollere virginem, Rapere. Plaut. Cistel. 7.

Sustollens, Particip. {αἴρων τὸν} Catul. Argon. 59.

Dulcia nec mœsto sustollens signa parenti.

Sublatus, Aliud participium. Vide TOLLO.

Sublatè, Aduerb. {ὑπερηφάνως} Cic. de Claris Orat. Quoniam ergo oratorum bonorum duo genera sunt, vnum attenuate presséque: alterum sublatè amplèque dicentium.

Sublatè de se dicere, Magnificè de se prædicare. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Nihil enim vnquam de me dixi sublatius.

Sustuli præterea, Vide SVFFERO, SVSTOLLO, TOLLO.

Sursum, & susus, pro sursum. Antiquum. Varr. Cliuus proximus à Flora, susus versus. Cato cap. 153. Ita subducito susum animā, quam plurimum poteris. Monuit Turneb.

Susurrus, susurri, masc. ge. {ψιθυρισμός, μορμυρισμός} Paruum & summissum murmur: proprie autem arborum & frondium dicitur. Cice. 5. Tuscul. Leuiculus sanè nostet Demosthenes, qui illo susurro se delectari dicebat, aquam ferentis mulierculæ. Horat. 2. Serm. saty. 8,

-tum in lecto quoque videres

Stridere secreta diuisos aure susuros. Iuuen. Saty. 4.

-tenui

- tenui iugulos aperire susurro.

Blandos audire susurros. Propert lib. 1. eleg. 11.

Humiles susurri, Murmura tacitè precantium. Persius Sat. 2.

Leues susurri. Horat. 1. Carm. ode 9.

Leuis susurrus. Virg. eclog. 1.

Occultus susurrus. Claud. 1. in Eutropium.

Tacito susurro mala vota concipere. Lucan. lib. 5. Id est, occultis precibus.

Susurrus, Adiect. {ψιθυρος} Ouid. 7. Metamorph.

Procrin adit, lingnáque refert audita susurra. Non desunt qui putent substantiuum esse à Susurrum, susurri, n. g.

Susurro, susuras, susurrare: vel Susurror, susurraris {ψιθυρίζω, τονθορύζω, ὑποψιθυρίζω} susurrari, Furtim & summissa voce loqui. Terent. And. 4. 5.

Iam susurrari audio, ciuem Atticam esse hanc. Mart. lib. 2.

Aure susurrare, In aurem. Ouid 3. Metam.

Cum aliquo susurrare. Ouid. epist. 18.

Fama susurrat. Ouid ep. st. 20.

Susurratio, Verbale, {ψιθυρισμός} Cælius ad Ciceronem, lib 8. 1, Quod ad Cæsarem attiner, crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes duntaxat veniunt. Sunt qui legant susurratores.

Susurro, susurronis, masc. g. {ψιθυριστής} Qui occultè malè dicendo, odium in aliquem aut dissensionem molitur.

Sutrates, dicuntur quasi continuè suentes, vel stantes in sutrina. Plau. Auiul. 15,

Sedentarij. sutrates, diabathrarij.

Sutela, sutelæ, pen. prod. {δολοπλοκία} Dolosa astutia, à similitudine suentium dicta, authore Festo. Plaut. Capt 12,

Atque ob sutelas tuas te morti misero,

Vel te interiisse, vel periisse prædicent. Fulgentius verò sutelam dici putat, quasi subtilem telam, afféretque exemplū ex Plauti Casina,

Possis, nec ne, clam me sutelis tuis

Prætripere Casinam vxorem, proinde vt postulas?

Suterna, suternæ, {ὑφάς} Sutura, siue opus sutorium: Varro, Quod sutrinas facere tuscius nihil homo agis. Alij Sutrinas legunt. Vide NONIVM.

Sutilis, & Sutor. Vide SVO, suis.

SVTRIVM, Oppidum vetustissimum XXIIII. mil. pass. ab vrbe distans, quod adhuc nomen suum retinet.

Sutrium ire. Vide Festum, & Antonium Augustinum.

Sutrius Adiect. vt Sutria tecta. Silius lib. 8.

Sutura, Vide SVO, suis.

Suus, sua, suum {ἴδιος, ὀφέτερος} Pronomen reciprocum. Vide SVI. Plaut.

Mere 3, -mihi

Talentum argenti ipse adnumerat sua manu. Teren. Phom. 2. 4,

Suus cuique mos. Cic. ad Atticum, lib. 14 18. Suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum.

Suis eum certis, propriisque crimmibus accusabo. Cice ro 3. Vertin.

Suum sibi, ratione loquendi prisca valet suum proprium. Plaut.

Sed is quo pacto seruiat suo sibi patri, Et iteium,

Sed inscientes sua sibi fallacia. Sic, Hunc sibi iugulo gladio, est Suo proprio gladio iugulo. Turnebus.

Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatē suam violare conantem. Cic. 2. de Nat deor. 81.

¶ Suus, pro Eius. Cice. ad Atticum, libr. 3. 65. Lege enim collegij sui non tenebantur. Eidem, lib. 6. 113. Non destiti rogare & petere mea causa, suadere & hortari sua Eidem. lib. 10 293, induxi illi quidem suus pater semper. Hæc probat Budæus, refragāte Valla & contendente vbique legendum EIVS.

¶ Suus proprius, Vide PROPRIVS.

Suæ ætatis homo id est maior viginti quinque annis. Modestinus in l. Ex duobus. D. de negot gest Ex duobus fratribus, vno quidem suæ ætatis, alio verò minore annis.

¶ Suus heres, & Suum seruare, id est, proprium. Non solùm est peculiaris iurisconsultorum locutio, sed etiam Oratorum. Cicero pro Rosc. Amer. Sua quenque fraus, & suus terror maximè vexat, suum quenque scelus agitat, suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent. Idem de Arusp. rep. Sua concio tisti hominem. Et 1. Offic. Expendere oportebit quid quisque habeat sui, &c. Id enim maximè decet, quod est cuiúsque suum maximé Hæc quum Laurentius, aut certè eorū similia probet, tamen illud improbat, Suus Ciceronis filius hæres est patris institutus: quod dici ratio vetat, vt ipse affirmat. Quod si est verum, Plautus in Mercatore mendosè illam sententiam formauit,

Iuber saluere suus vir vxorem suam, vrbani fiunt rustici. Plin. Musso constant suæ dotes, Id est, peculiares. Hæc Budæus.

Eiicere è ciuitate ciues suos. Cic. pro Sestio,

Vti populo sanè suo. Cic. pro Quintio.

Recuperare captiuos redditis suis. Cic. 3 de Orat.

Qui profiterur esse suum facere aliquid. Cic. 2. de Orat.

De suo, Vide DE.

Apponere de suo, Vide APPONO.

Peruenire ad suum. Cic. pro Quint.

Tenere suum. Cic. ad Attic. 6.

¶ Suus in disputando. Cic. 4. de Finib. Id est, non vtitur alienis inuentis argumentorum, Budæus.

Sua sponte, {ἑκουσίως} Cæsar 2. bell. Ciuil. Hoc inito consilio denuntiauisse Gallonio, vt sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet.

Sua vnius. Liuius 2. ab Vrbe, Gratæ in vulgus leges fuere, quas quum solus pertulisset, vt sua vnius in his gratia esset.

Suapte, pro Propria, Plaut. Merc. 24,

Suapte culpa ex genere capiunt genus.

Suopte ingenio. Liu 1. ab Vrbe, Plin. lib 7. cap. 40. Et suopte ingenio qui'que terminet.

Suopte nutu. Cic. 1. Tusc. Vt terrena & humida suopte nutu & suo

pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

Suusmet. Salust. in Iugurtha, Necesse est suomet ipsi more præcipites eant. Plin. lib. 10. cap. 59 ad finem, Hunc suamet vi.

Susin-tipse Plin. lib. 17. Cornelius Eques Romanus Atestæ genitus inseruit castaneam suometipsam sui culo in Neapolitano agro.

S Y

SYAGRA, græ, {συάγρα} regio Ciliciæ prope Adum & Laërten à suum venatione (vtex nominis compositione apparet) appellata.

SYAGRON, {σύαγρον} Extremum Arabiæ fœlicis promontorium ad mare rubrum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23. & 28. & Ptolemæus Tabula Asiæ sexta.

SYAGROS, {συάγρος} Canis nomen apud Sophoclem, à suum venatione impositum. Græcis item Syagros, aprum, seu suem sylvestrem significat.

SYBARIS, pen. correp. {σύβαρις} fuit oppidum antiquissimum XII. millibus passuum ab vrbe distans. Quin & aliud teste Herodoto lib 5. quod à Crotone non longè abest, & eodem nomine fluuius Calabriæ, à cuius potu greges amouentium si de eius aqua biberint, sternutamentis agitantur. Author Strabo li. 6 Oppidum ait Stephanus postea Thurion fuisse appellatum. Vnde Sybaritæ, pennul. prod. dicti, gens in architectura voluptatum operosissima, Suida teste, luxu deliciisque adeò notabilis, vt quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atque ait briosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur. Vnde Ouid. in libro Tristium secundo, scribens ad Augustum, Sybaritida vocat opus Hemitheonis cuiusdam Cynedi Sybaritæ, de generibus voluptatum & obscœnarum deliciarum. Aristoteles li. Moralium Eudemiorum primo, Smyndiriden quoque Sybaritam comparem Sardanapalo inter voluptuarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas scribit. Idem refert Sybaritas instituisse vt equi ad tibiæ cantum saltare condiscerent. Et luxuriosos Sybaritas appellatos & Sybaritizare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere dictum. Astipulatur & Quint. lib. 3. cap. 9.

Sybaritanus, penultima producta, Adiectiuum, {συβαρίτης} Plinius lib 8. cap. 42. Docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitarus, ad symphoniæ cātum saltatione quadam mouerī solitus inueniatur.

¶ Sybaritana præda Varroni apud Nonium est lauta & elegans, quam conuenire Tarentinis dicit. Sic enim scribit, Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes, craterææ, anancea, populo nobilium Tarentinarum.

Sybarica vocant Græci omnia impendij maioris. Sybariticam mensam Zenobius glisceā intelligit &, vt Plautus inquit, ritu barbarico opiparam. Cæsius Rhodig lib. 7. Lection. antiq. cap. 9.

Sybaritis, dis, {συβαρῖτις} patronymicum fœmininum à Sybaritis populis formatum: Ouid. de Trist. ad Augustum.

Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit.

Quo in loco Sybaritida vocat Ouidius opus Hemitheonis cuiusdam cinœdi, De generibus voluptatum, & obscœnarum deliciarum.

SYBARVS, nomen fontis in Eubœa à quo Sybaris Italus nomen accepisse commemoratur à Strabone lib 8.

SYBOTA, orum: sunt insulæ perexiguæ paulisper ab continenti terra disiunctæ ad orientale promontorii Corcyræ Leucimmansitæ. Strabo lib. 7.

SYCAMINON, {συκάμινον} oppidum fuit in ora Phœnices, cuius suæ ætate nihil præter memoriam exstitisse authores sunt Plin. lib. 5. cap. 19. & Strabo lib. 16. Sycaminon item Græci Morum appellant, arborémque ipsam Sycamineam, συκαμινέαν.

Sycaminon, Morus Ægyptia: qua vti solent in aggeribus Nili, per quos incrementa eius dispensantur, & coercentur: Vlpianus, in tit. de extraordinar. criminib. lib. 10. Siquis (inquit) arborem Sycaminonem exciderit; nā & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quod hæ arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur.

SYCAS, ædis, {συκάς} insula est Asiæ adiacens non procul ab Epheso cuius meminit Plin. lib. 5. cap 31.

Sycen. alio nomine Peplos, & Meconion aphrodes, ex vna radice tenui fructificat, foliis rutę paulò latioribus, semine sub foliis rotūdo, minore, quàm candidi papaueris. Plin. lib. 27. cap. 12.

SYCHAEVS, in SICHAEVS.

Sycites, {συκίτης} gemma à fici colore dicta, de qua Plin. lib. 37. cap. 11. Est item Sycites vini factitij genus, ex fico, quod alij palmipetrum, alij Catorchiten appellant, singulis modiis in aquæ congius tribus macerandis, vt docet idem Plin. lib. 14. cap. 16.

Sycon, neu. ge. {σῦκον} Latinè ficus dicitur. Martial. lib. 5. epigr. 39. in Callodorum.

Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέλανα.

Sycomorus, penult. cor. fœm. gen. {συκόμορος} Arborā ficu & moro sic dictā: σῦκον enim ficus, μόρον arbor est quam & Latini morum appellant. De hac sic Ruellius, Ficum Ægyptiam Theophrastus Ægyptiam moron, Celsus morosycon appellat, Dioscorides; Galenus, & Theophrasto posteriores, indito à fico & moro nomine, sycomorum appellarunt. Dioscoridi arbor est amplissima, ficus similitudine, largo succo, foliis moro quamproximis. Fructus ex argumento gustus ignaui cognomines, ternos aut quaternos anno fundit eósque non ramis vt ficus: sed caudice ipso gerit, similes caprificis, dulciorésque grossulis, hoc est primitiuis in fico pomis, sine granis interioribus. Nec maturescunt alter quàm scalpēdo ferreis vnguibus, magno prouentu eorum in Cattia & Rhodo, locisque prorsus parum tritici feracibus populis in annona caritate penuria pro pane frumētóque fati. faciunt: tam refertilis pomi eius vbertas & copia est. Pomum ventri quidem amicum, sed minimam præber alimoniam. Et post paulum, tradit Vlpianus hanc arborem in Niloticis aggeribus esse frequentem, grauitérque in eos animaduerti, qui sycomorum excidérunt. Potentia etiam inter morum & ficum media, quod & illi nomen apud Galenum Sycomori peperit.

Sycophanta, sycophantæ, m.g. { συκοφάντης } Obseruator & delator eius qui ficos furto sustulisset. παρὰ τὸ σῦκα φαίνειν, Id est, ab indicãdo eum qui ficos ederat.

Sycophanta, pro *Mędace*, cauillatore, siue doloso punitur. Quod hunc originem habuit. E duobus seruis Græci cuiusdã viri alter ficus quæ domi paratæ erant, absumpserat: alter, quis eas abstulisset, ignorabat. Quærenti eas domino suos innocentem accusabat. Herus vt veritatem exploraret, haurire vtrunque subrepidam aquam iussit, deinde euomere. Tunc primùm sycophãtæ ortum vocabulum eo ita appellato, qui ficos deuorauerat, culpámque in innocentem cauillando, ac mentiendo reiecerat. Festus, Sycophantas appellatos hac de causa dicunt, Atticos quosdam iuuenes solitos aiunt in hortos irrumpere ficósque deligere: quam ob causam lege est constitutum, vt qui id fecisset, capite truncaretur: quam pœnam qui persequerentur ob parualia detrimenta, sycophantas appellatos. Plaut. Amphit. 6.

Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.

Pergraphicus sycophanta, Vide PERGRAPHICVS.

Sycophantia, sycophantiæ, penult. corr. { συκοφαντία } Calumnia, delatio, falsa accusatio. Significat & Fallaciam. Plaut. Asin. 11, Idé Mihi te, Nam ego inueni lepidè sycophantiam.

Sycophantias struere, Machinari. Plaut. Asin. 3.

Sycophantor, sycophantaris, { συκοφαντέω } sycophantari, Falsò accusare. Plaut. Trinum. 11,

Quanquam hoc mę ætatis sycophantari pudet. Ibidem, 13.

Sycophantisso, sycophantissas. { συκοφαντίζω } sycophantissare, Idem.

Sycophantiosè, { συκοφαντικῶς } Aduerbium antiquum, pro Dolosè. Plaut. Pręud. 10,

Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec malefícè.

Sycosis est vbi intrà palpebras fucrescit quippiam caruncułæ imagine, ac protuberans, consequitur & oculi totius difficilior motus. Cælius Rhodig. lib. 7. Lection. antiq. cap. 20.

SYCORIS, Vide SICORIS.

SYCVSSA, { συκοῦσσα } insula est in mari Ægeo, ante Ephesum, de qua Plinius lib 31. cap. 5.

SYDERIS { σύδηρις } Fluuius est in finibus Caspiorum & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amisso Hyrcanum incipit appellari. Plinius lib. 6. cap. 16.

SYDIMA vrbs in montanis Lyciorum apud Plinium lib 5. cap. 27.

Sydus, syderis, penult. corr. neut. gen. { ἄστρον } Quod in aliquod signum complurium stellarum compositione formatum est: vt Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcunque varia gen̄a formarum feruntur in cælum recepta. Author Macrobius in Somnium Scipionis lib. 1. cap. 14. Vide Plinium lib. 2. cap. 18. Virg. 1. Geo. g. 7. Anue notum tardis sydus te mensibus addas.

Sydera, inquit Varro, quòd quasi insidunt, atque ita significant aliquid in terris peruerendo, aliáue quare, vt signum candens in pecore. Notum autem est è Marone solitos esse veteres signa suo pecori inurere,

Continuóque notas, & nomina gentis inurunt. Hanc lectionem Varronis restituit Turnebus, quæ alioqui in editis hodiéque mendosa legitur.

Crinis timendi syderis. Lucan. lib. 1.

Regina syderum Luna. Horat. in Carm. secul.

Abrupium sydus, Vide ABRVPTVS.

Amicum sydus. Horat. Epod. 10.

Clarum sydus Tyndaridæ. Horat. 4. Carm. ode 8.

Clemens sydus. Claud. in Epithal. Palladij 46.

Decretorium sydus, Vide DECRETVM.

Feruidum sydus, Canicula. Horat. Epod. 1.

Insana syderа Capræ, Tempestuosa. Horat. 3. Carm. ode 7.

Lætabile sydus. Valer. 6. Argon.

Lugubre refulsit sydus. Valer. 8. Argon.

Nuuosum sydus Pliadum. Stat. 1. Sylu. 3.

Publica sydera, Quæ omnes aspicere possunt. Ouid. epist. 17.

Sublime sydus Arctos. Senec. Herc. fur. 1. 2.

¶ Sydera, pro stellis. Cic. 1. Tusc. Nocturnámque cæli formam vndique syderibus ornatam.

Meatus syderum, Vide MEO.

¶ Alta sydera. Virg. 3. Æneid.

¶ Aurea sydera. Virg. 1. Æneid.

Candida sydera. Lucret. lib. 5.

Conuexa sydera, Vide CONVEHO.

Lucida sydera. Horat. 1. Carm. ode 3.

Micantia sydera. Catull. in Epithal. Mallij, 56.

Palantia sydera. Lucret lib. 2.

Radiantia sydera. Ouid. 7. Metamor.

Sparsa mundo sydera. Senec. Hippol. 9.

Surgentia sydera. Virg. 6. Æneid.

Vaga sydera. Senec. Octau. 1.

Volantia sydera. Virg. 5. Æneid.

¶ Adire vique ad sydera, Vide ADEO.

Non apparet sydus amicum nocte atra. Horat Epod. 16.

Crinem ducunt volantia sydera. Virg. 5. Æneid.

Clamor ferit sydera. Virg. 2. Æneid.

Ferire sydera vertice, Contingere cælum vertice. Horat. 1. Carm. ode, 1.

Ferre ad sydera nomen alicuius, Summis laudibus celebrare, Virgil. 9. eclog.

Pallent sydera turbata vicino die. Stat. 12. Thebaid.

Conuexa polus dum sydera pascet. Virg. 1. Æneid.

Cadentia sydera suadent somnos. Virg 2. Æneid.

Tangere sydera vertice, Id est fœlicissimum esse. Ouid. 7. Metam.

- quo coniuge fœlix

Et dis chara ferar, & sydera vertice tangam.

Latitantia sydera tegunt nubes. Ouid. 10. Metamorph.

Refixa cælo sydera transferunt. Virgil. 5. Æneid. *Stellæ cadentes* vulgus appellat.

Voluuntur sydera lapsu. Virg 4. Æneid.

¶ Sydus pro Sole & Luna. Plin. lib. 7. ca. 60. Inclinato sydere supremam pronuntiauit. Idem lib. 8. cap. 1. Atque ita salutato sydere in syluas reuerti.

Masculum sydus, Sol. Plin. lib. 2. cap. 100.

Fœmineum ac molle sydus, Luna. Plin. lib. 2. cap. 101.

Torrentia agros sydera. Horat. 3. Carm. ode 1.

Clarior sydere. Horat. 3. Carm. ode 1.

Pulchrior sydere. Horat. 3. Carm. ode 9.

Æthereum sydus. Ouid 1. Metamorph.

Sydus cauũ. Elephãtos Solinus ait delectari noua luna, tristes esse cornuto & cauo sydere. Cauum autẽ sydus luna est corniculata & eõtraria rectæ, quæ diuidua est, & vtrinque gibbosæ, quæ ἀμφίκυρτος vocatur. Nam hæc vtrinque tumida & extuberans est, etsi nondum plena: ista recto segmento diuidua, illa in sinum falcata. Sic & ab Aristotele lib. 2. de cælo vocatur.

¶ Sydera, pro Planetis. Plin. lib. 2. cap 6. Inter hanc terram, cælùmque eodem spiritu pendẽt certis diuersa spatiis septem sydera, quæ ab incessu vocamus errantia, quum errent nulla minus illis.

Æmulum sydus. Vide AEMVLOR.

Salubre sydus Veneris. Lucan. lib. 1.

Hebet sydus Veneris. Lucan. lib. 1.

¶ Affixa mundo sydera, Vide AFFIGO.

Afflari sydere, Vide AFFLO.

Attributa sydera singulis nobis, Vide ATTRIBVO.

Dextro sydere editus. Stat. 3 Sylu. 4.

Percuti sydere, Vide PERCVTIO.

¶ Gẽtis suæ sydus, Decus & ornamentũ. Oui. 4. de Ponto, eleg. 3.

¶ Sydus pro plaga & inclinatione mundi. Plin. Sub eodem sydere pars tota mundi vergens in Caspium mare pernatigata est.

¶ Sydus pro tempestate. Virg. lib. 1. Georg.

Præterea tam sunt Arcturi sydera nobis

Hædorúmque dies seruandi, &c. Vbi Seruius, Arcturi, inquit, ortus & occasus tempestates grauissimas facit: vnde sydera, id est tempestates, vt lib. 11. Æneid. -scit triste Mineruæ

Sydus, & Euboicæ cautes. Hæc ille.

Sydus confici, & confectum. Sydera quædam tempestatem inferunt, quæ tum confici dicuntur & confecta esse cùm ea tempestas fæuit. Plinius, Cum tempestatibus confici sydus intelligimus. Oppius de bel. Africo, Nanque Vergiliarum signo confecto circiter vigilia secunda noctis nimbus cum saxorum grandine subitò est exortus ingens. Quod etiam de quacunque aëris mutatione, rerúmque affectu vi cæli & influxu liquido eueniente vsurpatur. Plin. lib. 18. Quamobrem eas manibus agricolarum ingessit, vertísque iussit ipsa die folia, vt esset confecti syderis signum. Turnebus.

¶ Sydus, Morbi genus, quod & Syderatio dicitur. Martial. lib. 11. Sydere percussa eit subitò tibi Zoile lingua. Hoc est, vsum linguæ amisisti.

Sidus, qui per i Latinum scribunt, à Sido, sidis, sidere deriuant: quàm rectè, ipsi viderint: nam Sidere non significat fixum manere: vt vides paulo antè in SIDO. Alij malunt y Græco scribi: ἀπὸ τοῦ σὺν quòd est simul, & εἴδω, videre deriuantes, quòd plures stellæ simul conspiciantur. Alij ab συνιδεῖν, quod est commeo, & conuenio, vt sit plurium stellarum conuentus.

Sydereus Adiect. { ἀστερῶδες } Quod ex sydere est, vt Splendor sydereus. Virg. 10. Æneid.

Sydeream in sedem. Id est in astriferum circulum.

Æstus sydereus, Calor solis. Ouid. 6. Metamorph.

Arx syderea, Cælum. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.

Canis sydereus, Canicula. Ouid. 4. Fast.

Cælum sydereum. Ouid. 10. Metamorph.

Ignes syderei. Ouid. 1. Metam.

Lux syderea. Ouid. 4. Metam.

Polus sydereus. Valer. 4. Argon.

Vultus syderei. Stat. 2. Achill.

¶ Sydereus, Altus. Martial. lib. 1.

Hic vbi sydereus propius videt astra colossus.

Sydereus, Fulgens. Virg. 3. Æneid. -nec lucidus æthra

Syderea polus.

Artus syderei. Stat. 1. Sylu. 1.

Aues sydereæ Iunonis. Claud. 2. in Eutrop.

Syderalis, & hoc syderale, pen. prod. { ἀστερικὸς } Quod ad sydus pertinet. Plin. 18. cap. 24. Prius tamen syderalis difficultas subiicienda cõtemplationi est. Idem libro 7. cap. 49.

Syderor, penul. corr. syderaris { ἀστροβολίζομαι } syderari, Sydere afflari. Plin. lib. 9. cap. 16. Fluuiatilium silurus Caniculæ exortu syderatur, & aliàs fulgure sopitur, id est, obtorpescit.

Syderatus, pen. prod. Participium { ἀστρόβλητος } Qui syderatione morbo affectus est. Plin. lib. 28. cap. 16. Syderatis vrina pulli asinini, nardo admisto, perunctione prodesse dicitur.

Syderatio, syderationis, f.g. { ἀστροβολία, ἀστροβόλημα } Morbus est arborum afflatarum sydere, quocunque modo id acciderit. Plin. lib. 17. ca. 24. Syderatio tota cælo constat. Quapropter & grando in iis causis intelligi debet, & carbunculario, quod prũinarũ iniuria euenit. Hæc enim verno tempore inuitatis & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Budæus.

Syderatio, Græcè dicitur astrobolismos, quasi syderis percussio, quã sphacelismon quidam appellant, vt ait Theop. li. 5. De causis. qui syderatas arbores astrobletas appellat, quasi sydere percussas. Bud.

¶ Syderatio, Morbi genus, partem aliquam corporis, sæpe penè totum corpus percutientis subito, atque exiccantis, & plerunque hominem enecantis: quod quum repentino quodam eueniat impetu, è cælo vi quadam syderis prouenire putatur.

¶ Sydera

¶ Syderatio, Constellatio, siue syderum in genitura coaptatio, quippiam innuens euenturum. Iul Firmic. lib. 4. cap. 13. in fine, Hæc tamen omnia, licèt à malo signata fuerint talis syderationis influxu, beneuolarum stellarum vtplurimum testimoniis minuuntur, ita vt non omnia tam minaci radiatione contingant. Idem lib. 6. cap 5. Maximos sanè ex tali syderatione pollicebũtur homines. Id est, tali syderum coniunctione.

SYBDRA, Ἀστακίδης, oppidum est Iscatiæ, quæ est Asiæ regio media inter Ciliciam & Pamphiliam: Stephanus.

SYENE, pen. prod. { συήνη } vrbs in confinibus Æthiopiæ atque Ægipti supra Alexandriam versus meridiem quinque milibus stadiorum sub tropico Cancri directè locata. Vnde sole existente in Cancro medio solstitij die supra verticem ciuitatis, nullam prorsus in ea vmbram iaci, ait Plin. lib. 2. cap. 72. Lucan. lib. 2,

-vmbras nusquam flectente Syene.

Atra Syene. Claud. de Nilo, 6.

Calida Syene. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

Eoa Syene. Stat 2. Sylu. 2.

SYGAROS, { σύγαρος } Insula est in sinu Arabico in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati circa littora errantes moriuntur. Plinius lib. 6. cap 28.

SYLA, per simplex l, { σύλα } mons Lucaniæ, & sylua in illo. Sic dicta quasi σύεια, id est, tracta, hoc est, latronibus frequentata: Saluſt. de fugitiuis, In sylua Syla fuerunt. Virg 12. Æneid.

Ac velut ingenti Sylа.

SYLARIS, fluuius Picenum à Campania disterminans: Strabo lib. 5. extremo, Picentes autem vsque Sylarin peruenunt flumen, qui ab hoc agro veterem separat Cãpaniam. Cui quidem fluuio proprium illud inesse traditur, vt in eius aquas demissa virgulta in lapidem rigentur, forma tamen coloréque seruato.

SYLLA { σύλλας } Nobilis Romanus, teste Saluſtio, qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit: in adolescentia, omnibus flagitiis inquinaram vitam egit, hoc est vsque ad Quæſturam: quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutauit & (vt dixit Valerius Maximus) catenas luguriæ manibus iniecit, &c. Fuit que literis Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, multarum rerum & pecuniæ maximæ largitor, animo grandi: sita vt dicat Saluſtius, dubitari potuisse, fortior an fœlicior esset. Nam fœlix eo dici voluit, quòd inimicos Marianos fœliciter vltus est. Dictator deinde effectus ita Remp. oppressit, vt teste Cicerone in Verrem, nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset. Postremò Rep. constituta Dictaturam deposuit, & priuatus Puteolis dicitur morbo pediculari correptus interiisse. Vide Plutarchum.

Homo à populi causa remotissimus L. Sylla. Cic. pro Cluent.

Municipiis ciuitatem ademit L. Sylla: Cic. pro Domo sua.

Magister scelerum Sylla. Lucan. lib. 1.

Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla Dictatore vendente. Cicero pro Quintio,

Syllanus, pen. prod. Adiect. { συλλανὸς } Cic. 3. de Lege agran. Qui nos Syllanos in inuidiam rapit?

Cadauera Syllana. Lucan. lib. 2.

Ferrum Syllanum. Lucan. lib. 1.

Manes Syllani. Lucan. lib. 1.

Syllaturio, syllaturis, pen. cor. syllaturire, Syllam imitari. Cic. Attico, lib. 9. 18, Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit, ita Syllaturiit animus eius, & proscripturit diu. Vide PROSCRIBO.

¶ Alius fuit Faustus Sylla, cuius meminit Seneca Octau. 8,

Perage imperata, mitte qui Plauti mihi

Syllæque cæsi referat abscissum caput. Verba sunt Neronis.

Syllaba, syllabæ, pen. corr. { συλλαβὴ } Comprehensio literarum vel vnius vocalis enuntiatio, temporum capax. Vide Grammaticos.

Claræ syllabæ, Vide CLARVS.

Cadunt verba in syllabas, Vide CADO.

Legúleius anceps syllabarum. Cic. 1. de Orat.

Coeuntes inter se syllabæ. Quint. lib. 1. cap. 1.

Peccare in syllaba. Cic. in Parad.

Clausulam longa terminare syllaba. Cic. 3. de Orat.

Syllabæ, pro versibus hendecasyllabis. Martial. lib. 1. epigr. 29. ad Licinianum.

Verona docti syllabas amat vatis:

Matrone fœlix Mantua est. Doctum vatem appellat Catullum.

Syllabatim, pen. prod. Aduerb. { κατὰ συλλαβάς } Per singulas syllabas. Cic. Attico, lib. 13. 28. At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιόδους persequi soler, sed Spintharo syllabatim.

Dicere syllabatim. Cicero 4. Acad. Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

Syllepsis, huius syllepsis, f.g. { σύλληψις } Dici potest conceptio: ab σὺν con, λῆψις acceptio: quiæ fit quum pluralis dictio singulari verbo copulatur. Virg. 1. Æneid.

-sociis & rege recepto. Aut singularis plurali verbo connectitur, vt Virgil. eclog. 1,

-sunt nobis mitia poma,

Castaneæ moles, & pressi copia lactis. Aut quum pro multis vnus ponitur, vt Virg. 2. Æneid.

-armato milite complent. Item pro vno multi. Virg. 9. Æn.

Vos ô Calliope præcor aspirate canenti.

Syllepsis, Pars maior autores sunt. Liu. 10. bell. Pun. Magna pars saucij. Ibidem.

Syllogismus, syllogismi, m. g. { συλλογισμὸς } Computatio, pensatio, ab σὺν & λέγομαι, quod est computo, concludo: vel ab λογίζομαι ratiocinor. Ratiocinatiũ vel collectiũm vertit Quint. Idem lib. 3. ca. 7. In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit.

Syllogismi circunscripti, & effecti. Plinius iun. lib. 2. epistol. 3. ad Nepotem. Circunscripti, id est breues. Effecti, id est elaborati, & arte perfecti.

SYLOSON, pen. cor. { συλοσῶν } Polycratis Samiorum tyranni frater. Is quum Dario Hystaspis filio vestem quam ferebat, aliquando largitus esset: nam ille quum nondum rex esset, eam magnopere concupiuerat: quum verò regnaret, dono Sylosonti tyrannidem dedit, qui acerbè imperauit. Quare vrbs hominibus viduata est. Vnde dictum est prouerbium, ἤκιστα συλοσῶντος ἄρχεσθαι. Id est, Sylosontis locus amplus est. Strabo lib. Geographiæ 14.

Sylua, { ὕλη, ἄλσος } Generale nomen est, propriè arborum, & quæ ea sua est, hoc est quę habetur in eũ vsum, vt ex ea cędatur materia. Seruius, Quam Græci ὕλην vocant, poëtæ nominant syluam, id est, elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur. Virg 2. Æneid.

-sylua alta Iouis, lucúsque Dianæ.

Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Cic. 3. de Orat.

Brachia syluarum, Rami. Stat. 1. Thebaid.

Comæ syluarum, Frondes. Stat. 3. Sylu. 3.

Filia syluæ pinus. Horat. 1. Carm. ode 14.

Gloria syluarum pinus. Stat. 5. Sylu. 1.

¶ Agrestis. Ouid. 7. Metam.

Alta. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.

Antiqua. Virg. 6. Æneid.

Ardua. Ouid. 1. Fast.

Arens. Virg. 12. Æneid.

Barbarica, Vide BARBARVS.

Cædua, Vide CAEDO.

Comata. Catul. de phaselo, 4.

Conseminea, Vide CONSEMINEVS.

Densissima Virg. 2. Georg.

Formidulosis syluis latent feræ. Horat. Epod. 5.

Frequens trabibus syluа. Ouid. 8. Metam.

Frondiferæ. Lucret. lib. 1.

Glandaria, Vide Glandarius, in GLANS.

Immensa. Virg. 6. Æneid.

Incidua syluа. Stat. 6. Thebaid.

Incidua syluа per multos annos. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Ingentes syluæ. Lucret. lib. 5.

Iugosæ syluæ. Ouid. epist. 4.

Magna. Virgil. 3. Georg.

Nemorosæ. Ouid. 10. Metamor.

Nigræ. Horat. 1. Carm. ode 21.

Opacæ. Ouid. 6. Metamorph.

Palaris syluа. Vide palaris in PALVS, palis.

Pascua syluа est, quæ pascuis pecudum destinata est. Paul. in f. Sylua. D. de verbor. significe.

Pineæ. Virgil. 9. Æneid.

Procerae. Ouid. epist. 15.

Profundæ. Lucret. lib. 5.

Rudes. Hoc est, materia nondum cæsa, nec dolata. Claud. 3. de raptu Proserp.

Rusticæ. Ouid. epist. 4.

Salubres. Horat. 1. epist. 4.

Secretæ. Ouid. 7. Metamorph.

Steriles. Virg. 2. Georg.

Vernantes. Senec. Herc. Oet. 4.

Vetustæ. Ouid. 6. Metamorph.

Virentes. Catul. in Cat. fœc. 32.

Viridicatæ. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17.

Virides. Ouid. 3. Metamorph.

Vmbrosæ. Ouid. 1. Meramorph.

¶ Mane me in syluam abstrusi densam & asperam, non exeo indè ante vesperam. Cic. Attico, lib. 12. 24. Vide ABSTRVDO.

Ambire syluas plagis. Ouid. 2. Metamorph.

Aucta syluа sororibus. Ouid. 2. Metamorph.

Canit syluа auibus, Lucret. lib. 1. Vide AVIS.

Cædere syluas, Vide CAEDO.

Viridem syluam ab humo conuellere. Virg. 3. Æneid.

Ducere syluas. Quintil. lib. 2. cap. 1. De Orpheo.

Honorem syltis dedutere. Virgil. 2. Georg.

Eruere syluas. Virg. 4. Georg.

Excidere syluas. Lucret. lib. 5.

Ardor flammeus exederat syluas. Lucret. lib. 5.

Alta syluа ministrat tedas. Virg. 2. Georg.

Obscura nutat syluа. Seneca Thyeste, 8.

Nudata cacumina syluæ. Ouid. 1. Metam.

Incultæ pacantur vomere syluæ, Dominantur aratro, Fiunt nouales. Horat. 1. epist. 2.

Reboant syluæ. Virg. 3. Georg.

Rorat syltas afinis. Stat. 4. Sylu. 3.

Vetus syluа nulla securi violata. Ouid. 3. Metam.

¶ Sylua, de herbis aliquando dicitur. Virg. lib. 3. Geor.

-subitæ asperа syluа,

Lapæque, tribulique. Seruius.

¶ Sylua de vitibus. Virg 2. Georg.

Syluarúm que aliæ pressos propaginis arcus Expectant.

¶ Horrida syluа ficæ comæ. Iuuenalis Saty. 9. -horrida ficæ

Syluа comæ, nullus tota nitor in cute.

¶ Sylua aliquando dicitur quod extempore fcribitur velocissimè: estque veluti prima materia. Quintilianus libro 10. capite 3. Cicero 3. de Oratore. Primum syluа rerum ac sententiarum comparanda est, quæ de parte dixit Antonius. Hoc est maxima congeries & vbertas.

Sylua dicendi. Cicero in Oratò. Platonis & aliorum philosophorum disputationibus & exagitatus maximè orator est, & adiutus: Omnis enim vbertas, & quasi sylua dicendi, ducta ab illis est. Id est omnis copia & dicendi materia. Nihil est enim de quo philosophi non loquantur, quum res omnes diuinas atque humanas sibi tractandas sumant.

Sylulula, pen.corr: Diminutiuum {ὑλιδίον} Colum. lib.8.cap.15. Sunt enim quibus cordi est vel in sylulis tamaricum, aut sirporum fruticetis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus sylulis occuperur.

Sylvester, hæc sylueſtris, & hoc sylueſtre: vel hic & hæc sylueſtris & hoc sylueſtre{ἄγρεος} Quod est syluæ. Virg.1.ecloga,
Sylueſtrem tenui musam meditaris auena. Idem 2. Georg.

Sylueſtris, Quod est in sylua. Cic.de Amic. Quum locis etiam ipsis delectemur montuosis & sylueſtribus. Hoc est, In locis qui in montibus sunt, & syluis.
Agrum sylueſtrem mitigat flammis. Horat.2.epiſt.2.
Antra sylueſtria. Ouid.13.Metam.
Arbor sylueſtris. Virg.3.eclog.
Coitio sylueſtris. Cic pro Cælio.
Dona sylueſtria. Catull. Argon.59.
Homines sylueſtres. Horat.de Arte.
Materia sylueſtris & culta, Quæ ex sylua decerpitur. Cicero 2.de Natu. Arborū autē confectione omnique materia & culta & sylueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur, partim ad ædificandum, vt tectis septi frigora caloréſque pellamus.
Montes veſtiti atque sylueſtres. Cic.2.de Nat.deor.
Numina sylueſtria. Ouid.2.Faſt.
Saltus sylueſtris. Curtius lib.4.
Loca sylueſtribus sepibus denſa. Cic.1.de Nat.deor.
Tecta sylueſtria. Cic.1.de Inuent. Qui diſperſos homines in agris & in rectis sylueſtribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congreganit.
Tumulus sylueſtris. Liu.7.bel Pun.
Via inculta & sylueſtris. Cic.de Claris Orat.
Vita sylueſtrium. Cic.2.de Nat.deor.

Sylueſtrior {ἀγριώτερος} Plinius lib.16.cap.27, Sylueſtriora omnia tardiora.

Sylvaticus, penult.correp. Adiectiuum. {ὑλατικὸς} Quod ad syluam pertinet, vt Sylvaticus mus, apud Plinium lib.30.cap.9, habitans in sylvis.
Sylvatica laurus, Creſcens in sylvis. Cato cap 8.
Sylvaticæ falces. Cato cap.11.

Sylvicola, sylvicolæ, pen.corr.{ὑλικώτης} Qui sylvam incolit. Propertius lib.3.eleg.13,
His tum blan ditiis furtiua per antra puellæ
Oſcula sylvicolis empta dedere viris.

Sylvicultrix, sylvicultricis, penultima producta {ὑλοκόπις} Catullus de Berecynthia 58,
Vbi cerua sylvicultrix, vbi aper nemorivagus?

Sylviſragus, penultima correpta, Adiectiuum. Sylvas frangens: qualis est ventus à quo arbores in sylvis & franguntur & eruuntur. Lucretius libro 1,
-montéſque ſupremos
Sylviſragis vexat flabris. De vi & impetu ventorum.

Sylviger, penultima correpta, sylvigera, sylvigerum, pen.cor.{ὑλαφόρος} vt Sylvigeri montes. Plin.lib.31.cap.3, De montibus Hiticanis.

Sylvoſus, pen.prod. Adiectiuum {ὑλημώδης, ὑλώδεις, ὑλαῖος} Vbi multæ sylvæ sine arbores sunt. Liu. 9 ab Vrbe, Saltus duo alti, sylvoſique sunt, montibus circa ſe perpetuis inter ſe coniunctis. Plin. lib. 12. ca. 5. Superiores eiusdē rami in excelſum emicant sylvoſa multitudine.

Sylveſco, sylveſcis, {ὑληματίω, ὑληματίαι} sylveſcere, In sylvam redigi, seu sylueſtres, aut infructuoſas arbores ſarmentáve fieri. Cic.de Senect. Ne sylveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Colum.lib.4.cap.11.

Sylvanus, pen.prod. {συλβάνος} Seruius, Sylvanus, deus est sylvarum. Hic amauit puerum Cyparisſum nomine, qui habebat manſuetiſſimam ceruam. Hanc quum Sylvanus neſcius occidiſſet, puer est extinctus dolore, quem amator deus in cupreſſum arborem eius nomi nis vertit, quam pro ſolatio portare dicit Virg. 1. Georg.
Et teneram ab radice ferens Sylvane cupreſſum. De sylvanis & faunis. Plin.lib. 12.cap.1.
Arvorum pecoriſque deus Sylvanus. Virg. 8. Æneid.
Porentes nemorum Sylvani. Lucan. lib. 3.
Arbiter vmbræ Sylvanus. Stat. 6. Theb.
Horridus Sylvanus. Horat.3. Carm. ode 29.

SYLVIA {συλνία, Nomen quo Ilia Romuli mater vocata est. Virg. 7. Æneid. Ouid. 2. Faſtor.
Sylvia Veſtalis cæleſtia ſemina partu
Ediderat, patruo regna tenente ſuo.

Sylvius, {συλνῖος} Æneæ filius: à quo poſteà omnes Albani reges, Sylvij dicti sunt ab huius nomine: ſicut hodie Romani imperatores Auguſti vocantur: Seruius enarrans hunc locum Virg. 6. Æneid.
- primus ad auras
Ætherias Italo commiſtus ſanguine ſurget Sylvius.

SYMA, {σύμη, σύμα,} nam & Symes, æ, etiam dicitur: insula est Cariæ adiacens portum habens clauſum triremibus aptum & nauale nauium viginti. Strabo lib.14.

SYMAETHVS {σύμαιθος} Fluius Siciliæ non longè ab Ætna, qui vt ait Strabo lib.6. agrum Cataneum influit.

Symæthius, a, um: Attributum: Virg.6.Æneid.
Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.

SYMBARI, populi feri inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, Elephantúmque venatu victitantes. Plin.lib.6.cap.31.

Symbolum, symboli, p.cor.{σύμβολον, ου} Annulus dictus est, cùm ſit nota & ſigoum. Plin.li.33.cap.1, Et ideo miror, Tarquinij eius ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci à digitis appellauere, apud nos priſci vngulum vocabant, poſteà & Græci & noſtri ſymbolum.
Adulterinum ſymbolum, Vide ADVLTER.
¶ Symbolum, pro Literis. Iuſtinus lib. 2, Quum colloquendi copiam non haberet, quò applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat. Hæc Caleppinus. Iuſtini locus ſic habet lib 2, Athenienſium dux Themiſtocles, quum animaduertiſſet Ionas, propter quos bellum Perſarum rex ſuſceperat, in auxiliū regis claſſe venisſe, ſolicitare eos in partes ſuas ſtatuit: & quum colloquendi copiam nō haberet, quò applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat, Quæ vos Iones dementia tenet? quod facinus agitatis? Bellū inferre olim cōditoribus veſtris, nuper etiam vindicibus, cogitatis? An ideò mœnia veſtra condidimus, vt eſſent qui noſtra deleretis? &c. Quo in loco ſymbolos (vt enim ſymbolum, ita & ſymbolus dicitur) non pro literis acceperim, ſed pro ſignis & notis quas Themiſtocles propoſuerat, vt Iones his notis procul admoniti eò naues appellerent, appulſíque ea verba legerent, quæ in ſaxis proſcribi curarat: nec refero ea verba, Saxis proſcribi, ad ſymbolos, ſed ad ea quæ ſequuntur, Quæ vos Iones, &c.
Symbolum, aliquando collatio dicitur, à συμβάλλω confero: hoc eſt, quòd plures conferunt in vnum, ita vt cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Plaut. Cure 9, Symbolorū collatores apud forū piſcariū. Ter. And. 1.1, -ſymbolum Dedit, cœnauit. Idem Eunuch. 3.4, -vt de ſymbolis eſſemus.
Condicere ſymbolum, Vide CONDICO.
¶ Symbolum, Plaut. Bacchid.
N. Quid? vbi ei oſtēdit ſymbolum? Symbola, ſi credimus Sutdæ, appellat Demoſthenes 7. Philipp. quæ pacta conuenta ſunt ciuitatum inter ſe, quibus iura ciuibus vltrò citróque redduntur. Solebāt enim Græci in pactis conuentis teſſeris vti quibuſdam, quæ ſymbola appellabant, quæ loco tabularum & ſyngrapharum erant, atque ex his ius dicebatur. Annotauit Turnebus.

Symbola, fœ gen. Plaut. Sticho, 7, -eadem ſymbolam
Dabo, & iubebo ad Sangarinum cœnam coqui.
Symbolæ, inquit Cælius lib. 25. cap. 20, dicuntur plagæ, quibus ſeruilia inſeribuntur corpora à multis: perinde ac in conuiuiis collectiis, id eſt ſymbolis, quæ comeſſalia vocant & conferta, quiſque nummos confert, ne ſit exſors & aſymbolos. Niſi mauis inde vocabulum inflectere, quia ὅτι percuſſionem ſignat: vt ſint ſymbolæ, multifariæ multiugéſque incuſſæ plagæ. Videntur & ſymbolæ auxilia militaria. Plutarchus in Marco Antonio, Iniuſtum eſſe à bello mulierem reiicere συμβολὰς πολιτικὰς διδῶσαν. Sed pugnam quoque indicat & cōgreſſum quemlibet, verbum id: quin & quod ad inſtruendum conſertur conuiuium. Hæc ille. Eſt & ſymbole συμβολὴ confluens fluuiorum apud Strabonem lib 4. De ſymbolis, pro plagis, est iocus ille Plaurinus in Epidico, Act. 1. ſcen. 2.
Paratæ ſunt ſcapulis meis ſymbolæ.

SYMBE {σύμη} insula Cariæ adiacens medio ferè ſpatio inter Rhodum, & Gnidum, vt tradit Plinius lib. 5. cap. 31. Vide in dictione SYMA.

Symmachia, authore Thucydide, est confederatio iis inita legibus, vt iidem censeantur amici, iidem & inimici. Cælius Rhod. li. 11. ca 6.

SYMMACHVS, pen. corr. {σύμμαχος} Romanus orator, miſſus à Senatu Conſtātinopolim, ad Theodoſij liberos, rogatum vt Veſtales à Chriſtianis deſtrui minimè paterentur. Cuius rei gratia, putabant ſe aduerſa multa à diis eſſe paſſos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambroſius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. Fuit & Symmachus, ſacerorum librorum interpres, doctrinæ parum ſyncerè & Chriſtianæ, cuius meminit Euſebius.

Symmetria, ſymmmetriæ, penul. corr. {συμμετρία} Commenſuratio Latinis dicitur, & conuenientia menſurarum, ſeu proportio. Plin. li. 34. cap. 8. 11. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte quàm Polycletus, & ſymmetria diligentior.
¶ Symmetria, {συμμετρία} Veſtis talaris, hoc eſt ad talos vſque demiſſa, apud Pollucem lib 7. cap. 13.

Symmonianum, trifolium, vel (vt Ruellio placet) Symmoniacum, {ἀσφάκτιον} Herba, quam deſcribit Columella lib. 7. cap. 17.

Symmiſta, {συμμύστης} Secretarius, ſeu ſecretorum conſcius, vt apud Orig. interpretē: Sicut Ioannes ſymmiſta pronnntiat dicens: Quia ſi quis peccauerit, aduocatū habemus apud Deum Ieſum Chriſtum.

Sympathia, pen. prod. f.g. {συμπάθεια} Latinè compaſſio dici poteſt, & naturalis conſenſus vel conuenientia. Cic. 3. de Natur. deor. Illa verò cohæret & permanet naturæ viribus, non deorum. éſtque in eaiſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Græci vocant. Plin. lib. 28. cap. 7, Supposita tantum calici lacinia tali, ſtatim metum eum diſcuti, videlicet prælaēte ſympathia illa Græcorum, quum rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. De meuſtruis.
Continuatio cōiunctióque naturæ, quam vt dixi vocāt συμπάθειαν eiuſmodi, vt theſaurus ex ouo intelligi debeat. Cicero 2. de Diuinat.

Symphonia, penultima correp. {συμφωνία} Conſonantia, muſicus concentus. Cic. pro Cælio. Accuſatores quidem, libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, natigia iactant. Idem 7. Verr. Curritur ad Prætorium, quò iſtum è conuiuio illo præclaro reduxerant, paulo antè mulieres, cum cantu atque ſymphonia. Plin. libr. 10. cap. 29, Viſum iam ſæpe iuſſas cauere cœpiſſe, & cum ſymphonia alternaſſe. Horat. de Arte,
Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors.
Canit ſymphonia. Cic. 5. Verr. Cum in eis conuiuiis ſymphonia caneret, maxin. ſíque poculis miniſtraretur.
Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. Non iudicia fieri: locum illum littoris pererepare totum mulierum vocibus, cantúque ſymphoniæ, &c. Plin. lib. 9. cap. 8. Idem lib. 8. cap. 42. Ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moueri.
¶ Symphonia, pro Celebrirate quadam. Cicero Tironi, libr. 16 9, Symphoniam Lyſonis vélim vitaſſes.
¶ Symphonia herba. Plin. lib. 26. cap. 7, Symphonia, vel gumphena, alternis viridibus roſeſſque per caulem foliis; in poſca ſanguinem reiicientibus medetur.

Symphoniacus, penult. corre. Adiectiuum {συμφωνικὸς} Vnde Symphoniaci ſeruī. Pædianus authot eſt cani remigib⁹ celeuma per ſymphoniacos ſeruos ſolitum olim fuiſſe, & per aſſam vocem, id eſt, ore prolaram, & (vt in Argo nauī) interdum per cythram. Cic. 1. in Verr. Ab hac muliere Præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos abducebat per iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. Quem locum Pedianus enarrans, Poſſumus, inquit, intelligere ad hoc ſymphoniacos ſeruos capi ſolere, vt in claſſe claſſicum pulſantibus canant, vnde ipſi tubæ claſſis claſſicum nomen eſt poſtrum. Hæc Budæus. Cic. 7. Verr. Symphoniacos homines ſex cuidā amico ſuo Romam mueiri miſit.
Ducere pueros ſymphoniacos. Cic pro Milone.
Symphoniaca herba eadem quæ & ſymphonia dicitur. Palladius, Si ceratus æſtu Caniculārum faugetur, he.bam ſymphoniacam circa arboris truncū torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.

Symphreatides. {συμφρεάτιδω.} Cic. lib. 12. de legib. Hoc eſt qui coſdē puteos communes habent: vel potius, ſymphratas: hoc eſt eiuſdem conſilij & commercij participes. Vide TRIBVLIS.

Symphyton, pen. cor. {σύμφυτον} cuius duæ ſunt ſpecies. vna Symphytum petreum vocatur, altera Symphytum marus. Symphytum, vt Strybonio placet, quidam inulam ruſticam vocant, quidam alum Gallicū. Hoc Galenus ſymphytō magnū cognominat, nec dulce guſtu, nec odoratu. vt ſuperius. Officinæ autem ſymphyti retinuerunt. Herbaris & vulgo conſolida maior vocatur.

Sympinium, Vide SIMPVLVM.

SYMPLEGADES. pe.cor. {συμπληγάδες} Inſulæ duę iunt cōtra Boſphorum Thracium, quæ & Cyaneæ dicuntur. Author Pomponius Mela lib. 2. & Plin. lib. 4 cap 13. Symplegades porrò dictæ ſunt, quòd fabuliſtadarur eas inter ſe aliquādo concurriſſe, quoniā paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intcantibus geminæ cernebantur, pauiſímque deflexa acie cocuntium ſpeciem præbebant. Ouid. 25. Metam. Eędem Planetæ dictæ, id eſt errantes Plinio, Alibi Valerius 4. Argon.
Hinc iter ad Ponti capur: errantéſque per altum Cyaneas &c.
Inſtabiles olim Symplegades. Claud. 1. in Ruff.
Superbæ Symplegades. Claud. de bello Get.

Symplegas, pen. pro. ſymplegadis, f.g. {συμπλοκὴ} Complexio. Matt. lib. 11 epig. 100. in Leſbiam.
Si conſtringantur gemina ſymplegade culi.

Symplegma, ſymplegmatis. n.g. {σύμπλεγμα} Idem quod Symplegas, Amplexus, Complicatio. Matt. lib. 12,
Præſtent & taceant quid exoleti,
Quo ſymplegmate quinque copulentur.

Symposium {συμπόσιον} merè Græcum, vt pleraque alia: à Latinis tamen pro ſuo vſurpatum: ſignificat verò conuiuium: Cic. lib. 9. Epiſt. ad Pætum: Sapientius nos, quàm Græci, illi ſympoſia, aur ſyndapna, id eſt compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia, quia ſtum maximè ſimul viuitur. Hinc ſit attributum. Sympoſiacus, a, um: vt Sympoſiaci ſermones: Problemata ſympoſiaca: Sermones conuiuales. De quibus apud Plutarchum lib. 3 Philoſophiæ.

Sympoſiarches {συμποσιάρχης} Conuiuij princeps, dominus, rector, ac moderator, de quo Plutarchus lepidè in Quæſtionibus conuiualibus diſſerit. Conuiuantes porrò ſympotæ, συμπόται, dicuntur, id eſt, à domino ad conuiuium acciti, & excepti. Cuius fœminínum eſt ſympotria, συμποτρία, compotrix: Vide Plutarchi Septem ſapientum conuiuium, & Problemata ſympoſiaca.

Sympſalma {σύμψαλμα} Vocum in cantando copulatio, Diapſalma diſiunctio earum, vbi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur. Pſalma, quod pſallitur.

Symptoma, pen. prod huius ſymptomatis, n.g. Accidens. Sunt enim ſymptomata, acceſſiones, ſeu acceſſoria mala, quæ ad iuſtum morbum συμπίπτων, hoc eſt accidunt.

Syn {σύν} Præpoſitio Græca, quæ in compoſitione ſignificat Simul: quemadmodum apud nos Con.

Synæreſis, pen. cor. f.g. {συναίρεσις} Contractio, figura qua plura per vnum coniungūtur, vt Bigæ, pro biiugæ Ex σύν con, & ἄγνυμι, tracto.

Synagia, militum centuria apud Alexandrum Alexandrinum libro 6. cap. 13.

Synagoga {συναγωγὴ} idē quod congregatio, vel cœtus, ἀπὸ τοῦ συνάγειν, quod eſt congregare.

Synalagma {συναλλαγμα} eſt cùm vltra verba contractus, aliquid vtrinq; agitur, quotics. ſ. ex vtriuſq; parte aliquid fit, quo vterq; obligatus eſt. Vt do tibi Stichū, vt Paphilū manumittas. Alciat. ſuper tit. de verb. ſig. in Pādect. Synalagma, cōmutationē non ineptè dixeris. Idē. n. eſt συναλλαγμα, quod cauſa. hoc eſt ratio quædā ſecūdū iuſticiā commutatiuam efficax, vt obligationem pariat: ſcilicet quia' ab vno ad alium transfertur aliquid. l. Iuſtiſſgentiū. §. 1. D. de pact Ariſtoteles appellat ſynalagmata omnes actiones noſtras, quibus inter nos ad aliquem vſum neceſſitatémque communicamus. Videndus Connanus lib 6. cap 1. Hotomanus quoque libro ſingulari De verborū, quæ ad ius pertinent, ſignificatione, litera, S.

Synalœphe, f.g. {συναλοιφὴ} dici poteſt compreſſio, cæſura. Fit enim quum de fine dictionis vocalis abiicitur, ſequēte dictione quæ à vocali incipit, vt apud Iuuen. ſatyr. 1,
Semper ego auditor tantum? Ex σώ, quod eſt con: & ἀλοιεῖν preſſio.

Synanche, f.g. {συνάγχη} Morbus in faucibus ſpiritum ſuffocans, Latinis anginа dictus. Ex σύν, & ἄγχω, affligo, ango. Celſus lib. 4. cap. 4. Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, ſic alterum æquè peſtiferum acutúmque in faucibus eſſe conſueuit: noſtri anginā vocant: apud Græcos nomen prout ſpecies eſt. Interdum enim neque rubor neque tumor vllus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluuntur, id συνάγχη vocant. Interdum, &c.

Synathreſmus. ſynathreſimi. m.g. {συναθρισμὸς} Figura quę & ſinguis verbis, & plurium verborum coniunctione fieri poteſt. Singulis, hoc modo, Sed quum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret, multa ſimul eum reūocabant officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio: quæ ſingula propitias ei cogitationes ad remorandum ſubiiciebant. Plurium verborum coniunctione, ſic apud Lycurgum, Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt Iudices, ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt, ſolicitudinis plenū quod futurū eſt, formidoloſum: lex paratum ſuppliciū oſtentans: vitia ex vitijs coacta, occaſionem arguendi maleſicij captans inimicus: quæ quotidiana, vehemēter eius animum exeruciant. Ex Ruellio Lupo.

Synceraſtum, ſyncerāſti {συγκεράσιον} Eſt omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuuius in Phagone, Honos ſyncerāſto perit, pernis gladio. Varr. lib. 6. de Ling Lat.

Syncerus, pen. prod. Adiect {εἰλικρινὴς, ἀπλοῦς} Propriè quod est integrum ſignificat. Tractum ab eo, quòd qui diuidere fructum cōmunem alueorum cum ſocio volunt, ſimul cum cera mel partiuntur: quod ſi meltantùm ſine cera confignent, fraudant ſocium, nec agūt integré. Syncerum itaque, quaſi ſimul cum cera. Plaut. Rud. 18,
Poſtea à ſpicito meum, quando ego tuum inſpectauero,
Ni erit tam ſyncerum, vt quiuis dicat ampullarius
Optimum eſſe opere facteudo eorum, & ſynceriſſimum.
Corpus ſyncerum, & ſine vulnere. Ouid. 12. Metam.
Genæ ſynceræ. Ouid. 3. de Arte.
Membra ſyncera. Lucret. lib. 3.
Truncus ſyncerus. Ouid. de Nuce.
¶ Syncerus, Incorruptus & immaculatus. Cic. de Diuin. Quod licet exiſtimare in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid nō ſyncerī fuiſſe. Horat. 1. epiſt. 2. Syncerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, acéſcit. Plaut Bacchid. 9. -Syncera mens.
Porci ſyncerī. Plaut. Menæch. 8.
Simplex & ſyncerum. Cic. ad Att. lib. 10. 196. Mirabilia multa, nihil ſimplex, nihil ſyncerum.
Nihil eſt iam ſanctū atque ſyncerū in ciuitate. Cic. pro Quintio.
Syncerus, verus, ſimulatus, & fucatus, contraria. Cic. de Amic.
Sanum, ſiccum ac ſyncerum. Cic. de claris Orat.
Syncera fide agere. Liu. 9. bel. Pun.
Fortuna ſyncera. Ouid. ad Piſonem.
Iudicium ſubtile & ſyncerum. Cic. Catoni, lib. 15. 6.
Prudens ſyncerúmque iudicium. Cic. in Orat.
Laus ſyncera. Claud. 4 Paneg.
Pronunciator ſyncerus & grandis Thucydides. Cic. de clar. Orat.
Voluptas nulla eſt ſyncera. Ouid. 7. Metam.
Conſeruare aliquem ſyncerum atque integrum. Cic. Ariſto. lib. 13. 5i. Si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium ſartum & tectum, vt aiunt, ab omníque incōmodo, detrimento, moleſtia ſyncerum integrúmque conſeruem.
Sonere ſyncerum. Lucret. lib. 3,
Scire licet non ſyncerum ſonere, atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum. Id eſt, Intelligere potes verba illius non ex animo, & verè dici. Perſius ſacy. 5, ſolidum crepare dixit. Eſt à vaſis fictilibus deſumpta locutio, quæ tinnitu cognoſcuntur ſint ne ſolida & ſyncera, an fracta & rimoſa.
¶ Syncerum, quidam à carie deduci putant, quaſi ſine carie, id est corruptione. Donatus, Syncerus, Purus, ſine fuco & ſimplex, vt mel ſine cera. Iuxta has duas etymologias, i. Latino ſcribendum eſſet.

Syncerè, pen. prod. Aduerb. {εἰλικρινῶς} Purè & integré. Cæſ. 7. bell. Gall.
Hæc vt intelligatis, inquit, ſyncerè à me pronuntiari, audite Romanos milites.
Temperatè, prudenter, & ſyncerè agere. Cic. Att. lib. 9. 18,
Loqui ſyncerè. Cic. Att: lib. 3. 55. Craſſi libertum nihil puro ſyncerè locutum.

Syncerior, pen. cot. {καθαρώτερος} Aliud aduerbiū. Idē quod Synceré. Gell. lib. 14. cap. 15. Quas qui ſyncériter cupiunt.

Syncéritas, pen. cor. ſyncéritatis, f.g. {εἰλικρίνεια} Puritas, integritas. Plin. libro 31. cap. 7. Salinarum ſyncéritas ſummam fecit ſuam differentiam. Colum. lib. 4. cap. 26.

Synchronos {σύγχρονος} Cōtemporaneus. Vnde ſcribit Hieronymus Ozeam prophetā fuiſſe Synchronum Iſaiæ. Et Varro ait, non eſſe dubium, quin aliquò, tempore eodem vixerint Homerus & Heſiodus, eóſque ſynchronos fuiſſe teſtatur.

Synchyſis, pe.cor. f.g. {σύγχυσις} Confuſio. Eſt enim, vt ſcribit Donatus hyperbaton vndique confuſum, vt illud Virgil. 1. Æneid.
Tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo. Tris naues abreptas Notus torquet in ſaxa: quæſaxa in mediis fluctibus latentia, Itali vocant aras.

Syncíput, pen. cor. ſyncipitis, pen. corr. n. g. {ἐγκράνιον} quaſi ſemicapur, inquit Phocas grammaticus, ſignificátque partem capitis porcini conditam & ad edendum paratam: nam inter edulia annumeratur. Plin. lib. 8. cap. 51, Interdictáque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipita verrina. Iuuenal. ſaty. 13,
-comedam, inquit, flebile nati
Syncíput elixi, Parióque madentis aceto.
Fumoſum ſyncíput. Perſ. ſat. 6.
¶ Syncíput, Anterior pars capitis. Cornutus in Perſium, Syncíput anterior: occipitium, dicitur poſterior pars capitis.

Syncomiſtus panis, inquit ad Glauconem lib. 2. Galenus, is dicitur, qui medius inter exquiſitè purum eſt, ac furfuraceum. Cælius lib. 9. cap. 16. Lection. antiq.

Syncopa, ſyncopæ. pen. cor. {συγκοπὴ} Concilio: κόπτω enim incido ſignificat. Figura eſt, quum litera vel ſyllaba è medio dictionis tollitur: vt Compoſtus pro compoſitus.

Syncriſis, pen. corr. {σύγκρισις} ſiue Anthiteſis, comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum. Cic. pro Murena. Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas, ille, vt eò quo intendit matu:ē cum exercitu perueniat, &c. Item 3. Verr. Iſte multo ſceleratior & nequior quàm ille Adrianus, aliquanto etiam fœlicior fuit, &c. Iulianus Ruſticianus.

Syndicus, ſin pen. cor. {σύνδικος} Patronus, qui cū alio, cauſam aliquam tuendam accepit, qui vè ſecundis actionibus cauſam defendit, vt in cauſa Cornelij Balbi Cicero. Syndici, item ſunt ciuium aduocati, & defenſores iuris publici, quaſi in cauſam publicam communiter

incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus Aristidem ab Athenien-sibus creatum fuisse syndicum, vt communem causam Græcorum ciuium suorum defenderet. Demosthenes quoque περὶ τοῦ στεφάνου, refert lege sancitum fuisse Athenis, ne cui iterum Syndicum fieri liceret, creariq́ue à populo: idq́ue ideo, ne συνδικὰ id est syndici munus, ob publicam vtilitatem inuentum verteretur in quæstum, compendiúmque priuatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *deputatos* nostri vocant. Budæus.

Synecdoche, synecdoches, pen. cor. f. g. {συνεκδοχή} Conceptio dicitur. Donatus, Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, quum plus minúsve pronuntiatur. Aut enim à parte totum ostendit, vt Virg. 1. Æneid.

puppésque tuæ, pubésque tuorum. Aut contrà pars à toto: vt idem 1. Æneid.

Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit.

Meminisse autem debemus, quando sit à parte totum, faciendum esse ab insigniori parte.

Synedria, synediræ. Vlp. in l. 1. §. Nauem. D. de exercit. Nauem accipere debemus, siue matrinam, siue fluuiatilem, siue in aliquo stagno nauiger, siue lynedria sit. Vide Schedia. Alciatus libro 1. Parergmisso-rum, Synedriam Iudæorum interpretare synagogas & conciliabula. Synedrion enim id denotat. Synedrias verò naues apud Vlpianũ De exercitoria actione, Nauiculas illas interpretabitur forsassé aliquis, quæ spatiandi causa factæ sunt, in quibus sunt sellæ & sedilia quandoquidem Suidas synedriam cathedram interpretetur. Hæc Alciatus.

Synedrus, synedri, pen. cor. {συνέδριος} Latinis consessor, assessor, cõsiliarius dicitur. Liu. 5 Decad. lib. 5, His rerum externarũ cognitionibus interpositis, Macedonum rursus aduocatum consilium: pronuntiatum quod ad statũ Macedoniæ pertinebat: Senatores quos synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Resp. administraretur.

Synephebi. pen. pro. {συνέφηβοι} Dicuntur adolescentes simul pubescentes. Quod nomen inditum est comœdiæ Statij Cæcilij. Cic. 1. de Finib. Synephebos ego inquit, potius Cæcilij, aut Andriam Terentij quàm vtranque Menandri legam?

Ait Statius in Synephebis. Cic. de Senect.

Synephites, tis {συνεφίτης} Gemma est lactei coloris, alio nomine Galactites Plin. lib. vlt. ca. 1. Galactites ex vno colore lactis est, eandem dicunt Leucogeam, & Leucographiam. Appellant & Synephiten, lactis succo & sapore notabilem.

SYNESIVS {συνέσιος} è Pentapoli Africæ Philosophus Christianus, Præsul Ptolemaidis factus: scripsit libros in grãmatica, philosophia, panegyricos, epistolas, & alia. Author Suidas.

Syngrapha, syngraphę: vel Syngraphus, syngraphi: vel Syngraphum, syngraphi, pen. cor. {συγγραφή} Scriptura, siue schedula quæ fit manu eorum qui paciscuntur in alicuius rei fidem. Budæus, Syngrapha est cautio & conscriptio ob locationem facta: vt & conductori merces in rato sit, & locatori cautum sit à redemptore & conductore operis. Plaut. Asin. 13,

Agedum istum ostende, quem conscripsi syngraphum
Inter me & amicam & lenam: leges pellege. Cic. Trebatio, lib. 7. 17, Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses: sic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem 6. Verr. Cybiram cum inanibus syngraphis venerat.

Agere ex syngrapha, Vide AGO.

Conscribere syngraphã, Vide CONSCRIBO.

Credere, alicui per syngraphã. Cic. de Aruſp. respons. Alterum putabo regem, si habuerit vnde tibi soluat quod ei per syngraphã credidisti.

Iacere syngraphas cũ aliquibus. Ci. pro Domo sua Et de Aruſp. Centies facta syngrapha, Vide CENTVM. (respons.

¶Inter syngraphas & cætera chirographa hoc interest, quòd in chirographis tantũ quæ gesta sunt scribi solent: in syngraphis etiam cõtra fidẽ veritatis pactio venit, & nõ numerata quoq; pecunia, aut nõ integrè numerata, pro tẽporaria voluntate hominũ scribi solent.

¶Syngrapha dicta est ἀπὸ τοῦ συῶ, simul, καὶ γράφω, scribo: quod simul scriptum sit à pluribus, vel quòd manu ipsorum, qui conueniunt, scripta sit.

SYNNADA, synnadæ, pen. corr. Vrbs Phrygiæ, de qua Plin. lib. 5. cap. 29. 1, Alter conuentus à Synnada accipit nomen. In quem locum sic ait Hermolaus: Scribendum Synnada ex Stephano, per y: quoniam prius Synnęa diceretur à cõgregatis eò loci Græcis Macedonibusq́ue, Acamantem post captum Ilium secutis, cõditorem vrbis. Hęc Barbarus. Vide SINADA. Cicero videtur Synnadã, synnadorum declinasse, numero vtique plurali, Epistolarũ famil. li. 3. epist. 8. Idque, ait, me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputauisse. Ibid. Quum enim Laodiceæ, quum Synnadis, quũ Philomeli, quũ Iconij essem, &c. Paulo pòst, Quòd iisdẽ diebus meus cõuentus erat Apameę, Synadis, Philomeli, tu us Tarsi. Flectitur etiã genero fœminino Synnas, huius synnados. Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maioriani, Iungitur hîc Synnas, Nomadum lapis additur istis. Id est, marmor Synnadicũ, & Numidicũ. Statius Syluarũ li. 1. de Balneo Etrusci,

Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura, sola cauo Phrygiæ quam Synnados antro
Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys. Ibidem,
Synnada distinctum variat. hoc est, Solum marmor Porphyrites excisum ex venis Numidicis illic est. Nullum marmor illic est, nisi variatum maculis purpureis, vt Numidicum, & Synnadicum: quod quidem distinctum est maculis purpureis, quoniã Atys puer quũ in Phrygia Cybelen fugeret, abscissis genitalibus lapidẽ hũc eruẽrauit guttis manantibus. Plin. lib. 35. ca. 1. ad finem, Neronis principatu inuentum, maculas quæ non essent, in crustis inserendo vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciæ. Statius lib. 1. Syluarũ, in epitalamio Stellæ & Violantillæ, Libycus silex dicitur marmor

Numidicum, vt Phrygius Synnadicum Sic enim ait,

Hic Lybicus, Phrygiúsque silex, hic dura Laconum Saxa virent.

Synochites, Synochitis, pen. prod. f. g. {συνοχίτης} Gemma, qua in necromantia dicunt euocatas inferorum vmbras teneri. Plinius lib. 37. cap. 11.

Synodia, synodiorum {συνῳδίων} Concentus, ex σὺν & ᾠδὴ cantus, ad Atticũ lib. 10. 19, Iniecta autem mihi spes quædam est velle meum Ser. Sulpitium colloqui: ad eum misi Philotimũ libertum cum literis, si vir esse volet, præclara synodia: sin autem, erimus nos qui solemus. Vbi interpres, Synodia, pręclarũ concentũ & congressum.

Synodus, synodi, pen. corr. & fœminini generis {συνῳδὸς} idem quod conuentus, siue cœtus à συνὸδω, præpositione & nomine ὁδὸς.

Synodicus, a, um {συνοδικὸς} quod ad synodum pertinet: Hieronymus, Ante annos plurimos, cùm iuuarem Damasum Romanæ vrbis episcopum, & Orien. is atque occidentis consultationibus synodicis responderem.

¶Synodicus, alio significatu. Iulius Firmicus lib. 3. ca. 6. Si in octauo loco Sole posito, in diametro eius luna fuerit cõstituta, nondum soluta cõiunctione, sed plena lumine: vel si cũ synodica fuerit inuenta, &c. Synodica vocatur luna, quũ luminis vniuersitate priuatur, sileréque dicitur, velut cũ sole cõmeans, vt tradit Theon. Tũc synodica dicitur, quũ est in cõiunctione (sic enim vulgò loquũtur) opponitúrque plenæ. σύνοδος enim coitum significat, & comitem itineris.

Synodita, æ: & plur. nu. Sinoditæ, arũ: sunt clientuli monachorũ, seu comites. σύνοδος enim viatorẽ significat. Solent aũt monachi ex collegij sui inferiori ordine quempiã deligere, qui eos comiteturi: quos Galli *Culopulsos* appellamus: quod à tergo monachorũ cõcionãtũ sedẽtes, illos horæ præteritæ culi pulsione admoneãt. Adnotat Hotomanus. Videnda. li. 6. De episcopali audien. li. 1. C. Addictos supplicio (inquiũt Honorius & Arcadius) & pro crimẽ immanitate dãnatos, nulli clericorũ, vel monachorũ, eorũ etiam, quos Synoditas vocant, per vim atque vsurpationem vindicare liceat, ac tenere. In quibusdam Codicib. est lex 7.

¶Synodus, synodontis, genus piscis. Plin. lib 37. cap 10.

Synodontes, è cerebro piscium est, qui synodontes vocantur.

Synoeceosis, pen. prod. {συνοικείωσις} figura quæ docet diuersas res coniungere, & communi opinioni cum ratione aduersari: & habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Hyperidis exemplum, Nam hominis auari atque ałoti, vnum atque idẽ vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtrique pecunia dedecori est: quare meritò vtrique pari pœna adficiũtur, quos pariter nõ decet habere. Ex Rutilio Lupo,

Synonetum, publicã cõparationem specierũ quæ in cõmune fiebat, Impp. appellãt. l. 1. De public. comparat. in C. Theod. quã coemptionem appellari in l. 2. C. de frumento vrb. Constan. & in rubric. Vt nem. lic. in coemp. spec. se excusar.

Synonymia {συνωνυμία} figura, quę cõmunio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere elocutionis, quoties vno verbo non satis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideóque in eandẽ significationem plura conferuntur: vt si dicamus, prostratuit, afflixit, perculit.

SYNOPE, Vide SINOPE.

Synopsis {σύνοψις} Perscriptio, repertorium, seu inuentarium: deducto nomine ex eo, quod quæ latè patebãt, in vnũ contracta simul omnia conspici cernique possint. Vlp. in l. 5. §. 7. De reb. eo. qui sub tut. vel cur. sunt. Aut si nemo (inquit) inueniatur, aut suspecti sunt, qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: itémque Synopsim bonorũ pupillarium, aduocatúmque pupillo dare.

Syntagma, syntagmatis, neutri generis {σύνταγμα} Ordo, exercitus, in classes distributio, & ad stipendium conferendum descriptio. Hoc etiam vocabulo pensitatio annua significatur, quæ penditur à sociis ciuitatibus & stipendiariis ad bellũ gerendũ. Est quoq; liber & volumẽ studio cõscriptũ & elaboratũ, non ex tẽpore & sine cura, sed quod dictionẽ habet cõpositioni congruã, & capitum diuisionẽ rectè atque ordine digestã. Est nõnunquã cõstitutio atque ordinatio. Testimonia citat Bud. in Cõment. ling. Græc. Cælius ad Cicer. lib. 8. Famil. epist. 3, Illud nunc à te peto, si eris (vt spero) otiosus, aliquod ad nos σύνταγμα cõscribas. i. opus, siue librũ studiosè digestum.

Syntaxis, huius syntaxeos, f. g. {σύνταξις} Constructio & series. τάξις enim series & ordo dicitur, Vide Grammaticos.

Synteresis, pen. pro f. g. Attentio, Cõseruatio, Pars animę, quæ semper aduersatur vitiis. συντήρησις.

Syntexis, f. g. {συντῆξις} Latinè defectio dicitur, & animi deliquium, quæ & syncope Græcis etiã dicitur. Est etiã tabes, & velut colliquatio, Extenuatio præ macie. Plin. lib. 22. ca. 25. Talis sorbitionis genere emendantur syntaxes, id est, defectiones ex longis morbis sumptæ. Huius autem emendatio, propriè recreatio & restauratio dicitur.

Syntectícus, pen. cor. Adiect. {συντικτικὸς} Qui syntexi frequenter corripitur, & animi deliquio laborat. Morbo cõfectus, exhaustus ægritudine. Plin. lib. 22. cap. 23. Præcordiorum vitiis, syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralysi. Idem. lib. 28. cap. 9.

Synthema, pen. prod. synthematis pen. cor {συνθημα} signũ bellicum, quod datur instructæ aciei. Itẽ tessera vigiliarũ, quę erat tabella scripta à Tribuno data: Itẽ nota & tessera quædam epistolaris cõmendatrix eius, qui eam reddebat. In Pandectis itẽ Græcis Synthemata vocantur diplomata, quæ his dabantur, qui cursu publico vrebantur. Synthemata itẽ dicuntur breues quædã & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata altiorẽ quendã & recõditum sensum occultantia, cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos, quæ quoniam ad linguæ latinæ instructionẽ nihil pertinent ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

Syntheſis, pen. cor. huius syntheſeos, f. g. {σύνθεσις} Latinè cõpositio dicitur. Figura quum singulare nomen multitudinem significans, verbo pluralis numeri iungitur, vt Virg. 1. Æneid.

Pars in frusta secant.

¶Syntheſis, vestis genus & varius ornatus quo ditiores ad sumptũ vti solent

vti solẽt, vt ferè quolibet die varia vestimẽtorũ genera assumãt: quæ varietas & compositio, antiquis syntheſis appellata est. Mart. lib. 14, Syntheſibus dum gaudet eques, do minúsque Senatus, &c.

Et mutata tibi syntheſis vndecies. Sueton in Nerone, ca. 51. Ac pleruunque syntheſim indutus, ligata circũ collum sudario prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus. Syntheſim exponit Sabellicus vestem breuem & expeditam ex diuersis lanarum colotibus.

¶Syntheſis, Cõgestio, aceruus. Sumitur enim pro tota veste in vestiario compoſita. Sequola in l. Titia. De auro & argen. leg. Sempronię coopertoria tabiana, & tunicas tres cũ palliolis quę elegerit, dari volo. Quæro an ex vniuersa veste, id est, ex syntheſi, tunicas singulas, ad & palliola Sempronia eligere possit? Respõdit: si esset tunicæ singulæ cum palliolis relictæ, ex iis duntaxat eligi posse. Quòd si nõ essent, hæredem vel tunicas & palliola ex syntheſi præstaturum, vel veram æstimationem earum. Sic in l. Aſumnæ. §. Titia, De adimendis leg. Syntheſim, id est, omnẽ possessionẽ prædiorũ. Mart. li. 2, Sic micat innumeris arcula syntheſibus. Ex Budæo.

¶Syntheſis, Vaſorum cõpoſitio, qua multa eiusdem generis vasa in se inuicem includuntur. Stat. 4. Syl. 9,

Aut vnam dare syntheſim, quid horres?
Alborum calicum atque cacaborum?

Syntomia {συντομία} quã Latinè concisionẽ vertere possumus, figura est, qua res quãtumuis magnæ breui & compendioso verborũ ambitu reduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐνέργειαν appellant à luce, quam rebus addit, nõnulli etiam ὑπότυπωσιν. Dicta συντομία ὅτι τὰ σωτήρια λόγου, quod est concidere, abbreuiare.

SYPHAX, huius syphacis, pen. indiff. {σύφαξ} fuit Numidarum rex: cuius Liuius sæpe meminit. Ouid. 6. Fast.

Postera lux melior, vincit Masanissa Syphacem,
Et cecidit tehs Hasdrubal ipse suis. Intelligit VIII. Calen. Iulij.
Dirus Syphax. Claud. de bello Gild.
Victi monumenta Syphacis. Propert. lib. 3. eleg. 11.

SYRACVSAE, pen. prod. {συρακοῦσαι} Ciuitas Siciliæ, sub Pachyno monte sita, vbi fons Arethusa. Cic. 6. Verr. scribit Syracusas vrbẽ esse maximã Græcorum vrbiũ, pulcherrimãque quæ ex quatuor quasi vrbibus maximis cõstare videbatur: quarũ vna, Insula nominatur, altera Achradina, tertia Tyche, quarta Neapolis Idẽ 4. Verr. vbi de Marcello agit, ait vrbẽ pulcherrimã Syracusas: quæ quũ manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari claudebatur. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed pręcipuè clarissimũ Dionysiũ seniorem. Solinus in Polysthore scribit in Sicilia primùm comœdiam inuentam fuisse. De Syracusis Vide Diodorũ lib. 16. vbi de rebus Dionis. Syracusæ nunc vulgò dicuntur *Saragoſa di Sicilia*, vt scribit Oliuarius in Melam. *Saragouſe de Sicile*.

Syracusius, vel syracosius, possessiuum {συρακούσιος} Virg. eclog. 6.

Prima syracosio dignata est ludere versu. Sed Græcè dicitur: nam Latinè Syracusanus dicitur, teste Seruio.

Poëta Syracosius. Ouid. in Ibin.

Vtque Syracosio, præstricta fauce, poëtæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Ars syracosia. Ouid. 6. Fast.
Arte Syracosia suspensus in aëre clauso,
Stat globus, immensi parua figura poli.

Syræum {σύραιον} inquit Paulus Ægineta, plerique appellauerunt decoctum ficorum, quod & defruto nomen est. Græcéque etiam hepsema dicitur. Hippocrates sycion vocat.

SYRIA {συρία, σύριος} regio Asię, quę ab Oriẽte fluuio Euphrate, ab Occidente nostro mari & Ægypto terminatur, à Septẽtrione habet Ciliciam, & partẽ Cappadociæ, à Meridie Arabiã. Cuius insignes ciuitates, vt lib. 5. refert Ptolemæus, sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmira, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Biblus, Seleucia, Cęsarea, & Damascus Mõtes clari, Carmelus, Casius, Libanus. Fluuij, Euphrates, Criſoras, Singas. Regiones, Phœnicia, Paleſtina, Iudæa, Idumęa, Comagena, & Samaria. Hæc regio in medio orbis cõstituta est: quò fit vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitã faciunt diuisionem, in Syricos, Assyrieos, Leucosyrios, & Cœlesyrios. Plin. lib. 5. cap. 12. Syriæ totius Assyriam partem facit. Multi confundunt, vt Herodotus, qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, insignes grãmatici apud Horatiũ, eã quæ nũc Syria dicatur, olim Assyriã dictã, addita syllaba, scribũt. Idẽ sentit. lib. 23 Ammianus Marcellinus. Dion in Traiani vita Assyriã Barbaris dictã, S litera in T mutata, quam Assyriam nos vocemus, indicat. Scriptores in eo ferè conueniunt omnes, vt Syriæ, & Assyriæ nomina confusa esse credant.

Populi Syriæ. Lucan. lib 3.
Decora Syria. Claud. 2. in Eutrop.
Opima & fertilis Syria. Cic. pro Domo sua.
Syrus, & Syrius {σύριος} Qui ex Syria est. Cic. 3. de Nat. deor. Pisceam Syrij venerantur. Ouid. 2. Fast.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri.
Agmina Syrorum, Stat. 1. Syl. 6.

Syri vænales. Cic. 2. de Orat. Vt illud M. Cicero senex huius viri optimi nostri familiaris pater, nostros honores similes esse Syrorum vænalium, &c.

Paleſtinus Syrus. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Syrius, Adiect. {σύριος} vt Syria pyra. Colum. lib. 5. cap. 10. Ea sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Munere Syrio plenus onyx. Propert. lib. 2. eleg 14.

Syrius, Aliud adiect {σύριος} Horat. 1. Carm. ode 31, Vina Syra.

Syracus, pen. corr. Possessiuum {συρακούσιος} vt Syriaci boues, id est, qui sunt in Syria. Plin. lib. 8 cap. 45.

Prætor Ciliciensis & Syriacus. Cic Qu. fratri, lib. 1. 2.

Radix Syriaca, pro silphio, & quod Latini laserpitium vocãt, quia inquit Dioscorides, ex Syria & Media optima huiusce modi radix

adferretur. Colum. lib. 11. cap. 13. Nec minus si vernum & æstiuum fructum voles habere; Syriacæ radicis & rapæ napique semina obrues. Vulgus nostrum hanc herbam, vt inquit Ruellius, pariter & radicẽ ab auctoritate & nobilitate *angelicam & radicem sancti spiritus, & imperatoriam* appellat.

Ros Syriacus, pro succo radicis silphij, qui Græcis ὑπὸ συρικὸν etiam dicitur: hoc est succus Cyrenaicus, quòd in Cyrenaica prouincia quemadmodum & in Syria, optimus nasceretur in silphio. Colum libro 12. cap. 41. Tres heminæ roris Syriaci contriti super omnia adiiciuntur. Latini quidam laser Syriacum appellant, Vulgus nostrum *Bruuium* siue *ben Iudaicum*: quòd, inquit Ruellius, Iudæa parens eius mittat ad nos prolem suam.

Syricus, pen. cor. Possel. {συρικὸς} vt Syrica mala. Colum. lib. 5 ca. 10, Præterea malorum genera exquirenda maximè, Scãdiana, id est, Syrica.

Syricum atramentum. Plin. lib. 35. cap. 6. Idem lib 33. cap. 7. Sublimi autem Syrico minium, compendij ratio demonstrat. Quo loco Hermolaus, Syricum, inquit, fictitius colos est ex sinopide ac sandyce mistis, quo minium adulteratur. Vetus codex legit Icyrico,

Syriarcha, qui Syriarchiam exercet. l. vltim. de expensis ludo. in C. Theod. Posteriores Patriarcham huiusmodi appellasse author est Xiphilinus.

Syriarchia, Sacerdotij genus in Syria. l. 1. C. de Nat. li. 1. vnic. C. de Offi. Com. Orient. l. 103. De Decurionib. in C. Theod. Nouel. 89.

Syria, est crassius indumentum pinguiſque vel quod in Capadocia, quam Syris contribuunt, confici soleret. Cælius Rhodig lib. 9. Lection. antiq. cap. 3.

SYRIANVS {συριανὸς} Alexandrinus philosophus Platonicus, docuit Athenis scripsitque in totum Homerũ cõmentarios, libros septem in Platonis Rempub. & alia. Huius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTAE {συρίκται} vt ex Megasthene notat Plin. cap. 2. lib. 7. gentes sunt inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantum habentes, anguium modò loripedes.

Syringa, & plurali Syringæ, sunt fistulæ, generis non vnius: est enim quæ dicatur monocalamos, à Mercurio inuenta, sicut à Sileno policalamos, à Martia Cerodetos. Subdit Cælius lib. 9. Lection. antiq. ca. 3. Scire conuenit Syringos notionem esse non vnam, quippe est quando appellatione ea in rotæ foramen iniecta portio axis intelligatur, quin & foramen ipsum σύριγξ. Oblongior autem fossa dicitur Syrinx: sed hastæ repositorium quoque. Est & syringa concauum instrumentum quo sensim aqua mittitur.

Syringites {συριγγίτης} gemma quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cauatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

SYRINX {σύριγξ} Nympha Arcadiæ, quæ Nympharum precibus mutata est in paluſtres calamos, quum acrius eam insequeretur Pan ruſticorum deus. Mart. lib. 9 Ouid. 1. Metam.

Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant. Vide hoc loco totam fabulam.

Syriſcum, est vas plexile in quod coniiciantur fici: sed Hyriſcum pronuntiant alij. Cælius lib 9. cap. 3.

Syriſſa, æ: mulier é Syria {σύριασα.} nam quemadmodum à Libys fit Libyſſa, ita à Syrus, Syriſſa. Virg. in Moreto:

Copa Syriſſa, caput Graia redimita Mitella.

Syrites, lapis, qui in lupi vesica nascitur {συρίτης.} Plin. lib. 11. cap. 37. In vesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

SYRITHA {συρίθα} filia fuit Sylualdi Danorum regis, tantæ pudicitiæ, vt cùm ob elegantiam formæ, magna procorum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus præstiterit cælibatum. Saxo lib. 7.

SYRIVS {σύριος} stella est in ore Canis posita: quæ annis omnibus oritur circa octauum Iulij calendas: quæ orta plerunque pestilentiam toto anno facit, plerunque paucis diebus: interdũ innoxia nascitur. Hinc est, Et in totum regnarer Syrius annum. Item suprà, Et lethifer annus. Tunc autem pestilentiam creat, si in hanc rem etiam cæterorum consentiat cursus astrorum. Hæc Seruius in illud 3. Æneid.

Iura domósque dabam, subitò quum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandáque venit
Arboribúsque satísque lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Syrius agros. Vide SYRIVS.

Syrma, syrmatis, n. g. {σύρμα} Vestis est fluxa & prolixa, humúmque verrens, qualis erat tibicinum & fidicinũ. Solin. Vestitur syrmate. Mart. lib. 12,

Aprilis longum tu quoque syrma tibi. Vide Turnebum, & Alex. Alexandr. lib. 4. Genial. cap. 18.

Syrmæa {συρμαία} cibi genus ex adipe & melle confectum purgationibus inprimis aptum. Idem certaminis genus apud Spartanos, in quo victor huiusmodi Syrmæa donabatur. Item Raphani genus apud Herodotum. Cælius lib. 27. cap. 3.

SYRNA {σύρνα} oppidum in Cherroneſo Cariæ adhærenti à Podalitio condita & à nomine σύρνης vxoris eius ita appellatum. Fertur enim Podalirium, quum in Cariam esset ejectus, à Caprario quodã fuisse seruatũ, & ad Damæthem regem deductum, cuius filiam de tecto delapsam, quum detracto ex vtroque brachio sanguine seruasset, admiratus hominis ingeniũ Damæthus, filiã eius beneficio seruatã, ei vxorẽ tradidit, Chersoneſo illi in dotẽ attributa. Author Steph.

SYROPHOENIX {συροφοίνιξ} Qui habitat in ora maritima Syriæ. circà Euphratem, cuius pars Idumæa & Iudæa. Iuue. sat. 8,

Obuius assiduo Syrophœnix vdus amomo.

Syrpe, Pars quædam silphij. Priscianus eius mentionem facit, & comicus Plautus his verbis,

Si speras tibi hoc anno multum futurum syrpe & laserpitium,
Eámque euenturam exagogam Capuam saluam & sospitem. Ea res magnæ æstimationis & prætij erat. Quare dicit calumniator apud Aristophanem, Non si mihi donaueris Ditem ipsum, & Balti silphium. Sed & syrpe videtur appellari ipsum laserpitium, voce &

Græco nomine silphij degenerante. Solinus, Apud Cyrenenses præterea syrpe gignitur, odoratis radicibus, virguleo herbido magis quàm arbusto. Turnebus.

SYRSIGABIS, Darij mater, quæ audita morte Alexandri sese perpetuæ nocti dedit. Author Curtius, apud, quem sunt qui legant Syrsigambis.

SYRTIS, huius syrtis, vel syrtidis, siue syrtides, f.g. Syrtes {σύρτεις} sunt loca circa fines Aphricæ, Ægyptum, versus periculosissima: ab σύρειν trahere. Est enim inæqualitas maris & terræ magna, & in vno loco profundissima, in alia verò satis vadosa. Spirante quæ vento cumulus arenæ, qui supra mare fuerat, in profundissimas residet valles: & qui deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et sunt duæ pares natura, impares magnitudine. Quæ dicuntur maiores & minores. & spatio passuum ducentorum quinquaginta milium separantur, Minor à Cartagine trecentis millibus passuum distat, & totidem ambitus. Liu. 4. bel. Maced. Ora est minoris Syrtis, & agri huberis: vna ciuitas eius Leptis, maior quadringentis viginti quinque milibus passuũ. Plin. lib 6. cap. 30. & lib 7. cap. 2. Cuius sepulchrum à parte Syrtium maiorum est, Seruius verò, vbicunque sunt arenosa loca in mari, Syrtes asserit vocari. Hoc nomẽ etiam declinatur hæc Syrtis, & has Syrtis, vt ait Priscianus. Virg. lib. 10. Æneid.

In Syrtis in saxa volans, &c. Syrtes vocant Lusitani *Baxos de Barbaria*, alij *Banquos*. Oliuarius in Melam.

Æstuosæ Syrtes. Horat. 2. Carm. ode 22.
Ambigua Syrtis. Lucan. lib. 9.
Natus & ambiguæ coleret qui qui Syrtydos arua Chersydros.
Barbaræ Syrtes. Horat. 2. Carm. ode 6.
Exercitatæ Syrtes Noto. Horat. Epod. 9.
Getulæ Syrtes. Virg. 5. Æneid.
Inhospita Syrtis. Virg. 4 Æneid..
Lybicæ Syrtes. Lucan. lib. 1,
Naufraga Syrtis. Silius lib. 17.
Paretoniæ Syrtes Lucan. lib. 3.
Vastæ Syrtes. Virg. 1. Æneid.
Sæuas accedere Syrtes. Valer. 7. Argon.
Lybicas perrumpere Syrtes. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.

¶ Patrimonij Syrtis, per transflationem. Cic. 3. de Orat. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim.

Syrtis nomine, tractus etiam illis finibus vicinus intelligitur. Lucanus,

-nam littore sicco
Quam pelago Syrtis violentius accipit austrum

Et terræ magis illæ nocens. Quinetiam arenosa illa Lybiæ spatia mediterranea Syrtes appellantur, nõ tantũ littoralis ora. Prudẽtius,

Nec responsa refert Libycis in syrtibus Ammon. Ex Turnebo.

Syrticus, pen. cor. adiect. {συρτικὸς} vt Hammon Syrticus. Lucan. lib. 10.

Syritæ, gemmæ sunt, quæ in litore Syrtium inueniuntur. Syritæ (inquit Plinius lib. 37. cap. 10.) in litore Syrtium, iam quidem & in Lucania inueniuntur è melleo colore croco refulgentes: intus autẽ stellas continent languidas.

Syrus, Syra, Syrum, possessiuum: item Syrius, Quod ex Syria est. Vt Syri & Syrij, qui ex Syria sunt. Vide SYRIA.

Syrus à Græco magistractum est, ἀπὸ τοῦ σύρειν. Has nos scopas, rustici eo nomine syros vocant. Varr. Marcipore,

Ventisque frigido se ab axe eruperant

Phrenetici septentrionum filij,

Secum ferentes tegulas, ramos, syros. Ex Nonio.

SYRUS {σύρος} prima producta, Strabonilib. 10. Insula è qua Pherecydes Babius duxit originem. Huius mentionem fecisse videtur Homerus, Syriam illam appellans,

Insula quæ Syria Ortygiæ, stat littore supra.

Syrus {σῦρος} Fossa vbi reconditur frumentum. Syros, inquit Curtius lib. 6. vocant barbari circa Caucasum: quos ita foluerter abscondunt, vt nisi qui defoderint, inuenire non possint. In iis condiræ fuges erant. Plin. lib. 18. cap. 30. Vilissimè tamen seruantur in scrobibus quos syros vocãr, vt in Cappadocia & in Thracia, Hispania & Africa. Budæus contendit scribendum esse per i Latinum. quod facilè crediderim: nam Græca dictio non est.

SYSCIA. Castellum est penes Segestica ea in via, quę in Italiam ducit, ex Danubij finibus. Strabo lib. 7.

Syssitos {σύσσιτος} Latinè sodalis. Caius Iurisconsultus, l. vlt. D. de coll. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci συσσίτους vocant. Haloander sic legit, Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam Græci ὑπαρχίαν vocant.

Systole, pen. cor. f.g. {συστολὴ} Correptio: figura est quum longa syllaba contra eius naturam corripitur. vt apud Virgil. 1. Æneid.

Connubio iungam stabili, propriámque dicabo. Vbi Nu breuem posuit, quæ naturaliter longa est. Nam alio loco longam posuit, vt 3. Æneid. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?

Syzygia {συζυγία} idem quod cõiugium, siue cõiugatio. Galenus lib. 8. 9. & 10. de vsu partium: Septem illas partium neruorum productiones, quibus sensus à cerebro in vniuersum corpus distribuuntur, Syzygias appellat. Harum prima est neruorũ, Opticum hoc est visoriorum, qui circa medium sui coeuntes, x, Græcæ literæ imaginem referunt: rursúsque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant, Secundæ Syzygiæ nerui in oculorum musculos intenti, motum iis suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam reliquáque oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, iisque sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceráque omnia sensum transmittit, neruósque recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis Laryngis musculis. Est & alia præter has quæ versus nares odoratus, gratia defertur, quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quod extra craneum non prodeat. Galenus in lib. De dissectione neruorum, & lib 8 9. & 10. De vsu partium.

T

TLITERA consonans, cognationem quandam cum D. habet, vt testatur Quint. lib. 1. cap. 4. Nam veteres Alessanter, Cassantra scripserunt: nos modò Alessander, vel Alexander, & Cassandra. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Tribunis plebis intrare curiam non licebat: ante valuas autem positis subsellijs, decreta patrũ attentissima cura examinabant: vt si qua exeis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis T litera subscribi solebat: eáque nota significabatur, illa Tribunos quoque censuisse.

Tabanus, tabani, pen. cor. m. g. {τέρετρο, μύωψ} Genus vermis, à quibusdam Asilus dictus. Plin. lib. 11. cap. 28, Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo, siue tabanum dici placet, &c. Varr. 2. de Re rust. cap. 5, Itaque quòd eas æstate tabani concitare solent, & bestiolæ quædam minutæ sub cauda, &c.

Tabella, tabellæ, & Tabellarius, Vide TABVLA.

Tabeo, Tabes, Vide TABES.

TABERNI, pen. prod. {ταβέρνοι} populi iuxta Chalybes, Pomponio lib. 1. quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibareni, vel Tibarani dicendi, teste Hermolao. Iustissimi sunt illi, nec prius prælio congrediuntur, quàm diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum tanquam pueri author decumbit, cúmque vt puerperã efferta vxor curat, vt ex Nymphodoro Cœlius annotauit. Valerius Flaccus lib. 5. Argon. 30. Quo de loco doctissima extat Angeli Politiani epistola ad Põponiũ Lætum.

Taberna, taberne {τάβερνα} dicitur quasi trabena, à validioribus trabibus, quibus superiora sunt suspensa, vt ait Donatus. Accipitur pro omni ædificio quod est vtile ad habitandum, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur, siue coopericbatur, vt ait Vlpianus de verb signif. Cic. Attico, lib. 14. 305, Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem ad Quintrem, lib. 3. 23, Iuuenalis Satyr. 3,

Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.
Arcana taberna. Propert. lib 4. eleg. 8.
Diuersoria taberna. Plaut Menæch 9.
Instructa & ornata taberna. Cic. pro Cluent.
Meritoria taberna, Vide MERETO.
Salax taberna Carul. ad Contubernales, 35.
Obscuræ tabernæ. Horat. de Arte.
Claudere tabernam. Cic. pro Domo sua.
Diuertere in tabernam. Cic. 2. de Inuent.
Duas tabernas eiusdem negotiationis exercere. Vlpianus in l. Procuratoris. D. de Tribut. action.

¶ Taberna {ἐργαστήριον} Vbi opera ipsa, cæteræque merces venditantur. Horat. 1. Serm. Saty 4,

Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.
Libraria taberna. Vide LIBER.

Tabernarius, tabernarij, m. g. {κάπηλος} Qui in taberna venditat. Cicero pro L. Flacco. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fœcem ciuitatum quid est negotij concitare?

Clodius concitator tabernariorum. Cic pro Domo sua.

¶ Tabernarius, qui vinum venditat: sicut aquarius, qui vendit aquam. Cælius ad Cic. lib. 8. 6, Nisi ego cũ tabernarijs & aquarijs pugnarem, veterrimus ciuitatẽ occupasset. Firmicus lib. 3 cap. 7, Erunt caupones, vel tabernarij. Sunt tamen qui Cælij locum sic interpretentur: Tabernarius, id est opificibus, siue qui præsunt curandis tabernis. Aquatijs, aquarum & aquæductuum curatoribus. Veternus, aquarum colluuio, & fœditas quædam. Aquarum ius penes Ædiles & Censores erat. Itaque quum tabernarij publicas aquas in suum vsum deducerent, Cælius, qui tunc temporis Ædilitatem gerebat, ea de re cum tabernariis & aquatijs pugnauit. Concionẽ etiã de aquis scripsit, cuius meminit Festus. Pontius lib. 2. De aquæ ductibus. Firmicus lib. 4 cap. 15, Faciet hospites, popinarios, tabernarios.

Tabernarius. adiect {καπηλικὸς} vt Comœdię tabernarię, in quibus non Magistratus, sed humiles personæ inducuntur. Dictæ quod olim tabulis domus vulgò tegerentur.

Tabernaculum, tabernaculi, pen. cor. {σκῆνος, σκήνωμα} Tectum castrense, quòd veluti taberna quædam fit. Cic. 2. de Nat. deor. Se quum legeret libros, recordatum esse vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortos Scipionis.

Militare tabernaculum. Cic de clar. Orat.
Collocare sibi tabernaculum in aliquo loco. Cic. in Pisonem.
Perportare totũ diẽ in aliquo loco posito tabernaculo. Cic. 7. Verr.

Tabes, tabis, f.g. {φθίσις, φθεσμὸς, τακεδὼν, τηκεδὼν} Morbus est cuius tres species sunt. Vna, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decidẽtibus, nullis verò in eorũ locũ subeũtibus, ita summa macies oritur, & nisi occurritur tollit. Atrophiã hãc Græci vocant. Alia est quã appellabãt cachexiam, vbi malus corporis habitus est, ideó que omnia alimenta corrumpuntur: quod ferè fit, quum longo morbo vitiata corpora etiam si illo vacant, refectionem tamen non accipiunt. Tertia est species, quam Græci phthisim nominant, καὶ τὸ φθίνειν quod est consumi & tabescere. Oritur ferè à capite, inde in pulmonem destillat, huic exulceratio accedit. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit: frequens tussis est, pus excreatur.

excreatur. Hęc Sipontinus ex Celso lib. 3. cap. 22. Festus, Tabem eam quæ faceret tabescere apud antiquos vsurpatum. Salustius lib. 4. histor. Qui quidem mos, vt tabes in vrbem coniectus. Et Coruinus pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Hactenus Festus. Virg. 6. Æneid.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius, Tabe, corpore defluente paulatim.

Cæca tabe liquefactæ medullæ. Ouid. 9 Metam.

Funesta tabes veneni, Mortifera veneni corruptio & sanies. Ouid. 3. Metam.

Lenta tabe liquitur. Ouid. 2. Metam.

Pallida tabes lucri, Lucan. lib 4.

¶ Tabes interdum aliquid cruentum significat, quod propriè Tabum nominant, estque sanies & sanguis corruptus. Virg. 3, Æneid.

Et terram tabo maculant. Vbi Seruius, Tabo, corrupto sanguine. Et est nomen, casus septimi tantum, vt sponte, natu. Quod si velis declinate, hæc tabes, huius tabis dicis. Idem 8 Æneid.

-& sanie tabidque fluentes. Seruius, Sanies mortui est: tabo, viuentis scilicet sanguinis. Cic. 1. Tusc.

Saxa spargens tabo,
Sanie & sanguine atro. Ex poëta. Ouid 2. Metam.
Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo

Tecta petit. Vbi interpres Diptotum nomen est & duorum casuum. Nam tabi & tabo solùm inueniuntur.

Turbi dilapsa cadauera tabo. Virg. 3. Georg.
Atro tabo fluentia membra. Virg 3. Æneid.
Infecit pabula tabo. Vig. 3. Georg.
Putri tabo liquentia cadauera. Silius, lib. 13.
Crasso tabo oblita cuncta rubent. Stat. 5. Thebaid.
Mortifera tabe tincta sagitta. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 1.
Vndantem tabem per auras latè torquet serpens. Sil. lib. 17.

Tabes etiam dicitur vis corrumpendi putrefaciendíque. Liu. lib. 10. bell. Maced. Arca altera inanis inuenta sine vllo vestigio corporis humani aut vllius rei, per tabem tot annorum omnibus absumptus.

¶ Arborum tabes. Plin. lib. 17. cap. 24. de vitiis & morbis arborum, Quę iam temporum causę aut locorũ non propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes cùm inuaserit arborem, aut vredo: vel flatus alicuius regionis proprius. &c. Quæ verba Plinij ad verbum ferè ex quarto Theophrasti, de plantis transcripta sunt, qui hanc tabem πτῶσιν τῶν δένδρων vocãt, quasi perculsionem, aut stuporem arborum, quum stirpes arescunt tabido morbo exusti, eo modo quo homines ægri longa tabe emaciati, defectíque.

Membrorum tabes. Lucret lib 1.

Imbribus & tabe membrorum arbusta vacillant.

Fori tabes. Tacit. lib. 11. Et quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.

In tabem resoluere. Plin. lib. 9. cap. 35. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas vi sque in tabem margaritas resoluit. De Cleopatra loquitur. Quid autem sit in tabem resolui, hoc quidem loco, ipse Plinius paulò pòst explicat his verbis: detractum alterum meritt, ac liquefactum absorbuit.

Tabitudo, pen. prod. tabitudinis {τῆξις} Idem quod tabes. Plin. lib. 22. cap. 25, Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subuenit. De alica.

Tabidus, pen. cor. Adiect. {ταπεινὸς μεμαραμμένος} Corruptum quod tabem patitur. Mart. lib. 1,

Indignas premeret pestis, quum tabida fauces.
Lues tabida. Virg. 3. Æneid.
Mens tabida facta, Ægra & tristis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1.
Vetustas tabida consumit ferrum, Longinquitas temporis qua omnia putrescunt. Ouid. 4. de Ponto, eleg 8.
Tabida nix, quum iam consumitur, & colorem prorsus amisit, vt iam fœci simillima sit. Liu. 1. bel. Pun.

Tabificus, pen. cor. Adiect. {φθοροποιὸς, φθειστικὸς} Quod tabem inducit. Vnde à Cicerone lib. 4. Tusc. Ægritudo & metus, tabificæ mentis perturbationes dicũtur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum & afflictionem inferunt Plin. lib. 8. cap. 10. Et terram ediſſe iis tabificum est, nisi fæpius mandant.

Aër tabificus, Pestilens, Infectio aëris. Lucan. lib. 5.
Radij solis tabifici. Lucret. lib. 6,
Tabificis subigit radiis Sol omnia lustrans.
Sanies tabificam expirat serpens. Sil. lib. 6.
Vis tabifica. Plin. lib. 29. cap. 4, Non enim est tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt.

Tabificabilis, & hoc tabificabile, pen. cor. {μαραντὸς} à veteribus dicebatur, Accius, Pars neci obiicior liberorum letho tabificabili.

Tabeo, tabes. tabere: siue

Tabesco, tabescis {τήκομαι, παραφθείρομαι, ἀπορῶ} tabescere, Interiore sensu liquescere & consumi. Et propriè in amore & mœrore tabescere dicimur. quanuis de aliis dici possit. Gel lib. 7. cap. 8. Delphinus amans desyderio tabuit, exanimarúsque est. Plaut. Cap. 4,

Ego qui tuo mœrore maceror,
Macesco, consenesco, & tabesco miser.
Artus tabentes. Virg. 1. Æneid.
Ceræ tabuerant. Ouid. 8. Metam.
Corpora tabent. Ouid. 7. Metam.
Dies tabescit, quæ ad occasum tendit. Plaut. Sticho, 11.
Galea tabescens, Claud. 4 Paneg.
Humor colore tabescit. Cic. 2. de Nat. deor.
Sal tabescit. Cato de Re rust. Id aliquoties in die quotidie facito vsque adeò donec sal deficrit tabescere.
Animus tabescit assiduis curis. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.
Desyderio alicuius tabescere. Cic. in Catil.
Ipsi ita acerba, vt tabescat dolore. Cic. a Att. lib. 2 36.
Dolore ac miseria tabescere. Terent. Adel 4. 3.
Lumina tabescunt fletu. Catull ad Mallium, 63.
Luctu æterno tabescere. Lucret. lib. 3.
Molestiis & morbo tabescere. Cic. 4. Tusc. Et 3. de Nat. deor.
Otio tabescere. Cic. ad Att. lib. 2. 29.

Tablinum, tablini, pen. prod {ταμιεῖον} Locus hybernæ stationis atrio proximus, quòd ferè ex tabulis constaret: vbi tabulæ & instrumenta publica monumentáque rerum gestarum, actarúmque asseruantur. aliàs grammatophylacium dicitur. Plin. lib. 35 cap. 2, Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magistratu gestarum. De priuato tabulario vel tablino Plinius intellexit. Cic. 3. de Nat. deor. Tabularium dixit Apule. lib. vlt. Florium, Medici cùm intrauerint ad ægrum, vti visant, nemo eorum quod perpulchra tablina in ædibus visant, & lacunaria auro oblita. Festus, Tablinum proximè atrium locus dicitur, quod antiqui Magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant: publicarum rationum causa factum locum. Alij dicunt tablinum à tabulis. Hactenus Festus.

Tabo, Ablatiuus. Vide TABES.

TABOR {τάβωρ} mons in medio Galilææ sublimis.

TABRACA, pen. cor. {τάβρακα} oppidum est Africæ minoris, Silius Sabatram nominat libro 3,

Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Aliis Tabatra, quod minime mirum est. Barbara enim vocabula inepta sunt, nec semper eodem sono vtraque lingua efferri cõsueuerunt, vt Hermolaus scribit. Claud. in præfat. lib 2. in Eutrop.

Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.

Tabula, tabulæ, penult. corr. {πινακὶς, πίναξ, φέλλος, πλάξ, σανὶς} Notæ significationis.

Imago alicuius in tabulis. Cic. 5. de Finib.
Incisa tabula his literis, Vide INCIDO, pen. prod.
Imprimere tabulas parieti, Vide IMPRIMO.
Votiua tabula. Horat. 1. Carm. ode 5. Naufragi euadentes, pictas cladibus suis tabulas præferunt, & cum quibus euaserint vestimentis ad Neptuni templum suspendunt. Iuuenal.

-& picta se tempestate tuetur. Et Virg. 12, Æneid.

Seruati ex vndis vbi figere dona solebant. Hæc Acron. Vide duodecimam Iuuenalis satyram.

Arripere tabulam de naufragio. Cic. 3. Offic.
E naufragio tabula, Vide post NAVIS.
Pictæ tabulæ. Horat. 1 epist. 2. Cic. pro Rosc. Amer. Quid præterea cælati argenti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?

Laceræ tabulæ. Ouid. 11. Metam.

¶ Ad tabulam decumbere. Vide DECVMBO.

¶ Tabula cerata, in qua antiqui scribebant. Plaut. Asin 13.

¶ Tabula, Liber est quem sibi quisque nostrum priuatim facere consueuit quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id est diarium & ephemeris actionum nostrarum. Liu. lib. 4. De censura loquens, Constituturn est eam domum vnicuique nostrum debere exittimari, vbi quis sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem feciſſet. Budæus.

Tabulæ accepti & expensi. Rationes in quas acceptæ & expensæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. Verr. Idem pro Rosc. Comœdo. Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert suas in suã rẽ, suo arbitratu scriptas, quo minus secundũ illum iudicetis, nõ recuso. Moris fuit (inquit Pædianus) enúquemque domesticum rationẽ sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere: in quo apparet et quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fœnore, lucróve sepositisset quoque die, & quid itẽ sumptus dãnive fecisset. Sed postquã afflignandis literis recorũ ex suis quisque tabulis damnari cœpit, ad nostrã memoriã tota hæc vetus consuetudo cessauit. Hactenus Pædianus. Et hoc vocat Cic. Cõficere tabulas, ad Att. lib. 12. epist. 4. sub finẽ. Et Suetonius in Iulio cap. 47. Scribit eum seruitia politiora comparasse immenso pretio & cuius etiã ipsum puderet fic, vt rationibus veraret inferri.

Tuis tabulis causam dicis, pro Domesticis rationibus Cic. in Ver. An tuis solis tabulis causam tẽ dicturum existimasti? Budæus.

¶ Tabulæ nouæ appellãtur, quãdo debitores creditas pecunias cũ vsuris persoluere nõ cogũtur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ conficiuntur. Cic. lib. 2. Offic. Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas tibi mea pecunia fundum, eum tu' habeas, ego non habeam pecuniam?

Vindices enim tabularum nouarum nouam tabulã vidimus. Cic. 1. Philipp.

Proscribere tabulam. Cic. Qu. frat. lib. 2. 10.

Tabulæ, iudicum etiã dicuntur, Asconius in Diuinatione, In causis maioribus iudices vniuersi in ciuitatibus tabulas simul coniiciebãt, suas insculptas literas habentes absolutionis, siue condemnationis, cum de alicuius capite agebatur: N & L ampliationis. His enim literis significabant non liquere. Idẽ Asconius alio loco, tabellas cereas intelligit, quibus sententias ferebant. erãt enim sententiæ non vocales, sed tabellariæ. Cic. in Pison. Cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quem in senatu Sententiam rogabas tertium.

Censoriæ tabulæ, Vide CENSEO.

¶ Tabula Valeria. Cic. ad Terentiam, lib. 14 2. Quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses Idem in Vatinium.

Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. Cic. 1. de Orat.

Figere tabulas, & refigere. Cic. Philip. 12. Num figentur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Simile est illud Virgilij Æneid. 6.

-fixit leges pretio, atque refixit. Leges enim in tabulis æneis incisæ erant. Hinc est illud Cic. epist. Famil. lib. 12. epist. 1,

Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Et paulo pòst, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? Leges intelligit Cæsaris, de quibus fusissimè Philip. 1.

¶ Tabulæ. numero plurali, siue per diminutiuũ tabellæ, dicebãtur testamenta, siue aliæ publicæ scripturæ cuiuscunque materiæ essent.

Vlp.in l.1.D.de bonor.poſſ.ſecund.tabul.Tabulas teſtamẽti accipere debemus omnem materiæ figuram. Siue igitur tabulæ ſint lignææ, ſiue euiuſcunque alterius materiæ:ſiue chartæ,ſiue membranæ ſint, vel ſi coriũ alicuius animalis:tabulæ rectè dicuntur.Hæc ille. Quin. lib.5.cap.7.Teſtimonia dicuntur aut per tabulas, aut à præſentibus. Idem lib.6.cap.4.Vetus habebat teſtamentum: & vnus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularũ, falſam tabulam intulerat,conſulens eum an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia.Noli,inquit,facere:offendis illum.Primæ tabulæ teſtamenti ſunt,in quibus heredes primo loco inſtituuntur:ſecundę ſunt in quibus ſubſtitutiones ſiunt,ſi inſtituti hereditatẽ non adierint. Tabulæ enim teſtamentũ ſignificant. Vnde bonorũ poſſeſſiones ſecũdum tabulas & cõtra tabulas dictæ.Tabulæ etiam dicuntur folia teſtamenti. Quare primæ & ſecundæ tabulæ intelligi poſſunt prima & ſecunda charta teſtamenti,quę etiam primæ & ſecundæ ceræ dicuntur.Budæus.

Accuſare tabulas,Vide ACCVSO.

Tabulas teſtamẽti aperire.Caius,Quemadmodum teſt.ape.l.Sed ſiquis,& ſi fortè omnibus abſentibus cauſa aliqua aperire tabulas vt
Conficere tabulas,Vide CONFICIO. (geat,&c.
Configere tabulas,Vipe CONFIGO.
Eximere alicuius nomen de tabulis.Cic.pro Roſc.Amer.
Inferre in tabulas aliquod commodum.Cic.pro Flacco.
Obſignare tabulas,Vide OBSIGNO.
Signatæ tabulæ.Quint.lib.5.cap.11.
Tabulæ ſupremæ,Teſtamentum.Mart.lib.5.epigr.ad Fauſtinum,
Quadrantem Criſpus tabulis Fauſtine ſupremis
Non dedit vxori.cui dedit ergo ſibi. Criſpus hic omnia luxu perdiderat. moriens itaque nihil reliquit vxori,quoniam omnia dederat ſibi,id eſt,ventri ſuo.

¶Tabulæ,Syngraphæ,& documenta literaria. Cic.2.de Orat. Nã pro tabulis & contra tabulas,& pro teſtibus & contra teſtes,&c.Vel ſeparatim dicere ſolemus de genere vniuerſo. Inde illud, Tabulis obſignatis cum aliquo agere.5.Tuſc.Budæus.

¶Tabula pro auctione. Cic.pro Cecinna. Adeſt ad tabulã, licetur Ebutius,deterrentur emptores multi, partim gratia Ceſenniæ, partim etiam pretio.Fundus addicitur Ebutio.Tabulam poſuit pro auctione:quòd auctionis ſignum tabula figebatur.Intelligit itaque tabulam pendulam,publicè propoſitã atque ſuſpenſam,quæ loquebatur fundum Fulcinianũ venalem.Nẽpe quemadmodũ hodie in charta,ſic olim in tabula res venales ſcriptæ certo publico loco affigebantur,ac proſcribebantur:id eſt per ſcripturã proponebãtur ac publicabãtur,ſiue inſcriptione aut venales aut locandæ ſignificabãtur, vt omnes cognoſcerent.Idẽ ad Qu.fratrẽ lib.2.epiſt.6, Senſit Milo, dedit cuidã nõ familiari negotiũ,qui ſine ſuſpicione emeret cã familiam à Catone.Quę ſimul abducta eſt.Racilius qui vnus eſt hoc tempore Trib.pleb.rẽ patefecit, eóſque homines ſibi emptos eſſe dixit: & tabulã proſcripſit, ſe familiã Catonianã venditurũ. In eam tabulam magni riſus conſequebantur.Idẽ ad Art.lib.12.255.De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe,aliud tua gratia,aliud noſtra,vt præconi ſubiiciantur.Id niſi fit,exeludemur. Sin ad tabulã venimus,vincemus facultates Ochonis noſtra cupiditate. Hoc eſt, ſin præconi ſubiicirẽtur,& auctio fiet.Hæc tabula etiã Titulus dicebatur,& libelli.Vide ſuis locis.Vide Auctionariæ tabulæ,in AVCTIO.

Tabella,tabellæ,Diminut. {πινάκιον}Parua tabula. Plin. lib.16. cap. 39. Inuentum eſt pictorum tabellis immo:tale.Cic.ad Gallum,lib.7.24. Ea volebam tabellis ornare.
Blandæ denſæque tabellæ.Iuuen.Saty.9.
Legitimis tabellis tibi iuncta mulier.Iuuenal.Saty 6.
Raſis tabellis infuſa cera.Ouid.1.de Arte.
Committere verba tabellis.Ouid.9.Metam.

¶Tabellæ, Epiſtolæ dicebantur, quòd in breuibus tabulis ſcribe rentur.Plaut.Epid.5.Idem Pſeud 3,
Tace dum pellego tabellas.
Croceæ membrana tabellæ Iuuen.Saty.7.
Laureatæ tabellæ,Vide LAVRVS.
Lepidæ tabellæ,Vide LEPIDVS.
Verba dedit ferenda tabellis.Ouid.14.Metam.
Properatæ tabellæ,Celeriter ſcriptæ.Ouid.9.Metam.
Arcanas ſignare tabellas.Ouid.2.Amor.eleg.15.

¶Tabellæ,in quibus iudices ſcribebant.Cic.1.Verr.Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima,non illa infami ac nefaria. Idem 6.Verr.De quo vos ſententiam per tabellam feretis?De tabellis vide Vti rogas,in ROGO,& PONS.

Tabella damnatoria,& abſolutoria.Sueton.in Auguſto cap.33.Nõ tãtùm duas tabellas,damnatoriã,& abſolutoriã, ſimul cognoſcẽtib⁹ dedit:ſed tertiã quoq; qua ignoſceretur iis quos fraude ad ſignandũ,vel errore inductos cõſtitiſſet. De falſo loquitur teſtamẽto Suet.
Videris in tabella iam antè quanta facta ſit labes. Cic.de Amicit.
Ferre tabellam.Cic.2.de Leg.Agr.Quod meis comitiis nõ tabellã indicẽ tacitę libertatis,ſed vocẽ viuã prę vobis,indicẽ veſtrarũ erga me voluntatũ ac ſtudiorũ tuliſtis.Alij legunt vindicem libertatis.
Obſignata tabella.Cic.5.Tuſc.
Grata tabella.Cic.pro Plancio.
Tabella dimidiata,Varro,Vis potius villæ publicę vtamur vmbra, quã priuati cãdidati tabella dimidiata ędificemusnobis?Hoc eſt,Vis ingrediamur potius villã publicã,quã in anguſtum tabernaculũ candidati noſtri nos conſtipemus?Nam dimidiatam tabellam dixit exiguam tabernaculi partem multis hominibus referti: ædificat autem ſibi,qui tanquam ædificium ſibi parat & locum.Turnebus.

Tabellarius,tabellarij,m.g.{βιβλιοφόρος,γραμματοφόρος}Ratiocinator,ſupputator,phyllacifta.Qui in tabella, nomina & rationes obſeruat. Sidonius ad Petreium, Sed & ille ſuſcipiebat hũc granditer habens in eo conſiliarium in iudiciis, vicarium in eccleſiis, procuratorem in negotiis,villicum in prædiis,tabellarium in tributis, in ſectionibus comitem,in expoſitionibus interpretẽ,in itineribus cõtubernalem.

Tabularius idem dicitur Senecæ epiſt.89.
Locuples tabellarius, Vide Locuples in LOCVS.

¶Tabellarius, Qui literas perfert. Cic.ad Teren.lib.14.22,Idẽ ad Pætum,lib 9.15,Duabus tuis epiſtolis reſpondebo:vni, quàm triduo antè acceperam à Zeto:alteri quam attulerat Phileros tabellarius.
Fidelis tabellarius.Cic.Att.lib.18.
Tabellarios deprehendere.Cic.Famil.12.
Tabellarios exeutere.Aſinius Ciceroni Famil.10.
Tabellarios mittere,vel remittere.Cic.Famil.2.
Tabellarios ſubminiſtrare vel præbere.Cic.ad Qu.Frat.
Tabellarios ſeruari.Aſinius Ciceroni Famil.10.

Tabellarius,Adiect.{πινακικὸς}vt Lex tabellaria.Cic.pro Seſtio, Tabellaria lex ab L.Caſſio ferebatur : populus libertatẽ agi putabat ſuam: diſſentiebant principes , & in ſalute optimatium temeritatẽ multitudinis & tabellæ licentiam pertimeſcebant.Aſconius in ſecundum Verrinarũ,L.Caſſius,Inde,inquit,ſunt leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis liberè ferendis,non voce,ſed tabella.Vide,Suffragia quomodo ferri ſolerent, in SVFFRAGOR. Tabellariæ naues,Quæ præmittebãtur in portũ,ad nuntiandum aduentum proximæ claſſis. Senec. epiſt.78.

Tabellio,tabellionis.Firmic.lib.5.cap.2 & lib.8.cap.28. Idem lib.4.cap. 5,Tabelliones publicos facit,& qui ex literis quærant vitæ ſubſidia.

Tabularis,& hoc tabulare,pen.pro. {πινακικὸς} Quod ad tabulas pertinet,& in tabularum ornatum accommodatur. Plin lib.34.cap.9. Æs omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura ſtatuaria eſt,eadẽmque tabularis.

Tabularia, Species tormenti. Seneca lib.3.de Ira,cap.19. Torſerat per omnia , quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis tabularibus, equuleo,igne,vultu ſuo.

Tabularium,tabularii,Locus erat Romæ refertus omnibus inſtrumentis,tabulis, liteiſque publicis,in quibus omnia paſcua,prædia veſtigalia,portoria, ciuitates, redẽptionẽſque publicanorũ perſcripta erãt.Erat autẽ in atrio Libertatis.Liuius,Cẽſores extẽplo in atriũ Libertatis aſcẽderũt,& ibi ſignatis tabellis publicis clauſóq; tabulario & dimiſſis ſernis publicis,negarunt ſe prius quicquã negotij publici geſturos,quã iudiciũ populi de ſe factum eſſet.De eo Virgil.ſcripſit,
Inſanũmque forum populi & tabularia vidit. Turnebus.

Tabularius, Subſtant.Supputator,ratiocinator.Vlp.in l.vlt. D. Si menſor falſum modũ dixerit.Ego & aduerſus tabularium puto actiones dandas , qui in computatione fefellit. Tabularij , inquit Antonius Auguſt.ſunt qui magiſtratibus,in publicis,aut priuatis negotiis cautiones,acta & rationes cõſcriberent.Hos ſeruos publicos appellatos ſcimus,quòd ſerui fuiſſent,antequã id fieri Arcadius vetaret conſtitutione 3. De tabularijs , ſcribis,holographis,& ſenſualibus, quæ in Theodoſiano quoque libro extat.Hodie Tabelliones appellãtur:ſed iis rationum tabulæ nullæ committuntur,vt tabularijs. Hæc ille.

Tabularij {πινακοφορικοὶ} Obſignatores tabularum , ſiue hæ ad teſtamentum,ſiue ad aliud pertineant.Tacit.lib.14. Igitur Fabianus tabulariis quos memorani,& aliis minus illuſtribus obſignat.

Tabulinum,n.g.Mœnianum tabulis fabricatũ.Varr.de vit.Pop.Ro.lib. 1.Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabãt: æſtiuo tempore in propatulo:rure in corte:in vibe,in tabulino,&c.Vide Nonium.

Tabulo,tabulas,pe.cor.{σανιδῶμαι,σανίδωμαι}tabulare, Tabulis aliquid cõſtruere.

Tabulatio,Verbale{σανιδωσις}Ipſa tabularum conſtructio. Cæſar.2.bel. Ciuil. Centoneſque inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabellationem perſtingerent , aut faxa ex catapultis lateritium excuterent.

Tabulatus,pen.prod.Adiect.{σανιδωτὸς}ex tabulis factum.Vt tabulatus tranſitus,Tabulis vbique interpoſitis confectus.Plin.epiſt.17.lib.2.

Tabulatum,pen.prod.n.g.{σανίδωμα,σφύρακτον,ὑπηρεσία}Plana in ędificiis ſuperficie,quadratis lapidibus , vel etiam tabulis conſtrata & parietibus vndecũque ſuffulta.Cato cap 3,Si in terra,vel tabulato olea nimium diu erit,putreſcet,oleum fœtidum fiet. Cæſ.6.bel. Gal.In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit,præſidiúmque cohortium duodecim pontis tuendi cauſa ponit.Iuuen.Saty.10.
-numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata. Virg.2.Æneid.
Summa tabulata
Deſtruit tabulata.Stat.10.Thebaid.
Strata ſolo tabulata.Stat.1.Sylu 5.

¶Tabulata,in arboribus ſunt rami effuſiores in planta tendentes, non in altiora creſcentes,inquit Seruius.Plin.lib.17.cap.23,Et vlmus detruncata à media in ramorum ſcamna digeritur,nulla ferè viginti pedum altiore arbore:tabulata earum ab octauo pede alitudinis diſtantur in collibus,ficíſque agris. Virg.lib.2.Georg.
-ſummáſque ſequi tabulata per vimos. Colum.lib. 5. cap.6.

Tabum,Vide TABES.

TABVRNVS,mons Campaniæ,oliuetis abundans.Virg.2.Georg.
-iuuat Iſmara Baccho
Conſerere,atque olea magnum veſtire Taburnum.

TACAPA,pen.cor.{τάκαπα}Ptolemæo lib.4.cap.3. Vrbs Syrtis paruæ: Plinio Tacape:vulgò *Capis*.

Taceo,taces,tacui,tacitum,pen.cor.{σιγάω,σιωπάω,ἡσυχάζω,γλωσσοστατέω}tacere,Notæ ſignificationis.Terent.Eunuch.3.2,
Nunquid habes quod contemnas,quid tu autem Thraſo?
Tacent,ſatis laudant.
Enuntiabo apud homines familiariſſimos, quos ſemper tacui , & tacendum putaui.Cic.1.de Orat.
Ante expectatum tacuit.Ouid.4.Metam.
Tacere aliquid,Reticere.Terent.Eun.1.2.
Callidè quid tacere.Quint.lib.5.cap.13.
Taceo te.Plaut.Milit.1.4.
Vlcifci ſe tacendo.Ouid.2.de Remed.
Tacere de.Plin.lib.13.cap.16. De menſis tamen tacuit.
De re aliqua tacere.Quint.lib.1.cap.2.
Nimium diu de rebus alicuius tacere.Cic.Att.lib.1.14.

In his

In his ſaltem rebus,in quibus de ſe taceri velit,tacere. Cicero de lege Agrar.
An me taciturum tantis de rebus exiſtimauiſtis.Cic.2.Ver.

¶Tacere , Securum eſſe: quoniam qui ſecuri ſunt,nullam interrogandi cauſam habent.Terent.Adel.2.4.

Tace modò,ac ſequere. Ibid.2.2,
Tace,egomet conueniam iam ipſum.

¶Tacere etiam dicuntur quæ ſine voce ſunt.Virg.lib.4.Æneid.
-torúmque pererrat.
Luminibus tacitis. Et 4.Æneid.
Quum tacet omnis ager.
Amor tacetur in medio Marte.Ouid.2.Amor.eleg.18.
Iurgia turbida tacuerant.Ouid.ad Piſonem.
Oculi tacent.Ouid.1.Amor.eleg.5.
Plectra dolore tacent.Ouid.epiſt.21.
Tacitum eſt,imperſonale.Terent.Adel.3.4,
Ignotum eſt,tacitum eſt,credimus eſt.
Taceantur.Mart.lib 1,
Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.

Tacens,tacentis{ἡσυχαστικὸς}Partic.Plaut.Rud.2.4.
Quia enim neque loquens es,neque tacens vnquam bonus.
Oratio tacens Quint.lib.2.cap.28.
Fluuius tacens, Sine murmure, & quaſi imperceptibiliter fluens. Senec.Herc.fur.9.
Vento tacente tumuit mare,Non ſtante.Senec.Medea,10.

Tacendus,tacenda,tacendum{σιωπητέος}Matt.lib.1.
Vir Celtiberis non tacende gentibus,&c.
Loqui tacenda Ouid.2.de Arte.

Tacitus,tacita,tacitum,pen.cor.{ἄφωνος,ἡσύχιος,σιγηλός}Qui tacet: & quod ſecretum eſt optimè nouit tenere apud ſe,& tacere.Plautus Rud.2.3,
Tu abi tacitus tuam viam. Terent.Eun.3.5,
Quid eſt?c.tacitus,citius audies. Idem Hecyra,4.1,
Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.
Aſſentitur tacitus.Cic.1.Verr.
Accepit hanc plagam tacitus.Cic.5.Verr.
Arguit tacitus. Liu.1.ab Vrbe.
Dat tacitus.Cic.2.Ver. Id enim conſilij mihi profectò taciti dabitis,quod egomet mihi neceſſariò capiendum intelligo.
Perſpicere voluntatem tacitorum.Cic.1.in Catil.

¶Tacitus.Paſſiuè aliquando accipitur,Virg 6.Æneid.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat? Cic.ad Appium, lib. 3. 8. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda funt.
Vulgator taciti.Ouid.3.Amor.eleg.6.
Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet,verbis omnino non vteremur.Cic.pro Cecinn.
Nihil me mutum delectat,nihil tacitum.Cic.3.in Catil.

¶Acceſſus tacitus.Vide ACCEDO.
Affectu tacito lætari, Amare occultè.Ouid.7.Metam.
Annis tacitis ſeneſcimus,Tacitè fluentibus. Ouid.6.Faſt.
Occulta & tacita aſſenſio.Cic.pro Milone.
Cælo tacito labẽtia ſydera, Nocturno, per quod tacetur,vel quia cœli motus à nobis nõ auditur.
Cogitationes tacitæ.Quint.lib.6.cap.1.
Commendatio tacita.Quint.lib.4.cap.1.
Curſus tacitus fluminis.Ouid.14.Metam.
Tacita eſſe poterit in id dignitas noſtra? pati poterunt oculi me cum Gabinio ſententiam dicere? Cic.Att.lib.10.197.
Dolòr tacitus.Ouid.1.Faſt.
Dulcedine tacita tangere pectus, Viſcera introrſum titillante. Lucret.lib.3.
Reprehendi tacita exiſtimatione.Cic.de Prouinc Conſul.
Vocat me aliò tamdudũ tacita veſtra expectatio. Cic.pro Cluent.
Tacita corporis figura. Cic.pro Roſc.Comœd.
Furtum tacitum.Ouid.1.Faſt.
Inceſſu tacito progreſſus.Virg.12.Æneid.
Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ.Cic.7.Verr.
Ira tacita exæſtuare,Tecta,occulta.Ouid.6.Metam.
Mente tacita gerit vulnus inconſolabile. Hoc eſt maximum dolorem.Ouid.5.Metam.
Mœſtitia tacita. Liu.1.ab Vrbe. Sed ſilentium triſte ac tacita mœſtitia ita defixit omnium animos.
Murmure tacito venerantur numen,Voce ſubmiſſa.Ouid.6.Met.
Nox tacita,In qua omnia tacent animalia.Ouid.9.Metam.
Nutus taciti.Ouid.3.Amor.10.
Officium & ſtudium tacitum.Cic.pro Quintio.
Os tacitum præbere alicui.Cic.5.Verr.
Pallore tacito fateri animum.Ouid.6.Faſt.
Paſſu tacito præterire.Claud.4.Paneg.
Pectus tacitum pertentant gaudia.Virg.1.Æn.
Piſces taciti,Muti.Ouid.1.Metam.
Timor tacitus.Lucret.lib 6.
Vis tacita.Quint.lib.3.cap 5.
Voce tacita dicere aliquid,Subſurrare.Ouid.9.Metam.
Vultus taciti.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Tacitum iudicium, Genus quoddam iudicij fuit apud Romanos, de quo ſic ad Atticũ Cicero loquitur , Senatus decreuit vt tacitũ iudiciũ ante comitia fieret,ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos: magnus timor candidatorũ. Inrerdum cum magnõ ambitu honores petebantur aperta largitione , ob candidatorum contentionem diſciplinæ & inſtitutis patriis legúmque iuſſis repugnantem,populúſque tribus & centurias corrũpentem, Senatus decernebat, vt iudicium fieret tacitum in candidatos , quo vel ante dam.vel ambitus,vel eorũ comitiis ratio non haberetur, quòd more maiorum petiſſe non viderentur. Hinc meridiana luce clarius redditur , quod apud Ciceronem 3. Officiorum alioquin eſt obſcurum,vt ait, Quanuis enim demerſæ ſint leges alicuius opibus,quanuis tremefacta libertas , emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis , aut occultis de honore ſuffragiis. Hîc enim tacita iudicia non alia eſſe , arbitror , quàm quæ ex epiſtola ad Atticum eruta paulò antè ſunt Ex Turnebo.

¶Tacitum , Subſtantiuum, pro arcano quod taceri volumus. Senec. epiſt. 84. Falſum ergo eſt hoc quod patrocinij loco ponitur, ei qui ſoleat ebrius fieri,non dari tacitum.
Vulgator taciti.Ouid.3.Amor.eleg.6.

Tacitè , Aduerbium ſiue tacitò , pen.cor.hoc eſt ſecretè , & ſubmiſsè {σιγῇ,σιγῇ ἢ} Plau.Pœnulo,2,
Matronæ tacitè ſpectent,tacitè rideant. Idem Aſin.12,
Tacitè auſcultemus.
Tacitè dare poteſtatem.Cic.pro Milone.
Tacitè,obſcurè,poſſe concedere.Cic.pro Quintio.
Tacitè præcreuntem execrari.Liu.2.ab Vrbe.
Tacitè rogare.Cic.pro L.Manil.
Annus tacitè labens.Ouid.1.Faſt. Hoc dixit ad ipſum tempus reſpiciens,quod eſt menſura mõtus cœli, quod quidẽ tacitè mouetur.
Tacitò intelligere:Cic.4.Verr.
Habere aliquid tacitè.Liu.lib.2. Decad.5. Et quanquam diſſimulare,& tacitè habere id,patiſque ſtatuerat.

Taciturnus,Adiect.{σιωπηρός,σιγηλός,σιγηρός}Qui natura facilè tacet.
Ripa taciturna caret ventis Horat.3.Carm.ode 29.
Silentia taciturna.Ouid.2.de Arte.
Statua taciturnius.Horat.2.epiſt.2.
Taciturniſſimum oſtium,apud Plautum Cure.2.

Taciturnulus,pen.cor.{ὑποσιγηρός} Adiect.diminut.Apuleius , Blanda mulier,& taciturnula.

Taciturnitas,pen.cor.taciturnitátis,f.g {ἀφασία,ἀφωνία,ἡσυχμός}Obſeruantiæ genus in ſilentio conſtitutæ Terent.And.1.1.
Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide, & taciturnitate. Cic.ad Lent.lib.1.5, Sed noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.
Annua taciturnitas.Cic.in Piſonem.
Inuida taciturnitas.Horat.4.Carm.ode 8.
Perpetua taciturnitas, Vide PERPETVVS.
Suſpicionẽ mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat. Cic. Att.lib.7. Experiri taciturnitatem alicuius. Cic.de Clar.Orat. (128;
Taciturnitas imitatur confeſſionem.Cic.1.de Inuent.

TACHAS,Rex Ægyptiorum fuit,qui cùm Ageſilaum Lacedæmoniorum regem,breuis ſtaturæ hominem, qui ideireo venerat , vt cum eo belli ſociẽ tatem iniret,eſque auxilium ferret , hoc inrẽpeſtiuo ioco laceſſiſſet, ὅτιν ὄρος ζῆις ὦ βάτραχε τὸ σίτιον μεῖον id eſt, parturiebat mons:at Iupiter metuebat,ille autẽ murẽ peperit : regno ſuo eſt ſpoliatus,alienato à ſe Ageſilao,ſocietatéque dirempta. Hæc Athenæus lib.14.

TACITVS; Cornelius {τάκιτος κορνήλιος} ſub Adriano principe orator clariſſimus,æqualis ac familiaris Plinij Iunioris,Belgicæ Galliæ rationes procurauit,ad Veſpaſianos vſq; peruenit,ab iſtiq; honoribus euectus hiſtoriam principum conſcripſit , ab Auguſto vſque ad Adrianum; quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non vitas imperatorum auſus inſcribere,ſed tantùm diurnales actiones , quæ medium inter hiſtoriam & vitas tenerent. Scripſit & de Clar. Orat. Cic.Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea viram Agricolæ ſoceri ſui:& de moribus ac ſitu Germaniæ , ſtylo preſſo & eleganti,tum arguto & ſententioſo:in cætera verò hiſtoria aliquantulum ſublimior.Scribit Flauius Vopiſcus hunc authorem tanquam è ſuis progenitoribus, Tacitum imperatorem quoranois decies deſcribi,ne liber periret, cũmque in omnibus bibliothecis apponi iuſſiſſe. Tertullianus autem noſter eum mendaciorum loquẽtiſſimum appellat.

TACOLA,{τάκολα} Indiæ emporium extra Gangem Ptolemæo lib.7. cap.2. Malacha nunc dicitur,miræ magnitudinis,à Portugalenſibus vi capta:quod teſtatur epiſtola Emanuelis regis ad Leonẽ decimũ.

Tactus, Vide TANGO.

Tæda,tædæ,Vide TEDA.

Tædet,tædebat,tæduit,& tæſum eſt,{ἐξαπορῶπαι,κάκηδέω} tædere,Nõ tæ ſignificationis.Terent.Eunu.1.1,
Et tædet,& amore ardeo.
Cõſtruitur cum infinitiuo,aut accuſatiuo à parte anteriori,& genitiuo à poſteriori.
Cùm infinitiuo.Terent.Phorm.3.2,
Ar enim tædet iam audire eadem milies
Cum genitiuo. Plaut.Caſin 3,
Abeo intrò,tædet ſermonis tui. Subaudi me Ter. Eunu.2.3,
Tædet harum quotidianarum formarum. Cic.ad Attic. lib.2.36;
Prorſus vitæ tædet,ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima.
Tædet nemorum. Stat.4.Thebaid.
Quid quæris?tædet omnium nos vitæ. Cicero Attic. lib. 5.10.4.

Tædium,tædij {ἀπορία} Plin.lib.19. cap.6. de alio , Tædium huic quoque halitu, vt cepis,nullum tamen coctis.
Laboris tædium.Quint.lib. 2. cap.2.
Sollicitũm tædium. Horat. 1. Carm. ode 14.
Adducere tædium,Vide ADDVCO.
Afferre tædium, Vide AFFERO.
Cepit tædium, Vide CAPIO.
Capere tædia cœpti.Ouid.9.Metam.
Deuorare tædium.Vide DEVORO.
Dictare tædium lucis. Quint. lib.1.cap.3.
Effugere tædium varietate. Quintil.lib. 4. cap.2. Nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo,& qui varietate tædium effugiat , & mutationibus animum leuet.
Ferre tædia Iuuen. Saty.16.

Ferenda rædia alicuius. Ouid. 14. Metam.
Leuare tædium lectionis. Quint. lib. 2. cap. 12.
Parere tædium. Quint. lib. 2. cap 21.
Subire longa tædia. Claud. 2. in Eutrop.
Tædia subeunt animos. Iuuen. Saty. 7.

Tædulus, pen. corr. Festus, Tædulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus odio esset, ponere soliti sunt.

Tædiosus, pen prod. Adiectiuum. Firmicus lib. 1. cap. 3. Ille inuisus longam ac tædiosam lucis sustinet sarcinam. Lucis, id est vitæ. De seue loquitur inuisitvo & mori cupiente.

Tænarus, pen. corr. {ταίναρος} Locus vmbrosus in radice Maleæ promontorij Laconicę iuxta Spartam ciuitatem. In quo quia hiatus magnus est, & strepitus progredientium percipiuntur, dixerunt veteres per hunc esse descensum ad inferos. Virg 4. Georg.

Tænarias etiam fauces alta ostia Ditis. Ibi erant κατοψίαι, hoc est lapidicinæ lapidum pretiosorum, qui & Laconica marmora, & Tænarei lapides vocantur. Propert. lib. 3 eleg 2,

Quod non Tænareis domus est mihi fulta columnis. Et in singulari g.m. est, in plurali neutri. Græcè ταίναρα quo Tænarum oppidum vbi dictum est: de quo sic Suidas, Tænarũ promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes vbi & Neptuni præsidis templum: illic suppliicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonij interfecerunt.

Inú si Tænari horrida sedes. Horat. 1. Carm. ode 34.
Operta vmbris Tænarus. Lucan. lib. 9.
Spartanus Tænarus. Senec. Herc. fur. 7.

Tænarius, Adiect. {ταιναρίας} vt Luci Tænarij Stat. 1. Thebaid.
Marita Tænaria, Helena. Ouid. epist 13.
Tænarij lapidis meminit Plin lib 36 cap. 22.

Tænaris, pen. cor. Patronym. fœm. {ταιναρίς} vt Ora Tænaris. Ouidius epist. 16.

Tænia, tæniæ {ταινία} Vittarum extremitas. Virg. 7. Æneid.
-fit tortile collo
Aurum ingens coluber, sit longæ tænia vittæ.
Tænia, Tota vitta. Virg 5 Æneid.
Puniceis ibant euincti tempora tæniis. A tæna, non tænia. Nam & tæna & tænia dicitur. Seruius.
Tænia proprie dicitur fascia, inquit Festus. Græca enim dictio est, ταινία, quam sic interpretatur Verrius, vt dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, vt sit apud Cæcilium in Androgyno, Sepulchrum plenum tæniarum, ita vt solet. Et ahàs, Dum tęniam qui vultnus vincîret petit. Ennius in Alexandro, Volans de cœlo cum corona & tæniis. Hactenus Festus. Plin. lib. 13. cap. 12.
Tęniæ, Sunt in mari candicantes cautes longo tractu fasciam imitantes, à quibus tænienses purpurę vocantur, quæ in illis degunt locis. Meminit Plinius, apud quem tæuei maris perperam, pro tęnuis maris scriptum est. Turnebus.
Tæniensis purpura, apud Plinium, Vide TAENIAE.
¶ Tæniæ, aliter. Vide TINEA. Sunt autem lumbrici ventris, lati quidem illi, sic dicti, quòd instar fasciarum sint lati ac longi. Vnde proditum est à Plin. lib 11. cap. 33. Intra hominem tænias tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine nasci.
¶ Tænia, Genus piscis apud Plinium, lib. 32. cap. 7.

Tęniola, pen. cor. Diminut. {ταινίδιον} Columella. lib 11. cap 3. Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus aut quatuor foliis pangatur. Hoc est quasi fasciolis.

TAGASTA {ταγάστα} Plin. lib. 5. cap. 4. ciuitas Africæ, à qua Tagastensis. Vnde qui Aurelij Augustini vitam scripsere, Tagastensem eum fuisse memorant.

Tagax, Futunculus, à tagendo, quòd videlicet alienas res tagat, hoc est tangat. Veteribus enim tagit, pro tangit vsitatum fuit. Vnde Plauti illud in Epid. Ne attigas. Ex Festo.

Tages {τάγης} Aruspicinæ inuentor, Ciceronę teste lib. 2. de Diuin. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cùm terra araretur, & sulcus altius esset impressus, ex itisse repentè & eum affatus esse qui arabat, &c. Omnem autem orationem fuisse eam qua aruspicinæ disciplina contineretur, eam præterea ex eo fuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis.

Tago, tagis, tagi {θίγω} tagere, dixere veteres, quod nunc Tăgere dicimus Pacuuius in Teucro, vt si quisquam me tagit, & tagam. Idem in Hermiona, Aut non cernam nisi tagam. Festus, Sine dubio id antiqua consuetudo vsurpauit. Nam nunc sine dubitationibus non effertur, vt cõtigit, attigit: quæ secundũ aliquos idẽ sunt quod tagit. Fest.

TAGVS {τάγος} Hispaniæ fluuius, in Lusitania aureis arenis celebratur, Plin. lib 3. cap. 3. Nũc vulgò dicitur *Tago*, vt in Melã scribit Oluarius.
Amnis auriferx Tagus. Catul. in Iulium Cæs. 27.
Auriferi ripa beata Tagi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Opacus Tagus. Iuuen. Saty 3.

TAIGETVS, Vide TAYGETVS.

Talaris, Vide TALVS.

TALASIO {τελάσιος} virginitatis deus: & apud Romanos, inquit Seruius, inuocatur. Vide THALASSIO.

Talea, taleæ {φυτὸν τάγεως} Frustum ligni præcisum ex vtraque parte, vt in terra inseratur. Præcisis enim lignis vel pedali vel cubitali magni tudine nonnullæ arbores seruntur: idque ligoum præcisum Græco nomine generali ξύλον, Latinè talea dicitur, Vulgò *Plantale*. Plin. libro 17. cap. 17. Myrtus & taleis seritur: morus talea tantùm: quoniã ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talea rum satu nunc dicendum est, &c. Cato de Re rust. capite 45. Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito.
Talea instrumentũ bellicũ, vt vinea, Cæs. 7. bel. Gal. Ante hęc taleę pedem longæ ferreis hamis infixis toræ in terram defodiebantur.
A talea (vt Varro sentit) *Taliare* vulgò dicitur lignum, quum scinditur: & intaliari dum præcidendo formatur. Et quum ramus ex vtraque parte æquabiliter complanatur, vt numerus aliquis in eo describatur, dicitur talea.

Taleola, taleolæ, pen. cor. Dimin. Columel. lib. 3. cap. 17, Complures taleolas terræ mandauerunt. Idem lib. 12. cap. 33.

Talentum, talenti {τάλαντον} Talentum multiplex fuisse Budęus in eo opere, quod de asse conscripsit, latissimè docet. Tãdem hîc dicemus talentum Atticum, quod plurimũ celebratur ab historicis, sexaginta libras valuisse, seu minas: hoc est lex millia denariũm, vel drachmarum, quæ sexagies denos coronatos valent, hoc est sexcentos. Talentum, sexcenti aurei sunt. Decem talenta, lex millia aureorum. Quindecim talenta, nouem milia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Horat. de Arte,

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.
Argenti aurique talenta. Virg. 5. Æneid.
Afferre alicui talenta. Cic. 5. Tusc. Cùm legati ab Alexãdro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis Athenis præsertim maxima, &c.
Duo magna talenta auri. Virg. 9 Æneid.
Talenti magni meminit. Plaut. Rud. 18.
-nam promissimus

Carnuficiaut talentum magnum, aut istunc hodie sistere.

TALGA {τάλγα} inquit Pomponius lib. 3. insula in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignuntur attingere nefas & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, disfque seruanda. Hactenus Meta Ptolemæo lib 6 cap. 9. Talca dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17. in Caspio mari vulgatam insulam Taxatam esse scribit.

Talio, talionis. f. g. {ἀντιτίσις} Vindicta, hostimentum, vt si quis manum alicui amputauerit, illi manus Romanorum lege amputari debet. Vnde reraleare formauit Gellius. Festus, Talionis mentionem fieri in XII. Tab. ait Verrius hoc modo, Si membrum rapit, visum cum eo pacit, talio esto. Neque id quid significet indicat, puto quia notum est. Permittit enim lex parem vindictam. Plin. lib 7 cap. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam dictatorem traditur eremarus. Idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere.

Talis, & hoc tale {πέσσος, πεσσοῦ, τὸ πεσσόν, πεσσὸς, πεσσοῦ τὸ} Notæ significationis. Terent. Heaut. 5. 3,
Tũ prætereà talem, nisi tu, nulla pareret filium. Cic. pro Quint. Tot talẽque viri. Idem Catoni lib. 15 4, Sed tale ac tantum. Virg. 1. Æn.
-qui tanti talem genuere parentes?
Vir tali dignitate præditus. Cic. pro Cluent.
Quales fumus, tales esse videamur. Cic. 2. Offic.
Vereor ne talium personarum minuam gloriam. Cic. 4. Acad.
Aliquid tale. Cic. Attic. lib. 16. 335. Non equidem hoc diuinaui, sed aliquid tale putaui fore.
Talis quidam. Cic. 2. de Leg. Omnem eam legem, &c. esse laudabilem talibus quibusdam argumentis docent.
Quum hæc talia sint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, vt suprà scripsi, non impedio. Brutus ad Cic. lib. 11, 10.
Tale ac. Cic. in Varinium, Honos talis Po. Ro. voluntate paucis est delatus ac mihi.
Talis vt. Cic. 1. Offic. Tales enim nos tunc putamus esse, vt iure laudemur.
Talis, qualis. Cic. 1. de Orat. Et ipsis apud quos ageret, talis qualem se ipse optaret, videretur. Idem 2. de Inuent. 251.

Taliter, pen. corr. Aduerb. {τοιοῦτος} Cic. ad Attt. lib. 10. 208, Etenim audieram neminì taliter licere. Versus codex legit aliter. Mart. lib. 5. ad Vulcanum.
Qualiter Assyrios renouant incendia nidos, &c.

Taliter exuta est veterẽ nouta Roma senectam, &c. Plin. lib. 35. ca. 11.

Talitrum, talitri, pen. cor. neu. gen. Percussio quæ vngue frcti pueroum infringitur. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 68. Similtra manu agilitore, ac validiore. Articulis tam firmis, vt recens & integrum malum digito tetebraret, caput pueri, vel etiam adolescentis taliter vulneraret.

Talpa, talpæ, g. m. & fœ. {θαλπώξ} Animal norum, quod oculis carere dicitur & visu, muri simile. Virgil. 1. Georg.
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. Vbi Seruius, Oculis capti, hoc est oculis debiles. Quum enim talpæ cæci nascantur, quomodo capti oculis? Illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus. nam hæc talpa dicitur.
Desyderat lumen talpa. Cic. 4. Acad. Quid talpam? num desyderare lumen putas?

TALTHYBIVS, {ταλθύβιος} Homero Iliad. 1. præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui vnà cum Eurybate ab Agamẽnone missus est ad Achilis castra, vt Briseidem formosissimam abduceret.

Talus, tali, masc. ge. {ἀστράγαλος, σφυδών,} Pars pedis, Os est prope calcaneum quod extuberat. Plin. libr. 26. cap. 11. Talis verò tumentibus, limus aquaticus cum oleo subactus, mirè prodest. Horat. 1. Serm. satyr. 9.
-quum sudor ad imos Manaret talos.
Talus sit per contractionem à Taxillus. Testis Cicero in Oratore Vide AXILLA.
Vnda contingit talos. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Purpura vsque ad talos demissa. Cic. pro Cluent.
Vestigia tingit in vndis talo tenus. Ouid. 4. Metam.
Talus est apud Latinos, quem Græci vocant astragalum. Plin. lib. 34. cap. 8 de Polycleto verba faciens: Fecit, inquit, & distringentem se, & nudum talo incessentem. Duósque pueros, item talis nudos ludentes; qui vocantur Astragalizontes, & sunt in Titi Imperatoris actio: quo opere nullum absolutius plerique iudicant. Est autem Talus propriè bisulcorum in suffragine pedum posteriorũ officulum, non rotũdum planè, sed rotunditatis tamen parte magna particeps. Etsi verò bisculapleraque talum habeant, non habẽt tamen omnia. Quin & nõnu la quæ minimè bisulea sunt, talo tamen à natura hoc neſtantur. Nam & leoni talũ tribuunt sanè tortuosum in anfractum, & in morem Labyrinthi conuolutum, vt testatur Aristoteles histor. animal. lib 2, cap. 1. Sex verò sunt tali lateraretsi quatuor tantùm in vsu

vsu ludentium sint. nam duo sunt ita incurua, vt illis talos vix possit consistere: has Καρύας, id est antennas videtur Aristoteles appellasse. Proinde sciendum, in talo binarium & quinarium, qui duo numeri sunt in tesseris oppositi, desyderari. Ex reliquis tali partibus, vna supina, altera prona dicitur: quæ duæ ternarij & quaternarij vices obeunt. Vnitas autem & senio duabus reliquis partibus tribuuntur. Senionem verò Coum: vnitatem Chium vocabant. Plinius Aristotelis de talo verba sic interpretatur lib. 11. cap. 46, Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Nam sues ex vtroque genere existimantur, ideo fœdi earum. Hominem qui existimarunt habere, facilè conuicti. Lynx tantùm digitos habentium, simile quiddam talo habet: Leo etiamnùm tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminens, concauo in vertebra ligatus. Hæc Plinius. Theodorus autẽ sic: Talum etiam asinus ille Indicus solus in solidipedum genere possider. Sus enim ambiguus est: quo fit etiam, vt talo careat probiore. Permulta ex bisulcorum numero talum habent. At verò multifidum nullum adhuc talum eiusmodi habere cognitum est, vt ne hominem quidem habere certum est. Sed Lynci femita o similequiddam: leoni autem tortuosum in anfractum est, quale effingunt. Omnia verò quibus datus est talus, cruribus eum posterioribus cõtinentia, vt erectus in suffragine parte sui prona foras, supina introrsum spectet: Et quæ Venetes vocantur, intus aduersa sibi positæ sintque Canes, foris: quæ Antennæ, suprà habeantur. Hæc ex Aristotele Theodorus. Hominem verò talo carere, hinc certum est, quòd neque pedes habeat posteriores: & malleoli qui humano pedi inhærent, non in suffragine, sed in laterum vertebra inferantur: quorum vtrunque ab Aristotele tributum est talum habentibus. Vnde mirari subit Galenum in tertio eius libri volumine quem περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων conscripsit, constanter talum hominitribuere: &, quod admirationem auget, de Aristotelis sententia nihil meminisse: cui tamen in eo libro solet frequenter magna cum libertate repugnare. Talum autem siue astragalum adscribit humani pedis suffragini, medium scilicet inter tibiam & calcaneum: vtpote cui tibia ac fibula, quæ duo à recentioribus illiterata voce Focile ma ius & minus dicuntur, impacta sit: quum ipse πτέρνη, id est calcaneo incumbat: cuius finis ossi inseritur, quod à Græcis σκαφοειδὲς, à nostris nauiforme dicitur. Tria enim hæc ossa posteriori pedis parti adscribuntur à Galeno, πτέρνη, ἀστράγαλος, καὶ σκαφοειδὲς. Sed neque illud dissimulandum, hunc ipsum Galeni astragalum cum bisulcorum astragalo, quem vnum Aristoteles probat, nihil omnino habere communemque eis forte suspicetur ab illius imagine nomen inuenisse.

Talarius ludus, vt ex Eustathio Homeri interprete colligitur, talis quatuor exercebatur, quorum quisque lapsus quatuor habebat, non sex, quemadmodum cubi seu tesseræ. Sed omnes casus talorum ex consuetudine ludentium annumerati erant quinque & triginta, quorum quidam à Diis, alij ab Heroibus, alij à claris hominibus aut à meretricibus nomen accipiebant: nonnulli verò ab euentibus, qui eum laude aut probro acciderant, denominabantur. Inter eos enim casus quidam Stesichorius dicebatur, quippe octonarium significãs: quòd sepulchrum Stesichori, quod erat in Himera vrbe Siciliæ, octo fuerit angulorum. Alius Euripidius, quippe quadraginta significans. Nam Euripides vnus fuisse traditur è quadraginta præfectis post triginta tyrannos Athenis expulsos. Qui autemsex continebat, κύων dicebatur, & ἑξάπους, qui Latinè Senio dici solet. Qui verò vnũ, Chius dicebatur, & κύων, id est canis. Ex quo prouerbium, χῖος σκυμνοῦται κύων ἐπὶ τῷ λήγοντι, At Chius adstans non sinit Coum loqui. De iis scilicet qui quum multo inferiores sint, eos tamen qui maiores superiorésque sunt, compescunt. De celebri autem illo ac fœlici iactu Veneris, est illud Plauti in Asinaria, scena vltima,
-hoc Venerium est.

Pueri plaudite, & mihi ob iactum, cantharo mulsum date. Augusti epistolæ caput ad Tyberium extat apud Suetonium in hũc modum: Inter cœnam lusimus γερσιστικῶς. & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quisque Canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Est & adagium illud antiquis frequens, quo Themistius vtitur in libello De diuinatione per somnium: Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Porrò dignum scitu est, Venerem nõ vnius tali faciem fuisse, vt Canis, & Senio: id quod plerique tradiderunt, parum memores Augusti epistolæ, in qua Senio à Venere nunc patim separatur. Sed quoties tali quatuor ita excidebant, vt diuersa esset omnibus facies: qui iactus inter eos, quos quinque & triginta Eustathius dixit, vltimus numerabatur: tum fœlix ille casus, qui Veneris nomine censebatur, affulgebat. Hoc significat Martialis libro decimoquarto his verbis,

Quum steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi. Cic. lib. 1. de Diuinat. Itáne verò quicquam potest esse casu factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Quatuor tali iacti, casu Veneremeficiunt. Num etiam centum Venereos, si quadringẽtos talos ieceris, casu futuros putas? In hãc fermè sententiã exiit illud Propertianum lib. 4. eleg. 9, Me quoque per talos Venerem quærente secundos,
Semper damnosi subsiliere Canes. Latus vnitatem habens, Canis siue Canicula vocabatur, & quia minimus is numerus, idcirco damnosus Ouid. lib. 2. de Arte,
Seu iacies talos, victam ne pœna sequatur.
Damnosi facito stent tibi sæpe Canes. Persius Satyra 3,
-quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto, damnosa Canicula quantum
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ. Erat autem orca vasculũ aleatorium, quo coniecti agitarisque tali in abacum seu tabulam lusoriam emittebantur, ad euitãdas aleatorum fraudes & impostura, qui subdola manu vti callent, de qua sic Põponius poëta Bononiẽsis, Dum contemplor orcam, taxillos perdidi. Ea Pyrgos quoque Græca voce, sed Latinis vsitata, dicitur Horat. 2. Serm. saty 7,
Scurra Volanerius, postquam illi iusta chiragra
Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit. Pyrgi effigies in modum est turriculæ, vnde nomen mutuatur. Pyrgo enim Græcè, turris Latinè dicitur. Martialis verbo Latino vti maluit, turriculam appellans, nam in Apophoretis lemma est, Turricula, quæ in eodem significatu accipitur, quo Pyrgum accepit Horatius: sic enim ipsa loquitur,
Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, nil nisi vota facit. Quo in loco legunt nonnulli, Quæ scit compositos, &c. Gloriatur turricula, quòd dolosæ manus fraudes compescat, videlicet ne lusoris fraude compositi tali, optato puncto consisterent. Manus enim talos per turriculam iaciens, nil nisi vota facit, hoc est, nihil aliud quàm optare bonum punctum potest, certum præstare non potest.

Talorum iactu Venerio, quòd lætissimus foret, Archipositam, id est in compotatione principatum, sortiebãtur veteres. Hoc est quod dixit Horatius lib. 1. Carm. ode 4,
Nec regna vini sortiere talis. Id est, Non accipies per sortem regna vini. In Græcorum sympositis mos erat, talis sortiri quempiam, qui conuiuio præsideret, ac decreta conuiualia præscriberet, quæ νόμους, id est leges appellabant, præfectum autem βασιλέα, hoc est Regem. Hunc Plutarchus Sympositarchõ vocat. & Varro apud Nonium, Moderatorem à Latinis vocatum scribit, quasi modum imperantem, ne quis aut plus satis, aut parum biberet. Idem Horat. lib. 2. Carm. ode 7, -quem Venus a. bitrum
Dicet bibendi? Venus, hoc est, Venerius talorum iactus. Arbitrum bibendi, modiperatorem, siue conuiuij regem. Quo loco Acron tesseras cum talis confundit, magno sanè errore. Præterea quatuor talos in ludo talario consuetos ex Eustath. sententia diximus, in quibus missus quinque supra triginta numerabant: vtpote quatuor simplices eadem omnes facie, geminatos duodeuiginti, triplices duodecim, vnum vero quadriformem vltimum omnium, quippe quò nullus numerosius accreuit. Vnde facile est Actionis locum castigare, qui Venerio iactu tricenarium numerum contineri tradidit, quũ quinarium & tricenarium planè sit subtituendum. Tali, siue astragali, planè rotundi non sunt, perfecta scilicet & absoluta rotunditate, sed parte sui leuiter pressa. Non etiam sunt quadrati, quales tesseræ, id res ipsa indicat: officium scilicet in posteriorem pedum articulo bisulcorum animalium plerúmque positum.

Talis quatuor ludebant. Vnusquisque talus quatuor habebat facies. Ex horum vario iactu prouenebant sequentes. 35. varietates. Binarius & Quinarius non erant in ludo talorum. 1. siue Vnitas, Chius, Canis, vel Canicula damnosa. 3. Ternio. 4. Quaternio. 6. Senio, seu Cous.

Missus, seu iactus, seu casus 35.

1		1. 3. 4. 6.	Venus, iactus fœlicissimus: omnibus talis inæqualibus.	14
2		1. 1. 1. 1.	Omnibus talis æqualibus 4	4
3		3. 3. 3. 3.		12
4		4. 4. 4. 4.		16
5		6. 6. 6. 6.		
6		1. 1. 1. 3.	Tribus talis æqualibus, vno inæquali	6
7		1. 1. 1. 4.		7
8		1. 1. 1. 6.		9
9		3. 3. 3. 1.		10
10		3. 3. 3. 4.	12	13
11		3. 3. 3. 6.		15
12		4. 4. 4. 1.		13
13		4. 4. 4. 3.		15
14		4. 4. 4. 6.		18
15		6. 6. 6. 1.		19
16		6. 6. 6. 3.		21
17		6. 6. 6. 4.		22.
18		1. 1. 3. 3.	Duobus talis æqualibus, reliquis duobus mutuò æqualibus.	8
19		1. 1. 4. 4.		10
20		1. 1. 6. 6.		14
21		3. 3. 4. 4.	6	14
22		3. 3. 6. 6.		18
23		4. 4. 6. 6.		20
24		1. 1. 3. 4.	Duobus talis mutuò æqualibus, reliquis duobus inæqualibus.	9
25		1. 1. 3. 6.		11
26		1. 1. 4. 6.		12
27		3. 3. 1. 4.		11
28		3. 3. 1. 6.		13
29		3. 3. 4. 6.		16
30		4. 4. 1. 3.	12	12
31		4. 4. 1. 6.		15
32		4. 4. 3. 6.		17
33		6. 6. 1. 3.		16
34		6. 6. 1. 4.		17
35		6. 6. 3. 4.		19

Iactus talorum. Ouid. 3. de Arte.
Admouere talos, Vide ADMOVEO.
Iacere talos, Vide IACIO.
Iactare talos, Vide Iacto in IACIO.
Ludere talis. Cic. 3. de Orat. Libet autem semper discere, vt si velit, ego optimè talis ludere, aut pilæ studio teneat, & iam fortasse si asse qui non possimus: alij quia præclarè faciunt, vehementius quàm cauta postulat, delectantur, vt Titius pila, Brulla talis.

Mittere talos, Vide MITTO.

Ex multis lusionibus nobis talos relinquant & tesseras. Cicero de Senect.

Recto talo stare. Horat. 2. epist. 1,

Securus cadat, an recto stet fabula talo. Id est placeat, néene.

Talaris, & hoc talare, pen. prod. {*ποδήρικὸς, ποδήρεις*} Quod ad talum pertinet: vt Talaris tunica, quæ demissa est vsque ad talos. Cicero 7. Verr. Stetit sofeatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicáque talari, muliercula nixus in litore. Ibidem, Per eos dies, cùm iste cum pallio purpureo, talaríque tunica versaretur in conuiuiis muliebribus, &c.

Talarius, Adiectiuum {*ποιητικὸς,*} vt Lex talaria aduersus eos qui talis lusitant.

Talarius ludus. Cic. 1. Offic. Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, torúmque ludum talarium.

Talaria, pluralis num. neutr. g. {*πέδιλα*} Alata Mercurij calceamenta. Virgil. lib. 4. Æneidos,

& primum pedibus talaria nectit

Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,

Seu terram rapido pariter cum flamine portat. Cic. 3. de Nat. deor.

Cui pinnarum talaria affigunt. Ouid. 4. Metam.

Dixerſóque pedes vinctos talaribus aptis. Cic. in Arato.

Talaria inducere, Prouerbialis allegoria, pro eo quod est fugam adornare, quasíque velle quopiam auolare. Cic. Attic. lib. 14. 319, Nemo est istorum qui otium non timeat: quare talaria induamus. Erasmus.

Talaria, Metaphoricè vocat Seneca tumores quos in talis generat podagra, epist. 54. Dubio & incipiente morbo quæritur nomen: qui vt cœperit talaria intendere, & vtrosque dexteros pedes fecerit, necesse est fateri podagram.

Talipedo, talipedas, talipedare, inquit Festus, antiqui dicebant, pro vacillare pedibus lassitudine, quasi quis trahat pedes, & talis videatur insistere, aut identidem pedes tollere. Lucret. lib. 3,

Tum quasi talipedans primum consurgit, &c. Sic restituit Lambinus ex libro veteri.

Tam, & **Quam** {*πόσον, τηλίκον*} Prisciani sententia, aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adiciuntur, quum duo vel plures positiui, comparatiui, vel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, vel iidem geminantur, teste Seruio.

Positiuo. Plaut. Capt. 6,

Tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus. Cicero Metello, libro 5. 2, Tam enim sum amicus Reipub. quàm qui maximé. Subaudi, amicus. Idem 5. de Finibus, Tam valde perhorrescere. Virgilius 1. Æneidos,

-quæ te tam læta tulerunt Secula?

Comparatiuo. Cic. pro Deiotaro, Istam inquam dexteram, non tã in bellis & in prælijs, quàm in promissis & fide firmiorem.

Tam, pro Tanto, comparatiuo iungitur, sed raró. Virgilius 7. Æneidos,

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,

Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Superlatiuo. Salust. in Iugurtha. Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Terent. Heaut. 5. 2,

-nanque adolescens quàm minima in spe situs erit,

Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.

Tam, pro Tantum, superlatiuo. vt Hic est tam omnium optimus, quàm nobilissimus.

Tam, quàm. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 27. Ingenij fuit sterilis tam, quam animi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.

Iam felix vtinam, quàm pectore candidus essem.

¶ Tam, verbis iunctum. Terent. Eunuc 4. 4, Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me viuere. Cic. ad Pætum, lib. 9. 25, Non me hercule tam præscribere possum, quàm mihi gratum feceris si otiosum Fabium reddideris.

Tam ego homo sum, quàm tu. Plaut. Asin. 9.

¶ Tam, aduerbiis iunctum. Terent. Heaut. 1,

Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi

Domum reuertor, quin, &c. Cic. 1. Verr. Ecquis vnquam tam palàm de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quàm ille atque illius amici, vt ne hæc mihi dilatio detur.

Tam consimilis est atque ego. Plaut. Amphitr. 4.

Tam, diminutiuis additum. Terent. Adelph. 2. 4,

-tam ob paruulam

Rem penè ex patria turpe dictu.

Tama, dicitur (inquit Festus) quum labore viæ, sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucilius,

Inguen ne existat, papulæ, tama ne boa noxit.

TAMARAE {*ταμαρίαι*} insulæ Britanniæ vrbs, vt scribit Ptolemæus lib. 2. cap 3. vulgò *Tamerstok*.

Tamarice, tamarices, penult. prod vel tamarix, tamaricis, fœm. gen. {*μυρίκη*} Genus fruticis. Plin. lib. 24. cap. 9, Myricen quam & tamaricen vocat Lenæus, similem scopis amerinis dicit. Et paulo pòst, Vulgus *infelicem arborem* eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur vnquam. Corinthus, & quæ circa est regio, bryoniam vocat: eiúsque duo genera facit, syluestrem planè sterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriáque etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, asperum gustu, quo medici vtuntur vice gallæ, & in compositionibus quas antheras vocant. Et lignum autem & flos, & folia, & cortex in eosdem vsus adhibentur, quanquam remissiora. Ruellius dicit tamaricem syluestrem vocari à Gallis *breueiam*.

TAMARVS, penult. corr. {*τάμαρος*} fluuius Britanniæ insulæ, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 3. vulgò *Tone*.

Tamen {*ἦμοι, ἦμπης, μέντοι*} Coniunctio nihilominus significans. Plaut. Epid. 9,

Sine tuo labore quod velis actum est tamen. Terent. Eunuc. 1. 2,

Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria.

Ante hanc dictionem Tamen, aliquando subintelliguntur istæ, Licet, quanuis, quanquam, aut alia huiusmodi. Terent. And. 1. 4, Nec satis digna cui committas primo partu mulierem,

Tamen eam adducam.

Sed tamen. Virg. 1. eclog.

¶ Tamen aliquando incœptiua est. Cic. ad Pætum lib. 9. 19, Tamen à malitia non discedis.

Tamen, Statim. Virg. 9 ecloga,

Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem. Plaut. Rud. 13,

Vtinam fortuna nunc ego anthracina vterer,

Vt postquam exiissem ex aqua, arerem tamen. Ita legit Nonius, alij legunt, fortuna auatina.

¶ Tamen, pro Certè, siue At certé. Cic. Attic. lib. 12. 236. De Balbo & in codicillis scripseram, & ita cogito simulac redierit. Sin ille tardius, ego tamen triduum. Sensus est: Quum primum Balbus redierit, Romam me conferam. sin ille tardius, ego, quod optaui, tamen assequar, vt hîc triduum etiam manere possim, Hac voce tamé desiderium rusticandi declaratur. *Au moins, pour le moins &c.*

¶ Tamen, Tandem. Plautus,

Ita faciam, ita placet: quid tum tamen? Idem Bacch. 2. 0. Virgilius 1. ecloga,

Libertas quæ sera, tamen respexit inertem. Id est sera quidem, sed tamen respexit.

¶ Tamen duntaxat. Terent. Hecy. 3. 4,

Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. Vbi Donatus, Deest ita: vt sit Tamen pro duntaxat: vt sit, Ita vt pietatem colam.

¶ Tamen vt. Plaut. Asin 12,

Licet laudem Fortunam, tamen vt ne Salutem culpem.

Si tamen, pro Si modo. Plin. epist. 1. lib. Liber legitur, interdum etiam præsentibus amicis, si tamen illi non grauantur.

Tamen aliquando. Plinius lib. 12. cap. 21, Peruenit tamen aliquando Serichatum.

Tamen nihilominus. Scæuola in l. Cùm quis decedens §. Paret. D. de legatis tertio. Respondi: etsi neque hæreditatem adisset, neque bonorum possessionem petisset, & nihil ex hæreditate possideret: tamen nihilominus & ex stipulatu ab hæredibus patris, & fideicommisso ab his quorum interest, quasi debitorem conueniri posse. Pandectæ Florentinæ habent, tamen nihil minus, &c.

Taménne? Interrogatiuum, pro Vtrum propterea, vel an tamen. Cic. 7. Verr. Quid? si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem iure in eum animaduerteretur: taménne hanc rem sic agemus, vt crimini aut inuidiæ eo putemus esse oportere, siquo de homine feuerius iudicauit? Idem pro Quintio, Verumtamen, quid si, inquit, habes eiusmodi causam vt hoc tibi planum sit faciendum, nemínem esse qui possit biduo, ad summum triduo, septingenta millia passuum ambulare: taménne veneris vt possis hæc contra Hortensium contendere?

¶ Satis tutò tamen. Terent. Eunuch. 3. 5,

Commendat virginem. A. cuiúbinæ? C. mihi. A. satis tutò tamen.

¶ Tamen idem. Terent. And. 3. 2,

-tu tamen idem has nuptias

Perge facere ita vt facis. Vbi Donatus, Idem abundat. Tamen idem, apud veteres integrum fuit. vnde apud nos tandem & tamen narum est.

Tametsi {*κἂν γοῦν εἰ καίτοι*} Coniunctiua particula, in principiis orationum posita, indicatiuo gaudet, Secundo autem loco, etiam subiunctiuo. Terent. Phorm. 2. 3,

-metuit hic nos, tametsi sedulò

Dissimulat. Idem Andr. 2. 2,

Obtundis, tametsi intelligo. Cic. Attico lib. 1. 7, Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. Cicero 5. Verr. Non me hercule quæ loquor crederem Iudices, tametsi vulgò audirem. Terentius Eunucho 2. 1.

¶ Tametsi, pro Tamen. Terent. And. 5. 2,

Ego tam te commorum reddam, D. tametsi hoc verum est.

¶ Tametsi cum interrogatione positum, cuiusdam suispsius correptionis vim habens. Cic. 6. Verr. Verum fac te impetrauisse, fac aliquid grauius in Heium statuisse Mamertinos: quantam putas authoritatem laudationis eorum futuram, si in eum quem constat virum pro testimonio dixisse, pœnam constituerent? tametsi quæ est ista laudatio, quum laudator interrogatus lædat necesse est?

¶ Tametsi, tamen. Cic. pro Quintio, Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea quæ me P. Quinctius cupit commemorare: tametsi causa postulat: tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Idem 4. Verr. Id tametsi priore actione ex Heraclij Syracusani testimonio cuiusmodi esset, cognouistis, tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quod ad ciuitatem attinet, demonstrabitur.

Taminia, Vua syluestris generis videtur Verrio dicta, quæ tam mira sit, quàm minium. Festus.

TAMVADA, Fluuius Mauritaniæ, nunc vocatur *Bedie*. rigat regionem Alarabum.

Tamus, Plantæ nomen. Columella in descriptione horti,

-iam tami sponte virescunt. Plin. lib. 21, In Italia paucissimas nouimus, fraga, tamum, ruscum. Sic lib. 20, Acuti tami, cunilæ. Hodie tamen vbique exceditur tani, & tanus, sed mendosè. Turneb.

TANAGER, pen. corr. {*τάναγρος*} fluuius Lucaniæ, qui est inter Campaniam & Calabriam. De quo Virg. 3. Georgicorum,

-& ficci ripa Tanagri.

Tanagræus, Adiectiuum {*τανα γραῖος*} Stat. 9. Thebaidos,

Phocea tunc Cydona, Tanagræúmque Phalantum. Cic. pro domo sua, Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur. eius nõ longè à Tanagris simulacrum è marmore in sepulchro positum fuit.

TANAGRA {*τάναγρα*} Ptolemæo lib. 3. cap. 15. Bœotiæ mediterraneæ oppidum nobile, vt author est Plin. lib. 10. cap. 21, gallis gallinaceis ad bella tantum & prælia affidua qui in eo nascuntur.

TANAIS {*ποταμὸς*} Scythiæ fluuius, qui diuidit Asiam ab Europa. Fertur itaque Tanais (inquit Strabo lib. 11) à Septentionis partibus Nilo contrarius, non tamen per diametrum, vt quidam putant: sed orientalior, originem vtrille incertam habens. Similíssimúque est ex Riphæis mõtibus descendere, qui immanibus iugis Arcton prospiciunt. Vide ibi reliqua. Accedit Herodotus, qui libro quarto Tanaim ex palude oriri, & in vastitatem diffundi nomine Mæotim, qua Scythas à Sarmatis discludi ait. Non diuersus à Ptolemæo, qui Basilicam id est regiam Sarmatiam ab Europæa Tanais intermedij fontibus seiungit. Scythę Tanaim, Silin vocant. Ostia eius duo sunt, LXX inter se stadiis distantia. Vide Ptolemæum, lib. 5. cap. 9. Nunc vocatur, *La riuiere de la Tana*. Tartari & Moscouitæ vocant *Don*.

Flumen Tanais. Horat. 4. Carm. ode 15.

Extremus Tanais. Horat 3. Carm. ode 10.

Niualis Tanais. Virg 4. Georg.

TANAQVIL, pen. corr. {*τανακίλη*} Tarquinij Prisci vxor. De qua Plin. lib. 36. cap. vltimo, Non præteribo & vnum foci exemplum, Romanis litteris clarum, Tarquinio Prisco regnante traduntperentè in foco eius comparuisse genitale è cinere masculini sexus: eámque quæ insederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captiuam, consurrexisse grauidam.

TANAS {*τανᾶς*} Oppidum non longè à Tana, & Venetis patet. Vnde & nobilissimæ pelles feruntur & mancipia, quæ à Scythis emunt, quos appellant Carcasios.

Tandem {*τέως, ὀψέποτε, ἐξόπιστε*} Aduerbium, significat Posttemum, post longam moram. Terent. Eunucho, 1. 2,

Heu noster laudo, tandem perdoluit. Vbi Donatus, Tandem quasi qui nimis patiens fuit. Virg. 3. Æneidos,

-deposita tandem formidine fatur.

Virum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Cicero pro Flacco.

Perficere, vt iam tandem aliqui fateantur. Cicero 2. de Lege Agraria.

¶ Tandem pro Tamen, interprete Donato, Terent. Adel. 4. 5,

In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere? Idem And. 5. 3,

Ain' tandem, ciuis Glycerium est? 2. Ita prædicant.

¶ Tandem, Expletiua coniunctio, vt vult Priscianus & Donatus. Terent. Phorm. 2. 1,

Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Cic. 1. in Catil. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Terentius Heautont. 5. 2. Valla lib. 6. Dicitur in huiusmodi locutionibus Tandem habere virgens quiddam & accelerans, quasi responsum accelerent. Virgil. 1. Æneidos,

Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quod genus tandem est istud ostentationis & gloriæ? Cic. pro Rab. Posthumo.

Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? Cic. 2. in Catil.

Cecinna vtrum noluit tandem, an non potuit accedere? Cicero pro Cecinna.

Quorsum tandem, aut cur ista quæris? Cic. 1. de Leg.

Quonam tandem modo? Cic. 3. Tusc. Idem in Partit.

Hoc per ipsos deos de quibus loquimur, quale tandem est? Cic. 1. de Nat. deorum.

¶ Tandem aliquando. Cic. in Catilin. Ibis tandem aliquando quò te iampridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Sic Ibidem.

Aliquando tandem posse consistere. Cic. pro Quintio.

¶ Tandem, pro perpetuò. Lucret. lib. 5,

Tandem in eodem homine atque in eodem vase maneret.

¶ Vix tandem. Terent. Phorm. 2. 1.

¶ Tandem, Nunc saltem. Terent. Eunuc. 5 9,

-perfice hoc

Precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Donatus.

¶ Tandem tandem, Reticentia quædam cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens. Plaut. Curcul. 2,

At tandem tandem. PH. tandem es odiosus mihi.

Tanditu {*ἐπὶ τοσοῦτο, ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον*} Aduerbium, Tanto tempore. Cicer. 7. Verr. Nam tanditu fuit in carcere Apollonius.

Ego te absfuisse tanditu à nobis doleo. Cic. Curioni lib. 2. 1.

Tandiu & quandiu. Cic. 7. Verr. Ignominia autem illa grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iste in prouincia mansit. Idem 3. Verr. Deúm atque hominum fidem implorabis circunueniri Verrem, quòd accusator nolit tandiu quandiu liceat dicere.

Tandiu donec. Colum. lib. 12. cap. 12. Itaque subinde alium salem tandiu ingeret, donec in sportum permaneat integer.

Tandiu dum. Cic. 2. Offic. Tyberius enim Gracchus Publij filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.

Corpus tandiu gaudet dum sentit voluptatem. Cic. 5. Tusc.

Tandiu, quàm. Cic. de Clar. Orat. Vixítque tandiu, quàm licuit in ciuitate bene beatéque viuere.

Tandiu quoad. Vlpian. in l. Hęc autem §. 1. D. Quib. ex caus. in possess. eat. Si autem negent se defendere, aut non negent, sed taceant: tunc præter possessionem dabit tandiu scilicet, quoad non defendatur.

Tango, tangis, tetigi, pen. corr. tactum {*ἅπτω, θίγω, ἅπτομαι, ψαύω, ἅπτομαι*} tangere, Notæ significationis. Lucret. lib. 1,

Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Tango aras. Virg. lib. vltimo,

Tango aras, medioſque ignes & numina testor. Ex antiquitate est repetitum. Nam cùm ad aras bellum in Titanas susceperturi dij iurasſent, obtinuit vt postea religio iurisiurandi eius tactu & ignis testatione sanciretur. Verba sunt Theonis in Aratum de ara illa loquentis, *καὶ τοὺς ὀμνύοντι δίδυσθαι θελομένους, ὃς ἂν ἐπιορκήσῃ τὸν βωμὸν, καὶ τῆς κέλευθος*

Interior tactus, Vide INTRA.
Leuis tactus, Vide LEVIS.
Mollis tactus. Virg. 2. Æneid.
Molliſſimus tactus corporis, Vide MOLLIS.
¶ Abſtinere tactu. Virg. 3. Æneid.
Cognoſcere corpora tactu. Lucret. lib. 2.
Reſiſtere ad tactum. Virg. 3. Georg.
Sentire aliquid tactu. Lucret. lib. 4.

Tactio, tactionis, Verbale { ἁφὴ } Idem. Plaut. Aulul. 16,
Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt? Cic. 4. Tuſcul. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum & ſaporum.

Tactilis, & hoc Tactile, Quod tangi poteſt. Lucret. lib. 5,
Tactile nil nobis quod ſit, contingere debet.

TANIS { τάνις } ciuitas Ægypti, à qua Tanicum ſiue Taniticum Nili oſtium dictum. Herodotus libro ſecundo ab inſignibus oppidis oſtiis impoſita nomina ſcribit: ea ſunt, Canopus, Bolbis, Sebenis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemæus & Strabo deriuant, & in emendatioribus codicibus Pomponij Tanicum, vt annotauit Vadianus. Eadem & Taphnis & Taphium dicitur. Hic fuit, vt annotat Villanouanus in Ptolemæum, prima Iſraelitarum captiuitas, à quo per mare rubrum duce Moſe, ſunt erepti. Sita erat in terra Gieſſen, ſed nunc deſtructa eſt.

Tanquam, Similitudinis aduerb. { ὡς, ὥσπερ, ὡσανεὶ, ἅτε, καθάπερ, οἷα, οἱαδή } verbis ſubiunctiuis iungitur. Plin. Natur. Hiſt. lib. 2. ca 63. Tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini. Id eſt quaſi neſciamus.
Gloria virtutem tanquam vmbra ſequitur. Cic. 1. Tuſc.
Tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum appellere. Cicero 2. de Oratore.
Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod piſtrinum derrudi & compingi videbam. Cic. 1. de Orat.
Apud eum ſic fuit tanquam domi meæ. Cic Seruilio lib. 13. 70.
Repente enim te, tanquam ſerpens è latibulis intulisti. Cicero in Vatinium.
Tanquam ſi. Cic. ad Cælium lib. 2. 15, De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo videas tanquam ſi tua res agatur.
¶ Tanquam, pro vt, vel ſicut, indicatiuũ poſtulat. Teren. Phor. 1. 2, Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chremem
Noſtíne? D. quidni? G. quid eius natum Phædriam?
D. Tanquam te. Idem Eunuch. 2. 2,
Tanquam philoſophorum habeat diſciplinæ ex ipſis
Vocabula. Plin. lib. 9. cap. 36. Vt tanquam in vita frugum noſcitur ratio: ſi omnes, qui iſtis gaudent, præmia vitæ ſuæ caliſcant.
Video tibi etiam nouum accidiſſe tanquam mihi. Cicero Attico libro 6. 111.
Tanquam cum Sic, pro Quemadmodum. Cic. ad Caſſium libro 12. 9, Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella. Idem ad Quint. fratrem, libro 1. 1, Quamobrem hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, néve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotijſinas.

TANTALVS { τάνταλος } penult corr. vt eſt author Lactantius, Iouis ex Plote Nympha filius Seruius, Tantalus Corinthiorum rex, amicus numinibus fuit: qui quum frequenter deos ſuſciperet, & quodam tempore defuiſſent epulæ, filium ſuum Pelopem occidit, & diis epulandum appoſuit. Tunc abſtinentibus cunctis Ceres humerum eius exedit. Et quum eum dij per Mercurium reuocare ad ſuperos vellent, eburneus ei eſt humerus reſtitutus. Virg. 3. Georgicorum,
-humeróque Pelops inſignis eburno
Acer equis. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur eſſe damnatus, vt in Eridano inferorum ſtans, nec vndis præſentibus, nec vicinis eius pomarijs perfruatur. Per hæc autem auaritia ſignificatur: vt etiam Horatius 1. Serm ſaty. 1,
-quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij 6. Æneidos, de Tantalo,
-lucent genialibus altis, &c. Euſebius Tantalum Iouis ex Plote nympha filium, regem Phrygiæ eum Troe Dardaniæ rege bellum geſſiſſe quòd Ganymedem raperit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti ſunt. Hic ob ſilium interfectum deturſus ad inferos ſiti torquetur & fame. Plato in Cratilo ſcribit, Tantalum dictum eſſe, quaſi πολυπήμων, hoc eſt infeliciſſimum.
-Alius fuit Tantalus, Thyeſte ex Merope filius, interfectus & appoſitus eſca patri, Horat. Epod. 17,
Optat quietem Pelopis infidus pater
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis.
Poëtæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt. Cicero 4. Tuſcul.
Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. Cicero 1. Tuſcul.
Fallax Tantalus. Stat. 1 Thebaid.
Superbus Tantalus. Horat 2. Carm. ode 18.

Tantaleus, pen. corr. Poſſeſſiuum { ταντάλειος } Propert. lib. 2. eleg 1,
Tantalea poterit tradere poma manu.
Menſa Tantalea. Stat. 11. Thebaid.

Tantalicus, pen. corr. Adiect. { ταντάλιος } Claud. de rapt. Proſ.
Non aqua Tantalicis ſubducitur inuida curis.

Tantalis, penult. corr. Tantalidis { ταντάλις } Patronym. fœm. dicta eſt Niobe Tantali filia.
Fratres Tantalidæ. Ouid. 2. Faſt.

Tantheuriſi { ταυθευρίσει } Quædam ornamenti genera, lapillos quoſdam à ſe dependentes habentia: ita dicti à motu gemmarum, vt tradit Pollux lib. 5. cap. 16.

Tanti, Tantillus, Tantiſper, Tantopere, Tantum, Tantundem, Vide TANTVS.

Tantus, tanta, tantum { τόσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος } A tam deduci videtur, quantitatémque ſignificat, quaſi tam multus vel tam magnus. Plautus Pœnulo 18,
Quum hæc me lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudiis. Terent. Heautont. 4. 1,
Tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem And. 5. 2,
Tantum laborem capere ob talem filium?
Tantus natu, Adeò prouecta ætate. Plaut Bacchid. 2,
Sexcenta tanta. Hoc eſt ſexcenties tantũ vel totidẽ. Plaut. Pſeud. 9,
Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoleant credier. Idem Trin. 8,
Poſt id frumenti quando alibi meſſis maxima eſt,
Tribus tantis illi minus reddit, quàm obſeueris.
Sol maiórne quàm terra ſit, an tantus quantus videatur? Cicero 2. de Diuinat.
Tantus homo, Tam magni pretij. Terent. Eunuch 4. 7. Cic. ad Brutum 9. Eſt alienum tanto viro vt es tu. Virg. 1. Æneidos,
Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Idem 3. Georg.
Tantus amor laudem, tantæ eſt victoria curæ.
Quæ tanta animum dementia cepit? Virg 5. Æneid.
Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, &c. Cic. 4. Acad.
In his tot & tantis malis. Cic. 5. Tuſc.
Tanta res. Terent. Andr. 1. 5,
Ah tantámne rem tam negligenter agere.
Vrbs tanta atque talis Cic. 3. de Nat deor.
¶ Tantus, pro Tam paruus. Cælius ad Ciceronem lib. 8. epiſt. 10. Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. Sinautem aut non erit iſtic bellum: aut tantum erit, vt vos, aut ſucceſſores paruis additis copiis ſuſtinere poſſint, Curionem video ſe dupliciter iactaturum. Cic. Caſſio lib. 15. epiſt. 14. Sed ſi quæ ſunt onera tuorum, ſi tanta ſunt, vt ea ſuſtinere poſſis, nihil tibi erit lautius, nihil gloriouſius: ſin maiora, conſidera nè in alieniſſimum tempus cadat aduentus tuus.
¶ Tanti & quanti { πηλίκος τ' εἶναι, πηλίκου δεῖν } genitiui, cum eorum comparitis, tantidem, quantilibet, quanticunque, ſimiliter totidem, pluris, minoris iunguntur verbis pretium ſignificantibus, qualia ſunt, emo, vendo, væneo, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, conduco, loco, fœneror, pacifcor, pago, pepigi, condemno, poſtulo, & ſiqua ſunt ſimilia. Plaut. Mere. 8,
Tanti quanti poſcit vin' tanti emi illam? Terent. Adelp. 2. 1,
Vbi me dixero dare tanti, teſtes faciet illico. Idem Eunuch 1. 1.
Tanti me fugacem, mercenarium patronum hi æſtimauerunt. Cic. in Salluſtium.
Non tanti eſt, vt Cælius ad Ciceronem, libro 8. 14, Tanti non fuit Arſacem capere, Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quę hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres.
Tanti fuit. Id eſt tam optabile. Cic. 6 Verr. Hic tibi in mentem nõ venit iubere hæc quoque vt referret, &c. fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Id eſt, omnino id faciendum erat. Cic. 2. in Catil. Eſt mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire: dummodo à vobis huius horribilis belli periculum depellatur. Ac ſi dixiſſet, Fuit mihi tanti periculum belli à vobis depellere, vt falſam inuidiam ſubire non recuſauerim.
Nihil tanti eſt, Id eſt nihil tam mihi optatum eſt. Cic. ad Atticum, nunc nihil mihi tanti eſt: faciam quod vo unt.
Nihil eſt tanti. Brutus ad Ciceronem 16, Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram. Id eſt, nihil tanti æſtimauimus, vt ſeruire vellemus. Budæus.
Putare tanti. Quintil. lib. 7. cap. 3, An etiam tanti putauerit pœnam ſubire.
Tanti vocat ille pudicam. Iuuen. Saty. 6. 28.
¶ Tanti, quanti, pro Tot quot. Caius in l. Si ita legatum ſit. D. de legatis primo. Si ita legatum ſit, Scios ſeruos decem do, præter eos decem quos Titio legaui: ſi quidem decem tantùm inueniantur in hæreditate: inutile eſt legatum. ſi verò ampliores: poſt eos quos Titius elegit, in cæteris valet legatum: ſed non in ampliores quàm decem, qui legati ſunt, Quòd ſi minus: in tantos, quanti inueniantur. Vbi etiam notabis, ampliores accipi pro plures.
¶ Tanti, pro Tam paruo. Cic. Attic. lib. 12. 248. De Silij voluntate vendendi, & de eo quanti tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Sicca aliter, ſed tibi aſſentior. Scire Tullius auebat, num Silius hortos vellet vendere, & quanti vellet. Cui Atticus referibens vereri ſe dixerat, primum ne Silius nollet vendere, deinde ne nollet eo pretio, quo Tullius emere voluiſſet. Videris, inquit, veteri, ne Silius tanti nolit vendere, quanti nos vellemus. Et dixit tanti, pro tam paruo.

Tantidem, penult. produ. Genitiuus, qui verbis pretij ſolet adiici. Terent. Adelph. 2. 2,
Ob malefacta hæc tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.
Cegere aliquos ab aliquo tantidem accipere. Cic. 5. Verr.
Emere aliquid tantidem, quanti, &c. Cic. 5. Verr.

Tantiſper { πόρρω, ἐντεῦθεν } Aduerbium, ſignificat tandiu: poſtulátque poſt ſe dum pro donec, ſiue quandiu, vel quoad. Plaut. Aulul. 2. 1,
Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero. Cic. ad Atticum, lib. 12. 241, Totos dies ſcribo: non quò proficiam quid, ſed tantiſper impedior. Ouid. in Ibin,
Hæc tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello,
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Cogitare tantiſper de aliquo reo. Cic. pro Cecinna.
Tantiſper dum. Terent. Adelph 1. 1,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet. Cic. ad M. Varronem, lib. 9. 2, Habes rationem mei cõſilij: tibi igitur hoc cenſeo, latendum tantiſper ibidem, dum effecrueſcat hæc gratulatio, & ſimul dum audiam quemadmodum negotium confectum ſit.
Tantiſper quoad. Vlpian. in l. 3. § Hoc autem D. de itiner. actúque priuat. Qui vult ire agere tantiſper, quoad de ſeruitute conſtet, non

non debet de ſuo iure docere.
Tanto, Abiatiuus cum verbo Conſtat, aliquando repetitur, niſi mendoſus eſt locus. Plin. lib. 12. cap. 18, Tanto nobis delitiæ & fœminæ conſtant.

Tanto, Aduerbium { ποσοῦτον, τοσοῦτο } vt & quanto. vt Tanto magis, tanto peior. Terent. And. 4. 5,
Tanto hercle magis dabit. Plaut Perſa. 4,
Ter tanto peior ipſa eſt.
Tanto impenſius. Virg. 12. Æneid.
Tanto antè. Cic. 7. Verr. Quòd ſi Cleomenes non tanto antè fugiſſet, aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet.
Quinquies tãto amplius. Cic. 5. Verr. Reperietis quinquies tanto Iudices amplius iſtum, quàm quantum ei in cellam fumete licitum ſit, ciuitatibus imperaſſe.
Vicies tanto addito aquæ. Plin. lib. 15. cap. 4.
Tantóne minoris decumæ vænierunt, quàm fuerunt? Cicero 5. Verrina.
Tanto quanto. Plin. lib. 9. cap. 38. Quippe maior vis tanto, quanto recentior,
Quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus. Tacit. libro 1. Et lib. 5. Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis ædificationibus.
Quantum tanto. Virg. 12. Æneidos,
-quantum ipſe feroci
Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere.

Tantopere, pen. corr. { ποσοῦτον, τοσοῦτο } ſignificat Tantum, tam vehementer. Terent. Phorm. 5. 8,
Poſtquam tantopere id vos velle, animum aduorteram. Idem Andr. 5. 2,
Ah, ne ſæui tantopere. Cic 4 Acad. Non poteſt igitur vterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed alter.
Iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti. Cic. pro Mur.
Tantopere & quantopere. Cic. 1. de Orat. Neque enim tantopere hanc à Craſſo diſputationem deſyderabam, quantopere eius in cauſis oratione delector.

Tantùm, Aduerbium { μόνον, μόνως } ſignificat ſolùm, & poſtiuis iungitur Plaut. Capt. 1,
Tantum ſtudens vt narum recuperet. Virg. 6. ecloga,
Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Serunt, Tantum capiti delapſa, vt oſtenderet non longius prouoluturam eſſe coronam.
Nihil dicam arrogantius, tantum dicam. Cic. pro Muren.
Non tantum parum commodè, ſed etiam turpiter. Cic. 1. de Orat.
Tantum intereſt, quòd tu quum es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas, &c Cic. 4. Acad.
Tantum non, Rei nõ planè peractæ aduerbium, Fermè, ferè, propemodum. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 11, Tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit. Liu. Decad. 4. lib. 7, Vt vidit non poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non iam cireumiri à dextro cornu, concitat naues. Idem 4. ab Vrbe, Et quum hoſtes tantum non accerſierint.
Tantum eſt. Plaut. Moſtel. 8,
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et ſors, & fœnus, tantum eſt. Terent. Eunuch. 5. 6,
-nunquid eſt
Aliud mali, damníve quod non dixeris,
Reliquum? P. tantum eſt. Terent Hecyra 5. 3,
-ſcio, Tantúmne eſt? B. tantum.
¶ Tantum quod, pro niſi. Cic. in Verrem, Tantum quod hominem nõ nominat. id eſt, niſi quod hominem non nominat. Turneb.
Tantum quod, pro vt ſolummodo. Lucretius,
Tantum quod nomen mutatum dicere poſſis.
¶ Tantum quod, pro aduerbio Commodùm. Cic. M. Fabio Gallo, lib. 7. epiſt. 24, Tantum quòd ex Aſpinati veneram, quum mihi à te Iteræ redditæ ſunt. Sic legendum eſſe annotat P. Victorius. Alij tamen non legunt quòd. Sueton. in Nerone cap. 6. Nero natus eſt Antij poſt nouem menſes quàm Tiberius exceſſit, XVIII Cal. Ianuar. tantum quòd exoriente ſole, penè vt radiis prius quàm terra contingeretur. Quo in loco, pro tãtum quòd, Beroaldus audaculè repoſuit, iam tum quidem. Donatus in illud Terentij Eunuch. 2. 3, Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat, ſic exponit Commodùm, tantum quòd, vel ipſo eodémque tempore. Sic & in illud Phormionis, 4. 3, Cùm hoc id agebam commodùm. Cic. Attic. 327, Hæc quũ ſcriberem, tantùm quòd exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam. Paulus exponit, commodùm, vix tantum.
¶ Tantum, ad numerum { τοσοῦτοι, τοσουτοσί } Plaut. Bacchid. 5,
-vi coactus reddidit
Ducentos & mille Philippûm. N. tantum debuit?
Tantum quàm. Terent. Hecyra 3. 4,
Non hercle Parmeno verbis dici poteſt
Tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt.
Tantum mihi confido. Plancus ad Cic. lib. 10. 18, Mihi enim ſi cõtigiſſet vt prior Antonio occurrerem, non mehercules horam conſtitiſſet: tantum ego & mihi confido, & ſic perculſus, &c. Virgilius 5. Æneidos,
-quò tantum mihi dexter abis?
In tantum vt, Vide IN præpoſitionem.
Tantum, & plus etiam. Cic. Attic. lib. 7. 123.
Tantum, quantum. Plaut. Moſtel. 7,
Tũ vt occeperiſti, tantum, quantum quis, fuge. Virg. 4. Georgicorũ,
-nec tantum dulcia, quantum Et liquida.
Tantum quantum ſat eſt. Cic. de Senect.
Tantum ſat habes? Terent. Heaut. 4. 3.
Tantum abeſt, eandem vim in oratione habet, quam Non ſolum. Huic autem interdum geminum vt poſtponitur, interdum vnum tantum, vt in ſequentibus exemplis liquet. Cic. de Amic. Tantúmque abeſt vt amicitiæ propter indigentiam colantur, vt ij qui opibus & copijs, maximéque virtute præditi (in qua plurimum eſt præſidij) minimè alterius indigeant. Idem de Offic. Tantum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. Hoc eſt, non modò officium non eſt, verumetiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium. Idem 4 Acad. Tantum abeſſe dicebat vt id conſentaneum eſſet, vt maximè etiam repugnaret. Vide ABSVM.
Tantum abſum, vt perturber, pro Tantum abſt vt perturber. Hirtius de bello Alexand. Hoc detrimento milites noſtri ſtatim abfuerunt vt perturbarentur, vt incenſi potius atque incitati, magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis. Græca hæc eſt phraſis, τοσοῦτον δεῖπολλοῦ καὶ διέχειν.
Tantum ponitis in ea re. Cic. 4. Acad. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videre ne contra vos tota nata ſit, quę primo progreſſu feliciè tradit elementa loquendi.
Tantum, vt. Cic. ad Marium, lib. 7. 3. Poſtea autem quàm alicuius culpa tantum valeret vnus, vt obſiſti non poſſet, &c.
Tantum honoris. Plin. lib. 12. cap. 1, Tantúmque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriatur. Idem lib. 11. cap. 53, Tantum infidiarum eſt vitæ.
¶ Tantum, pro Tam parum. Cæſar lib. 6. Præſidij tantum eſt, vt ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra muros. Idem lib. 3. bell. ciuil, non procul ab initio, Sed tantum nauium repetit, vt anguſtè quindecim millia legionariorum militum, & quingenti equites tranſportari poſſent.

Tantummodo, penult. corr. { μόνον, μόνως } Aduerbium. Idem. Terent. Phorm. 1. 2,
Poſthac ſi quicquam nihil precor: tantummodo non addas. Cic. ad Cælium lib. 2. 9, Vclles enim, ais, tantummodo vt haberem negotij quod eſſet ad laureolam ſatis. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 16,
Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta eſt.
Arbores tantummodo per ſtirpes alantur ſuas. Cicero 2. de Natura deorum.
Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. Cic. 3. de Orat.
Tantum duntaxat, quomodo dicitur Tantummodo, pro tantum. Cic ad Atticum, lib. 2. epiſt. 9, Tantum duntaxat nos defendere cogitamus.

Tantuſdem, tantadem, tantumdem. Vlpian. in l. Si pro patre D. de in rem verſo. Si decem in rem domini verterit, & poſtea tantandem ſummam à domino mutuatus ſit, &c.

Tantidem ponderis. Pomponius in l. vltima. D. de præſcrip. verb. Si tibi ſcyphos dedi, vt eoſdem mihi redderes: commodati actio eſt. ſi, vt pondus argenti redderes, quantum in illis eſſet: tantidem ponderis pertitio eſt per actionem præſcriptis verbis.
Tantundem periculum, pro tantum periculi. Plaut. Pœn. 9,
Malò benefacere tantundem eſt periculum,
Quantum bono malefacere. Idem Trucul. 9,
-tantundem dolum aggrediar.

Tantundem, Quaſi tantum idem, ſignificat Æquè tantum. Terentius Phorm. 5. 6,
Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tantundem ego. Idem Eunucho 2. 3,
Quid virgo, cuius eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. Plinius lib. 5. cap. 1, Volubile oppidum tantundem à marí vtroque diſtans.
Sepioni tantundem ſolutum eſt Cic. Qu. fratri lib 1 3,
Tantundem eſt quaſi. Plaut. Merc. 6,
Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus, ſenex
Tantundem eſt, quaſi ſic ſignum pictum in pariete.
Tantundem viæ: Cic. 1. Tuſcul. Nihil neceſſe eſt, inquit: vndique enim ad inferos tantundem viæ eſt.
Tantundem, quantum. Plin. epiſt. 167. Cic. 5 Verr. Magiſtratibus tantundem detur in cellam quantum ſemper datum eſt.
Quæ morte teſtamentóve eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes Cic. 2. de Legib.

Tantulus, penult correp. Adiectiuum diminutiuum, pro Tam paruus. Plaut. Trucul. 11,
-tum tantuli doni cauſa, &c. Idem Pœnulo 4,
En monſtrum inſidiarum, tantula tanta verba fundirat. Cicero pro Roſcio Amer. Si ex eo negotio tantùlum in rem ſuam conuertiſſet. &c. Lucret. lib 4.
Stratura tantula. Cæſar 2. belli Gall.
Epiſtola tantula. Cic. ad Atticum lib. 1. 9.
Sol tantulus. Cic 4 Acad.
Cauſa tantula. Cic. Attico lib. 4. 77, Dices tantulane in cauſa?
Malum tantulum. Cic. 2. Tuſc.
Tantulum moræ. Cic. 4. Verr. Et vendidiſſet, ſi tantulum moræ fuiſſet, quominus ei pecuniã illa numeraretur.
¶ Tantulo væuire, Sub. pretio. Cic. pro Roſcio Amer. Deinde eũr tantulo vænierint.

Tantulum, penult corr. Aduerbium, Tam parum ſignificans. Cic. 7. Verrin. De omnibus nobis ſi quis tantulum de recta regione deflexerit. Idem 7. Verr. Si tantulum oculos deiecerimus, præſto eſſe inſidias, &c.
Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit. Cic. pro Roſcio Amerino.
Tantulum peccauit, Id eſt paulum. Plaut. Caſin. 20.
Tantulum commotus. Cic. 4. Verr.
Nec quicquam poſthac non modò tantum, ſed ne tantulum quidem prætereris. Cic. Attico lib. 15. 330.

Tantillus, Aliud diminutiuum à tantulus. Plaut Trinum 4,
Iaxo caue tantillum dederis verborum mihi. Terent. Adel. 4. 2,
Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Cic. de Senec. Omitto enim vim ipſam omnũ quæ generatur è terra, cui ex ſici tantillo grano. Vetus exemplar legit tãtulo. Plin. lib. 32. ca. 1,

Hæc tantilla est satis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia.

Tantillum, Aduerbium. Plaut. Rud. 2.4,
Si hercle tantillum peccassis. Catul. ad Iuuentium 94,
-nec possum fletibus vllis
Tantillum vestræ demere sæuitiæ.

Tapetum, tapeti: vel hic tapes, tapetis: vel hoc tapete, tapetis, penult. prod. {τάπης} Tegmen ingeniosè pictum variis coloribus, quo equi, mensæ, seu pauimenta sternuntur. Plaut. Pseud. 4,
Neque Alexandrina belluata, consutáque tapetia. Virg. 9. Æneid.
Armáque, craterásque simul, pulchrósque tapetas. Silius lib. 17,
-nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas assuetus.
Alti tapetes. Ouid. 13. Metam.
Belluata tapetia, Vide BELLVA.
Incubat tapetis. Stat. 10. Thebaid.
Pictis tapetis instrati alipedes. Virg. 7. Æneid.

TAPHIAE, Insulæ {ταφίου γῆσοι} quas prope Echinadas Strabo libro 10. ponit: quarum caput Taphus. Huiusce modi repetit originem enarrator Apolonij poëtæ: Perseo ex Andromede, vt narrat Herodot. quatuor fuere filij, Alaeus, Steneleus, Mestor, & Electrion, qui simul regnauerunt. Ex Hippotoe Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Telebos & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphij cõmuni nomine & imperio fuere. Igitur ij Hippotoes eorum auiæ pecuniam ab Electrione eorum necessario, qui pro ea spopondit, repetebant: qua negata ad arma venere, armenta abegerunt, ipsum denique & filios sustulere. Alemena Electrionis filia, patrem vltura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum, in matrimonium accepit: atque hoc pacto, bello inter eos constato ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorúmque regnum Cephalo profugo Athenienſi qui exercitui præerat donatum, quod ad Lyssem è successione peruenit.

TAPHIVSA Plin. lib. 36. cap. 21. Locus est iuxta Leucadem, in quo Taphiusus lapis nascitur.

TAPHRAE {τάφρου} Oppidum est in Taurica Chersoneso, Traiani principis auspiciis aliquando captum, vt author est Florus qui sub Traiano vixit. Nunc vulgò appellatur *Mancup.*

Tapinosis, huius tapinosis, pen. prod. fœm. gen. {ταπίνωσις} Latinè humiliatio dicitur. Virg. 1. Æneidos,
Apparent rari nantes in gurgite vasto. Seruius, In gurgite vasto, Tapinosis est: id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto subleuat: vt hoc loco, vasto addidit.

TAPOSIRIS, pen. prod. {ταπόσιρις} Ciuitas in Ægypto. Strephanus τοφίτην appellat, quia sit sepultus in ea Osiris. Strabo duas facit Taposires: vnam mari propiorem, alteram remotiorem.

TAPROBANE, pen. corr. {ταπροβάνη} Insula in mari Indico amplissima, inter ortum occasúmque Solis, vt Solinus refert. Patet in longitudine stadiorum septem millibus, in latitudine quinque millibus. Ibi Septentriones non videntur, vt est author Plin. lib. 6. cap. 22. vbi multa de hac insula. Inter alia refert, legatos ex Taprobane, quum ad nos venissent, miratos esse Septentriones & Vergilias, veluti in nouo cælo: Lunam verò apud ipsos non nisi ab octaua die, ad quintamdecimam supra terram aspici. Vide Pomponium Melam libro 1. & 3. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios anteceilunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Viuunt vltra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinthi, vt Ptolemæus lib. 7. refert. cap. 4. Plin. lib. 6. cap. 22. scribit in ea quingenta oppida compertа fuisse. In ea (sicut Geometræ scribunt) sunt duæ ætates. Taprobane nostro ævo vocatur Samatra.

TAPSVS {τάψος} Insula decem stadiis à Sicilia distans versus Syracusas. Virgil. 3. Æneidos,
-viuo præteruehor hostia saxo
Pantagiæ Megarósque sinus, Tapsúmque iacentem.

TAPYRI {τάπυροι} populi in Parthia, vt lib. 11. refert Strabo, quibus mos est vt proprias vxores aliis viris nuptui concedant, quum duos aut tres filios ex eis susceperint.

TARACINA, Vide TARRACINA.

TARACO, Vide TARRACO.

TARAS {τάρας} Neptuni fuit filius, quem Tarentum ædificasse quidam existimant, Vide TARENTVM.

Taratantara, penult. corr. {ταρατάντταρα} Vox tubæ ab Ennio ficta. Seruius in nonum Æneidos, in eum versum,
At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro. Hemistichium, inquit, Ennij: nam sequentia iste mutauit. Ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait taratantara: & multa huiusmodi Virgilius quum aspera inuenerit, mutat.

TARBELI, pen. prod. {τάρβελοι.} Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Galliæ vrbs: vulgò *Tarbe.*

TARCHETIVS {ταρχέτιος} Impius Albanorum rex. De quo Plutarchus in vita Romuli antiquam de ortu Romuli fabulam prolixè narrat.

TARCHON {τάρχων} Hetruscorum dux, qui vt ex Virgilio notum est, Æneæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta N litera. Virg. 8. Æneidos,
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis.
Superbus Tarchon. Silius lib. 8.

Tardus, Adiectiuum {βραδὺς κάρρων, χαλεπώτερος, ταραχώδης, μέλλησις, μελετητὴς} Notæ significationis. Cic. de Senect. Nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. Plaut. Merc. 11.
Velox & Tardus, contraria. Cic. 1. de Inuent. Formosus an deformis, velox an tardus sit, &c.
Tardus incessu filius. Plin. lib. 7. cap. 16.
Ætate tardus. Ouid. 8. Metam.
Tarda & languida ad pastum pecus. Cic. 2. de Finib. Contráque vt

tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal esse voluerunt.
Tardus ad iniuriam. Cic. 1. Offic. Atque haud scio an satis sit eum qui lacessierit, iniuriæ suæ pœnitere, vt & ipse nequid tale posthac committat, & cæteri sint ad iniurias tardiores.
Ad referendam gratiam tardiorem esse. Cic. Antequá iret in exil.
Tardus in cogitando, Cic. de Clar. Orat.
¶ Tardum est dictu, Difficile, Non promptum. Plin. lib. 23. cap. 1, Vini genera, differentiásque perquam multas exposuimus, & ferè cuiúsque proprietates. Neque est vila pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus prosit, an noceat.
¶ Agmen tardum. Virg. 9. Æneid.
Asellus tardus. Virg. 1. Georg.
Corpora tarda. Virg. 6. Æneid.
Fuga tarda. Ouid. 1. Trist. eleg 2.
Gradibus tardis errare. Ouid. 11. Metam.
Grauitas tarda. Ouid. 11. Metam.
Homo tardus, Hebes, Obtusi ingenij. Cic. 3. de Orat. Nanque aut senes ad eas accesserunt, aut rsque ad senectutem studiis detinentur, aut sunt tardissimi.
Ingenium tardum. Cic. 3. pro Lege Agraria, Sed quẽ vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Scyllam dictatorem fuisse in mentem venire non posset?
Tardum ingenium in accipiendis quæ traduntur. Plin. lib. 8. ca. 3.
Ingenium eximium, & tarda mens. Cic. 5. Tusc.
Tardiores modi. Cic. 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cæ. T remissiores esse facturum.
Moræ tardæ. Ouid. epist. 18.
Noctes tardæ, Tardè venientes, hoc est æstiuæ. Virgil. 2. Georgic. Seruius.
Nox solstitialis tardior hyberna Ouid. 2. de Ponto eleg. 4.
Opem tardam admouere. Ouid. 1. de Remed. amor.
Passu tardo incedere. Ouid. 10. Metam.
Pede tardo cunctari. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.
Principia orationis tarda, & exitus tamen spissi & producti esse debent Cic. 2. de Orat.
Prouisor tardus vtilium. Horat. de Arte.
Res tardior spe. Liu. 4. bel. Pun.
Senectus tarda Horat. 2. Serm. Saty. 2.
Senectus tarda gelu. Virg. 8. Æneid.
Sensus hebetes & tardi, Homines nihil percipientes. Cic. 1. Acad.
Vnda tarda. Virg. 4. Georg.
¶ Tardus, Rudis & stupidus. Virg. 10. ecloga,
-tardi venere bubulci. Terent. Eunucho, 5, 9,

Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctésque & dies. Seruius.
Quidam nimis indociles tardíque sunt. Cic. 1. de Nat. deor.
¶ Tardus, perseuerans & diuturnus. Virg. 2. Georgicorum,
Media fert tristes succos, tardúmque saporem
Fœlicis mali. Ita Nonius. Seruius verò vix intelligibilem interpretatur.
Curis tardis palleſcere. Propert. lib. 1. eclog 12.
¶ Tardus fumus, Densus & crassus. Virg. 5. Æneid. Seruius.

Tardiusculus, pen. corr. Diminut. {ὑποβραδὺς} Terent. Heaut. 3. 2,
Est ille Cliniæ seruus tardiusculus. Id est aliquantum tardus.

Tardè {βραδέως, χαλεπῶς} Aduerbium, tardius, tardissimè. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 5, tardéque & incommodè nauigassemus.
Tardè & Ocyus, contraria. Cic. 4. Tuscul. Illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus.
Vesperi & tardè. Cic. pro Milone, Videte nunc illum primũ egredientem è villa subitò: cur vesperi? quid necesse est tardè?
Aduenientes tardius hospes. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Tardè crescens oliua. Virg. 2. Georg.
Tardè iter facere. Cic. Attic. lib. 11 229.
Ingredi tardius. Cic. 2. Tusc. 11, Qui in compedibus corporis sem per fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.
Ire tardius. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Moueri celerius & Tardius, contraria. Cic. 2. de Nat. deor.
Celeriter accipere, & tardè percipere. Cic. pro Rosc. Com.
Procedunt tempora tardè. Ouid. 5. Trist. eleg 11.
Tardissimè, vel Quum tardissimè. Plin. lib. 18. cap. 7, Quatuor aut quinque tardissimè diebus florere incipiunt: totidémque aut paulò pluribus destoreſcunt: hordea verò quum tardissimè septem.

Tarditas, penult. corr. tarditatis {βραδυτὴς, νωθρία, μέλλησις} opponitur celeritati. Cicero de Vniuers. Atque vt esset mensura quædam euidens, quæ in octo cursibus celeritates, tarditatésque declararet, &c.
Celeritati tarditas contraria est. Cic. in Topic.
Cursu corrigere tarditatem. Cic. ad Quint. fratrẽ libro 2. 16. Vide CORRIGO.
Tarditas pedum. Cic. pro Rabirio perduel. reo, Qui quum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat.
Tarditas & cunctatio. Cic. pro Sestio, Ita vt nonnunquam cunctatione & tarditate dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi vtrunque amittunt.
Tarditas & procrastinatio odiosa. Cic. 6. Philip. Pleríque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.
Afferre moram & tarditatem alicui rei. Cic. 5. Philipp. Cæ. è ista legatio moram & tarditatem affert bello.
Afferre tarditatem ad aliquẽ persequendum. Cic. 11. Philip. Affert tarditatem ista sententia ad Dolabellam persequendum.
Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. Cic. 2. Philip.
Damnari natura tarditatis, Vide DAMNO.

Statiua

Statiua tarditate subsistunt. Firmicus lib. 1. cap. 2. non ita procul à fine.
¶ Tarditas considerata. Cic. in Brut. Ser. Sulpitius, cùm dicendi causa duobus peritissimis operam dedisset, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo: Galli hominis acuti & exercitati promptam in agendo & in respondendo celeritatem, subtilitate diligentiáque superauit: Balbi docti & eruditi hominis in vtraque re consideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendísque rebus. Hoc verbo Cicero voluit ostendere, tarditatem non fuisse prorsus naturalem, sed eum solitum fuisse lentè (quod aiunt) festinare.
¶ Tarditas ingenij, stupor, debilitásque linguæ. Cic. in Pisonem. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tarditas audientium. Plin. lib 20. cap. 8.
Tarditas aut grauitas in sensibus. Cic. 4. Acad. At enim ipse sapiens sustinet se in furore ne approbet falsa pro veris, & aliàs quidem sæpe: si aut in sensibus ipsius est aliqua fortè grauitas aut tarditas, aut obscuriora sunt quæ videntur, aut à perspiciendo temporis breuitate excluditur.
Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatem. Quintil. libro 5. capite 10.
Æterna & diuturna opinio tarditatis. Cic. 1. de Orat.
Tarditas & taciturnitas. Cic. Lentulo lib. 1. 5, Sed nosti hominis tarditatem & taciturnitatem.
Tarditas & stultitia. Cic. 1. de Legibus, Quid abiectius tarditate & stultitia dici potest?

Tardities, tarditiei {τὸ βράδος} Antiqui dixerunt, pro Tarditate. Accius Diomede, Multa amittuntur tardities & socordia. Nonius.

Tardiuendo, penult. prod. tardiuendinis, fœm. gen. Idem {τραχηλία.} Plauto in Curculione 7,
-grossi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.

Tardigradus, pen. corr. Adiectiuum {βραδύπους} Quod tardè graditur. Cic. 2. de Diu.
Quadrupes, tardigradus, agrestis, humilis, asperá. Ex poëtâ.

Tardiloquus, pen. corr. Adiect. Senec. epist. 40,
Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse iubeo.

Tardipes, pen. corr. huius tardipedis, pen. corr. Adiectiuum {βραδύπους} Qui tardè incedit, aut claudicans. Catul. in annales Volusij 34. 2.
Electissima pessimi poëtæ
Scrip: a tardipedi deo daturam. Id est Vulcano. Columel. libro 10. circa finem.

Tardor, pro Tarditas, masc. ul. genere dici probat Nonius ex Varrone, quem vide.

Tardo, tardas {βραδύνω, χαλεπὸν ποιῶ, διατρίβω, ταραχώδη ποιῶ} tardare, Morari, Tergiuersari. Cæsar 5. bell. Gall. Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque vt eorum auxilia tardarer, &c. Cicero ad Cæsarem, libro 7. 5, Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare.
Inertia tardat nos. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Impetum inimici tardare, Reprimere, remorari. Cæsar 1. belli Ciuilis.
Tardare & frænare. Cic. 5. Verrin. Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frænaret.
Studia alicuius tardare, pro Morari, & frangere contentionem. Cic. in Orat. In quo vereor, ne si id quod vis, effecero, cúmque oratorem quem quæris expressero, tardem studia multorum. Budæus.
Animos accusatorum tardare. Cic. 4. Verr. Statuæ illæ æquestres, quas tu paulò antè quàm ad vrbem venires, poni inscribíque iussisti, vt omnium inimicorum animos, accusatorúmque tardares.
Animo tardari. Cic. 11. Philipp. Vereor ne exercitus quoque nostri, qui non delectus necessitate, sed voluntariis studiis se ad Remp. contulerunt, tardentur animis, si quicquã aliud nobis, nisi de instauratis bello cogitarum putabunt.
Tardare & procrastinare negotium aliquod. Cic. ad Brutum, Si ea quæ ex tempore suscepta sunt vt agerentur, non tardata & procrastinata sunt.
¶ Tardare, cum infinitiuo. Cæsar 2. bell. Ciuil. Vt multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur.
¶ Tardare, absolutum. Cic. ad Brutum 18, At illa retulit, quæsiuitque quidnam mihi videretur, accerseremúne te, atque id cõducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset tibi.

Tardans, Participium {βραδύνων.} vt Senecta tardans. Virgilius 5. Æneidos.

Tardatus, pen. prod. Partic. {βραδυνθείς.} Virg. 5. Æneidos,
At non tardatus casu, neque territus heros
Acrior ad pugnam redit.
Gradus tardati. Stat. 2 Thebaid.

Tardesco, tardescis {βραδύνομαι} tardescere, Tardum fieri. Lucretius libro 3,
Consequitur grauitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti, tardéscit lingua, madet mens.

TARENTVS, & Tarentum {τάρας} Nobilis vrbs Calabriæ ad mare Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito clarissima, sita in peninsula quadam vt indicat Ptolem. lib. 3. cap. 1. & Strabo multis locis lib 6. Virg. 3. Æneidos,
Hic sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur. Seruius, Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarunt, & quum vtraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt vt virgines cum quibuscunque concuberent. Quod factum est. Et quum post sedata bella iuuentus incerti parẽtibus nata erubesceret, & patriæ & sibi esset opprobrio (nam Parthenitæ dicebantur) accepto duce Phalanto octano ab Hercule, profecti sunt: delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt: & prisco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, si vera est fama: quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. Mactenus ille. Hæc à Tara Neptuni filio ædificata. Deinde à Laconibus aucta: qui duce Phalanto illuc aduentantes expulsis incolis, vti Iustinus lib. 3. scribit tenuerunt. Nunc vulgò dicitur *Taranto.* testis Oliuarius in Melam.
Imbelle Tarentum. Horat. 1. epist. 7.
Lacedæmonium Tarentum Ouid. 15 Metam.
Molle Tarentum. Horat. lib. 2. Sermon. Saty. 4. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18. in fine.
Sacri Tarenti custos Neptunus Horat. 1. Carm. ode 28.
Saturnum Tarentum. Virg. 2. Georg.

Tarentinus, penul prod. {ταραντῖνος} Quod ex Tarento est, vel in Tarentinis agris crescit. vt Tarentina nux. Plin. lib. 15. cap. 22, Et Tarentinarum duo genera fragili putamine ac duro: quæ sunt amplissimæ, & minimè rotundæ. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habet, ac similiter oues. Taëntum autem Sabini vocant molle. Ad quod alludens Horat. 2. Sermon. Satyra 4. scripsit,
-& molle Tarentum.
Tarentina pyra. Colum. lib. 5. cap. 10.
Venenum Tarentinum. Horat. 2 epist. 1,
Lana Tarentino violas imitata veneno. Hoc est purpura Tarentina.
¶ Tarentinum versum, pro molli & lasciuo posuisse Arnobius videtur, vbi de Sabaziis agit, cùm scribit, Tum illum citabimus Tarentinum notúmque senarium, quem antiquitas canit dicens,
Taurus draconem genuit, & Taurum draco. Annotauit Turneb.
¶ Tarentini vocabantur genus quoddam equitum. Liuius Decad. 4 lib. 5, de Philopœmene Achæo summo duce loquens, Et rum omnium primum agmen cõstituit. dein Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos vocabant equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit. Et infrà, Luce orta, Cretensium leuis armatura, & Tarentini equites super torrentem præsium commiserunt. Ælianus nõn longè à principio libri de instruendis aciebus, Tarentinorum, inquit, duo sunt genera. Nam alij longius iaculantur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur, & Tarentini speciali vocabulo. Alij quum semel aut bis iaculum miserint, quo leuiori vtuntur, manus de cætero cum aduersario conserunt, & cominus pugnare incipiũt, non secus quàm quos hastatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitum est. Ergo Tarentinorum alij Tarentini nomine suo vocantur, qui de longè iaculari consueuerunt: alij leues, qui pugnam cominus subeunt. Hæc Ælianus. De his loqui putatur Cic. ad Attic. lib. 5. epistola cuius initium, Obligmaram iam epistolam meam. Quæ, inquit, de Tarentinis in militia laboraui, ea tibi grata esse gaudeo.
¶ Tarentina, Genus ornamenti muliebris, Æliano lib. 7. de Varia historia.

Tariffa, Vide in dictione BELLO.

Tarmes {βοῦβις} Genus vermiculi carnem exedens. Festus.

TARNA {τάρνα} Vrbs fertilissima ponitur Homero lib. Iliad. 5. quam enarratores vocatam postea Sardis dixerunt.

TARPEIA {ταρπεία} teste Plutarcho in vita Romuli, filia fuit Tarpei, quæ Romanam arcem in Capitolio constitutam, cuius pater Tarpeius dictus, (inquit Terentius Varro) à virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & sepulta, eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur saxum. Hactenus Varro. Hinc etiam Tarpeia sedes apud Virgil. 8. Æn. Vide Seruium in hunc locum. De hac vide etiam Propertium lib. 4. eleg. 4. vbi sic incipit,
Tarpeium nemus, & Tarpeiæ turpe sepulchrum
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
Arx Tarpeia. Virg. 8. Æneid.
Arces Tarpeiæ. Ouid. 15. Metam.
Iuppiter Tarpeius. Ouid. 6. Fast.
Lucus Tarpeius Propert. lib. 4 eleg. 9.
Pater Tarpeius, Iupiter. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Rupes Tarpeia. Lucan. lib. 1.
Saxa Tarpeia. Silius lib 1.
Sedes Iouis Tarpeia. Lucan. lib 5.
Templa Tarpeia. Stat. 3. Sylu. 14.

TARQVINIVS Priscus {ταρκύνιος πρίσκος} quintus Romanorum rex. Is centum additis Patrum numerum auxit, Latinos cubiti, Circum, designauit, qui nunc maximus dicitur, vbi spectacula sibi quisque faceret, furcis duodenos ab humo pedes altis sustentata. Ludicrum fuit: equi, pugilésque ex Hetruria acciti. Præterea Sabinorum bello potitus, equitum centurias ampliauit. Ex lib. 1. Liuij.
Tarquinius Superbus, cognomen à moribus meruit. Occiso Seruio Tullo regnum scelestè occupauit: bello tamen strenuus, Latinos Sabinósque domuit, &c. Demum quum in Ardeæ obsidione filius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus, ad Porsenam Hetruriæ regem se contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus Cumas cõcessit, vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liu. lib. 1.
Tarquinius Collatinus, sorore Tarquinij Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat: vbi fortè quum in conuiuio coniugem suam vnusquisque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt, regias nurus in conuiuio vel luxu deprehendunt. Inde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendũt. Itaque ea pudicissima indicata. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus Collatiam redit, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, cubiculum Lucretiæ irrumpit, pudicitiam expugnat. Illa postero die aduocatis patre & coniuge è castris, rem expoluit: & cultro quem veste texerat, se occidit. Illi exilio regum rem vendicauerunt. Tarquinius cum prole tota eiectus, ad Manilium Tusculanum generum confugit. Latinósque omnes concitat. Contra quos Posthumius missus. Ex Liuij lib. 1.

Superbissimus atque crudelissimus Tarquinius. Cicer. pro Rabir. perduel. reo, Nam hæc tua quę te hominem clementem popularémque delectant, &c. sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij, sed Tarquinij superbissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina. Ouid. 2. Fastorum,

Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.
Electus Tarquinius. Virg. 8. Æneid.
Fasces superbi Tarquinij. Horat. 1. Carm. ode 12.
Reges Tarquinij. Virg. 6 Æneid.
Superbus Tarquinius regno pulsus. Horat 1. Serm. saty. 6.

TARQVINII, Tarquiniorum {ταρκύνιοι} Vetus oppidum Campaniæ. Cic. 5. Tusc. ul. Demarathus quidem Tarquinij regis nostri pater, tyrannum Cypsellum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corinthio, & ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreauit.

Tarquinienſe, absolutum {ταρκυνιήσιον} pro Agro Tarquinienſi, & qui à Tarquiniis heredibus primum nomen accepit. Plin. libro 8. cap. 52. Qui in Tarquinienſi feras pascere instituit. Idem libro 9. capite 56.

TARRACINA, penult. prod. {ταρρακίνα} oppidum Volſcorum in Campania, antè Trachyna, id est aspera, à loci aspredine, & lingua Volſcorum Anxur dicebatur prius, diuersam fortunam à Rheginis experta: à τρέχειν conturbo. Liu 4. ab Vibe, Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt: vrbs prona in paludes. Dicitur & Tarratiana vnico r, & Tarratina. Vide ANXVR.

TARRACO, pen. corr. {τάρρακο} Insignis Hiſpaniæ ciuitas, Scipionum opus, à quo prouincia ipsa Tarraconia & Tarraconenſis vocatur, quæ (vt Pomponius ſcribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Lusitaniámque contingens, mari latera abiicit noſtro, quà Meridiem: quà Septentrionem ſpectat, Oceano. Vrbium è mediterraneis clariſſimæ fuerunt Pallantia, & Numantia. Nunc est Cæsarea Augusta. Hinc Tarraconenſia vina, optima, Martialis lib 13,

Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo. Tarraco nunc vulgò *Tarragona* dicitur, teste Oliuario.
Vitifera Tarraco. Silius lib. 3.

TARSVS {τάρσος} Vrbs præclariſſima, & Ciliciæ metropolis, quâ Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Lucan. lib. 4,

Deſeritur Tauriſque nemus, Perſeáque Tarſus. Hæc fuit Apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarsus, vt quidam exiſtimant, à siccitate: vel à parte pedis quæ tarsos dicitur, vt in manu. Vel, vt Ioſephus ait lib. 1. à Tarſo nepote Iapheth. Nunc vulgò vocatur *Tarso*. Tarſis verò lapidis genus est, vt ait Hieronymus ad Marcellum. Est & Tarsis regio Iudææ, ad quam Ionas prophera ſe velle ire dixit. Ipsum quoque mare quia cæruleum ſit, & sæpe ſolis radiis percuſſum, colorem ſupradictorum colorum trahat, à colore nomen accepit. Porrò Hebręi Tarsis mare dici generaliter autumant, ſecundum illud, In ſpiritu vehemento confringes naues tarsis, id est maris. Tarſenſes adeò philoſophiæ ſtudioſi fuerunt, vt Athenienſes & Alexandrinos ſuperarent. Ex Tarſo fuerunt Antipater, Archelaus, & Neſtor, & duo Athenodori, & hi philoſophi Stoici fuere.

Tarſenſis, & hoc Tarſenſe. Poſſeſſiuum {τάρσιος} vt Tarſenſe pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16.

TARTARI, pen. corr. {τάρταροι} Sarmatiæ populi, Scythicis moribus immanes, in quibus durant adhuc crudelitatis reliquiæ. legito Vadianum apud Pomponium Melam lib 3.

TARTARVS {τάρταρος} & in multitudinis numero, neutro genere Tartara, διὸ τῦ ταράσσειν, id est turbare: aut quod melius est, διὸ τῦ ταρταρίζειν, id est à tremore frigoris: locus inferorum profundus, inquit Seruius. Virgil. lib. 6. Æneidos,

-tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tendíque ſub vmbras,
Quantus ad ætherei cæli ſuſpectus Olympum. Suidas, Tartarus, inquit, demiſſior inferni locus, & Tartarum apud nubila locus, &c.

Funeſta Tartara. Stat. 11. Thebaid.
Ima Tartara. Seneca Oedip. 10. Impia. Virg. 5. Æneid.
Intima Lethi Tartara. Virg. 4. Georg.
Nigra Tartara. Virg. 6. Æneid.
Opaca Tartara. Ouid. 10. Metam.
Profunda Tartara. Senec Hippol. 8.
Triſtia Tartara. Virg. 4. Æneid.

Tartareus, Poſſeſſiuum {ταρτάρειος.} Virg. 7. Æneidos,

-cornúque recuruo
Tartaream inrendit vocem. Id est terribilem, aut fortem inquit Seruius. Idem 12. Æneidos,
Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram. Apud Martialem libro 5, Tartareus canis.
Acheron Tartareus, Vide ACHERON.
Cuſtos Tartareus Cerberus. Virg. 6. Æneid.
Deus Tartareus, Pluto. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8.
Domus Tartarea Ouid. 3. Fast.
Plaga Tartarea. Cic. 2. Tuſculana,

Hæc è Tartarea tenebrica abſtracta plaga
Tricipitem eduxit hydra genere atum canem. Ex poëta.
Vmbræ Tartareæ. Ouid. 6. Metam.

TARTESSOS {τάρτησσος} Hiſpaniæ ciuitas iuxta columnas Herculis, aliquando Carteia dicta, vt ſcribit Pomponius Mela lib. 2. Silius omnino aliam Tarteſſon à Carteia facit lib. 3,

Argantoniacos armat Carteia nepotes. &c.
Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. Silij interpres eandem esse falsò colligit Vadiani iudicio. At Liuius lib. 8. Decad. 3, Dum hæc, inquit, ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim fretо in Oceanum euectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita est, vbi primùm è faucibus angustis panditur mare. Hactenus Liuius. Bandem igitur cum Tarteſſo fuisse credi par est. Nam & Strabo libro 3, Nonnulli (inquit) Tarteſſum huius ætatis Carteiam nominant. Vide CARTEIA.

TARTESSVS {ταρτησσὸς} Vrbs in littore prope Gades: vnde familia Columellæ emanauit, à Tartaro dicta, vt meminit Strabo, propter subterraneas illic cauernas. Hinc

Tarteſſiacus, pen. corr. {ταρτησσιακὸς} Poſſeſſiuus: vt Tarteſſiaci thyrſi, id est lactucæ. Colum. lib. 10. Silius lib. 16,

-noctíſque per vmbram
Ad Tarteſſiacos tendit per littora portus. Idem lib. 16,
Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.

Tarteſſius, Adiect. {ταρτησσιὸς.} Ouid. 4. Metamorphoseos,

Preſſera: occiduus Tarteſſia littora Phœbus.
Tellus Tarteſſia. Silius lib. 16.

TARVANNA {ταρουάννα.} Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Galliæ vrbs Morinorum: vulgò *Teroenne*.

TARVNTIVS {ταρούντιος} Vir fuit tum philoſophiæ, tum Mathematicarum in primis ſtudioſus. Author Plutarchus in Romulo.

TARVSCVM {ταρουσκὸν.} Ptolemæo libro 2. cap. 10. Saliorum vrbs in Gallia, vulgò *Tarascon*.

Tatam {τάτταν} Pueri patrem vocant. Martial. lib. 1,

Mammas atque tatas habet Afra: ſed ipſa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma poteſt. Vide Bua.
¶ Tatæ, Cantio est ſibi inuicem reſpondentium. Plaut. Sticb. 17,

-fac tu hoc modo,
Attu hoc modo. SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ. ST. euax. Idem Trucul 13.

T. TATIVS {τ. τάτιος} Sabinorum dux, qui dum diu in Romanos bellum moliretur, tandem per proditionem Tarpeiæ virginis Capitolio primùm capto, vrbem poſteà inuaſit, ac regnū Romæ quinquennio vnà cum Romulo tenuit: quem poſtremò tandem ab amicis eorum legatorum, quos Tatiani latrones interfecerant, occiſum esse ait Lanuuius, & in Anentinienſi laureto ſepultum. De hoc vide multa apud Liuium 1. ab Vrbe, & apud Plutarchum.
Ferus Tatius. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Tatienſes {ταντίονοι} Tertia pars populi Romani à T. Tatio dicta. Vide LVCERES.

TAVLANTII {ταυλάντιοι} Populi sunt Illyriæ. Euphorion Taulantinos vocat. Ariſtoteles ait apud hos vinum ex melle fieri. Hæc Stephanus. Lucan. lib. 6,

Quémque vocat collem Taulantius incola petram.

Tauras {ταύρας} Vaccas ſteriles dici exiſtimant hac de cauſa, quòd non magis quàm tauri pariant. Hæc Feſtus. Colum. lib. 6. cap. 22, Et vtique tauræ quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5, Quæ ſterilis est vacca, taura appellatur.

TAVREA {ταυρία} (Tubelius Taurea dictus) memoranda vir fortitudine.

Sublimis Taurea. Silius lib. 13. Liu. lib. 2. de bel. Punico.

Taurea. Vide TAVRVS.

Taureus {ταύρειος} Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabant: vel quia sit deus maris, quòd ſonum emittat ſimilem voci taurinæ.

TAVRI {ταῦροι} populi Tauricæ Septentrionalis regionis in Europa incolæ. Iphigeniæ (inquit Mela libro 2.) & Oreſtis aduentu maximè memorati, immanes ſunt moribus, immanémque famam habent, ſolere victimis aduenas cædere. Hactenus Pomponius. De Oreſtis in Tauricam aduentu, quædam habet Ouidius 4. Triſtium, elegia 4,

Immanis autem ſacrificij huius, Thoas rex author fuit. Hinc Diana ipsa Thoantea dicta Silio lib. 4. Eius frequens mentio est apud Lucanum, Euſebium, Ciceronem, Solinum, Lactantium. Herodotus libro quarto: Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare ſolere, & precibus peractis hominis caput claua ferire, corpus truncum è tripa deturbare, caput cruci ſuffigere. Captis verò bello caput amputant, referúntque domum, & ſuffixum ſuſtè in tecti ſublimia ſtatuunt, plerúmque autem ſupra furnarium erigunt: ideò id agentes, quòd hos totius domus cuſtodes esse ſibi perſuadeant. Ex Herodoto.

Tauricus, pen. corr. Adiectiuum {ταυρικὸς.} vt

Terra Taurica. Ouid. 1. de Ponto, eleg 3.
¶Ara Taurica. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4.

¶ Tauri, numero plurali, & Taurilia {ταυρίλια} Ludi in honorem deorum inferorum facti, quos & boalia, & bupetias vocatos inuenimus. Sed proprie hi ludi sunt boum gratia inſtituti.

TAVRICA, Cherſoneſus {ταυρικὴ χερσόνησος} peninſula prouincia est Europæ, vt docet Ptolemæus lib 3. cuius fines sunt Iſthmus, Palus Mæotis, Propóntis, & Cimmerius Boſphorus. Ibi ciuitates ſitæ ſunt Eupatoria & Theodoſia, nunc Capha. Eius ambitus LXX millia paſſuum complectitur, & à Mæotidis populis qui margines ipſius habitant, nomen aſſumpſit. Hodie vocatur *Precopia*. De hac Iuuenal. Satyra 15,

-quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inuentrix. Vide CHERSONESVS.

TAVRINI, pen. prod. {ταυρῖνοι.} Plin. lib. 3. cap. 17. populi sunt Italiæ Tranſpadanæ in Alpium radicibus. *Turin*.

Taurinus, Adiect. {ταυρεῖνος.} vt Campi Taurini. Silius lib. 3.

Taurinus, Adiectiuum, Vide TAVRVS.

TAVROMINIVM {ταυρομίνιον} Siciliæ oppidū in colle ſitum, cui Tauri nomen fuit, ab Andromacho Timæi hiſtorici patre conditum, viro opibus animóque præſtante: & Tauromenium dictum est, authore Diodor. lib. 16. Inde Tauromenitani dicti Ciceroni in Verrem act. 4. Silius lib. 14,

Tauromenitana cernunt à ſede Charybdim. Lucan. lib. 4,
Tauromenitanæ fugiens damnoſa Charybdis. Scribit Plin. lib. 3. cap. 8. hanc vrbem quandoque Naxon appellatam. Nunc vulgò dicitur *Tauormena*, vt ſcribit Oliuarius in Melam.

TAVRVBVLAE, taurubularum {ταυρούβουλαι} Nomen inſulæ propè Neapolim. Stat. lib 3. Sylu. 1.

Ipſe

TAVRVRVM {ταύρουρον} Ptolemæo lib. 2. cap. 16, Taurunum Plinio lib. 3. cap. 25, alio nomine Alba Græca, Belgradum: hodie vulgò *kreigſchtuntſchburg* à Turca nuper expugnata, Vngariæ vrbs.

TAVRVS {ταῦρος} Berytius, philoſophus Platonicus ſub Antonino principe: ſcripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia, vt est author Suidas. Huius etiam sæpe meminit Gellius, dicítque eius se maximè familiarem Romæ fuisse.

TAVRVS, mons {τῦρος, ὄρος} ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur. Immenſus ipse, & innumerarum gentium arbiter: dextero latere Septentrionalis, vbi primùm ab Indico mari exurgit, lęuo Meridianus, & ad Occaſum tendens, mediámque diſtrahens Aſiam, niſi oppetimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentriones: flexúque immenſum iter quærit, velut de induſtria, rerum natura ſubinde æquora opponēte: hinc Phœnicúſ, hinc Ponticum, illinc Caſpium, & Hyrcanium, contráque Mœoticum lacum. Torquetur itaque colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor, flexuoſus euadit vſque ad cognata Riphæorum montium iuga, numeroſis nominibus & nouis quacunq; incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Patopamiſſus, Circius, Chambades, Phaſphariades, &c. Ex Plinio lib. 5. cap. 27. Legito Soliaum in deſcriptione Ciliciæ. Huic mons oppoſitus, Anticaurus dicitur. Vbi in excelſiſſimam cōſurgit ſublimitatem, Caucaſus appellatur: quanquam sint qui Taurum à Caucaſo diuidant. Cic. pro Deiotaro, Etenim ſi Antiochus magnus ille rex Aſiæ, quum posteaquam à Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iuſſus esset, &c.

Taurus, tauri, maſcul gen. {ταῦρος} Bos ad procreandum reſeruatus. Cic. 6. Verr. Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur.
¶Taurus accipitur & pro quocunque forti boue. Virg. 1. Georg.

Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni
Fortes inuertant tauri.
Fortia taurorum corpora. Ouid. 1. de Ponto eleg. 5.
Tergora taurorum. Ouid 13. Metam.
Agreſtes tauri, Vide AGRESTIS, in AGER.
Alacres tauri. Claud. 2. Paneg.
¶Acer taurus. Silius lib. 13.
Arator. Ouid. 1. Fast.
Bellator. Stat. 3. Thebaid.
Cornıger taurus, Vide CORNV.
Eximij præſtanti corpore tauri. Virg. 4. Georg.
Iners. Stat. 9. Thebaid.
Ingens. Virg. 2. Æneid.
Macer. Virg. 3. eclog.
Nitens. Virg. 3. Æneid.
Toruus. Ouid. 8. Metam.
Tux. Ouid. 9. Metam.
Validus. Ouid. 7. Metam.
Adiungere tauros aratro, Vide ADIVNGO.
Fumans ſub vomere taurus. Virg 3. Georg.
Paſti repetunt præſepia tauri. Virg 7. eclog.
Submittere tauros. Virg. 2. eclog.
¶Taurus, Cæleſte ſignum. Plin. lib 17. cap. 24, Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. 1. Virg. Georg.
Candidus auratis apertit quum cornibus annum Taurus.
¶Taurus pro Radice arboris. Quintil. lib. 8. cap. 2, Sicut in his quę homonyma dicuntur, vt taurus animálne ſit, an mons, an ſignum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur.
¶Taurus, Auis nomen. Plin. lib. 10. cap. 42, Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro Taurus appellata, alioquin paua.

Taurinus, pen. prod. Adiectiuum {ταυρεῖος} Quod ex tauro est. Plin. lib. 20. cap. 13, Item vitiligines, verrucas, ſtrumas, & ſimilia cum hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo.
Cornua taurina. Claudian. 5. Paneg.
Folles. Virg. 4. Georg.
Frons. Ouid. 6. Fast.
Pulſus. Stat. 2. Thebaid.
Sanguis taurinus. Catul. de coma Berenices.
Tergum. Virg. 1. Æneid.
Tympana. Claud. 3. Paneg.
Vultus. Virg 4. Georg.

Taureus {ταύρειος} Aliud adiectiuum: vt

Terga taurea, pro tympanis dixit Ouid. lib. 4. Fast.
¶Taurea, Scutica ex corio bubulo facta. Iuuen. ſat. 6,

-taurea punit
Continuo ſlexi crimen, facinúſque capilli.
Taurea vincla. Lucret. lib. 6,

Quæ laxare queant compages taurea vincla. Hoc est, vincula ex glutine taurino. Lambinus.

Taurifer, pen. cor. Adiectiuum {ταυροφόρος} vt Campi taurifери, Paſcua. Lucan. lib. 1.

Tauriformis, Aliud adiectiuum {ταυροειδὲς} Formam tauri habens. Horat. 3. Carm. ode 14.

Sic tauriformis voluitur Aufidus.

Taurigenus, pen corr. Adiect. Actius in Minotauro apud Macrobium lib. 6. Saturn. cap. 5,

Taurigeno ſemine ortum fuiſſe, an humano.
¶Taurus in pudendis pars est quædam, vnde & laſtauri, dicti. Solitaurilia ab hac parte non deſunt qui appellata cenſeant, quod innuit Feſtus cùm ſcribit, Atque harum hoſtiarum omnium ſunt immolati tauri. Ex Turnebo.

Tautologia, tautologiæ {ταυτολογία} Latinè dici poteſt eiuſdem rei eloquium, Figura est apud poetas frequens, qua res eadem multis verbis idem ſignificantibus explicatur. Virgil. 1. Æneid.

-ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Ætherea, neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Nam totum

quod repetitur, vnum est: ſed ad exprimendum conceptum crebrio ſermone denuntiatur.

Tax, neut. gen {ταξ} Percuſſio dicitur: vox à ſonitu quem facit, formata. Plaut. Perſ. 7,

Tax tax tetigo erit intro, non curo.

TAXILA {τάξιλα} Vrbs Indiæ maxima: vt ſcribit Philoſtrat.

Taxillus, taxilli {ταξίλλος} Vide TALVS.

Taxo, taxas {ταξώσω} taxare, Preſſus, crebriúſque quicquam tangere. Varro Modio, Ne meum taxis liberum. Id est tentigeris. Nonius. Vide Gellium lib 2. cap. 6. & Macrobium lib. 6. cap. 7.
¶Taxare {ταξᾶν} Pretio æſtimare. Plin. lib 17. cap. 1, Illos qui frugiferas tanti taxauerant.
¶Taxare aliquem {ταξιόπαδαι} Maledictis tangere. Plin. lib. 15. cap. 15, Eadem cauſa in pyris taxatur ſuperbiæ cognomine.

Taxatio, Verbale {τίμησις, σύνταξις} Ipſe taxandi actus.
Taxatio (inquit Feſtus) dicitur quæ fit certæ ſummæ. Plin. lib. 13. cap. 15, Interit nuper incendio à Cethegis deſcendens, H-S. XIIII. permutata, latifundij taxatione, ſi quis prædia tanti mercari malit. De menſa citrina. Idem lib. 9. cap. 35. Prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Æſopi filius.

Taxator, pen. prod. taxatoris {τιμητὴς} Taxatores (inquit Feſt.) à fœnicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt.

Taxim, Senſim, vel occultè. Pompon. Bucc. adoptat. Clandeſtino tacitus taxim proſpectaui periculum. Ex Nonio. obſoletum.

Taxus, taxi, fœm. gen. {σμίλαξ} Arbor abieti ſimilis. Plin. lib 16. cap. 10. Similis etiamnum his aſpectu est, nequid prætereatur, taxus minus virens, graci ſiſque & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hiſpania præcipuè venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum est. Hanc Sotion ſimilacem à Graecis vocari dixit: & esse in Arcadia, tam præſentis veneni, vt ſiqut dormiant ſub ea, cibúmve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellara dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. Arborem, innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur. Hæc Plinius. Virg. 9. eclog.

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.
Metuenda ſucco taxus. Stat. 6. Thebaid.
Nocentes taxi. Virg. 2. Georg.
Peſtiferæ taxi. Claud. de raptu Proſerp. 3.

Taxeus, Adiectiuum {σμιλάκινος} vt Sylua taxea. Stat. 5. Sylu. 5.

Taygeta, vel Taygetus. pen. corr. {ταΰγετα} mons est Laconum, Libero patri ſacratus, teſte Seruio apud Virgilium lib. 2. Georg.

-virginibus bacchata Lacænis
Taygeta, &c. Cic. 1. de Diuinat. Quum & vrbs tota corruit, & in monte Taygeto, extrema montis quaſi puppis auulſa est.
Canes Taygeti. Virg. 3. Georg. 9.
Pruina Taygeti. Propert. lib 2. eleg. 14.
Ardua Taygeta. Stat. 1. Achil.
Gelidi Taygeti inculta iuuentus. Lucan. lib. 5.
Horrenda Taygeta. Stat. 4 Sylu. 8.

TAYGETE, pen. corr. {ταυγέτη} vna est (inquit Seruius) de Pleiadibus ſeptem. Virg. 4 Georg.
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias, &c.

T E

Te, Syllabica adiectio, quæ pronominibus Tu & Te adiungitur, vt Tute, tete.

TEANVM {τέανον} Italiæ oppidum duplex est. Est enim Teanum Sidicinum in Appia via poſitum: & Teanum Apulum: ſiue Apulorum, vt Plinius lib. 3. cap. 5. & Strabo li. 5. & 6. ſcribunt. Cic. pro Cluentio 19. Quum haberet ex Nonia infantem filium, alter autem eius filius Pappia natus, Teani Apuli, quod abeſt à Larino decem & octo millia paſſuum, apud matrem educaretur, &c.

TEARCO, Æthiopiæ rex maximus, qui externas ſubegit gentes, Europæque populos vſque ad Hercuiis penetes columnas, Ex Strabone lib. 5.

TEARVS {τέαρος} Thraciæ fluuius, ad cuius ripas quum Darius ad Scythas proficiſcens peruenisſet, caſtra diebus tribus continuit, cuius dulciſſima & limpidiſſima aqua delectatus, eo in loco columnam cum inſcriptione poſuit. Author Herodotus. lib. 4.

TEATEA {πάτεια} Marucinorum vrbs in Italia, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Teate hodie, vulgò *Teti*.

Techna, technæ, fœm. gen. {τέχνη} Latinè Ars. Aliquando ſignificat dolum, aſtutiam, impoſturam, fraudem artificioſam, offuciam. Ter. Heau. 3 1,

Falli te ſinas technis per ſeruulum.

Techuicus, pen. corr. Adiectiuum {τεχνικὸς} Artificioſus. Quintilian. lib. 2. cap. 14. ſub finem, Et velut decretis Technicorum tutos putent. Id est, eorum qui omnino artem ſequuntur.

Technophyon {τεχνόφυον} Græca dictio quæ ſignificatur artis productio. Suet. in Auguſto, cap. 72. Erat illi locus in edito ſingularis, quē Syracuſas & thechnophyon vocabat.
Tecolithus, tecolithi, pen. corr. m. g. Lapis ſic dictus, quoniam calculos rumpit & abſumit. Plin. lib. 36. cap. 19. Spongiæ lapides inueniuntur in ſpongiis, & ſunt natiui. Quidam eos tecolithos vocant, quoniam veſicæ medentur, calculos rumpunt in vino poti.

Tectorium. Vide TEGO.

TECTOSAGES, pen. corr. {τεκτόσαγες} fortiſſimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemiiis ſunt: adeò olim potentes opibus & virium præſtantia, vt per Græciam tunc victricem gentium magna hominum manu profecti, in Aſia ſupra Phrygiam, Cappadociámque ſedes poſuerint, incolumes ab omni finitimorum incurſu. Tectoſages & Toliſtobogi dicti Floro, Plinióque libro 4. cap. 31. & cæteris. Auſonius Narbonem deſcribens in vrbium catalogo vocat Teutoſagos, hoc carmine,

Vſque in Teutoſagos primæuo nomine Belgas.

morus lib 2.cap.11. Tectosagos nuncupar.
Tectum, Vide TEGO.
Tectum, {μετάφορ} Aduerbium compositum ex ablatiuo Te, & præpositione Cum. Plaut Milit.10,
Quid nunc taces? tecum loquor. PA. imò ædepol tute tecum.
Tecum oro. Plautus Curcul.8. Hoc est, te oro.
Tecum sentio. Plaut. Pseud.15.
Tecum simul. Plaut. Amph.8,
Neque vidi istam, nisi tecum simul.
Teda, tedæ {ὅτι} Propriè dicta (inquit Ruellius) à Græcis das dadion vocatur. Sed sui generis arbor in Illyrico est. Improprie autem tedas appellamus tum piceæ fatiuæ partes imas, tum alia quoque ligna quæ flamma olei vel picis illitu concepta, faculæ modo luceant. Plin. lib. 16. cap. 10, Sextum genus est teda propriè dicta abundatior succo, quàm reliqua, parcior liquidioráque quàm picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Hanc mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci fyrem vocant, odoris grauissimi. Cæs. lib. 3. bel Gal. Magno vento & secundo completas onerarias naues teda & pice, & stupa reliquisque rebus quæ sunt ad incendia, in Pomponianam classem immisit. Hinc tedas vocamus faces quæ optimæ ex ea arbore fiebant.
Accensa teda. Lucret. lib 6.
Ceratæ tedæ. Ouid. epist. 7.
Pinea teda. Ouid. epist. 12.
Pingues tedæ. Virg. 7. eclog.
Castis adolet altaria tedis. Virg. 7. Æneid.
Fumida teda piceum fert lumen. Virg. 9. Æneid.
Sylua ministrat tedas. Virg. 2. Georg.
¶ Teda, Pini morbus, ex abundantia succi, & vbertate larga luxuriantis naturæ proueniens. Theophrastus, De historia plantarum libro secundo capite decimo, Morbum Pinis accidere talem Idæi incolæ narrant: quum non solùm cor, sed etiam pars externa caudicis in tedam transuerit, tunc strangulari quodam modo quod sponte accidit vbertate arboris largissima, quoad quisque con iectare possit. Teda enim totum efficitur. Idem De causis plantarum lib. 5. cap. 15. Arborum autem genus etiam aliquod fortasse est, cui corruptio secundum naturam sponte, nec vllo pacto afflictato, sed bene vigenti eueniat, vt Pino, quum radices mutatæ in tedam fuerint. Ita enim fit ex nimietate nutritionis, atque excessus: quumque per tedam transmittere pabulum arbores nequeant, moriuntur. Quod proximum illi videtur, quod animalibus euenit, quæ extramodum crassantur atque pinguescunt. Quum enim auram attrahere nequeant, nec vllo pacto spiritu vti possint, propter obesitatem concretionémque, & illa strangulantur, & Pinus. Quamobrem non ineptè rustici vocabulum istud de Pino vsurpant. Pinum enim strangulari aiunt obesitate, atque pinguedine. Quippe omnia spiritum desiderât aliquem, vel solutionem, vel meatuum libertatem. Plinius lib. 17. cap. 24. Arbores laborant & fame, & eruditate, quæ fiunt humoris quantitate. Aliquæ verò & obesitate: vt omnia quæ resinam ferunt, nimia pinguitudine in tedam mutantur: & quum rádices quoque pinguescere cœpere, intereunt, vt animalia, nimio adipe.
Teda pinea. Columel. lib. 5. cap. 10. 12, Iuxta ipsam radicem truncum findito, & fissurâ cuneo tedæ pineæ adigito, & ibi relinquito.
Spinea teda. Catul. in Epithal. Iuliæ. 56.
¶ Teda, pro Nuptiis. Mos enim antiquorum erat vt in nuptiis (inquit Varro) faces & tedæ semper præirent, quòd antea non nisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis. Virg. 4. Æneid.
Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.
Apta tedis tempora. Ouid. 6. Fast.
Ferales tedæ. Lucan. lib 1.
Fœlices tedæ. Catul. Argon. 59.
Iugalis teda apud Catonem cap. 10. Vetus exemplar legit Telam iogalem vnam. Ouid. epist. 4.
Nuptiales tedæ. Apuleius lib. 4. Aurei asini, ad finem.
Pudica teda. Ouid. epist 6.
Copulari tedis. Senec. Herc. fur. 6.
Iure tedæ coire. Nuptiarum legitimo iure. Ouid 4. Metam.
Pactæ expectant tempora tedæ, Pactarum nuptiarum. Ouid. 9. Metamorph.
Iungere tedas. Stat. 3. Sylu. 4.
Optato vos iunxit lumine teda. Catul. de coma Berenicis 61.
Teda, pro Carmine nuptiali apud Senecam in Oedipo 5,
Concinit tedas geminus Cupido.
TEDIFERA DEA {διαφόρως} Ceres est dicta, cuius sacra noctu (vt in Aulularia Plauti est) fiebant, in quibus sacerdotes faces deferebant, Cererem imitati: quæ tum Persephonem filiam à Plutone raptam tedis incensis quæreret, Tedifera est appellata. Ouid. epist. 2.
Hinc sacerdotes teducos, id est tedas ferentes appellarunt.
TEGEA, pen. corr. {τέγεα} Vrbs Arcadiæ, à qua Tegeæus, siue Tegeaticus. Vnde Propert.
Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Virg. 8. Æneid.
Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Idem 1. Georgicon.
Adsis ò Tegeæe fauens. Seruius, Tegeæ, Pœnem tertium esse dicit.
Tegeæus volucer, dictus est Mercurius apud Stat. 1. Sylu. 5,
Túque inimica feræ volucer Tegeæe sonoræ
Terga premas.
Tegeaticus volucer & ales, Mercurius. Stat. 1. Sylu. 2. & 5 Sylu. 5, Olim Lacedæmonij bellum intulere Tegeatibus, ferentes secum compedes, tanquam essent redacturi illos in captiuitatem. Sed congressi prælio ac fugati, quicunque viui capti sunt, eisdem, quas ipsi attulerant, compedibus compediti, campum Tegeatem metiti sane coluerunt.
Tegeagenas, pro Tegeæa gens. Virg. 5. Æneid.

Teges, Tegeticula, Tegillum, Tegmen, Vide TEGO.
Tego, tegis, texi, tectum {καλύπτω, στεγάζω, ἐπιφέω, πυκάζω, ἐρίφω, ἐπίπτω, σκεπάζω} tegere, Operire.
Caput texit galea. Properr. lib. 4. eleg. 3.
Corpus tegere veste. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
Fronde teguntur aues. Ouid. 1 de Arte.
Tunica tegi. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Sepulchro tegi. Lucan. lib. 2.
Lumina tegere somno. Virg. 4 Georg.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6.
Tenebris teguntur omnia. Ouid. 4. Fast.
¶ Tegere, Celare. Martialis,
Quod tegitur, maius creditur esse malum. Terent. Hecyr. 1. 2.
-incommoda atque iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Virg 3. Georg.
Tegere & obtendere. Cic. Qu. frat. lib 1. 1, Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.
Tegere & velare. Cic. in Pisonẽ, Triumphi nomine tegere ac velare cupiditatem suam.
Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Cic. pro Quintio.
Tegere se latibulis. Cic. pro Rabir. Posthumo, His ipsis diebus hostem persequi: tum cùm etiam feræ latibulis se tegant, atque omnia bella iure gentium conquiescant.
Commissa tegere. Horat. de Arte.
Consilium vultu tegit. Virg. 4. Æneid.
Vultu dolorem animi tegere. Cic. 2. Verr.
Facta tegendaloqui. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Cic. pro Rab. perduel. reo.
Lachrymas tegere. Ouid. epist. 13.
Summam prudentiam simulatione stultitiæ tegere. Cicero de Claris Orat.
Rem turpissimam tegere honesta præscriptione. Cæsar 3. bel. Ciuilis.
Sententiam suam tegere. Cic. 5. Tusc. l. E quibus nos id potissimũ consecuti sumus, quo Socratem vsum arbitramur, vt nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios leuaremus: & in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quæreremus.
¶ Tegere aliquem ac tueri, pro Patrocinari & tueri ac defendere. Cic. Seruio lib. 13. 67, Etiam atque etiam te rogo atque oro, vt eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues, & cæteris rebus tegas atque tueare.
Tegere & Nocere, contraria. Cic. pro Cecinna, Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum.
Aliquem armis suis tegere. Cic. Appio, lib. 3. 10.
Armis parentes tegere. Sallust. in bel. Catil.
Alicuius salutem & vitam sua beneuolentia, præsidio & custodia tegere. Cic. pro Plancio.
Tectus {καλυμμένος, ἐνδυτός, κατηρεφὴς} Participium, siue nomen ex participio. Terent. Hecyr. 3 3,
Aduersa eius per te tecta, tacitáque apud omnes sient.
Antrum tectum arboribus. Ouid. 12. Metam.
Lánugine tectus malas. Ouid. 12. Metam.
Picea caligine tectus. Ouid. 2. Metam.
Innocentia tectus. Cic. pro Lege Manil. Propterea quod pericula facilè, vt hominem præstare oporter, innocentia tecti pellemus.
Tenebris tectus. Colum. lib. 7. cap. 12.
Verba tecta, Obscura. Cic. ad Pætum, lib. 9 22, Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici.
Amor tectus. Ouid 1. de Arte.
Sermone tecto dicere aliquid. Ouid. 1. de Arte.
Tecti ad alienos. Cic. pro Rosc. Amer. Ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficilimè præcauentur, tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est: socium verò cauere qui possimus?
Tectior cupiditas. Cic. pro Rosc. Amer. Huc accedit, quod paulò tamen occultior, atque tectior vestra ista cupiditas esset.
Tectior homo. Cic in Orat. Ac fortassè cæteri tectiores: ego sem per me didicisse præ me tuli. Tectiores, id est magis dissimulantes sẽ artem didicisse.
Tectissimus homo in dicendo. Cic. 2. de Orat. Ego me hercule, inquit, Antoni, semper is fui qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri tectissimum. Tectissimum, qui sua consilia maximè tegeret, vt lib. 14. ad Atticum, Balbum hominem tectum dixit. Vel tectissimum, qui quasi tectus & tutus loqueretur, nec quicquam diceret quod cauẽ posset obesse, quæ enim apud Ciceronem verba sequuntur hoc explicant. Tectissimum, minimè apertùm vulneribus aduersarij, & eum qui minimè detegeret id quod in causa sua lateret mali.
Tecturus, pen. prod. Participium {κατα-λέξων.} Ouid. 4. Metam.
Tectè {κρυφίως} Aduerb. cui contrarium est Apertè. Cic. ad Attic. lib. 1. 9, Hic dies me valde Crasso adiunxit, & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi.
Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. Cic. Pæto lib. 9. 22.
Tectum, tecti {στέγος, στέγη, ὄροφος, στέγασμα} Pars domus superior qua ipsa domus tegitur.
Domorum tecta. Virg. 12. Æneid.
Culmen tecti. Ouid. 12. Metam.
Fastigia summi tecti. Virg. 2 Æneid.
Firma tecta in domicilijs habere. Cic. de Claris Orat.
Pectinatum tectum, Vide pectino in PECTEN.
Nudare tecto culmen, Vide NVDVS.
¶ Tectum, pro domo frequenter poni solet. Terent. Heaut. 5 2,

Victus,

Victus, vestitus, quo in tectum te receptes. Liu. 1. ab Vrbe, Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo.
Vrbis tecta. Ouid. 4. Metam.
Absonum tectum, Vide ABSONVS.
Agrestia tecta. Ouid. 4. Fast.
Altum tectum cœli. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Ardua tecta. Virg. 7. Æneid.
Augustum tectum. Virg. 7. Æneid.
Aurea tecta. Virg. 6. Æneid.
Bipatentia tecta. Virg. 10. Æneid.
Cæca tecta, Obscura, occulta. Labyrinthum intelligit. Ouid. 8. Metamorph.
Cælata tecta, Vide CAELO.
Candida tecta. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.
Cubantia tecta, Quæ videntur velle subsidere, aut in alterutrum latus magis inclinant. Lucret. lib. 4.
Deformia tecta nigro fumo. Ouid. 5. Fast.
Densa ferarum tecta, Syluæ densæ. Virg. 6. Æneid.
Fumosa tecta. Virg. 2. Georg.
Hospita tecta. Valer. 2. Argon.
Humile tectum. Senec. Hippol. 11.
Immane tectum capax turbæ. Senec. Thyeste 8.
Ingentia tecta. Virg. 2. Æneid.
Ingens tectum. Virg. 7. Æneid.
Inhospita tecta, Vide INHOSPITVS.
Intecta stramento tecta, Vide INTEGO.
Laqueata tecta, Vide LAQVEAR.
Marmorea tecta auro & ebore fulgentia. Cic. in Parad.
Obsoleti tecti sordes. Horat. 2. Carm. ode 10.
Patua tecta. Senec. Hippol. 2.
Paupere sub tecto. Horat. 1. epist. 10.
Pinea tecta, Naues. Ouid. 14. Metam.
Placida tecta. Ouid. 1. Fast.
Praua tecta. Lucret. lib. 4.
Prona tecta, Quæ à fronte magis propendent. Lucret. lib. 4. 10.
Pulchra tecta. Horat. 3. Carm. ode 10.
Recuruum tectum. Ouid. epist. 10.
Regalia tecta. Ouid. 6. Metam.
Regia tecta. Virg. 1. Æneid.
Rustica tecta. Catul. in Carm. secul. 32.
Saxea tecta. Ouid. epist. 10.
Solida tecta. Ouid. 3. Metam.
Squalentia tecta. Ouid. 2. Metam.
Stellantia tecta summi patris. Valer. 5. Argon.
Sublime tectum centum columnis. Virg. 7. Æneid.
Superba tecta. Virg. 7. Æneid.
Supina tecta, Quæ retro veluti in tergum curuantur. Lucretius libro 4.
Tepidum tectum. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Vmbrosa tecta. Tibull. lib. 1. eleg. 4.
¶ Claudere sua tecta. Ouid. 5. Metam.
Credere se tectis alicuius, Vide CREDO.
Fremunt tecta vlulatu fœmineo. Virg. 4. Æneid.
Incumbunt tecta centenis columnis, Vide INCVMBO.
Inire tectum. Ouid. 14 Metam.
Nouare tecta. Virg. 4. Æneid.
Procumbit tectum. Ouid. 4. Fast.
Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. Cic. 2, de Lege Agra.
Replere tectum gemitu. Virg. 2. Æneid.
Subire tecta alicuius. Virg. 3. Æneid.
Succedere tectis alicuius. Virg. 1. Æneid.
¶ Tectum, Genus ouium, sic dictum quòd operimentis tegeretur. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 2, Similiter faciendum in ouibus pellitis: quæ propter lanæ bonitatem vt sunt Tarentinæ, & Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.
Tectorium, tectorij {κονίαμα} Illinimentum quoddam est, à tegendo dictum, & quasi pauimentum parietis, atque incrustatio: quod fit quum calce aut gypso ad maiorem spectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus, quæ ideò etiam albario appellatur, siue albarium: quanquam albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat, vt hodie est in vsu. Tectorium autem cõtinet arenatum, hoc est quod fit ex calce & arena: marmoratum, quod ex calce & marmore tuso fit ex calce & arena: marmoratum, quod ex calce & marmore tuso triplici varietate comminuto, prout trium coriorum exigebat vsus. continet & trullisationem quæ ex gypso, vt hodie quoque, antiquis fiebat, quod fusissimè docet Vitruuius lib. 7. de Architectura. Plin. lib. 38. cap. 23, Ideóque nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Tectoriúmque nisi ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Cic. 3. Verr. Atqui in illis columnis dico esse quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & nouum inductum. Iuuenal. Satyr. 6,
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnosci. Ad est, focum muliebrem.
Atriolum tectorium. Cic. Attic. lib. 1. 6. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo.
Pictæ tectoria linguæ, Dolosa & simulata linguæ fucatæ & adulatricis oratio. Pers. Sat. 5.
Concinnum tectorium, Vide CONCINNO.
Vulgaria tectoria. Proculus in l. Quidam. D. De seruitutibus vrbanorum prædiorum. Non pluris, quàm vulgaria tectoria, debent æstimari: quod obseruari & in incrustatione oportet.
Exornare domum tectoriis. Vlpian. in l. 3. §. Proinde. D. De in rem verso. Idem in l. fundi. §. Quæ pictæ. D. De actionibus empti & venditi. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item crustæ marmoreæ, ædium sunt.
Imponere tectorium parietibus. Neratius in l. Vsufructuarius nouus. D. de vsufructu. Vsufructuarius nouum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest.
Tectorius, Adiectiuum {κονιαματικὸς} vt Tectoria calx, qua fit tectorium. Plin. lib. 36. cap. 22, Sed cura tuentur picando parietes, quoniam & tectoria calx roditur. Vetus exemplar habet tectorij calce.
Tectorium opus ad ornamentum ædificij, id est sub quo & marmoratum, & arenarum opus, & trullisatio intelliguntur. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Quum enim villam haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostroris spectandam, &c. Cic. 2. de Legib. Neque id opere tectorio exornari nec hermas hos, quos vocãt, licebat imponi.
Tector, tectoris {κονιάτης} Qui opus tectorium facit. Varro 3. de Re rust. cap. 2, Non minus villa tua erit ad angulum Velini, quam neque pictor, neque tector vidit vnquam.
Tectoriolum, tectorioli, pen. corr. Diminutiuum {κονιαμάτιον} Paruum tectorium. Cicero ad Pætum lib. 9. 22, Bella tectoriola, dic ergo etiam pauimenta isto modo: non potes.
Tegmen tegminis, pen. corr. n. g. {σκέπη, σκέπασε, κάλυμμα, σκέπασμα} Quicquid aliquid tegit. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos. Cic. 2. de Diuinat.
Recubans sub tegmine fagi. Virg. 1. eclog.
Ingenti tegmine clepit se. Senec. Herc. furen. 9.
Cruda tegmina boum, Vestimentum è duro boum corio factum. Stat. 6. Thebaid.
Fuluum tegmen lupæ, Indumentum ex pelle lupæ. Virg. 1. Æneid.
Capitum tegmina picto nutantia cono. Ouid. 3. Metam.
Consertum tegmen spinis, Vide CONSERO.
Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmen. Lucret. lib. 5. Id est, vestimentum textum.
Tegmen cæli. Cic. 2. de Nat. deor.
Inde est ales auis lato sub tegmine cæli.
Sub tecta neruis tegmina. Silius lib. 4.
Tegmina pedum. Colum. lib. 1. cap. 8.
Tegumen teguminis, pen. corr. {σκέπασε} Idem. Liu. 1. ab Vrbe, Et supra tunicam æneum pectori tegumen, cælestiáque arma, quæ ancilia appellantur ferre. Ibidem lib. 4. 166.
Tegimen, pen. corr. tegiminis, Idem {σκέπασμα.} Ouid. 3. Metam.
-tegimen direpta leoni Pellis erat. Liuius 6. bel. Maced.
Remouere tegimen. Ouid. 1. Metam.
Tegumentum tegumenti, vel Tegmentum, Idem {κάλυμμα.} Liuius 1. ab Vrbe Tegumenta corporis.
Pennarúmque contextu corpori tegumenta faciebat. Cicero 5, de Finibus.
Palpebræ sunt tegumenta oculorum. Cic. 2. de Nat. deor.
Quærere flagitiorum tegumenta. Cic. pro Cælio.
Tegulum, teguli, pen. corr. {πίνος} pro Tegmine, vel tegula potius. Plin. lib. 16. cap. 36, Tegulo enim earum domus suas Septentrionales populi operiunt. De arundinibus. Ibid. cap. 37, Scirpi fragiles palustréfque ad tegulum tegetesque.
Tegillum, tegilli, Diminutiuum {σκεπασμάτιον} Paruum tegmen. Varro Sesquiulysse, Ob aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum pastor sibi sumat. Plaut. Rud. 14,
Tegillum eho illud mihi vnum aresciti id si vis dabo.
Tegula tegulæ. pen. corr. {κέραμος, σίγη} Dicta est quòd domos tegat Plaut. Milit. 9,
Quòd meas confregisti imbrices & tegulas. Terent. Eun. 3. 5. Cic. ad Attic. lib. 9. 17. 5. De isto licet bene speres: promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato cap. 14, In tectum sic numerabitur tegula integra quæ erit. Ouid. 6. Fast.
Strataque erat tepido tegula quassa solo. Idem 2. Fast.
Tegula porrectis satis est velata coronis.
Admitti per tegulas, Vide ADMITTO.
Decidere de tegulis, Vide DECIDO.
Aliquem demittere per tegulas. Cic. 2. Philipp. Quum tamen tu nocte socia horrante libidine, cogente mercede, per tegulas demitteretur.
Teges, tegetis, pen. corr. fœm. gen. {στρωμὸς, στρωμνὴ} à tegendo dicta. Straguli genus ex vlua, siue scirpo aut sparto, in lodicis similitudinem factum, quo viliores vtuntur: hanc vulgus Italorum *stoream* vocat. Varro de Re rust. Sicque fiunt de canabi, lino, iunco, palmo, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Iuuenal. Saty. 6,
Aufa Palatino tegetem præferre cubili. Colum. lib. 5. cap. 3. Sub ortu Canículæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Id est, tegminibus. Idem lib. 12. cap. 50. Canear tegetes quibus oliua excipitur. Huiusmodi simile quiddam apud nos, quod straminibus concinnatur, vulgus *natas* vocat. Iuuenalis Saty. 9,
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
A tegete & baculo?
Pars tegeris dimidio breuior. Iuuenal. Saty. 5.
Occulta teges. Iuuenal. Saty. 9.
Tegeticula, tegeticulæ, pen. corr. Diminutiuum {φραγμάτιον} Parua teges. Varro 3. de Re rust. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ canabinæ sint impositæ. Colum. lib. 8. cap. 9.
Tegus, Varr. Tegus suis, ab eo quòd regit, vt perna à pede, &c. Apparet deriuatione Varronis veteres non tantùm tergus, sed etiam tegus dixisse. Certè apud Plautum in Captiuis, hic versus trochaicus
-tegoribus postulat.
Dij immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus. Attamen si in Varrone tergus placet, detracta litera deductio eius fiet. Turneb.
TEIVM {τεῖον} Vrbs in Paphlagonia, Sallustio, à qua ortus Anacreon. Teius possessiuum trium syllabarum {τήϊος.} Ouid. 2. Trist.

Quid niſi cum multo Venerem confundere vino,
Præcepit lyrici Teia Muſa ſenis?
Anacreon Teius. Horat.epod 14.
Eide Teia dicere aliquid,Id eſt Lyrica.Horat.1 Carminum ode 17.
In hac fuit templum Apollinis,vnde Apollo Teius. Ex hac etiam Phileterus natus eſt author generis regum Attalicorum.

Tela,relæ {ἱστὸς} Notæ ſignificationis. Ouid.lib 6.Metam.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Ouid.epiſt 13.
Laſſaret viduas pendula tela manus.
¶ Tela iugalis.Iugo impoſita in quo texitur, ad aliarum telarum diſcrimen,quæ pinguntur acu,texuntur radio, pectine, aut alio genere,ſine iugo tamen. De iugo telarum Ouidius,
Tela iugo iuncta eſt,&c. Ex Turnebo.
Domus plena telarum. Cic.6.Verr.
Diſcreuerat telas tenui auro.Virg.4.Æneid.
Percurrere pectine telas. Virg.1.Æenid.
Interſertas telas retexere. Stat 3.Sylu.5.
Penelopes telam retexere,Vide PENELOPE.
Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro Rem aliquam incipere & aggredi. Plaut.Bacchid.5.Vide ORDIOR.
¶ Telam texere. Cic.lib 3.de Orat. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac poſteritati oſtenditur, vt eorum ciuium quos noſtri patres non tulerunt, iam ſimiles habere cupiamus. Cicero telam texi dixit,quum viuendi rationem inſtitui intelligeret. Ea tela texitur, ea factio paratur à plebiis aduerſus nobiles. Tranſlatio duci videtur ab araneorum telis, in capturam muſcarum paratis.

TELAMON,pen.corr. {ταμών} fuit Æaci filius, Pelei patris Achillis frater & Aiacis pater. Eſt & Plinio lib 3.cap.5.Vmbriæ portus.
Creatus Telamone. Ouid.12.Metam.

Telamoniades,pen.corr. Patronymicum {ταμωνιάδης.} Ouid.13.Metam. Id eſt Aiax.
¶ Telamones,inquit Vitruuius, dicuntur à ſtatuariis ſigna in muris quæ mutulos vel coronas,aut ſimilia ſuſtinent: quæ Græci ἀτλάντας vocant. Vide ipſum Vitruu.lib.6.cap.9.ad finem.

TELCHINES, pen.prod. {τελχῖνες.} Strabo lib.10, Sunt qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuiſſe,Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Iouis alendi curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt. Ouid 7.Metam.
Phœbeámque Rhodon,& Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo vitiantes omnia viſu
Iuppiter exoſus,fraternis ſubdidit vndis.
Idæis Telchines in antris. Stat.4 Sylu.6.

TELCHIVS & AMPHITVS {τελχουσαὶ ἀμφιτε.} Plinio lib.6.cap.5,Caſtoris ac Pollucis auriga,à quibus vera gens Heniochorum orta eſt. Strabo tamen circa initium vndecimi Rhecam & Amphiſtratum nominatos dicit,vt in alterutro mendum ſit. Sed fieri poteſt, vt horum fratrum plures fuerint aurigæ. Eo ſupradicto Strabonis loco hiſtoriam reperies.

TELEBOAE, pen.corr. {τηλεβόαι} Populi, de quibus Ariſtoteles in Politicis, In Acarnanum politia, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: ſpectantem verò in occaſum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboæ.Virg.7.Æneid.
Oebale,quem generaſſe Telon Sebethide nympha
Fertur Teleboûm Capreas quum regna teneret. Seruius, Teleboæ Caprearum ſunt populi, quos Telon ſuo regebat imperio. Capreæ verò ſunt inſula contra Neapolim ſita.
Domus Teleboûm. Stat 3.Sylu.5.

TELEGONVS,pen.corr. {τηλέγονος} Nomen proprium viri, quod Latinè ſignificat nouiſſimo loco natum: vnde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe,qui patrem interfecit roſtro piſcis illius qui xiphia dicitur,quod eſt inſtar laminæ magni enſis, vt ſcribit Oppianus de piſcibus: quod genus enſis à matre acceperit.
Parricida Telegonus. Horat.3.Carm.ode 29.

TELEMACHVS, pen. corr. {τηλέμαχος} filius fuit Vlyſſis ex Penelope, quem ad Troiam peigens, cum vxore paruulum reliquit. Ouid.1. epiſtol.
Telemachus proles patientis Vlyſſei. Horat.1.epiſt.7.
Penelpæus Telemachus. Catul. Epithal.Iuliæ,56.

TELEMVS,pen.corr. {τήλεμος} teſte Homero in Odyſſea, & Theocrito in Bucolicis,Eurymi filius,& inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque ab Vlyſſe paſſus eſt. Huius & meminit Ouid.lib.13 Metam.
Telemus Eurymides,&c.

TELEPHVS pen. corr. {τήλεφος} Herculis filius, ex Augæa filia Alcæi Arcadię regis,qui aui iuſſu expoſitus in ſyluis,à cerua nutritus:dein dono datus regi Myſiæ, próque filio educatus. Cic.pro Flac.Longè omnino à Tyberi ad Caicum, quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu erraſſet, niſi ducem Telephum inuenifſet. Horat.Epod.17,
Mouit nepotem Telephus Nereium,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum,& in quem tela acuta torſerat. Claud.epig.1,
Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Hic poſteà in Licia imperauit.
¶ Telephus alter, Pergamenſis grammaticus, ſcripſit ferè omnia quæ ad grammaticam pertinent. Inter cætera collationes epitheroum eidem rei congruentium, ad copiam paratam elocutionis. Suidas.

TELETHVSA, pen.corr.vxor Lycti, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit. Ouid 9 Metam.

Telicardios, Gemma colore cordis, Perſis maximè grata, quam & maculam appellant. Plin.lib.37.cap.10.

Telinum {τηλινὸν} Vnguentum quod commendatur à medicis.Plin. lib.13.cap.13 cap.1, Telinum fit ex oleo recenti,cypero,calamo, meliloto,fœno græco,melle melino,maro,amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate.

TELLEN,Tibicen,& poeta ineptiſſimus,cuius meminit Diarchus Meſſenius: ex quo prouerbium, Cane Tellenis cantilenas. quod quidam dici putant de dicacibus ſeu mordacibus, quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quoſdam verſibus lepidiſſimis ſcripſiſſe,non ſine multo ſale ſcommatum. Hæc Erasm. in Chiliadibus.

TELLIAS, Herodoto lib 8, Vates fuit Helæus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus, rem huiuſmodi eis commentus eſt: ſexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos gypſo, tam ipſos quàm arma illinit, eóſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, data præcepto vt quencunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent.Hos primùm Theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus, adeò exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint.

TELLVS {τέλλος} Vir Athenienſis, qui quum pauper eſſet, eum tamen Cræſo fœliciorem Solon dicebat eſſe: erat enim vir optimus. Plutarchus,& Herodotus lib 1.

Tellus,telluris, pen.prod.fœm. gen. {γῆ} Dea terræ creditа eſt antiquis. Cic.3.de Nat.deor.Iam ſi eſt Ceres à gerendo, ita enim dicebas:terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra?
Ædes Telluris. Cic.Qu frat.lib.3.17, Reddita etiam mihi eſt peruetus epiſtola, ſed ſerò allata, in qua de æde Telluris,& de porticu Catulli me admones.
Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locaui. Cic. Qu.frat. lib.3.17.
¶ Tellus,etiam ipſa terra dicitur. Plin.lib.2.cap.5, Cum quarto aquarum elemento,librari medio ſpatio tellurem. Virg.1.Æneid.
-ac magno telluris amore
Egreſſi,optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Tellurem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum.
Hiatus telluris. Ouid.epiſt.3.
Abrupta tellus. Stat.3.Thebaid.
Alma, Vide ALMVS.
Apta armis. Propert.3.eleg.22.
Barbara. Ouid.7.Metam.
Dues tellus & nunquam mentita colono. Silius lib.7.
Dura. Ouid.9 Metam.
Effœta. Lucret.lib.2.
Ferax Cereris. Seneca Herc.furen.9.
Fertilis.Horat.in Carm.ſecul.
Fœcunda. Virg.1.Georg.
Fœta. Stat.1.Thebaid.
Grauida. Ouid.7.Metam.
Habitabilis. Ouid.8.Metam.
Inarata. Ouid.1 Metam.
Infœlix frugibus, Virg.2.Georg.
Iuſtiſſima. Virg 2.Georg.
Læta. Senec.Octau.7.
Benigna,Vide BENIGNVS.
Bruta. Horat.1.Carm.ode 34.
Dædala,Vide DAEDALVS.
Lubrica. Stat.9.Thebaid.
Lutulenta. Ouid.1.Metam.
Mauortia. Virg 4.Georg.
Parca,non admodum fœcunda. Stat.4 Sylu.9.
Pinguis. Virg 2.Georg.
Prodiga. Ouid.15.Metam.
Salſa. Virg.2.Georg.
Sicca. Virg.1.Georg.
Solidiſſima. Ouid.15.Metam.
Tenuis.Ouid.epiſt.4.
Torrida. Lucret.lib.5.
Victa. Ouid.2.Faſt.
¶ Adoperta tellus marmore. Ouid.8.Metam.
Ingens tellus aggeritur tumulo. Virg.3.Æneid.
Aret tellus ſuccis ademptis. Ouid.2.Metam.
Cauare tellurem. Virg.3.Georg.
Conciſſa tellus agmine cornipedum. Silius lib.8.
Dehiſcit tellus ima. Virg.4.Æneid.
Excita tellus pulſu pedum. Virg.12. Æneid.
Exercere tellurem aratro. Virg.1.Georg.
Tellus neque mouetur & infima eſt. Cic.in Somnio Scip.
Humida tellus putorem nacta eſt. Lucret.lib.2.
Perrepere tellurem genibus. Tibul.lib.1.eleg.2.
Regnata tellus ab aliquo.Ouid.epiſt.10.
Reuulſa tellure fodiens. Claud.5.Paneg.
Rupta tellus. Ouid.3.Faſt.
Sciſſa. Stat.1.Thebaid.
Sollicitanda tellus. Virg.2.Georg.
Subacta tellus,Victa. Silius lib.7.
Torpet fœda tellus. Senec. Herc.furen.9.
Vacillat ſub pedibus tellus. Lucret.lib.5.
¶ Clarus tellure Phocaica Coroneus.Ouid.2.Metam.

TELMESVS,pen.prod. {τελμισσὸς} (inquit Cic.lib.1.de Diuinat.) in Caria eſt,qua in vrbe excellit Aruſpicum diſciplina.

Telo,telonis, A rusticis dicitur inſtrumentum longum ex ligno, quo vtuntur ad aquam è puteis hauriendam. Hiſpani *Ciconiam* vocant, à ſimilitudine roſtri ciconiarum. Hæc Sipontinus, apud quem fortaſſe legendum eſt Tollo.

Telonium, telonij {τελώνιον} Græcè, menſa publicanorum, vbi vectigal exigitur.

Telonarius, telonarij, m.g. {τέλωνης} Publicanus, & tributorum collector.

Telos, neut. gen. {τέλος, τέλους} Latinè finis dicitur. Cicero 3.de Fin. Sentis

Sentis enim credo me iandiu quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum,tum vltimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut vltimo dicere.

TELOS {τῆλος} Inſulæ nomen vnius ex Sporadibus, in qua conficiebatur vnguentum præſtantiſſimum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin.lib.4. cap.12, Telos vnguento nobilis, à Callimacho *Agathuſſa* appellata.

Telphiſſa, {τηλφοῦσα} Fons,cuius aquæ frigus Tireſias vates, quum ſenex potaſſet,& ferre non potuiſſet,extinctus eſt.

TELPHVSSIVM, ſiue Tilphoſſium {τηλφούσιον} Oppidum eſt in Bœotia,vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

Telum,teli {βέλος,ὄπλον} Dicitur omne quod iaci poteſt: quo nomine lapis,lignum,plumbum,ferrum continetur. Dictum ab eo, quòd in longitudinem mittatur: nam apud Græcos τῶν ſiue τηλοῦ longè ſignificat. Feſtus, Tela propriè dici videntur ea quæ miſſilia ſunt: ex Græco videlicet tranſlato eo nomine,quia ille τηλοῦσε miſſa dicit, quæ nos eminus: ſicut arma, ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus. Quintil.lib.10 cap.1, Per abuſionem ſicarios etiã omnes vocamus,qui cædem telo quocunque commiſerint.
Tela etiam lapides dici poſſe authoritas docuit, & omnia quæ iaciuntur. Siſenn.hiſtor.lib.3, Manuales lapides diſpartit, propterea quòd is ager omnis eiuſmodi telis indigebat. Nonius.
Cuſtos telorum,Pharetra. Ouid 8.Metam.
Iactus teli. Tacit.lib.13,Aſſultare ex diuerſo Tyridates,non vſque ad iactum teli.
Seges ferrea telorum.Virg.3.Æneid.
Telum,pro Gladio poſuit. Virg 9.Æneid.
At non hoc telum mea quod vi dextera verſat Effugies.
Linguæ tela, Vide LINGVA.
Gelida tela pauoris. Lucret.lib 3.
¶ Acerrimum telum. Cic.Trebatio lib.7.16,Vſquequaque ſapere oportet: id erit telum acerrimum.
Acutum telum,Vide ACVO.
¶ Telum anſarum, eſt quod anſam, id eſt ameatum habet. Ennius, -anſaris concurrunt vndique telis.
Denſiſſima tela. Virg.9.Æneid.
Non euitabile telum. Ouid.6.Metam.
Exitiabile telum. Ouid.6.Metam.
Fera tela. Lucret.lib.2.
Fortia tela diuûm. Stat.9.Thebaid.
Heberiora arque leuiora tela. Cic.de Aruſp.reſpon.Tamen non dubito quin ea tela quæ coniecerit inimicus, quàm ea quæ collega patris emiſit,leuiora arque heberiora eſſe videantur.
Iaculabile telum. Ouid.7.Metam.
Igneum telum. Senec.Oedipo 5.
Illita tela dolis,id eſt veneno. Lucan.lib.8.
Imbelle telum. Virg.2.Æneid.
Immane telum. Stat. 9. Thebaid.
Immedicabile telum. Virg.12.Æneid.
Indeuitatum telum. Ouid.2.Metam.
Inertia. Seneca Thyeſt.4.
Infeſta. Virg.5.Æneid.
Inhabile imperitis telum ad remittendum, Vide INHABILIS.
Inſuperabilia. Valer.3.Argon.
Inuicta.Senec.Octau.5.
Martia. Virg.9.eclog.
Mediocria,Vide MEDIOCRIS.
Miſſilia, Vide MITTO.
Noxia. Stat.11. Thebaid.
Penetrabile. Ouid.5.Metam.
Pennatum. Vide PENNA.
Sæua tela. Ouid.12.Metam.
Secunda tela. Ouid.3.Metam.
Stridula tela. Lucan.lib.8.
Sylueſtria tela,Quibus capiuntur feræ. Stat.9. Thebaid.
Temeraria tela.Ouid.2.Metam.
Trabale telum.Virg.12.Æneid. Valer.8.Argon.
Triſulca tela Iouis. Ouid.2.Amor. eleg 5.
Trunca tela. Virg.11 Æneid.
Venenatum telum. Cic.pro Quintio, Et qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum, iniecerint,medicinæ faciendæ locus non erit.
Violenta tela. Ouid.11.Metam.
Volatile telum. Ouid.1.de Arte.
Volucre telum. Valer.2.Argon.
Vulnificum telum. Ouid.2.Metam.
¶ Accingi telis tanquam in aciem, Vide ACCINGO.
Vneo telo accingitur. Ouid.4.Metam. Sic vocat harpen Perſei.
Adactis telis mori. Ouid.in Ibin.
Agere telis aliquem,Vrgere,Perſequi.Virg.4.Æneid.
Aptare tela. Stat.11.Thebaid.
Leui telo armari. Senec. Herc.Oetæo 7.
Stridorem teli audiit. Virg.11.Æneid.
Tela bibunt cruorem. Silius lib.15.
Cadere telo alicuius. Virg.11 Æneid.
Cingi telis. Virg.2.Æneid.
Confringere tela. Lucan.lib.6.
Congerere tela,Vide CONGERO.
Concere tela. Vide CONICIO.
Contorſit telum in hoſtes. Virg.12.Æneid.
Tela cæca & improuida contorquere.Plin.epiſt.87.
Defendere ſe telis. Virg.2.Æneid.
Deiicere aliquid telo. Virg.1.Georg.
Deprimere tela pharetris Virg 5.Æneid.
Eiicere tela. Celſus lib.7 cap.5.
Elapſus telis hoſtium. Virg.2.Æneid.
Euellere tela membris. Lucan.lib.6.
Exaturare tela. Stat 9.Thebaid.
Telum intentum excipere. Cic. de Prouinc.Conſul. Quum omnia tela vndique eſſe intenta in patriam viderem, ſubire coegit, atque excipere vnum pro vniuerſis.
Excuſſa tela. Senec.Herc.fur.6.
Exire tela corpore,Declinare ictus telorum. Virg.5.Æneid.
Exercere telum. Lucret.lib.2.
Expedire tela. Liu.lib.8.Decad.4.
Ferire aliquem telo. Virg.12. Æneid.
Crebra tela fundere. Virg.11.Æneid.
Hebetata tela. Silius lib.16.
Iacere tela. Cic pro Cælio, Non enim ab iiſdem accuſatur M.Cælius à quibus oppugnatur: palàm in eum tela iaciuntur, clàm ſubminiſtrantur.
Irrita tela iactare. Virg 2.Æneid.
Coruſca tela iaculari. Senec.Oedipo 14.
Immittere telum. Cic.pro Domo ſua, Neq; enim mea iam quicquam intereſt exceptis his telis quæ ex eius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt.
Infecta tela ſanguine. Stat.9. Thebaid.
Infigere telum pectore. Senec.Oedipo,14.
Ingerere tela, Vide INGERO.
Inhibere tela,Vide INHIBEO.
Inſtat telum,Vide INSTO.
¶ Intendere telum in iugulum innocentis, per tranſlationem, pro Ad confutationem rationes apparare.Plin.epiſt.9.lib.3.
Intenta iugulis tela,Vide IVGVLVM.
Interquere telum in aliquem,Vide INTORQVEO.
Librat telum in ictus obliquos. Ouid.8.Metam.
Librare telum ab aure. Virg.9.Æneid.
Mactare aliquem telis. Senec.Oedipo 10.
Medicata tela veneno. Silius lib.7.
Obrui telis. Virg 2.Æneid.
Celeri telo proſtrauit virum. Valer.3.Argon.
Regerere tela neruo. Seneca Hippol.2.
Retundere tela. Cic pro Domo ſua, In me vno Conſulares facès iactæ manibus tribunitiis, in me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæſerunt.
Reuellere de corpore telum. Cic.in Piſonem, De corpore Reipuorum ſceleru tela reuellentur.
Rotare telum. Stat.9. Thebaid.
Spargere tela. Quintil.lib.4.cap.5.
Stringere tela. Claud.1.de rapt.Proſerp.
Subminiſtrare tela ad manum. Quintil.lib.5.cap.7.
Succumbere telis. Ouid,epiſt.8.
Torquere telum in aliquem. Virg 5.Æneid.
Tranſit telum. Celſ.lib.7.cap 5,Sed ſi non altè telum inſedit,& in ſumma carne eſt,aut certè magnas venas,& loca neruoſa, non tranſiit,nihil melius eſt quàm quà venit id euellere.
Transfixus telo. Silius lib.15.
Verſari incolumem inter hoſtium tela. Cic.1.de Orat.
Vibrare telum. Lucan.lib.4.
Lucida tela volant. Lucret.lib.4.
¶ Tela diei,pro ipſius luminis radiis,quos cœlum ſol & ſtellæ huc eiaculantur. Lucret.
Non rad j ſolis,non lucida tela diei. Sic proradiis ſolis,ſolis ſpiculà dixit non ineleganter Prudentius. Caligo terræ ſcinditur,Percuſſa ſolis ſpiculo. Apollini quoque, qui ſol eſt, arcum & ſagittas geſtamen tribuit antiquitas. Ex Turnebo.
Telum, inquit Iſidorus, lateris morbus: dictum autem ita eſt à medicis,quòd dolore corpus tranſuerberet, quaſi gladius. Hæc lucem afferent Sereno ſcribenti,
Eſt ea vis morbi,quod telum commemoratur,
Cùm ſubitò dolor inſanus furit ducitus ictu. Turneb.

Telifer, pen.corr. Adiectiuum {βαλοφόρος.} vt Puer telifer, apud Senecam. Herc.Oetæo 4.

Temenites, Apollo dictus fuit à loco quodam Siciliæ nomine Temenos, qui adiunctus Epipolis erat prope Syracuſas, vt ſcribit Stephanus. Sueton. in Tyberio,Supremo natali ſuo Apollinem Temenitem,& amplitudinis & artis eximiæ,aduectum Syracuſis,vt in bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietem affirmantem ſibi, non poſſe ſe ab ipſo dedicari. Hinc emendari locus quidã Ciceronis in Verrem & poteſt & debet, apud quem pro Theſmotes Apollo, Temenites legendum. Nam de Syracuſis loquitur, quibus adiunctæ Epipolæ erant, locúſque Temenos dictus, à quo Temenites vt ſuprà dictum eſt. Turnebus.

Temerarius,Adiectiuum {ἄδικος,ἀπερίσκεπτος, παρόξυνος, θρασὺς} dicitur non qui plus audet quàm oportet,ſed qui facilè nullo adhibito conſilio credit. Temerarius, natura: inquit Donatus. Terent. And.1.4,
Sanè pol temulenta eſt mulier & temeraria. Plancus Ciceroni lib. 10.21,Indicabo temerarium meum conſilium tibi. Martial.lib.6, Abſtulerat totam temerarius inſtitor vrbem. Idem lib.6,
Temerarius ardor.
Haud temerarium eſt, Non ineptum. Plaut.Aſin.6.
Temerarium magis,quàm audax conſilium. Liu.5.bel.Pun.
Omnia turbulenta & temeraria & periculoſa. Cic.pro Cecin.
Arbiter temerarius. Stat.1.Achill.
Cœpta temeraria. Silius lib.16.
Cupiditas cæca & temeraria. Cic.1.de Inuent.
Dextra temeraria. Ouid 2.de Ponto eleg.2.
Error temerarius. Ouid.12.Metam.
Honor temerarius. Quintil.in Procem.lib.1.
Iudex temerarius. Ouid.7.Metam.
Turba temeraria. Ouid.10.Metam.

Virtus temeraria, Inconsiderata fortitudo. Ouid. 8. Metam.
Vox temeraria. Ouid. 2. Metam.

Temerè pen. corr. Aduerb. {οἰκῇ, ἀπερισκέπτως, ἰμπρόκριτος, ἀλόγως, παραλόγως} Stultè, inconsultè. Terent. Phor. 5. 1.
Di vostram fidem, quàm sæpe fortè temerè
Euenium, quæ non audeas optare. Virg. 9. Æneid.
-temerè inter tela iacentes.
Temerè ineassum. Lucret. lib. 5.
Temerè & nullo consilio administrare. Cic. 1. de Inuent.
Non enim temerè nec fortuitò fati & creati sumus. Cic. 1. Tusc.
Audacter hoc dico, non temerè confirmo. Cic. pro Fonteio.
Inconsultè ac temerè dicere aliquid. Cic. 1. de Natura deorum.
Temerè non est, pro Non abs re. Terent. Phorm. 5. 9.
Non pol temerè est, quòd tu tam timens. Idem Heaut. 4. 1.
Idque euenit non temerè nec casu. Cic. 2. de Nat. deor.
Temerè & imprudenter facere aliquid. Cæsar Ciceroni in epist. ad Atticum lib. 10. 199.
Non temerè fama nasci solet. Author ad Heren. lib. 2.
Temerè, Sine periculo. Plaut. Bacchid. 1.
Rapidus fluuius est, non hac temerè transiri potest.
Temerè. pro Ferè ponitur. Quintilian. lib. 1. cap. 4. Illud ingeniorum velut præcox genus, haud temerè vnquam peruenit ad frugem. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1. Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris, non temerè nisi libertis suis deferebant.
¶ Temerè, pro vulgò, passim. Horat.
Vnde vocalem temerè insecutæ Orphea syluæ. Ex Turnebo.
Temerius, Aduerbium comparandi. Accius.
Seu Euripidis, qui choros temerius in fabulis, &c. Vide Nonium.

Temeriter, penult. corr. {ἰμπρόκριτον} Aliud aduerbium. Idem. Accius Amphitryone, Hoc in re est, quòd tu tam temeriter meam benevolentiam interisse ex ratus.

Temeritudo, pen. prod. {προπέτεια} pro Temeritate, Pacuuius Dulorestè, Egón' tyranni noui temeritudinem?

Temeritas, pen. corr. temeritatis {εὐκολία, προπέτεια, θρασύτης, ἀλογία} cui opponitur Sapientia. Cic. pro M. Marcello. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem 1. Acad. 65. ab omni lapsu continere temeritatem: quæ tum esset insignis, quum aut falsa, aut incognita res approbaretur.
Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, erróreque turpis est. Cic. 1. de Diuinat.
Temeritas, quæ à sapientia dissidet plurimum. Cic. 2. Off.
Fortuna ab inconstantia & temeritate seiungi non potest. Cic. 3. de Nat. deor.
Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas. Cic. 2. Off.
Accessit mea temeritati, Vide ACCEDO.
Multi enim faciunt multa, temeritate quadam sine iudicio vel modo. Cic. 1. Off.
Vir plenus inconsyderatissimæ ac dementissimæ temeritatis. Cicero de Aruspicum responsis.
Incauta temeritas. Firmicus lib. 1. cap. 3.
Temero, temeras, pen. corr. {σκεδάνυμι} temerare, Violare sacra (inquit Festus) & contaminare: dictum videlicet à temeritate. Liu. 6. bel. Pun. Sepulchra maiorum temerata ac violata.
Corpora temerare nefandis dapibus. Ouid. 15. Metam.
Cubile alicuius temerare. Ouid. 15. Metam.
Fluuios temerare venenis, Corrumpere. inficere. Ouid. 7. Metam.
Lectum temerare alicuius. Ouid. 1. de Arte.
Opus temerare. Tacit. lib. 20.
Temerare. pro Violare stuprareque. Tacit. lib. 1. Eundem Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temeraueat.

Temerandus, Participium {σκεδαστέος} Lucan. lib. 1. 30,
-& nunquam temerando parcere ferro. Hoc est, temerè cruentando.
Temeratus, penult. prod. Aliud participium {σκεδασθείς} vt Sacra hospitij temerata. Ouid. epist. 16.
Amicus temeratus Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Voluntas nostra temerata est. Ouid. 9 Metam.
Castra infausta temerataque. Tacit. lib. 1.

Temerator, pen. prod. {σκεδαστὴρ} Verbale, pro Falsario. Modestinus in l. Siquis obrepserit, ad Legem Corneliam, de fals.

TEMESA, pen. cor. {τέμεση} Oppidum Brutiorum, quod Ausonij condiderunt. Nostræ ætatis homines Tempsam vocitant. Est & aliud eiusdem nominis oppidum in Cypro, vbi æneis fodinarum locus ostenditur: vide Strabonem libr. 5, Et Erasmum in Prouerbio Temesæus genius. Statius 1. Achil.
Æra domant Temesæ, &c. Quidam Temessa scribunt, gemino ss.
Temesæus, Possessiuum {τεμεσσαῖος} Ouid. 5. Fast.
Rursus aquam tangit, Temesææque concrepat æra.

Temetum, temeti, pen. prod. n. g. {μέθυ} Pro vino accipitur. Dictum quòd tentet, hoc est labefactet mentem. Plaut. Aulul. 11,
Cererin' Strobile has facturi nuptias?
STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Plin. libro 14. cap. 13, Cato ideo propinquos fœminis osculum dare iussit, vt scirent an temetum olerent. Hoc tum vino nomen erat, vnde & temulentia appellata. Horat. 2. epist. 2,
Pullos, oua, cadum temeti: nempe modo isto, &c.

Temulentus, Adiectiuum {μέθυσος} Vinolentus, ebrious. Terent. Eunucho. 4. 3,
Temulenta es. Prouidemus sic sint qui mihi malè volunt.
Vox temulenta Cic. post redit. in Senatu.
Temulenter, Aduerb. {μεμεθυσμένως} Col lib. 8. cap. 8, Iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructant.
Temulentia, temulentiæ {μέθυσμα} Plin. lib. 14. cap. 2. Siquidem temulentiam sola non facit.

Temno, temnis, tempsi, temptum {ἀτιμάω} temnere, Spernere. A τέμνω Græco verbo quod incido, resecóque significat: quoniam quæ

spernimus, amputare & resecare consueuimus. Cic. ad Attic lib. 13. 277, Id ago scilicet, vt iudicia videat temnere. Vetus exemplar legit Tenere. Virg. 1. Æneid.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Horat. 2. Serm. satyr. 2,
Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit. Ouid. 3. de Arte,
Est & in incessu pars non temnenda decoris.

Temptor verbale {καταφρονητὴς} vt Deorum temptor. Seneca Agamem. 7. Id est, contemptor.
¶ Temnos {τῆμνος} Stephano & Straboni, vrbs est Ædilis, Hermogenis rhetoris patria. Cic. pro Flac. Temni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris pollicebatur, ipse omnibus iudiciis turpissimis conuictus est.

TEMNITES {τημνίτης} Gentile. Cic. pro Flacc. Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

Temo, temonis, pen. prod. m. g. {ἰσόκαμον, πτέλεον, ἅπαξ λεγόμενον} Est qui continet iugum in curru vel plaustro. Ouid. lib. 2. Metam.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Columel. lib 6. cap. 2, Cui ramus illigatur & temonis vice trahitur, interdum & pondus aliquod iniungitur. Cic. 2. de Nat. deorum,
Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes.
Quòd quasi temone adiunctum præ se quatit Arctum. Ex poeta.
Æreus temo. Virg. 3 Georg.
Obliquo temone plaustrum flectere. Ouid. 10. Metam.
Reuulsus temone axis. Ouid 2 Metam.
¶ Temonem pro Stipite posuit Columella, siue pro lignis transuersariis & longuriis, lib. 6. cap. 19, Huic soli septenûm pedum stipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnésque transuersis sex temonibus quasi vacerræ inter se ligantur. Budæus.

Tempe, {τέμπη} Neutro genere & numero plurali, propriè Thessaliæ loca quinque milia passuum longitudine, & fermè sex latitudine, pulcherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus auium concentu, iugis dextera lævaque leniter sese tollentibus, media interseeat Peneus amnis, cuius ripas arbores vestiunt. Plin. lib. 31. cap. 2, Aliter circa Thessalica Tempe, quoniam visus omnibus terrori est. Ouid. 1. Metam. Sunt & Tempe in Bœotia quæ Teumesia dicuntur, à Teumesso monte Bœotiæ, & ab Ouidio Cygneia dicta. Sunt in Sicilia à nomine amnis Heloria. Abusiuè quæcunque loca amœna, nemora præsertim atque aquas habêtia, Tempe vocamus. Virg. 2. Georgicon,
Speluncæ vicique lacus, ac frigida Tempe.
Heliconia Tempe. Ouid. 1. Amor eleg. 1.
Opaca Tempe. Seneca Troade 9.
Peneia Tempe. Virg. 4. Georg.
Tenebrosa Tempe. Stat. 10. Thebaid.
Thessala Tempe. Horat. 1. Carm. ode 7.
Vmbrosa Tempe. Stat. 6. Thebaid.

Tempero, temperas, pen. corr. {κερνάω, κεραννύω, ἁρμόζω} temperare, à Tempore deductum, Habere rationem temporis, Moderari, Tempori accommodare, Rem suo ordine ac mensura administrare, potissimum quum accusatiuo iunctum est. Cic. 1. Tusc. Rem verò publicam nostri maiores certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus.
Omnia pretio temperata vendente Remp. Consule. Paterculus lib. 2. temperata, id est administrata.
Æqualiter temperare. Cic. in Somnio Scipionis.
Moderatius aliquid temperare. Cic. in Orat.
¶ Aciem temperare, Vide ACIES.
Æquòr totum temperat Neptunus. Ouid. 12. Metam.
Vesper frigidus temperat ætatem. Virg. 3 Georg.
Æs conflare & temperare. Plin. lib. 7 cap. 56.
Amata temperare risu, Aduersa lenire hilaritate. Horat. 2. Carm. ode 16.
Aquam temperare ignibus, Tepefacere. Horat. 3. Carm. ode 19.
Vnda temperat arua arenæa. Virg. 1 Georg.
Ciuitates constituere & temperare, pro Regere. Cic. 4. Acad. In eodem tanta prudentia fuit in constituendis, temperandísque ciuitatibus, tanta æquitas, vt hodie stet Asia Luculli institutis seruandis.
Copiam suam cum aliquibus temperare. Cic. in Orat.
Domum temperare arte. Propert. lib. 3. eleg. 5.
Iras temperare. Virg. 1. Æneid.
Lachrymas alicuius temperare. Ouid. ad Liuiam.
Ira temperat manus. Propert. lib. 3 eleg 22.
Lympha temperat merum. Tibull. lib. 3. eleg. 7.
Mundum temperat variis horis Iuppiter, Distinguit, vel diuidit, vel regit per Ver, Æstatem, Autumnum, & Hyemem. Acro. Horat. 1. Carm. ode 12.
Solis tum accessus modici, tum recessus, & frigoris & caloris modum temperant. Cic. 2. de Nat. deor.
Ora temperare frænis, Domare, & regere. Horat. 1. Carm. ode 8.
Potionem suis manibus temperatam Philippus medicus Alexandro porrexit. Id est, confectam. Val. Max. lib. 3. cap. vlt. ad finem.
Ratem temperare. Ouid. 13 Metam.
Respublicas temperare, Regere, administrare. Plin. lib. 6. cap. 19.
Sumptus temperare. Ouid. 1. Amor. eleg 3.
Thermas temperare. Martial. lib. 10.
Temperat hic thermas, nimios prior hora vapores Halat, &c.
Vectigalia temperare, Minuere. Plin. in Paneg.
Vires suas temperare iustitia. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6.
Vnguentum temperare, vulgus Pharmacopolarum dicit *Dispensare*. Plin. lib. 13. cap. 2.
¶ Temperare, datiuis iunctum, Abstinere significat. v. Temperare alicui, pro Abstinere ab iniuria inferenda. Cic. 3. Veri. Te putes quis

quisquam, quum ab Italia freto disiunctus esses, sociis temperasse, qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris?
Temperare alicui aliquà in re. Cic. 4. Verr. Si cuiquam denique vlla in re vnquam temperauerit, vt vos quoque temperetis.
Ætati iuuenum temperare, Moderari iuuenibus. Plaut. Truc 3. 1. Idem Mercat. 24,
Temperare istæc ætate istis decebat te artibus.
Animis temperare. Liuius 5. ab Vrbe.
Cædibus temperare. Liu. 2. ab Vrbe
Gulæ temperare, Idem quod Moderari. Plin. epist. 30.
Hostibus superatis temperare. Cic. 4. Verr. Non solùm sociis in eo bello consuluit, verumetiam superatis hostibus temperauit.
Priuignis temperare. Horat. 3. Carm. ode 24,
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens. Id est, nouerca manus abstinet à priuignis, priuignis parcit, neque eis insidias comparat, vllámve perniciem molitur, vt solent nouercæ.
¶ Temperare lætitiæ, non pro Abstinere, sed modum imponere. Liuius lib. 5.
Linguæ temperare. Plaut. Rudente 27.
Manibus temperare. Liu 2 bel. Maced.
Sibi temperare. Cic. pro Flac. Planeus ad Ciceronem lib. 10. 7. Vsque mihi temperaui, dum perducerem eò rem vt dignum aliquid & Consulatu meo & vestra expectatione efficerem.
Nequeo mihi temperare, quominus vnum exemplum antiquitatis afferam. Plin. lib. 18. cap 6.
Vino temperare in vnum diem. Liu. 10. bel. Maced.
Temperare ab iniuria. Cæsar 1. bel. Gal.
A lachrymis temperare. Virg. 2. Æneid. -quis talia fando
Temperet à lachrymis?
A maleficio se temperare. Author ad Heren. lib. 2.
In amore temperare. Plaut. Epid 3.
Temperare maledicere. Plaut. Pœn. 16. Idem Pœn. 2,
Vel dormire temperent.
Temperare vbus oppugnandis, pro Abstinere ab obsidionibus vrbium. Liu. lib. 10. ab Vrbe.
Temperatum est. Impersonale, pro Abstinuerunt. Liu. 1. ab Vrbe,
Templis tamen deûm temperatum est. Idem 2. bell Maced. Temperatum ægrè est. quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se conserentent.

Temperans, pen. corr. temperantis {σωφρονῶν} Participium, siue nomen ex participio. Modestus. Teren Heaut. 3 3,
Hominis frugi & temperantis functus officium.
An temperantem eum dices qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Cic. in Parad.
Moderatus & temperans. Cic. pro Fonteio, Frugi igitur hominem Iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenũ officij, plenum religionis, &c.
Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuiso morbus oppresserit. Cic. Artico lib. 15. 321.

Temperans {σώφρων} nomen genitiuo iunctum. Terent. Phormionis,
Si est patrue, culpam vt Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. Donatus, Rei, quia pauperem: famæ, quia ignobilem. Temperans autem, Consulens, prouidens, moderatus.
Temperans gaudij. Plin in Paneg.

Temperanter, Aduerbium {σωφρόνως} Cic. ad Atticum. li. 9. 171, Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consyderatius consilium te datum, &c.
Haberi temperánter. Tacit. lib. 4.

Temperantia, temperantiæ {σωφροσύνη} Est (inquit Cic. lib. 2. de Inuent.) rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Idem ad Lentulum lib. 1. 9, Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ.
Temperantia est moderatrix omnium commotionum. Cicero 5. Tusc.
Modestia vel temperantia, quæ moderatio est cupiditatum, rationi obediens. Cic. 2. de Fin.
Temperantia pacem animis affert, & eos quasi concordia quadam placat ac lenit. Cic. 1. de Fin.
Temperantia in præmittendis voluptatibus cernitur. Cicero 5. de Finib.
Summa fuit in eius victu temperantia. Cic. 5. Tusc.
Temperantia in cibis. Plin. lib. 28. cap. 5.
Astringere ad temperantiam, Vide ASTRINGO.

Temperatus, pen. prod. Particip. siue nomen ex participio. Plin. lib. 11. cap. 37, Vt habili mistura & accipiatur circuniecto candore lux, & temperato repercursu non obstrepat.
Moderatione paulominus temperatus. Cic. Attic. 11. 227.
Esca temperata. Cic. 1. de Diuinat.
Temperatum dicendi genus & æquabile. Cic. 1. Off. in principio, Vis enim dicendi maior est in illis: sed hoc quoque colendum est, & æquabile & temperatum orationis genus. Id est philosophorum dicendi genus.
Homo sanctissimus & temperatissimus. Cic. pro Fonteio. Ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperatissimus multa audiuit in sua causa quæ ad suspicionem stuprorum ac libidinem pertinent.
Hominem in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum perdidimus. Cic. Attic. lib. 4 75.
Mens temperata Horat. 2. Carm. ode 3.
Mores temperati & moderati. Cic. ad Cornificium lib. 12. 16 Est autem ita temperatis, moderatísque moribus, vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.
Oblectatio temperata ex varietate sonorum Cic. 1. Tusc.
Oratio temperata. Cicer. 2. de Orat. Neque est vlla temperatior

oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, oratoris ipsius humanitate conditur.
Oratio permista & temperata numeris. Cic. in Orat.
Orator modicus & temperatus. Cic. in Orat.
¶ Præda temperata, Instructa, & ad opus parata, cui superuacanea correspondent. Cato cap. 12. In torcularium hæc opus sunt, vasis quinis, præla temperata quinque, superuacanea tria.
Tempus anni temperatissimum. Varro 2. de Re rust. cap. 5.
Vir iustus, temperatus, sapiens. Cic. 3. de Nat. deor.
Vis temperata. Horat. 3. Carm. ode 4.
Vsus temperatus. Horat. 2. Carm. ode 2.

Temperatè, pen. prod. Aduerbium. Cato cap. 69. Vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito, posteà linito. De dolio loquitur. Cic. Attic. lib. 12. 249, Ages, vt scribis, temperatè. Sic Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 8.

Temperatio, Verbale. Cic 1. Tusc. Nec sit quicquam, nisi corpus vnum & simplex, ita figuratum vt temperatione naturæ vigeat & sentiat.
Temperatio æris. Cic. 6. Verr. 87. Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris: tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis?
Cæli temperatio, fœcunditas terrarum. Cic. 2. de Nat. deo.
Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se è quibus constamus. Cic. 4. Tusc.
Mensium temperatio. Cic. 2. de Legib.
Sol, mens mundi & temperatio. Cic. in Somnio Scipionis.
Temperatio Reip. Cic. 3. de Leg. Hæc est quam Scipio laudat in libris, & quam maximè probat temperationem Reipub.

Temperator, pen. pro. Verbale {κερασιὴρ} Mart. lib. 1,
Quam fluctu tenui, sed inquieto.
Armorum Salo temperator ambit. De Bibili insula. Porrò Salonem Hispaniæ fluuium vocat armorum temperatorem, quia eius aquis temperantur enses. Id quod ipse Martialis testatur libro 14. 33,
Pugio quem curuis signat breuis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.
Moderator & temperator. Cic. in Orat. Magni igitur iudicij, summæ etiam facultatis esse debebit moderator ille, & quasi temperator huius tripertitæ varietatis.

Temperamentum temperamenti {κράσις} Temperatio, modus. Cic. 3. de Leg. Inuentum est temperamentum quo tenuiores cum principibus æquari putarint.
Linguæ temperamentum. Liu 8. bel. Pun.
¶ Temporis temperamentum. Paulus in l. Quod dicimus. D. de Solution. Quod dicimus in eo hæredi, qui fideiussori testatoris id quod ante adiram hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere: cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est. nec enim cum sacco adire debet.
Æquare temperamentum, Vide AEQVO.
Adhibere temperamentum. Plinius, Tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur.
Artifici temperamento librare manum. Plin. lib. 12. cap. 25.
Sequi temperamentum in re aliqua. Martial. lib. 1. Spero me sequuturum in libellis meis tale temperamentum, vt de illis queri non possit quisquis de se bene senserit.
¶ Temperamentum, & Temperatura, Idem quod Spissitudo. Scribonius Largus, Cum oleo coquitur spuma argentea, donec cerati spissi habeat temperamentum. Paulò antè, Mel misceatur contusis & tritis, donec ceræ mollis habeat temperaturam.

Temperatura, temperaturæ, pen. prod. {κράσις} vt Temperatura ferri. Vnde Plinius lib 34. cap. 15, de temperatura ferri loquens, A rubigine (inquit) vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. Sic ibidem cap 2.
Temperatura cæli, idem quod Temperies. Varro, Quæro vtrum hoc adduxerit cæli temperatura, an tertæ bonitas.

Temperies, pen. corr. temperiei, pen pro fœ ge. {εὐκρασία} Temperamentum. Plin. epist. 101. lib. 5. Atque adeò, vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis situm, villæ amœnitatem. Ouid. 4. Metam.
-temperie blandarum captus aquarum
Æqualis temperies, Vide Æqualis in AEQVO, æquas.
Docta temperies fruendi. Stat. 2. Sylu. 2.
Temperies morum tranquilla. Stat. 2. Sylu. 6.
Cæli temperie iuuatur corpus. Ouid. 2. de Ponto eleg. 7.
¶ Temperies, Temporis commoditas ad aliquid agendum. Plin. lib. 17. cap. 10. 14. Differuntur post annum dodrantali filo custodita temperie, vt viridi cælo ferantur, ac fine aurora.
Mitis temperies. Claud. 1. de rapt. Proserp.

Temperius, id est temperantius. Cic. Epist. Famil. lib. 9. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare, temperius fiat: cætera eodem modo.

Tempestas, & Tempestinus, Vide TEMPVS.

Templum, templi {ναός, νηός, σηκός, ἀδυτηρόν, ἄδυτον, εἰδικῶς, ἱερὸν τόπον} Proprie locus in cælo notatus ab augure, vel in terra: à tuendo, id est conspiciendo dictum, quòd ex omni parte, vel ex quo omnis pars aspici possit, vt ait Donatus.
Lucida cæli templa. Hoc est regiones syderales. Lucr. lib. 1.
¶ Templũ, Cælũ ipsum dictũ est, quia ipsum primò tuemur. Enn. Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius quatuor partes dicuntur, sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. Ex Varrone lib. 6. de Lingua Latina.
¶ Templum in terris dictum est, quod quibusdam verbis conceptis ab augure finiebatur vt ait Varro lib. 6. de Lingua Latina, vnde tueri quancunque cæli partem commodè posset. In hoc templo per augures constituto Senatusconsultum fiebat: & nisi in eo fieret, non erat iustum.

Templa in Occidentem spectare antiqui architecti rectè scripserunt. postea placuit omnem religionem eò conuertere, ex qua parte cœli terra illuminatur: ideò in Orientem ædes sacræ spectant. Ex Hygeno De limitibus constituendis.

Auguratum templum. Cic.in Vatinium.

Templum, non solùm ædes sacræ dicuntur, sed etiam alia loca septa,& vnum tantùm introitum habentia. Curia Hostilia, templum erat, licèt sacra non esset.

Curia est sedes ac templum publici consilij. Cic.pro Domo sua.

Curia est templum sanctitatis. Cic.pro Milone.

Positor templorum. Ouid.2.Fast.

Alta templa. Virg.6.Æneid.

Annosa templa. Senec.Herc.Oetæo.7.

Aurata templa. Lucret.lib.2.

Aurea templa. Propert.lib.4.eleg.1.

Celebria templa Quintil.lib.1.cap.4.

Inclyrum diuitiis templum, Vide INCLYTVS.

Ingens templum. Virg.1.Æneid.

Lapidata templa, Vide LAPIS.

Laqueatum auro templum, Vide LAQVEAR.

Odoratum templum, Vide Odoratus in ODOR.

Operosa templa dei. Ouid.15 Metam.

Penetralia templa. Lucret.lib.1.

Radiantia templa auro. Ouid.3.de Arte.

Sacratum templum. Virg 2.Æneid.

Sanctum & religiosum templum. Cic.6.Verr.Herculis templum est apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctum apud illos & religiosum.

Sublimia templa. Ouid.7.Metam.

Syluestria templa Nympharum. Lucret.lib.5.

Venerabile templum. Ouid.2.de Remed.

Condere templum. Virg.1.Æneid.

Excisa templa. Stat.5.Sylu 3.

Factum de marmore templum. Ouid.1.de Arte.

Indicere honorem templis diuûm. Virg.1.Æneid.

Instituam templa de marmore. Virg.6.Æneid.

Ponere templum de marmore. Virg.3.Georg.

Ponere templum alicui. Tacit.lib.15.

Immania templa posuit Ioui. Virg.4.Æneid.

Reficere templa. Horat.3 Carm.ode 6.

Sistere templum. Tacit.lib.20. Hoc est constituere.

Statuere templum alicui. Ouid.14.Metam.

Structa saxo templa. Virg.3.Æneid.

Temerata templa Mineruæ. Virg6.Æneid.

Violare templa, Senec. Troade,6.

Linguæ fudantia templa, Id est partes, loca. Lucret.lib.4.

Mentis templa, Interioris animi secreta. Lucret.lib.5.

¶Templum, Tignum vocatur, quod in sacro ædificio transuersum supra canterios ponitur, vt ait Festus. Vitruu.lib.4.cap.2, Et canterij prominentes ad extremam suggrundationem. Supra canterios templa: deinde insuper, &c.

Templum, Sepulchrum. Virg.4.Æneid.

Præterea fuit in tectis de marmore templum

Coniugis antiqui. Nonius.

Temporalis, Temporarius, Vide TEMPVS.

Tempsis. {τέμψις} Plinio lib.7. cap.48, Cacumen Tmoli montis, in quo, vt ipse ex Mutiano refert, ci. annis viuunt incolæ.

Tempus, temporis, pen.corr.n.g. {χρόνος, χρηφὸς.} vt Varro scribit, Est mundi interuallum & motus diuisum in partes aliquot, ab solis & lunæ cursu, à quorum tenore temperato tempus dictum est. Tria verò sunt tempora, præsens, præteritum, & futurum. Cic.1.de Inuent. Tempus autem est id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturnive spatij certa significatione. In hoc & quæ præterierunt consyderantur, &c. & item quæ instent in præsentia, & quæ maximè fiant, & quæ consequantur.

Syderum errores idipsum est quod ritè dicitur tempus. Cic.de Vniuersitate.

¶Tempus, quod χρόνον vocant. Quintil.lib.3.cap.6.

¶Tempus, pro Commodo temporario. Cic.pro Cluentio, Et illa oratio potius temporis mei quàm iudicij & authoritatis fuit. Id est, ita dixi in orationeilla, quia intererat eius rei quam tum defendebam, vel hominis rei. Idem ibidem, Omnes illæ orationes causarum & temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum. Budæus.

Tempus aptius cibo. Celsus lib.3.cap.5.

¶Tempus, pro Authoritate & potentia. Cic.de Claris Orat. Is omnibus exemplo debet esse, quàtum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori, multorúmque vel honori, vel periculo seruire. Idem pro Plancio, Non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid intersit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Budæus.

Tempus, pro Constituto tempore. Terent.And.4.1,

Pòst vbi tempus promissa iam perfici,

Tum necessariò se aperiunt & timent.

Tempus adeundi, & abire (nam vtroque modo dictum reperitur) pro Opportunitate. Plaut.Persa.14,

Id aderit adeundi tempus. Idem Menæch.12,

Tempus est abire ab his locis lenoniis.

Edendi tempus. Horat.1 epist.17.

¶A quo tempore. Cic.7.Verr. Vnum, alterum mensem, propè annum denique domi tuæ piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt.

Ab aliqua re tempus, Vide A vel AB.

Ab illo tempore, Vide AB.

Ab æterno tempore. Cic.5.Tusc.

Ad tempus, V.de AD.

Accommodare se alicui ad tempus. Cic.pro Cælio,

Ad quoddam tempus, Vide AD.

Ex eo tempore, quo primùm ex Africa nuntius venit. Cic.

Ex quo tempore. Cic.Appio, lib.3.4, Nam cum teipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci.

Ex infinito tempore. Cic.1.de Fin.

In tempus, Vide IN præpositionem.

In omne tempus, Vide IN præpositionem.

In præsens tempus. Horat.de Arte 9,

Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

In reliquum tempus, Vide IN.

Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. Cic.2, de Orat.

In tempore venire. Terent.And.4.5, Donatus, Opportunè. Nos sine præpositione dicimus Tempore & Tempori.

In ipso tempore. Terent.And.3.2,

Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetem. Donatus, In ipsa opportunitate, in ipso articulo.

In puncto temporis. Lucret.lib.4.

Inter omne tempus, Vide INTER præpositionem.

Per id, vel idem tempus. Cic.de Claris Orat. Duo fuerunt per idē tempus, dissimiles inter se. Cæsar, Per id tempus ferè Cæsaris exercitui res accidit mirabilis auditu.

¶Tempus ætatis. Terent.Hecyra,4.2,

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum. Hoc loco Donatus legit, Dum ætas, tempus tulit. Cic.ad Qu.frat.lib.3.21, Nostúmque hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet.

Tempus anni. Pollio ad Cic.lib.10.33, Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat.

Temperatissimum anni tempus. Vide Temperatus, in TEMPERO.

Tempus diei. Terent.Heaut.1.2,

Vt tempus est diei, videsis ne quò hinc abeas longius. Ibidem,1.1. Scholarum tempora. Quintil.lib.1.cap.2.

Acerbitas temporis. Cic.Fam 13.

Atrocitas temporis, Cic.pro Sest.

¶Temporis breuitas, vel angustiæ. Cic.3.de Oratore, Edidi quæ potui, non vt volui, sed vt me temporis angustiæ coegerunt. Idem Attico, lib.1.6, Eò factum est, vt epistolæ tuæ referiberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Cursus temporis. Cic.Fam.6.

Decursus temporis. Cic.Fam.3.

Exiguum temporis. Ouid.13.Metam.

Forma temporis. Cic. Ad me quasi formam communium temporum, & totius Reip.misisti expressam.

Fuga temporum. Horat.3.Carm.ode 30.

Gradus temporum. Quintil.lib.5.cap.10.

Id temporis, Id est per id tempus. Cic.1.in Catilinam, Quos ego iam multis, ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

Inclinationes rerum & temporum, Vide INCLINO.

Incommoditas temporis, Vide INCOMMODVS.

Iniquitas temporis, Vide INIQVVS.

Interualla ac spiramenta temporum. Tacit.in vita Agricolæ, Quo Domitianus non iam per interualla ac spiramenta temporum, sed continno & velut vno ictu Rempub.exhausit.

Inuidia temporis. Cic.Fam.3.

Longinquitas temporis. Cic.Torquato lib.6.4, Meipsum cōsolatorem tuum non tantùm literæ, quibus semper studui, quantum lon ginquitas temporis mitigauit. Vide LONGVS.

Maturitas temporis. Liu.Decad.3.lib.2, Si maturitas temporum expectata foret.

Momentum temporis, Vide MOMENTVM.

Motus temporis. Cic.Videris quo in motu temporum, &c.

Mutatio temporis. Cic.Fam.4.

Natura temporis. Cic.Fam.6.

Pars temporis exigua. Lucret.lib.3.

Perturbatio temporis. Cic.Fam.5.

Propagatio temporis misertimi. Cic.Luceio, lib.5.15, Quòd in ea vita mancam in qua nihil insit nisi propagatio misertimi temporis.

Puncto temporis. Lucret.lib.1, Temporis vt puncto nihil exter reliquiatum.

Ratio temporis. Cic.Fam.1.

Recordatio temporis. Cic.Fam.1.

Status temporis. Cic.Fam.2.

Successiua temporum. Quintil.lib.1.cap.12.

Tractus temporis, Vide Tractus, in TRAHO.

Varietas temporis. Cic.Fam.13.

Vitia temporum. Cic.Fam.4.

Vsura temporis. Cic.Fam.3.

Accommoda fraudi tempora. Stat.6.Thebaid.

Actum tempus, Præteritum. Horat.de Arte.

¶Alienum tempus, Absurdum, aduersum. Cic.Appio lib.3 10, De qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. Idem ad Attic. lib.16.333, Tempúsque discessus absurdum. Idem 4.Verr.Hic, qui Romam venisset, satisque fœliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, Vide ALIENO.

Amicum fraudibus tempus. Stat.3.Sylu.2.

Angustum tempus. Claud.2.in Ruff.

Annale tempus, Vide ANNVS.

Annua tempora. Ouid.3.Amor.eleg.9.

Anteactum tempus. Lucret.lib.3.

Antelucanum tempus, Vide ANTELVCANVS.

Antiqua tempora. Quintil.lib.1.cap.10.

Tempus aptius cibo. Celsi.lib 3.cap.5.

Asperum tempus. Cic pro Corn.Balbo,

Atrox, Vide ATROX.

Aureum,

Atrox, Vide ATROX.

Aureum. Horat.Epod.16.

Breue, Vide BREVIS.

Cæcum, Vide CAECVS.

Certum anni. Vide CERTVS.

Clymactericum, Vide CLYMAX.

Coinmodum vel opportunum tempus. Cic. Attico lib.9.172, Si commodius anni tempus esset. Idem Cælio lib.2.18, Quas si satis opportuno tempore accepisti.

Congrua tempora. Claud.1.in Ruffinum.

Coniunctum tempus, id est Insequens. Quintil.lib.7 cap.3.

Dextrum tempus, Opportunum. Horat.1.Serm.sat.1.

Difficile tempus Reip. Cic.Plancio lib.10.5, His temporibus difficillimis Reipub. quicquid subueneris, id erit totū & propriū tuū.

Atrox & difficile tempus. Cic.6.Verr. Itaque apud patres nostros atroci ac difficili Reipub. tempore quum T.Graccho occiso magnorum, &c.

Dira tempora. Iuuenalis sat.4.

Diurnum tempus. Quintil.lib.7.cap.3.

Dubium tempus. Cic.pro Fonteio.

Dura tempora. Horat.2.epist.2.

Durum tempus, & crudele. Cic.pro Domo sua, Sed si mihi ante hæc durissima tempora Reipub. nihil aliud vnquam obiectum est, nisi crudelitas illius temporis.

Edax rerum tempus. Ouid.15.Metam.

Exiguum tempus. Ouid.2.Amor.eleg.2.

Exoptabile tempus. Silius lib.11.

Extrema tempora longæ senectæ. Ouid.6.Metamorph.

Extremum tempus. Cic.Plancio lib.10.12. Etsi Reipub. causa maximè gaudere debeo, tantum ei te præsidij, tantum opis attulisse extremis penè temporibus. Idem, His temporibus miseris, & extremis. Id est extrema necessitate.

Faustum tempus. Lucret.lib.1.

Festum tempus. Horat.2.epist.1.

¶Tempus fluens, cui opponitur Frigidum. Cels.lib.5.cap.26.

Formidolosum dubiúmque Reip.tempus. Cicero 7.Ver. Ira enim causa constituitur prouinciam Siciliam virtute eius & vigilātia singulari, dubiis formidolosísque temporibus à fugitiuis atque à belli periculis tutam esse seruatam.

Frigidum tempus. Seneca Thyeste 2.

Futile & caducum tempus. Id est, vita nostra. Plin. iunior lib. 3. epist.7.ad finem.

Generale tempus. Quintil.lib.5.cap.10.

Genitale tempus, Dies natalis. Ouid.3. Trist.eleg.13.

Genitale tempus mundi. Lucret.lib.2.

Gratum tempus. Horat 2.epist.2.

Graue tempus. Horat 3 Carm.ode 23.

¶Tempus graue ciuitatis, pro Molesta tempestate. Cic.pro Sest. Et quoniam in grauissimis temporibus ciuitatis, atque in ruinis eueriæ, atque afflictæ Reip. P. Sestij tribunatus est à fortuna ipsa collocatus, &c.

Heroica tempora. Quintil.lib.1.cap.11.

Hybernum tempus. Ouid.11.Metam.

Idoneum tempus, Vide IDONEVS.

¶Temporibus illis. Cic.de Amicit.

Vt temporibus illis. Cic. de Claris Ora., Erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis (vt temporibus illis) satis eruditus.

Importunum tempus, Vide IMPORTVNVS.

Inane tempus, Vide INANIS.

Ineluctabile tempus. Virg.2.Æneid.

Iners tempus somni. Stat.2. Thebaid.

Inexcusabile tempus. Ouid.7.Metam.

Infinitum tempus. Cice.de Leg.Agrar. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore.

Infinitum tempus ætatis, Vide INFINITVS.

Ingrata tempora. Horat.1.epist.1.

Iniquū tempus. Lucret.lib.1. Hoc est aduersum & calamitosum.

Inoffensa à valetudine tempora vitæ, Vide INOFFENSVS.

Iustum tempus pugnæ. Virg.10.Æneid.

Læuum tempus, Importunum. Horat.2.Serm.saty.4.

Liberum tempus. Cicero Rufo, lib.5.20. Vide LIBER Adiectiuum.

Longum tempus. Senec. Agam.12.

Mala tempora, Bona tempora, Vide MALVS.

Maturum tempus, Vide MATVRVS.

Maturo tempore adepta est coniugium. Catullus in Carm.nup.

Matutinū tēpus. Cic. Mario lib.7.1. Vide MVTATA. Ouid.13.Met.

¶Maximis temporibus, pro Occasionibus & necessariis præsidiis. Cice.3 de Legibus, Est autem boni auguris, maximis Reipub. temporibus præsto esse debere. Budæus.

Medio tempore. Suet.in Caligula cap.25, Liuiam Horestillam, C. Pisoni nubentem, cùm ad officium & ipse veniffet, ad se deduci imperauit, intráque paucos dies repudiatam biennio pòst relegauit, quòd repetisse vsum prioris mariti tempore medio videbatur.

Miserum & perditum tempus. Cice. Planc. lib.4. 14. Ego tam misero tempore nihil noui consilij cœpissem. Idem Titio, lib.5 16. Hæc perturbatio temporum perditorum.

Miserum & luctuosum tempus, cui Tranquillum & optatum opponitur. Lucius Tulio M.F. lib.5.4.

Modicum tempus. Quintil lib.1.cap.2.

Mollissima tempora fandi. Virg.4. Æneid.

Mutuum à literis tempus, Vide MVTVS.

Nocturnum tempus. Lucret lib.4.

Nubila tempora. Ouid.1. Trist eleg 8.

Opportunum tempus. Tullius Cæcilio lib.2.18.

Opportunum curationi tempus. Celsus lib.5.cap.26.

Optimum tempus. Cice. pro Cluentio, Optimis herclè temporibus, tum quum homines se non iactatione populari sed dignitate atque innocentia tuebantur.

Paruum tempus. Lucret.lib.6.

Tēpus præteritū, instans, consequens. Author ad Herennium lib. 2.

Priora tempora & posteriora. Cic.Sestio lib.5.17.

Prisci temporis anni Ouid.1 Fast.

Prosperum tempus. Tacit.lib.12

Puerile tempus, Puericia. Ouid.6.Metamorph.

Quodam tempore. Ouid 2.Metam.

Sactum tempus. Horat.in Carm.secul.

Satiuum tempus, Vide Satiuum in SERO.

Secretum tempus. Quintil.lib.1.cap.2.

Secundum tempus, id est præsens. Quintilianus lib.7.cap.3.

Secunda tempora, Fœlicia. Horat.4.Carm.ode 9.

Segne tempus. Valer.2. Argon.

Solsticiale tempus. Ouid.6.Fast.

Spatiosum tempus. Ouid 1.Amor.eleg.8.

Speciale tempus. Quintil.lib.5 cap.10.

Subabsurdum tempus. Cic. Attic.lib.16 epist.3. Mouet etiam natigationis labor, alienus non ab ætate fortūm nostra, verumetiam à dignitate, tempúsque discessus subabsurdum.

Summum tempus. Cic.5.Philip.

Summo tempore Reipub. Cic.2.Ver. Id est, summa opportunitate & necessitate. Id non humano cōsilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Resp. tempore videtur.

Suo tempore, Tempore quo promiserat, vel debito & statuto. Cic. Verr.5. Scandilius rem se totam relicturum dicit, & suo tempore esse redditurum.

Suo tempore, Aliter. Cic.de Clar. Orat. de Horrensio, Perpetua quadam felicitate vsus ille cessit è vita, suo magis quàm fuorum ciuium tempore. Paulò antè de eodem dixerat, Alienissimo Reipublicæ tempore extinctus. Suo tempore sibi apto, & perpetuæ felicitati conueniente, vt dies vltima, quæ semper est expectanda, primis responderit: quum aliter sæpe soleat cuenire, vt de Priamo, Pompeio, & aliis legimus. Vel suo, fatali. vt libro eodem non procul à fine. Qu. Hortensij vox extincta fato suo est, nostra publico. Fato suo, sua die, quæ stat cuique vt ait Poëta: Publico, fato quo respublica extincta est.

Supremo tempore adesse alicui. Catullus Argonaut.59.

Suspicionum tempus. Cic. Lentulo lib.17. Qui mihi quum semper tuæ laudi fauere visus est, etiam ipso suspicionissimo tempore Caniniano.

Tranquillum tempus Ouid.4.de Ponto, eleg.10.

Tranquillum ac pacatum tempus. Cicero pro Cluent. Tempus hoc tranquillum ac pacatum: Illud omnibus inuidiæ tempestatibus concitatum.

Triste ac luctuosum tempus, cui Secundum tempus opponitur. Cicero Figulo, libro 4.13. Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Idem Marcello libro 15.8. Vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis.

Turbulentum tempus. Cic. Thermo lib. 2. 17. Tempora autem Reipublicæ qualia futura sint, qui scit? mihi quidem turbulenta videntur fore.

Vacuum tempus. Cicero ad Qu.fratrem, Quod mihi tempus Romæ præsertim vt iste me rogat, manenti vacuum ostenditur.

Vacuum tempus, curaque solutum. Lucret.lib.2.

Verni temporis hora. Horat.de Arte

Vespertinum tempus. Cicero, libro secundo de Natura deorum, In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo, nihil immutat sempiternis seculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat.

¶Vno tempore, pro Eodem tempore. Cicero ad Atticum. Multas vno tempore accepi epistolas tuas. Idem 2. de Lege Agraria, Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur: concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, describuntur legem ad me afferunt.

Abit tempus, Vide ABEO.

Tempus abit iners. Ouid.epist.15.

Abiit illud tēpus, mutata ratio est Cic.pro Mure. Id est præteriit.

Abiit iam & transfectum est tempus, quo posses videri concepisse. Tacit.lib.18.

Absumere tempus, Vide ABSVMO.

Accidit tempus, Vide ACCIDO.

Accipere tempus iustum & debitū, dicitur actio, Vide ACCIPIO.

Accommodare tempus, Vide ACCOMMODO.

Accōmodata tēpora, Vide Accommodatus in ACCOMMODO.

Adduci temporibus, Vide ADDVCO.

Adhibere tempus, Vide ADHIBEO.

Adactum tempus, Vide Adactus in ADIGO.

Adesse tempus, vel ad tempus, vel in tempore, Vide ADSVM.

Amittere tempus, Vide AMITTO.

Antecapere tempus, Vide ANTECAPIO.

Arripere tempus. Virg.11. Æneid. Id est, Inuenire opportunitatem, vt ait Seruius. Cicero Luceio libro 5.12, Ac statim causam illam totam & tempus arripere.

Assentiri temporī, quod & Seruire tempori dicitur. Cicero ad Lentulum, lib.19.

Assignatum tempus, Vide Assignatus in ASSIGNO.

Aucupari tempus, Vide AVCVPOR.

In alienissimū tempus cadat aduentus tuus. Cic. Cassio lib.15.14.

Capere tempus, Vide CAPIO.

Scitè & cōmodè capere tēpus adeūdi ad aliquē. Cic. Brut. li. 11 16.

Capto tempore agere aliquid. Virg.11.Æneid.

Captare tempus, Vide Capto in CAPIO.

Cedere tempori, Vide CEDO.

Primum tempori cedere, Id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Cic. Marcell. lib. 4 9.
Debita tempora complere. Virg 9. Æneid.
Maturus compleuit tempora ventet. Ouidius 11. Metamorphoseos.
Puerile tempus concessit iuuentæ. Locum dedit, Cessit. Ouid. 6. Metamorphoseos.
Conferre tempus ad, & in rem aliquam, Vide CONFERO.
Consecutum tempus. Vide Consecutus in CONSEQVOR.
Conseruare & notare tempora. Cic. in Orat.
Constituere tempus, Vide CONSTITVO.
Consulere tempori, Vide CONSVLO.
Consumere omne tempus in literis. Cic. Lucceio lib. 15.
Conterere tempus, Vide CONTERO.
Contrahere tempus, Vide CONTRAHO.
Conuenit locus & tempus, Vide CONVENIO.
Decedentia tempora. Horat. 1. Epist. 6.
Dependere tempora amori. Lucan. lib. 10.
Dicere tempus alicuius. Tacit. lib. 1.
Aliquid temporis causa dicere vel facere. Cic. pro Flacco
Differre tempora. Ouid. 9 Metam.
Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicies. Brutus Ciceroni, 16.
Digerere tempora. Ouid. 1. Fast.
Dimittere tempus. Cic. Philipp 3.
Distimere tempus, Cic. 1 de Diuinat.
Distribuere tempus. Cic. ad Att.
Diuidere tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Tempora cum morte diuiseras, & superstite filio fruebaris omnibus tenebris. Hoc est, per omnes noctes. Quintil. in Sepulchro incautato.
Diuidere curarum remissionúmque tempora. Tacit. in vta Agricolæ, Iam verò tempora curarum remissionúmque diuisa.
Diuidere temporibus negotium aliquod. Terent. And 3. 1.
Dare tempus alicui rei. Quintil. Tryphoni 2.
Diligentia quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit, intelligi non potest. Cic. pro Quintio.
Dare tempora studiis. Ouid. 2. de ponto, eleg. 9.
Edere tempus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
¶ Egere tempore, pro eo quòd vulgus dicit, Multum habere ad faciendum. Cic. ad Qu frat. li. 3. 21, Quod me de versibus faciendis rogas incredibile est mi frater quàm egeam tempore.
Euoluere tempora & fastos. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Excludi tempore. Cic. Ver. 6.
Exigere tempus. Vide EXIGO.
Exigere secum tempus. Virg. 4. Æneid.
-tempus secum ipsa modúmque Exigit.
Eximere tempus. Cic. ad Attic. 4.
Exciit tempus. Cicer. Licinio lib. 5. 8, Sed extitit tempus optatum magis, quàm speratum, vt florentissimis tuis rebus mea perspici posset & memoria nostræ voluntatis, & amicitiæ fides.
Tarda fluunt tempora. Horat. 1. epist 1.
Irreparabile tempus fugit. Virg 3 Georg.
Habere tempus. Cic. 3. de Orat.
Impendere tempus alicui. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Impendere tempus studiis, Vide IMPENDO.
Impertire tempus alicui rei, Vide IMPERTIO.
Implere tempus, Vide IMPLEO.
Incidere in tempus. Cic. Curioni li. 2. 6, Quòd in id Reip. tempus non inciderit, sed veneris.
Incidunt sæpe tempora cum, &c. Vide INCIDO.
Difficilia factu longi temporis indigent. Cic. 1. de Inuent.
Insidiari temporibus. Paterculus lib. 2. Dum bellum infert patriæ Cinna, Cn. Pompeius Magni pater frustratus spe continuandi Consulatus, ita se dubium mediúmque partibus præstitit, vt omnia ex proprio vsu ageret, temporibusque insidiari videretur, & huc atque illuc, vnde spes maior adfuisset potentiæ, se exercitúmque deflecteret.
Intermittere tempus. Vide INTERMITTO.
Labuntur tempora assiduo motu. Ouid. 15. Metam.
Non largitur tempus, Vide LARGIOR.
Legere & deligere tempora cibo. Celsus lib. 3. cap 6.
Leniet odium tempus. Ouid. in Ibin.
Obseruare tempus, Vide OBSERVO.
Oblatum tempus. Lucan. lib. 7.
Parere tempori. Cic. Attic. lib. 7. 136.
Necesse est enim in tanta concursatione perturbationum, rerum temporibus potius parere, quàm moribus. Cic. 11. Philipp.
Partiri tempora in plures. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Peractum tempus. Ouid. 2. de Arte
Perdere tempora. Quintil. lib. 2. cap. 1. Ouid. 11. Meta.
Orbis perfectus temporis. Virg. 6. Æneid.
Ponere tempus alicui. Virg. 1. Æneid.
Præsumere tempus in re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prætermittere tempus. Cic. Fam. 1.
Promissum tempus. Ouid. epist. 2.
Prorogare tempus. Cicero Curioni lib. 2. 6. Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari.
Recuperare tempus. Cic. ad Attic. 8.
Reuocare tempus. Cic. Famil. 5.
Necesse est seruire tempori, & non amittere tempus quum sit datum. Cic. Attico lib. 8. 147.
Tempus est. Terent. Eun. 1. 1,
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita.
Tempus est facere. Plautus Asin. 16.
¶ Tempus est vt eamus ad forum, pro Commodũ est. Plaur. Mil. 3.

Tempus est ad eam rem. Terent. Eun. 4. 1.
Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus. Terent. Heaut. 4. 1.
¶ Tempus est, pro Necesse est. Cic. 2. de Orat. Nam si ego omnem vim oratoris in argumentis & in re ipsa perse comprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum & de collocatione aliquid dicere.
Non est tempus. Terent. Hecyra 4. 4.
Reduc vxorem, aut quamobrem non opus sit cedo.
PAM. Non est nunc tempus.
Vbi tempus tibi erit, fac habeat si tum recipitur. Terent. Eun. 3 2.
Erit vel fuit tempus. Cicero pro Milone, Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, quum tu, &c. Hoc est, futurum est aliquando, &c. Idem 1. de Orat. At fuit tempus illud, quum mihi, &c.
Sumere tempus. Cic. ad Q Fratr.
Suppeditabit tempus. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Tolerare parienter tempora Quintil. lib. 6. cap. 3.
Traducere tempus. Cic. Sulpitio lib. 4. 6. Ego autem quum multis de causis te exopto quamprimum videre, tum etiam vt antè communemur intelligas nos qua ratione nobis traducendum sit hoc tẽpus.
Transmittere tempus. Cic. pro Lege Manilia, Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui, Id est, Omne meum tempus amicorum periculis propulsandis transmisi.
Tribuere tempus. Cic. 2. Offic.
Longo pòst tempore venit. Virg. eclog. 1.
Tempus & occasio venit liberè loquendi. Plaut. Trinum. 13.
Verterunt tempora annorum. Lucret. lib. 5.
¶ Tempus, Pars capitis, quæ est ad latera. Habet enim caput duo tempora: vnum à dextra, alterum à sinistra. Virg. 5. Æneid.
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primò tempora canescũt, cauã úrque magna diuturnitate temporis: vnde quidam tempora in capite ob id dicta putant, quòd ab iis indicia petamus senectutis. Colum. lib. 7, Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. Virg. 5. Æneid. Ibidem.
Ore fauere omnes & cingite tempora ramis. Vbi Seruius, Cingite ramis tempora. Ex more Romano: nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat.
Ardua tempora. Stat. 6. Thebaid.
Caua tempora. Virg. 10. Æneid.
Flauentia tempora. Ouid 1. Amor. eleg. 1.
Truncæ tempora, Quibus detracta sunt cornua. Ouid. epist. 9.
Turgentia tempora. Stat. 5 Thebaid.
Aduelat tempora viridi lauro. Virg. 5. Æneid.
Cinge tempora floribus. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.
Cingere tempora myrto. Virg. 1 Georg.
Euincti tempora puniceis tæniis. Virg. 5. Æneid.
Prædura tempora fregit nodoso robore. Ouid. 12. Metam.
Percutere tempus. Author ad Heren. lib. 4.
Populata tempora rapidis auribus. Virg. 6. Æneid.
Præcingens roseo tempora vinculo. Senec. Medea 2.
Protecta tempora fulua capillo. Ouid. 12. Metam.
Redimitus tempora lauro. Virg. 3. Æneid.
Religata tempora fœno. Ouid. 14. Metam.
Sparsus tempora canis. Ouid. 8 Metam.
Tegere tempora vitta. Virg. 4. Æneid.
Velare tempora myrto. Virg. 5. Æneid.
Vincti tempora verbena. Virg. 12. Æneid.
Vmbrata tempora quercu. Virg 6. Æneid.
Tempus singulariter pro Capite. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56.
Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
Tempori, Aduerbium { ἐν καιρῷ, ἐπιτηδείως, κατὰ καιρόν } Tempestiuè, ad Tempus, pro tempore. Plaut. Amphit. 15. Idem Menæh. 9, sequimini: vt quod imperatum est, veniam aduersum tẽpori. Cato cap. 2. 1,
-satisne tempori opera sient confecta.
Tempore pro tempori. Plaut. Asin. 12,
Vt tempore, oportunéque astutistis. Cic. 4. Verr. Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset.
Aduenire tempore, In tempore, per tempus, Vide ADVENIO.
Temporis { ἐπιτηδείου } Aduerbium deductum à Tempori aduerbio quod significat celeriùs, quasi ante tempus. Columel. lib. 8. cap. 4, Et scabis diuidenda, vt mane non protinus à cubili laxius euagentur, & ante crepusculũ propter cibi spem tẽporius ad officinã redeant.
Temporius & Serius, contraria. Colum. lib. 2. cap. 18. Ouid. 4. Metamorph.
Temporarius, Adiect. { πρόσκαιρος } Quod non est perpetuũ, sed ad tempus durans. Plin. in Paneg. Non ergo temporarium & subitum est, quòd vterque collegæ Consulatu tanquam iterum suo gauder. Plin. maior lib. 16. cap. 33, Quædam temporaria vis.
Temporarium etiam dicitur quod ad tempus pertinet.
Opus temporarium. Vlpian. in l 1. §. 1. D. de effractor. Expilatores in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari soleat.
Vincula temporaria. Vlp in l. Aut damnum, in fine. D. de pœnis. Siue in perpetua vincula fuerit damnatus seruus, siue in temporaria.
Temporalis, & hoc temporale, pen. prod. { χρονικὸς } Ad tempus durãs. Quintil. lib. 6. cap. 2, Adiiciunt quidam peritorũ πάσσε, tẽporale esse.
Temporale, Quod ad tempus fit.
Damnum temporale. Vlp. in l 2. ad finem. D. de iudiciis.
Exilium temporale. Hermogenianus in l. De iniuria. D. De iniur. & famosis libel.
¶ Temporalis, pro Inconstanti. Curtius lib. 4. Vt sunt Græcorum temporalia ingenia. Alij legunt temporaria.

Tempestas,

Tempestas, tempestatis { χρόνος } Tempus ipsum aliquando significat. Plaut. Mostel. 2,
Cis hercle paucas tempestates Tranio
Augebis rursi numerum, Sallustius in Iugurtha, Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui & ignobiles.
¶ Tempestas, Tranquillum & serenum tempus. Virg. 9. Æn. 4,
-vnde hæc tam clara repente tempestas. Cic. lib. ad Terentiam 14 4, Quas ego expectassem Brundusij, si esset licitum per nautas, qui tempestatem præterm ittere noluerunt.
Bona tempestas. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. 6, Tu si ita expedit, velim quamprimum bona & certa tempestate conscendas, ad meque venias.
Egregia tempestas. Cic. Attic. lib. 9 185.
Idonea tempestas, Vide IDONEVS.
Liquidissima tempestas cæli. Lucret. lib. 4.
Mala tempestas. Cato de Re rust.
Marina siue terrestris tempestas. Vlp. in l. 2. §. Si nõ. D. Siquis cau.
Salubris tempestas. Claud. de Phœnice 3.
Secunda tempestas. Tacit. in vita Agricolæ.
Serena tempestas. Cic. 2. de Diuinat.
Arridet tempestas. Lucret. lib. 2.
Captare tempestates, Vide Capto in CAPIO.
Ridet tempestas. Lucret. lib. 5.
¶ Tempestas { χειμὼν, ζάλη, καταιγὶς } Procella, nubilum & procellosum tempus. Plaur. Mostel 3.
-tempestas venit, Confringit regulas, imbricésque. Plin. lib. 18. cap. 28. Ante omnia autem duo genera cælestis iniuriæ memisisse debemus: Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur: quæ quum acciderint, vis maior appellatur.
Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquaéque tempestates. Cic. 3. de Nat. deor.
Procella, tempestas, naufragium, ruina, incendium. Cic. 2. Of. Illa tempestate & temporea. Catul. Argon. 59.
Rex tempestatum, Æolus. Virg. 10. Æneid.
Potentes tempestatum dij. Virg 3. Æneid.
Aduersa tempestas, Vide ADVERSVS.
Animosa tempestas Stat. 9. Thebaid.
Atra tempestas. Virg. 2. Æneid.
Atror tempestas. Claudianus de bello Getico.
Fera tempestas. Ouid. 1 Fast.
Fœda tempestas, cum grandine ac tonitribus cælo deiecta. Liu. 1. Decad. lib. 2. non ita procul à siue.
Immoderata tempestas, Vide IMMODERATVS.
Marina siue terrestris tempestas. Vlp. in l. 2. D Si quis caution. Tẽpestatem intelligere debemus, siue marina, siue terrestris sit.
Miseranda tempestas Vide Miserandus in MISER.
Naufraga tempestas. Valerius 1. Argon.
Notabilis tempestas. Tacit. lib. 17.
Perfrigida tempestas. Cic. 6 Ver.
Poetica tempestas. Iuuenal, Saty. 12. -omnia fiunt
Talia, tam grauiter, siquando poetica surgit
Tempestas. Id est, omnia nobis ita contigerunt, quemadmodum à poetis referri solet, siquando tempestatem describunt, summáque contentione omnia exaggerant.
Sæuæ tempestates. Tacit. in Vita Agricolæ.
Sonoræ tempestates. Virg. 1. Æneid.
Turbida tempestas. Virg. 12. Æneid.
Turbulenta tempestas. Cic. 7. Verr.
Violenta tempestas. Seneca Hercule furente 11.
Pelagi tempestatibus actus. Virg 3. Æneid.
Auertere tempestates. Plin. lib. 37. cap. 10.
Tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur. Cice. pro Murena.
Tum subitò magnis tempestatibus commotus fluuius Eurotas. Cic. 2 de Inuent.
Commutata tempestas. Cic. 2. de Inuent.
Conflata ventis tempestas, & imbres. Cælum autem pro nubibus accipe: & contraria in vnum coegit, ac per hoc densas fecit intelligendum Porphyr. Contraxit cælum, aciem in nubes condensauit. Statius 5. Thebaid.
Continet me tempestas, Vide CONTINEO.
Horrida tempestas cælum contraxit. Horat. Epod. 13.
Coorta tempestas, Vide Coortus in Coorior.
Coortæ tempestates cælo terrãque. Lucret. lib. 6.
Demissa tempestas ab Euro. Horat. 3. Carm. ode 17.
Sæuior it truculus tempestas acta procellis. Silius lib. 3.
Fulget tempestas tremulo impete. Lucret. lib. 6.
Fœdam tempestatem glomerant nubes. Virg. 1. Georg.
Horrescit nimbis turbi ia tempestas, Silius lib. 1.
Incubuit syluis tempestas. Virg. 2. Georg.
Lenire tempestates, Vide Lenio in LENIS.
Resedit tempestas. Statius 9. Thebaid.
Sedare tempestates. Plin. lib 37. cap. 10.
Serenare tempestates. Virg. 1. Æneid.
Verberari tempestatibus. Colum. lib. De arboribus, cap. 16. Sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondium & semissem latum quum feceris, patière minimè duobus mensibus eum tempestatibus verberari.
Repentina tempestas popularis. Cic. pro Cluentio.
Procella, turbo & tempestas pacis. Cic. pro Domo sua.
Seditionum ac discordiarum tempestas. Cic. pro Sestio.
Cruenta tempestas. Claudianus 6. Paneg.
Ferrea tempestas, Milites. Silius lib. 15.
Inuidiæ tempestas. Cic. in Catil. Tamets videa, si mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tẽpestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat.
Maximæ & turbulentissimæ molestiarum tempestates. Cic. 1. de Oratore. Nam qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximè molestiarum & turbulentissimæ tempestates extiterunt.
Huius magnitudini animi, grauitati, sapientię tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Cic. 7. Ph. lip.
Tempestates alicuius subire, id est periculа. Cic. ad Catonem libro 15 4. Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fuetis.
Defendere aliquem in tempestate. Cic. pro Domo sua.
Tempestas, pro die in illo Ciceronis versu,
Tertia te Phtiæ tempestas læta locabit. Id versus Homericus docet quem expressit
Ἦμαρ τὶς σε, γύναι, πεπρωμένον ἔμμορε θανόντων.
Tempestuosus, pen. prod. Adiectiuum { χειμερώδης } Procellosum. Gellius, Mare læuum ac tempestuosum erat.
Tempestiuus, pen. prod. Aliud adiectiuum { καίριος, ἐπήμερος, ὠφελήμερος, εὔκαιρος } Opportunum, & quod suo tempore fit. Cice. de Senect. Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector. Ibidem 5. maturitate tempestiua.
Tempestiuum conuiuium & Intempestiuum contraria. Tempestiuum autem conuiuium esse putat Turnebus, quod non fit de die, (nam id turpe & nequam & intempestiuum habebatur de die conuiuia agitare) neque in multam noctem producitur: sed quod tempori fit. Nam à Varrone apud Gellium conuiuium constare ex rebus quatuor dicitur, quod omnibus suis sit absolutum numeris, si belli hominculi collecti sunt, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Ad tempestiuum quoque conuiuium fortasse pertinuerit diebus potius certis, quàm aliis conuiuas vocare, vt diebus potius festis quam profestis, & quibusdam profestis potius quàm aliis, vt nefastis. De conuiuio tempestiuo Cic. in Verr. Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio. Apuleius, Nupti æ'ne illæ fuerunt, an alind celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? De intempestiuo Cic. pro Murena Neque in conuiuio moderato atque honesto intempestiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.
Tempestiuus homo. Plin. lib. 7. cap. 53.
Hora tempestiua narratibus. Ouid. 5. Metam.
Mare tempestiuum ad nauigandum. Cic. pro Lege Manil.
Viro tempestiua virgo. Horat. 1. Carm. ode 23.
Capere fructus tempestiuos. Cic. 2. Off.
Ludum tempestiuum pueris concedere. Horat. 2. epist. 2.
Pinum tempestiuam euertere. Virg. 1. Georg.
Multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ vtinam potuissem obire. Cic. 1. Tusc.
Si tempestiuum erit. Columel lib. 1. cap. 8. sub finem. Sed illa meminerit, quum è ciuitate remeauerit, deos penates adorare: deinde, si tempestiuum erit, confestim: si minus, postero die fines oculis perlustrare. *Si te tempi e pori e.*
Tempestiuè, pen prod. Aduerbium { ἐπιτηδείως } Opportunè Plaut. Truc. 3, Qui nostræ ætati tempestiuè temperant. Cic. 2. de Nat. deor. temstiuè demetere.
Sepultus tempestiuè. Ouid. 4. Trist. eleg 9.
Tempestiuitas, pen cor. tempestiuitatis { ἐπιτηδειότης } Opportunitas. Plin. lib 10. cap. 34, Columbæ præparantes tempestiuitatem cibo. Cic. de Senect. Sua cuique parti ætatis, tempestiuitas est data.
Tempestiuitas stomachi totiúsque corporis Plin. lib 29. cap. 6.
Tempestus, tempesta, tempestum. Antiqui dicebant Tempestiuus: vnde Intempestus, pro Intempestiuus: vt Nox intempesta, quòd minimè tempestiua sit tebus agendis. Ex Calepino.
Temulenter, Temulentia, Temulentus, Vide TEMETVM.
Tenasmus, tenasmi, m. g. { τεινεσμὸς } Plin. lib. 28. cap. 14. Tenasmos, id est crebra & inanis voluntas egerendi, tollitur poto lacte asinino. Idem lib. 20. cap. 6, Tenasmo in pulte medetur. De allio.
Tenax, Tenacitas, Vide TENEO.
Tendo, tendis, tetendi, tensum & tentum { τείνω, πτήσσω, ἐπαυλίζομαι } tendere, Extendere. Virg 3. Æneid.
Tendunt vela Noti
Arcus tendere. Virg. 7. Æneid.
Oculos pariter, telúmque tetendit. Virg. 5. Æneid.
Grauitas tendebat vterum mihi, Pondus infantis distendebat mihi vterum. Ouid. 9. Metam.
¶ Tendere per translationem Insidiari significat: quòd in hoc laqueos extendere solemus. Terent. Phorm, 2. 2.
Quia non rete accipitri tenditur, nec miluio.
Casses mihi tenduntur. Tibul. lib 1. eleg 6.
Dolos tendere alicui. Horat. Epod. 2.
Insidias tendere. Sallust. in Catil. Interea Romæ multa simul mouiti, Consuli insidias tendere, parare incendia, &c. Cic. 1. de Legib. Animis omnes tenduntur insidiæ vel ab iis quos modò enumerauí, qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt.
Opus tendere vltra legem, Metaphoricè dixit Horatius 2. Sermonum. tyra 1.
Sunt quibus in satyra videar nimis, acer & vltra.
Legem tendere opus. Contrarium deinde ponit,
Sine neruis scribere.
Plagas tendere. Cic. 3 Off Sunt'ne igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus?
Retia tendere ceruis. Ouid. 1. de Arte
Vincula tendere capro. Virg. 4. Georg.
¶ Tendere, Conari. Virg. 2. Æneid.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos.
Tendere ad altiora, Aspirare. Liu. 4. ab Vrbe

Paulatim ad maiora tendere incipiet. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ad eloquium tendere, Studere eloquentiæ. Ouidius 4. Triſtium eleg. 9.
Ad ſummam tendere. Quintil. in Procem. lib. 1.
Tendere ad Conſulatum. Liu. 2 bel. Maced.
Tendere aduerſus. Liu. 4. bell. Maced. Quum aduerſus tendendo nihil moueret ſocios.
Tendere aduerſus authoritatem Senatus, nefas eſt. Liu. 5. ab Vrbe.
Vltra tendere. Liu. lib. 10. Decad. 4.
Contra tendere. Tacit. lib. 8.
Tendunt in diuerſum ſententiæ. Liu. 6. bell. Maced.
Tendere pertinaciter. Liuius 7. bel. Maced. Quod ad me attinet in aliis rebus ceſſiſſe intra finem iuris mei cuilibet videri malim, quàm nimis pertinaciter in obtinendo eò tetendiſſe.
Vaſto certamine tendunt. Virg. 12. Æneid. Dixerat præcedenti verſu, Summa nituntur opum vi.
Odiis tendere. Virgilius 12. Æneid.
Vlterius ne tende odiis.
Tendere ſumma ope vt: hoc eſt Conari, & dare operam. Liu. 8. bel. Macedonici
Tendere, Pergere. Inde dictum quòd nos ambulando iter videamur extendere. Cic ad Attic. lib. 16. 333. Itaque dubito an Venuſiam tendam, & ibi expectem. Liu. 4. bel. Pun. 92. Salapiam tendit.
Tendere ad. Liu. 5. bel. Pun Poſtquam tendere ad ſe Romanas naues vidit.
Curſu tendit ad limina. Virg. 2. Æneid.
Ad mortem tendere. Lucanus lib. 4.
Tendere ad reliqua, Proſequi. Cic. 2. de Diuinat. Ad reliqua acri tendebamus animo, ſic parati, vt niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret,
Tendere in. Virg. 1 Æneid.
-per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium.
In campum tendit. Virg 5. Æneid.
In verticem tendere Quintil. lib. 1. cap. 11.
Tendit ad ſtomachum, vel in ventrem: hoc eſt Protenditur aut vergit, ſiue extenditur. Plin. lib. 11. cap 37.
Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit. Cic. de Vniuerſ.
Tendere in quencunque caſum. Liu. 4. ab Vrbe
Tendit palmes ſurſum: hoc eſt Erigitur, aſcendit, ſpectat. Colum. lib. 5. cap. 6.
Tendere curſum aliquò. Liu. 3. bel. Pun.
Græſſum tendit ad mœnia. Virg. 1. Æneid.
Iter tendebat ad naues, Ibat ad naues. Virg. 1. Æneid.
Tendere iter pennis. Virg. 6. Æneid.
Tendere, Offerre, quod protendendo manus fieri ſolet. Virgilius 2. Æneidos,
-paruumque patri tendebat Iulum.
Porrigere & tendere ciuibus conſilium. Cic. 1. de Orat. Hæc igitur & horum ſimilia iura ſuæ ciuitatis ignorantem, &c. & prope cunctis ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porrigentem atque tendentem.
Brachia tendere. Ouid. epiſt. 4.
Lumina tendens ad cælum Virgil. 2. Æneid.
Manus ſupplices ad cælum tendere. Salluſtius. Virgilius 3. Æneid.
Palmas ad cælum tendit. Virg 10. Æneid.
Tendere manus ſupplices alicui, & ad aliquem. Cice. pro Font. Tendet ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere conſueuit. Idem in Catil.
Tendere alicui metum aut ſpem. Cice. pro Fonteio, Vetus exemplar legit Oſtende re.
Tendit res eò, Hoc eſt res eò ſpectat. Plaut. Pſeud. 4,
Tenes hæc quorſum tendant. Cice. ad Brutum 17, Arqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt ſit illi Octauius propitius.
In diuerſum diſciplinæ tendunt. Quintil. lib 1. cap. 12.
Tendere, Tentoria ponere, & habitare. Valer. Max. lib. 2. Nequis eorum intra caſtra tenderet. Virg. 2. Æneid.
Hic Dolopũ manus, hic ſæuus tẽdebat Achilles. Liu. 7. bel. Maced.
Tenſus, ſiue Tentus, particip. {τεταμένος} Hor. 2. Ser. ſat. 5,
-ſeu pingui tentus omaſo
Furius, &c. Id eſt diſtentus.
Arcus tenſus. Stat. 3 Sylu. 1.
Neruus tentus. Ouid. 6. Metam.
Poplite tenſo ſaxa tenet. Stat. 9. Thebaid.
Hubera tenta, Diſtenta, & lacte plena. Horat. Epod. 16.

Tentorium {κλισία, σκηνὴ, σκῆνος} Tabernaculum militum, quod tendunt vt ſe defendant ab iniuria cæli. Lucan. lib. 1,
Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno.
Candida tentoria. Ouid. 8. Metam.
Ponere tentoria. Ouid. 3. Faſt.

Tentoriolum, pen. corr. Diminut. {κλισιάδιον} Hirtius 6. bel. Afric. Reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, ex arundinibus coriis intextis permanebant.

Tendicula, tendiculæ, pen. corr. {παγίδιον} Laqueus quem auibus & feris proponimus ad eas decipiendas. Sunt etiam tendiculæ, quibus aliquid diſtenditur, vt apud textores panni, vel telæ. Senec. 1. Natural. quæſt. cap. 3. Idem licebit videre, ſiquando volueris obſeruare fullonem quum os aqua impleuit, & veſtimenta tendiculis diductaleuiter impluit.
Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant. Cic. pro Cecin.
Tenſio, tenſionis, Verbale. Scribonius Largus, 101, Neruorum tenſionibus mirificè conuenit.

Tentigo, tentiginis, f. g. Membri pudendi erectio & tenſio. Iuuenal. Satyra 6, -ardens rigidæ tentigine vuluæ. De Meſſalina.

Tendones {τένοντες} A recentioribus medicis appellantur quædam motus inſtrumenta, in capite muſculorum ex neruis & ligamentis conflata, eóſque oſſibus annectentia. Græcorum nonnulli, quòd ex neruis oriantur, νευώδεσθαι appellant. Vide Galenum in tractat. de Motibus muſculorum.

Tenebræ. pen cor. tenebrarum, tantùm pluraliter {σκότος, σκοτία, ἀχλὺς, ὀμίχλη} Priuatio luminis. Dictæ quòd teneant id eſt impediant oculos, & viſum prohibeant. Cic. 2. de Nat. deor. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam Ætneorum ignium finitimas regiones obſeurauiſſe dicuntur.
Via cæca tenebris. Seneca Here. furen. 9.
Cæcæ. Lucret. lib. 2.
Craſſæ, Vide CRASSVS.
Fallaces. Valer. 3. Argon.
Marcentes. Lucan. lib 16.
Nigrantes. Stat. 12. Thebaid.
Pruinoſæ tenebræ. Ouidius 5 Metam.
Primis tenebris mouit, pro Cœpta nocte. Liu. 1. bel. Maced.
Turpes tenebræ. Seneca Here. furen. 10.
Nox lucem abſtulit tenebris. Lucan. lib. 18.
Radij ſolis diſcutiunt tenebras. Lucret. lib. 2.
Inertes tenebras manu ſollicita explorate. Virg. in Moret.
Membra leuat vili ſenſim demiſſa grabato
Sollicitáque manu tenebras explorat inertes,
Veſtigátque focum. Inertes, ad nullam artem vtiles. Sollicita, ſollicitè palpanti.
Fugatis tenebris dies pulcher. Horat. 4. Carm. ode 4.
Incedebant tenebræ. Tacit. lib. 15.
Inducere tenebras tertis. Ouid. 2. Metam.
Inhorruit vnda tenebris. Virg 3 Æneid.
-ſurgunt tenebræ campis. Virg 9. Æneid.
Laxabant aſtra tenebras. Stat. 12. Thebaid.
Natant tenebræ ante oculos Ouid 12. Metam.
Omnia nigreſcunt tenebris. Virg 11. Æneid.
Obortæ tenebræ oculis. Ouid. 2. Metam.
Remotæ tenebræ Lucan. lib. 8.
Reſoluit tenebras Lucifer. Virg 8. Æneid.
¶ Tenebræ, per tranſlationem, pro cuiuſcunque rei obſcuritate: vt Cudere alicui tenebras, apud Plautum.
Offundere tenebras alicui rei. Cic. 4. Acad.
Obducere tenebras. Quintil. lib. 10. cap. 1. Menander omnibus eiuſdem operis auctoribus abſtulit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit. Sic apud Ciceronem 4. Acad. Obducere tenebras rebus clariſſimis.
Tenebræ mihi ſunt. Cic. ad Attic. lib. 7. 130. Quæſo quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt.
¶ In tenebris ruere. Cice. pro Roſc. Amer. Qui tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebantur.
Iacere in tenebris. Cic. pro Archia. Vide IACEO. Quæ iacent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accederet.
Familiam abiectam & obſcuram è tenebris in lucem vocare. Cicero pro Deiotaro.
Celare ſe in tenebris. Virg. 9. Æneid.
Trahere vitam in tenebris. Virg 2. Æneid.
¶ Tenebræ Reipub. Caſſius ad Ciceronem lib. 12. 13. Nunc ergo viuemus liberi: nunc te omnium maximè ciuis, & mi chariſſime, id quod maximè Reip. tenebris comperiſti.
Tenebræ & cæcæ nubes Reipub. Cice. pro Domo ſua, Quid tandem? ſiquæ tum in illis Reip. tenebris, cæciſque nubibus & procellis, quum Senatum à gubernaculis deiecíſſes, populum è naui exturbaſſes ipſe archipiratacum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis nauigares.
Caligo & tenebræ anni. Cic. poſt Reditum in Senatu, Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in Repub. Calend. Ianuarij deſpicere cœpiſtis.

Tenebroſus, pen. prod. Adiectiu. {σκοτῶδες, σκοτεινὸς, ἀμυδρόεις} Plenum tenebris. Varro 3 de Re rust. cap. 9. Eas includunt in locum tepidum & anguſtum & tenebroſum. De gallinis.
Aër tenebroſus. Virg. 5 Æneid.
Palus tenebroſa. Virg. 6. Æneid.
Sedes tenebroſa. Ouid. 5. Metam.
Tempus ineuntis ætatis tuæ tenebroſiſſimum. Cic. in Vatinium. Alij legunt tenebricoſiſſimum.

Tenebricus pen. corr. Adiectiuum. {ἀμυδρὸς} Offuſum tenebris. Cic. 2. Tuſcul.
Hæc à Tartarea tenebrica abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra generatum canem Ex poeta.

Tenebricoſus, pen. producta, Aliud adiectiuum, Ibidem {ἀχλυώδης} Quod tenebras inducit & facit.
Obſcurus & tenebricoſus. Cic. 4. Acad.
Iter tenebricoſum. Catull. de paſſere Lesbiæ 3.
Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus. Cic. in Piſon.
Libidines tenebricoſæ. Cic. de Prouinc. Conſul.

Tenebrio, tenebrionis, m g. {σκοτεινὸς} Tenebriones mendaces & doloſi, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris delitescentes. Varro, Si & accuſator & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperato. Ex Nonio.

TENEDOS, pen. corr. {τένεδος} Inſula in mari Ægæo, inter Mytilenen & Helleſpontũ contra Troiam prope Sigæum, ab oſtiis vigiuti millibus paſſuum diſtat. Abeſt à Lesbo CVI millia paſſuum Nunc vulgò dicitur *Tenedo*. Hæc prius Leucophrys appellabatur, quam alij Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cũ nouis colonis Tenes Cycni filius, conditáq; ex ſe vrbe Tenedon vocauit, à qua & inſulæ

inſula denominata eſt. Vide Cic. 3. Verr. Idem 3. de Nat. deor. Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem, &c. Virg 2. Æneid.

Tenedius, Adiect. {τενέδιος} Cic. Qu. frat. lib. 2. 13, Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præcisa eſt, &c.

Teneo, tenes, tenui, tentum {χάω, κρατέω, κρατέχω, αἱρέω, ἐπέχω} tenere, Apprehendere, detinere. Virg 4. Æneid.
-neque te teneo, neque dicta refello.
Arma tenenda digitis. Ouid. 2. Faſt.
Dextra tenens baculum. Ouid. 1. Faſt.
In manu poculum tenere. Cic. 1. Tuſc.
Iunctione aliqua teneri. Cic. 1. Tuſc.
Arctius tenere aliquem. Ouid. epiſt. 15.
In ſinu tenere aliquem. Ouid. epiſt. 3.
Tenere, Habitare, poſſidere. Virg. 4. Georgicon,
-quæ gurgitis huius
Ima tenes. Plin. epiſt. 67, Tenet ſe trans Tyberim in hortis.
¶ Teneri, pro Poſſideri. Cic. 2. Offic. Propterea quòd tam longo ſpatio multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur.
Tenere in medio, eſt Non ſuum, neque proprium poſſidere, ſed commune. Lucanus,
Quid miſcere iuuat vires, orbémque tenere
In medio? Orbis enim Romanus inito triumuiratu neque Cæſaris erat, neque Pompeij, neque Craſſi: ſed conſortium eorum trium commune. Sic Virgil. dixit,
-in medium quærebant, ipſáque tellus
Omnia libertus nullo poſcente ferebat. Ex Turnebo.
¶ Tenere, pro Habere, vel retinere. Cic. Terentiæ lib. 14 15, Tulliam adhuc mecum teneo.
Tenere, Remorari. Cic. Att. lib. 11. 252, Nunc quidem niſi quid te tenuit, ſuſpicor te eſſe in ſuburbano.
Morari & tenere. Cic. Tironi lib. 16. 19.
Ventus tenuit nos. Cic. Att. lib. 5 99.
Aliquem tenere. Virg 1. Æneid.
Hunc Phœniſſa tenet Dido.
Ne diutius teneam, Hoc eſt Vt paucis abſoluam. Cic. 3. Verr. Et Bruto lib. 11. 16, Non tenebo te pluribus.
Vix teneor quin. Plaut. Caſin. 6.
Tenere hominem dicitur res aliqua, Retinere. Plin. in Paneg.
Tenere lacinia, ſunt qui explicent pro Tenere aliqua parte lacerata, non vniuerſa poſſeſſione. Turnebus exiſtimat eſſe Obtinere per vim, vt quos inuitos apprehenſa veſtis lacinia retinemus. Plaut. Aſinar.
Lachrumantem lacinia tenet lachrumans. Sequitur enim paulò pôſt, Cur me retentas? Sed non ſuſtineo (ſubdit poſtea idem Turnebus) mihi conſcius eſſe diſſimulatæ alterius ſcripturæ, quæ & mihi ſummè placet ea eſt, Atque idipſum laſciuia. Nam per laſciuiam & iniuriam alienum aliquando inuadimus & tenemus. Hæc ille.
Quietiam leuiora hæc formam principis figurámque non aurum melius vel argentũ, quàm fauor hominum exprimat, teneatq;.
Teneri & allici. Cic. de Petit. Conſul.
¶ Tenere, pro Reminiſci. Mart. lib. 1,
Et teneo melius iſta, quàm meum nomen. Virg 6. eclog.
-numeros memini, ſi verba teneremi.
Teneatur modò illud Cic. 4. Acad.
Aciem tenere, Vide ACIES.
Agnatione & gente deorum, ſiue cognatione teneri. Cic. 1. de Legib. Idem 1. de Diuin.
Aliena tenere. Cic. 2 Offic.
Per ambages tenere aliquem. Virg. 2. Georg.
Amor tenet me. Terent Hecyr. 3. 3.
Amore alicuius magno teneri. Virg. 1. Æneid.
Anguſtiis teneri. Cic. 3. Tuſc.
Animos ſuſpenſos tenere. Liu. 5. ab Vrbe.
Animos metu tenere, & acerbitate pœnarum. Liu. 4. bell. Maced.
Animos tenere dulci nouitate. Ouid. 4. Metam.
Animo tenere. Cic. in Orat. Redeóque ad illam Platonis de qua dixeram, rei formam & ſpeciem, quam etſi non cernimus, tamen animo tenere poſſumus.
Animo tenere comprehenſa. Cic. 4. Acad.
In armis tenere milites. Liu. 5. ab Vrbe.
Attentos tenere, vel attentos animos. Cic. 7. Verr. Sic. 1. Offic.
Cauſam tenere. Sueton. in Domitiano, cap. 9. Liu. 9 bell. Macedon. Cui, vt cognoſceret, ſtaruerétque, Senatus permiſerat, magno certamine eum Prætore habito, tenuerũt cauſam. Id eſt obtinuerũt.
Cauſam tenere apud Iudices. Cic. pro Cecinna,
Ciuitatem oppreſſam ſeruitute tenere. Cic. pro Domo ſua.
Clauum rectum tenere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Complexu ſuo aliquid tenere, Amplecti. Cic. in Piſonem.
Concionibus tenere populum. Cic. 1. Offic.
Conſenſum aliquorũ complecti & tenere. Plin. in Paneg. ad fine.
Conſilium alicuius tenere, Plaut. Milit 5.
Conſuetudinem ſuam tenere, Obſeruare. Cic. 2. de Diuin. Idem 1. Philipp. Si conſuetudinem meam, quam ſemper in Repub. habui, tenuero, Id eſt, ſi liberè quæ ſentiam de Repub. dixero.
Tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit, vt præceptoribus eloquentiæ diſcipuli ſerius quàm ratio poſtulat, traderentur. Quintil. lib. 2. cap. 1. Tenuit, dixit, pro Obtinuit.
Contubatum tenuit me hæc res. Cic. ad Att. lib. 15. 325.
Crimen alicuius tenere argumento aliquo. Cicero pro Cluentio.
Cunctatio me tenet. Liu. lib. 5. ab Vrbe. Eos, plebis ædificiis obſeratis, patentibus atriis principum, maior propè cunctatio tenebat aperta quàm clauſa inuadendi.
Cupiditas dimicandi cum Annibale tenet illum. Sic Cicero ad Att. lib. 7. 122.
Curſum tenere. Cic. 3. de Nat. deor. Iſque quum ſecundiſſimo vento curſum teneret ridens, Videtíſne, inquit, &c. Virgil. 3. Æneid.
Ni teneant curſus. Id eſt, impleant. Seruius.
Curſum tenere aliquò. Virgil. 4. Æneid.
Curſum alicuius tenere, Nauigationem impedire. Ouid. epiſt. 2.
¶ Curſum aliquem tenere per tranſlationem. Cic. in Orat. Quòd ſiquem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenij vis fortè deficiet, aut minus inſtructus erit magnarum artium diſciplinis, teneat tamen eum curſum quem poterit.
Decorum tenere. Cic. 1. Offic.
Decus tenere. Cic. 1. Offic.
Delectum rerum tenere. Cic. 1. de Finib.
Teneri magno deſyderio alicuius. Plin. epiſt 66. Hoc eſt, vos maximè deſyderare. Cic. de Senect.
Dignitatem tenere, Quod & retinere dicitur & obſeruare. Cic. Marcello, lib. 4. 9. Idem Cornificio, lib. 12. 25.
Diſciplinam tenere. Cic. 2. de Legib.
Dolorem tenere. Cic. Att. lib. 12. 252, O hominem cauẽdum: quanquam mihi quidem, ſed tenendus dolor eſt.
Dominatu alterius teneri. Cic. 2. Offic.
Errore aliquo teneri. Ouid. 6. Faſt.
Expectatio tenet me. Cic. Att. lib. 3 49.
Expectatio ſuſpenſa tenetur. Cic. pro Cluentio.
Fama tenet. Liu. 8 bel. Maced. Famáque ita tenet: Cælenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe.
Famam & opinionem hominum tenere. Cæſar 3. belli Ciuil. Id eſt, retinere.
Famam tenere ſine labe. Ouid. epiſt. 16.
Fidem tenere. Cic. 12. Philipp.
Fides eum non tenet, ſed merces. Liu. 10. bel. Pun.
Finem aliquem tenere. Cic 4. de Finib.
Finem Britanniæ non fama, nec rumore, ſed caſtris & armis tenemus. Tacit. in vita Agricolæ.
Aliquid firmum tenere. Cic. in Orat.
Flagitiis teneri. Tacit. lib. 3.
Fletus tenere. Ouid. 3. de Arte.
Fœderibus alienis teneri. Liu. 4. bel. Pun.
Fugam alicuius tenere. Impedire. Lucan. lib. 1,
Hi ratium tenuere fugam.
Fugam tenere per medios hoſtes. Virg. 3. Æneid.
Gentes tenuit in pace fideli. Ouid. 4. de Ponto, eleg 9.
Gratiam alicuius tenere, pro Eſſe in gratia. Cicero Quint. fratri, lib. 2. 168.
Grauitatem tenere. Cic. Att. lib. 8. 191.
Gubernacula Reipub. tenere. Cic. 2. de Diuin.
Hereditatem tenere. Cic. 2. de Finib.
Imperium in ſuos tenere. Cic. de Senect.
Summam imperij tenere. Cæſar 2. bel. Gal.
Imperio Romano teneri, Subiici. Cic. Qu frat. lib. 1. 1.
Incendio teneri. Quintil, lib. 2. cap 13.
Inſaniam tenere, Inſanum eſſe. Plaut. Capt. 11.
Inſtitutum tenere. Cic. 4. Tuſc. Sed defendat quod quiſque ſentit, ſunt enim iudicia libera, nos inſtitutum tenebimus.
Inſtitutum ſuum tenere in omnibus rebus. Cic. 6. Verr.
Iram vel iracundiam tenere. Cic. in Parad. Refrænet primùm libidines. ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam. Liu. 8. ab Vrbe.
Neque ira, neque gratia teneri. Cic. 1. de Nat. deor.
Irretitum tenere. Cic. 1. de Orat.
Iter tenere. Virg. 9. Æneid.
Iucunditatem perpetuam vitæ tenere. Cic. 1. de Finib.
Iudicia tenere. Cic. 7. Verr.
Iureiurando teneri. Cic 3 Offic.
Ius tenere, dicitur qui callet leges & iura. Plaut. Amph. 3,
Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.
Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent. Idem Epid. 5.
Ius ſuum tenere. Cic. pro Cecinna, Hanc puto me habere actionem, vt per interdictum meum ius teneam, atque iniuriam tuam perſequar.
Lachrymas tenere, Continere. cohibere. Cic. 6. Verr.
Legem aliquam tenere, Legi ſubiici. Terent. Adelph. 1. 2,
-neque metuit quenquam, neque legem putat
Tenere ſe vllam.
¶ Lege aut interdicto teneri quis dicitur, quum per legem, vel ex legis ſtatuto obligatus & obſtrictus eſt ad aliquid agendum. Cic. pro Cecinna, Hoc interdicto Ebutius non tenetur. Idem ad Attic. lib 3. 65, Lege enim collegij ſui non tenebantur.
Leges nos tenent. Iulianus in l. De quibus. D. de legib. Nam quũ ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſint: meritò & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes.
Teneri legibus, & ſolui. Cic. 11 Philipp.
Libertatem tenere. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17, Nec ſi vllam partem libertatis tenebo, proficiet.
Linguam tenere. Ouid. 2. Triſt.
Locum tenere. Cic. 4. de Fin. Quia virtus, vt omnes fatemur altiſſimum locum in homine, & maximè excellentem tenet.
Locum honeſtum ſeruitutis tenere. Cic. in Parad.
Locum aliquem cum aliquo tenere. Cic. de Clar. Orat.
Tenere locum, pro Non moueri loco. Cic. pro Cluentio, Nam miles qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum, vímque pertimuit, poteſt idem, &c.
Tenere locum aliquem, pro Inhabitare. Liu. 1. ab Vrbe.
Teneri ludis, pompa, ſpectaculis. Cic. 5. de Finib.
Lumina immota tenebat. Virgil. 4. Æneid.

Mandatum tenere memori mente. Lucret.lib.2.
In manibus tenere. Cic.12.Philipp. Idem Att.lib.2.17.
¶Mare tenere, pro Occupare. Cic. Attico, lib.10. 197, Virgil. 5. Æneid.
Iámque propinquabant scopulo, metámque tenebant. Cic. Tironi, lib.16.2, Septimum iam diem Corcyræ tenebamur.
Tenet me cunctatio. Liu 5.ab Vrbe.
Mediocritatem tenere. Cic.1.Offic.
Medium tenere. Cic.3.de Orat. Itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. Vide MEDIVS.
Memoria tenere rem aliquam, Reminisci. Cic.de Senect.
Memoriam alicuius rei tenere: hoc est, Aliquam rem in memoria habere. Cic.de Senect.
Tenet vos memoria mei. Cic.ad Quirites post reditum.
Quæstio tenet eum, qui in ius vocatus est. Papinianus in l. Iudicatæ. D. De except. rei iudic.
Animis ac memoria tenere. Cic.pro Corn. Balbo.
Metu teneri, hoc est Præpediri. Liu.5.bel.Pun.
Modum tenere vel custodire: cui Excedere modum opponitur. Plin.epist.55. Idem epist.102 lib.5.
Mora nulla tenuit vocatos. Ouid 1.Metam.
Morbus tenet eum. Plaut.Menæch.19,
Num eum veternus aut aqua intercus tenet? Sallust. in Iugurtha, Fortè apud illū quem inhonesta & perniciosa libido tenet potentiæ.
Perpetuo morbo teneri. Paulus in l. Neque fœmina. D. De procuratoribus.
Mordicus tenere, Vide MORDEO.
Morem tenere, Obseruare. Cic.5.Tusc.
Nomen æternum tenere. Virg.6.Æneid.
Nomen legum tenere. Cic.2.de Legib.
Obsidione teneri. Virg 10 Æneid.
Obstrictum teneri fœdere. Cic.in Pisonem.
Occasionem tenere. Cic.1.de Leg.
Occupatum & impeditum tenere. Cic.pro Cælio.
Oculos tenebat sub astra. Virgil.5.Æneid.
Pictura artificum oculos tenetrid est, In contemplationem sui adducit. Plin.epist.30. Cic.4.Acad. Vide OCVLVS.
Tenere aliquem in oculis, auribus, complexu, &c. Cic.3.Philipp.
Odium vestri ordinis tenet eos. Cic.3.Verr.
In officio tenere aliquos. Cæsar 5.bel.Gal.
Omnia tenere, pro Habere in potestate. Cicero Quint. fratri, lib 2.11.
Nihil aptius est ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi. Cic. 2. Offic.
Oppidum tenere, Occupare. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Oppressos tenere, Detinere. Cic.Att.lib.2.31.
Ordinem rerum tenere, Vide ORDO.
Ora tenere, Tacere. Cic.1.de Diuinat. Ex Ennio. Vetus codex legit Ore timebant. Virg 2.Æneid.
Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Seruius, Aut ora intuebantur aut immobiles vultus habebant. vti,
Tenuisque inhians tria Cerberus ora. Id est Immobilia habuit. Aut tenebant, habebant.
Obtutu defixa tenet ora. Virg.7.Æneid.
Palmam tenere, victorum signum fuit antiquis. Plin.lib.35.cap.10.
Partem tenere in re aliqua. Cic.Qu.frat.lib.1.1.
Partes tenere. Cic. Att.lib 3.42, Et simul intelligebam, ex eo loco si te haberem, posse me Brundusium referre, sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antonium.
Percepta & comprehensa tenere. Cic 4 Acad.
¶Personam tenere, per translationem à comœdiis pro Status alicuius esse. Cic 3.de Orat. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.
¶Planta tenet, pro Radicatur. Colum.lib.5.cap.6, Nam si radicibus vlmi iunxeris, malè vitis comprehendet: & quum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Hîc comprehendit & tenet videntur idem significare.
¶Pœna aliqua teneri, pro Obnoxium esse. Cicero ad Quint.frat. lib 2 7.
Portum tenere, Appellere, vel portū occupare. Liu.7.bell.Maced. Vento aduerso ante lucem Pygela portum tenuit. Virg.9.Æneid.
Imò vbi defunctæ finem portúsque tenebunt
Ausonios.
¶In sua potestate tenere, pro In potestate habere & moderari. Cic.ad Qu.frat.lib.1 1.
Principatum tenere. Cic.1.Tusc. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere.
Principatum sententiæ renere. Cic.de Senect.
Promissum tenere, Id est præstare. Cic.3.Offic.
Propositum tenere, pro Obtinere quod quæras: quod vulgò dicitur *Habere suum intentum*. Cæs. lib.3.bell.Ciuil. Pompeius interclusus Dyrrachio, vbi propositum tenere non potuit, secundo vsus cōsilio, &c.
Prouinciam. Cic.1 Offic. Pompilius imperator tenebat prouinciā in cuius exercitu Catonis filius Tyro militabat.
¶Rationem iuris æquabilem tenere. Cic.ad Qu.frat.lib.1.1, Suos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilem se in rebus, &c.
Rationem numerorum in oratione tenere. Cic.3.de Orat.
Regna tenere. Ouid 5.Metam.
Religione teneri, Obstringi, detineri. Cic.6.Verr. Illi verò dicere, id sibi nefas esse, séque cum summa religione, tum summo metu legum & iudiciorum teneri.
Rem oculis, non coniectura tenere. Cic.pro Cluentio, Et res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur: neque in causa vlla dubitatio posset esse.

Remp.tenere. Cic. Lentulo, lib.1.9, Ergo si ab improbis & perditis ciuibus Remp.teneri viderem, sicut & meis temporibus, fecimus, &c.
Rebus & studiis aliquibus teneri. Horat.1.epist.1.
Risum tenere, Continere. Cic. in Vatinium, Illi autem quibus eras in deliciis, vix risum tenebant.
Rura tenere. Ouid.3.Metam.
Tenere se intra grauitatem Plin.epist.200.
¶Se intra silentium tenere. Plin epist.82.
Se in silentio tenere. Plin.epist.126.
Se in æterno seruitio tenere. Liu.4.ab Vrbe.
Se in equestri ordine tenere. Plin.epist.46.
Se improbis artibus tenere. Plaut. Pseud.20.
Sese castris tenere. Cæsar 3. bel. Gall. Et Brutus ad Cic. lib.11.10, Tenere se Alpibus.
Se domo tenere. Cic. Post reditum in Sen.
Se domesticis finibus tenere. Cic. Att. lib 7.131.
Se suis finibus tenere. Cic.3.de Finib.
Se loco tenere. Liu.8.ab Vrbe, Magistro equitum denuntiauit, vt sese loco teneret: neu absente se cum hoste manum consereret. Sic Cæsar 3.bel.Ciuil.
Se vno loco tenere. Plancus Ciceroni, lib.10.18.
Se oppido tenere. Cic. Att. lib.9.187, Pompeius se oppido tenet: nos ad portas castra habemus.
¶ Tenere se intra grauitatem. Plin.iunior lib.9. ad Maximum, epist.23, Frequenter agenti mihi euenit, vt Centumuiri, cùm diu se intra iudicum authoritatem grauitatémque tenuissent, omnes reperiē quasi victi coactíque consurgerent, laudati étque.
¶Tenere, pro Obtinere. Plin.epist.91, Scripserā tenuisse Varenum, vt sibi euocare testes liceret.
¶Tenere se, pro Abstinere & cauere. Plaut. Merc.3, Omnes tenerent mutuitanti credere. Cic. pro Flacco, Tenuit se, neque attulit in iudicium quicquam ad lædendum. Idem 2. de Finibus, Hoc loco tenere se Triarius non potuit, Obsecro, inquit, &c.
Tenere me non possum ab vel quin, pro Parum abest. Cic. Qu. frat. lib.3.18, Ego tamen teneo ab accusando vix me hercule. Idem Attico, lib.15.328, Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem iis literis declararem.
Nec se tenuit quin. Cic.4.Acad. Nec se tenuit quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur.
Sedem Iouis Optimi Max. tenere, pro Vincere, siue Captam obtinere. Tacit. lib.19.
Tenuit sententia altera, pro Accepta est, & probata. Plin.epist.167, Sic ex tribus sententiis duæ factæ: tenuitque ex duabus altera, tertia expulsa.
Sententiam aliquam tenere, pro Alicuius sententiæ & opinionis esse. Cic.1.de Finib. Hanc ego cùm teneam sententiam, quid est cur verear ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros?
Sermone suo tenere aliquem, Detinere, occupare. Cic. de Claris Orator. Et si me facile omni tuo sermone tenuisti, tamen is mihi longior videtur, quod propero audire de te, &c.
In sermone tenere aliquem. Valer.7.Argon.
Silentium tenere Liu.3.ab Vrbe. Ouid.1.Metam.
Sitis tenet hiantes. Lucret lib.3.
Somnum tenere. Cic. de Claris Orat. Itaque tantum abfuit vt inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus.
Spem tenere, Sperare. Plaut. Merc.12.
Tenet me spes, Spero, & expectatione ducor. Cic.1.Tusc. Magna me, inquit, spes tenet iudices, bene mihi euenire quòd mittar ad mortem. Idem pro Cluentio, Quamobrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causam explicare, atque omnia dicendo consequi potueris.
Studia agri colendi tenere. Cic. de Senect. Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit quominus & cæterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis.
Teneri studio alicuius rei, Delectari. Cic.1.de Legib. Deinde facio & libenter, & (vt spero) rectè: quod eam, cuius studio teneor, quæque me eum quicunque sum effecit, non possum silentio præterire.
Teneri iisdem studiis. Cic. Volumnio, li.7.34, Cassius tuus & Dolabella noster, vel potius vterque noster, studiis iisdem tenentur.
Studium tenet me, Hoc est delector. Cicero ad Atticum, lib.1.7, Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum.
Summam rerum tenere. Lucret. lib 2.
Suspensum tenere aliquem. Virg.6.Æneid.
Suum tenere. Cic. Att. lib.6.111.
Syluas tenere. Ouid 1.Metam.
¶Tela tenere contra aliquem. Virg 8.Æneid.
Temperamentum tenere, Obseruare modum & mediocritatem. Plin.epist.7.
Torpor tenet membra. Liu.9.ab Vrbe.
Verecundia teneri. Liu.4.bel.Maced.
Vestigia alicuius tenere. Liu.9.bel.Pun.
Viam tenere. Cic. Att. lib.1.15, Illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatum post Catuli mortem nec præsidio vllo, nec comitatu tenere.
Perge tenere istam viam. Cic.de Petit.Consul.
Vincla tenent fessas naues. Virgil.1.Æneid.
Vinctum tenere aliquem. Horat.4.Carm.ode 11.
Voluptas viuendi me tenuit. Virg.10.Æneid.
Vocem tenere. Ouid.4.Metam.
Voce tenere ruentem. Lucan.lib.7.
Voto & promisso teneri, pro Obligatum esse. Cic. Att. lib.12.2.41, Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto.

Vrbem

Vrbem aliquam tenere. Cic.ad Cassium, lib.12.5 Præter Bononiā, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipub.
¶Tene tibi, pro Serua tibi. Plaut. Trucul.10.
¶Tene tene. Plaut. Aulul.16,
Redi, quò fugis nunc? tene tene.
¶Tenere, Constringere. Virg 2. Georgicon,
Texendæ sepes etiam & pecus omne tenendum est.
Armenta tenere clausa stabulis. Virg.3 Georg.
Intra claustra tenere aliquem. Horat.3 Carm.ode 11.
¶Teneri manifestò, Obligari. vt, Siquis furetur rem sacram de prophano, teneríne furti, an sacrilegij? Plaut. Casin.5.
Teneri manifestò in rebus turpibus Cic.3. Ver. Ne hoc quidē sibi reliqui fecit, vt in rebus turpissimis, cùm manifestò teneatur si retineat & abstineatne impudentiæ suæ pudeneē exitū quæsisse videatur.
Tenere aliquem in noxia. Plaut. Casin.11.
Tenere aliquem manifestum men facij. Plaut. Truc 4.
Tenere manifestò furem. Cic.5.Verr. Teneo in mediis vectigalibus populi Romani, in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò auertentem rem frumentariam omnem, pecuniam maximā. teneo inquam ita vt negare non possit.
Tenetur manifestò auaritia hominis. Cic.5.Verr. Tenetur igitur iam iudices, & manifestò tenetur auaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia.
¶Teneri, pro Conuinci & coargui. Cic.7.Verr. Quæ si dices, tenebere sin alia dices quæ à me dicta sunt, non refutabis. Idem 4.Acad. Si rectè concluserit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes reddet.
Argumentis & testibus teneri. Cicero 7. Verr. Neque solùm argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Idem pro Cecinna. Nam si negasset vim hominibus armaris esse factam, facilè honestissimus testibus in re perspicua teneretur.
¶Teneri de vi, pro Reum esse. Senec. de Beneficiis lib. 5.cap.8. Alligauit, & clausit, de vi non tenetur.
¶Tenere, Tegere. Virgil.1.Georg.
-& obducto latè tenet omnia limo. Id est, occupat & operit. Seruius.
¶Tenere, Defendere. Virgil.8.Æneid.
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.
Verbum est militare, vt ait Seruius: vt etiam Sallustius dicit.
Vnde econtrà, Victos, loco motos dicimus. Vide MOVEO.
Tenere manu tes. Cic.3. Offic. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt asturias. Vides tu, quatenus manu tenere possunt: philosophi, quatenus ratione & intelligentia.
¶Arctè tenere, & defendere. Cic.in Parad. Illud arctè tenēt, accuratéque defendunt voluptatem esse summum bonum.
¶Comperire manifestò, & manu tenere indicia mortis, per translationem, pro certissima habere. Cic.de Clar.Orat.
¶Teneri, pro Constare. Cicero Planco, lib.13 30, Non his modò causis quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur.
Tenetur vita animantium cibo. Cic.2.de Nat.deor. Nam quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu: ad hæc omnia percipienda os est aptissimum, quod adunctis naribus spiritu augetur.
¶Tenere, pro Durare. Liu.lib.3.bel.Pun. Imber continens per totam noctem vsque ad horam tertiam diei insequentis tenuit. Sic apud Quintilianum lib.2.cap 1. Tenuit consuetudo, id est obtinuit.
Teneri, pro Impediri. Ouid.10.Metam.
-quod quoniam fatali lege tenemur,
Semper eris mecum.
¶Teneri, pro Stare & inniti. Cic. Att. li.12.2.43, Occidimus occidimus Atticè, iampridem nos quidem: sed nunc fatemur posteaquam vnum, quo tenebamur, amisimus.
¶Tenere, Intelligere. Terent. Heaut.4.3,
Tenes quid dicam? Idem And.3.2,
Teneo quid erret.
Tenax, tenacis, pen.pro.om.gen. {τηκτάδης, ἡδύπνους, πολύδακρυς, κρότοφος, ἰσχυρογνώμων} Qui retinet, vt Glutinum tenax dictum est, quod dum attrectatur, digitos tenere videatur. Virg.4.Georgicon,
Exudunt ceras, & mella tenacia figunt.
Bitumen tenax. Ouid.9.Metam.
Ceræ tenaces. Virg 4.Georg.
Complexus tenax. Ouid.4.Metam.
Equus tenax. Liu.9.bel.Maced. Vt equum tenacem non parentem, fœnis asperioribus castigandum esse.
Equus tenax contra sua frœna. Ouid 3.Amor.eleg.4.
Fides longa tenáxque. Ouid 2.Amor.eleg.6.
Ira tenax ad extremum. Ouid.1.de Ponto, eleg.10.
Memoria tenax, Stabilis, constans, firma, quiduis optimè tenens. Plin.epist.97.lib.6.
Morbus tenax, Difficilis, contumax, molestus. Sueton.in Claud. Cæsare.cap.2.
Passu tenaci stare. Ouid.2.de Ponto, eleg 6.
Solum tenax glebis. Plin.epist.101.
Vincla tenacia. Virg.4.Georg.
¶Restrictus & tenax. Cic.pro Plancio, Quum iam essent experti quid valerent, restrictos & tenaces fuisse.
Tenacissimus disciplinæ Plin.epist.306.
Tenax iuris sui dominus dicitur, qui tam arctè ius suum obseruat, vt de eo demere aut auferre sibi ab aliquo ne tantillum quidem patiatur: quod auatorum est dominorum proprium in suos colonos. Colum.lib.1.cap.7. Sed nec dominus in vnaquaque re, cui colonum obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, &c.
Iustitiæ tenax. Iuuen.sat 8.
Tenax prauī. Virgil.4.Æneid.

Tam ficti prauíque tenax, quàm nuntia veri. Id est, In omnibus perseuerans. Seruius, De fama,
Tenax propositi, Constans, perseuerans. Horat.3.Carm.ode 3
Tenacissimus alicuius rei. Quintil.lib.1.cap.1.
Memoria tenacissima. Quintil.lib.1.cap.1.
¶Tenax, Parcus, auarus. Apuleius, Homo diues, sed tu animum tenax. Terent. Adelph 5.4,
Ego ille agrestis, seuus, tristis, parcus, truculentus, tenax.
Pater parcus & tenax. Cic pro Cælio, Illum filium familiàs patre parco ac tenaci habere ruis eopus deuinctum non potes.
Custos tenax partimonij Quintil.lib 4.cap.2.
Tenacia, Est perseuerantia, & duritia. Ennius Hectoris lytris,
Ducet quadrupedem iugo inuitum, domabit infrenum, & iunget validē, cuius tenacia infrænari nimis nequit. Ex Nonio.
Tenacitas, pen.corr. tenacitatis, f.g. vel vt quibusdam placet, Tenacia, tenacis { γαλεσσύνη } Retensio, parsimenia, duritia, perseuerantiáque. Plin.lib 9.cap.29, Vada non apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Cic.2.de Nat.deor. Cibúmque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum.
Tenaciter, pen.corr. Aduerb. { ἀσφιξ. } Ouid.epist 3,
An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?
Tenor, tenoris, pen.prod. Ordo, forma, continuatio. Valer.Max.lib.1, Quo minus religionibus suus tenor, susque obseruatio redderetur. Plin.in Paneg. Idémque vtrique propositum, idem tenor vitæ, Id est, Idem viuendi modus. Virg.2.Georg.
Incœptum tenorem peragit fortuna Ouid.epist.21.
Vno tenore. Liu 3.bel.Pun. Hi mores, eáque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore vno permebat.
Tenore vno tem peragere. Liu.5.ab Vrbe.
Vno & perpetuo tenore iuris. Liu.4.bel.Maced.
Vno tenore in dicendo esse. Erasmus, Tenorem, rei progressum vocant. Vnde, quæ sui similia, sibíque veluti perpetua quadam succedunt serie, horum eundem esse tenorem dicimus. Cic.in Orat. Isque vno tenore, vt aiunt, in dicendo fluit, nihil offerens præter facilitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nullā varietate reficientis auditorum aures.
Æui tenor sine nube. Stat.3.Sylu.3.
Instrumenti malè concepti tenor. Papinianus in l. Imperator. D. de stat. hominum.
Pugnæ tenor. Liu 8.ab Vrbe.
Rationis tenor. Vides tu, singulare, in IVS.
Veli tenor. Lucan, lib.5.
Placidus tenor. Ouid.3 Metam.
¶Tenores, à Græcis τόνοι dicuntur. Quintil.lib.1.cap.5, Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tenores, comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνους dicunt: vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant.
Acutus tenor. Quintil.lib.1.cap.5.
Grauis tenor. Quintil.lib.5.
Tentor, tentoris, à teneo. Hinc Tentores in factionibus circi ludíque vocabātur, qui equos & currus tenebant, antequam vices fortéque eorum cursus veniſſent. Horum mentio est in epigrammate ISTO, quod ex priscis titulis Turnebus eruit, M. Vispanio Fulloni tentori. Addubitat tamen num tinctori melius legeretur.
Tener, tenera, tenerum, pen.corr. { τέρην, ἁπαλὸς, μαθακὸς } Molle, tractabile. Hinc tenera ætas, puerilis. Festus, Tener à τέρην, conuersis literis. Cic.3 de Finib. Tener puer.
Tener & rudis. Cic.1 de Legib. Qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt & flectunt vt volunt.
Æras tenera. Ouid.4.Trist.eleg.9.
Agnus tener. Virgil.eclog.1.
Amor tener. Ouid 2.Amor.eleg.18.
Animus tener, Flexibilis. Antonius Cic.in epist.ad Att.lib.14.3 10, Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, nō esse tradēdas posteris inimicitias.
Anni teneri. Ouid.epist.4.
Annis teneris. Plin.in Paneg.
Arbores teneræ. Virg.10.eclog.
Aristæ. Virg.7.Æneid.
Aurae. Lucret.lib.42.
Balatus tener, Agni teneri. Ouid.7.Metam.
Carmen. Ouid.3.Amor.eleg.7.
Corpus Virg.2.Georg.
Cupressus. Virg.1.Georg.
Decor tener, Qui citò perit. Seneca Hippol.4.
Equus tener, cui Vetulus opponitur. Cic.de Amic.
Fœtus teneri, ac infirmi. Quintil.lib.2.cap.6.
Herba tenera. Virgil.1.Georg.
Ingenia. Claud.2.in Eutrop.
Insula tenera, Vide INSVLA.
Lanugo. Virg 2.eclog.
Manus. Lucret.lib 6.
Membra. Lucret.lib.4.
Mentes. Horat.3.Carm.ode 24.
Ocelli. Ouid 3.Amor.eleg 5.
Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cic.in.Orat.
Os pueri tenerum balbúmque. Horat.2.epist.1.
Procera & tenera palma. Cic.1.de Leg.
Pudor tener, Castitas, Virginitas. Ouid.epist.2.
Risus. Claud.2 Paneg.
Saltator. Cic.in Pisonem.
Somnus. Ouid 2.de Arte.
Spado tener, apud Iuuenalem, sat.1. Mollis & effœminatus, vel læuis & imberbis.
Versus nimium tener. i. Horat.de Arte.

Virgines teneræ. Horat. 1. Carm. ode 21.
Tenera & tractabilis virtus: cui Dura & ferrea opponitur. Cic. de Amic. Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, vt ex bonis amicis quasi diffundatur, & incommodis contrahatur.
A teneris vnguiculis, Vide A præpositionem.
De tenero vngui, A primis annis. Horat. 3. Carm. ode 6.
A tenero, & A teneris, Sub. annis. Vide A præpositionem.
In teneris consuescere. Virgil. 2. Georg.
Tenerior & tenerrimus {ἁπαλώτερος} Plin. lib. 10. cap. 72. Si tenerior est & catuli adhuc ætas.
Prata tenerrima. Ouid. 1. de Arte. Prata pro herbis dixit.

Tenellus, Adiectiuum diminut. Vnde Tenellam ætatem dicimus, puerilem. Plaut. Casin 3,
Bellam & tenellam Casinam. Varro 1 de Re rust. cap. 41. Aqua recenti insito inimica: tenellum enim citò facit putre.
Vultus tenellus. Stat. 5. Sylu. 5.

Tenellulus pen. corr. Aliud dimin. Catul. ad Coloniam, 17,
Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Teneritas, pen. corr. teneritatis, fœm. gener. {ἁπαλότης} Ipsa mollities. Cic. 5. de Fini. In primo enim ortu ineſt teneritas & mollities quædam, vt nec res videre optimes, nec agere possint. Plin. lib. 9. cap. 42, Huius iecori teneritas nulla præferetur.

Teneritudo, pen. pro. teneritudinis, pen. corr. fœ. ge. Idem {ἁπαλότης.} Varro 1. de Re rust. cap. 36. De segetibus, siqua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, & terra teneritudinem habet, sarrire, vineas arbustáque putare.

Tenerè, pen. corr. & Teneriter, pen. corr. Aduerbia {ἁπαλῶς} Plin. lib. 23. cap. 3, Radice oleæ quàm tenerrimè cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus.

Tenereſco, siue Teneraſco, teneraſcis {ἁπαλύνομαι} teneraſcere, Tenerum fieri, mitescere. Luc. 4. et lib. 3,
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin. lib. 17. cap. 22.

TENES. tenæ {τῆνες} Filius fuit Cycni & Scamandrodices, Tenedi vrbis cõditor vt refert Lycophronis Scholiastes. Cic. 3. Act. in Verrem, Tenem apud Tenedios in Sicilia putant esse sanctissimum deum, ac eorum vrbem condidisse. Vide Tenedos.

TENITAE, credebantur esse sortium deæ, quòd tenendi potestatem haberent. Festus.

TENNIS, siue Tennum {τῆννος} vel, vt Strabo & Plinius, Temnos, ex Æolicis vrbibus est, vnde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conscripsit, vt author est Strabo lib. 14. Meminit Cic. pro Flacco, Tenni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit, & qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris profitebatur ipse omnibus turpissimis iudiciis conuictus est. De Heraclide.

Tennites, vel Temnites, pen. prod. {τεννίτης} Gentile nomen. Cic. pro Flacco, Heraclides ille Tennites, homo ineptus & loquax, sed, vt mihi videtur, ita doctus, vt etiam magistrum aliorum se esse dicat: & qui ita sit ambitiosus, vt, &c.

Tenor, Vide TENEO.

TENOS {τῆνος} Insula cum oppido in Ægæo mari, vna Cycladum, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 12.

Tentigo, Vide TENDO.

Tento, tentas {πειράζω, πειρῶμαι, πειρατίζω, μετόχομαι, ἐπιπειράομαι} tentare, Attingere. Colum. lib. 8. cap. 11, Sæpiúsque digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in prompta gerunt oua.
¶ Tentare, tem non intellectam atque incertam aggredi, hoc est experiri, vel diligenter inquirere. Terent. Phorm. 4. 3,
Vi tum est mihi vt eius rem tentem sententiam. Cic. in Parad. Tentare volui an ita dici posset. Ouid.
Sed quid tentare nocebit? Cic. 3. Verr. Vtrum admonitus an tentatus.
Tentare, quidam à Tendo deducunt: quòd qui tentat, quasi manum, aut aliam corporis partem, in id quod experiri vult & exquirere, tendat. Alij à Teneo, quòd tentare experiri sit, vel inquirere, & verbo vel re quasi manu tenere.
Experiri & tentare. Brut. ad Cic. in epist. ad eundem, 16.
Tentaui quid in eo genere possem. Cic. 1. Tuscul.
Aliquem leuiter tentare quo animo ferat aliquid. Cic. 2. de leg. Agr.
Homo quum se ipse perspexerit, tumúmque tentarit, intelliget, &c. Cic. 2 de Legib.
¶ Aditum tentare, Vide Aditus in ADEO.
Animos tentare literis, nuntiis, donis, &c. Cæs. 1. bel. Ciu. Liu. 4. bel. Maced.
Animos alicuius spe & metu tentare. Cic. pro Cluentio, Quum essent animi seruorum & spe & metu tentati, vt aliquid in quæstione dicerent, &c.
Animum alicuius tentare precando. Virg. 4. Æneid.
Armis rem tentare. Cic. 2. Offic. Armis & castris tentata res est ab omni genere hominum & ordine.
Verbo nefario aures alicuius tentare. Cic. de Aruſp. resp.
Causas latentes tentare. Virg 3. Æneid.
Impulsas tentauit pollice chordas. Ouid. 10. Metam.
Discrimen sui tentare. Claud. 7. Paneg.
Excursus breues tentant. Virg. 4. Georg.
Experientia tentare. Varro 1. de Re ruſt. cap. 18.
Tentare fidem polliciti, Experiri veritatem promiſſi. Ouid. 11. Metam.
Fortunam belli tentare ac periclitari. Cic. 7. Verr.
Nouam fortunam tentare. Cæs. 3. bel. Ciuil. Id est periclitari, & in periculum se conijcere.
Fruſtra aliquid tentare. Colum. lib. 11. cap. 3.
Fugam tentauit cursu equorum. Virg. 12. Æneid.
Insidias tentare. Claud. de bello Gildon.
Insidiis tentare aliquem. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25.
Iter tentare via negata. Horat. 3. Carm. ode 2.
Iudicium tentare pecunia. Cic. pro Cluentio.
Leniter aut minaciter tentare, Vide LENIS.
Leuiter aliquid tentare. Quint. lib. 3. cap. 4.
Lacessere bello & tentare nationes aliquas. Cicero pro lege Manilia.
Omnia tentare. Cic. Att. lib. 12. 241, Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquiescam.
Patientiam alicuius tentare. Cic. 2. de l. Agrar.
Precibus tentare aliquem. Ouid. 2. Amor. eleg. 3.
Prudentiam cuiuspiam tentare. Cic. 1. Tuscul.
Scientiam alicuius tentare. Cic. 1. de Diuin. Cuius quum tentaret scientiam augur: atus, dixit ei, cogitare se quiddam, id posséne fieri consuluit.
Spem certaminis tentare. Liu. 2. bel. Maced.
Studium inutile tentare. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Vires alicuius tentare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Via tentanda est. Virg. 3 Georg.
¶ Tentari morbo, Dolore, affligi morbo. Cic. 4. Tusc. Illud animorum, corporúmque dissimile est, quòd animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.
Renes morbo tentantur acuto. Horat. 1 epist. 6.
Dolore tentante læditur caput aut oculus. Lucret. lib 3.
Amore tentari. Ouid 1. Amor. eleg 2.
Scabies tentatoues. Virg 3. Georg.
Tentare pedes dicitur via pro vino, quum ita ebrios bibentes reddit, vt pedibus vacillent. Virg. 2. Georgicon,
-tenuisque lagæos
Tentatura pedes olim, vincturáque linguam.
Pabula tentant graues fœtas. Virg. eclog. 1.
Tentare caput dicitur vinum, hoc est perturbare. Plin. lib. 23. ca. 1.
Tentare, cum infinitiuo. Vlpian. in l. Si non mortis. D. de inoffic. test. Si quis rescindere testamentum tentet.
¶ Tentare pro Captare. Quintil. lib. 6. cap. 4, Diuus Augustus quí ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen fori sui euentum dixisset, Imperator torquem dona: Malo te, inquit, cinica donare.
¶ Tentare, pro Inuadere, infesto animo petere & aggredi. Cicer. pro Rab. perduel. reo, Ideireo in his rebus euertendis vnius hominis senectus, infirmitas, solitudóque tentata est.

Tentatus, pen. prod. Particip. {πειρασθείς} Ouid. 1. de Arte,
Opprime tentatam, nec nisi victor abi.

Tentatio, tentationis {πειρασμὸς} Verbale. Liu. 4. ab Vrbe, Ægrè Hortensius pati, tentationem eam eredens esse perfeuerantiæ suæ, &c.
Tentationes morbi. Cic. Att. lib. 10. epist. penult. Vide Commotiuncula, in COMMOVEO.

Tentator, pen. prod. Verb. {πειρατής.} Horat. 3. Carm. ode 4,
-notus & integræ
Tentator Orion Dianæ.

Tentabundus, Adiectiuum {πειράζων.} Liu. 1. bel. Pun. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, vt ægrè expeditus miles tentabundus, manibúsque retinens virgulta ac stirpes circà eminentes demittere sese posset. Id est tentans.

Tentamen, pen. prod. tentaminis, pen. corr. Ouid. lib. 3. Metam. in fabula Tiresiæ,
Prima fidem, vocísque datæ tentamina sumpsit
Cærula Lyriope. Tentamina, id est experimenta.

Tentamentum, tentamenti {πειρατήριον} Idem quod Tentatio. Virg. 8. Æneid.
-nec prima per artem
Tentamen tui pepigi. Hoc est, Cum nullo antè pactus sum vt te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem: sed intrepidum me tibi commisi. Seruius. Ouid. 7. Metam.
-meditatáque penè reliqui
Tentamenta fide. Fide, pró fidi. Ib. dem, lib. 15,
Tentamenta mortalia.

Tentipellium, tentipellij, Genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur, vt ex Ariotij sententia tradit Festus. Alij putant medicamentum esse quo rugæ abiguntur, cutísque extenditur. Titinnius apud Festum, Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Festum.

Tentorium, Vide TENDO.

TENTYRA, pen. corr. tentyrorum, plur. nu. n. g. {τεντυρὶς} Ciuitas inferioris Ægypti: vnde & Præfectura Tentyritica vel, vt Plin. ait, lib. 8 cap 2, Insula à Nilo circundara, in qua habitant homines qui crocodilos non timent. Iuuen. satyr. 15,
Qui vicina colunt vmbrosæ Tentyra palmæ

Tentyritæ, pen. prod. populi, de quibus Plin. lib. 8. cap. 2, Strabo quoque lib. 17. Quum, inquit, crocodili Romam allati essent, vt viderentur, Tentyritæ eos sequebantur: facta est ab illis piscina quædam, & foramen in vno latere, vt ex aqua in apricum egredi possent. Tentyritæ aderant, qui eos interdum rete educebant ad solem, vt à spectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rursum eos in piscinam retrahebant. Plin. lib. 28. cap. 3, In insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Vbi legendum putauerim Tentyris, vt sit sensus, Qui nascuntur in Tentyris insula Nili, &c. Hoc est Tentyritæ tanto sunt crocodilis terrori, &c. Loquitur enim Plinius de remediis ex homine.

Tenuis, & hoc tenue {λεπτὸς, πρᾶος, ἀδινὸς, ψιλὸς, ἀκριβὴς} à Teneo fieri videtur: quòd quæ tenuia sunt, facilè teneantur. significat autem paruum & exiguum. Colum. lib. 2, Quo tenue linum prouenit. Plin. lib. 12. cap. 14, Tenuissimus cortex. Plautus Rud. 30,
Ita quanti magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. Variis substantiuis iungitur.
Acies tenuis, Vide ACIES.
Acus tenuis, Vide ACVS.
Aër tenuis. Virgil. 4. Georg.

Aër

Aër purus & tenuis, Crassus & concretus, contraria. Cicero 2. de Natur. deorum.
Aqua tenuis, Modica. Liu. 1. ab Vrbe.
Argilla tenuis, Sine humore. Virg. 2. Georg.
Respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. Cic. 1. de Orat.
Auræ tenues. Virg 4. Georg.
Aurum tenue. Virg. 4. Æneid.
Authóritas tenuis, persona lenis. Cic 2. de l. Agraria.
Cœlum tenue, cui Crassum opponitur: hoc est, æris temperies tenuior & delicatior. Cic. de Fato, Athenis tenue cœlum, ex quo etiam acutiores putántur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani, & valentes.
Census tenuis. Horat. 1. epist. 7.
Cultu tenuissimo viuere, Parcissimo. Cic. pro Flacco, Hæc enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus fuit: vt quum in priuatis rebus, fuísque sumptibus minimo contenti tenuissimo cultu viuerent.
Damnum tenue. Claud. de bell. Get.
Discrimen tenue, Parum. Plin. lib. 8. cap. 33.
Distinctio tenuis & acuta. Cic. 4. Acad.
Dubitatio tenuissima, Minima. Cic. 4. Verr. Vndecies numeratum esse, vt eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret.
Fila tenuia aranei. Lucret. lib. 3.
Gloria non tenuis. Virg. 4. Georg.
Homo tenuis, cui Locuples opponitur. Cic. 4. Ver. Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant.
Imago tenuis. Lucret. lib 4.
Loco tenui ortus, Humili. Liu. 2. ab Vrbe.
Mensa tenuis. Horat. 2. Carm. ode 16.
Opes tenues. Cic. pro Quintio, P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates exiguæ amicorum copiæ sunt.
Oppidum tenue. Cic. 4. Verr. Bidis oppidum est, tenue sanè, non longe à Syracusis.
Oratio tenuis, & scriptura leuis: Stylo parum sublimi scripta. Terent. in Prolog. Phorm.
Pecunia mediocris & tenuis. Cic. in Hortensio, Eundem non modò mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Nonius.
Pluuia tenuis. Virg. 1. Georg.
Præda tenuis. Cæsar 6 bell. Gall.
Remedium tenue. Plin. lib. 2. cap. 48.
Sermo tenuis. Horat. 2. Serm. Saty. 4.
Disputare sermone tenui & exiguo. Cic. 1. de Orat.
Sonus tenuis. Ouid. 14. Metam.
Spes inanis & tenuis. Cic. pro Rosc. Comœdo, Recitabimus. erras, inani & tenui spe te confolaris.
Suspicio tenuis. Cic. pro Cecin. Quòd si vi pulsos dicimus exercitus esse eos qui metu ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt.
Tellus tenuis. Ouid. epist. 4.
Testis obscurus & tenuis. Cic. in Partit.
Textura tenuis. Lucret. lib. 3.
Tenuia vellera. Virgil 1. Georgicorum,
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Ventus tenuis. Virg. 3. Æneid.
Vestes tenues. Ouid. 5. Metam.
Vestigium tenue. Plin. lib. 3. cap. 4. Magnæ quondam vrbis tenue vestigium.
Victus tenuis, cui Copiosus opponitur. Cic. 3. Tuscul. Idem 2. de Finib. Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum.
Vinum tenue. Ouid. 1. de Arte.
Tenuis viribus, Imbecilla. Plin. lib. 12. cap. 16.
¶ Tenuior & Tenuissimus. Cic. 3. de Legib. Inuentum est temperamentum quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. Hoc est pauperiores.
Tenuissima membrana. Cic. 2. de Nat. deor.
In minimis tenuissimísque rebus labi. Cic. 1. de Orat.
Reliquere alicui tenuissimum patrimonium. Author ad Herennium, lib 4.
Stamina tenuissima. Ouid. 4. Metam.
Toga tenuissima filo. Ouid 3. de Arte.
Tenuior. In versu hexametro. Stat. 1. Sylu. 4,
Sperne coli tenuiore lyra, vaga cingitur attris, &c. Eliditur vocalis u:
Fluit tenuis. Quintil lib 2. cap. 1, Nam tenuis à fonte, assumptis poëtarum historicorúmque viribus pleno iam satis alueo fluit.
¶ In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Nomina læua sinunt, audísque vocatus Apollo. Virgil. 4. Georgic.
Comparatio est laboris, quòd magnam dat gloriam si fuerit materia ex illis ornata. Seruius.
¶ Tenuis, pro modico & raro. Horat. in Arte,
In verbis etiam tenuis, cautúsque serendis.

Tenuiculus, penultima correp. Adiectiuum diminutiuum {ὑπόψιλος.} Cic. Parto, libro 9. 19, Tenuiculo apparatu significans Balbum fuisse contentum.

Tenuitas, pen. corr. tenuitatis, fœm. gen. {λεπτότης.} Plin. lib. 8. cap 33, Cauda prælonga in tenuitatem definens, & implicans se viperinis orbibus. De chamæleonte.
Tenuitas fugit aciem. Cic. 1. Tuscul. Vt si iam possent in homine vno cerni omnia, quæ nunc recta sunt, casúrúsue in conspectum videatur animus, aut tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem.
Quosdam valetudo, modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. Cic. de Claris Orat.
¶ Tenuitas, Paupertas. Cic. ad Titonem, lib. 16. 21, Vt possum, ex meis angustiis, illius sustento tenuitatem.
Ærarij tenuitas. Cic. 2. Offic. Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémque bellorum, tributum sit conferendum.
Hubertas & Tenuitas frugum, contraria. Cic. 2. de Diuin.
Verborum tenuitas, Humilitas, simplicitas. Cic. 3. de Finib. Propter limatam quandam & rerum & verborum tenuitatem.

Tenuiter, pen. corr. Aduerbium {λεπτῶς} Tenuis, tenuissimè. Cic. 4. Verr. Iamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor.
Tenuiter æstimare. Cic. 6. Verr. Iussit Timarchidem æstimare argentum, quo modo? quo qui vnquam tenuissimè in donatione histrionum æstimauit.
Philosophorum mos tenuiter disserendi. Cic. in Orat.
Respondere tenuiter & nugatorié. Author ad Heren. lib. 4.
Tenuius. Cic. 1. de Inuent. Hi & cæteri omnes loci communes, ex iisdem præceptis sumuntur, quibus cæteræ argumentationes: sed illæ tenuius, & acutius, & subtilius tractantur: hi autem grauius, & ornatius, &c.

Tenuo, tenuas {λεπτύνω} tenuare, Tenuem, subtilem, macrum, debilem facere, siue minuere. Virg. 3 Georgicorum,
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes,
Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Carmen tenuare. Propert. lib 3. eleg 1,
Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro. Hoc est, tenue & grãcile carmen concinnastis. Alluſio est ad stylum tenuem & exilem characterem.
Curæ tenuant corpus. Ouid. 3. Metam.
Silices tenuantur ab vsu. Ouid. 3. de Arte.
Vomer tenuatur ab vsu. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.
Macie vultum tenuare. Propert. lib 4. eleg 3.

Tenuatus, pen. prod, Particip. {λεπτυνθείς.} Vt Corpus tenuatum recreare. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Vox tenuata. Ouid. 2. Metam.

TENUS, huius tenus, masc. gen. {ταῆνος} Laqueus, à tendicula seu tendendo dictus, author Nonio. Plaut. Bacch. 17,
Pendebit hodie pulchrè, ita intendi tenus. Seruius in sextum Virgilij, dici putat extremas partes arcus: vnde tractum sit Hactenus, id est hucusque, quasi vsque ad finem.

Tenus {μέχρι} Præpositio, significat propinquitatem, & quod dicimus, Vsque ad. Nam quod propinquum est, quasi tenere videtur id cui est propinquum. Quidam à tendendo, quòd hæc præpositio extensionem quandam significare videatur. Ablatiuo deseruit, sempérque in singulari postponitur ablatiuo, vt Hactenus, eatenus, quatenus, verbo tenus, ore tenus, capulo tenus. Virg. 3. Æneidos,
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus. Idem 6. Æneidos,
Hæc Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Lateri capulo tenus abdidit ensem. Virg. 2. Æneid.
Et loca conuulsit cauda tenus infera piscis Cic. in Arato,
Collo tenus supereminet omnes. Ouid. 3. Metam.
Corporum tenus. Plin. lib. 34. cap. 8, Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosiór in arte quàm Polycletus, & symmetria diligentior, & ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoque & pubem non emendatius fecisse, quàm rudis antiquitas instituisset.
Craterâque tenus lucet mortalibus Hydra. Cic. in Arato.
Credito tenus, Paulus de furtis, l. Creditoris. Vt cui pignus surreptum est, non credito tenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest.
Ianua ad limine tenus domum claudit. Tacit. lib. 17.
Muro tenus omnes ferè vrbes finiuntur. Paulus in l. Nam quod. §. vlt D De penu legata.
Ore tenus. Tacit. lib. 1. Id est vsque ad os.
Porta tenus. Tacit. lib. 3.
Solo tenus. Colum. lib. 4. cap. 11, Omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, vt è duro pullularet.
Talo tenus vestigia tingit. Ouid. 4 Metam.
Antiochus à Scipione deuictus Tauro tenus regnare iussus est. Cic. pro Deiotaro.
Titulo tenus. Tranquil. in Claud. cap. 25.
Veteres verbo tenus acutè illi quidem, sed non ad hunc vsum, &c. Cic 3. de Legib.
Verbo tenus. Vlp. in l. 1. § 2. D. Quod quisque iuris, &c. Hęc autem verba, &c. cum effectu accipimus, non verbo tenus.
Viuo tenus. Colum. lib. 4. cap. 24.
Vmbilico tenus Liu. 6. bel. Pun.
¶ Accusatiuo aliquando iungitur. Flaccus in Argon. lib. 1,
Et Tanaim tenus, immenso descendit ab Euro.
¶ In plurali ponitur cum genitiuo, & etiam cum ablatiuo. Virgil. 3. Georgicorum,
Et crurum tenus à mento palearia pendent. Seruius, Tenus dicit esse aduerbium. Celsus lib. 1. cap. 2, Demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.
Labrorum tenus. Lucret. lib. 1.
Corporum tenus. Plin. lib. 34. cap 8.
Tenus prodire dixit Horat. 1. epist. 1,
Est quodam prodire tenus, si non datur vltra. Id est aliquousque, vsque ad quiddam.

TEOS {τέως} Ioniæ ciuitas, Anacreontis poëtæ patria Straboni lib. 14. Vide TEIVM.
Teos alia in Scythia, ad quam palus est piscibus referta, è quibus per serenum, oleum manat in summa aqua, tanta copia, vt colligi in vasa possit, vsibus aptum. Stephanus.

Tepeo, tepes, Vide TEPIDVS.

Tephria, Genus marmoris. Interpretari potest cineritius, τέφρα enim, cinis dicitur Latinè. Plin. lib 36. cap. 7. Laudatur præcipuè ex

his,quem tephriam appellant à colore cineris.

Tepidus,repida,tepidum, pen.corr. {χλιαρὸς,χλιερὸς} Medium inter calidum & frigidum,nempe quod frigido & calido temperatum est. Plin.lib.12.cap.25,Præterea synceri densantur in tepida aqua.

Tepidæ & egelidæ aquæ. Plin.libro 31.cap.2, Alibi tepidæ egelidæque auxilia morborum conferentes.

Tepidum lac,Statim mulctum.Virg 3.Æneid. Seruius.

Dies tepidus.Ouid,epist 4.

Tepidior tempestas.Varr 3.de Re rust.cap.10.

Tepidus fulgor.Plinius lib.9 cap.31.

¶Tepidus,pro Calido aliquando ponitur.Lucretius,

Tepidíque caminis. Martial.lib.1,

Circunfert tepidis coctus popinis.

Ignes tepidi.Ouid 2.Amor.eleg.19.

Sol tepidus.Virg 1.Georg.

¶Tepidus vapor.Lucret.lib 2.

¶Tepidus,Frigidus,præsertim quando transfertur ad hominem. Plautus,

Hic homo factus est tepidior, Id est frigidior,segnior,

Mens tepida.Ouid.2.de Arte,2.89,

Fac timeat de te,tepidámque recalfacе mentē. Idem 2.de Remed.

¶Tepidus,Inutilis,siue nocuus.Virg.1.Georgicorum,

Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Seruius.

Tepido,tepidas,penult.corr. {χλιαίνω} tepidare. Plin.lib.17.cap.26,In eodem agro Bruma, tanto magis si niues iaceant gelétve , ne frigus vites aduiat,circunfundunt riguis , quod ibi tepidare vocant , memorabili natura in arnne solo.

Tepidarium, tepidarij,Idem quod Balneum. Paulus in l. Fistulam, D. Deseruit.vrb præd.Sed Neratius ait:Si talis sit vsus tepidarij,vt assiduum humorem habeat,& ideò noceat vicino , posse eum prohiberi.Vitruuius lib.5.cap.10. tepidarium accipit pro cella balneorum: Ilta (inquit) caldaria tepidariáque lumen habeant ab occidente hyberno Paulò tamē post pro vsse.Athenæ(inquit) supra hypocaustum tria sunt componenda:vnum caldarium,alterum tepidarium, tertiū frigidarium:& ita collocanda , vtiex tepidario in caldarium , quantum aquæ caldæ exierit,influat: de frigidario in tepidarium ad eundem modum.Vide Caldarium,in CALOR.

Tepeo,tepes,tepui {χλιαίνομαι} tepere , Tepidum esse. Cato de Re rust.cap.69. Leuibus lignis facito caleseat : vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito.

Aqua tepet.Ouid 3.de Ponto,eleg.4.

Aura tepet.Ouid 3. Trist.eleg.10.

Tepet igne maligno focus,Hoc est lignis magno empris.Martia. libro 10

Tepens,Participium {χλιαίνων} vt Auræ tepentes Zephyri.Virgil. 2.Georg.

Buxi tepentes.Martial.lib.3.

Cineres tepentes.Stat.3.Sylu.3.

Locu, tepens Colum.lib.1.cap.4.

Sol tepens Ouid.3.Fast.

Ver tepens.Ouid 3 de Arte.

Tepefacio,tepefacis,pen.corr.tepefeci,pen.prod tepefactum {χλιαίνω, ἀλεαίνω} tepefacere Cic.2.de Nat.deor.Is eius tactus est,non vt tepefaciat solùm,sed etiam sæpe comburat.

Ferrum tepefecit in iugulo matris.Horat.2.Serm.saty.3.

Frigoribus adiectis durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus,& tabescit calore.Cic.2.de Nat.deor.

Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit. Cic. de Senect.

Terra tepefacta cruore.Virg 9.Æneid.

Tepefco,tepescis,tepui {χλιαίνομαι} tepescere,Tepidum fieri. Cic.2. de Nat.deor.Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, vt intelligi facilè possit in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. Virgil 9.Æneid.

Mentes tepescunt.Lucan lib.4.

Tepor,teporis,masc.g. {ἀλεο,χλιαστος,χλιερότης} Ipsa (vt ita dicam) tepiditas. Cic.2.de Natur.deor. Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor,&c. Idem de Senect. Vua maturata dulcescit, vestitáque pāmpinis nec modico tepore caret,& nimios solis defendit ardores.

Egelidi tepores.Catul.ad seipsum 43.

Tepore humido & lento nascuntur eruceæ.Plin.lib.17.cap.24.

Lenis tepor.Ouid.1.Metam.

Lentus tepor,Vide LENTVS.

Teporatus,pen.prod.Adiectiuum {χλιαυθὶς} Tepidus factus. Plin.lib. 36.cap.26,Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus affundi non queunt, præterquam abrupta sibimet.

Ter, Aduerbium numerale {τρὶς,τρὶς.} Virg.2.Æneidos,

Ter conatus erat collo dare brachia circum,

Ter frustra comprensa manus effugit imago. Ibidem lib.6.

Ter Consul Plin.lib.19.cap.1.

Ter amplus Geryones.Horat.2.Carm.ode 14.

Ter fœnix.Ouid.8.Metam.

Ter tanto peior ipsa est,quàm illam tu esse vis.Plaut.Persa,4.

Ter quatuor.Cic.1.de Diuinat.

Cædunt de cælo ter quatuor corpora sancta. Ex poeta.

Ter & quater.Horat.1.Carm.ode 31.

Terque quaterque beati.Virg 1.Æneid. Idem 4.Æneid.

Ter & vicies.Plin.lib.7.cap.28.

Ter ternus.Varro 2.de Re rust.cap.1,Ea parte habet nouem disere tas ter ternas.De pecunia.

Ter in anno,Cic.pro Rosc.Amer. Aptam & ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis aut in Brutiis habent vnde vix ter in anno audire nuncium possunt.

Tercentum {τριακόσιοι.} Virg.8.Æneidos,

Maxima tercentum totam delubra per vrbem

Lætitia,ludíque viæ,plausúque fremebant.

Tercenteni,pen.prod.Plurale tantùm,Adiect. {τριακόσιοι} Mart.lib.2

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

Terdeni,pen prod.Plurale,Adiect. {τριακοντάδες.} Virg.8.Æneidos,

Ex quo terden s vrbem redeuntibus annis,&c. Martial.lib.8,

Quid numerem currus,terdenáque præmia palmæ.

Trecenti,treceni,& tredeni,Vide suo loco.

Tergeminus,pen.corr.Adiect. {τριπλᾶς.} Liu.6.ab Vrbe, Modò tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & Æquis & ex Hetruria egistis. Ouid 4 Trist.eleg.6,

Tergeminúmque virum,tergeminúmque canem.

Ignis tergeminus Iouis,Fulmen trisulcum.Stat.1.Sylu.1.

Proles tergemina,Tres filii.Stat.4.Sylu.8.

¶Tergeminus,pro Maximo & amplissimo,vt

-tergemini honores apud Horatium , cùm populus ingentem tollit plausum,aliquem honorans. Et in hac notione læpe hoc verbum à poetis tritum animaduerti.Martialis,

-tergeminum mugiat ore sophos, Id est maxima voce fucelamet sophos. Tibullus,

Illum tergeminæ nantem confinia mortis. Id est ingentis & multiplicis. Hinc adeò id factum est, quòd quæ tergemina sunt,eadem ampla & magna sunt.Turneb.

Tergeminus in scelere. Cic.11 Philipp. de Antonio & Dolabella, Ecce tergeminum in scelere par,inusitatum,inauditum,ferum,barbarum.Id est trisceleratum. Sic Budæus. Vetus exemplar legit, tibi geminum.

¶Tergemini,penul.corr.dicuntur tres qui ex vno vtero, vno die editi sunt.Plaut.Mil.10. Plin.lib.7.cap.3, Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curiatiorúmque exemplo. Liu.1.ab Vibe, Tergemini fratres.Vetus codex habet trigemini.

Ternus {τρίτος} vel potius Terni,pluraliter, Adiect. Cic.ad Pætum, lib.9.12,Quum loquimur terni,nihil flagitij dicimus : at quum bini obtcœnum est. Cic.4.Verr.Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur. Sic 5.Verr. Virg.5.Æneidos,

-terno consurgunt ordine remi. Horat.2.Serm.saty.4,

Immane est vitium,dare millia terna macello.

Terni deni.Plin.lib.18.cap.26.

Ternarius,Adiectiuum {τριτάδες.} Columel.lib.11.cap.2.

Ternarij scrobes,Vide SCROBS.

Tertius, Adiectiuum {τρίτος} Qui post secundum est.Plinius epist.92. lib.4, Tertius dies est quòd audiui recitantem Sentium augurinum cum summa mea voloptate. Virg.3.Æneidos,

Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

Tertio quoque die.Cic.2.Tusculana,

Iam tertio me quoque funesto die

Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus. Ex poeta.

Tertio quoque verbo.Cic pro Rab.Posth.Modò vobis inspectantibus in iudicio Gabinij tertio quoque verbo excitabatur.

Tertius in pretio.vel authoritate, Vide AVTHORITAS tributorum.Plaut.Pœnulo 4,

Salue in pretio tertia.

Tertio loco , Tertia dignitate. Plin.lib.12. cap.12, In nostro orbe proximè laudatur nardum Syriacum , mox Gallicum , tertio loco Creticum.

Tertium locum Milesiæ oues obtinent.Plin.lib.8.cap.48.

Nihil esse tertium.Cic.Pæto lib.9 22.

Sed si res coget,est quiddam tertium.Cic.Lentulo lib.1.5.

Tertiæ notæ herbæ, Tertio loco adscribendæ , vel tertiam dignitatem post alias sortitæ.caue autem putes tertiæ facultatis. Colum. lib.9.cap.4.

Tertianus,penul.prod.Adiectiuum {τριταῖος} vt Tertiana febris, quæ tertio quoque die nouam accessionem facit. Cic 3.de Nat.deor.Vide quæso si omnis morus , omniáque quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus , ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit.

¶Tertiana quoque absolutè,idem significat:quod & pluraliter etiam frequentius legitur. Plin.lib.20.cap.20, Seminis gtana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante accessionem.

Tertiani,tertianorum {τριταῖοι.} Tacit.lib.21,Tradidit & Syria duo & vicesimanos,tertianósque.Hoc est,tertiæ cohortis milites.

Tertiò,Aduerbium {τρίτον.} Terent.Eunuch 3 3,

Non hercle veniam tertiò. Colum.lib 3.cap.13.

Tertiùm,Aduerb. {τρίτον} vt Tertiùm Consul.Liu.3.ab Vrbe.

Iterùm ac tertiùm iacere. Cic.2.de Diuinat. Quid est tam incertum quam talorum iactus?tamen nemo est quin sæpe iactans Venereum iaciat aliquando,nonnunquam etiam iterum ac tertiùm.

Tertio tertias {τετάρτων} tertiare, Tertiò facere : vt Terram vel solum tertiare dicimus, quum tertiò aratur & colitur. Colum.lib.2.cap.4, Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur. nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur , tertiatur dodrante, in litam statim redigitur quadrante operæ. Idem lib.2.cap.13. & cap.4, Iteratos esse oportebit,ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos.

Tertiatio,Verbale {τριτώσεως.} Columel.lib.12.cap.50,Nam plurimum refertnon miscere iterationem,multóque minus tertiationem cum prima pressura. De tribus oliuarum pressuris loquitur , iterationem vocans secundam pressuram , siue oleum secundæ pressuræ , tertiationem verò tertiam pressuram.

¶Tertiata verba {ὑπερμεμφῶς} Appellantur imperfecta,lapsantia , & cum pauore nutabunda: quando quis exanimatus non profert verba integra,sed vix tertia quęque enuntiat,mediis ex perturbatione suppressis.Apuleius lib.5,Tremens & exangui colore,lutida,tertiata verba substrepens,sic ad illas ait.

Tertiarius,Adiectiuum {τεσσαρεσκαιδεκατος.} Plin.lib 34. cap.17, Idem & tertiarium vocant, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia albi. De stanno.

Tertiarius,Actor tertiarum partium, Vide SECVNDARIVS. Expressit Cicero

Cicero in Diuinat.quum scribit, Vt in actoribus Græcis fieri videmus,sæpe illum qui secundarum,aut tertiarum partium.cùm possit aliquantò clarius dicere,quàm ipse primarum,multum summittere vt ille princeps quam maximè excellat.Ex Turnebo.

Tertiarium {τεσσαρεσκαιδεκατος} Ponderis genus satis notum , cui correspondet quartarium. Cato cap.95. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulfuris quartarium. Hoc est tertiam vel quartam partem vnciæ.

TERAPNAE, multitudinis numero {τεραφναι} vel Terapne, terapnes, vrbs Laconiæ in finibus Thebanis,Helenæ patria.Mela.lib.2.

Animosa Terapne.Silius lib.6.

Vmbrosæ Terapnæ.Stat.4.Sylu.8.

Terapnæus, possessiuum {τεραπναῖος.} Ouid.epist.15,

Rure Terapnæo nata puella Phrygem. Stat.2.Sylu 2,

Blanda Terapnæi placeant vineta Galesi.

Teratius,Vide TARCHETIVS.

Terebellum,terebelli,Vide TEREBRA.

TEREBINTHVS, terebinthi {τέρμινθος} &Terebynthus , cum ypsilo, fœ.gen.authore Marcello in Dioscoridem,grani viridis arbor apud posteriores fuit,cui factum nomen ab eo eius genere , quòd fructus suos in viridi pallidos ferr , quod Theophrastus χλωρὸν dixit , quasi herbaceum. Plin.lib.13. cap 6, Syria & terebinthum habet. Ex his mascula est sine fructu: Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine , alteri pallidus. Cum vite maturescit non grandior faba, odore iucundior , tactu resinosus circa Idam Troadis,&c. Virg 10.Æneidos,

Inclusum buxo aut Oricia terebintho. Ex Terebintho autem distillat terebinthina resina omnibus notissima in quotidiano medicinæ vsu.

Terebinthinus,pen.corr.Adiectiuum,vt

Terebinthina resina. Plinius libro 23. cap.8. Columel. libro 12. capite 20.

Terebra,terebræ, penul.corr. {τρύπανον,τέρετρον} Instrumentum quo ligna perforantur,A tero.Columel.lib.4 cap.29, Nam antiqua terebra,quam solam veteres agricolæ nouerant,scobem faciebat,perubrabatque eam partem quam perforauerat.

Terebra agere aliquid.Celsus lib.8.cap.3.

Terebro, terebras, pen.corr. {τυπάω} terebrare, Terebra perforare. Virgil.2. Æneidos,

Aut terebrare cauas vteri,& tentare latebras. Colum.lib.5. cap.9,

Eas terebrari Gallica terebra conuenit.

Buxum terebratum per rara foramina.Ouid.6 Fast.

¶Terebrare,per transtationem dixit Piaut.Bacch.23,

Hanc veniam illis te exorem sine.N.vt terebrat?

Terebratio,terebrationis, Verbale {τύμπανον.} Colum.lib.4. cap.29,In illa autem quæ fit per terebrationem,&c.

Terebratus,huius terebratus,pen.prod. Aliud verbale.Scribonius Largus 206. De industria à medicis cum terebratu exciditur quod lædit eam os.

Teredo,pen.prod.teredinis,pen.corr.fœm.gen. {τερηδὼν} Vermis in ligno nascens. A terendo dictus,vel à sono,Græcè τερηδὼν. Eadem & tinea dicitur. Sunt tamen qui distinguant , vt teredines dicantur in mari, hoc est in nauibus : tineæ, terrestres sint. Plin.libro 16.cap.41. Infestantium quatuor genera.Teredines. capite ad portionem grauissimo rodunt dentibus. Hæ tantùm in mari sentiuntur , nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas vocant. Columella libro 4. capite 24, Nam & teredinem formicámque prohibet.

Teredo proverme vestes terente , & erodente. Plin.lib.8.cap.48. de prætextis Ser. Tullij,Mirúmque fuit nec defuxisse eas,nec teredinum iniurias sensisse annis DLX.

TERENTIA {τερέντια} Ciceronis vxor , ex ipsius epistolis notissima. Hæc,vt author est Plinius lib.7.cap.48.centum decem & septem vixit annos.

TERENTIVS {τερέντιος} poeta Carthagine natus , libertus Romæ Terentij Lucani fuit : captum fuisse negant. Quum esset egregia indole à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium,maximè Lælij & Scipionis : quorum opera adiutus in scribendo fertur ob elegantiam sermonis,teste Cicerone Attico, lib.7.123. cui adstipulatur etiam Varro , Non obscura fama est,inquit,adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit : non enim nisi leuiter se tutari conatur in prologo Adelphorum,

Nam quòd isti dicunt malcuoli,homines nobiles

Eum adiuuare,assiduéque vnà scribere,&c. Pluribus Donatus huius vitam scripsit.Horat.2.epist.1,

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte. Terētius Scaurus, grammaticus, quem Gellius dicit florutisse Adriani temporibus , ac librum de Cæsellij Vindicis grammatici erroribus scripsisse. Terentius Culeo, Senator Romanus, captus à Carthaginiensibus, redemptus ab Africano maiore,ac currum eius cum pileo capiti impositio secutus:cuius meminit Liu.lib.10.de bello Punico.Hinc natus error apud indoctos , Terentium comicum putantes. Terentius Varro, collega Pauli Æmilij post cladem Cannensem cum reliquiis exercitus,Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus,quòd de Repub.non desperasset.

Terentianus,pen.prod. {τερεντιανὸς} Adiect.à Terentio. Quintil.lib.6. cap.3, Nec minus niger,inquit, nec minus confidens,quàm ille Terentianus est Phormio.

Terentus {τέρεντος} Locus in campo Martio , quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur.Erat hic locus Diti & Proserpinæ sacer, in quo omnium qui nascerentur aut morerentur, nomina scribi solebant,quoties eiutas lustrabatur.Martialis lib.10,

Bis mea Romano spectata est vita Terento,&c.

Romuleus Terentus.Martial.lib.4.

Terentinus, penul.prod.Adiectiuum {τερεντῖνος} Vnde ludi Terentini, qui & Scenulares vocātur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis tribúsque noctibus celebrabantur.Ausonius in Ternacio,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo, vide Politianum cap. 38 Miscellaneorum , Censorinum capite 6 Diuum Augustorum de Ciuitate Dei lib.3.cap.18. Valerium Maximum lib.2.cap.1.De quo dam Valesio.

Terentina tribus,Vide TRIBVS.

Teres,teretis, pen.corr om.gen. Dicitur quicquid rotundum, & oblongum,acutam extremitatem non habet.Virg. 8.ecloga,

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Liu.1.bel Pun. Falarica erat Saguntinis,missile telum hastili oblongo,& cætera tereti, præterquam ad extremum,vnde ferrum extabat.

Aures teretes & religiosæ.Cic.in Orat.

Habere aures teretes intelligénsque iudicium.Cicero de Opt.ge. Oratori.Si teretes aures habēt,intelligénsque iudicium,&c. Hoc est vt nonnulli exponunt , perfectissimas , quoniam rotunda figura est perfectissima & capacissima.

Ceruix teres.Cic 2.de Nat.deorum,

Obstipum caput,& tereti ceruice reflexum. Ex poeta.

Collum teres.Ouid.10. Metam.

Digiti teretes.Ouid.1.de Arte.

Gemma teres.Virg 5 Æneid.

Lapilli teretes.Ouid.10.Metam.

Malum teres,Ouid.ad Pisonem.

Oratio teres. Cic.3.de Orat. Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiris , est plena quædam , & tamen teres & tenuis & non sine neruis ac viribus.

Plagæ teretes, Tereti fune factæ, inquit Acron. Horatius 1. Carmin.ode 1.

Puer teres. Horat.Epod. 11. Porphyrion interpretatur recta crura aut brachia habentem,Aeron gracilem,Badius procerum.

Structura teres.Plin.lib.11.cap.37.

Suræ teretes.Ouid.11.Metam.

Totus teres atque rotundus in seipso.Horat.2.Serm.saty.7.Id est æqualis & constans in se.Teretes dicuntur qui ab alio non quærunt quid faciendum sit,sed ipsi per se inueniunt.Hæc Acron. Tale est illud Virgilij de viro bono,

-mundi instar habens,teres atque rotundus.

TEREVS {τηρεύς} rex Thracum fuit, qui quum Pandionis regis Athenarum filiam Progne nomine duxisset vxorem , & post aliquātum tempus ab ea regaretur, vt sibi Philomelam sororem videndam acceerseret : profectus Athenas dum adducit puellam , eam vitiauit in itinere, & ei linguam ne facinus indicaret.abscidit. Ilta tamen rem in veste suo cruore descriptam misit sorori : qua re cognita Progne Itym filium interemit, & patri epulandum apposuit. Postea omnes in aues mutati sunt. Tereus in vpupam, Itys in phasianum , Progne in hirundinem.Philomela in lusciniam.Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij 6.eclogæ,

Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?&c. Hanc fabulam multis versibus describit Ouid.6.Metam.

Tergemini, Vide TER.

TERGESTVM, Istriæ colonia {τέργεστον.} Ptolemæo lib.3.cap.1. Vulgò *Trieste.*

Tergiuersor,Vide TERGVM.

Tergo,tergis,tersi,tersum {σμήχω, κνησμήχω, μύττω, ἐκμύττω, περιμύττω} tergere:vel Tergeo,terges,tersi, tersum, & secundum antiquos tertum,tergere,Mundare,nitidum facere. Iuuen.saty.14,

-vasa aspera tergeat alter. Plautus,

Ornantur, lauantur, tergentur, poluuntur. Cic.in Parad. Vt in familia qui tractant ista , qui tergunt, qui vngunt , qui verrunt, qui spargunt , non honestissimum locum seruitutis tenent. Ouidius 2. Metamorphoseos,

-vt tersis niteant talaria plantis.

Lumina tersit manu.Ouid.13 Metam.

Tergere fossas veteres , pro Purgare. Cato cap.2. Per feriας verò fossas veteres tergeri,vtam publicam muniri,vepres recidi.

Tergoro,tergoras.Vide TERGVS.

Tergum,tergi,Dorsum {νῶτον.} Plaut.Amph.4,

Sic tergum cicatricosum,nihil hoc simili est similius. Virgilius 2. Æneidos,

-iuuenem manibus post terga reuinctum. Cic.1.de Natu.deor. Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite,collo,cruribus,lateribus,aluo,tergo,poplitibus.

Boum terga , non sunt ad onus accipiendum figurata. Cicer.1.de Natura deorum.

Horrentia terga suum.Virg 1.Æneid.

Immane tergum leonis.Virg 5.Æneid.

Ingentia terga boum.Virg.5.Æneid.

Lubrica terga, Vide LVBRICVS.

Ostreatum tergum,Vide OSTREA.

Recurtum tergum Delphinis.Ouid,2.Fast.

Sessile tergum.Ouid.12.Metam.

Summum tergum.Ouid.2.Metam.

Cædere terga.Catul.de Berecyn.58.

Considere tergo tauri.Ouid.3 Metam.

Terram continere tergo, Supinum iacere in terra. Virgilius 12. Æneidos,

Conuertere terga,Vide CONVERTO.

Squamea terga conuoluens anguis.Virg.3.Georg.

Lubrica terga conuoluit coluber.Virg.2.Æneid.

Victa dabat terga.Ouid.7.Metam.

Dare terga.Fugere.Quintil.lib 2.cap.13.

Dare terga versa fuga.Virg.4.Georg.

Dare terga fugæ.Ouid.5.Metam.

Dare terga in fugam.Ouid.ad Liuiam.

Impugnare terga hostium,Vide IMPVGNO.

Inssiire tergo alicuius.Ouid.12. Metam.

Laceratum virgis tergum,Vide LACER.

Nudare terga fugæ. Virg. 5. Æneid.
Plecti tergo. Horat. 2. Serm. saty 7.
Præbere terga effugio. Tacit. lib. 14.
Præbere terga fugæ. Ouid. 10. Metam.
Recipere ad terga, Vide AD.
Inambulare manibus ad tergum reiectis. Asin. Cic. lib. 10. 32.
Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Cic. 2. de Natura deor.
Secare terga verbere. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Vertere terga, Fugere. Liu. 2. ab Vrbe.
Vinctus post tergum nodis ahenis. Virg. 1. Æneid.

¶Tergum, non tantùm animalium est, sed etiam aquarum, & aliarum rerum. Vade à tergo dicimus, à parte posteriore membranæ vel papyri, aut alterius cuiusuis rei. Iuuenalis saty. 1,
Scriptus & à tergo nec dum finitus Orestes. Alij legunt in tergo.
A tergo sequi. Virg. 1 Æneid.
Aliquem à tergo adoriri. Cic. pro Mil.
A tergo & à fronte, pro anteriore & posteriore parte, Vide A vel AB.
Teneri à tergo, à fronte, à lateribus. Cic. 3. Philip.
A tergo & à fronte videre, pro Diligenter, Vide A vel AB.
A tergo lupi, & à fronte præcipitium, Prouerbium, Vide A vel AB præpositiones.
Tergum collis, pro parte posteriore. Liu. 5 bell. Pun.
Glauca terga aquæ. Claud. de Aponi balneis, 5.
Glacialia terga fluuiorum. Claud. de bell. Get.
Ærea terga loricæ. Stat. 9. Theb.
Tergum, pro Tergore aliquando accipitur. Virg. 1. Æneidos, Mercatique solum facti de nomine byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

¶Tergum, pro Scuto: quòd scuta antiquitus pellibus tegi soleret. Virg 10. Æneidos,
-& tergo decutit hastas.

¶Tergus etiam masculino genere. Plaut. Asinaria,
Habeo opinor familiarem tergum, ne quæram foris. Nonius.

¶Tergibus. Datiuus pluralis num. apud Lucretium, lib. 2,
-neque quicquam à tergibus obstet.

Tergiuersor, tergiuersaris {ναπίζω, στρέφομαι, ἀποκλίνομαι} tergiuersari, Fallere, & dicta mutare, inquit Nonius. Propriè est eorum qui terga vertentes, adhuc tamen pugnant, nec sese victos fateri volunt. vnde etiam ad alias res transfertur, vt disputationes, controuersias, & cætera huiusmodi quæ verborum contentionem habent. Cic. 3. Tusc. Quid tergiuersamur Epicure: nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere? Id est, dissimulamus & subterfugimus. Idem pro Cn. Plancio, Placetne sic agi? non possum magis pedem conferre, vt aiunt: aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? etiam atque etiam insto, atque vrgeo, insector, posco.

Itaque eam tergiuersari non sinent, secúmque rapient. Cicero 5. Tuscul.

Tergiuersari contra aliquem. Cic. ad Atticum, lib. 7. 121, Non est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem.

Tergiuersari in re aliqua. Cic. 3. Offic. Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt, non incallidè tergiuersantur: pru dentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores.

Tergiuersari huc & illuc. Cic pro Roscio Comœdo, Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere cogo.

Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. Cic. pro Flacco.

¶Tergiuersari, pro In vniuersum ab accusatione desistere, apud Iurisconsult. teste Martiano Ad S. C. Turpilianum. l. prima.

Cunctari & tergiuersari. Cic. Attic. lib. 7. 131, An cuncter, & tergiuersor, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur?

Terg uersatio, Verbale {στροφὴ, ναπισμὸς.} Cic. pro Milone, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? Idem ad Attic. lib. 10. 196, Ego verò Apuliam & Siponum, & tergiuersationem istam probo, nec tuam rationem eandem esse duco quàm meam.

Tergiuersator, penult. prod. tergiuersatoris, masc. gen. {ναπιστὴς} Qui bouinator antiquitus dicebatur.

Tergiuersanter, Aduerb. Patereculus lib. 1. Tum Senatus populúsque Romanus L. Æmylium Paulum Consulem creauit, filium eius Pauli qui ad Cannas quam tergiuersanter pernicio sam Reipublicæ pugnam inierat, ram fortiter in ea mortem obierat.

Tergus, tergoris, pen. corr neut. gen. {σώμα} Corium. Plin. lib 8 cap. 10. Durissimum dorso tergus, ventres molles, setarum nullum tegumentum. Virg 1. Æneidos,
Tergora diuipiunt coltis, & viscera nudant.
Impenetrabile tergus ad, Vide IMPENETRALE.
Squalenti tergore serpens. Silius lib 3.

Terginus, penult. prod. {σκυτικὸς} Adiectiuum possessiuum à tergus. Terginum iorum, id est scutica de tergore animalis. Plaur. Pseud. 4.

Tergoro, tergoras, pen. corr. tergorare. Plin. lib. 8. cap. 52, Tunc inter se dimicant, indurátes attritu arborum costas, lutóque se tergorantes, Id est, quasi tergus nouum è luto sibi inducentes.

Termentarium, Linteum quod teritur corpore, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Termes, termitis, penul. corr. masc. gen. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec foliis repletus, nec nimis glaber, inquit Festus. Qui quoniam in diuisione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi solebat, termino nomen dedit. Et propriè (vt ait Porphyrio) est oliuæ: sicut palmes, vitis. Horat. in Epodis 16,
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius lib. 2. cap. 26, Spadica enim Dorici vocant ramulum è palmite termitem cum fructu.

¶Termes, Vermiculi genus, carnem exedens. Festus.

TERMILLAE {τερμῶδες} Populi, de quibus Strabo lib. 12, Conditorẽ ex Mileto, quæ in Creta est, Sarpedonem accipientes, & Termilas in eam quæ nunc Lycia dicitur habitatum deduxerunt. Hos Sarpedon Minois Rhadamanthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termillas nominauit, quum prius Miniæ vocarentur, vt Herodotus refert, ac prius etiam Solymi, posteà Lycon Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellauit. quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam poëta eos separat: nam de Bellerophonte è Lycia profecto dicitur,
Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

Terminus. termini, pen. corr. {ὅρος, ὅρισμα, ὁριστὴς, τέρμα, τέρμων, τέρμιος} Signum quod agrum ab agro diuidit. A terendo: quòd hæ partes maximè terantur. Cic. 4. Acad. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.

Pangere terminos, Vide PANGO.

Constituere sibi certos fines & terminos. Cic. pro Quintio.

Nullis terminis circunscribere aut definire ius suum. Cicero 1. de Oratore.

Terminij, apud antiquos, adhibito sacrificio, disponebãtur. qua de re apud Sieulum Flaccum hæc legimus: Carbo, aut cinis quare inueniatur, vna certa ratio, quæ apud antiquos quidẽ obseruata est, posteà vero neglecta: sicut aut diuersa, aut nulla signa inuenerimus. cùm enim terminos disponerẽt, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proximè ea loca quibus fossis factis defixuri eos erant, vnguento velaminibúsque & coronis eos coronabant: in fossis autẽ quibus ponendi eos erant, sacrificio facto, hostiáque immaculata cæsa, sacibus ardentibus, in fossa coopertis sanguinem instillabant, eóque thura & fruges iactabant: fauos quoque & vinũ, aliáque quibus consuetudo est terminis sacrũ fieri, in fossa adiiciebant, consumpsísque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides colloca bant, atque ita diligenti cura confirmabant: adiectis etiam quibusdã saxorũ fragminibus circumcalesbant, quo firmius starent. tale ergo sacrificium, domini inter quos fines dirimebantur, faciebant. nam esti in trifinium, id est in eum locum in quem tres possessores attingebant, termini ponebantur, omnes tres sacrum faciebant: quinque alij in confinio domini erant, omnes ex conuentientia terminos ponebant, & sacrum faciebant: terminos autem conueniẽtia possessorum confirmabat nam in quibusdam regionibus iubemur vertices amphorarum defixos inuersos obseruare. pro terminis ergo conuenientia, vt suprà diximus, possessorũ terminos consecrat, qui vt antè dixeramus, omnibus angulis coxíque positi esse debent. Termini apud antiquos sanctè in primis, ac seuerè seruabantur. nam in lib. v. sententiarum Pauli scripta sunt hæc, quæ leguntur apud Frontinum in libro De limitibus. Terminos qui effodiunt, vel exarant arbores, in metallum damnal untur, siquidem serui sua spõte faciunt, humiliores in opus publicum: honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum, relegabuntur. Termini comportionales à veteribus dicti, teste Aggeno Vrbico, qui intra possessionum fines inueniuntur: qui si secundum pristini temporis possessionem non cõueniunt, diuersas attiguis possessoribus cõtrouersias generabunt. Termini autem, vt in libello De limitibus, variorum auctorũ titulo, scriptum est, diuersi fuerunt per diuersas prouincias. sunt enim hæc verba. Terminum singulum in quatrifinio inuenies quatuor lapides in quatrifinio positi sunt, & termini factura tornatiles, hoc est rotũdi, subtilissimi: in quadrifinio inuenies. Puteum si in fine inuenies, pro termino habebis. Cisternam factam in fine positam, & circa hanc memorarũ terminum inuenies, & pro termino habebis. Terminum de lapide decisum viuo inuenies, & pro termino habebis. Macerias lapidum in fine pro termino inuenies. Sepulchra finalia aut monumẽta sine dubio inuenies. Malum cotoneum in fine pro termino inuenies. Cypressum in fine pro termino inuenies. Oliuastellum in fine pro termino inuenios. Fossatum decisum parum in fine pro termino posuimus. fossato alio finales maiores sine dubitatione inuenies. Limitem torrem hoc est torum sine dubio inuenies. Parietes de calce fabricatos finales direximus. Ripas decisas finales direximus. Botontones finales inueneris. Arbores ante missas finales inueneris, peregrinas, exteras. Pontem marmoreum in fine inuenies. Pontem de lapide viuo in fine inuenies. Pontem ex calce factum in fine inuenies. Orcas in fine inuenies. Sarcofaga in fine inuenies. Imbrices in fine inuenies. Collectaculum de cat bonibus in calce misceatis, & glareas fluminales ne despicias, signales constituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. Laterculos quadrangulos pro terminis inuenies. Lapides natiuos cum aliquo signo finem pro termino cõstructum, & multa consecratione signauimus. Flumen aliquoties in fine inuenies. Riuum finalem inuenies. Hæc signa per diuersas pronuncias obseruantur. Terminorũ nomina apud Hygenum leguntur hæc: Egregius qui & robustus, quinquepedalis, Augustеus, Rhombus, Rhomboides, Scalenus, Ilosceles, Trigonus orthogonus, Trapezeus, Trigonus oxygonius, Trigonus amblygonius, Parallelogrammus, Sepultura militaris in finem. Augusteus in trifinio, Isopleurus, Scutellarus, Spatula, Spectacialis in trifinio, Area in quadrifinio, Sepultura finalis, Nouerca, Canabula, Formalis, Substructio ad terras excipiendas, Maceria finalis, Scorosiones, Botontini, Monumentum, Aspratilis terminus, Hermula, Seria, Puteus, Lapis non dolatus, incurforio positus; Terminus, qui subfeciuum demonstrat; Lapis intra lapidem in trifinio, Termini gemelli, Terminus, qui fluuium demonstrat, Lapis damnatus, Gamma de Petra ficca cõstructa, Lapis decussatus, qui agrum intraclusum & extraclusum significat, Terminus ante terminum in versura positus, Lapis cultellatus, qui pentagoni recipit rationem; Lapis gammatus, qui trigoni recipit rationem; Lapis intra lapidem in cursorio, Lapis, qui flexuositatem limitis ostendit; Terminus qui riuum demonstrat. Ad hæc porrò terminorum nomina sua cuique figura est adiuncta.

Terminus apud Mathematicos est, quod vniuscuiusque finis est. Sic Euclides 1. Elem.

¶Terminus

¶Terminus, Finis. Cicero de Senect. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus. Terminus sermonis apud Plin. epist. 5.

Angustus æui terminus. Virg. 4. Georg.

Finis & terminus contentionum. Cic. ad Domitium, lib. 6. 22, Sed cùm consilij cui bene fortitérque suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarũ contentionum esse voluisset.

Malorum terminus. Lucret. lib. 3.

Longius quàm vitæ termini postulant, cogitare. Cic. pro Rabirio perduel. reo.

Terminus supremus, pro Extrema desperatione. Plin. lib. 80. ca. 37.

¶Stabilis rerum terminus, Immutabilis rerum exitus. Horat. in Carm. secul. 6.

Hærens altè terminus. Lucret. lib. 1. & lib. 5. Virg. 4. Æneidos,
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret. Si hoc est immutabile. Seruius.

Immobilis terminus. Claud. 2. in Eutrop.

TERMINVS {τέρμων} Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorum esse existimabantur. In quo autem loco colebatur deus, ibi super eum foramen patebat in tecto, quòd nefas esse arbitrarentur Terminum intra tectum consistere, vt author est Festus. Liu. 1. ab Vrbe, Nam quum omnium sacellorum exauguratione admitterent aues, in Termini fano non addixere. Id omen auguriúmque ita acceptum est, non motam Termini sedem, vnúmque eum deorum non euocatum sacratis sibi finibus, firma, stabiliáque cuncta portendere.

Terminalis & hoc terminale, pen. prod. {ὅριος} Terminalis lapis dicitur terminus ipse lapideus.

Terminalia, Terminalium {τερμινάλια} Festa ipsius Termini dei. Cic. 12. Philip. Hisce ego me viis committam, qui terminalibus nuper in subutbium, vt eodem die reuerterer, &c. Horat. Epod. 2,
Vel agna festis cæsa Terminalibus.

Termino, terminas, pen. corr. {ὁρίζω, κατατερίζω, περατόω} terminare, Finire. Cic. de Senect. Si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus?

Terminare bona voluptate, pro dicere Bonorum finem esse voluptatem, vel Non reputare alia esse bona quàm voluprates. Terminare, inquit Budæus, definire, metiri, & vt finem statuere. Cicero 3. Offic. Idem 1. de Finib. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. Hoc est, Epicurus putat summam esse voluptatem priuari doloribus.

Terminare sententiam, Absoluere. Cic. ad Attic. lib. 9. 191.

Vnde est orsa, in eodem terminetur oratio. Cic. pro Marc.

Clausulam longa syllaba terminare. Cic. 3. de Orat.

Intra aliquid terminari. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Terminare, Limites constituere. Cic. 1. Offic. Illorum fines, sicut ipsi dixerant terminauit: in medio relictum quod erat, populo Rom. adiudicauit. Idem 3. in Catil. Quorum alter fines vestri imperij, nõ terræ, sed cæli regionibus terminaret.

Imperium terminare Oceano. Virg. 1. Æneid.

Stomachus vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Cic. 2. de Nat. deor.

Terminare oculis, Distinguere, secernere vel discernere. Liuius 2. bell. Maced.

Terminare modum alicuius artis. Cic. 1. Tusc. ul. At nos metiendi, ratiocinandíque vtilitate, huius artis terminauimus modum.

Rem infinitam terminare. Cic. 1 Tusc.

Cogitationes suas terminare. Cic. pro Archia.

Spem possessionum terminare. Cic. pro Milone.

Terminatus, pen. prod. Participium {ὡρισμένος} vt Terminatus ager.

Terminatæ diuitiæ. Cic. 1. de Finib. Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quòd ipsa natura diuitias, quibus cõtenta sit, & parabiles & terminatas habet.

Negotium terminatum, Absolutum. Vlpianus in l. Interdum. D. de furtis.

Oratio concluſa & terminata. Cic. in Orat.

Terminatio, Verbale {κατάληξις} Finitio. Cic. 5. de Fin. Exposita igitur, inquit, rerum expetendarum terminatione, &c.

Concludi alias alia terminatione. Cic. in Orat.

Terminatio aurium, Distinctio, discreto. Cic. in Orat. Vt igitur poëtica & versus inuentus est terminatione auium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, &c.

Ternus, Vide TER.

Tero, teris, triui, tritum {τρίβω, κατατρίβω, θρυπτίζω, τείλω} terere, Fricare, tundere. Plaut. Asin. 3.

Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit? Idem Pseud. 13.

Barba aspera terit amplexus, Amplexam offendit mulierem. Tibull. eleg. 8.

Calcem calce terit. Virg. 5. Æneid.

Fræna teruntur dente equi. Ouid. 1. de Arte.

Area terit fruges. Virg. 1. Georg.

Inguina terere. Iuuen. Saty. 9.

Iter terere, Iter facere. Virg 1. Georg.

Iter propositum terere. Propert. lib. 2. eleg. 31.

Manum terere duro labore. Virg. 4. Georg.

Meta terenda rota. Ouid. 1. de Arte.

Mola terere. Plin. lib. 36. cap. 26.

Porticum terit ambulator. Martial. lib. 2.

Prata terenda rotis. Propert. lib. 3. eleg. 3.

Radios triuere rotis, Tornauerunt. Seruius. Virg. 2. Georg.

Vestis teritur assiduè. Lucret. lib. 4.

Via cunctis terenda. Propert. lib. 3. eleg. 18.

¶Terere tempus, Consumere. Liuius ab Vrbe lib. 1, Inde vbi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem, fluctuánsque animo, vt tereret tempus ordines explicat.

Teretur interea tẽpus, belli apparatus refrigescent. Cic. 5. Philip.

Ætatem in rebus discendis terere. Cic. 3. de Orat.

Ætas teritur bellis. Horat. Epod. 16.

Terere otium. Liu. 1. ab Vrbe, Regij quidem iuuenes interdum otium conuiuiis, comessationibúsque inter se terebant. Virgil. 4. Æneid.

Pectus terere amore, Consumere. Propert. lib. 3. eleg. 20.

Iam enim hoc verbum satis hesterno sermone triuimus. Cicero 4. Acad.

Rerum nomina nouarum, quæ nunc consuetudo diuturna triuit. Cic. 3. de Finibus.

¶Terere, pro Perdere Græcorum imitatione qui ἐντρίβειν sic vsurpant. Næuius apud Priscianum,
Vt illum dij terant, qui primum olitor ceepam protulit.

Tritus, Participium {τετριμμένος, διατριβής.} Plin. lib. 12. cap. 19.

Area trita frugibus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Iter tritum, Calcatum. & quod vulgus *frequentatum* dicit. Cicero 1. Philip. Quum Brundusium, itérque illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa vitauissem.

Vestis trita. Horat. 1. epist. 20.

Via trita humano pede. Tibul. lib. 4. eleg. 12.

Via trita laudis. Cic. de Clar. Orat. Quum eum vehementer hortarer, vt eum laudes viram rectissimam esse duceret, quam maiores eius ei tritam reliquissent.

Lacerna trita. Martial. lib. 1.

Tritum sermone prouerbium. Cic 1. Offic. Ex quo illud summũ ius, summa iniuria: factum est iam tritum sermone prouerbium. Id est celebratum.

Tritum atque celebratum. Cic. pro Flacco, Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm siquis desipicatui ducitur, vt Myforum vltimus esse dicatur.

Vsitatum & tritum verbum. Cic. 1. Acad. Faciamus enim tractando vsitatius hoc verbum & tritius.

Tritus, huius tritus, masc. gen. {τρίβλε.} Plin. lib. 33 cap. 4, Nec vllum absolutius aurum est, cursu ipso, tritúque perpolitum. Cic. 2. de Nat. deor. Nam & lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus & recenti fossione.

Tritura, trituræ. penult. prod. {ἀλοητὸς.} Colum. lib. 1. cap. 6, Euentilata mundiora sunt, lapilliſque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena remittit area.

Tritor, tritoris. pen. prod. masc. gen. Verbale {πατητὴς} Qui terendo aliquid macerat. Plaut. Persa, 23,
Quid ais tu erux, stimulorum tritor? Plin. lib. 25. cap. 11.

TERPANDRVS {τέρπανδρος} Arioneus, siue Lesbius, poëta Lyricus, primus in lyra heptachordum & lyrici carminis canonẽ scripsit, quod Philemoni cuidam adscribunt. Author Suidas. Strabo autem lib. 13. Methymnæum eum facit, quod oppidum est Lesbi: dicítque tetrachordo heptachordum reperisse, vt eius indicant carmina. Huius famæ ac nominis maximi indicium, quòd Lacedæmonij in seditione quadam admoniti ab oraculo Terpandrum mitterent, qui lyræ & poëticos dulcedine animos vulgi ac tumultus sedaret: ex quo post eà his prouerbium manst, siquando dulcem audiant musices concentum, κατὰ λέσβιον ᾠδὴν, Secundum Lesbium cantum. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

TERPNVS {τέρπνος} Fuit citharœdus, cuius cantu oblectatum Neronem scribit Tranquillus his verbis, Statim vt imperium adeptus est, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios accersit, diebúsque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari exercitarísque cœpit: nec eorum quidquam prætermittere, quæ artifices eius generis, vel conseruandæ vocis causa, vel augendæ faciitatent.

TERPSICHORE, pen. corr. {τερψιχόρη} vna ex nouem Musis, sic dicta quòd choreis & tripudiis delectetur: vel vt Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat.

Terra, terræ {γῆ, χαῖα, χθὼν, ἐχθών} Elementum ipsum, omnibus notum. Cic. 2. de Nat. deor. Ac principio terra vniuersa cernatur locata in media mundi sede, solida & globosa, & vndique in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, &c. Idem 4. Acad. Videamus terra penitus ne defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. Idem 5. Tusc. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Ardua si terræ quatiatur moribus Idæ. Lucret. lib. 5, Id enim amisisti, cui nihil in terris simile fuit. Cic. Bruto 9.

Terram, punctum esse cœli, ex Hygeno cognoscitur: is enim sic in libro De limitibus: Cœli punctum esse terram, sic deseribũt, quòd dicant, à polo ad Saturni circulum interuallum esse, quod Græci hemitonion appellãt: à Saturno deinde ad Iouem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: à Marte deinde ad Solem, ter tantum esse, quantum à polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion: à Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum à Saturno ad Iouem, hemitonium: à Mercurio deinde ad Lunam, tantundem, hemitonium: à Luna ad terram tantum, quantum à polo ad Iouem, tonon. sic terram punctum cœli esse ostendunt: & ars musica per hæc diastemata constare fertur.

Terra pilæ similis. Ouid. 6. Fast.

Ad terram, Vide AD Præpositionem.

A terra ad cœlum percontari, Vide A Præpositionem.

¶Terra, Territorium aliquando significat, & prouinciam seu regionem. Cic. 1. in Catil. Si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, &c. Idem 1. de Inuent. Hostili in terra turpiter iacuit insepultus.

¶Ardua terrarum, Montana loca. Virg. 5 Æneid.

Bonitas terræ. Lucret. lib. 5.

Domesticus natiusque alicuius gentis ac terræ sensus. Cic. de Arusp. respon.

Fertilitas terræ Ouid 5 Metam.

Terræ filij, olim obscuro ignoróque genere prognati dicebantur,

propterea quòd terra sit omnium communis parens. Vel quòd iuxta quorundam etiam historias, primitus mortales è terra nascebantur. M Tullius ad Attic. lib. 1. 8, Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium, lib. 7. 9, Cn. Octauius est, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus, terræ filius, &c. Persius Saty. 6,

-præsto est mihi Maonius hæres,

Progenies terræ, quære ex me quis mihi quartus
Sit pater: haud prompte dicam tamen: adde etiam vnum,
Vnum etiam, terræ est tam filius. Erasmus.

Terræ etiam filij dicuntur, quorum genus est incertum, quorum genus aboleuit vetustas. Quintil. lib. 3. cap. 9, Laudantur autem vrbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor: & multum authoritatis affert vetustas, vt iis qui terra dicuntur orti. Ouid. 1. Metamorphoseos, de Io,

Iuppiter è terra genitam mentitur, vt author

Desinat inquiri. Vide Cælium, lib 3. cap. 8, & lib. 20. cap. 28.

Gremium terræ. Lucret. lib. 1.
Hiatus terræ. Ouid. 3. Fast.
Margo terrarum. Ouid. 1. Metam.
Oræ terrarum. Regiones. Horat. 1. epist. 3.
Oræ terrarum, Extremitates, littora. Lucret. lib. 2.
Orbis terrarum. Virg. 1. Æneid.
Regnator terrarum. Stat. 4. Sylu. 2.
Sator terrarum. Stat. 1. Theb.
Situs terrarum. Horat. 2. epist. 1.
Tremor terræ. Plin. ad Cornelium Tacitum, lib. 6. epist. 20.
Viscera terræ. Ouid. 1. Metam.
Altrix terra, Vide ALO alis.
Aprica terra, Vide APRICVS.
Arata. Ouid. 1. Fast.
Arenacea, Vide ARENA.
Arenosa Ouid. 14 Metam.
Aspera aspectu, Vide ASPER.
Aurifera. Silius lib 3.
Barbara. Ouid. epist. 16.
Beata. Ouid. epist. 15.
Bona, Vide BONVS.
Brevissima, Vide BREVIS.
Cariosa, Vide CARIES.
Cana. Virg. 12. Æneid.
Columbina, Vide COLVMBVS.
Cruda, Cum herbis eruisa. Lucan. lib. 3.
Crudelis, Vide CRVDELIS.
Deserta. Virg. 3 Æneid.
Desolata. Ouid. 1 Metam.
Ditissima. Virg. 2 Georg.
Ferax. Ouid. 1. Fast. Lucret. lib. 2.
Frugiferentes terræ. Lucret. lib. 1.
Gracilis terra, Stricta, qualis est Isthmus. Senec. Theb. 1.
Graues terræ. Virg 3 Georg.
Herbosa terra. Ouid. 10. Metam.
Hiantes terræ Lucan. lib. 3.
Hospita terra. Virg 3. Æneid.
Hostilis. Lucan. lib. 2.
Ieiuna, Vide IEIVNIVM.
Impia. Ouid epist. 10.
Iners, Immobilis. Horat. 3. Carm. ode 4.
Infamis. Ouid. 13. Metam.
Infesta. Ouid. 4 Metam.
Ingrata. Ouid. 5 Metam.
Inops pacis. Ouid. 2. de Ponto eleg. 2.

¶Inuisa terra fossoribus. Horat. 3. Carm. ode 18. in fine,

Gaudet inuisam pepulisse fossor

Terpede terram. Inuisam terram fossoribus meritò dixit, quòd in ea labotent quum fodiunt. naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam. Porphyr. Loquitur Horatius de rusticorum die festo tripudiis & saltationibus.

Lapidosa, Vide LAPIS.
Lassa, Vide LASSVS.
Latæ terræ. Ouid. 3 Metam.
Magna. Virg 4. Georg. Mater. Lucret. lib. 5.

¶Terra materina apud Catonem ita scribentem, Ager rubricosus & terra pulla materina, rudecta, arenosa: interpretanda est terra dura, solida, & prope lignea, qua in notione nomen materiæ poni non est infrequens, vt materina quasi à materia deducatur. Scio fuisse quibus videretur macerina legi debere pro macra, sed prior lectio sincerior est, vt Turnebus existimat.

Mauortia. Virg. 3 Æneid.
Metalliferæ terræ. Sylu. lib. 15.
Nefasta, Vide NEFASTVS.
Nigra. Virg. 2. Georg.
Obesa. Virg. 3 Georg.
Omniparens, Vide OMNIPARENS.
Parens. Virg. 4. Æneid.
Paterna, Patria. Ouid. epist. 19.
Paupere terra missus. Virg. 6. Æneid.
Peregrina. Ouid 3. Metam.
Pingues terræ. Virg. 2. Georg.
Potentes terræ. Virg 3. Æneid.
Punicosa terra. Plin lib. 17. cap. 5. & lib. 35. cap. 14.
Solida. Ouid. 10. Metam.
Sterilis. Ouid. 3 Fast.
Succosa terra. Colum. lib. 3. cap. 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est: succosa tamen, & mediocri potius, quàm pingui.

Suspensa terra, Vide SVSPENDO.
Varia cariosáque terra. Colum. lib. 2. cap. 4.
Vasta. Virg 10. Æneid.
Vndosæ terræ. Silius, lib. 7.
E terra huberi nasci. Quint. lib. 2. cap. 19.
Vliginosa terra. Vide paulò antè, Succosa terra.
Deus abscidit terras Oceano. Horat. 2. Catm. ode 3.
Abscondere in terram, Vide ABSCONDO.
Accersere aliquem ex vltimis terris. Cic. de Arusp. resp.
Affecta sterilitate terra, Vide AFFECTVS.
Attollere se à terra, Vide ATTOLLO.
Calentes terræ. Horat. 2. Carm. ode 18.
Certat cum terris feracissimis Ægyptus, Vide CERTO.
Circunfusa terra mari Atlantico, Vide CIRCVNFVNDO.
Circunscribere terram surculo, Vide CIRCVNSCRIBO.
Colere terras. Virg. eclog. 3.
Concidit ad terram grauiter. Virg. 5. Æneid.
Concussa terra, Vide CONCVTIO.
Contingere terram osculo, Vide CONTINGO.
Conuexæ terræ in maria, Vide CONVEXVS.
Curuare in terram, Vide CVRVVS.
Patria terra decedere. Virg. 6. Æneid.
Defodere aliquid in terram. Lucret. lib. 5.
Dehiscunt terræ ardore. Virg. 3. Georg.
Dare ad terram, Vide AD præpositionem.
Domita terra. Ouid. 1. Amor. eleg 2.
Effossa terra. Lucan. lib. 3.
Excedere terras. Virg. 2. Georg.
Excoquit terram sol. Lucret. lib. 6.
Ferire terram pede. Virg. 3 Georg.
Frigescit terra Lucret. lib. 6.
Frui prosperiore terra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.
Habitare terras. Ouid. 1 Metam.
Iacentes terræ. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Vt verò terras despexit ab æthere summo
Infœlix Phaëton penitus penitúsque iacentes. Hoc est valdè depressas, & longè à se remotas.

Iacentes terræ ad Hesperum, Vide IACEO.
Infectari terram assiduis rastris. Virg. 1. Georg.
Insterni terra, Sepeliri. Stat. 3. Theb.
Inuertere terras vomere. Virg. 2. Georg.
Inumbratur terra. Lucret. lib. 5.
Nox inuoluens terram vmbra. Virg. 2. Æneid.
Irrorat terras Eous nouo sole. Virg. 1. Georg.
Lustro vagus terras. Stat. 8. Theb.
Dies lustrabat lampade terras. Virg. 7. Æneid.
Madefacere terram, Vide MADEO.
Mandare semina terræ, Vide MANDO.
Moliri terram, Vide MOLIOR.
Mouere omnes terras, omnia maria, Vide MOVEO.
Mouet terra, pro Mota est. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 22.
Nauigare terram, Vide NAVIS.
Nititur terra suis stirpibus. Cic. 5. Tusc.
Obire terras, Vide OBEO.
Nox obruit terras roriferis vmbris. Lucret. lib. 6.
Obstruere terras Ouid 8 Metam.
Offringitur terra, Vide OFFRINGO.
Nox operit terras. Virg. 4. Æneid.
Pauita terra & complanata, Vide PAVIO.
Pellere terram duro pede. Lucret. lib. 5. De rusticorum saltatione.
Penetrare sub terras, Vide PENETRO.
Perambulare terras, Vide PERAMBVLO.
Perdomare terram, Vide PERDOMO.
Venti perflant terras turbine. Virg. 1. Æneid.
Perfodere terram, Vide PERFODIO.
Perstringere terram aratro, Vide PERSTRINGO.
Petere terra, pro Terra iter facere. Cic. pro Planc.
Premere terras, Regere imperio terras. Lucan. lib. 10.
Preßit terram posito genu. Ouid. 6. Metam.
Procumbere terræ. Ouid. 2. Metam.
Profanatæ terræ. Stat. 3. Sylu. 3.
Proscindere terram validis iuuencis. Virg. 2. Georg.
Proscindere terram pressis aratris. Lucret. lib. 5.
Proscindere ferro solum terræ. Lucret. lib. 5.
Quatere terram alterno pede, Saltare. Horat. 1. Carm. ode 4.
Radit terras Aquilo. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Relinquere dulces terras. Virg. 4. Æneid.
Rimari terram astris. Virg 3 Georg.
Scalpere terram vnguibus. Horat. 1. Serm. Saty. 8.
Scindere terram aratro. Ouid. 3. Amor.
Solutæ terræ. Horat. 1. Carm. ode 4, Hoc est liberæ, & cultui non inseruiétes: vt prata significare videatur. Vel temperie & æstu Veris solutæ, quæ paulò antè frigore hyemis strictæ erant. Porphyr.
Aurora spergit terris lumine. Lucret. lib. 2.
Subigere terram vomere. Ouid. 11. Metam.
Succedere terris alicuius. Virg. 7. Aeneid.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6.
Vere tument terræ. Virg. 2. Georg.
Tundere terram pede. Horat. de Arte,
Vertere terram. Virg. 1. Georg.
Vertere terram ferro. Virg. 1. Georg.
Vda terra viret gramine. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Terram pro terra. Proverbialis est figura in hominem exulem, erronem, & inertis vagentem sedibus. M. Tullius in epistolis ad Atticum, lib. 14. Hæc & alia ferre non possum; itaque γῆν ἐφ' ἑαυτῆς cogito. Significat se de fugiendo cogitare. Erasmus.

Terra

Terra defossum habes, In eum qui non impertit, neque profert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodientibus.

Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Horat. Epod. 1,

-haud parauero.

Quod aut auarus vt Chremes terra premam,
Discinctus aut perdam vt nepos. Erasmus.

Terram video, Qui molesti prolixíque laboris finem adesse significat, dicere solet, γῆν ὁρῶ, id est terram video, Sumptum à nauigantibus. Quintus Curtius lib. 4, Haud secus quàm profundum æquor ingressi terram oculis requirunt. Plaut. in Merc.

Equidem iam me censebam esse in terra. Cic. pro Murena. Idem in Catone seniore, Quasi terram videam, Sentiens instare vitæ finem. Erasmus.

Aut terra, aut mari. Plautus in Pseudolo, dixit pro quacunque ratione. Sumptum est ab historicis, qui referunt res terra marique gestas, & gentes terra marique expugnatas. Cic. pro Cluentio, Cuius tantæ res gestæ terra marique extiterunt. Idem pro Lege Manilia, Quantas illæ res domi, militiæque, terra marique, quantáque fœlicitate gesserit. Idem ad Attic. lib. 7. 140, Quâ aut terra aut mari persequar eum, qui vbi sit nescio? Plauti verba sunt hæc,

Ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. Cic. 5. de Fin. addit tertium, naturæ sic ab his inuestigata est, vt nulla pars cælo, mari, terra, vt poeticè loquar, prætermissa sit. Addit poeticè, quòd poetæ tria tantum elementa referant. vt Ouid. 1. Metamorphoseos,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum. Terentius,

O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Plaut. Amphitrione,

Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum consequi. Hæc Erasmus.

Conquirere aliquem terra marique. Varinius Cic. lib. 5. 9.

¶Terra ipsa dea est, & ita habetur: quæ est enim alia Tellus? Cic. 3. de Nat. deor.

Territorium, territorij {τοπικῶς} Est, inquit Pomponius, in l. 239. D. de Verb. signi. vniuersitas agrorum intra fines cuiúsque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd Magistratus eius loci, intra eos fines terrendi, id est summouendi ius habeat. Hactenus Pomponius. Plin. lib. 29. cap. 6. extra territorium abire.

Territorium, ait Frontinus, est, quicquid hostis terrendi caussa constitutum est.

Minuere territorium. Cic. 2. Philip.

Terreus, Adiectiuum {γενικὸν} Ex terra factum: vt Vas terreum. Colum. lib. 1. cap. 6. Horreum camera contectum: cuius solum terreum, priusquam consternatur, perfossum. Alia exemplatia habent terrenum.

Terrenus, pen. prod. Adiectiuum {χορευτικὸν, γαιώδους, χθόνιος} Quod vel in terra natum est, vel in terra viuit, vel aliquid cum terra commune habet, vt, Terrenum animal. Plinius lib. 9. cap. 29. Terreni maiores quàm pelagici.

Terrenum iter, Quod in terra sit. Plin. lib. 6. cap. 17.

Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ, &c. Cic. 1. de Nat. deor.

Agger terrenus, Hoc est terra factus, Suet. in Caligula cap. 19.

Colles terreni, Nõ lapidosi, sed molles & pingues. Plin. iunior lib. 5. epist. 6. ad Apollinarem, Pingues terreníque colles (neque enim facilè vsquam saxum, etiam si quæratur, occurrit) planissimis campis fertilitate non cedunt.

Contagio terrena. Cicero 2. de Natura deorum. Sed & decolorationem quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguinis similis esse.

Corpus terrenum. Lucret. lib. 2.
Corpus terrenum & concretum. Cic. 1. Tusc.
Terrenum aggerem vocat Suet. in Calig. cap. 19. terra factum.
Fæx terrena. Ouid. 1. Metam.
Genus terrenum. Cic. 1. Tusc. Corpora nostra terreno principiorũ genere confecta, ardore animi concalescunt.
Hiatus terrenus. Ouid. 15. Metam.
Humor marinus & terrenus longo interuallo extenuatus. Cicero 2. de Nat. deor.
Soliditas terrena. Cic. 2. de Nat. deor.
Via terrena, Vide VIA.
Immorari terrenis. Quintil. lib. 2., cap. 16.

Terrenus, Quod super terram est, vel in terra fit. Columel. lib. 11. cap. 2.

Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus.

Terrenum, terreni, penul. prod. Substantiuum neut. gen. {πεδίον} Campus, solum. Colum. lib. 2. cap. 2, Callidissimi rusticarum rerum Syluine genera terreni tria esse dixerunt: campestre, collinum, montanum. Idem lib. 3. cap. 3, Quum sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet.

Terrestris & hoc terrestre {χερσαῖος, ἐπίγειος, χθόνιος, ὀπίζθονιος} Quod in terra degit: vt terrestre animal. Plin. lib. 10. cap. 62, Rursus in terrestribus oua pariunt serpentes.

Agmen terrestre. Lucan. lib. 5.
Archipirata terrestris. Cic. 7. Verr.
Arma terrestria. Ouid. 14. Metam.
Membra terrestria. Lucret. lib. 2.
Dij terrestres, In terra habitantes. Liu. 1. ab Vrbe.
Domicilium terrestre. Cicero 6. Verrin. Illud Flaminius ita ex æde sua tustulit, vt in capitolio, hoc est in terrestri domicilio Iouis ponerer.
Iter terrestre, Quod in terra fit: ad differentiam eius quod fit in mari. Plin. lib. 5. cap. 6.
Præsidium terrestre, cui opponitur Maritimum. Cic. 7. Verr. Cleomenes autem quòd erat terrestre præsidium, non re, sed nomine spe rabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerum nautarum & remigum posse.
Tempestas terrestris, Vide Tempestas in TEMPVS.

Terrigenus, Adiectiuum, vel Terrigena, terrigenæ, penult. corr. com. gen. {γηγενὴς} Quod ex terra genitum est. Cic. 2. de Diuinat.

Genus syluestre terrigenarum. Lucret. lib. 5.
Gigantes terrigenæ. Lucan. lib 3.
Fratres terrigenæ. Ouid. epist. 12.

Terræmotus, huius terræmotus penul. prod. m. g. {σεισμὸς} Dicitur quum terra inclusó in se spiritu alicubi contremiscit, & moueri sentitur magno sæpe habitantium damno. Legitur & disiunctim, interpositis dictionibus. Plin. lib. 2. cap. 84, Fiunt cum terræmotu & inundationes maris. eodem videlicet spiritu infusi aut residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalíũ extitit motus, Tiberij Cæsaris principatu, XII. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.

Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent. Cic. 2. Offic.

Horribilis terræmotus. Cic. de Arusp. resp. Recordaminiillud etiam quod nondum est relatum, quod eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis cum quibusdam multis meruendisque rebus.

Nouus terræmotus. Cic. de Arusp. resp.
Conquassari maximis terræmotibus. Cic. 1. de Diuin.

Terracola, terracolæ, accentu in antepenultima {χερσαῖος κεφαλὴ κεφαλαίου} Auis alaudæ similis, præterquam quòd in capite apicem non habet sicut alauda. Dicta quòd non in arboribus, sed in terra versetur atque nidificet. Sipontinus.

Terracina, Vide TARRACINA & ANXVR.

Terracinensis, Adiectiuum. Salust. in Catilin. Q. Ceparium Terracinensem, &c.

Terripudium. & Terripauium, Vide TRIPVDIVM.

Terreo, terres, terrui, territum, pen. corr. {φοβέω, πτοέω, κατατρομάζω, ἐκφοβίζω, ἐκπλήττω, περιφοβίζομαι} terrere, penult. prod. Timorem alicui incutere. Virg 1. Georgicorum,

Et sonitu terrebis aues.

Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. Cicero Cælio, lib 2. 15.

Terrere animos pestilentia & terræmotibus. Cicero 2. de Natura deorum.

Horror terret animos. Virg. 2. Æneid.
Aliquem denuntiatione periculi terrere. Cic. pro Plancio.
Qui omnia cæde incendióque terret. Cic. de Arusp. resp.
Solliciti terrentur equi. Ouid. 6. Fast.
Hostes terrere formidine. Ouid. 4. Metam.
Hoste vicino terreor. Ouid 4. de Ponto, eleg 9.
Nubila terrent mentem. Ouid. 1 Metam.
Minaciter terrere, Vide post MINAE.
Orbem terruit tonitru. Ouid. 14. Metam.
Terrere vultu. Horat. 2. Serm. sat. 7 Id est torquitate vultus.

Territus, pen. corr. {φοβηθεὶς} Participium, siue nomen ex participio: vt Territus animi, Animo conturbatus. Liuius 6. ab Vrbe. Ouidius 2. Metamorphoseos,

Venatrixque metu venantum territa fugit.

Virgo territa inopino visu. Ouid. 4. Metam.

Territo, territas, penul. corr. {πτοέω συχνῶς} territare, Frequentatiuum. Terent. And. 4 5,

Dii te eradicent, ita me miseram territas.

Territare & Placare, contraria. Author ad Heren. lib. 4.
Territare metu. Cæsar 5 bel. Gall.
Territare minis. Liu. 8. ab Vrbe.

Terrefacio, terrefacis, pen. corr. {φοβητέον} terrefacere, Terrorem offerre. Vnde Perterrefacio.

Terrifico, terrificas, pen. corr. {φοβητέον} terrificare. Idem Lucret. lib. 1. Virg. 4. Æneidos,

-cæsique in nubibus ignes

Terrificant animos.

Terrificare mentes. Lucretius lib. 1,

Et quæ res nobis vigilantibus obuia mentes,
Terrificet morbo affectis, &c.

Terrificus, pen. corr. Adiectiuum {φοβητικὸς} Quod terrorem iniicit. Virg. 5. Æneidos,

Serráque terrifici cecinerunt omina vates.

Crista terrifica. Lucret lib. 2,

Terrificas capitum quatientes numine cristas.

Fulgor terrificus. Virg. 8 Æneid.
Mugitus terrifici. Virg. 12 Æneid.
Nimbi terrifici. Ouid. ad Pisonem.
Nox terrifica. Valer. 5. Argon.
Stridores terrifici. Silius lib. 5.

Terribilis, & hoc terribile, penult. corr. Idem {φοβητικὸς, φοβερὸς, φρικώδης, ἐκπληκτικὸς} Virgil. 6. Æneidos,

Terribiles visu formæ. Ibidem,

Terribilis squalore Charon.

Ira terribilis. Virg. 12. Æneid.
Affatu terribilis. Stat. 3. Sylu. 3.
Aspectus terribilis. Cic. pro Sestio, Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu.
Anguis terribilis. Ouid. 3 Amor. eleg. 5.
Caligo terribilis. Lucret. lib. 6.

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur. Cicero in Parad.

Formæ terribiles visu. Virg. 6. Æneid.
Sonitus terribilis. Virg 9. Æneid.
Tubæ terribiles. Ouid. 15 Metam.
Tremere tumultu terribili. Cic. in Orat. Ex Ennio.

Terriloquus, pen. corr. {φοβητικὸς} Adiectiuum poeticum, ex Terreo & Loquor compositum, quasi loquens terrentia, & terrorem offerentia. Lucret. lib. 1,

Tutemet à nobis iam quouis tempore, vatum

Terriloquis victus dictis desciſcere quæres.

Terriſonus, penult.correp. {φοβερόφωνος} Aliud adiectiuum. Claud.1. Panegyric.

Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani.

Terriculum, terriculi, pen.corr. {φοβερισμὸς, φόβος} Quod iniicit terrorem. Liu.5. ab Vrbe, gaudeántque Patres ſine Tribunitiæ poteſtatis terriculis inuentam eſſe aliam vim maiorem ad coercendos Magiſtratus. Accius, Vbi non terricula cita ſunt.

Terriculæ, Terricula quoque inuenitur fœmineo genere. Seneca de Remediis fortuitorum, Si fortuna, aut aliquis tibi palàm minetur, omnes eius terriculas delude.

Terror, terroris, maſcul.gen. {φόβος, φόβητρον, φόβημα, φόβισμα, φόβητρα} Timoris & motus incuſſio. Cic.lib 4. Tuſcul. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam, merum conſequentis laboris: terrorem, metum concutientem. ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Seruius autem terrorem & metum ſic diſtinguit, vt terror propriè ſit qui aliis infertur: inde & terribilis. Metus, quem habent timentes: vnde meticuloſus.

¶ Terror, pro metu. Virgil 11. Æneidos,

Quòd ſi tantus habet mentes & pectora terror.

Liber terrore animus, Vide LIBER.
Expers terroris, Catul. Argon 59.
Amens terror. Claud.1.in Ruff.
Implacabilis terror, Vide IMPLACABILIS.
Latior terror. Tacit.lib.20.
Multiplex terror, Vide MVLTVS.
Mutuus terror, Vide MVTVVM.
Repens terror, Vide REPENS adiectiuum.
Sæuus. Silius lib.13.
Seuerus. Claud.5 Paneg.
Vagus terror. Silius lib.17,

Implent terrore vago cuncta Africa, &c.

Vanus terror. Senec. Hippol.1.

¶ Afferre terrorem, Recenſere terrores qui ab aliis fiunt. Cic.ad Atticum, libro 6.119, Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæſarianos.

Augere terrorem, Vide AVGEO.
Capit regem terror, Vide CAPIO.
Ciere magnos terrores. Senec. Oedip.4.
Concitatus terrore & metu, Vide CONCITO.
Demoueri terrore, aut minis. Tacit.lib.20.
Animi terrorem diſcutere. Lucret.lib.1.
Diſcuſſis terroribus redire ad ſe. Lucret.lib.4.
Examinatus terrore. Quintil.lib.4 cap.2.
Facere terrorem latiorem. Tacit.lib.20.
Iacere atque denuntiare terrores, Vide IACIO.
Impulſus ſtat terror animis. Senec. Herc. Oet.6.
Incidit terror exercitui, Vide INCIDO.
Incutere terrorem hoſtibus, Vide INCVTIO.
Inferre terrorem, Vide INFERO.
Iniicere terrorem. Cic.5. de Finib. Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt.
Inuaſit terror, Vide INVADO.
Occultare cauſam terroris. Cic 3. Verr.
Offerre terrorem. Cæſar 1.bell.Ciuil.
Pallentes terrore puellæ. Ouid.3. de Arte.
Pauentes equi terrore. Ouid.2.Metam.
Trepido terrore repleta terra. Lucret.lib.5.
Armis, viris, terrore, periculóque mortis repulit. Cic.pro Cecin.
Gelido terrore rigebant comæ. Ouid 3. Metam.
Terrori eſſe, Terrere, terrorem incutere. Liu.4.bel.Maced.
Terrore coactus iurauit. Cic.3. Offic.

TERTIA, Mulieris nomen. Fœminæ ſiquidem appellabantur familiæ nomine: ſed vt internoſceretur, quum duæ erant, maior & minor vocabantur: vt apud Suetonium in Auguſto cap.4, Octauia maior, & Octauia minor. Quum tres erant, quæ tertia nata eſſet, Tertia dicebatur: quum quatuor, Quarta: quum quinque, Quinta. vnde in oratione pro M. Cælio, & de Aruſpicum reſponſis, Quinta Claudia. Ergo Tertia, ſiue Tertulla per diminutionem, Bruti ſoror, vxor Caſſij, quia poſt duas edita eſſet. hæc abortum fecerat: quod queritur Cic.ad Attic.lib.14.318, Tertullæ nollem abortum, tam enim Caſſij ſunt iam, quàm Bruti ferendi. De hac ipſa Macrobius hæc Saturnal. lib.2.cap.2, Mater M Bruti Seruilia, quum pretioſum ære paruo fundum abſtuliſſet à Cæſare ſubiiciente haſtæ bona ciuium, non effugit dictum tale Ciceronis: Et quidem, quo melius emptum ſciatis, comparauit Seruilia hunc fundum Tertia deducta. Filia autem Seruilæ erat Iunia Tertia, eadémque C. Caſſij vxor, laſciuiente Dictatore tam in matrem, quàm in puellam. Hæc Macrob.

Tertianus. Tertiarius. Tertio, tertias, & Tertius, Vide TER.

TERTVLLA, Vide TERTIA, mulieris nomen.

TERTVLLIANVS {τερτυλλιανὸς} Scriptor quidam doctus, temporibus naſcentis Chriſtianorum eccleſiæ.

Tertus. Adiectiuum priſcis pro terſus. Varro,

Atrei terta niter galea. Idem, Cato, vel de liber. educ. Alij ſunt circumtonſi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui. Ex Nonio.

Teruncius, teruncij, maſcul.gen. {τετάρτημόριον, τριὼν, μικρὸν} Nummus perexiguus, à tribus vnciis dictus. Plaut. Capt.8,

Neque ridiculos iam teruncij faciunt. Cic. Attic.lib.5.105, Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiá attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. Teruncium, inquit Budæus, appellauit Cicero, quem Plinius quadrantem & triuncem vocat. Varro, Teruncius à tribus vnciis dictus, quòd ſit libellæ quarta pars quomodo & quadrans aſſis. Cic. lib.3. de Fin. Interit magnitudine maris Ægei ſtilla muriæ, & vt in

diuitiis Crœſi teruncij acceſſio.

De præda mea, teruncium non attigit quiſquam. Cic. Canin.2.16.

Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio. Cic. Att. lib.7.122.

Teſca, vel Teſqua, Loca ſunt inculta & aſpera, vnde apud Horatium ſqualor & aſperitas, teſcor vel teſquor appellatur illo verſu, vt quidam legunt,

Exiguæque togæ ſimulet teſquare Catonem. Verùm eruditiſſimo viro Lambino aſſentior, & antiquis interpretibus qui textore defendunt, hoc ſenſu, qui hoc ſimulet & effingat Catonem, quòd ſibi exiguam ipſe texat, vel texi iubeat togulam. Nec illos audio qui geſtore legunt. De teſco Varro in formula qua templa concipiebantur, his verbis, In arce ſic: templa teſcáque mi ita ſunto, quoad ego ea eſſe velim, qua nuncupauero: Olla fera arbos, quiſquis eſt, quam me ſentio dixiſſe, templum teſcúmque eſto in ſiniſtrum. Olla fera arbos, quicquid eſt, quam me ſentio dixiſſe, templum teſcúmque eſto in dextrum. Intra ea conregione, conſpicione, cortumione, vtíque ea rectiſſimè ſenſi. In editis teſtum legitur mendoſè. Turnebus.

Deſerta & inhoſpita teſqua. Horat.1.epiſt.14, Loca deſerta & difficilia (ait Acron) lingua Sabinorum ſic dicuntur, deſerta & repleta ſentibus ſic nominantur.

Nemoroſa teſqua. Lucan.lib.6.

Teſſaracoſton {τεσσαρακοστὸν} Tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem poſt partum, quibus mulieres à ſacris arcebantur: propterea quòd id ferè tempo is tam ipſæ quàm earum fœtus plurimis infeſtentur incommodis. Quo dierum numero exacto feſtũ celebrabant, quod & ipſum teſſeraoſton appellabant. Vide Cenſorinum De die natali, & Rhodiginum lib.26.cap.21.

Teſſala, Vide TESSERA.

Teſſera, teſſeræ, pen.corr. {κύβος.}

Teſſeræ, Quibus in tabula luſoria luditur. Sunt enim quadratæ, & quibuſdam punctis notatæ, quæ quum iacíuntur, in quancunque partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. τέτραρες, id eſt quatuor. Cic.de Senect. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. Mantal. lib.1.

Iacere talos, teſſeras. Cic.2. de Diuinat. Quid enim eſt ſors? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet. Ouid.3. de Arte, -talorum dicere iactus

Vt ſciat, & vires teſſera miſſa tuas.

Teſſera {τέτραγωνόν τι} Signum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, propter confuſionem: aliàs ſymbolum dicitur, vt in bello Marij. Bardeus: in bello Syllæ, Apollo Delphicus: in Cæſaris, Venus genitrix. Virgil.lib.7. Æneidos,

-it bello teſſera ſignum, Hæc Seruius. Silius lib.15,

-tacitum dat teſſera ſignum.

¶ Teſſera, Olim fruſtillum erat ligneum quadratum, certa inſignitum & notarum forma, quæ dabatur iis, quibus ius petendi erat frumenti publici. Teſſeram enim à verbo Græco τίτραγε dictam eſſe puto. Scribit Plinius teſſeris aptiſſimum liguſtrũ. lignum enim eius molle & tractabile eis accomodatum erat. Polybius de teſſera militari ſcribens, πλατεῖαν appellat, quòd taleola eſſet, vel tabella lata inſcripta: ſed & ξυλάριον ab eodem vocari videtur. Itaque quanquam mutata forma & interpolata multis fortaſſe modis, nomen tamen retinebat: ſed & eo verbo tandem figura ſenũm laterum cẽſeri cœpit, quæ cubus dicitur. Quin & teſſeras quas ſpargebant Imperatores, σφαῖρα, id eſt globulos vel pilulas, Dió appellat: vſque adeo à prima figura receſſerant. Idem denique interdum σύμβολα vocat, quòd ſigna quædam impreſſa ad aliquarum rerum ſignificationem haberent. Vlp.tit. de iudic. Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit, &c. quod ſic eſt interpretãdum. Certus erat Romæ hominum numerus, quibus frumentum dabatur de publico, vt è Tranquillo intelligi poteſt in vita Iulij: ex iis autem, quibus frumentariæ teſſeræ erant, aliqui eas vendebant. Hæc Turnebus.

¶ Teſſera, Pomponius de Origine Iuris. l.2. Qu. Fabius qui miſſus ad Carthaginienſes legatus, quũ eſſent duę teſſerę poſitæ, vna pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato vtram vellet deferre, vtranq; ſuſtulit, & ait Carthaginienſes petere debere vtram mallent accipere.

¶ Teſſeræ frumentariæ. Signa erant frumẽtaria, quibus exhibitis, frumentum à principe dabatur Populo Rom. Ex quo factum eſt, vt teſſera pro iure percipiendi frumẽti ponatur. Suet. in Auguſto, cap. 40, Ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentius à negotiis auocaretur, in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Iuuenal. Saty.7,

Summula ne pereat qua vilis teſſera venit Frumenti. Ex Bud.

Teſſeræ nummariæ etiam dicũtur, quibus exhibitis, ſumma nummũm præſcripta repẽſari ſolet. Suet. in Auguſto, ca.41, Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leniſſimo, interdum nullo pretio admenſus eſt, teſſeráſque nummarias duplicauit.

¶ Teſſera, Lignum vtrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & talea dicitur. Plautus,

Suam vterque teſſeram habet, ratio conſtat.

¶ Teſſera hoſpitalis. Fuit antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam: quam quicũque attuliſſet ad hoſpitẽ, continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus & vetus hoſpes. Hoc autem ius neceſſitudinis ad poſteros tranſibat: propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſeruabant. Plaut. Pœnulo, 16,

Ego ſum ipſus quem tu quæris. P. hem quid audio?

A. Antidamæ gnatum me eſſe. P. ſi ita eſt, iam teſſeram

Confer ſi vis hoſpitalem: eccam attuli.

A. Agedum, huc oſtende, eſt par probè: nam habeo domi. Ibidem, 15,

-deum hoſpitalem ac teſſeram

Mecum fero. Budæus.

Teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur, qui ius hoſpitij violabat: hoc, vt ait Eraſmus, qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſerat. Plaut. Ciſtel.5,

Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

¶ Teſſera,

¶ Teſſera, Figura geometrica, quæ & cubus vocatur, cuius meminit Macrobius lib.1. Somnij Scipionis.

Teſſella, teſſellæ {ψηφιδωτὸν} Diminutiuum à teſſera. Plinius lib 37.ca. 10. Androdamas argenti nitorem habet vt adamas, quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis. Plin.lib 17 cap.16.

Teſſellatus, pen.prod. Adiectiuum, Quod teſſellis, id eſt paruis quadratis lapillis intextum eſt, à teſſeris, quarum forma quadrata eſt. Suetonius de Cæſare, cap.46. Munditiarũ, lauritiarúmque ſtudioſiſſimum muſi prodiderunt: quanuis tenuem adhuc & obœratum, in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circumtuliſſe. Vitruuius lib. 7.cap.1. ſcribit pauimenta ſectilia, & teſſeris ſtructa, omnes angulos æquales habere debere: & ſectilia dicuntur, quoniam in particulas ſecta ſunt, vt quocunque velis, poſſint circunferri.

¶ Erant & teſſellatæ quędam tunicæ, teſſeris quibuſdam diſtinctę, vnde palliorum teſſeras dixit Plinius lib.35.cap.9. Hermolaus.

Teſſerula, teſſerulæ, pen.corr. {κυβίσκος} Aliud diminutiuum. Varro 3. de Re ruſt.cap.5. Narrat ad tabulam, quum decumberet, quendam deprehenſum teſſerulas coniicientem in loculum, eum ad Conſulem tractum à fautoribus competitorum. Perſ. Saty.5.

. ſcabioſum teſſerula far Poſſidet.

¶ Teſſerula, ſiue teſſera, Lignum, vtrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, vel menſuris notantur, quod & talea dicitur. Plinius, Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat. Perſius ſaty.5.

Teſſerulæ, Lapilli ad conficienda, ſternendáque pauimenta compoſiti. Cic.3. de Orat.

Quem lepidè lexis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes

Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex Lucilio.

Teſſerarius, Qui teſſeram nunciat per contubernia militum, aut per contubernia prætorianorum. Corn. Tacit. A quo Barbium Proculum teſſerarium ſpiculatorem, & Veturium optionem. Teſſerarios videtur Plutarchus διηγόλους interpretari. Turnebus. In editis teſſeranum legas, ſed mendoſè. Teſſera portò, vt Vegetius lib. 2. cap.7. ſcribit, dicitur præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus.

Teſſaradecas, penult. corr. teſſaradecadis, fœm.ge. {τεσσαρεσκαιδεκάς} Quater dena dicitur: à teſſara, quatuor: & decas, decem.

Teſta, teſtæ {κέραμος, ὄστρακον, λέπυρον, κεράμιον} Vas figlinũ igne decoctum, quaſi toſta: quòd è molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Tibul.lib.1.eleg.10.

Funderet vt nato teſta paterna merum. Plinius lib.26. Si & teſtæ tuſæ tertia pars addatur, melior materia erit. Horat.1.epiſt.2.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem

Teſta diu. Iuuen.ſaty.4.

- teſta alta paretur, &c.

Apta mero teſta. Ouid.2. Triſt.
Cutta teſta. Ouid.2. Faſt.
Lubrica teſta, Glacies. Ouid.3. Triſt.eleg.10.
Pia teſta, Horat.3. Carm.ode.21.
Samiæ teſtæ, Vide SAMOS.
Ambulare cum teſta. Author ad Heren lib 4.
Teſta, Later coctus, Vide Lateres ducere, in LATER.
Teſta, Fragmentum oſſis. Celſ. lib. 7. cap. 12. Protinus autem vbi plus ſanguinis profluit, ſeire licet aliquid ex oſſe fractum eſſe. Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta quæ receſſit, & volſella protrahẽda eſt. Si non ſequitur, incidi gingiua debet, donec labans oſſis teſta recipiatur.

Teſta, pro Lucerna teſtacea. Virgil.lib.1.Georg.

- teſta quum ardente viderent

Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. Vbi Seruius: Teſta quum ardente, propter vilitatem noluit dicere lucernam: ſed nec lychnum, quemadmodum in Heroico carmine, Dependent lychni, dixit. Medius enim in his ſtylus eſt libris.

¶ Teſtæ, pro Calculis, quos Græci oſtracos vocant.

¶ Teſta oui vel limacis. Plaut. Pœn.17.

Natiuæ teſtæ, Vide NASCOR.

¶ Teſtæ intelliguntur omnes piſces qui duriori cortice teguntur. Horat 2. Serm.ſaty.4,

Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

¶ Teſta etiã celertimum nauiculæ genus ſignificat. Cic. ad Attic. lib.16. epiſt.3. Tamen arbitror eſſe commodius tardè nauigare, quàm omnino non nauigare: & ſi quum proceſſerimus, exploratiora videbuntur, & teſtis vtemur. Sic enim legit & interpretatur Paulus Manutius. Iuuen. Satyr.15.

Hæc fœuit rabie imbelle & inutile vulgus:

Paruula fictilibus ſolicum dare vela phaſelis,

Et breuibus pictæ remis incumbere teſtæ. De Ægyptiis loquitur.

Teſtula, teſtulæ, pen.corr. Diminutiuum {ὀστράκιον} Colu.lib.11.cap. 3.

Tũ teſtulæ vel cõchæ quaſi ſedes in ſingulis ſubiectæ ſeminibus adobruuntur, vt ſiant capita latioris incrementi. De capitatis porris.

Teſtulæ in ſitellam coniectæ. Liu.5 bel.Pun.

Teſtaceus, Adiectiuum {ὀστρακινὸς} Quod è teſta fit. vt Teſtaceum operimentum. Plin.lib 11 cap.37 Plin.Iunior.epiſt.254.lib.10 ad Traianum de aquæ ductu Nicomedenſium, Altqua pars vt mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit.

Teſtacea pyra, quæ etiam ſignina dicebantur. Plin lib 15.cap.15.

Teſtatim, Minutim. Pompon. Verr. ægroto, tam iſtam colaphis commiſiſſem teſtatim tibi. Nonius.

Teſtamentum, teſtamenti, Vide Teſtor in TESTIS.

Teſticulus, pen.corr. {ὀρχεστηφάτιον} à teſte Diminutiuum, Notæ ſignificationis: tam in homine, quàm in brutis dicitur. Author ad Heren. lib.3. Medicus teſticulos arietinos tenens. Iuuenal. Saty.11.

Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos.

Teſtis, huius teſtis, com.g {μάρτυς, ἰσωμάρτυς, μάρτυρος} Qui teſtimonium profert. Ab eo dictus quod tueatur ſtatum cauſæ: vel quòd ante ſtet, quaſi anteſtis, id eſt anteſtans.

¶ Teſtis, à quo Teſticulus, maſc.gen. eſt ſic dictus, quòd virilitatis

teſtis ſit. Plin.lib 12.ca.49. Teſtes pecori armẽtõq; ad ceruæ decidui.

¶ Teſtibus præſentibus aliquid facere: cui contrarũ, Clàm & furtim. Plaut. Curc.2.

Teſte Herodoto, Quemadmodum refert Herodotus. Plin.lib.12. cap.17.

Sine teſte dolere. Mart.lib.1.

Non luget, quiſquis laudari Gellia quærit?

Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet. Seipſum exponit Martialis, quũ dicit, quiſquis laudari quærit. eſt enim teſtibus hominibus dolere, velle videri dolere.

Teſtis & conſcius alicuius rei. Cic. pro Fonteio.

Teſtis officij, vel rerum geſtarum. Cic. Lentulo, lib.1.7. Præterea quidem de Conſularibus nemini poſſum, aut ſtudij erga te, aut officij, aut amici animi eſſe teſtis. Idem poſt redit. ad Quirites. Sed etiam rerum mearum geſtarum authores teſtes, laudatores fuerunt.

De re aliqua teſtis. Cic. de Prouinc. Conſul. Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea.

Teſtis in aliquam rem. Cic.3 Verr. Non ſuſpicabatur id quod nũc ſentiet ſatis multos ex illa calamitate Arimineníum, teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe.

Acertimi teſtes, Vide ACER adiectiuum.

Claſſici teſtes. Feſtus.

¶ Comicus teſtis. Cic. Famil. lib.2. epiſt cuius initium, Raras tuas. Mea verò officia ei non defuiſſe, ture ea teſtis: quoniam Κωμικὸς μάρτυς (vt opinor) accidit Phania. Eraſmus in prouerbio Domeſticus teſtis, locum hunc corruptum eſſe cenſet, corrigítque κἀμὲ κωμικὸς μάρτυς, vel οἰκεῖος μάρτυς, id eſt domeſticus teſtis. dicíque putat, vbi quis ipſe ſeſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, non aliunde adductum. Rhodiginius lib.6.cap.17. Phaniam, inquit, hunc Ciceronianum non alium accipio, quàm Appij (de quo ibi intelligit Orator) libertum ſicuti comprobant Ciceronis verba epiſtola prima tertij libri. quem hic comicum teſtem dicit, non quia vetus comœdia Phaniam habeat, veluti fidei inuiolatæ numen ſanctius. id enim procul dubio commentum eſt vaniſſimum. ſed quòd libertus is ingenio eſſet lætiore facetoſóque, minimè ſubdolo aut inuido, & proinde iucundo admodũ & amœno. Victorius ex Suida legit κωμικὸς μάρτυς, putátque de his proferri ſolitum, qui aliquod mendacium ficto aliquo teſte confirmare volebant. Corradus hunc locum ſic exponit: Tute es teſtis, firmus, & perpetuus. Comicus, fictus, vel repentinus, & vltro citróque currens: quales in comœdiis inducuntur. vnde etiam dixit, accidit. Vitus Amerpachius ſic: Per teſtem comicum, Phaniam Appij libertum intelligit, & incertum, aut ſimulatum, ſicut in comœdiis omnia fingũtur. Rhodigini quoq; ſententia non placet in eo, q; refert hanc teſtis appellationem ad amœnitatem & facetias comicas: vt & Melanchtonis accomodantis eum Eraſmo eam ad certitudinem, vt homuis domeſtici. Nam ita præferret huius teſtimonium teſtimonio Cælij Cicero: & inep-è accidit, aut etiam accedit, vt Rhodiginus legit, hic de illo dixiſſet. Hæc Vitus. Victorius variarum lectionum lib 8.cap.12. Videndum accuratè eſt, an comicus teſtis dicatur, qualis in comœdia inducitur, id eſt ſubitus atque opportunus. Tales enim illic inducuntur, vt quum res poſtulat alicuius teſtimonium, repentè ipſe appareat, præſtóque ſit tempori illi. Eadem quoque ratione videntur ſerui comici vocati à Plauto in Captiuis Act.4. ſcen. 1. quum Ergaſilum paraſitum ita induxit loquentem,

Nunc certa res eſt: eodem pacto vt Comici ſeruí ſolent,
Conijctam in collum pallium, primò ex me hanc rem vt audiat.

Cupidus teſtis, iratus, coniuratus, ab religione alienus. Cic. pro Fonteio.

Diobolares teſtes Feſtus.

Falſus teſtis. Iuuenal. Saty.14. Quint. lib.2. cap.17.

Fictus teſtis. Cic. de Diuinat.

Grauis & Leuis teſtis, Contraria. Cic. pro Quintio.

Humiles teſtes. Quint. lib.5. cap.7.

Idoneus teſtis. Cic. pro Fonteio.

Incorruptus atque integer teſtis. Cic.1. de Fin.

Ingens teſtis factus inimici, Vide INGENS.

Locuples teſtis, Vide Locuples in LOCVS.

Locupletiſſimus & certiſſimus teſtis. Cic.5. Verr.

Mercenarij teſtes, Vide MERCES.

Oculatus teſtis, Vide OCVLVS.

Teſtis optimus. Cic. Antonio, lib. 5.5. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis.

Potentes teſtes. Quint. lib 5. cap 7.

¶ Religioſus teſtis, Hoc eſt fidelis, qui nihil præter ea quæ vidit aut audiuit, refert. Cic. in Vatinium.

Viuus & præſens teſtis. Cic.2. de Orat.

Voluntarius teſtis. Quint. lib 5. cap.7.

¶ Abducere à teſtibus. Vide ABDVCO.

Teſtis abeſt ſomno. Ouid.9. Metam.

Accommodare teſtes ad rem aliquam, Vide ACCOMMODO.

Adhibere teſtes, Vide ADHIBEO.

Cædere teſtibus, Vide CAEDO.

Citare teſtes in rem aliquam. Cic.4. Verr. Primum igitur in hanc rem totam Siciliam citabo: quæ mihi vna voce ſtatuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat.

Citerúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. Cic.1. Officiorum.

Colligere teſtes ſtultitiæ ſuæ quamplurimos domeſtico præconio. Cic.2. de Orat. Vide COLLIGO.

Comperire teſtibus. Vide COMPERIO.

Conducti vendunt per.uria teſtes. Ouid.1. Amor. eleg.10.

Conſtituere teſtes vel teſtem, Vide CONSTITVO.

Conſtituere aliquem teſtem & ſpectatorem aliquarũ rerum. Cic. 1 de Orat.

Dare teſtes. Cic.6. Verr. Ouid.1. Amor. eleg 8,

Fors me ſermoni teſtem dedit. Id eſt forte fortuna interueni illorum ſermõibus, & audiui loquentes.

¶Excitare testes ex monumentis annalium. Cic 2. de Fin.

Planum facere testibus. Cic. pro Quintio, Id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui & scire deberent, & causam cur mentirentur, non haberent.

Habere testem. Cic 3. Offic.

Iacere testibus, Vide IACEO.

Imponere testem, Vide IMPONO.

Infirmare testes, Vide INFIRMVS.

Producere testes. Quint. lib. 5. cap. 7. Cic. 3. Verr.

Proferre testes. Cic. pro Cornel. Balb.

Recitare suum codicem loco testis. Cic. pro Rosc. Comœd.

Subornare testes. Cic. pro Rosc. Comœd.

Vacillat testis, Vide VACILLO.

Vti testibus. Cic. 2. de Diuinat. Hoc ego philosophi non arbitror testibus vti, qui aut casu veri, aut malitia falsi factíque esse possunt.

Testimonium, testimonij, {μαρτύριον, μαρτυρία, ὑπομνηματισμός} Notæ significationis.

¶ Testimoniorum modus est duplex, Manifestus & Cæcus. Manifestus est, qui certos testes habet, & præsentes: Cæcus, in quo multitudinem aut ciuitatem dicimus scire. Donatus in Andr.

Amplissimum testimonium, Vide AMPLVS.

Diuina testimonia. Quint lib. 5. cap. 7.

Publicum testimonium. Quint. lib. 5. cap. 3.

¶ Accipere publicum testimonium, Vide ACCIPIO.

Afferre testimonium, Vide AFFERO.

Capere testimonium, Facere cõiecturam, vel habere existimationem. Cic. Sestio lib 5. 12. De tuo autem filio vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non cepisse.

Confirmare aliquid testimoniis. Quint. lib. 1. cap. 8.

Denunciare testimonium, Vide DENVNTIO.

Dicere testimonium de ambitu. Cic. pro Sylla.

Dicere testimonium. Cicero 4. Acad. Non tu verum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere ostenderis.

Dicere testimonium de coniurione. Cic. pro Sylla,

Qui testimonium de commutatione dixi in alias. Et pro Plauc. Vide DICO.

Dicere testimonium in aliquem. Quint. lib. 7. cap. 2.

Dicere testimonium in aliquem & contra aliquem. Cic. 3. Verr. & 3. de Nat. deor. Quint. lib. 7. cap. 2.

Dicere pro testimonio. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. Neque dixi quicquam testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum. Vide præpositionem PRO.

Dare testimonium, Fidem facere. Cic. pro Qu. Rosc. Dabit enim nobis iam tacitè vita acta in alteruttam partem firmum & graue testimonium.

Dare testimonium per tabulas. Quint. lib. 5. cap. 7.

Dare testimonium iudicij, pro Iudicium facere de altero. Cic. ad Cæsarem, lib. 13. 17. Testimonium meum de eo iudicij, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere erã expertus, ei libẽter dedi.

Eluere testimonia. Quint. lib. 5. cap. 7.

Esse testimonio. Cic. ad Atticum, lib. 8. 163. Cui rei testimonio sunt literæ quas Bussenius ad me misit.

Habere testimonium alicuius rei. Plancus Ciceroni lib. 10. 9. Et pro Rosc. Comœd. Alia certiora & clariora testimonia in causa haberem.

Perhibere testimonium alicuius rei. Colum. lib. 3. cap. 9.

Reddere testimonium, pro Perhibere & dicere. Quint. lib. 11. ca. 1.

Tribuere testimonium virtutis alicuius. Cic. 5. Philip.

Nomine deorum sancta testimoniorum fides. Cicero pro Fonteio. Ille Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt.

Testor, testaris, testatus sum, {μαρτύρομαι, μαρτύρωμαι} testari, Testificari, siue testimonium dare, Fidem facere, manifestõ ostendere. Cic. 2. de Nat. deor. Vtraque autem crebræ, multaque toto corpore intextæ vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. De venis & arteriis.

Testata est gaudia cantu. Ouid. 8. Metamor.

Carmina testantia mores. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10.

¶ Testari, Testem inuocare. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1 3. Sed testor omnes deos, me hac vna voce à morte esse reuocatum. Terent. Hecyr. 3 5. Neque culpa hoc euenisse diffidium mea, id testor deos.

Testor deos deásque immortales, vestrásque maximè mentes. Cic. Antequam iret in exil.

Superos testatus. Ouid 2. Metam.

Sydera testor. Virg 9. Æneid.

Testari per. Plautus.

Ipsus tete per superos omnes testatur. Virg. 3. Æneid.

Testari deum de re aliqua. Cic. pro Cluent. Preces & nefaria vota cognouimus, quibus illa deos immortales de suo scelere testatur.

¶ Testari aliquem. Eum rei alicuius testem appellare. Cice. 2. Philip. Vide ne illa causa fuerit appellandi me: quòd cùm rem gessissem consimilem rebus iis quas ipse gesseram, me potissimùm testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse.

¶ Testari, Denuntiare, ac palàm dicere: & nunc absolutè, nunc cum accusatiuo iunctum legitur. Cic. pro Murena. Ego quod facio, &c. me omnium vestrum causa facere clamo atque testor. Idem 7. Philipp. Monebo. prædicabo, denuntiabo, testabor semper deos hominésque quid sentiam. Voluntatem suam testari, eódem refertur. Florentinus in l. Diuus Traianus. D. De militari testamento, Si ergo miles, &c. conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur.

¶ Testari, Affirmare. Tranquillus, Ne Marcũ quidem Antonium in honoratum transiturũ testatus quondam per edictum tanto impensius petere se vt natalem patris sui Drusi celebraret, quòd idem esset & aui sui Antonij. Budæus.

¶ Testari, Imploratis more obtestari. Cic pro Flac. Vociferaret, & quantum maximè posset, contenderem, testarer publicanos exercitatem negotiatores: vestram etiam conscientiam implorarem. Hoc est, tutam rem permitteremus eorum testimonio & arbitrio. Budæus.

Implorare & testari. Cic. pro Sylla. Implorare sensus vestros vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer.

¶ Testari, Protestari. Vlpian. in l. Pro hærede. in prine. D. De acquirenda hæreditate. Cæterum si quid pietatis, siquid custodiæ causa fecit, si quid non quasi hæres egit, sed quasi alio iure dominus: apparet, nõ videri pro hærede gessisse. & ideò solent testari liberi, qui necessarij existunt, non animo hæredis se gerere quæ gerunt: sed aut pietatis, aut custodiæ causa, aut pro suo.

¶ Testari, Testamentum facere. Liu. 1. ab Vrbe. Qui cùm ignorans nurũ vetiẽ ferre, immemor in testãdo nepotis de cessisset, puero post aui mortẽ in nullã forẽ bonorũ nato, ab inopia Egerio inditũ nomẽ.

¶ Voluntatem suam testari, pro Testamentum suum facere. Florentinus in l. Diuus Traianus. D de mili. testam. Id priuilegium quod militantibus datum est, vt quoquomodo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet, &c. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est vt declararet quem vellet sibi hæredem esse, &c.

Testans, pro testatore. Vlp. in l. Cùm res. §. sed si id petatur. D. de leg. 1. N. si alia mens fuerit testantis.

Testatus, pen. prod. {μεμαρτυρημένος} Participium, siue nomen ex participio. Cic. 6. Verr. Quod quia vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habiturum: rem nihilominus testatam futuram. Id est, notam & compertam.

Clara atque testata res Cic. 4. Verr. Vt res quàm maximè clara atque testata esse posset, in ius ad Metellum Carpinatium voco, tabulásque societatis in forum defero.

Abiicere rem testatam. Cic. pro Murena.

Amor testatus populo. Ouid 3. Trist. eleg. 6.

Probitas testata in omne tempus. Ouid 3. de Ponto eleg. 1.

Clarũ, testatum peruulgatũ Cic. 4. Verr. Quæ cùm ita essent, tantáne amentia præditus, atque audacia fuiti, vt in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderes?

Si testata dici videbuntur. Cic. in Part. Id est testimoniis firmata. Cic. 2. Verr. Postremò ego causam sic agam Iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, vt nemo à vobis vt istum absoluatis, per gratiam conetur contendere.

Actis populi Rom. testatum. Plin. lib. 8. cap. 40.

Religione testatum. Hoc est, approbatum. Cic. pro Flacc. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum.

Redigere in testatum. Tabulas de re aliqua conficere. Vlp. in l. t. D. Vsufruct. quemadm. cau. Rectè autem faciẽt hæres & legatarius, qualis res sit quum incipit frui legatarius, si in testatum redegerint: vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorẽ legatarius fecerit.

Relinquere apud aliquem testatum, Hoc est rem certam facere, & testimoniis comprobare. Cic. ad Curionẽ, lib. 2. 2. Istam rationem meam dicam, vt aut te in meam sententiam adducam, aut certè testatum apud animum tuum relinquam quid sentserim.

¶A testatore: cui opponitur ab intestato, Vide INTESTATVS.

¶ Testarior, Comparatiuum, Magis certum. Cic. pro Cælio. Nã necesse est fuisse non paucos, vt & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior.

Testatio, Verbale {μαρτύρησις} Quint. lib. 5. cap. 13. Siquid ab aduersatio, testationibus comprehensum, &c.

¶ Testatio quid sit apud Iureconsultos atque alios Latinè scribentes, quæ subiiciemus, palàm faciunt. Quintilian. lib. 5. cap. 7. Sæpe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes: locus vtrinque. Hæc enim se pars iureiurando, illa consensu signantium tuetur. Paulus in l. Lucius Titius. D. De iis qui notãtur infamia. Lucius Titius crimẽ intendit C. Seio, quasi iniuriam passis: atque in eam rem testationem apud præfectum prætorio recitauit. Præfectus fide non habita testationi, nullam iniuriam L. Titium passum esse à L. Seio pronuntiauit. Quæro, an testes quorum testimonium reprobatum est quasi ex falso testimonio inter infames habeantur? Vlpian. in l. Moris est. §. 1. Solet & ita interdici, ne instrumenta omnino forment, néve libellos concipiant, vel testationes consignent. Igitur testari, nonnunquam est, de quocunque negotio tabulas quæ ad probationem valeant, conficere. Huiusmodi autem testationes olim non à personis aliquibus publicis, id est, tabulariis seu tabellionibus, sed à priuatis hominibus signabantur. Cic. pro Quintio. 13. Tabulæ maximæ signis hominum nobilium confignantur. Ibidem, 45. Eius rei conditionísque tabellas obsignauerunt viri boni complures. res in dubium venire non potest. Idem Verr. Ite in tabellas, refert: obsignat signis amicorum prouidens homo, vt contra hoc crimen, siquando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. Quintilian. lib. 5. cap. 5. Contra tabulas quoque sæpe dictum, sæpe dicendum est: quum eas non solum refelli, sed etiã accusari, sciamus esse vsitatum. Quum sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia: tutius ac facilius id quod secundo loco diximus tractatur, quòd scilicet pauciores rei fiunt. Hæ testationes dicuntur etiam consignationes. Quintil. lib. 12. cap. 8. Optimus est in discendo parronus iuredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas cõsignationes, ipsum denique aduersarium quædam nõ negaturum. Ideóque opus est intueri omne litis instrumentum, quod videre non est satis: perlegendum erit. Testationes, inquit Turnebus, erant quædam perscriptiones & tabulæ testificandi gratia factæ & obsignatæ. Quintil. Itaque eum nec inutilem, si ad horam fortè constiterit, nec in testationibus faciendis esse imperitum velim.

Testator, testatoris, pen. prod. Verbale. Vlpian. in l. Cùm res. in prin. D. De lega. 1. Cõstat, ĩ ibi esse præstandã, vbi relicta est: nisi alibi testator voluerit. Nam si alibi voluit ibi præstanda est, vbi testator voluit,

Testatrix

Testatrix, pen. prod. testatricis. Aliud verbale ſ.g. Paulus in l. Titia. in prine. D. De legatis secundo. Quum Seius viua testatrice tesseram frumentariam ex causa lucrativa habere cœperit. Ibidem §. Qui vltimus. Paulus respondit: testatricẽ videri in eo fideicõmisso duos gradus substitutionis fecisse. Scæuola in l. Pater silũ. §. Quindecim. D. De legatis tertio. Quibus permiserat testatrix vænundari. Vlpian. in l. Iuniano. D. eod. tit. Si modò hoc fensit testatrix.

Testatò, Aduerbium. Vlp. in l. Si procuratorẽ. §. Si ignorantes. D. Mandati, vel contrà, Sed & si testatò conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret, &c.

Denuntiare alicui testatò, Expressè & apertè prædicere. Vlpian. in l. 1. §. Licet autem. D. De periculo & ratio. rei vend.

Testatò & Intestatò decedere „contraria. Paulus in fraudem. §. 2. D. De iure fisci.

Testamentũ, testamenti {διαθήκη} Extrema voluntas. Dictũ quòd sit voluntatis nostræ veluti testimoniũ. Vnde & vltima volũtas appellatur. Vlpianus in l. 1. Qui testamentum fac. poss. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod post mortẽ fieri voluerimus.

¶ Testamentũ est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostrã valeat. Testamentorũ genera fuerunt tria. Vnũ, quod calatis comitiis: alterũ, quod in procinctu: tertium, quod per æs & libram fit, id est, per mancipationẽ imaginariã: in quo testamẽto libripens adhibetur, & familię emptor, & nõ minus quàm quinque testes, cũ quibus testamenti factio est. Qui in potestate testatoris est, aut familię emptoris, testis ad libræ pẽsa adhiberi nõ potest: quoniã familiæ mãcipatio inter testatorẽ & familiæ emptorem fit, & ob id domestici testes adhibendi non sunt. In testamento quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamẽti. Nuncupatur testamentũ in hunc modũ: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit, Hæc vt in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaque vos Quirites testimonium præbitote. Quæ nuncupatio & testatio vocatur. Hæc Vlpian. titulo vigesimo eius libri qui inscribitur Ticuli ex corpore Vlpiani.

Testamẽtum. Leges multæ de testamentis Romæ latæ sunt: quarũ nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Iunia Velleia, Cornelia, Aelia, Sentia, Voconia, de mulierum hæreditatibus, inter fecundum & postremũ Carthaginense bellũ à Qu. Voconio Saxa Aricinio tribuno pl. suadente M. Catone Censorio lata: fauxit hoc, ne qui hęredem relinqueret & filiam supra H-S XXXV M. nam Dio. lib. LVI. ita scripsit reliquit. Augustus quibusdam fœminis tribuit, XXV M. hæredes esse possent: licèt hoc lex Voconia vetaret. Furia cauebatur, vt à Theophilo scriptum legimus, ne cui plus, quàm M. nummũm, legaretur: quod amplius legatũ esset, quadruplũ restitueretur. Falcidia cauebatur, ne cui plus liceret legare, quàm dodrãte ex rota hæreditate, id est, vt, si ne vnus hæres instrutus esset, siue plures, apud ipsum, eóve quarta pars tãtũ remaneret. meminit huius legis Celsus, lib. XXII. digestorũ, his verbis: Cũ de lege Falcidia quęritur, hæredis probatio est, locũ habere legẽ Falcidiã. quod dũ probare non poterit, meritò cõdẽnabitur. In Iunia Velleia hoc erat, vt, qui testamẽtũ faceret, omnes eos virilis sexus necessariò instituere hæredes: qui, cũ nascerẽtur, hęredes ei futuri essẽt, eorũmq; in locũ liberi succederẽt: qui nisi instituti essent, aut fi exhæredati, ad exẽplũ posthumorũ essent, testamẽtũ ne valeret. hæ sunt quatuor leges tribunitiæ: reliquæ sunt, de quibus dicẽdũ est, Cornelia cõsulatus, L. Syllæ, & Aelia Sẽtia, à duobus cõsulibus, Augusto principe, Sex. Aelio, L. Sentio, lata. Cornelia falsum testamẽtũ faciẽtibus pœnã irrogabat: eáq; lege senatores soli tenebãtur, vt in Suetonio legimus: qo si quis in hostiũ potestate decessisset, eius testamẽtũ perinde lex Cornelia cõfirmabat, ac si, qui testamẽtũ illud fecisset, in hostiũ potestate perueniisset. testis Iulianus lib. XXVIII digestorũ. Testamẽta porro lex infirmabat, irritáque prorsus iubebat esse, quæ improba, inofficiosa, inhumana dicerẽtur, hoc est, quæ contra leges, merita, pietatẽ facta essent: itẽ illa, quæ à quinq; testibus, iisq; fide dignis, nõ essent obsignata. quod ad septẽ deinde testes, imperatorũ etiã te, trãslatũ est. atq; horũ generũ causas, de rescindendis cõfirmãdísve testamẽtis, à centũ viris esse iudicatas, quod hastę iudiciũ dicebatur, Cice. Valeriusq; declarãt. In Aelia Sẽtia scripta sunt hæc: vt vnus modò hęres necessarius fieret: plures si fierent, irritũ esset. qui primo loco esset nominatus, hæres esset. Ex lib. nostro de legib. Romanis.

Libertas testamentorum. Quint. lib. 3. cap. 6.

Subiector testamentorum. Cic. 2. in Catil.

Improbum testamentum, Vide IMPROBVS.

Inofficiosum testamentum, Vide INOFFICIOSVS.

¶ Cauere testamento, Vide CAVEO.

Componere testamentum, Facere, & in ordinem redigere. Cic. ad Atticum, lib. 15. 328. Vetus exemplar legit testimonium:

Conscribere testamentum. Cic. de Aruſp. respon. In qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit.

Si in testamento deducta scripta non sint. Cic. 2. de Legib.

Facere testamentum. Cic. 3. Verr. Multi testamenta eodem modo fecerunt.

Irritum testamentum facere. Cic. 2. Philip.

Habere factionem testamenti. Cic. Trebatio lib. 7. 22.

Improbare testamentum, Vide IMPROBVS.

Testamento tutorem instrui, vel fieri, aut creari: Hoc est, ex testamento, vel per testamentum. Liu. 1. ab Vrbe.

Mutare testamentum. Cic. pro Cluentio.

Nuncupatum testamentum, Vide NVNCVPO.

Obsignare testamentum. Cic. pro Milone. Vnà fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio.

Relinquere testamento. Cic. 3. Off. Quum & testamento sestertiũm millies relinquatur.

Resignare testamentum. Horat. 1. epist. 7.

Ruptum & Ratum testamentum, cõtraria. Cic. 1. de Or. Testamentorum ruptorum, aut ratorum.

Dolabellam video Liuiæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente. Cic. ad Atticum, lib. 7. 128.

Supponere & subiicere testamenta, Hoc est, falsò & dolosè deferre vel proferre. Cic. in Parad. Si testamenta amicorum expectas: aut ne expectas quidẽ, at ipse supponis. Et 4. Philip. Subiicere testamẽta.

Supponere falsa testamenta. Cic. 1. de Legib.

Testamentarius, Adiectiuum {διαθηκικὸς} Quod ad testamentum pertiner. Vnde testamentariæ tabellæ, & testamentaria lex quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnam ei qui testamẽtum vel aliud instrumentum signauerit, scripserit, recitauerit. Plin. lib. 35. cap. 2. Quum Scipionis Africani transfiliet atrium, vidiffétque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

¶ Testamentarius, Substantium {διαθηκάριος} Qui testamẽta falsa conficit & supponit. Cicero lib. 3. Offic. Neq; enim de sicariis, veneficiis, testamẽtariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est. Idem pro Sestio.

¶ Testamentarium {διαθηκογράφος} Notarius, Confector & scriptor testamentorum. Callistratus ad legem Corneliam de falsis, l. Diuus. Si quis duobus hæredibus institutis adieceerit, vt si alter hæres sine liberis decessisset, ei qui supereſſet, & liberos haberet. hęreditas redderetur, vel si sine liberis vterq; decessisset, vt hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, placet testamẽtario pœnam legis Corneliæ remitti. Ibidem Paulus, l. Impuberem, Si testamentarius seruo suo fideicommissariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

Testificor, pen. corr. testificaris {διαμαρτύρω} testificari, Testari, attestari, notum facere, vel testibus firmare. Cic. 4. Tusc. Nos autem, vt testificor sæpe, de sapiente quærimus.

Testificor me à te rogatum. Cic. in Orat.

Testificor me expertem belli fuisse. Cic. Attico, lib. 8. 153.

Testificari sententiam suam. Cic. Attico, lib. 8. 145.

Testificari aliquid cum summa hominum frequentia. Cic. 7. Ver.

¶ Testificari deum, pro Testari, & in testimonium inuocate. Cic. Attico, lib. 10. 201. Nam Deos hominésque, amicitiámque nostrã testificor, me tibi prædixisse, neque temerè monuisse.

Testificatus, pen. prod. {μεμαρτυρημένος} Participium. Cic. ad Atticum, li. 1. 12. Illud iuefit tamen commodi, quod & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquãdo testificata tua volũtas omittẽdę, puniciq; Lingua testificata deam. Quæ deam iurauit. Ouid. epist. 10.

Statim testificati discederent. Cic. pro Cecinna,

Testificatio, Verbale {διαμαρτύρησις} approbatio quæ testibus, vel multis testimoniis fieri soler. Cic. de Claris Ora. Quinetiam memini, quum accusatione sua Quinto Gellio crimini dedisset, sibi eum venenum paraussse, sídque à se esse deprehensum, seséque chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem, deferre dicerer. Idem ad Lẽculum, lib. 1. Cum summa testificatione tuorũ in se officiorum.

Testu {κεράμιον} Varro de Lingua Latina, indeclinabile. testa posuit.

Testuaceum, testuacei {κεραμίτης} Quod in testu calido coquebatur, vt ait Idem Varro lib. 4. de Ling. Lat. condimentum ex variis ẽsculentis: à testu, sub quo calido coquitur. Charisius libro primo, Sunt quædam nomina tantùm monoptota: vt genu, testu τὸ γόνυ. Sed Virgilius hæc testa in Georg. Rursus libro eodem, V litera neutra tantùm terminatur, & ferè hæc, veru, gelu, genu, cornu, tonitru, & quidam volunt testu, quod è numero horum separandum est, quòd authores testam potius dixerunt, vt Virg. lib. 1. Georg.

-testa quum ardente viderent

Scintillare oleum. & Horat. lib. Carm. ode. 14.

Spartarum si qua potuit vagantem

Fallere testa. Alij separantes, amphoræ quidem testam dicunt, testudinis verò testu, sed frustra: nam Græci ὄστρακον sine distinctione dicunt, tam amphoræ, quàm testudinis. Idem aliquot pòst chartis: Testu, vt genu, Flauius Caper veteres ait dicere solitos. Mummius in Atellana, Iunius ad spectacula est videre in testu, quantum sit caput. Afranius. Indignum verò dici solet testu. At Maro testam dixit. Hæc Charisius. Ouid. lib. 2. Fastorum.

Ara fit hîc, ignem curto fert rustica testu. Sic enim legitur in codice manu scripto. Et lib. 5. 102.

Et spumat testu pressus vterque suo. Quã lectionẽ retinuit Aldinus.

Testudo, pen. prod. testudinis, fœm. gen {χελώνη} Animal tardigradum sic dictum, vt ait Varro, quòd testa tegatur. Plin. lib. 9. cap. 10. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorẽ claudente, pyxidum modo. In mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant. In terram egressæ, in herbis parũt ouа, auium ouis similia ad ducenta numero. Eáque defossa extra aquas & cooperta terra, ac paulo à corpore, & cõplanata, incubant noctibus, educant fœtus annuo spatio. Cic. 2. de Nat. deor.

¶ Testudo, Machina bellica. Erat autem materia tabularis cõtexta, & coriis Silicinis aut centonibus, & aliis quæ difficulter comburi possunt, cõtecta. Hæc intrinsecus habebat trabem, quæ vnco præsigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo quòd incuruata esset, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funiculis suspẽsa, vt reducta impetuosius feriret: ideóque & testudo dicta à similitudine, reptilis, quòd caput nunc exerat, tunc reducat. Siluius lib. 1.

Tandem condensis arctæ testudinis armis,

Hoc etiam instrumentum arietem appellant, ab eo quòd aries fronte pugnat. Cæsar 5. bel. Gal. Reliquísque diebus turres ad altitudinẽ valli, falces testudinésque, quas iisdem captiui docuerant, parare ac facere cœperunt. Virgil. 2. Æneid.

-obsessúmque acta testudine limen. Lucan lib. 3.

Vtcamen hostiles densa testudine muros

Tecta subit virtus, &c. Stat. 10. Theb.

Scrutatúrque cauas cæca testudine turres.

¶ Testudo, interdum dicebatur quam faciebat exercitus se tegumentis scutorum vndique operiens, vt testudo suo obducta est putamine, eáque specie referebat tectum ædificiorum. Sic autẽ se operiebant citra perpetua clypeorum aduersus sagittas Parthorum, & aduersus omnia missilia supernè cadẽtia, cùm vrbem oppugnabant.

Cęsar lib.2.Comment.Testudine facta portis succedunt.Ex Turnebo. Liuius Decad. 5. lib. 4. Quum alios decursus edidissent motus: quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis summissioribus, tertiis magis & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam sicut tecta ædificiorũ sunt, testudinem faciebant.

Acuta testudo.Matt.lib.13.

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice depositio mollis echinus erit. Testudine: quia in orbem voluitur echinus. Acuta:quia spinas habet pro pilis.

¶Testudo,alia significatione apud Celsum legitur, in l. Labeo.D. De supellect.leg. Nã fictilii,aut linea,aut vitrea,aut ærea denique supellectili vtebantur: nunc ex ebore atque testudine & argento,iam ex auro etiam atque gemmis supellectili vtuntur.

¶Testudo,pars cithareæ Cic.2.de Nat.deor.217.Quocirca & in fidibus testudine resonatur,aut cornu: & ex tortuosis locis & inclusis soni referuntur ampliores.Testudinem organum, testudinis animalis formam habere docet Cicero de Diuinat.Budæus.

Blanda testudo.Claud.8.Paneg.
Callida testudo resonare septem neruis.Hora.3.Car.ode.11.
Caua testudo.Horat.Epod.14.

¶Testudines {χέλιδες, ὄνοι, σκῶλ} Loca dicuntur in ædificiis camerata ad similitudinem aquatilium testudinum, quæ duris tergoribus sunt & incurtus.Virg.1.Æneid.

Tura furibus diuæ,media testudine tẽpli. Varr. 3. de Re rust.ca.5.1.

Igitur testudo(vt peristylum rectũ regulis,aut rete)fit magna,in qua milia aliquot turdorũ ac merularũ includere possint.Virg.2.Georg.

Nec varios inhiant pulchra testudine postes.

Thalami culti testudine.Ouid.2.Metam.

Pars secreta domus ebore & testudine cultos
Tecis habuit thalamos. Non solùm ebore(ait interpres)sed etiam testudinum crustis thalami ornabantur: quauis testudo ædificium quoque cõcameratum significet: qua in significatione si accipiamus, eburneam testudinem intelligemus.Hactenus ille. Ego verò vt putem poëtam de testudine sensisse,facit Celsus in l.Labeo,vt supra retulimus.Vide TESTVDO,alia significatione,&c.

Testudineus,as,penult.prod.Adiectiuum {κελωνῆος} Quod concauum & incuruum est,testudinis more. Colum. lib. 12. cap.15.

Testudineatum tectum.Plin.lib.33.cap.11.Sed & testudineatum in vsum veniſſe.

Testudineus,Adiect.{κεραμοειδὴς} Quod est testudinis.

Testudinem Hexaclinon,Opere testudineato factum:nam id antiquis summo in pretio fuit, quod opus Caibilius Pollio primus instituit.Martial lib.9.

Testudineus gradus,Id est tardus Plaut.Amphit.15.

TESTVS,huius testus,m.g. {κώδιον} Tegmen testaceum,sub quo placentæ & alia coquuntur. Cato, In foco calido sub testu coquitur leuiter.Idem cap.84. Vbi bene omnia cõmiscueris,in catinum indito: catinum testu operito.

Testum etiam dicitur,neutro gen.Plin.lib.32. cap.7. Sub æreo testo.Hoc Græci vocant clibanum:vnde Panis testaceus apud nos dicitur,quem ilii clibanitm.

Testuaceus,Adiectiuum. Vide TESTV.

Tetanicus,pen.cor.Adiectiuum {τετανικὸς} Tetanicus autem dicitur qui eo morbo laborat, qui tetanus Græcis dicitur, nẽpe quum musculi cui secundum spinam sunt,rigent ita, vt se inflectere non possint.Id quum anterior pars afficitur, vt si mẽtum pectori annectitur, emprosthotonus quum posteriora opisthotonus, vt si caput scapulis. quum verò ambæ rigent ex æquo,tetanos vocatur, vt si seruix recta & immobilis intenditur:teriamsi, vt ait Celsus lib.4. cap. 3. quidam minus subtiliter & discrete his nominibus vtuntur.Plin.lib. 23.ca.7. Datur tetanicis & spasticis. Scribonius Largus 101. Facit & hoc medicamentum ad eos, quorum musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt, adeò vt aperire os nullo modo possint. Tetanon hoc vitium Græci dicunt.Hæc Scribonius.Est igitur Tetanos conuulsionis species,qua nerui ac musculi totius corporis distẽdũtur, & quasi obrigent.Celsus lib.2.cap.1.Frigus modò neruorum distensionem, modò rigorem infert:illud spasmos.hoc tetanos Græcè nominatur.

Tetanothra,pen. prod. dicuntur quæ vim habent erugandi & læuigandi cutem.Plin.lib. 32.cap.7.Vtilem eam in capitis doloribus affirmant,& tetanothris.

Tetartæus,Adiect. {τεταρταῖος} Quartanus. Colu.lib.3.cap.20. Quod deinde proximum à primo, tum quod est tertiæ notæ vel quartæ, quódque eatenus velut lectarum quoddam cõtenti simus tetartæo. De generibus vitium.

Tetartemorion, {τεταρτημόριον} Græca dictio, quadrantem significans:qua dictione vtũtur, qui de varietate nascẽdi præcepta tradũt, quòd dum annorũ summa colligitur, quater extrahi & quater multipliciari debet.Plin.lib.7. cap.49. De varietate nascendi, Durat & eatio,quam Petosiris ac Necepsos tradiderunt,& tetartemorion appellant,à trium signorũ portione,qua posse in Italiæ tractu CXXVI. annos vitæ contingere apparet.

¶Est, inquit Budæus,tetartemorion Græcè, qui Latinè quadrans dicitur, id est quarta pars signiferi circuli, hoc est tria signa.Ad cuius rei intelligentiam sciendũ quòd numerus duodenarius & Astronomicis & Genethliacis familiaris & accommodatus est: vnde & aspectus quadrantales obseruant, & trientales, sextantésque. hos duos extremos trinos & sextiles vulgò vocant. Quadrantalis aspectus, qui quadratus etiam appellatur, fit per trium signorum interstitium, & gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatus. Plin.lib.2. cap.15. Martis stella, vt propior, etiam ex quadrato sentit radios ab nonaginta partibus: vnde etiã nomẽ accepitis motus, primus & secundus nonagenarius dictus ab vtroque exortu.Trientalis est aspectus, qui in quatuor fit signis, hoc est in tertia parte signiferi,quæ constant centum & viginti gradibus. Hunc triquetrum Plinius vocat. Sextans autem fit in sexta parte signiferi,hoc est sexa

ginta gradibus,& signis duobus:ob id sexagenarius dictus. Semi istis aspectus est qui fit per diametrum, id est, per lineam circuli dimetientem.Hanc radiationem Mathematici,id est Chaldæi,minacem malignámque esse dicunt.Hæc fit à signo vno ad aliud signum quod ab eo ordine sit septimum: vt ab ariete ad libram. Triquetrus aspectus,id est trigonus,qui trientem signiferi capit,quinto signo fit: vt (verbi gratia)in duobus signis quæ tantum inter se distent, quãtum aries & leo Huiusmodi radiatio lęta fœlíxque esse dicitatur.Tetragonus,id est quadratus,fit in quarto ab eo à quo inchoatur signo,id est ab horoscopo,vt ab leone in scorpium Hãc radiationem tristem putant.Hexagona est quam sextantem diximus, quæ fit in tertio signo,eadem benignitate cum trigona prædita.Propterea Plinius lib. 2.cap.17. De sexagenario aspectu loquens, Hic numerus, inquit, sexangulas mundi efficit formas.Antedictis quatuor,Genethliaci etiam cardines quatuor addunt, ortum scilicet & occasum,& mesuranium,quod & mesuranema dicitur(vocabulum vbique in Firmico deprauatum) hoc est locus medij cœli, & huic appositum locum quod Hypogeon dicitur, hoc est punctum subterraneum inter ortum occasúmque medium.Vt autem as ipse Mathematicus impleatur, & omnes suas partes habeat, addunt & alia quatuor loca,quæ pigra deiectáque esse dicunt: quòd nullo fermè radiationis fœdere cum hortu,id est cum horoscopo,coniungantur.Hæc sunt in secundo,sexto, octauo, & duodecimo ab horoscopo signo. Horoscopus est ea pars cœli,quę genituę tẽpore ab orientali parte cœli emergit in hemisphærium nostrum, & ortus appellatur: quam ex Ciceronę natalem horam & natalitiam appellare possumus: ex cuius obseruatione natalitia prædicta fiunt, vt ipse loquitur De diuinatione lib.2 Possumus etiam exortiuam horam vocare.Græci horoscopum ab horæ natalis notatione appellauerunt.Huic pars per diametrum opposita in septimo(vt diximus) signo in occidua cœli parte, occasus appellatur. Ea autem pars cœli quæ triginta partibus ab horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo in qua horoscopus inchoatur, Anophora appellatur, & interdum Epanaphora, quasi pars iamiam emersura. Quæ autem pars signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctum signiferi præcesserit, quot partibus in emersu anaphora ab horoscopo relinquitur, ea pars cœli à Mathematicis Epicataphora dicitur: quod significat præcipitem locum cœli in octauo ab horoscopo signo. Reliqua duo loca nomina habẽt malæ fortunæ & Cacodæmonis. Hæc Budæus.

Teter,tetra,tetrum{βαρυηδὴς}Quod est malum, fœdum,& pollutum, crudele,& insuauestum ad mentem pertineus, tum ad cæteros sensus. vt, Bellua terra, teterrimus hostis, tetertima mens. Plaurus Mostel.8.

Nullum ædepol hodie genus est hominum terrius.
Absynthia tetra,Vide ABSYNTHIVM.
Aqua teterrima.Horat.1.Serm saty.5. Alij legunt deterrima.
Tetra & immanis bellua.Cicero 4.Tuscul. Ipsam ægritudinem quam nos vt terram & immanem belluam fugiendam esse diximus, non fine,&c.
Cadauera tetra,Putrida & tabida.Lucret.lib.2.
Causa teterrima belli,Pessima,pernicioſissima. Hora.1. Ser.saty.
Colores tetri fœda specie,Quos oculus auerſatur.Lucr.li.2. (3.
Teterrima comes mortis,fames.Colum.lib.2.cap.2.
Cruciatus teter.Cic.2.de Finib.

Cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ,
Tetros cruciatus cient. Ex poeta.
Discordia tetra.Horat.1.Serm.saty.4.
Facinus tetrum.Senec.Thyest.8.
Homo teter. Sulpitius ad Ciceronem lib. 4. 12. Ita vir clarissimus ab homine tetertimo acerbissima morte est affectus. Vetus codex habet deterrimo.

Hyems teterrima.Cælius ad Ciceronem,lib. 8.15. Nunc tibi nostri milites qui durissimis & frigidissimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt,malis orbiculatis esse pasti videréntur?
Libido tetta,Obscœna.Horat.1.Serm.saty.2.
Morbus teter.Catul.de Lesbia,71.
Nox terra nimborum,Nigra & picea caligo atque densitas nimborum.Lucret.lib 4.
Odor teter.Colum.lib.7.cap.5 16.Virg.3.Æneid.
Ore terro spirans flammas,Exitiali,pernicioso.Lucret.lib.2.
Sanguinis tetri profluuium,Corrupti,purulenti.Lucret.lib.6.
Sapor teter.Lucret.lib.6.
Sententia tetra.Cic.ad Qu.fratr.lib 2.10.
Spiritus teter.Halitus venenosus.Horat.3.Carm.ode 11.
Tenebræ tetræ.Cic.2.de l.Agratia.
Vlcera tetra.Lucret.lib.5.
Perditorum teterrimus.Cic.1.Tuscul.
Teter in aliquem Cic.1.Tuscul.

Tetrè,tetrius,teterrimè{δλοσυρῶς}Aduerb.Cic.1.de Diuin.Multaq; facere impurè ac tetrè ea temeritate & impudẽtia. Idẽ pro Domo sua. Quòd seuerè de religione decerneret,impurissimè teterrimèque violasti?

Tetritudo.Acc. Philoct. Quod te obsecro, ne hæc alpernabilem tetritudo mea in occulto faxit. Nonius.

Tetro, tetras,terrare,Fœdare,horridum obscurúmve facere.Pacuuius Peribœa,Belluarum ac feratum aduentus ne tetret loca.Nonius.

TETHYS,huius Tethys & Tethyos,datiuo Tethyi{τήθυς} Cœli & Vestæ filia,cõiũx Neptuni & Nympharũ mater,vt ait Sallust. At Ouid. lib.5 Fast.videtur sentire illã fuisse Titani filiã, qui fuit Saturni frater, natu maior.Ait enim,

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Vnde & Oceani vxorem illam fuisse constant,quæ quandoque pro mari ponitur. Tethys autẽ maior filia fuit Cœli & Terræ.Catul. de coma Berenicis,
Æquora Tethyos.Lucan lib.3.
Antra sonantia Tethyos.Stat.1.Achil.
Cana Tethys.Ouid.2.Fast.

.eanámque

-enámque petit Saturnia Tethyn.
Grandæua Tethys.Valer.2.Argon.
Reciproca Tethys.Silius lib.3.
Vaga Tethys.Lucan.lib.6.

¶Tetinerim, præteritum antiquum & obsoletum pro tenuetim. Pacuu. Medo,
Crede, quotsum iter tetiniſſe aiunt. Acc.Clytemnest.
Vt quæ tum absentem rebus dubiis coniugem tetinerit, nunc prodat virorem.Ex Nonio.

Tetra,à tetrara Attico,pro tessara,quod quatuor significat,nõ nisi in compositis Græcis dictionibus reperitur.

Tetracolum,tetracoli{τετρακῶλον}Sunt autem tetracola, conuersiones quatuor membris comprehensæ.vt tricola tribus: quę tum sunt elegantissima, cùm paria paribus relata habent. Seneca, & illud tetracolo:seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti.Iterum,Habet ideò sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententiis,curamus vt numerus cõster, non curamus vt sensus.Idem Seneca alio loco quatuor primi nominis declamatores, primum tetracolum per translationem vocat,vbi ait,Nulli non post primum tetracolum præferendus Ex Turnebo.

Tetradoron,pen.prod.{τετράδωρον} Quatuor palmorum.Plin.lib.35.ca. 14,Virruuius lib.2. Ita quod est quoquouersus quinque palmorum, pentadoron,quod quatuor,tetradoron dicitur.

Tetradrachma,tetradrachmæ,vel Tetradrachmum tetradrachmi {τετράδραχμον} summus quaternas valens drachmas.Liu.4.bel.Mac.Ad hoc clypei argentei decem,signati argenti octaginta quatuor millia fuere Atticorum,tetradrachmam vocant,trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus. Ibidem,7. Prælata sunt in eo triumpho signa militaria ducenta triginta:& argenti infecti tria millia pondo, signati tetradrachmũm Atticũm centum tredecim millia. Cassius ad Ciceronem, 12. 13 Nam iam ternis tetradrachmis tritícum apud Dolabellam est,nisi quid naubus Laodicenorum supportarit, citò fame pereat necesse est.Famem instantem significat ex caritate frumẽti,quum mediimnus duodenis drachmis vęniret, id est seni modij Romani & semisse xtarius noster ducato vno.Budæus.

Tetragonus,pen.pro.siue tetragonum {τετρώγωνος} dicitur quadrangulare,siue quadratum.

Tetragrammaton,pen.cor. {τετραγράμματον} genitiuus pluralis, id est, quatuor literarium,vt Nomen tetragrammaton.

Tetrameter,tetrametri, pen.cot. quatuor metria seu mensuras habens. Versus dicitur tetrámeter,qui quatuor habet mẽsuras,hoc est pedes octo. Vnde & Octonarius dicitur ab Latinis, & Quadratus, & longissimus.

Tetrans,terrantis,m.g.Quatuor partes. Vitruuius lib.10.cap.11. In capitibus circino diuiduntur circinationes eorum terrantibus in partes quatuor,vel octantibus in partes octo ductis lineis:&c.In terrantes & octantes dicuntur diuidi circinationes, siue rotundationes, quum in partes quatuor, aut octo diuiduntur,ductis à cẽtro ad circumferentiam comparibus lineis, vt æqualia relinquantur spatia. Eadem forma dicitur Terrans,qua & Dodrans.

Tetrapharmacon,pen,corr.{τετραφάρμακον} Cibi genus, quod ex quatuor preciosis obsoniis cõstabat,phasiano,sumine,perna,& crustulo.

¶Tetrapharmacum,pen.cor.Vnde Tetrapharmacũ emplastrum. Celsus lib.5. cap. 19. Puri autẽ mouendo non aliud emplastrum melius,quàm quod expeditissimum est, tetrapharmacon à Græcis nominatur.Habet pares portiones ceræ,picis,resinæ,seui taurini: si nõ est,vitulini. Dicitur & Basilicum emplastrum, teste Galeno lib.3.ca. 1. De compositione pharmacorum secundum locos.Basilicum quidem, siue regium,quòd apud maximos & præstantissimos quosque homines in viu esset.

TETRAPOLIS,pe.cor.{τετράπολις}dicta est Antiochia regio cognominata,vt ait Strabo lib.16.in qua sunt quatuor insignia oppida.

Tetraptotum,pen.prod.{τετράπτωτον} nomen dicitur quod per quatuor casus variatur:vt spes,spei,spem,spe.

Tetrarcha,tetrarchæ{τετράρχης} Qui pattem regni quartam detinet. Cic.ad Att.lib.2. 24. Qui regna,qui prædia tetrarchis,qui immanes pecunias paucis dederunt.Lucan.lib.7.
-sicci,sed plurima campi
Tetrarchæ,regésque tenent,magnísque tyranni.

Tetrarchia,tetrarchiæ{τετραρχία}Huiusmodi principatus.Cic.1.de Diuinat. Tetrarchiæ regno pecuniáque multatus, Idem pro Deiotaro. Negat vnquam se à te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse.

Tetrastichon, pen.corr. {τετράστιχον} Græcis dicitur, quum tantum quatuor versibus sententia comprehẽditur vt distichon, quum duobus.Martial,lib.7.
Quòd non insulsè scribis tetrasticha quædam,&c.

Tetricus,penult. corr. vel Tetrica {τέτρικες} Mons in Sabinis asper atque arduus.Virgil.7.Æneid.
Qui Tetricæ horrentes rupes,montémque Seuerum,
Casperiam colunt. A quo monte

Tetrici {σκυθρωποὶ} dicti sunt homines, tristes & seueri. Martialis lib.6. At quàm non tetricus,quàm nulla nubilus ira,
Quàm placido nostras legerat ore preces? Colum.lib.8.cap.11.
Pauonum educatio magis vtbani patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit.
Lustra tetrica.Seuera,siue horribilia. Lactantius. Stat.9.Thebaid.
Puellæ tetricæ,Ouid.1.de Arte.

Tetricitas,pen.cor.tetricitatis{σκυθρωπότης.}Ouid.ad Pisonem.
Talis ineſt habitus,qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum,læta sed tetricitate decorum Possumus.

Tettigometra,pen.prod.{τεττιγομήτρα} Cicadarum matrix,vt Ortygometra coturnicum.

¶Tetuli,Præteritum antiquum pro tuli. Acc. Andromed.
Donec tu auxilium Perseu tetulisti mihi. Vide Nonium.

TEVCA{τεῦκα}regina Illyricorum, quæ ob castitatis meritum meruit vt lõgo tẽpore viris fortissimis imperaret,& Romanos sæpe frangeret.

Hæc,vt author est Plin.lib.34.cap.6. P.Iunium, & T. Coruncanum, legatos summa Romanorum iniuria interemit.

TEVCER,vel Teucrus{τεῦκρος} Scamandri Cretensis filius, in Troade vnà cum Dardano genero regnauit, vnde Ilienſium regum fluxit origo.
Maximus pater Teucrus. Virg 3.Æn. Alter fuit Telamonis filius, ex Hesiona Laomedontis regis filia, & Priami sorore. Is Salamina Cypri condidit,vt testatur Iustinus lib.44.Horat.4.Carm,ode.9.
Primúsue Teucer tela Cydonio
Direxit arcu.
Hic ab Homero sagittis peritissimè vsus,vtinquit Acron,inducitur. Fuit & Teucer, quidam Cyzicenus,qui scripsit de terra quę profert aurum: de Cyzicenorum rebus:aliá jue complura à Suida commemorata.

TEVCER,Possessiuum{τευκρὶς} Idem quod Troianus, vt est apud Virgilium.
Campi Teucri.Stat 1.Achil.

TEVCRIA,Teucriæ{τευκρὶς}Virg.2.Æneid.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu.

TEVCRIS,huius Teucridis,pen.corr.f.g.Teucri filia. Cic.Attic.lib.1. epist. cuius initium, Et mea sponte: Teucris illa lentum sanè negotium. hoc est(ænigmate enim loquitur) C. Antonius collega meus, olim cum L.Catilina ita coniunctus, vt illi regnum Consul non aliter quàm Teucri Filia Dardano, cõparare posse credereturtita porrò libidinosus,vt Teucris potius quàm Teucer sit appellandus.

Teuchites,pe.pro.m.g {τευχίτης} Iuuci odorati species laudatissima, à loco in quo nascitur nomen habens. Plin,lib.12 cap.18.Laudatissimus ex Nabathæa iuncus,cognomine teuchites,proximus Babylonius,pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, vinosæ mordacitatis ad linguam. Syncerus in confricando odorem rosæ emittit,rubentibus fragmentis. Dioscorides τευχῖτιν appellat fœminino genere, respiciens nimirum ad nomen generalius σχοῖνος,quod etiam in fœminino genere ab eodem vsurpatur.

Teucrion {τεύκριον} Herba. Plin.lib. 25.cap.5. Inuenit & Teucer eadem ætate teucrion,quem quidam hemion vocant,spargentem iuncos tenues,folia,parua,asperis locis nascentem,austero sapore,nunquam floreatem: Neque semen gignit.Medetur lienibus.Cõstátque sic inuentam: Quum exta super eam proiecta essent,adhæsisse heni, eúmque exinaniſſe. Ob id à quibusdam splenion vocatur. Narrant sues qui ra.licem eius edunt,sine splene inueniri.Idem lib.24.cap.15, Chamædrys herba est,quæ Latinè trissago dicitur. Aliqui eam chamædropẽ, alij teucrion appellauere.Folia habet magnitudine mentæ,colore & diuisura quercus.

Teuderium {τευδήριον} Prolemæo lib.2.cap.11.Vrbs Germaniæ: hodie Padeburna,vulgò *Padborn*.

TEVMESSVS,pen.prod.{τευμησσὸς}Mons Bœotiæ,à quo leo Teumesius dictus,inauditæ magnitudinis,qui omnibus terrori erat, quem Hercules adhuc penè puer occidit, eíque pellẽ detraxit, qua postea pro palliо semper vsus est. Est etiam hoc nomine fluuius,& regio,& par uulum oppidum in Thebanis finibus.Hoc,leo à Ioue in cœlum trãslatus dicitur, vt gloriæ Herculis consuleret, qui eum inermis occiderat.
Amnis Teumesius.Stat.9.Thebaid.
Cornus Teumesia.Stat.2. Thebaid.
Leo Teumesius.Stat.4. Thebaid.

TEVTATES,penultima producta {τευτάτης} lingua Gallica dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuisse Geometriæ & Astronomiæ atque talorum scribit.Lucan.lib.1.
Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates,horrénsque ferísque altaribus Hesus. Vide Lactantium libro 7.

TEVTHA{τεύθη} Vide TEVCA.

Teuthalis,pen.cor.theutalidos{τευτάλις}Herba,quam alij à frequentia geniculorum polygonaton appellant,alij polygonon. Plin.lib.27. cap.12.Vulgus nostrum centimodiam & sanguinariam & geniculatam appellat.

TEVTHIS,Quidam ex Græcorum principibus,qui ad Troiam nauigaturi in Aulide conuenerunt: qui cùm fortè ab Agamemnone diffideret,atque ob id retro se in patriam vellet recipere,Mineruam dissuadentem,atque adeò remorantem hasta vulnerauit.

TEVTHIS,teuthidis{τεῦθις}Piscis est osse oblongo atque exerto munitus,sed corde carẽs.Theodorus ex Aristotele loliginem vertit.Hinc Themistocles Eretriensibus ignauiam obiiciens,dictitabat eos teuthidi persimiles,μάχαιραν μὲν ἔχειν,καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν, hoc est, gladios quidem eos habere,cor autem non habere.

TEVTHRANIA {τευθρανία} Plinius lib.5.ca 3.Regio est supra Aolida & partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitus tenuere. Stephanus Theutraniam à Teuthrante dictam esse censet.Hinc

TEVTHRAS,Theutrantis {τεύθρας} rex Misiæ quem Stephanus & Eustathius patrem Thespij dicunt, filium Pandionis: quorum sententiam Ouidius secutus videtur, quum Teuthrantiam turbam Thespij quinquaginta filias ab Hercule compressas innuit,epist.9. Alij autem Teuthrantiam non ab auo Teuthrante, sed à Teuthranto Attięę oppido dictam esse volunt: vbi admirãda pictura videbatur,vt hæc ab Hercule gesta erant, ad quam visendam Germanicus Cæsar suo carmine descendisse se testatur.

Teuthranteus,pen.pro.Adiect.{τευθρανίτειος.}Ouid.2.Metam.
Penetúsque senex,Teuthrantéusque Caycus.

TEVTONI,pen.cor. {τεύτονες} Qui & Teutones & Teutonici dicuntur Plinio lib.4.cap.14. Germaniæ populi, sic dicti à Teutone Deo, quem terra ortum existimabant.Lucan.lib.6.
Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis.

Teutonicus,pen.cor.Adiectiuum{τευτονικὸς}vt Teutonici capilli,quales Teutones gestare solent,hoc est flaui. Martial. lib.14. Propert. lib.3.eleg 3.

. & Teutonicas Roma refringat opes.
Furor Theutonicus. Lucan. lib. 1.

TEVTOSAGI, Vide TECTOSAGES.

Texo, texis, texui vel texi, tectum {ὑφαίνω, ἱστουργέω, κροκίζω, ἐπιῤῥάπτω} texere, Struere, componere, concinnare, construere: quòd propriè de tela dicitur. Terent. Heaut. 2. 3.
Texentem telam studiosè ipsam offendimus.
Vestes texere. Tibul. lib. 2. eleg. 3.
¶ Ea tela texitur, & ea viuendi ratio incitatur in ciuitate, Prouerbialiter à Cicerone dictum, pro, Id iam in ciuitate passim fieri conspicitur. Cic. 3 de Orat. Ego verò, inquit Crassus, ac doleo quidem illos viros in eam fraudem in Rep. esse delapsos, quanquam ea tela texitur & ex incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac posteritati ostenditur, vt eorum ciuium quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus.
Fiscellam texit hibisco. Virg eclog. 10.
Flores texere. Ouid. 10. Metam.
Basilicam texere, Construere, metaphoricè dictum. Cic. ad Attic. lib. 4. Paulus in medio foro basilicâ iam penè texuit iisdem antiquis columnis.
Carina texitur suis costis. Ouid. epist. 15.
Nauigium texere. Construere. Plin. lib. 33. cap. 11.
Nidos texere. Quint. lib. 2. cap. 16.
Sepes texendæ. Virg. 2. Georg.
¶ Togam texere alicui, per translationem. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Sed tamen togam prætextam texi Oppio. Interpres texi, ornaui interpretatur.
Causas texere lechi. Propert. lib. 3. eleg. 7. 6.
Epistolas texere, Ornare. Cic. ad Patum, lib. 9. 21. Epistolas verò quotidianis verbis texere solemus.
Texere opus. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3. 21. Sanè texebatur opus luculenrè, hominúque digna tas aliquà. ũ orationi ponderis adferebat.
Plagas texere. Cic 4. Acad. 26. Vt quum plus vno verum esse non possit, iacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quàm de oculorum sensuumq; reliquorum mẽdacijs, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Textus. Participium {ὑφασμένος} Virgil. 2. Aeneid.
Adamas textus, Vide ADAMAS.
Iter textum cæcis parietibus. Hoc est, 'Cæcũ iter intextis parietibus. Seruius, Hypallage est. Virgil. 5. Aeneid. 118.
Textus, huius textus {ὑφασμα} Plin. lib. 9. cap. 35. Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus. &c. Idem lib. 18. cap. 7. 11. Grana in stipula crimto textu spicantur.

Textum, texti {πλίγμα} Martial. lib. 5.
Et dona matrum vimineo ferunt texto.
¶ Textum orationis, pro Stylo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rasum lætioribus numeris erat eorum pendum.
Illustre textum coronæ, Corona è lauro cõtexta. Stat. 6. Thebaid.
Purpura nempe mihi, pretiosáque texta dabuntur. Ouid. epist. 16.
Pinea texta carinæ. Catul. Argon. 59.
Clypei non enarrabile textum, Contextura, vel sculptura. Virgil. 8. Æneid.

Textilis, & hoc textile, pen. cor. {ὑφαντός} Quod textum est. Cic. 5. Tusc.
Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto. Virg. 3. Æneid.
Textilibúsque onerat donis.
Textilia sexta. Martial. lib. 6.
Textilis vestis, ante cuius vsum fuit nexilis vestitus. Lucret. lib. 5.
Nexilis antè fuit vestis, quàm textile tegmen.
Auro textili fulgens monile, Auro intertexto. Senec. Medea, 7.
Textilis pictura, quæ in tapetis fieri aut tela solet. Cicero 6. Verr.
Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, &c.
Textilis pellis. Cic. 2. Tusc. Tunicam intelligit sanguine Centauri tinctam, quam Deianira Herculi dedit. Verba sunt Herculis.
Textilis vmbra palmitis, Quæ multis palmitibus intertextis fit. Martial. lib. 12.
Textile, Subst. Liu. Decad. 5 li. 5. Naui regia onerata Macedonicis spoliis, non insignium tantùm, armorum, sed etiam regiorum textilium. Ibidem, Tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti, cælati tantum auri, &c.

Textor, textoris, masc. gen. {ὑφαίνης, ἱστουργός} Qui texit. Cic. pro Plancio,
Si pro fabro, aut pro textore emimus. Iuuen. Saty. 9.
-pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, crassique coloris,
Et malè percussas textoris pectine Galli.

Textores limbularij apud Plautũ in Aulularia, qui limbos ad vestium ornatum texunt. Turnebus.

Textorius, Adiectiuum. Senec. epist. 114. Textorium, inquis, totum me hercule istud est, quod cùm maximè agitur, dissilio risu.

Textrix, textricis, penul. prod. fœm. gen. {ὑφαντρια} Quæ texit. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam Cantat.

Textura, texturæ, pen. prod. {ἱστουργία} Opus, siue actus ipse textoris vel textricis.
Tenuis textura. Lucret lib. 3.

Textrina, textrinæ, pen. pro. {ἱστουργεῖον} Locus in quo texitur. Cic. 6 Ver.
Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinã instituerit.

Textrina {ὑφαντική} Ars seu scientia texendi. Plin. lib. 11. cap. 24. Quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quædam politura artis ipsa per se ratiopalio texturæ. Vetus exemplar sic habet, Et quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio trameæ?

Textrinum, textrini, pen. prod. {ὑφαντεῖον} Locus in quo texitur. Cic. 6. Verr. Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.

Textiuilitium, Vide TITIVILLITIVM.

TH

THAIS, {Θαΐς} Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quæ Atticam iuuentutẽ in sui amorẽ pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander, comicus poeta Græcus, vnde & Menãdrea dicta est. Propertius lib. 2. eleg. 6.
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tania, in qua populus lusit Erichthonius. Dictam putant nonnulli à pauone παὶς ὁ μὴ παῦος ὤ, Pauo. Alij malunt dictam quasi Daidem à verso in th. Dais Latinè fax dicitur, à verbo δάω accendo, vro. Ad quod videtur alludere Parmeno Terentianus Eunuch. 1. 2. Accede ad ignem hunciam calefces plus satis. Ignẽ vocat Thaidem, cuius amore Phædria vrebatur. Fuit & Thais altera, à diuo Pannutio admonita, quæ relicto meretricio, sancta mulier euasit. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis ac magi: illa verò dicente neminem nisi Deum posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei metum ac religionem, eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspicari & plectere. Volaterranus lib. 20.

THALAMAE {Θαλάμαι} Vrbs Messeniæ, teste Stephano, Pasiphaës templo & oraculo nobilis: vt docet Plutarchus in Agide. Hinc fit gentile Thalamata, Θαλαμᾶτις.

Thalamegus f. g. pen. prod. quia Græcis per η scribitur, est nauis à Philopatore Ægyptio rege primùm fabricata, qua Nilum & Ægypti fossas nauigaret, eo vsu, vt intra thalamum in regia sibi esse videretur, magnitudine semistadij, latitudine cubitorũ triginta & amplius, nec longis nauibus nec rotundis omnino similis, prora puppíque duplici, fundo lato planóque. Strabonis interpres li. 17. thalamiferas naues hasce appellauit, quibus Ægyptij frequenter vterentur solatij causa. Oblectantur, inquit, mirum in modum in scaphis thalamiferis. ἐν σκάφεσι θαλαμηγοῖς. sic enim habent Græca. Suetonius in Cæsare cap. 52. Dilexit maximè Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem sæpe protraxit, & eadem naue Thalamego penè Æthiopia tenus Ægyptum penetrauit.

Thalamus, thalami, pen. corr. mas gen. {θάλαμος, στάθμη} Coniugij vtriusque cubiculum. Virg. 9. Æneid.
Ferreique Eumenidum thalami. Sæpe autem apud poetas pro ipso coniugio sumitur.
Certamen thalami. Ouid. 10. Metam.
Consors thalami, Coniux, Vxor vel maritus. Ouid. 10. Met.
Cultus thalamus ebore & testudine. Ouid. 2. Metam.
Geniales thalami. Claud. 2. in Ruffi.
Iugales thalami. Valer. 1. Argon.
Marmoreus thalamus. Virgil. 4. Æneid.
Vidui thalami. Valer. 2. Argon.
Apparare thalamos. Senec. Troad. 10.
Expertem thalami vitam degere, Expertem cõiugij. Virg. 4. Æn.
Fetici thalamo dotare aliquam. Senec. Troade, 10.
Habet aliquem thalamus, Qui incumbit thalamo. Virg. 6. Æneid.
Indulgere thalamis. Valer. Flacc. 2. Argon.
Inire thalamum. Ouid. 4. Metam.
Inuadere thalamum alicuius. Virg. 6. Æneid.
Lædere thalamos stupro Senec. Herc. fur. 6.
Miscere thalamos. Senec. Hippol. 12.
Petere thalamos. Ouid. 6. Metam.
Tenere thalamos alicuius. Senec. Octau. 5.
Pudicos thalamos violare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Thalamos, pro alueolis apium. Virg 4. Georg.
Pòst, vbi iam thalamis se composuere, silerur In noctem.

Thalassicus {Θαλασσικός} color, similis fluctibus marinis. Græci enim thalassan mare dicunt. Plautus,
Nescio quis tecum incedit ornatu thalassico. Idem Milit. 16.
Palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thalassinus, pen. cor. {Θαλασσινός} vt Vestis thalassina. Lucret. lib. 4. Hoc est Veneri coloris & marini.

Thalassio {ὑμέναιος} carmen nuptiale, ita dictum à voce quam in nuptiis efferebant, quæ erat thalassius. Liu. 1. ab Vrbe, Signóque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit: magna pars fortè, vt in quem quæque inciderat, raptas quasdã forma excellentes primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Vnam longè ante alias specie ac pulchritudine insignem à globo Thalassij cuiusdam raptam ferunt: multíque sciscitantibus cuinam eam ferrent, identidem, nequis violaret, Thalassio ferri clamitatum, inde nuptialem hanc vocem factam. Varro scribit Thalassionem in nuptiis signum esse lanificij. Thalassionem enim vocabant quasillum vas lanificijs aptum. Plutarchus verò hanc in nuptiis vocem primò habitam fuisse affirmat, quòd Græcis θαλασσοῦν lanificium vocant, ea ratione vt prouocarentur virgines ad opera, & potissimùm ad lanificium. Catull. Epithal. Iuliæ, 56. -fatis diu
Lusisti nucibus, lubet iam seruire Thalassio. Hoc est, nuptiis, matrimonio. Declinatur enim Thalassius, thalassij, vt in hoc Catulli loco: & Thalassio, thalassionis, vt apud Martialem libro 1. ad Cornelium, Quid si me iubeas, Thalassionem Verbis dicere non Thalassionis? Hoc est, scribere, vel cantare epithalamium. Dicitur & Thalassus, thalassi. Martial. lib. 12.
Barbatus rigido nupsit Callistratus Apro
Hac qua lege viro nubere virgo solet.
Præluxere faces: velarunt flammea vultus:
Nec tua defuerunt verba thalasse tibi.
Dos etiam dicta est. Nondum tibi Roma videtur
Esse satis? ex pectas nunquid & vt pariat. Est igitur Thalassus nuptiarum deus, qualis apud Græcos Hymeneus. Est & carmen nuptiale.

Thalassomeli, pen. corr. {θαλασσόμελι} Indeclinabile, Vnguentum quod fit æquis portionibus aquæ maris, mellis, imbris, fictilíque vase depicato conditur. Plin. lib. 31. cap. 6.

Thalassius

Thalassius. Thalassus. Vide THALASSIO.

THALES {Θαλῆς} Milesius, vnus è septem, primus omnium astrologiæ fecerta penetrauit. De Vrsa minore disseruit, vt ait Callimachus: vt Eudemus, Solis eclipsim primus prædixit: vt Hippias & Aristoteles, inanimes etiam animas putauit, idque ex magnete lapide deprehendisse. Huic tripus aurea à piscatoribus Milesijs reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis iudicantis, eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, vt qui deũm hominúmque sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Excessit Olympiade LVIII. dum gymnicum certamen spectaret, æstu ac siti lapsus, iam senex. Ex Diogene Laertio.

THALES, poeta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, cuius odis ac poesi Spartani deliniti, animorũ feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imburam castigabant. Plutarchus in Solone.

THALESTRIA {Θαλεστρία} regina Amazonum, quam alij Minitheam vocant. Hæc cum trecẽtis mulieribus occurrit, triginta quinque dierum inter confertissimas gentes itinere facto, Alexandro in Hircania tes gerenti, vt liberos ex rege susciperet: & vt visa est vterũ implesse, discessit. Strabo lib. 11. Curtius lib. 6. Thalestrim vocat.

THALIA, pen. pro. Vna est Gratiarum. Græcè Θάλεια, à θάλω germino, vel vireo: quoniam in longum tempus poetarum laus parta viresca t, Vide MVSAE.
Argura Thalia. Horat. 4. Carm. ode. 6.
Lasciua Thalia. Stat. 2. Sylu. 1.

Thaliarchus, aspiratè in Horatio prima syllaba scribi debet, vt nomen proprium sit, in quo inest significatio magistri, & domini conuiuij, qui & sympos iarchus vocabatur. Nã thalia cõuiuium etiam græcis significat. Ex Turnebo.

Thalictrum {Θαλικτρον} Dioscoridi, Herba folia coriandri habẽs, pinguiora paulò, caulem papaueris. Plin. lib 27. cap. 13.

THALLI {Θάλλοι} dicuntur in portis & cæpis & allio medij stipites, à verbo Græco θάλλω, id est virescere. Vnde & pro germine arborum ponitur. Colu. lib. 11. cap. 3. 48. Thalli cæparum ventis prosternen tur, torúmque semen excutietur.

Thallophori {Θαλλοφόροι} dicti qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos gestabant. Erant ij vt plurimum senes. Vnde per iocum tallophori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles. Calepinus.

Thalysia {Θαλύσια} Festa erant apud Athenienses, quibus, fructibus omnibus in horrea conuectis, diis primitias conferebant: dicta κατὰ τὸ θάλλειν propterea quòd ideirco præcipuè fierent, vt quæ succisa erãt, possent reuirescere. Vide Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 17.

Thamyras, pen. corr. {Θαμύρας} Thrax poeta. Feruntur ipsius in theologia versus ad tria millia, quum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde præter consuetudinem Musas amauit, ac cum eis de cantu certauit, hac conditione vt victor compleru potiretur: victus, quod eis luberet, patereturr. Itaque superatus, & oculis & lyra priuatus est ex quo prouerbium manauit in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras insanit. Vide Erasmum in Prouerbiis. Stat. 4. Thebaid.

Thanatos, {Θάνατος} Insula in Occeano Gallico, Britanniæ (vt Solinus refert) proxima, frumentariis campis in primis fœlix: venenis autem adeo aduersa, vt non modò serpentem nullum educet, verum etiam aliunde importatum statim enecet: vnde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thapsacus, pen. corr. {Θάψακος} Vrbs Syriæ amplissima, ad Euphratem fluuium, cuius meminit de Cyri expeditione lib. 1. Xenophon.

Thapsus {Θάψος} Insula decem stadiis à Sicilia distans, versus Syracusas, plana, & quàm minimum è mari eminẽs, adeò vt vndis mersa videatur. Vnde & Thapsus dicta est κατὰ τὸ θάπτειν, quòd in mari quodammodo sepulta videatur. Virg. 3. Aen. Thapsúmque iacentem.

Thapsia {Θαψία} Frutex est tota specie ferulæ similis, graciliore tamẽ caule, folio fœniculo simili: vmbellas habens in singulis germinibus auctho similes, & in iis florem luteum: semen autem modicè latum, minus quàm ferulæ: radix est prægrandis, intus candida, focis nigra, crassiore cortice vestita, & acris. Colligitur ex ea liquor eiusdem nominis, effossa circa eã terra, vulneratóque cortice. Dicta Thapsia à Thapso insula, in qua primùm ereditur inuenta. Vide Plinii libr. 13. cap. 22. & Dioscoridem lib. 4.

THASVS {Θάσος} oppidi nomen, teste Herodoto lib. 2. Quin etiam in Thasum profectus sum, vbi inueni templum à Phœnicibus conditum, qui ad inuestigandum Europam nauigantes, Thassum condiderunt, &c. Est & Thasus, insula in Ægeo mari prope Thraciam vino suo & nuce optima, cuius Varro meminit, celebris. Vnde Thasiæ vites. Virg. lib. 2. Georg. Plin. lib. 14. cap. 7. Nunc vulgò dicitur *Thaso*, aliis *Thasso*, aliis *Taxo*.
Nemorosa Thasos. Stat. 5. Thebaid. 27.

Thasius, Adiectiuum, vt Nux Thasia, quæ & Græca dicitur & Amygdala. Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 18.

Thasij, Populi in Thaso habitantes. Fuit hæc insula aurea vocitata, propter aurum quod ille effodiebatur.

THAVMACIA {Θαυμακία} Magnesiæ oppidum, ita dictum à Taumaca Pœantis patre: cuius meminit Plin. lib. 4. cap 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

THAVMANTIAS, Thaumantiadis, pen. cor. {Θαυμαντιάς} dicitur Iris, filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani, nuntia deorum in rebus malis, vt Mercurius, in bonis. Cæterùm & ex admiratione hoc nomen accepit, quæ admiratio de eius coloribus nascitur. Author Seruius in illud Virgilij Æneid. 9.
Ad quem sic toseo Thaumantias ore locuta est. θαῦμα enim Græcè, miraculum significat.

THAVMANTIS, huius Thaumantidis. Idem {θαυμαντὶς} vt
Imbrifera Thaumantis. Stat. 3. Sylu. 3.
Thaumanteus, pen. prod. Adiectiuum {θαυμαντεύειος}
Virgo Thaumantea. Ouid. 14. Metam. ad finem.

THEAGENES, Tres Athenis diuersis temporibus fuisse Suidas refert. Vnum qui de Homero scripsit. Alium qui πάντως, id est sumus est cognominatus, quòd multa promittens nihil præstaret: pauper enim erat ac diues videri volebat. Tertius, vir potẽs ac diues Athenis, qui libertate ac beneficentia publicè ac priuatim multa laude digna gessit. Quartum addit Pausanias, athleram, patria Thasium, qui CXL. coronos ex certaminibus retulit.

Theamedes {Θεαμήδης} Lapis contrariam magneti habens naturam. Nam vt ille ferrum occulta quadã naturæ vi ad se attrahit, ita Theamedes respuit repellítque. Plin. lib. 36. cap. 16.

THEANGELA {Θεάγγελα} Cariæ oppidum, vnus ex iis quæ ab Alexandro magno Halicarnasso fuerunt, attributa. Author Plin. lib. 5. ca. 29.

THEANO, pen prod. {Θεανώ}. Mesopotamia, seu Cressa genere, mulier Pythagorea, vxor Brotini Crotoniatæ. Scripsit commentarios in Philosophia, de virtute, poemata quoque & apophthegmata Pythagorica. Author Plotinus. Theano item apud Homerum memoratur.
Theano alia fuit Metapõtina, aut (vt alij scribũt) Thuria, Leophronis filia, & vxor Brotinicuius scripta enumerantur à Suida.

THEANVM. pen. prod. {Θέανον} cognomine Sidicinum, Apulæ oppidum, Authore Cicerone in oratione pro Cluẽtio, & Strabone lib. 6. Horat. 1. epist. 1. Nunc vulgò dicitur *Teano*.

Theatrum, theatri, pen. prod. {Θέατρον, θεατρίδιον} à verbo θεάομαι, quod videre significat. Est autem ædificium in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum. Cic. 1. de Finib. Tanquam è theatro exeamus. Iuuenal. Satyr. 10.
-Iæuus & illum
Extus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri. Demosthenem scilicet.

THEATRVM, spectãdi locum in theatro Senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod instituere cumles ædiles, Censorum iussu, Attilius Serranus, & L. Scribonius Libo. fecit postea sua lege L. Roscius Otho, Ciceronis ætate, alteram in populo distinctionem: tulit enim, vt equester ordo seorsum à plebe in XIIII gradibus sederet, iis tamen equitibus exceptis, qui sue suo, siue fortunæ vitio decoxissent, cui generi certum locum assignauit, pœna irrogata, si in XII ti sedifferet. Hinc illud in Antonium, oratione II. Tenẽsne memoria, te prætextatum decoxisse? patris, inquies, ista culpa est. Cõcedo: illud tamẽ audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim: cũ esset lege Roscia decoctoribus certus locus cõstitutus, quãuis quis fortunæ vitio non suo, decoxisset. Primùm igitur senatores in sedibus circo proximis considebant. Secundo loco proximè sedisse equites putabam, cùm, exceptis magistratibus & senatoribus & magistratibus dignitate anteirent: sed à Cornelio Tacito monitus opinionem mutaui. Is enim, sedisse quidem in XIIII ordinibus equites, narrat, non tamen ante plebem, sed confusè, tantum vt XIIII ordines haberent. Hero, inquit lib. XV, equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. Nam ad eam diem indiscreti ibant: quia lex Roscia nihil, nisi de XIIII ordinibus, sanxit. Ex libro nostro de legibus Romanis.
Fundamenta alta theatri. Virg. 1. Æneid.
Concaum theatrum, Vide CVNEVS.
Arcto theatro stipata Roma. Horat. 2. epist. 1.
Magna theatra. Lucret. lib. 4.
Marmoreum theatrum. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
¶ Theatrum pro ipso spectaculo. Martial. 1.
Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi. Plin. in Panegy.
Curua theatra. Ouid. 1. de Arte.
Festa theatra, In quibus ludi ac dies festi celebrantur. Ouidius 3. Metamorph.
In theatro ac spectaculis. Cic. ad Att. lib. 2. 34.
Habere theatrum sanè bellum. Cic. Att. lib. 13. 277.
¶ Theatrum, pro Ipsis spectatoribus. Quint. lib. 6. Tunc est commouendum theatrum quum ventum est ad ipsum illud quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, Plaudite.
Spissa theatra. Horat. 1. epist. 20.
Clamosi turba theatri. Stat. 3. Sylu. 5.
Theatra reclamant. Cic. 3. de Orat. Hoc est spectatores.
¶ Versari in theatro, per trãslationem, pro Esse in aliquo loco conspicuo ante omnium oculos. Cic. 7. Verr. Sic obtinui quæsturam in prouincia Sicilia, vt omnium oculos in me vnũ cõiectos arbitrarer: vt me quæsturámque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem.
Ingenij theatrum. Cicero de cla. Orat. Cum forum Populi Rom. quod fuisset quasi theatrum illius ingenij.
Theatrum virtutis, conscientia. Cic. 2. Tusc. Omnia enim benefacta in luce collocari volunt: sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.
Maioribus theatris propositæ eius virtutes. Cic. pro Rabirio Posthumo. Multas equidem C. Cæsaris virtutes magnas incredibilésque cognoui, sed sunt cæteræ maioribus quasi theatris propositæ.
Magnum theatrum habet ista prouincia. Cic. ad Silium, lib. 13. 65, Summa eius epistolæ hæc est, vt ornes omnibus rebus Neronem, ficut instituisti, atque fecisti. Magnum theatrum habet ista prouincia, non vt hæc nostra, adolescentis nobilis, ingenuosi, abstinentis commendationem atque gloriam. Id est multos spectatores: Vel vt alij volunt, magnam fortunam, qualis in theatro esse solet.
Magno theatro spectata familiaritas, Permultis comperta. Cic. ad Cornificium, libro 12. 28. Non modò te, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in Pop Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas quæ mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cùm est ab A. Gabinio Consule relegatus, quòd libere & fortiter salutem meam defendisset.

Theatricus, pen. cor. adiect. {θεατρικός} Nomẽ possessiuum: vt Spectacula theatrica.

Theatralis,& hoc theatrale,pen.prod.{θεατρικὸς} Idem.Cic.pro Sestio.
Theatrales gladiatoriúsque consessus.
Humanitas in decora & theatralis.Quint.lib.2.cap.2.
Lex theatralis.Quint.lib.3.cap.6.
Opera theatrales.Tacit.lib.1.

Theatridium, theatridij {θεατρίδιον} Diminut.forma Græca à theatro deductum, quasi paruum theatrum:non enim theatrulum dicimus. Varr.lib.3.de Re rust.cap.5,Inter has & exteriores gradarim substructum vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi,sedilia auium.

THEBAEI{Θηβαῖοι}Populi Thebas ciuitatem Ægypti incolentes.

Thebaicæ,seu thebaides, dicuntur palmæ generosiores. Plin. lib.5. cap 28,Carne palmæ placent, crusta thebaicę,succo uuæ & caryotæ. Idem lib.13.cap.4.Thebaidis fructus in cados conditur.

THEBAIS,pen.cor.{Θηβαΐς}Asiæ regio est.Plin. lib 5. cap. 9. Summa pars Æthiopiæ contermina, Thebais vocatur. Quod nomen potest esse patronymicum à Thebe.Quo nomine etiam appellatum est Statij opus,in quo de Thebis tractatur.

Thebani,pen.prod.{Θηβαῖοι} qui sunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.

THEBE Thebes, & Thebe Thebæ,& Thebe Thebarum{Θήβη}Ouid. 3.Amorum eleg.5.
Quid referam Atopon,quem cepit Martia Thebe? Stat.8.Thebaid.
Viue superstes,ait,diræque ad mœnia Thebæ Solus abi. Nomina quarundam vrbium,quarum vna fuit in Ægypto, à Busyride Ægypti rege condita: quæ Græcè Διόσπολις, id est Solis ciuitas : ambitu centum quadraginta stadiorum,vti refert Herodotus,quam Plin.li. 36.cap. 14. totam penitem fuisse scribit, quæ centum portas habuit, in quarum singulis memorantur ducenti custodes excelluisse equis & curribus:subiit quam reges soliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id sentiente. Multa de hac Diodorus & Strabo lib.17.à quo *Diospolis* vocatur. Demum collapsa, vt alia solent vetustate, etiam Strabonis temporibus vicatim inhabitata est.Iuuenal.Sary.15.
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Ab hac(teste Plinio libro tricesimo sexto) regio Thebaica, Æthiopiæ contermina, cognominata est.A qua & Thebęi cũ diphthongo,& fructus palma rũ eius Thebaides & Thebaicæ dicũtur à Plinio. Alia Thebe fuit in Bœotia,à Cadmo Agenoris filio cõdita,quã Aphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clarissima patria,ab Alexandro Magno posteà euersa,quæ & *Dracontigena* dicitur , quia à Cadmo cum quinque viris ex ipso draconc ab ipso interfecto natis , conструcta fuit. Varro tamen lib.3. de Re rust.scribit hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius , ab eo quòd septem portas habebat,inclyta duobus ducibus,Epaminonda & Pelopida', Hæc etiam dicta fuit Direæa , à Dirce fonte.Vnde & à Statio Direæus ager, Thebanus vocatur. Hinc Pindarus poeta Lyricorum princeps habuit ortum.Bacchus in Africa vrbem condidit Thebas.Vnde Hieronymus in Commentario epistolæ ad Galathas, Prærereo Thebas Liberi,quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nũc Thebestis dicitur. Alia in Thessalia , à qua etiam Thebani & Thebęi.Fuit & alia Thebe,Homero teste,in Cilicia,Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouid.4.Trist.eleg.3.
Nec crudelie miaus quàm quum Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe trahi.
Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita , quam interiisse author est Cato.Fuerunt & Thebæ Corsicæ.
Aoniæ Thebæ.Stat.1.Thebaid.
Cadmeæ Thebæ.Propert.lib.1.eleg.7.
Domitæ bello Thebæ,Ouid.epist.2.
Duplices Thebæ.Virg.4.Æneid.
Echioniæ Thebæ.Horat.4.Carm.ode 4.
Eetioneæ Thebæ.Ouid.12.Metam.
Herculeæ Thebæ.Senec.Herc. fur.4.
Oedipodioniæ Thebæ.Ouid.15.Metam.
Truces Thebæ.Claud.de bello Gildon.
Veteres Thebæ.Propert.lib.2.eleg.1.

Thebanus,pen.prod Adiectiuum{Θηβαϊκὸς}
Agmina Thebana.Statius 9.Thebaid.
Arx Thebana.Horat.de Arte.
Duces Thebani.Propert.lib.2 eleg.10.
Sceptra Thebana.Senec.Thebaid.1.

Thebais.pen.cor.Patrony.f.{Θηβαΐς}Ouid.6.Metam. -& omnes Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant.

THEBE, Nomen virginis,è cuius gremio geminæ columbæ(vt est in fabulis)quũ euolassent,altera ad Hãmonis fontẽ tetendit,& ibidem responsa dedit:altera ad syluam Dodonæam , vbi futura mortalibus præcinuit.

Theca,thecę{θήκη,ης,κατ'ἐξοχὴν}Latinè repositorium,vagina,& locus dicitur in quo quid recondi solet. Varro 1.de Re rust.cap.48, Proinde vt grani theca sit gluma,& apex arista.
Theca calamaria.Martial.lib.14.
Theca nummaria. Cic. ad Attic.lib.4 76. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris:in alijs eris cautior.
Thecæ vasorum. Cic.6.Verr. Qui videret equum Troianum introductum, vrbem capram esse diceret, afferri fine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum.

THELBENCANE,pe.prod{Θηλβενκάνη}Babylonię vrbs iuxta Euphratis fluuij partem Ptolemæo lib.5.cap.20.hodie *Maraga*.

THELESIS,pen.corr. Argiua mulier quæ Argos oppidum Græcię,à Cleomene Spartanorum rege obsessum , vnà cum cæteris mulieribus,quum deessent viri,tutata est.

THELIS,ob Ennio vocabatur,quam Græci Thetin nuncupant.Varr. de ling.Latin. Ea Thelis illi mater &c.quod corruptè in editis legitur.Varr.de Re rust.Nec continuo his quas melicas appellant fallò, quòd antiqui vt Therin,Thelin dicebãt,sic medicã melicã,vocabãt.

Thelygonum{Θηλύγονον}Herba habens frondes frondibus oleę simi

les,sed aliquantò pallidiores. Plin.lib.27. cap. 8. Est & alia crateգonos quæ thelygonos vocatur.Differẽtia intelligitur lenitate gustus.

Thelyphonon.pen.cor.{Θηλύφονον}Herba,ab altis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis , cuius tactu moriuntur scorpiones. Plin.lib.25.cap.10.

Thelypteris,huius thelypteris,pen.cor.f.g,{Θηλυπτέρις} Alterum genus filicis, quasi filix fœmina:nam fruticosa est , & multos ex se ramos producens Plin.lib.27 cap 9.

Thema,Thematis,pen.cor n.g,{θέμα,ἰσθθετος} Latinè positũ,siue positio dicitur.Est autẽ argumentũ à præceptore propositum vel dictatum,quod vbi verterunt discipuli,iã amplius thema nõ est dicendũ.
Thema controuersiæ declamandæ argumentum. Quint.lib.7.ca. 2. Nam in schola certa sunt & pauca,& ante declamationem exponuntur,quæ themata Græci vocant,Cicero proposita.
¶ Thema,apud Suetonium accipitur pro horoscopo,in Augusto, cap.94.ad finem, Tantam mox fiduciam fati habuit,vt thema suum vulgauerit: nonnunquam,argenteum nota sydetis Capricorni,quo natus erat, percussserit.

THEMIS,huius Themis vel Themidis, vel Themistis {Θέμις}fuit vna ex tribus sororibus Iouis , ex qua Mineruam suscepit. Hæc Cœli & Terræ filia fuit, quę Iouis nuptias fugiens,ab eo in Macedonia compressa fuit.Hanc teste Festo,putabant eam esse quæ hominibus præciperet id petere quod fas esset:eámque esse id existimabãt quòd fas est.Nam θέμις fas apud Græcos designat. habuitque tẽplum in Bœotia iuxta Cephisum amnem , ad cuius oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha vxore pro consilio recuperandi humani generis.Fuit & alia Themis,quæ alio nomine Carmentis dicta est.Alij Themin vel Themistа(vtroque enim modo dicitur)Ius & Iustitiam esse putant: eandémque consiliorum oraculorúmque præsidem esse , propterea Homerum θεμιστεύειν, verbum quod vaticinari & oracula dare significat,pro Leges ferre & iura reddere accepisse Odyssę decimo.Bud.
Faiidica Themis.Ouid.1.Metam.
Longæua Themis.Claud.1.de rap.Proserp.
Parnassia Themis.Ouid.4.Metam.

THEMISGYRA,vel Themitcyron,pen.cor.{Θεμίσκυρα}Cappadociæ vrbs est,vt scribit Plin.lib.6.cap 3 & Mela 11.

THEMISON,pen.cor.{Θεμίσων}medicus apud Herodotum:cuius meminit & Cornelius Celsus.

THEMISTA {Θεμίστα}Cic.in Pisonem.Licet Themista sapiẽtior,si os tuum ferreũ Senatus conuitio verberati nolunsti.Sanè Themis accusatuos habet Themin & Themista,Vide THEMIS. Ab accusatuo Themista fit nominatiuus Themista huius Themistę.Est autẽ Themista eadem quæ & Themis,consiliorum præses.

THEMISTIVS{Θεμίστιος} philosophus sub Iuliano imperatore,cuius præfectus prætorij fuit Constantinopoli:scripsit Paraphrasim in Aristotelis Physicã libris VIII. in Analytica item. Præterea edidit sua, videlicet de intentione & inscriptione prædicamentorũ:disputationes etiam quasdam. Hic Valentem imperatorẽ quotidie sequentem in Orthodoxos autoritate sua & epistolis reddidit mitiorem.Suid.

THEMISTOCLES,pen.cor. {Θεμιστοκλῆς} Athenięnsis Nicoclis filius, prodigus ac lasciuus prima iuuentute,posteà dux delectus res inclytas gessit. Piræum ædificauit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Tandem ciuiũ inuidia exul,ad Artaxerxẽ confugit,à quo quum pugnare cõpellereтur inuitus aduersus patriam,recente tauri sanguine hausto,seipsum necauit, vir alioqui præstãs. Epistolas reliquit plenas acuminis ac prudentiæ. Hæc ex Suida. Cic.de Finib lib. 2,Themistocles quidem quum ei Simonides , aut quis alius artem memoriæ polliceтetur,Obliuionis inquit,mallem:memini etiã quæ nolo,obliuisci non possum quæ volo.

Themistocleus, Adiect. Cic.Attic.lib.10. epist 6. Pompeij omne consilium Themistocleum est.Exilium Themistocleum.Cic.ibid.

THEMISTOGENES{Θεμιστογένης}Syracusanus historicus,Cyri expeditionem & bella , quæ in historia Xenophontis continentur, composuit. Author Suidas.

Thensa,thẽsæ, Sacrũ erat vehiculũ Festo & Seruio. Asconius,Thensæ sacra vehicula:Pompa ordinum & hostiarũ,& officiorũ:Sic dictę, quòd ante eas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & rãgere qui eas deducant. Hactenus ex Asconio. Vel ἀπὸ τοῦ θεῖν,hoc est à re diuina. Cicero de Arusp.respon. Te appello Lentule,cuius sacerdotij sunt thensæ,curticula,præcẽtio,ludi,libationes.Liu.5 ab Vrbe.Quæ augustissima vestis est, thẽsas ducentibus triumphantibúsve,ea vesti medio ædium eburneis sellis sedere.Sueton.in Cæsare,cap.76.
Prædari ex thensarum orbitis.Cic.5.Verr.
Theocrines,pen.prod. {Θεοκρίνης} viri proprium,qui primùm tragœdiarum actor fuit , deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte , Æschinem tragicum Theocrinem vocat.Erasmus in Chiliadibus.

THEOCRITVS,pen.cor.{Θεόκριτος}Syracusanus,patre Praxagora,cognomento Sunechides , marre Philina,qui sub Ptolemæo Lagi filio emicuit, appellatus fuit Moschus,scripsit Dorica lingua Bucolicon carmen. Theocritus alter, Chius patria , vnde & Theopompus fuit historicus, eius æqualis , & in administratione Reip. æmulus, scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Author Suidas. Macrob.lib.7.Saturn.cap.3.Antigonus rex Theocritum Chium,de quo iurauerat quòd ei parsurus esset,occidit propter feomma ab eodem de se dictum.Vide reliqua.

THEODAMAS, pen.cor. {Θεόδαμας} Pater Hylæ fuit,qui quũ Herculi cum Deianira & Hylo filio in Deyopes venięri esuriẽtique cibũ denegasset,ille arreptũ vnum ex bobus Theodamantis mactauit atque coxit. Quapropter Theodamas conuocatis popularibus, arma aduersus Herculẽ mouit:ferũtque in eo certamine ita ab hostibus pressum fuisse Herculẽ, vt etiam Deianiram vxorem armaret,quæ & in mamilla vulnerata est.Ipse tamen victoriã obtinens,Theodamãtem occidit , filiúmque eius Hylam secũ abduxit, quem tum deinde pro charissimo habuit , secúmque etiã cum Argonautis reliquis proficiscens,abduxit.Qui posteà quũ in Mysis aquatũ solus iuisset,in syluam quadam

quadam,siue in fontem præcipitatus,siue à Nymphis abreptus,vt fabula habet,periit. Hercules autem interitum eius sic doluit,vt relictis Argonautis retro abierit,Hylámque per omnem regionem requisiuerit, de qua re est apud Apollon. Argon. 1. & apud Flaccum & Propertium libro primo,eleg secunda,aliósque nounullos.

Theodamanteus, Adiectiuum, {Θεοδαμάντειος}vt Hylas Theodomanteus.Propert.lib.1.eleg 19,Scribunt alij Thyodamas.

THEODECTES,{Θεοδέκτης} orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis,& Aristotelis.Cõuersus deinde ad tragœdias,scripsit fabulas L. Decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & versibus artem Rhetoricam,laudauit & virum Artemisiæ Mausolum, vnà cum claris eo tempore oratoribus. Theodectes orator,superioris filius scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarum:commentarios historiæ, artem Rhetoricam libris VII. alnáque complura. Author vtriusque Suidas.Cic.in Orat. Theodectes in primis (vt Aristoteles sæpe significat) politus scriptor,atque artifex.

THEODORVS, pen.prod. {Θεόδωρος} Byzantius sophista,qui à Platone vocatus est λογοδαίμων,scripsit contra Thrasybulum & Andocidem, & alia multa. Suidas. Theodorus & Theladeus fratres Samij sculptores celebertimi , quorum alter in Samo Pythij Apollinis signum incœpit,alter Theodorus Ephesi eodem tempore,& alio saxo absoluit: quibus simul compositis ita conuenit,vt vnum corpus, ab vno artifice & ex vno lapide sculptum videretur. Genus artis huius est Græcis ignotum,sed apud Ægyptios frequentatum.Nam solì hominum non oculis tantum totius statuæ compositionem metiebantur,sed dimensione,vt ex variis multisque lapidibus in vnum corpus in certam mensuram statua perficeretur. Hæc Diodorus.De hoc Theodoro Diogenes testatur, quòd non solùm sculptor , sed etiam architectus fuerit,vnúsque consuluit fubriciendos esse carbones fundamentis Ephesij templi. Nam quum humidus esset locus, omissa ligni natura , soliditatem accepit humor immobilem. Idem primus ferrum fundere docuit , statuámque ferream fecit. Author Pausanias. Theodorus Gadareus,nobilis orator. Gadara autem Syriæ ciuitas est non longè ab Ascalone, verùm ipse dici maluit Rhodius,teste Strabone, cuius tempore fuit. Illius discipuli Theodorei sunt dicti,inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoque princeps quum seeessisset Rhodum,eum studiosè audiuit,vt Quintil.lib.4. tradit.
Theodorus,{ἄθεος} de quo Laertius.

THEODOSIA,{Θεοδοσία}Tauricæ Chersonesi vrbs Ptolemæo authore libro 5. cap. 6. hodie Capha,quæ fuit ditionis Genuensium. Tautica Chersonesus hodie vocatur Precopia.

THEODOSIVS,{Θεοδόσιος} Strabo lib.12. In Bithynia fuere viri in disciplinis memorabiles , Xenocrates philosophus , & Dionysius dialecticus, & Hipparchus,& Theodosius, & filij eius mathematici.

THEODOTA,{Θεοδότη} Meretrix Eleta lepida in primis & festiua:cuius meminit Xenophon de factis & dictis Socratis:& Laertius in vita Arcesilai.

Theodotion. Vitruuius libr.7.capit. 7 Creta viridi,pluribus locis nascitur,sed optima Smyrnæ.Hanc autem Græci Θεόδοτον vocant,quòd Theodotus nomine fuerat , cuius in fundo id genus cretæ primùm est inuentum.

THEODOTVS,{Θεοδότης} Patria Chius,vltimi Ptolomæi in Rhetoricis præceptor fuit,qui decertantibus in cõcilio Ægyptiorum satrapis, an Pompeius post præliũ pharsalicum profugus , esset in Ægyptum recipiendus pro sententia dixit recipiendum quidem esse,sed receptum occidẽdum : adiicions vetus illud prouerbium,Mortuos non mordere. Hunc postea Cæsare interfecto Brutus in Asia repertum & ad se adductum interficì iussit. Vide Plutarchum in vita Pompeii. Theodotum alium memorat Philostratus in sophistis,qui tempore Herodis Attici præfuit Athenensium scholæ.

THEOGNIS,{Θέογνις} poeta Græcus. De quo Plato in libro de Legibus, Orex Latonæ & Iouis filij , nunquam tui obliuiscor exordiens neque finiens.

THEOGONIA, theogoniæ,{Θεογονία} Cic.1. de Nat.deor. Quum verò Hesiodi Theogoniam,id est originem deorum interpretatur,tollit omnino,&c.

Theologia,{Θεολογία} Latinè Ratio vel sermo de diuinitate dicitur.

Theologus,theologi, penult.corr. {Θεόλογος} Cic.3. de Natu. deorum. Principio Iones tres numerant ij qui theologi nominantur.
Soles ipsi quam multi à theologis proferuntur.Cicero 3.de Natura deorum,74.

THEOMBROTVS, penult.correp.{Θεόμβροτος} Philosophus fuit Metrocles auditor,& præceptor Demetrij Alexandrini , cuius meminit Laërtius in Metrocle.

Theombrotios.{Θεομβρότιος} Herba magica , qua Persarum reges aduersus omnia & animi & corporis incommoda vtebantur. Plin. lib.24.cap.17. Theombrotion triginta sclicœnis à Choaspe natci, pauonis picturis similem,odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatémque mentis:eandẽ semnion à potentiæ maiestate appellari.

THEOMNESTVS,{Θεόμνηστος} Cous:vt author est Strabo lib.14. vir fuit clarus administratione Reipublicæ,& Nicæ æmulus.

THEONES, {Θέωνες } apud Suidam plures : sed notior cunctis philosophus Alexandrinus, cẽsidem, patria, tempore, & disciplinis , quibus Pappus,sub Theodosio seniore , scripsit de Astrologia , commentariólque in Ptolemæum & Astrolabium paruum,& alia. Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore superior , siquidem sub Augusto post Artium philosophum emicuit:scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam,& alia. Alius item eius nominis Stoicus Antiochenus cunctis antiquior,scripsit apologiam Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus, Sophista cognominatus Ælius, scripsit in arte Rhetorica. Theon Sidonius Sophista præcepit in patria, Constantini II. tempore. Plin. lib.35. cap. II. his Theonem sculptorem addit,inter quinque qui Mausoleum cælauere.

THEONINVS,pen.prod. Adiect. {Θεώνιος} vt Deute Theonino ro-

dere. Horat.1.epist.19, Theon,inquit Aeron, dicacissimus , id est loquacissimus fuit & maledicus : per quem maledici & detractores intelliguntur.

THEOPHANES,{Θεοφάνης} Mitylenæus historicus , scriptor rerum Pompeij Magni, Cuius meminit Cic.in orat. pro Archia.

THEOPHILVS,pe.cor.{Θεόφιλος}Cæsareæ Palæstinæ præsul Seueto imperante:cuius meminit Hieronymus. Theophilus Antiochenus præsul imperãte M.Antonio librum in Marcionem edidit:cum alia quæ à Hieronymo commemorantur.

Theophoruмeni sunt homines numine afflati: sic dicti quòd non sua sponte sed diuino numine feruntur. cuiusmodi cumæa Sibylla à Vergilio describitur in sexto. -cui talia fanti
Ante fores subitò non vultus non color vnus,
Non compтæ manere comæ:sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument : maiórque videri,
Nec mortale sonans:afflata est numine quando
Iam propiore Dei.

THEOPHRASTVS, {Θεόφραστος} ex Eresso Lesbi ciuitate fuit Aristotelis & discipulus & scholę successor.Euphrastus,deinde Theophrastus vocatus ob oris & eloquẽtiæ suauitatem,quum antea Tytamus appellaretur.Habuit discipulos ad duo millia.Opera eius à Diogene commemorãtur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelẽ De animalibus.Extant hodie tantùm De plantis conuersi à Theodoro Gaza.Exestit admodum senex. Ex Suida,Diogene, Strabone. Theophrastus Aristotelis discipulus,de Rhetorice diligenter scripsit. Quint.lib. 3. cap.1.11.
Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic. in Orat.
Theophrastus in dicendo dulcis. Cic.de Clar. Orat.
Theophrastus altet fuit Ephesius. Ælianus de varia historia.
Theopolis,Vide ANTIOCHIA.

THEOPOMPVS Gnidius, {Θεόπομπος} & pator , & historicus post Thucididem & Herodotum:quibus,vt in historia minor, ita oratori magis similis,vt qui antequam esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus lib.10.cap 1.

THEOPOMPVS, tex Spartanorum, quum primus instituisset vt Ephori Lacedæmone crearentur , ita fururi regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Consulari imperio Trib.pleb. sunt obiecti, atque illi vxor dixisset, id egisse illum,vt filiis minorem potestatem relinquerer. Relinquam,inquit,sed diuturniorẽ. Valerius Max.li.4. capit. 1. Quintilianus tamen lib. 2. capit.13. hanc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens. Fuit item alius antiquæ comœdię poëta,vt Suidas author est. Posteà hos Theopompus Gnidius Cæsaris familiaris, Attemidorũ habuit filium qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat,vt scribit Strabo lib.14.

Theopompeus, Adiectiuum. Cic.in Orator.Placet omnia dici Isocrateo Theopompeóque more.

Theopompinus, Adiectiuum,penult.prod. Cic.ad Attic. lib.2. epist.6. A nobis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. Hoc dixit, quia Theopompus , in historiis suis mores hominum asperè accusabat.

Theorema,pen.prod. theorematis , n.ge.{Θεώρημα} Latinè speculatio dicitur. Theoremata sunt speculamenta disciplinarum,& veluti commentationes.Cic.de Fato,Etenim si est diuinatio, qualibúsnam à perceptis artis proficiscetur?percepta appello quæ dicuntur Græcè Θεωρήματα.

Theoretice, {Θεωρητικὴ} ars vocatur,quæ nullum exigens actum , ipsorei,cuius studium habet,intellectu contenta est.Quint.lib.2. cap.18.
Theori pen.prod.{Θεῶροι} Athenis dicebantur,qui quotannis publico nomine in Delum nauigabãt Apollini litaturi:quorum etiam nauis qua vehebantur,theoris dicebatur.Author Suidas.

THEOXENA, {Θεόξενα} A Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset,se præcipitem dedit in mare. Vide Liuium lib.40.

THERA, {Θήρα} Insula vna est ex Cycladibus in Ægeo,ex qua profecti sunt Theræi,qui Cyrenem in Africa condidere.Thera olim Calliste dicebatur,vt Callimachus ait. Hæc ex Strabonis lib.17. de hac Plin. lib.4. Protinus ab Io abest Thera vigintiquinque millibus passuũ. In ea est Eleusis ciuitas,vt libro 3. Ptolemæus refert. Ab Herodoto Thera ponitur insula libro 4.quam Iustinus putat Therannem , alij Corsicam.

THERAMENES, {Θηραμένης} Ciuis Athenięnsis, vnus ex triginta tyrannis,qui cùm à collegis multos insontes supplicio afficividerer,ea de re cõquerens,cùm cæterorum omnium , tum præcipuè Critiæ cuiusdam,qui reliquis vt potentia, ita & immanitate antecedebãt , odium in se concitauit:tandémque per calumniam circumuentus, & innocens, capitis damnatus , quum cirutam auidè hausisset , quod reliquum erat è poculo eiiciens, Propino (inquit)hoc pulchro Critiæ.Meminit Cicero lib.1. Tusc. quæst.quem vide,

TERAMNE,Oppidum Sabiniæ,ex qua Actius Clausus, qui pòst Claudius dictus est,originem traxit:à quo Nero Claudius, & reliqua tota familia Claudia nomen fortita est.

Theramnæus , Adiectiuum , {Θηραμναῖος} Idem quod Sabinus. Silius libro 8.
Ecce inter primos Theramnæo à sanguine clausi
Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis.

THERAPNAE, arum,{Θήραπναι} Vicus est Laconiæ,teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem , Helenam & Clytemnestram peperit. Stat.lib.3. Thebaid.
Tænareúmque cacumen,
Appolineásque Therapnas. Dictæ autem putantur Therapnæ, ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

Therapnæus, Adiectiuum. Ouid.in epist.Paridis,
Da modò te facilem,nec dedignare maritum
Rure Therapnæo nata puella Phrygem.

THERASIA,{Θηρασία} Insula iuxta Eubœam,authore Ptolemæo lib.3. cap.4, in qua ciuitas est hodie *Sanctorinum* dicta.

Theriaca, Theriacæ, pen. corr. {θηριακὸς} Genus medicamenti compositi contra venenata animalia: cuius confectionem docet Plin. lib. 20. cap. 24. Idem lib. 29. cap. 4, Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur à Græcis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exemptisque interaneis, & liuore spinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho discocto, spinisque exemptis, & addita similagine, atque in vmbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur.

Theriaca dicitur ἀπὸ τοῦ θηρὸς, hoc est à feris siue belluis vocitata, quòd hæc compositio aduersus omnes belluas venenatas instituta sit.

THERICLES, {Θηρίκλης} Sculptor insignis fuit, calycibus ex terebyntho tornandis nobilitatus, teste Plinio lib. 16. ca. 40. Suidas præterea Thericlis figuli cuiusdam meminit, qui primus pocula è luto ereditur fuxisse. Vnde Thericlea pro fictilibus quidam vsurparunt.

Therioma. pen. prod. theriomaris, pen. cor. n. g. {Θηρίωμα} Vlcus est, inquit Hermolaus, vitilium: interim & sedis & partium aliarum multo ac nigro sanguine, mali odoris. Atra fit caro & corroditur, ex quo nasci quandoque solet herpes esthiomenos. Ita vocatur vlcus, quoniam serpendo corpus, ossa vsque deuorat, inæquale ac cœno simile. Vide Celsum lib 5. cap. 28, de theriomate.

Theriotrophium. pen. prod. {Θηριοτροφῖον} Locus vbi feræ aluntur. Varro 3. de Re rust. cap. 13. 2. Nam sylua erat, vt dicebat supra quinquaginta iugerum macelia septa, quod non leporarium, sed θηριοτροφῖον appellabat.

Therionarca, {θηριοκάρ πος} Frutex est subherbaceus, roseo flore: inde nomen habens, quòd torporem afferat serpentibus, quasi θηρίων νάρκην. Vide Plin. lib. 25. cap 9.

Theristra, quæ & Theristria (vtrunque enim reperitur) inter ornamenta muliebria posita Esaiæ 3. cap. quo in loco D. Hieronymus dicit, ea à nobis palliola posse appellari, quibus obuoluta fuit Rebecca, & hodie quoque Arabiæ & Mesopotamiæ mulieres operiuntur. Theristra autem & Theristria dicta sunt ab eo quòd ἐν θέρει, hoc est in æstate & caumate corpora protegât fœmiarum. Hæc ille. Locus autem ille de Rebecca est Genes. 24. ad finem, quem interpres Latinus ita vertit, At illa tollens cito pallium suum operuit se. Idem Hieronymus in libro Hebraicarũ traditionum in Genesin, Theristrũ, inquit, pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur. Differentiam autem Theristri & Theristrri videtur facere Poliux lib. 7. ca. 13. vbi vtrunque ponit inter vestimenta communia viris & mulieribus.

THERMAE, Thermarum {Θέρμαι} Siciliæ oppidum, authore Pomponio Mela lib. 2. Inde Thermitani, Cic. in Verrem.

Thermæ, thermarum, plur. num. {Θέρμαι} Valla, Et balneas & thermas, licèt alterum Latinum sit, alterum Græcum: tamen in hoc scilicet differre dicamus, quòd in thermis tantùm calefacimur, in balneis etiam lauamur. Nam & Baiis, & in multis aliis regionibus sunt loca quædam sicca, quæ nos vehementi calore resoluunt in sudorem, quæ nequaquam balneæ dici possunt, quia non lauant, sed potius vt necesse lauari atque ablui habeamus, efficiunt, vt thermas vocemus quæ natura sunt calidæ: balneas verò etiam quæ à nobis calefaciũtur igni. Hactenus Valla in Raudensem. Martial. lib. 5. 82,

Neronianas si refrigerat thermas.

Beatæ thermæ, Vide BEATVS.

Thermulæ. pen. corr. thermularum, diminutiuum, Martial. lib. 2,

Herrusci nisi thermulis laueris,
Illotus morieris Oppiane.

Thermefacio, thermefacis, thermefeci, thermefactum, thermefacere, Esculentis atque poculentis ingurgitaris, atque exhaustis in thermopolio calefacere. Plautus Sticho,

Me hercule verò eò quantum post iam ne exta excocta sunt quod thermefecerat.

THERMODON (inquit Seruius) fluuius est Thraciæ, ad quem Amazones ab Tanai flumine in Asia digressæ se transtulerunt. Virgilius 11. Æneidos,

Quales Threiciæ quum flumina Thermodontis, &c.

Alii legendum putant Thermodontis quadrisyllabum, vt sit versus spondaicus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10,

Et tu fœminææ Thermodon cognite turbæ.
Citus Thermodoon. Ouid. 2. Metam.
A Thermodon fiunt adiectiua Thermodontius, Termodonteus & Thermondoniacus. Vnde pugnæ Amazonum appellantur Thermodonteæ. Propert. lib. 3. eleg. 14,
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodonteis turba lauatur aquis. Ouid. 9. Metam.
Thermodontiaco cælatus baltheus auro. Aldus legit Thermodontiaco. At lib. 12,
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni. Claud. 2. de raptu Proser.
Thermodontiaca fecuris.
Caterua Thermodontiaca. Senec. Oedip. 5.

Thermopolium, thermopolii, Locus in quo calida excitamenta & potoria venduntur. Plaut. Rud. 13,

Ne thermopolium quidem vllum ille instruit:
Ita salsam præbet potionem, & frigidam. Perspicuè indicat hic locus, in thermopoliis vendi solitam esse potionem dulcem & calidã. Dulcibus enim potionibus veteres delectabantur, vt passo, murrhina, defruto, melitina, mulso: cásque calidas bibere solebant. Plaut. in Pseudolo, Act. 2. scen. vlt.
-enumeratis dulcibus potionibus,
Quin in corde instruere quondam cœpit thermopolium, Sic enim legendum censet Turnebus, non cœnopolium, aut thermopolium.

Thermopoto, thermoporas, pen. pro. thermopotare. Plaut. Trin. 14,
-postquam thermoporasti gutturem, recipe te,
Et recurre pede recenti. Id est calida potione gulam oblectasti, & guttur proluisti.

Thermopylæ, penul. cor. Mons longissimus, qui incipiens à Leucade, in Occidentem & in Ægeum mare haud longè à Demetriade protendens, fauces habet angustissimas, iuxta quas calidæ aquæ scaturiunt. Ideò à caliditate portarum nomen indiuum est. Pylas enim portas Græci nominant, & thermon calidum. Ibi enim sunt, vt inquit Strabo, thermæ: id est calidæ aquæ Herculi consecratæ. Liuius scribit, iugum Thermopylarum ita mediam Græciam dirimere, vt Apennini dorso Italia diuidatur. Et quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, ideò, inquit, Thermopylæ locus appellatur nobilis Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quàm pugna. Hæc omnia ferè ad verbum ex Liuio lib. 6. bell. Maced. 64. & 66. Strabo lib. 9. Thermopylæ à Cenæo absunt freto stadia septuaginta. Cic. 1. Offi. Hinc Rhetorum campis de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris.

Oetææ Thermopylæ. Catul. ad Malium, 63.

THERODAMAS, siue Therodamon, pen. cor. {Θηροδάμας} Rex Scythiæ fuit, qui, ne per insidias occideretur, leones hominum sanguine alebat, quo magis fœuirent: vt si cæsus postularet, ad crudelitatem paratos haberet. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.

Therodomanteus, penul. prod. Adiectiuum, {Θηροδομάντευτος.} Ouidius in Ibin.

Therodamanteos vt qui sensere leones.

THEROMACHVS, {Θηρόμαχος} Proprium nomen statuarij egregij, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plinio lib. 34. cap. 8.

THERON, theronis, {Θήρων} Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Himeræ tyrannide deiecit, & vnà cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superauit eodem die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herodotum lib. 7. Est item Theron Latini cuiusdam nomen, ab Æneæ occisi, apud Virgilium lib. 10. Æneid.

THERSANDER, siue Thersandrus, {Θερσανδρος} Polynicis fuit filius ex Argia, teste Statio, qui vnà cum cæteris Græcorum principibus ad Troiã nauigauit. Hunc Virgilius lib. 2. Æneidos, inter eos commemorat, qui tempore excidij Troiani in equo ligneo fuerunt occultati. Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui vnà cum Thymbione Lacedæmoniorum duce subito Titibazi aduentu fuit oppressus Author Xenophon lib. 4. rerum Græc.

THERSILOCVS, {Θερσίλοχος} Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virgilius lib. 6. Æneid inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent.

-quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucúmque, Medontáque, Thersilochúmque, &c.

THERSITES, pen. prod. {Θερσίτης} Græcorum omnium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter conuitiantem pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Homero lib. 2. Iliad. graphicè expressa, effecit, vt quum hominem vehementer fœdum significare velimus, Θερσίτειον βλαμμα, id est Thersitæ faciem eum habere dicamus. Iuuen. Saty. 8.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis. Nomen habet à θάρσος, quod confidentiam propè ac temeritatem significat.

Thesaurus thesauri, masc. g. {Θησαυρὸς} Est, vt inquit Paulus Iurisc. De acquir. rer. dominio. l. Nunquam. Vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit, eius qui inuenerit, quod non alterius sit. Plaut. Aulul. 3. Sed mihi auos huius obsecrans, concredidit.

Thesaurum auri.
Intacti thesauri Arabum. Horat. 3. Carm. ode 24.
Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto. Cicero 2. de Diuinat.
Excudere aliquid quod lateat in thesauris. Cic. Attico. lib. 15. 330.
Habere thesauros alicuius. Brutus Cic. lib. 11. 10.
Obruere thesaurum alicubi. Cic. de Senect.
Recludere thesauros tellure. Virg. 1. Æneid.
Supplicare alicui aliquid è thesauris suis. Cic. 2. de Fin.
Thesaurus, Abundantia. Plaut. Asin. 12. Thesaurus copiarum, Hoc est diuitiarum.
Thesaurus rerum omnium memoria. Cic. 1. de Orat.
Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum nota tos habet. Cic. in Partition. Orat.
Repositus thesaurus. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Thesaurum etiam pessimæ rei copiam dici posse, Plautus voluit Amphitr.
Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit, teneo thesaurum stupri. Ex Nonio.
Thesaurus mali. Plaut. Mercat.
Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. Hoc est abundantiam & copiam mali.
Thesauri cauernarum. Plin. lib. 17. cap. 14. Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei præbere causas.
Thesauri maxillarum. Plin. lib. 10. cap. 72, Condit in thesauros maxiliarum cibum Sphingiorum & satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendum manibus expromit.
¶ Thesaurus, pro Carcere. Plutarchus in vita Philopœmenis, non ita procul à fine, Ipsum igitur in subterraneum ducunt domicilium, cui Thesauro nomen indiderunt, neque auras neque lucem extrinsecus excipiens. Quúmque fores nullas haberet, saxum immane obtrudentes includunt, ibíque circum locatis militibus deponunt. De Messœnis & Philopœmene loquitur. Meminit & Cælius Rhod. lib. 17. cap. 8.

Thesaurarius, Adiectiuum, {Θησαυρόπλους} vt Thesaurarij fures, apud Plautum in Aulul. 13.
Confige sagittis fures thesaurarios.

Thesaurizo, as, {Θησαυρίζω} Thesaurum colligo, repono. Quod verbum frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit, alioqui classicis linguæ authoribus non receptum.

THESEVS dissyllabum, huius Thesei vel Theseos, pen. corr. {Θησεύς} Ægæi Athenarum regis filius, ex Æthra coniuge: qui dum esset adolescens, opera Medææ nonnihil penè à patre veneno periit. Sed post mortem patris ad regnũ Athenarum euectus, tot digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus cõnumeretur. Hic postea extortis patria factus, in insulam Syrum nauigauit, vbi perit, interemptus à Nicomede, vel, vt quidam volunt, ex loco edito post cœnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis panathenæa, hoc est communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè Athenæ nominatur. Idẽ in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta, natales, & obitum scripsit Plutarchus. De quo scripta fabula est, nomine Theseis. Hinc illud Iuuenalis, satyr. 1,

-rauci Theseide Codri.

Fidus Theseus. Stat. 4. Sylu. 4.
Infœlix Theseus. Virg. 6. Æneid.
Magnanimus Theseus. Senec. Hippol. 9.
Periurus Theseus. Ouid. 1 Amor. eleg. 7.

Theseis, theseidis {Θησηΐς} Poëma Thesei gesta complectens. Iuuenal. Satyr. 1,

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Thesides, pen prod. Patronymicum, m. g. {Θησείδης} Hippolytus Thesei filius. Ouid. Epist 4 13,

Thesides, Theseúsque duas rapuere sorores. Virg. 2. Georg.

Præmiáque ingentes pagos & compita circum
Thesidæ posuere. Hoc est Athenienses. Seruius.

Theseus, pen. prod. Adiectiuum, trium syllabarum {Θήσειος} Propert. lib. 1. eleg. 3,

Thesea carina.
Fides Thesea. Ouid. 1. Trist. elegia 3.

Thesis {Θέσις} Latinè positio dicitur: Figura quæ distinguit sensus orationis per commata, id est subdistinctiones quas nos hac nota signamus, vel hac / Per cola, id est membra, nos duobus punctis, Per periodos, id est terminos, finita sententia puncto. Dicta positio vel positura quia punctis positis cõuenienter denotat sensũ partes: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

Thesis apud oratores quid sit declarat Cic. in Topic. quum ait, Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum, alterum definitũ. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos Causſam. Infinitũ, quod θέσιν illi appellãt, nos Propositum possumus nominare, Causſa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Propositum aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis Itaque propositum pars causſæ est. Idem in Orat. Hæc igitur quæstio à propriis personis & tẽporibus, ad vniuersi generis orationem traducta, appellatur Thesis. Idem ad Atti. lib. 1. 72, Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, (sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & temporum horum, vt & abducam animum ab querelis.

Spatiosæ atque vberes ad dicendi exercitationem theses. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Dicere theses. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Thesmophoria {Θεσμοφόρια} id est Cerealia, Latinè sacra Cereris, quæ Græcè dicitur Thesmophora, quasi legifera. Prima enim Ceres leges inuenisse proditur, quia ante frumentum inuentum homines sine lege vagabantur, & ex agrorum diuisione primò nata sunt iura. Ouid. 5. Metam.

Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus. Græci θεσμοφόρον legislatorem appellant & legiferum. Plin. lib 24. cap. 9. Græci tygon vocant, alij agnon, quoniam matronæ in Thesmophoriis Athenensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt.

Thesmothetæ {Θεσμοθέται} Magistratus apud Athenienses, à legum latione ita appellati: qui ætate & vsu docti, domi iura dabant, querelas accusationésque cognoscebant, déque controuersiis æquo examine cognoscebãt, quotãnis quoque leges recognoscebant, emẽdabant, & ad congruentiam sensũmque contentaneam reducebant.

THESPIAE {Θέσπιαι} Oppidum libetum in Bœotia, ad radicem Parnasi, vt ait Plinius lib. 4. cap. 7. vel (vt Strabo inquit lib. 9) Heliconi proximum. Thespias nobilitauit Praxitelis: Cupido à Glycerio meretrice ibi consecratus. Vide Cic. 6. Verr. 4.

Thespius, Adiectiuũ {Θέσπιος} vt Mœnia Thespia. Valer. 1. Argonaut.

Rupes Thespia. Catul. Epithal. Iuliæ 56.

Thespiacus, pen. corr. Aliud adiect. {Θεσπιακὸς} vt Mœnia Thespiaca. Valer. 1. Argon. 19.

Thespiades, pen. corr. {Θεσπιάδες} sunt Musæ seu Nymphæ Thespias incolentes: non à Thespia matre vel nutrice, vt quidam ineptè tradunt id nomen habentes: sed à Thespia siue Thespiis vrbe Bœotiæ, vbi præcipuè Musæ colebantur. Author Stephanus.

Thespiades deæ Ouid. 5. Metam.

THESPIS {Θέσπις} ex Icaria ciuitate Atticæ, primus poeta Tragicus, & qui personas inuenit. Inter ipsius fabulas Pentheus, & quæ commemorantur à Suida. Hora. in Arte poetica, Thespis auter Atheniẽsis, siue Thespius Erichthei regis filius, è pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus vocatis ad epulas Hercules sigillatim concubuit: susceptíque totidem liberos mates, qui Thespiadæ dicti sunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, ciuitates ibi plurimas extruxere. Author Diodorus libro 5.

THESPROTI, pen. prod. {Θεσπρωτοί} populi sunt in Epiro proximi Chaonibus, vt author est Plin. in Procem. lib. 4. 2.

Regnum Thesproti. Propert. lib 1. eleg. 11.

THESSALIA {Θετταλία} regio Græciæ, quæ sub Attica olim comprehendebatur, ex vna parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens. Prius Æmonia, ab Æmone rege. & Pelasgis & Conargo, atque Hellas dicebatur, vnde reges Hellenes, vt Plin. lib. 4. refert dicta Thessalia à Thessalo Æmonis vel Iasonis & Medeæ filio. Hanc Homerus Argopelasgicon nominat. Et Strabo lib. 10. scribit, dictam fuisse priscis seculis Pyrrhæam, à Pyrrha Deucalionis vxore. In hac natus est Græcus rex, à quo Græcia. Ibi Deucalion cum vxore Pyrrha, quorum tẽpore, vt inquit Aristoteles, ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis, qui ad montium culmina sese receperunt, conseruatis. Inter quos Deucalion Parnasum petierat, ratibúsque ad se confugientes per summa Parnasi iuga benignè fouebat. Propter quod dictus est genus humanum reparasse. Huius felicee Thessaliæ à mari & Thermopylis est litus vsque ad Penei eruptionẽ, & extrema Pelij. Dicta quoque fuit Pharsalia, Macedonia, Emathia, & Campi Philippici. In Thessalia sunt mõtes viginti quatuor, quorum nobilissimi Pieria parens domúsque Musarum, Pelion, & ossa Gigantum bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharum sedes: Item Olympus. Flumina in ea, vt scribit Herodotus, sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus, Phœnix.

Eximia Thessalia. Catul. Argon. 59.

Thessalus, pen. corr. Adiectiuum, {Θετταλὸς} vt Ora Thessala. Catul. Argon. 59.

Portenta Thessala. Horat. 2 epist. 2.
Puppis Thessala. Ouid. epist. 17.
Terra Thessala. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Thessalicus, pen. corr. aliud Adiect. {Θετταλικὸς} vt Clades Thessalicæ: Lucan. lib 6.

Colore Thessalico tincta purpura. Lucret lib. 2.
Niues Thessalicæ. Stat. 1. Achil.

Thessalus, pen. cor. Thessalidis patronymicum fœ. {Θεσσαλὶς.} Ouid. 12. Metamor. 38.

Ara Thessalis. Ouid. epist. 13.

THESSALONICA, penul. prod. {Θεσσαλονίκη} Vrbs insignis, liberæque conditionis. Macedoniæ metropolis, patria Theodori Gazæ. Strabo lib. 7. Thessalonica oppidum Macedonium, quæ supra cæteras huius ætatis vrbes eximia ciuilitate floret. Cic. Attic. lib 3. 54. Ego propter viæ celebritatem & quotidianam expectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Thessalonica. Nunc vulgò Salonica vocatur, ab aliis Salonici. quidam etiam proferunt Salonichi.

Thessalonicenses, {Θεσσαλονικεῖς} dicti sunt eius regionis incolæ. Cic. de Prouin. Consul. Thessalonicenses positi in gremio imperij nostri relinquere oppidum, & arcem munire cogantur.

THESTIVS {Θέστιος} Parthaonis filius, pater Thoxei & Plexippi, qui quum in venationem apri Calydonij profecti essent, & post lõgum labore belluam interemissent, præcipua venationis præmia expectabant. Sed venationis princeps, seu amore Atalantes ductus, seu quia sic vsus expetebat, caput & pellem apri, qui primus apud venatores habebatur honos, Atalantæ virgini trãsmisit, quæ primum aprum sagitta vulnerarat. Quod ægrè ferentes Plexippus & Thoxeus, virgini oblatum honorem auferre conati sunt. Quare iratus Meleager irruit in eos & occidit. Fabulam vide apud Ouid. 8. Metam. Hinc Plexippum & Thoxea Thestij filios Thestiadas nomina ibidem.

THESTIADES, {Θεστιάδες} Filiæ Thestij, qui Erichthei, aut (vt alij volunt) Theumantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diuersis mulieribus natæ: ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed iam tum corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab aui nomine Thestiadæ dicti sunt. Hi post mortem patris, cum Iolao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea vrbes condiderunt. Author Diodorus lib. 5.

THESTORIDES, pen. corr. {Θεστορίδης} Calchas filius Testoris. Stat. 1. Achil.

Prouidus augur veri Thestorides. Ouid. 12. Metamor.

Theta {θῆτα} nomen est literæ Græcæ, quæ iudicibus Græcorum erat nota condemnationis, vt Latinis c, quòd ea sit prima dictionis θάνατος, quæ mortem significat. Vide Martial. lib. 7.

Ad Castricum, vocat mortiferum theta. Pers. Saty. 4.
Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

THETIS, Thetidis, pen. cor. {Θέτις} Pelei Thessaliæ regis vxor, Nerei marini dei filia, & Achillis mater. De nuptiis huius Lucianus facit pulcherrimum dialogum. Accipitur nonnunquam pro mari.

Æquorea Thetis. Ouid. 11. Metam.
Marina Thetis. Horat. 1. Carm. ode 8.
Plana Thetis, Planum & tranquillum mare. Sta. 5. Thebaid. Claud. de raptu Proserp. lib. 1.
Hîc latrat Getula Thetis.
Tentare Thetim ratibus. Virg. eclog. 4.

THEVDASIA, {Θευδασία} Emporium nobile fuit ad Bosphorum Thracium: ita dictum ab vxore Leuconis eius regionis tyranni, qui primus hac in vrbe emporium instituit, Athenienſibúsque illinc frumentum euehentibus multas immunitates concessit: vt est videre apud Demosthenem in oratione aduersus Leptinem.

THIA, {θεία} insula est in mari Cretico, vna Sporadum, non procul ab Hiera, quam sua primum ætate emersisse author est Plinius lib. 2. ca. 88. & lib. 4. cap. 12.

THIMBRON, {Θίμβρων.} Lacedæmoniorum dux, qui aduersus Persas in Asiam missus, subito Titibazi aduentu est oppressus, vnà cum Thersandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenophõtem Ref. Græc. lib. 4.

THINISSA, {Θίνισσα} Africæ minoris, id est Zeugitanæ proninciæ vrbs Ptolemæo lib. 4. cap 3. hodie Tunis.

THIODAMAS, pen. corr. {Θιόδαμας} Filius fuit Melampodis, & vates Statio teste.

THISBE, {Θίσβη} puella fuit Babylonia. De qua apud Ouidium lib. 4 Metamorph.

Babylonia Thisbe. Ouid 4. Metamor.
Candida Thisbe. Stat. 9. Thebaid.

Thisbæus, Adiectiuum, {Θισβαῖος} Ouidius vndecimo Metamorph.

Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.

THISIAS {Θισίας} Siculus antquissimus artium scriptor. Quintilian. lib. 3. cap. 1. 6.

Thlaſpi, {θλάσπι} ſiue,vt aliis placet, Thlaſpidion, vt Dioſcorides & Plin.lib.27.cap.13,tradunt, Herbula anguſtis foliis,digitali longitudine,in terram verſis,ſubpinguibus in eacumine diuiſis, cauliculo tenui,ſemipedali,non ſine adnaſcentibus ramulis,fructu per ambitum eius contento, ſumma ſui parte parum in latitudine affuſo, ſemine incluſo naſturtij.lenticulæ effigie,niſi quod inſtingitur,flos albicat Hanc eſſe nemo inficiabitur, quam vocant herbarij *naſturtium tectorum*, quòd ſubinde naſcatur in parietinis: alij ſylueſtre: vulgus noſtrum *ſinapi ruſticum* appellat, quoniam digitis friatum, ſinapim ſubolet.Ruellius.

THOAS, Thoantis {θόας} Fuit rex in Taurica regione. De quo Ouid. lib.3.de Ponto,eleg.2,

Regna Thoas habuit Mæotide clatus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius,& pater Hypſipyles.Fuerunt & alij hoc nomine.

Clari Thoantis terræ.Ouid.13.Metam.

Thoanteus, pen. prod. Adiectiuum {θοαντεύς} vt Diana Thoantea. Valer.8. Argon. Dianam Tauricam intelligit, cui hoſtiis humanis ſacrificabatur.

Thos,thois {θώς} Lupi genus, cæteris procerius erurúmque leuitate diſſimile, velox ſaltu,venatu viuens,innocuum homini, per hyemes hirtum,æſtate nudum, Author Plin.lib.8.cap.34.

Tholos {θόλος} Græca dictio, qua ſignificatur veluti ſcutum breue quod medio in tecto ponitur, in quo trabes coeunt,& ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt.Virg.9.Æneid.

ſiqua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendíve tholo , aut ſacraſ ad faſtigia fixi. Seruius. Martial. libro 2,

Et nec Cæſarum proſpicis ecce tholum.

¶ Tholon accipiunt quidam pro teſtitudine alicuius ædificij,ſiue pro domo rotunda Ouid.6.Faſt.

Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo. Id eſt,nulla eſſe Veſtæ ſimulacra ſubi, ſa teſtudine templi rotunda. Varro 5.de Re ruſt.cap.5, Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vltra rotundus,columnatus.Stat.1.Syl.1,

Quod coleris maiore tholo. Philander in 7. cap. lib. 4. Virruuij. Tholũ Galli *Laternam* appellant, Itali *Tribunam*.Idem in 5.cap.lib.7.

Tholos interliginus erectiores teſtitudines tẽplis addi ſolitas, quas Itali *Tribunas* vocant.Eæ fiunt aut rectangulæ, aut ad hemicycli ducuntur ambitum. Hæc Philander. Cælius lib.13.cap.32, Ariſtoteles polypi atramentum vocauit Tholon: ſi dici tamen atramentum poteſt.Sed & in ſepia tholus dicitur, vt philoſophus idem ſcribit.Accentum recipit in vltima,quanquam enoratum aliter inuenis in Ariſtotelis codicibus.Nam tholus ſi paroxytonon fuerit,orbiculatem ſignat domum,in qua epulari Prytanes conſueuerant.Et ſi cui quoti-dianus in Prytaneo cibus fuiſſet decretus,honeſtiſſimũ in Græcia cẽſebatur.Tholũ rotũdum columnatum legimus apud Varronẽ. lib.3.de Re ruſt.ca.5. Dicitur verò tholus λαὸ τῷ στρόβῳ, id eſt à circũcurrẽdo:inflectitúrque ſub fœminino genere: de qua re & Pollux li.8. Tholia verò, ciſta eſt,operculũ habens tholoides,ſiue teſtitudinatum:ex thefauris eiuſdem.Apud Theocritum tholiam interpretantur petaſum,& vmbellam,quam vocent Attici ſcirrhon. Polypi tholum eſſe ſubrubrum Athenæus prodit, in ea parte quæ dicitur maeon. ſupra ventrem.Tholum denique locum vocant,vbi vaſa reconduntur cõuiualia:ſed & tectũ in acutum tendens. Hæc Cælius. Lexicon Græcum, θόλος,ου,ὁ, tholus,teſtudo templi,vmbilicus teſtudinis,vbi munera dicata ſuſpenduntur. Item locus vbi ſeruabantur ſcripturæ publicæ Athenis, & vbi ii qui ex Prytaneo eſſent, cœnare ſolebant.

Θολός,οῦ,ὁ, Turbidus,& nigrum ſepiæ atramentum.

Θολόω, Turbo.

Cyrillus in opuſculo de dictionibus quę accentũ variant ſignificarũ.

Θόλος,θόλου,ὁ. Teſtudo,& locus ſcripturarum Athenis.penacuitur.

Θολὸς,ὸν,ὁ,turbidus, acuitur. Hæc Cyrillus.

THONIS {θῶνις} Straboni lib.17. Vrbs eſt prope Zephyrium. Eſt & eidem rex qui Menelaum & Helenam hoſpitio ſuſceperit. Hinc de medicamentis Helenæ ſic Homerus inquit,

Quæ Polydamna dedit,Thonis clariſſima coniunx.

THORAX {θώραξ} vt ſcribit Strabo lib. 14. mons eſt iuxta vrbẽ Magneſiam, in quo dicunt crucifixũ fuiſſe Daphitam grammaticum, propterea quòd regesvetſibus inceſſeret.Ex quo illud tractũ eſt,Cane à Thorace.Hoc velut ænigmate prouerbiali, vt vult Eraſmus in Chiliad.feſtiuiter admonebimus,frænãdam eſſe linguam, ne voces perulanter emiſſæ,per iugulum aliquando redeant.

Thorax,thoracis,pen.prod.maſc.gen. {θώρηξ} Latinè pectus dicitur.ſulius Pollux ſcribit thoracem eſſe,quicquid anterioris duntaxat partis à collo vſque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates coſtarum,qui & θῶμιξ, hoc eſt mortarium dicitur. Medici tamen in reſectionibus humani corporis thoracem accipiunt inane quiddam in pectore,extremas coſtarum partes vtrinque contingens.Vnde legimus apud Plinium libro viceſimo, capite 12.,& libro 27.cap.7.

¶Thorax. Tunica quæ tantum pectus tegit, cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt apud Italos.Iuuen.Satyr.5,

-viridem thoraca iubebit
Aſſerri. Sueton.de Auguſto,cap. 82., Hyeme quaternis cum pinguitogatunicis,& ſubuculæ thorace laneo,& femoralibus,& tibialibus muniebatur.

¶Thorax,Monimentum pectoris, ex ferro, aut plumbo fabricatum.Plin. libr.7.cap 10, Nos quoque vidimus Athanarum nomine prodigioſæ oſtentationis,quingenario thorace plumbeo indutum, Virg.10.Æneid.

-thoraca ſimul cum pectore rupit. Idem 11.Æneid.
Nexilis thorax.Stat.4.Thebaid.
Perfoſſus thorax.Virgil.11.Æneid.

Denſis thoracibus horrens ſtat manus.Valer.3. Argon.

Thoracatus,penul.prod.Adiectiuum, {θωρακοφόρος} Qui thorace indutus eſt.quod militum ornamentum erat.Plin.lib. 35.cap.10, Parraſius pinxit Nauarchum thoracatum. Idem lib. 37. cap. 9, Formarámque inde effigiem Neronis thoracatam.

THOXEVS, {θοξεύς} filius Eurythi , frater Ioles. Seneca Hercule Oetæo, 3,

Nondum teneras veſtite genas.

Nec dum fortis ſanguine Thoxeu. Verba ſunt Ioles.

THOXEVS, Theſtij filius & Plexippi frater, Vide TESTIVS.

THRACE, Thraces, {θρᾴκη} & Thraca Thracæ,& Thracia,Europæ regio,inter parteis Scythiæ poſita , Macedoniam ſequens: quæ à Septentrione Iſtrum habet , ab Oriente Pontum , à meridie Ægeum mare.Olym Scyton:poſteà Thracia à Thrace Martis filio , ſeu ab aſperitate dicta,Græcè enim θρᾳχὺ aſperum dicitur. Eſt enim regio,vt Pomponius ſcribit,nec ſolo tractabilis,& (niſi quà mari propior eſt) infœcunda frigidáque.Habet feros homines aſpero cultu.In ea ſunt vrbes celebriores Apollonia , Enos , Nicopolis, Byzantium , Perinthos,Lyſimachia,Calipolis.Amnes ſunt Hebrus,& Neſtos Montes, Hemus, Rhodope, & Orbelos. Deſcriptionem huius quæ apud Plinium lib.4.cap.11.

Armifera Thrace.Quid. epiſt.2.
Candida niue Thrace Horat.3.Carm.ode 25.
Dura Thrace.Stat.5.Thebaid.
Furioſa bello Thrace.Horat.2.Carm.ode 16.
Gelida thrace.Ouid.4. de Ponto,eleg.5.
Horrida Thracia.Catul.de phaſelo,&c.4.
Lapidoſa Thrace.Senec. Troad.9.
Sæua Thrace.Stat.5.Thebaid.

Thrax,Thracis {θρᾷξ} Thraciæ incola. Cic.de Prouinciis Conſul. 7. Rex Ariobarzanes Conſulem veſtrum ad cædem faciendam , tanquam aliquem Thracem conduceret? Virgilius 3.Æneid.

Tumidi Thraces.Stat.5.Thebaid.

Thracius, Adiectiuum,{θρᾳκικός} Cic.de Prouin.Conſ.Caſtras Thraciis diſtincta ac notata via.

Agri Thracij. Senec.Medea,8.
Equus Thracius.Virg.5.Æneid.

Threſſa,vel Thraiſſa,{θρῃσσα} diuiſa diphthongo,fœm.g.

Thraicus,& Thraicius adiectiua,{θρᾳϊκὸς,κὴ θρᾳϊκικός.}

Threſſa, {θρῄσσα} & Theciſſa à Threix, quod mulierem Thracenſem ſignificat.Item adiectiua Threicus, Threicius:de quibus habentur exempla apud poẽtas.Horat.3.Carm.ode 9.

Me nunc Threſſa Chloe regit. Virg.1.Æneid.
-vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice. Cic.2.Offic.Barbarum,& eum quidem, vt ſcriptum eſt compunctum notis Threicis,diſtricto gladio iubebat anteire.

Aquæ Threiciæ.Ouid.epiſt.13.
Hyemes Threiciæ.Lucan.lib.7.
Littus Threicium.Ouid.13.Metam.

Thracias {θρᾳκίας} Dioſcoridi,vel Thracius lapis.Silex eſt tam admirabilis naturę,vt aqua madefactus accendatur,oleo autem affuſo reſtinguatur.Ita dictus(vt Nicandro placet) eo quòd in Põto Thraciæ flumine inueniatur. Vide Galenum 9. Simplic. & Dioſcoridem lib.5.

Thraſceas {θρᾳσκίας} ventus, qui & Thraceas & Thracias dicitur. Ariſtoteles, Poſt Argeſten ventum flat Thraſceas, ſpirat inter Septentrionem & Occaſum ſolſtitialem.

THRASEAS {θρᾳσέας} Suidę.Philoſophus fuit Stoicus ſub Nerone,à quo quum iuſſus eſſet mori,fletum ſuorum magna conſtantia compeſcuit : porrectíſque alacriter ad inciſionem brachijs , humóque ſanguine aſperſa,Hunc,inquit,ſanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua vide apud Tacitum lib.16.

THRASIVS, ſeu Thraſillus, {θράσιος} vir fuit,qui quum ad exorandas à Ioue pluuias Bufirin docuiſſet hoſpites immolare,omnium primus mactatus eſt.Ouid in Ibin.

Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima cæſus aquas. Idem lib.1.de Arte amandi.

THRASO, {θράσων} Nomen proprium glorioſi militis apud Terentium in Eunucho , λαὸ τῷ θράσους, hoc eſt ab inſolentia & ferocitate impoſitum.Fuit & nobilis ſtatuarius eiuſdem nominis,cuius meminit Plinius lib.34.cap.8 & Strabo lib.14.

THRASYBVLVS.pen.prod. {θρασύβουλος} Athenienſis exul , comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit iuuante Lyſandro Lacedæmoniorum duce,exuliéſque reduxit.Inſuper plebiſcitum tulit,quod ἀμνηστίαν vocant,quo iniuriarum memoria deleretur,exulibus iureiurando adactis. Cuius Cicero in Philippicis, & Valerius De modeſtia, mentionem fecere.

¶ Thraſibulus,dux Mileſiorum, qui vt portũ Syconiorũ occuparet,ex aduerſa parte oppidanos tentauit.Dũmque ſic detinerentur, eum inſperata claſſe portum cepit. Frontinus lib.2.

THRASYLLVS, {θράσυλλος} Athenienſis fuit , rei militaris peritiſſimus, qui æquali cum Thraſybulo imperio claſſi præfectus , Myndarum Lacedæmonium , Peloponneſiorum ducem apud Seſtũ Helleſponti vibem nauali prælio ſuperauit.Author Thucydides lib.8.

THRASYMACHVS,pen.corr. {θρασύμαχος} Carthaginienſis Sophiſta,periodon,& colon,id eſt membrum primus monſtrauit , ac modum qui nunc eſt Rhetoricees, induxit. Fuit diſcipulus Iſocratis, vt ſcribit Suidas.

Thraſymenus, Vide THRASYMENVS.

Trecydica,threcidicorum. Arma gladiatoria.Cic. Philipp.7.Quem gladiatorem non ita appellaui,vt interdum etiam M.Antonius gladiator appellari ſolet:ſed vt appellant ij qui planè & latinè loquuntur.Myrmillo in Aſia depugnauit. Quũ ornaſſet,Threcidicis comitem & familiarem ſuum,illum miſerum fugientem iugulauit.

Threna,quæ Cypriis dicuntur veſtes floridæ ac variegatę,ab animalibus eiuſdem nominis,varietate diſtinctis ac maculoſis,id eſt ποικίλης

κατὰ βίβλους apud Theſſalos,vt è recentioribus tradit Cælius Rhodiginus lib.16.cap.9.

Thria,thriæ,ſiue Thrio,thrius,{θρία ὁ θρεὺς} Sthephano, Vicus eſt Atticæ in tribu Oeneide : à quo Thriaſij populi, & campus Thriaſius: cuius meminit & Plinius lib.4.cap.7 & multis in locis Thucydides.

Thrion,ab Athenienſibus iucundum quoddam edulium vocabatur, quòd frondibus ficulnis, quæ θρία Græcè vocantur , inuoluebatur. Varro,A globo latinæ dilatato item in oleo cocti,dicti à globo globi,vt thrion & placenta.Sunt & ἴτριτα Græcis lagana,ſiquis fortè hoc loco ita legendum putet. Turnebus,

Thridacias {θριδακίας} Mandragora fœmina,à lactucarum ſimilitudine,quas θριδάκιδας vocant Græci, nomine impoſito.Author Dioſcorides lib.4.cap.17.

Thrips {θρίψ} Teredinis genus lignum erodens,culici non diſſimile.Author Plin.lib.16.cap.41.Alij Thryps ſcribunt.

Thronus,throni,m.g. {θρόνος} Sedes vel ſolium dicitur.

THRONIVM {θρόνιον} oppidum eſt Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium amnem,non procul à ſinu Maliaco.Plin.lib.4.cap.7.

Thryallis {θρυάλλις} Genus herbæ,quæ aliàs Lychnitis dicitur, folia habens terna,aut cum plurima,quaterna,craſſa,pinguíque, ad lucernarum lumina apta.Vide Plin.lib.25.cap.10.

Thryps. Vide THRIPS.

THRIVS {θρεὺς} Homero Iliad.2.fluuius Elidis qui in Alpheum decurrit ab eo & Thryoeſſa Iliad.11.vocatur.

THVCYDIDES.pen.cor.{θουκυδίδης} Athenienſis hiſtoricus,patre Oloro,genus à ducibus Miltiade & Cimone,qui & ipſi ab Atacо Iouis filio originem habuere,duxit, vt Didymus in hiſt. teſtatur.Vxorem duxit è Thracia oriundam,alioqui diuitem, cuius opes aſſecutus non in voluptates,ſed partim in otium literarium erogauit. Nã bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, tempore quo illud gerebatur,Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmonijs militibus qui bello intereſſent, meicedem præbebat vti res quotidie veras ei renuntiarent,quas fidelius acciperе ſperabat, ſi non ſolùm ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur , ne partes quiſque ſuas falſò tueretur.Præceptores habuit in philoſophia,Anaxagoram:& in rhetorica,Antiphontem.Cuius & ipſe in 8.hiſtoriæ meminit,dicens eũ cauſa fuiſſe perdẽdæ Reipub. ac conſtituendæ tyrannidis trecentorum.Ex Marcellino Græco ſcriptore. De hoc Quintil. lib.10. cap.1. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Demoſthenem adeò Thucydidis ſtylum probaſſe , vt eius librum octies ſcripſerit, totũmque ferè edidicerit. Vide Ciceronem de Clar.Orat.

Siculus ille capitalis,creber,acutus,breuis, penè puſillus Thucydides.Cic.Qu.Fratri,lib.2.15.

Grauiter ſanè & probè, res geſtas & bella & prælia narrat Thucydides.Cic.in Orat.

Thucydides rerum geſtarum pronuntiator ſyncerus & grandis fuit.Cic.de Clar.Orat. Idem 2. de Orato. Nanque & Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, &c. & poſt illũ Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè vicit.

Admirari eloquentiam Thucydidis.Cic.de Opt.gen.Orat.

¶ Thucydides alios idem Marcellinus ponit: vnum Mileſium Athenis inter principes viros ac duces,æmulum Periclis.Alium Pharſalicum Memnonis filium, cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum poetam nationе Achedryſiũ,cuius meminit Androtion in Atride,dicẽs eum filium eſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Platonis comici, & Agathonis tragici, ac Nicerati verſificatoris.Ex Marcellino.

Thucydidius, Adiectiuum. Cicro in Orat. Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur , nouum quoddam imperitorum & inauditum genus.

THVLE, Thules, Thulæ,ſiue Thyle.Nomen duarum inſularum,quarum vna eſt in Oceano inter Septẽtrionalem & Occidentalem plagam,vltra Britanniam,quæ vltima fuit ex cognitis à Romanis. Virgil.1.Georg.

-tibi ſeruiat vltima Thulæ. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plinius tradit:econtrario , vt Solinus refert , brumali ſolſtitio nullus penè dies. Vltra eam pigrum & concretum mare eſſe ferunt. Hanc inſulam hodie *Iſlandiam*, id eſt glacialem terram dicunt,Sita eſt inter Danomarchiam & Noruegiam. Hæc Andreas Althamerus in Commentariis Germaniæ. Altera in Aphrica cõtrafitum Carthaginis.

Heſperiæ vada caligantia Thules.Stat.3.Syl.5.
Nigræ littora Thules.Stat.4.Syl.4.
Victima Thulæ.Virg.1.Georg.

Thunnus {θύννος} Genus piſcis marini prægrandis vulgo noti.Dicitur & thynnus.Horat.2.Serm.ſatyr.5.

Plures annabunt thunni,& cetaria fecerit.

Thunnum, Atheneus lib.7. ſcribit appellatum eſſe λαὸ τῆ θύειν τὴν ὁρμὴν, κὴ ὁρμᾶν,id eſt impetum facere & irruere.Hunc piſcem enim admodum celerem & concitatum eſſe,propterèà quòd certo anni tempore ſtimulum,ſeu oeſtrum habeat in capite , à quo concitetur atque impellatur,quod item ſcribit Ariſtoteles.

Thurianus,pen.prod.Genus eſt piſcis marini,quem alij xiphiamvocant. Plin.lib.32.cap.11.

THVRII {θούριοι} vrbs eſt Calabriæ, quæ & Thuria & Thurion à Thuria fonte dicta eſt.Hæc prius Sybaris,nouiſſimè Copiæ fuerunt appellatæ. Huius meminit Strabo lib.6, Quum enim Crotoniatæ, aduerſus quos bellum gerebant, vibem cepiſſent, inducto fluuio cuncta demerſerunt. Pauci ex ea clade ſuperſtites adunati cohabitabant,quos temporis interuallo Athenienſes, aliíque Græci profuſos extinxerunt.Nam in ſocietatem ciuitatis peruenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt. Et vibem alium in locum propè tranſpoſitam ædificarunt , & eos Thurios , ducto de fonte vocabulo nuncuparunt. Thurij quum diutius beatam duxiſſent ætatem, tandem in Lucanorum ſeruitutem tracti ſunt. Quũmque illos Tarentini deitruerent,ad Romanorum tutelam confugerũt. Qui qui-

dem mittentes pro virorum paucitate accolas, mutato nomine ciuitatem Copias appellauere. Hinc

Thurinus,pen.prod.Adiect. {θουρῖνος} Ouid.15.Met.

Thurinóſque ſinus, Temeſémque , & Iapygis arua. Alij legunt, Terinóſque ſinus,&c.

THVRIVM {θούριον} Italiæ oppidum,vbi Herodotus vitam finiuit, ibidémque in foro,vt quidam memorant,ſepultus eſt,teſte Thucydide lib. 3. Strabo verò lib.14. ait illum ex Halicarnaſſo Cariæ regia eſſe,quem poſtea Thurium vocauerunt,eo quòd particeps fuiſſet coloniæ in Thurios miſſæ.

Thus,thuris,{λίβανος,λιβανωτὸς} Incenſum quo diis ſacrificabatur,λαὸ τῦ θύειν,odorem facio, vel potius θύω ſacrificо:quòd qui ſacrificabãt, thure vtebantur. Chariſius lib.1. Tus à tundendo ſine adſpiratione dicitur, quanuis Iulius Modeſtus, λαὸ τῦ θύειν tractum dicat Porphy. in lib.1.Carm.ode 30.Dicitur autem thus λαὸ τῦ θύειν, id eſt ſacrificare , vnde aſpiratur th. Alij tamen eredunt eſſe dictum à tunſis glebis,quia de arbore deſtillat,& à terra ſubiecta combibitur,in eáque congelatur,indéque tunſis glebis colligitur.Seruius in illud 1.Geor. Molles ſua thura Sabæi. Sanè , inquit , tus modò ſine aſpiratione dicimus,nam antiqui thus dicebant λαὸ τῦ θύειν, quòd diſplicuit. tura enim à tundendo dicta eſſe voluerunt, à glebis tunſis, cũ quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. Plin. lib. 12. cap. 14.1.Thura præter Arabiam nullis,ac ne Arabiæ quidem vniuerſæ, &c. Plura in ipſo capite de thure leges. Tibull.lib.1. eleg.3.

Redderéque antiquo menſtrua thura lari.

Acerra thuris.Ouid. 4. Faſt. ad finem.
Acerui thuris. Ouid. 8. Metamorph.
Mica thuris. Plin.lib.12. cap. 14.
Vindemia thuris. Plin. lib.12.cap.14.
Candidum thus. Plin. lib.12.cap.14.
Eoum thus. Stat.1. Thebaid.
Flaua thura.Ouid. epid. 20.
Incana thura glebis. Stat. 6. Thebaid.
Mammoſum thus, Vide MAMMA.
Maſcula thura.Virg.eclog 8.
Niliacum thus.Stat.4.Syl.9.
Odoratum thus. Plin.lib.12 cap.14.
Pia thura.Iuuen. Satyr.13.
Sabæum thus.Virg.1.Æneid.
Adolere thura. Virg.eclog.8.

¶.Sacri thuris honore digoari aliquem.Ouid.14.Metam.

Blanda thura dare.Tibul, lib.3. eleg.3.
Incendere thura & odores.Cic.6. Verr.
Ingerere thura aris, Vide INGERO.
Legere thus.Plin.lib. 12.cap.14.
Litare thure. Perſ.Satyr.5.
Metere thus. Plin.lib.12.cap.14.
Miniſtrare thura. Ouid. 2. Metam.
Sabæi mittunt thura.Virg.1. Georg.
Placare deos thure. Horat.1. Carm.ode 36.
Tribuere alicui honores thuris.Ouid.14. Metam.

Thurarius, Qui thura tractat ac vendit. Firmic.lib.8.cap.25. Viceſima ſeptima pars libræ ſi in horoſcopo fuerit inuenta , thurarios facien vel pigmentarios,ſeu pharmacopolas.

Thureus, Adiectiuum,{λιβανωτὸς} Quod eſt thuris. Colum.lib.3. cap. 8. Iam thuream plantam,florentéque hortos myrrha & croco.Virgil.2. Georg.

-ſolis eſt thurea virga Sabæis.
Dona thurea.Virg.6.Æneid.
Flamma thurea.Stat.12. Thebaid.
Grana thurea.Ouid.4.Faſt.

Thurifer,pen.corr.thurifera,thuriferum,pen.cor.{λιβανωτοφόρος} vt Saba thurifera,quæ producit thus. Plin.lib.6. cap.23.

Regio thurifera. Idem lib.12.cap.14, Vtillo modo quum deuiciſſet thuriferas gentes,ſupplicaret.

Indus thuriſer. Ouid.3 Faſt.
Aræ thuriferæ.Stat.1. Achil.

Thuricremus,penul. corre. Adiect. Thus cremans:vt Aræ thuricremæ,In quibus crematur thus.Virg.4.Æneid.

Foci thuricremi.Ouid.epiſt.2.

Thurilegus,pen.corr.Adiectiuum,vt Arabes thurilegi, Thus colligentes.Ouid.4.Faſt.

Nam modò thurilegos Arabas,modò deſpicit Indos.

Thuribulum,thuribuli,pen.corr.{θυμιατήριον} Vas in quo thus adoletur. Liu.9. bel.Pun.Cic.6.Ver.Num etiam de L.Papyrio viro primario,locuplete,honeſtóque equite Romano thuribulum emiſit?

Thuſculum,thuſculi, pen.corr. Diminutiuum,{λιβανωτίδιον} Plautus Aulul. 13.

Nunc thuſculum emi,& haſce coronas floreas.

THVSCIA, Italiæ regio, à Lario Tiberi, à Liguribus Macra fluuio diuiſa, quæ alio nomine Herruria dicitur. Dicta Thuſcia (vt quidam exiſtimant , λαὸ τῦ θύειν , quod eſt ſacrificare , propterea quòd Tyrrheni, ſemper habiti fuerint religioſi, deorúmque cultui & ſacrificiis ad ſuperſtitionem vſque dediti.

Thya,thiæ, {θύα} Arbor odorifera, quæ notiore nomine cedrus dicitur,& ab Homero trogete,teſte Plinio lib. 14.cap.16.

THYAMIS,fluuius Buthrotum coloniam alluens, & Æmathio villæ Atticiproximus. Cic. 7. ad Attic. Q. Ciceroni obſiſti non potuit, quo minus Thyamin videret.Hinc quòd à Cicerone li.2.de Leg.ſcribitur,Sed tamen huic amœnitati,quam ex Quinto ſæpe audio Thebanus Epirotes ille tuus nihil opinor conceſſerit:mendoſum apparet. Cum enim videatur de fluuio loqui , quem cum Fibreno comparet,nomẽque Thebani , fundi potius quàm flumiris ſit , nec illis in locis vllus fluuius Thebanus memoretur , luxatam fuiſſe ſcripturam crediderim,& in Thebanum pro Thyami degeneraſſe. Legendum igitur putem Thyamis Epirotes ille tuus, &c.Hęc Turneb.

Thyas, huius Thyadis, pen corr. {θυάς} Bacchi sacrificula.
Amentes Thyades. Stat. 12. Thebaid.
Concita Thyas pulso tympano. Horat. 3. Carm. ode 15.
Euantes Thyades effusis crinibus. Catul. Argon. 59.
Excita Thyas commotis sacris. Virg 4. Æneid.
Peruicaces Thyades. Horat 2. Carme ode 19.

Thyasus, thyasi, penult. corr. masc. ge. {θίασος} Saltatio & chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à θύω sacrifico. Virg 5. eclog.
Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho. Catull. de Berecynth. 58, Thyasus repentè linguis trepidantibus vlulat.

THYATIRA, pen. prod. {Θυάτειρα} Insula est maris Ionij, vna Echinadum, Ætoliæ adiacentium, teste Plinio lib. 4. cap. 12. Est item Ioniæ ciuitas in Asia, ad Lycum fluuium, teste eodem Plin. lib. 5. ca. 9. Strabo lib. 13. Mysiæ attribuit, Stephanus Lydiæ.

THYELLA, {θυέλλα} Oenotriæ vrbs, in qua pars Phocensium conse dit. vt ex Herodoti sententia refert Stephanus. Homerus Thyellam quartam Harpyiam videtur appellasse, respiciens nimirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.

THYESTES {Θυέστης} filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos. Inde

Thyestius, pen. prod. Adiectiuum, {Θυέστειος} Ouidius 15. Metamor.
Neue Thyesteis fabula (inquit Seruius) hoc habet, Atreum & Thyestem germanos quum dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam redisse: qua occasione Thyestes cum fratris vxore concubuit. Atreus verò ei filium epulandum apposuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc est: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipsim inuenisse: cui inuidens frater, ex vrbe discessit: tempore quo eius probata sunt dicta. Hactenus Seruius enarrans illud Virgil. lib. 1. Æneid.
Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe. Persius Satyr. 5,
-aut siquibus olla Thyestæ Feruebit. Vide Ægysthus.
Thyesteus. Cic. in Pisonem, Thyestea ista execratio est, poëtæ vulgi animos, non sapientum mouentis.
Mensa Thyestea. Ouid. 4. de Ponto, eleg 6.
Mycenæ Thyesteæ. Lucan. lib. 1.

THYIA, {Θυία} Nomen filiæ Cephisi, quæ prima Liberi patris initiata fuit Orgiis, à qua Thyiades & Thyiæ. Herodotus lib. 7. Ab hac vrbs eiusdem nominis in qua colitur.

Thyites, {θύϊτης} Genus est lapidis durissimi, ex quo mortaria fieri consueuerunt: vnde & à Plinio lapis mortariorum vocatur, & à Græcis θύϊτης, quibus θύϊα mortarium est.

Thyle, Vide THULE.

Thymallus. Genus piscis pretiosi, de quo Ambros. lib. 5. Hex. Neque te inhonoratum nostra persecutione Thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amorem Atheſis vmbra nutrierit, flos es. Vide reliqua.

Thymbra, {θύμβρα} herba vulgatis notitiæ. In asperis & gracilib. nascitur, similis thymo: sed minor atque tenerior ferens spicam floris plenam, coloris herbacei. Habetur & satiua breuior syluestri, quæ propter minorem acrimoniã in cibos recepta est, Latinis satureia, teste Plin. lib. 19. cap. 8. dicitur. Gallis nunc sarreta, nunc satria, pedali altitudine, fruticosa, furculosis vtrinque coliculis, folio hyssopi, floscułis per internalla ex purpura candicantibus, odore saporéque gratissimo. Tymbram tamen nonnihil à satureia discrepare sentit Colum. lib. 10. hoc senariolo,
Et satureia thymi referens, thymbræque saporem. Hæc Ruel. Colum. lib. 9. cap. 4. Saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, &c. Sunt qui tymbram abique aspiratione scribant.
Olens thymbra. Stat. 1. Sylu. 2.
Gelidæ vmbracula thymbræ. Stat. 1. Sylu. 2.

THYMBRA, {Θύμβρα} locus vicinus Troiæ, plenus thymbra.
Rector Thymbræ, Apollo. Stat. 4. Sylu 7.

THYMBRAEVS. {Θυμβραῖος} Apollo dicitur, à loco Troiæ vicino pleno thymbra: in quo eius & nemus est, & templum vbi à Paride Achilles occisus est. Vnde & fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo Thymbræus, vt Delius. Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Hactenus Seruius apud Virgilium lib. Æneid. 3.
Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis.
Pergama Thymbræa. Stat. 3. Sylu. 2.

THYMELE, penult. correp. {θυμέλη} nomen mulieris, quæ prima saltationem in scena docuit. Græci θυμέλην scenam vocant, hoc est eam theatri partem vbi gestus agunt histriones. Martial. lib. 1.
Qua Thymelen spectas, derisorémque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra legas.
Suidas scribit fuisse aram in theatris Thymelen.

Thymelici, penul. corr. {θυμελικοί} Ludij histriones. Vnde à Vitruuio dictum est, Scenici & Thymelici Græcè separatim nominantur. Vlpian. in l. Athletas, in princip. D. de iis qui not. infam. Neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cæteráque eorum mi nisteria qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habentur.

Thymion, thymij. Vlcus est, quod super corpus quasi verrucula emi net, ad cutem tenue, suprà latius, subdurúmque, & in summo perasperum. Idque summum calorem flotis thymi repræsentat, vnde ei nomen est: ibique facilè findituꝛ, & cruentatur: nonnunquam aliquantum sanguinis fundit, feréque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ est, raro maius, interdum perexiguum. Modò vnum, modò plura nascuntur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Pessima tamen in obscœnis sunt, maximéque vbi sanguinem fundunt. Hæc Celsus lib. 5, cap. 28.

THYMOETES, {Θυμοίτης} Priami filius fuit ex Atisbe (vt quidam volunt) cuius vxor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paridem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cuius causa Ilium euerteretur, iussit Priamus vtrúmque interfici. Et Paris quidem matris astu clam traditus est educandus: Thymœtis autem

puer est interfectus. Cuius iniuriæ vltione in multos dies dilata Thimœtes, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus author fuit vt in vrbem reciperetur. Hæc ferè Seruius enarrans locum illum Virgilij,
-primúsque Thimœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.

Thymoleon, Vide THIMOLEON.

Thymus, m. g. vel thymum, thymi, {θύμος} Herba hortensis, odorata, cuius flore sum mopere apes delectãtur. Plin. lib. 21. cap. 10, Totidem & thymi: candidum ac nigricans. Floret autem circa solstitia, quum & apes decerpunt, & augurium mellis est. Prouentum enim sperant apiarij largè florente eo. Lædituꝛ imbribus, amittítque florem. Semen thymi non potest deprehendi, quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Mart. lib. 5.
Hyblæis madidas thymis placentas. Columell. lib. 11. capi. 3 Thymum & transmarina cunila, & serpyllum, &c.
Dulcior Thymo. Virg. eclog. 7.
Cecropium thymum. Virg. 4. Georg.
Apes pascuntur thymo. Virg. 5 eclog.
Redolénteque thymo fragrantia mella. Virg 4. Georg.
Suffire thymo. Virg. 4 Georg.

Thymianus, Adiectiuũ, à thymo, vt thymianæ oues. Plaut. Bacchid. Vtulæ sunt thymianæ. Thymianæ, inquit Turnebus, à thymo dici videntur. Nam in Narbonensi Gallia Lapides campi thymo abundabant eóque infinita pecudum milia conuenichãt. Thymianæ tamen hic malæ erunt, credo propter longiquitatem viæ macrescẽtes. Thymianæ se in veteribus libris reperisse scribit Ioachimus quæ vox quid significet consulendum Apollinis oraculum, nisi thymum amantes explices. Ac vidi qui thymiama defenderent, vt rei diuinæ aptas, quales emebantur à parciotibus viliores & mactiores. Aliquando & minę legendum existimaui, sed quin thymianæ tueamur, nihil esse videtur causæ. Hæc ad verbum Turnebus.

Thymites, pen. prod {θυμίτης} vinum, Ex Thymo confectum: ea forma dictum vt absynthites. Colum. lib. 12. cap. 35. Vinum absynthites & hyssopiten, & abrotoniten, & thymiten, & marattiten, &c.

Thyminus, pen. corr, Adiectiuum {θυμινὸς} Ex thymo factum. Colum. lib. 6. cap. 33, Cum melle Attico: vel si id non est, vtique thymino celeriter leuatur.

Thymosus, pen. prod. Adiect. {θυμώδης} Plin. lib. 11. cap. 15, Thymosum mel non coit.

THYNIA, {Θυνία} Strab. lib. 12. Insula in fronte Bythiniæ: hinc

Thynicus annulus veteribus dicebatur è mero auro confectus. Isidorus, Thynicus, inquit, purus, primum in Bythinia fabricatus: afférque molles Mecœnatis versiculos de morte Horatij Flacci vt id probet,
Lugent te mea vita, te smaragdus,
Berillus quoque Flaccę nec nitentes,
Nunc per candida margaritas quæro
Nec quos thynica lima perpoliuit
Annellos, nec laspios lapillos.

Thynus, Adiect. {θύνος} vt Merce Thyna beatus. Horat. 3. Carm. ode 7, Hoc est Bithyna. Acron.

Thynnus {θύννος} Piscis miræ magnitudinis: de quo abundè Plinius libro 9. cap. 15, Vide CORDYLA. Dicitur & Thunnus, Vide suo loco.

Thyon, quod apud Homerum est, citrum interpretatur Macrobius.
Citrum autem illud crediderim, cuius in Atlante mõte nobiles syluæ materiam lautis mensarum orbibus suppeditauere Romanis expetitarum delicijs. Turnebus.

Thyoneus, trium syllabarum {θυωνεύς} Bacchi epitheton, quod θύειν quod est sacrificare, deductum putant: eo quòd ei adhuc inter humanos versanti sacrificabatur. Horat. 1. Carm. ode 17,
-nec Semeleius
Cum Marte cõfundet Thyoneus prælia. Acron sic exponit, Thyone mater Semeles dicta est matris Liberi patris. Dicit ergo per vinum rixam non futuram inter se. Thyoneus autẽ filius Liberi fuit, qui in Chio insula regnauit, pater Thoãtis regis, cuius filia fuit Hypsiphile, quæ coniuratione facta aduersus viros sola patrem seruauit. Hactenus Acron. Porphyr. verò, Thyone, inquit, Semele à Græcis dicta: vnde Thyoneus dicitur.

Thyonianus, Bacchus dictus. Catullus,
Hic meus est Thyonianus. Quo versu significat meraca Bacchi pocula per transnominationem. Rediuiuus enim Bacchus matrísque fulminatæ superstes, Thyonianus vocatus est: vel potius illum dilaceratum reducem suspitiémque vitæ redditum hoc nomine sacra canebant arcana. Auson. Ne in sacris & fabulis aut Thyonanum miseris aut Virbium, illum de Dionysio, hunc de Hyppolito reformatum.

THYRE, Ciuitas Messeniorum. Sed duus Augustus Lacedæmoniis asciipsit, quòd Messenij cum Antonio sensisse viderentur. Statius,
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem. Hinc Thyreaticæ Spartanorum corollæ quædam appellatæ. Sciendum est, Thyre numero plurali genere neutro, per synæresim efferri θυρέα, ἀφ' οὗ θυρὼ etiam si numero singulari Thyrea quoque dici potest. Strabo lib. 8. Thuriam appellat. Est & Thyræũ, oppidũ in Arcadia. Thyreę etiam Græcè, Latinè oltia dicuntur: à quo Thyridion, ostiolum.

Thyrsus, thyrsi, masc. gen. {θύρσος} Virga & caulis cuiuslibet herbæ præsertim lactucæ. Plin. lib. 19. cap. 8, Inuentum omnes thyrsos, vel folia lactucarum protogare vteeis. conditos, ac recenteis in patinis coquere.
Fragiles thyrsi. Stat. 2. Theb.
Pampinei thyrsi. Claud. 7. Paneg.
Teretes thyrsi. Stat. 2. Achil.
Thyrsus spectabilis. Plin. lib. 21. cap. 15.
Virentes fronde thyrsi. Ouid. 11. Metam.
¶Thyrsus {θύρσος} Hasta aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis

gijs Bacchicis quatiebant. Scribit Diodorus lib. 5. cap. 1, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macrobius lib. 1. Saturnal. ca. 18, ait Liberum patrem tenere thyrsum, quod est lacteus gelum, cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde Thyrsigerus dictus est Bacchus. Catul. Argonaut. 59. Ouid. 3. Amor. eleg. 14,
Corniger increpuit thyrso grauiore Lyæus. Senec. Herc. fur. 11. 2,
Tectam virenti cuspidem thyrso gerens.
Grauí thyrso metuendus Liber. Horat. 2. Carm. ode 19.
Quatere thyrsum. Senec. Herc. Oetęo 4.
Leuem thyrsum vibrare manu. Senec. Oedip. 5.
¶Thyrsus per translationem pro stimulo & incitamento. Lucret. lib. 1,
-sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Thyrsigerus, penult. cor. Adiectiuum {θυρσοφόρος} vt India Thyrsigera. Senec. Hippol. 6.

Thysanon {θύσανον} siue etiam Thysanon (nam vtrunque reperitur) quod & *Sytisbam* vocari tradit Pollux lib. 7. cap. 14, Est autem fimbria siue ala. Huius meminit Homerus in ornamentis Iunonis libro 14. Iliadam.

Thysbe, Vide THISBE.

T I

Tiara, tiaræ, pen. prod. {τίαρα} Ornamentum capitis Persicarum prius mulierum: quo postea vsi sunt & reges & sacerdotes. Iuuen. Saty. 6.
-Phrygia vestitur bucca tiara. Virg. 7. Æneidos,
Sceptrúmque sacérque tiaras. Hîc per vsurpationem dicitur. nam tiara dicimus, ait Seruius. Tiaram (inquit Donatus) dixit pileum quo Phryges vtuntur quum celebrant sacra. Inde sacrum dixit, quia quod ad sacra pertinet, sacrum est.

TIBARENI, pen. corr. {Τιβαρηνοί} populi Scythici, de quibus diximus in dictione Tabereni.

TIBERIAS, huius Tiberiadis, pen. cor. {Τιβερίας} vrbs Galilææ, ab Herode condita, & sic appellata in honorem Tiberij Cæsaris. Ptolem. lib. 5. cap. 16. dicitur Tiberias, lacus.

Tiberis, Vide TYBERIS.

TIBERIVS, {Τιβέριος} inter Cæsares notissimus. Fuit & eius nominis grammaticus, qui de Ideis orationis scripsit libros tres, aliáque com plura, vt author est Suidas. Meminit & huius Strabo lib 7.
¶Tiberij vocitari cœperunt, qui ad flumen Tiberim nascebantur. Probus in Epitome. Proinde multi scribunt Tyberius.

Tibereius, Adiect. {Τιβερίτης} Stat. 3. Sylu. 3, Tibereia primum
Aula tibi, vix dum ora noua murante iuuenta Pandítur.

Tibi {σοί} dativus, à tu pronomine, Vide suo loco.

Tibia, tibiæ {κνήμη, σκολιὸς} Propriè os cruris oppositum suræ. Celsus lib. 8. cap. 1, Ipsum autem crus est ex ossibus duobus, &c. Verum alterum os ab exteriore parte, &c. Alterũ à priore parte positum, cui tibiæ nomen est, longius, & in superiore parte planius, solum cum femoris inferiore capite committitur. sicut cum humero cubitus.
Tibia & fistula differunt. Plin. lib. 16. cap. 36, Calamus verò alius totus concauus, quem syringuam vocant, vtilissimum fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenus est continuo foramine peruius, quem auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fistulis ille.
¶Tibia {αὐλὸς, σῦριγξ} Instrumentum musicum quo tibicines canunt: sic dicta quòd primò ex gruum tibiis facta sit, à quibus nomen habet, quum ex arundinibus facta sit. Cic. 1. Tusc. Non intelligo quid metuat quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Horatius de Arte,
Tibia non vt nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula: sed tenuis, simpléxque foramine pauco.
Si ex oliua modulate canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia? Cic. 1. de Nat. deor.
Cantus tibiarum. Quint. lib. 1. cap. 11.
¶Multifora buxo tibia. Senec. Agamen. 5.
Tibiæ apertæ à Quintiliano vocantur, quæ apertis omnibus foraminibus sonant clarius. Nam clausis sonus redditur fuscior & obscurior, vt apertis cãdidior & clarior, quod & per adagium vsurpat. Illa verò, inquit, iam verò apertis, vt aiunt, tibiis. Id est, vt suspicor, iam clarissima voce. Turnebus.
Caua tibia. Lucret. lib. 2.
Concionatoria tibia, Vide CONCIONOR.
Curua tibia. Virg. 11. Æneid.
Incentiua tibia, & succentiua. Vide Incentiuus in INCINO.
Ludiętæ tibiæ, Vide LVDVS.
Nuptiales tibiæ. Author ad Heren. lib. 4.
Querulæ tibiæ cantus. Horat. 3 Carm. ode 7.
Sacrificæ dulces tibia effundat modos. Senec. Agamem. 6.
¶Adhibere tibias epulis. Quint. lib. 1. cap. 10.
Canere tibiis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Canere ad tibiam, Vide CANO.
Inflare tibiis. Cic. de Claris Orat. Si tibiæ inflatæ non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet.
¶Tibia masculino genere apud antiquos, teste Nonio. Varr. Modio, Quare meas libidines, ac tibias bilingos. Obsoluit.

Tibialis & hoc tibiale, pen. pro. l. {σκολικὸς} Quod est idoneum ad tibias faciendas. Plin. lib. 16. cap. 36, Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant.

Tibiale, tibialis, penult. prod. neut. gen {περικνημίς} Velamentum tibiarum: quinetiam arma quibus crura muniuntur, tibialia vocãt. Sueto. de Augusto cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thoracę lanco, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Paulus Iureconsc. in l. Qui commeatus. D. de re milit. Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Tibicen, pen. prod. tibicinis, pen. cor. masc. gen. {αὐλητὴς} Qui tibia canit. Cic. ad Gallum lib. 7 27, Ille autem qui sciret se nepotem be. lum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem, discessit à me. Liuius 2. ab Vrbe, Cornicines, tibicinésque. Horat. de Arte,
Ad cantus, ad tibicinem prosequi laudes honoratorum virorum. Cic. de Leg.
Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed vniuersa comprehensio. Cic. in Orat.
Tibicen sine tibiis canere non potest. Cic. 2. de Orat.
¶Tibicines in ædificiis appellantur columnellæ quibus rustici tecta sua fulcire solent: à similitudine tibia canentium: qui vt cantan tes sustinent, ita illi ædificiorum tecta. Nec in hoc significato aliud præter ablativum singulariter legimus. Iuuen. Saty. 3,
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.
Dicitur etiam quicquid in sustentaculum alterius ponitur. Ouid. lib. 4. Fast.
Hæc modò verrebat stantem tibicine relam. Alij legunt,
Hæc modo verrebat stantem tibicine villam. Alij,
Hæc modo verrebat cum raro pectine pratum.

Tibicina, tibicinæ, pen. corr. fœm. gen. {αὐλητρὶς} Mulier tibia canens. Plaut. Aulul 9.
Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos.
Tibicinásque hasce, apud forum, &c. Martial. lib. 14.
Ebria nos madidis rumpi tibicina buccis.
Meretrix tibicina. Horat. 1. epist. 14.

TIBISCVS, Daciæ fluuius, cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 7. à Barbaris Tissa appellatur.

TIBVLLVS, {τίβουλλος} Poeta, iuxta Quintiliani sententiam cum primis elegans, & tersus, ad amores & delicias aliquanto procliuior. Ouid. 1. Amor. eleg. 15,
Donec erunt ignes, arcúsque Cupidinis arma.
Dicentur numeri cultre Tibulle tui. Vide ALBIVS.

Tibur, Vide TYBVR.

Tiburtus, qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur: cui etiam lucus erat ibi sacratus ab Horatio memoratus, Catilli, qui Amphiarai filius erat, fuit filius, oppidúmque Tibur condidit, vt refert Solinus, & probat Maro his verbis.
Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt
Fratres Tiburti dictam cognomine gentem. Horatius tamen videtur existimare Tibur à Catillo conditum fuisse, cùm Tibur mœnia Catilli vocet: & Catonis sententia fuit, eam vrbem postea à Catillo Arcade præfecto classis Euandri fuisse. Annotauit Turnebus.

TICINVM, pen. prod. {τίκινον} nobile Insubrium oppidum, quod nũc *Papia* vulgò dicitur. Nam, vt scribit Ptolemæus in Geographia lib. 3. cap. 1. Insubres habent Mediolanum, Nouariam, Comum & Ticinũ. Est & Ticinus, fluuius oppido vicinus, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 16. Claud. 4. Paneg. pulcher Ticinus.

TIFERNVS {τίφερνος} fluuius est Italiæ. Et Tifernum, oppidum quod intercidit. Inde Tifernates, populi, iuxta Theanum & Lucrinum in sexta regione Italiæ. Author Plinius lib. 3. cap. 14. Nunc dicitur *Bisano*, Oliuarius in Melam.

TIGELLIVS, m. Tigellius Hermogenes, musicæ artis scientia prædicitus, C. Cæsari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatræ, quia dulter cantabat, & iocabatur vrbanè. Augusto quoque ita placuit, vt inter familiares ac domesticos haberetur. Erat autem largitor adeò, vt omnibus musicis & circulatoribus multa donaret, & ideò morte eius tristes esse factos ait Horatius. Porrò autem causam insectandi hominis nõ mediocris ingenij habuit Horatius, quòd carmina eius parum scitè modulata esse dicebat. Hæc Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Serm. Saty. 2.
Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne
Mœstum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. Contrà hic, ne prodigus esse
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico.
Frigus quo diramque famem propellere possit, &c.¶ Fuit hic Tigellius & tibicen, & cantor, Phamææ nepos, natione Sardus, Ciceroni parum æquus. id quod indicat eius epistola ad Fabium Gallum lib. 7. epist. 25. Amoris, ait, quidem tui, quoquo me verto, vestigia, vel proximè de Tigellio. Sensi enim ex literis tuis valde te laborasse. Paulò pòst, At vide quid succenseat. Phamææ causam susceperam, ipsius quidem causa: erat enim mihi sanè familiaris. Is ad me venit, dixítque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in cõsilium iri necesse erat. Respondi, nullo modo me facere posse: quem veilet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. Illi autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum cantorem, discessit à me, vt mihi videbatur, iratior. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Idem ad Attic. lib. 13. 296. De Tigellio, siquid noui. qui quidem, vt mihi Gallus Fabius scripsit, *μόρμυλι ἀπόφορε* mihi quandam iniquissimam, me Phamææ defuisse, quam eius causam recepissem, quam quidem receperam contra pueros Octauios Cn. F. non libẽter: sed Phameę causa volebam: erat enim, &c. Etiam Horatius Sardum fuisse Tigellium, & Cæsaris amicum, his versibus ostendit lib. 1. Serm. Saty. 3.
Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare, rogati:
Iniussi, nunquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæsar, qui cogere posset.
Si peteret per amicitiam partis, atque suam, non
Quicquam proficeret: si collibuisset, ab ouo
Vsque ad mala cxraret, Io Bacche, &c.

Tigillinus, pen. prod {τιγιλλῖνος} vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone consequutus est, quem ad omnia corruperat. Author Cornelius Tacitus.

Tignus, tigni, masc. gen. & Tignum, tigni, {ξύλον, δοκὸς, σχέδιον, ὑπόκειον} Trabs qua variè dispositæ domus extruitur: A tegendo, vt tradit Vlpianus in l. 1. D. de tign. iunct. Cæsar 4. bell. Gall. Tigna bina. sesquipedalia ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. Propert. lib 4. eleg. 3.
Siue in furtiuo gemuit stans noctua tigno. Horat. de Arte,

-& modicis instrauit pulpita tignis. Ouid.8.Metamorph.
Sordida terga suis nigro pendentia tigno.
Arrectaria tigna. Vitruuius lib.10.cap.17. Vide ORTHOSTATA.
Polire tigna. Claud.3 Paneg.
Læuia radere tigna. Lucret. lib.5.
¶Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia constant, continetur. Vlpian De tigno iuncto l.j &c Ad exhibendum.l. Tigni.
Et Caius de verb.significe.l. Tigni. Horat.2.epist.2,
Torquet nunc lapide, nunc ingens machina tignum.
¶Tigni appellatione in vineis necessaria continetur, vtputa pertice pedamenta. Vlpian. De tigno iuncto l.j.

Tignarius, Adiect. {ξυλοτορος} Tignarius faber, non solùm is qui tigna dolat, sed etiam qui solaria ligneaq; hoc est qui trabes, cæteráque ad tabulata domus vtilia: & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Caius Iurisc. Cic. de Claris Orat. Ego me Phidiam esse mallé, quàm vel optimum fabrum tignarium.

Tigillum, tigilli, Dimin. {ξυλιον} Liu.1.ab.Vrbe, Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde gẽti Horatiæ tradita sunt, trãsmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum missit iuuenem. Tibul.l.b.2.eleg 1,
Illi compositis primùm docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum.
Ianua suffixa tigillo. Catul. ad Ianuam, 62.

TIGRANA, pen. prod. {τιγρανα} Ptolem. lib.6.ca.1. oppidum Mediæ in mediterraneis.

TIGRANES, pen prod, {τιγρανης} rex maioris Armeniæ, cuius multam mentionem facit Cicero in Oratione pro lege Manilia. Lucanus libro 2.

TIGRANOCERTA, {τιγρανοκερτα} Oppidum in montanis maioris Armeniæ, teste Plinio lib.6 cap.11.à Tigrane conditum, vnde & nomen accepit, quasi Tigranis ciuitas. Nam certa Parthorum lingua vtbem sonat. Vide Stephanum.

Tigris, huius tigris, vel tigridis, pen. corr. fœm. gen. {τιγρις} animal velocissimum: quod à velocitate nomen habet. Nam Medi tigrim sagittam apellant, teste Varrone. Virg.4. Æneidos,
-Hyrcanæque admorunt vbera tigres. Plin.lib.8.cap.18, Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maximè cogitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante raptur. equo quàm maximè pernici, atque in recentem subinde transfertur &c. Plura leges toto capite.
Armeniæ tigres. Virg.5 eclog.
Aspera tigris. Horat.1 Carm.ode 23.
Atra tigris. Virg.4.Georg.
Maculosę tigridis forma. Ouid.11.Metam.
Pessima tigris. Virg.3.Georg.
Rabidæ tigres. Virg.2 Georg.
Sæuæ tigres. Ouid.epist.10.
Variæ. Senec. Hippol.1.
Virgatæ. Senec. Hippol.3.
¶Tigrides, plurali numero dixit author Philomelæ in Ouidij operibus, Tigrides indomitæ rancant.

Tigrinus, pen. prod. Adiect. {τιγρινος} Plin.lib.13 ca.15. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblógo euenit discursu, ideóque tigrinæ appellantur.

TIGRIS, {τιγρις} Flumen magnum etiam appellatur, propter velocitatem, qui instar bestiæ nimia pernicitate decurrit. Hic de Paradiso exiens iuxta scripturæ fidem, pergéntque contra Assyrios, post multos circuitus (Iosepho teste) in Mare rubrũ defluit. Solinus Tigtim fluuium in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido conspicuóque fonte: nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum inuectus sit, Tigrim statim vocari, Arethusam lacũ influere grauia pondera sustinentem, cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immiscent, sicut nec amnici stagnum attingant Arethusæ. Mox Arabas præterfluens, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens Euphratémque, defertur in sinum Persicum. A Tigri fluuio dicti sunt Transtigritani, qui trans Tigrim habitant, sicut Transpadani. Et tam pro fluuio quàm pro animali, Tigris vel tigridis genitiuum facit. Vide Plin.lib.6 cap 27.& Strabonem lib.6.
Rapidus tigris. Lucan.lib 3.cap.52. Horat.4.Carm.ode 14.

TIGVLLIAS, {τιγιλλιας} Ptolem.li.3 ca.1. Vrbs Ligiriæ, aliis dicta Segesta, vulgò *Sigestro, Sextri.*

TIGVRINI, pen. prod. {τιγυρῖνοι} Populi Germaniæ, qui quartam Heluetiæ partem continebant. Cæsar bel. Gal. lib.1, Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est. Hic pagus vnus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat.

Tilia, tiliæ {φιλυρα} Arbor. Plin.lib.16 cap.40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: ardumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Columel.lib.9. cap.4, At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocentes.
Leuis tilia. Virg.1.Georg.
Molles tiliæ. Ouid.10.Metam.
Pinguis tilia. Virg 4 Georg.
Tiliæ, de arboribus aliis etiam dicuntur, nam de interioribus corticis vlmi tunicis, è quibus vincula fiunt, dixit Plin.lib.24.cap.8, Corticis interior tilia lepras sedat.

Tiliaceus, Adiectiuum {φιλυρινος} Quod ex tilia factum est. Colum.lib. 12.cap.45. Arculæ fagineæ vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tilica, {τιλικα} Iocularis dictio apud Ciceronem de Claris Orat.14, Et ille fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chirtilium, Sisenna defendens, dixit quædam eius spurcitilica esse crimina. Tum C. Ruscius, Circumuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis, Sisenna quid dicas, nescio, metuo insidias: spurcitilica quid est hoc? spurca quid sit scio, tilica nescio. Maximè risus: sed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat esse, inusitatè loqui, Vide SPVRCITILICA.

TILIVM, {τιλιον} Sardiniæ insulæ vrbs, Ptolemæo authore lib.3.cap.3. Hodie S. *Repara.*

TILOS {τιλος} Insula est (vt scribit Plin.lib.6.cap.27.) cum oppido eiusdẽ nominis in Mari rubro, celeberrima plurimum margaritis. Ipsa ferit palmas, oleas creat, vineis abundat. In ea omnis arbor nunquam foliis spoliatur. Mons Caucasus non longè ab ea incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem insula habet lanigeras arbores (vt scribit Plinius lib. 12.) quæ coronei mali amplitudine cucurbitas ferunt, & maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretiosæ fiunt.

Tilphosa, {τιλφουσα} vt author est P. ndarus, fons est sub Tilphosium montem labens, apud quem Tiresiæ vatis sepulchrum cõditum est. Huius enim, vt ait Aristophanes, aquæ frigus quum senex potasset, & ferre non potuisset, extinctus est. Est & ibidem, vt libro 9. testatur Strabo, templum Apollinis Tilphosij.

TIMAEVS, {τιμαιος} Siculus historicus, qui res Græcas conscripsit, etiam vsque adò arrogans, vir Plutarchus in Nicia, vt Thucydidem & Philistum in historia se facilè superaturum iactaret. Ipse verò sicula quadam pinguedine deliburus, ad rideꝰ da quædam minimèque ad historiæ grauitatem pertinentia digreditur. Hactenus Plutarchus. De eo & Cic.2. de Orat. & in epistola illa 12. libro ad Lucceium doctissima. Diodorus Siculus dicit hunc nimium operæ in aliis rebus impendisse, contra Ephorum præsertim: nimis res etiam minimas persecutum: libróque fuisse penè in res singulas partitum. Timæus alter philosophus, cuius nomine Plato librum inscripsit De naturæ partia fuit Locrẽsis, philosophus Pythagoreus: scripsit & ipse naturæ documenta, & vitam Pythagoræ, vt scribit Suidas.

TIMAGENES, {τιμαγενης} author est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen extitisse. Quint.lib.1 cap.10.

TIMAGORAS, pen. cor. {τιμαγορας} Atheniensis capitali supplicio affectus, quòd Dariũ, ad quem legatus missus fuerat, more Persarum adulando adorauerat. Suidas & Valerius.

TIMANDRA, {τιμανδρα} Filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytemnestræ, quæ Echemono nupsit, vt refert Lycophronis scholiastes.

TIMANTHES, {τιμανθης} Pictor egregius Zeuxis tempore. Huius est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras pictura, quum mœstos pinxisset omnes, & tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris vultum velauit, quem dignè non poterat ostendere. Pinxit & Cyclopem parua in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxtà Satyros thyrso pollicem eius metientes: itaque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Huius meminit Plin.lib.35 cap.9.

TIMAVVS, pen prod. {τιμαυος} Nomen fluminis iuxta Aquileiam, qui è montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram absorptus stadiis circiter triginta & centum, erumpit in mare. Virg 8. eclog. 2,
Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui. Idem 3.Georg.
-& lapidis arma Timaui. Seruius, lapidia pars est Venetiæ, dicta ab lapido oppido. Huius fluuius est Timauus. Meminit huius Plinius lib 3.cap.18. Contra hunc, vt idem testatur lib.2.cap.103. insula patua est in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt minuuntúrque. Virg.1. Æneidos,
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui. Vide Vadianum in Melam, & Cælium lib.22. cap 8.

Timeo, times, timui {δειδω, δειλαιω, δεισιδαιμων, δειλιαζω, δειλαινω, τρεω, πτοεω, πτοεομαι, πτοιεομαι, προϊσσομαι, φοβεομαι, ὑποδεδοικα, ὑποπτευω} timere, Notæ significationis. Terent. Andr.1.5,
Misera timeo, hoc incertum quorsum accidat. Cic.ad Lent.lib.12. 9, Sicui se timere simularunt.
¶Timeo te, Tanquam inimicum.
Timere casum. Cic.2.de Diuinat. Casum autem prælij nemo nostrum erat quin timeret. Idem Lentulo, lib.1.5, Quanquam omnia sunt timẽda, nihil magis quàm perfidiam timemus. Sic Timere vmbras. Cic.ad Attic.lib.15 epist.9.
Fraudem timere. Ouid.7.Metam.
Quid tuta times? Ouid.7.Metam.
Iram numinis timere. Ouid.6.Metam.
¶Timeo tibi, Tanquam amico, nequid mali accidat. Terentius. Heaut 3.2,
Syre tibi timui malé. Idem And.1.3,
Si illum reliquo, eius vitæ timeo.
Malè timere alicui, Vide MALVS.
Timeo mihi abs te, Ne malum mihi inferas. Cic. pro Sylla, A quo quidem genere iudices ego nunquam timui. Quintil.lib.3.cap. 10, An timendum à rege bellum. Id est, ne rex inferret bellum.
Timeo mihi abs re mortem, etiam dicimus.
Sibi timere. Virg.2. Æneid.
¶Timeo furem tauro: Hoc est, timeo ne fur taurum abducat & furetur. Iuuen. Saty. 6.2. Plin.lib.14.cap.16.
Timent ægris vini noxam.
¶Timeo de. Ouid.lib.3. Fastorum,
Nec timui de morte tamen, metus abfuit iste. Hoc est, non timui ne Dido se occideret.
Timere de Republica. Cic. Attico lib 7.126.
De morte alicuius timere. Ouid 3. Fast.
¶Timeo ne. Terent. And.1.5,
Tum autem hoc timet, ne deseras se.
Timeo ne non impetrem. Cic.ad Attic. lib.9 173, Equidem illud molior, quod tu mones, sperásque fieri posse, vt mihi Cæsar concedat vt absim, quum aliquid in Senatu contra Cn. agatur, sed timeo ne non impetrem.
Timere pro. Gellius lib.19.cap.1. Ipsum autem pro Aristippi anima timere.

Timeo

Timeo quid fiet. Plaut. Merc.3. Et apud Terent. Phorm.1.3,
Timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet.
Timeo quidnam, Cicero 1. Verrin. Quæ quum cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum qui illi inimici infensíque sunt, & expectatione omnium & magnitudine rerum, dignum eloqui possim.
Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Brutus ad Cicer. libro 11.10.
Hæc quò sint eruptura timeo. Cic.ad Atticum, lib.2. epist 20. Vide HORREO.
Nunc istic quid agatur, magnopere timeo. Cic. Attic. lib.3.48.
Quid possem timebam. Cic.ad Attic. lib.12.2.44.
Timeo vt sustineas. Cic.ad Terentiam, lib.14.2.
¶Timere, cum accusatiuo & dativo. Quintil.lib.4.cap.1, Religiosus iudex libenter eum audit quem iustitiæ suæ minimè timet, Id est, ne suæ iustitiæ insidietur.
¶Timere, pro Nolle. Cic. Att. lib.14 319, Ad me autem, quum Cassij tabellarius demissem, statim Balbus, O dij boni, quàm facilè perspiceres timere otium. Paulo pòst, Nemo est istorum, qui otium non timeat. Libro eodem epist. vlt.2, Timent otium. Quod contra dixit 18.6. Cupere pacem.
¶Timeri. Passivum. Martial. lib.11,
Fines nunc populantur, & colono
Tanquam sus Calydonius timetur.
Bello timeri. Silius lib.15.
Timetur argentum. Martial. lib.5.
Damnum de ea re timetur. Vlpian. in l.1. D. quib. ex causs. in possessatur.

Timens, Participium {φοβούμενος.} Ouid.14.Metamorphoseos,
-morté que timerent membra. Ouid.7.Metam.

Timens {ὀκνητικῶν} Nomen ex participio. vt Mortis timens. Lucret. libro 2.

Timendus {δεικτος} Aliud participium, vt Armis timendus. Stat. 4.Sylu.3.
Dente timendus aper. Ouid.epist.4.
Vox timenda. Horat.Epod.6.
Dentes timendi. Horat.3.Carm.ode 20.

Timidus, pen.corr. Adiectiuum {δειλος, δειλοβιος, κακος, φιλαυτος, πτοης} Qui semper timet. Cic 5. de Finib. Non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metus? Ex poëta. Horat.3.Carm.ode 19,
Codrus pro patria non timidus mori.
Timidum atque ignauum iudicari. Cic. Bruto, lib.11.18.
Timidus ac tremens. Cic. in Pisonem.
Vt imbelles timidíque videamur. Cic.1.Offic.
Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor. Cic. pro Sestio.
Timidus ad mortem. Cic. de Finib. Ita non timidus ad mortem, vt in acie sit ob Remp. interfectus.
Timidus in. Cic.1.de Lege Agrar. Liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.
In labore militari timidus. Cic. Trebatio, lib.7.17.
¶Timidus cum genitiuo. Senec. de vita beata, cap.21, Auersantur diem splendidum nocturna animalia, quæ ad primum eius ortum stupent, & latibula sua passim petunt, abduntur in aliquas rimas, timida lucis.
Deorum timidus. Ouid.5.Metam.
Timidior, Comparat. Cæsar 8.bel. Gall. Quorum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ, vt vix iudicari posset, vtrùm secundis minimísque rebus insolentiores, an aduersis mediocribus timidiores essent.
Timidiores pauló. Cic.1.de Finib.
¶Animus timidus. Cic.3. Offic. Quę timido animo, humili demisso fractóque fiant.
Conciones timidissimæ. Cic. Attic. lib.7.139.
Homo timidus atque imperitus. Cic. pro Cecinna.
Ocellis timidis vestem prætendere. Ouid.3. Amor. eleg.5.
Passus timidi. Virg.6. Æneid.
Pectus timidum. Ouid.11.Metam.
Pede timido fugere. Ouid.4.Metam.
Pudor timidus. Ouid.1.Amor. eleg.5.
Turba timidissima columbæ. Ouid.1.de Arte.
Nemo minus timidus. Cic.12.Philipp.

Timidè, pen. corr. Aduerbium, Verecundè, minus audacter. Cic.5.de Finib. Tum ille timidè, vel potius verecundè, Facio, inquit, equidem. Idem 2. Tuscul. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter muliebriterve faciamus.
Timidè & Fidenter, contraria. Cic.2.de Diuinat. Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat.
Credens timidè. Ouid.epist.6.
Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. Cicero pro Quintio.
Timidè hoc dicam. Cic.12.Philip.
Dicere modicè & timidè. Cic. pro Sylla.
Promittere timidè. Ouid.1.de Arte.
Nemo minus timidus. Cic.12.Philipp.

Timiditas, pen. corr. timiditatis {δειλεσις, κτλ.} Cic.1. de Finib. Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignauiámque vituperari, nec fortitudinem patientiámque laudari suo nomine.
Timiditas & ignauia. Cic.3. Tuscul. Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem & ignauiam.
Cautio mea & timiditas in causis. Cic.2.de Orat.
Ingenua timiditas. Cic.2. de Orat.
Cur ei bello propter timiditatem defuisti? Cic.2.Philip.
Verecundiam timiditas imitatur. Cic. in Partit.

Timor, timoris {δεος, φοβος, δειμα, τρομος, φοβος, χολος, πτοα, πτημοσυνη.} Cic.4. Tusculan. Timor, metus mali appropinquantis.
Loca plena timoris. Ouid.10.Metam.
Maximus timorum metus ferri. Lucan.lib.1.
Timor meus de aliquo. Brutus ad Cicer.4, Quod vtinam inspectare possis timorem de illo meum.
Cæcus timor, Vide CAECVS.
Cassus timor. Stat.6. Thebaid.
Dubij timores. Stat.5 Theb.
Durus timor. Propert. lib 1 eleg.18.
Ingens timor omnibus Stat.12. Theb.
Militaris timor, Vide Militaris in MILES.
Mœstus timor, Vide Mestus in MOEREO.
Solliciti timoris res plena amor. Ouid.epist.1.
Suspensus timor, Dubius. Ouid.epist.15.
Abiit timor, Vide ABEO.
Abiicere timorem, Vide ABIICIO.
Afficere timore. Brutus Antonio lib.11.2, Maximo timore de nobis afficiuntur amici nostri.
Augere timorem. Cecinna Cic. Fam.6.
Cohibet timor. Cæsar 8 bell. Gal.
Colligere se ex timore, Vide COLLIGO.
Conferre timorem, Vide CONFERO.
Depellere timorem. Cic. post red. in Senat.
Deponere timorem. Ouid. epist.17.
Erasus timor ex animo. Senec. Thyeste 6.
Eripe mihi hunc timorem. Cic. in Catilin. orat.1.
Facere timorem. Planeus Cic. lib.10.18. Non vllam rem aliam extimescens, quàm eandem, quæ mihi quoque facit timorem.
Ferre timorem. Catul. Argon.59.
Pauido timore horruerant membra. Ouid.7.Metam.
Impendet belli timor, Vide IMPENDEO.
Incessit eos timor ne, Vide INCESSO.
Incutere timorem. Cic.2.de Orator.
Induratus timor, Vide INDVRO.
Iniicere timorem. Cic.1.de Lege Agrar. Spem improbis ostendistis, timorem bonis iniecistis.
Lacessit pectus meum timor. Senec. Herc. Oetæo, 4.
Lenire timorem. Vitg.1. Æneid.
Mederi timori alicuius. Ouid.9.Metam.
Minuere timorem alicui, Vide MINVO.
Mittere timorem, Vide MITTO.
Mussabat tacito medicina timore. Lucret. lib.6. Id est non audebant medici adhibere manus ægrotantibus, vel quia morbi causam & remedium ignorabant. vel quia timebant contagia.
Omittere timorem. Cicero in Somnio Scipionis, Ades, inquit, animo, & omitte timorem.
Pellere timores, Vide PELLO.
Perculsus timore. Cic.ad Brutum, 3.2.
Perterritus timore. Cic.1.de Diuinat Quum tu equo aduectus ad quandam magni fluminis ripam, prouectus subitò atque delapsus in flumen nusquá apparuisses, me contremuisse timore perterritum.
Pouere timorem. Ouid 6. Fast.
Proponere ad timorem. Cic. Famil.2, Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem fidelissimè, atque amantissimè proponuntur.
Timore magno esse. Cic. Attic. lib.5.101, Spero meos omnes seruire laudi meæ, tamen magno timore sum, sed bene paramus.
Magno timori esse populis. Lucan. lib.3.
Trahere timorem. Ouid.13.Metam.
Anxius timor vrget sollicitum. Virg.9 Æneid.
Achilles Phrygum timor, & Græcorum decus, Vide ACHILLES.

Timefacio, vnde Timefactus, Perterritus. Lucret. lib.2,
His tibi tum rebus timefactæ relligiones
Effugiunt animo pauidæ, &c.

TIMOCHARES, Ambracienſis quispiam regis Pyrrhi amicus fuit, qui ad C. Fabricium Consulem furtim venit, ac præmium petiuit: esse de præmio conuenire, promisit regem venenis necare: idque facilè esse factu dixit, quoniam filij sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit: mandaustque vt de Timochare nihil proderent, sed monerent vti rex circunspectius ageret, atque à proximorum insidiis salutem tutaretur. Refert Gellius ex Valerij Antiatis historia, libro 3 capite 8.

TIMOCLIA {τιμοκλεια} Mulier Thebana stuprum à quodam Barbaro Thracum principe per vim passa, iniuriam vlta est. Sabellicus in exemplis.

TIMOCREON {τιμοκρεων} Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ scriptor, qui graues cum Simonide Melico & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioso poëmate est insectatus. Author Suidas.

TIMOLAVS {τιμολαος} Rhetor & versificator, è Larissa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsaceni. Scripsit poëma de bello Troiano, singulis Homeri versibus, singulos addens. Author Suidas.

TIMOLEON, penult. corr. {τιμολεων} Corinthius dux inclytus, viribus fortissimus, vitáque abstinentissimus, missus cum triremibus ad liberandas Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus imploraro Corinthiorum auxilio expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, vrbe potitur, ac Dionysius clàm sese atque arcem Timoleõti ipsi dedidit, ab eóque cum paucis in exilium Corinthum missus est: ille verò arcem solo æquauit. Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho qui eum è Latinis comparat Paulo Æmylio. Incertum est scribendúmne sit Thymoleon, quomodò ferè ia Latinis & apud Suidam legitur, nempe à Leonino animo & audacia: an Timoleon, quemadmodum bona pars Græcorum voluminum habet.

Timolus, pen. prod. Vide TMOLVS.

TIMOMACHVS {τιμόμαχος} Pictor Bizantius nobilis: Cæsaris dictatoris ætate fecit Medeam & Aiacem, quos ipse Cæsar LXXX talentis emit, in templóque Veneris dicauit. Plin. lib. 35 cap. 11.

TIMON {τίμων} Athenienſis, temporibus fuit Peloponneſiaci belli vt ex Ariſtophanis & Platonis poematibus perſpicere licet: deſcribitur ab illis vt inhumanus ac vitans hominum congreſſus præterquàm vnius Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ, Quòd ſciam (inquit) illum quandoque multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. Quum ſemel in concionem aſcendiſſet, facto ſilentio mirantibus omnibus inquit, Eſt mihi ô viri Athenienſes ponè domum paruus hortus, vbi ficus coaluit quædam in qua permulti noſtri ciues ſe ſuſpenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo. Quamobrem viſum eſt mihi vos publicè admonere, ſi quis fortè ſit qui ſe prius velit ſuſpendere, ante quàm arbor excidatur. Hisigitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, quaſi genus hominum infenſum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, vt ſepulchrum eius quod erat in litore, mare quaſi perоſum, exundatione ab ſe abſterruerit, longéque expulerit. In eius ſepulchro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit.

Hic tum poſt vitam miſeræmque inopémque ſepultus,
Nomen non quæras: dij, lector, te malè perdant. De hoc Cicero de Amicit. Quin etiam ſiquis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, congreſſus vt hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Idem 4. Tuſcul. Similitérque definitur & mulierum odium, vt Hippolyti, & vt Timonis, generis humani.

Timoneus. Adiectiuum, à Timone, vt

Timonea cœna. Seneca, Non eſt quòd nunc exiſtimes me dicere Timoneas cœnas, & pauperum cellas. Timoneas dixit à Timone, qui humanum genus exoſus erat, vitámque quandam inhumanam & feram ſequebatur, in cibiſque non modò vulgaribus, ſed etiam vilißimis, & ab reliquis hominibus prope damnatis acquieſcebat. Locus hic omnino corruptus eſt in excuſſis. Turnebus.

Timor, Vide TIMEO.

TIMOTHEVS, penult. corr. {τιμόθεος} Athenienſis dux potentiſſimus ac diues, muros Athenis ædificauit. Huius imaginem pictores aſſentationis gratia fecerunt, iuxtáque Fortunam retibus ciuitates ei incluſas deferentem, illum autem ipſas expugnantem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori fuiſſe, quòd fœlicitati potius, eius res geſtas, quàm virtuti videretur adſcribere. Haud multo pòſt hoc factum. Fortuna quaſi ægrè ferente, rebus excidit. Author Suidas. Huius vt docti hominis meminit Cic. lib. 1. Offic.

Timotheus, Mileſius, muſicus, qui decimam & vndecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in molliorem modum mutauit. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander ſono excitabatur, & ad res bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſſit anno ætatis LIII. Scripſit de muſica libros XVII. Eucomia, Dithyrambus. Hæc Suidas. Cic. 2. de Legib. huius meminit & Quintil. lib. 2. cap. 3. Timotheus ſculptor nobiliſſimus: cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumẽta: vnus ex his qui Mauſolcum cælauere, vt ſcribit Plin. lib. 34. cap. 8.

Timotheus, his omnibus præſtátior, Pauli Apoſtoli epiſtolis, tum martyrio clarus, præſul Epheſinus, patria Lycaonius, viduæ mulieris filius.

TINA {τίνα} apud Ptolemæum libro 2. cap. 3. Britanniæ fluuius, vulgò *Tine*.

Tinæ, Vaſa erant veteribus ad vinum, vt videtur, reponendum. Varr. de vita Pop. Rom. lib. 1. Antiquiſſimi in conuiuiis vires vini primò, poſteà tinas ponebant. Vide Nonium.

TINCA {τίγκας} Placentinus. Quintil. lib. 1. cap. 5, Nam duos in vno nomine faciebat barbariſmos Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hortenſio credimus) preculam pro pergulam dicens: & immutatione, quum e, pro g, vteretur, & tranſmutatione, quum r, præponeret e, antecedenti.

¶ Tinca, Piſcis fluuiatilis vulgo notus. Auſonius in Moſella,

Quis non & virides vulgi ſolatia tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Tinea, tineæ {σής, βρῶτις} Vermiculus eſt qui ex puluere ac ſitu aut putredine interdum naſcens, veſtes aut libros abrodit. Horat. 1. epiſt. 21. ad librum ſuum,

-aut tineas paſces taciturnus inertes, &c. Idem 2. Sermonum Satyra 3,

-cui ſtragula veſtis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. Plin. lib. 11. cap. 35, Idem puluis in lanis & veſte tineas creat, præcipuè ſi aceaneus vnà includatur: ſitit enim, & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Martial. lib. 2,

Non metuas mortem Neuole, ſed tineas.

¶ Tineæ {τρῶγες} Ventris animalia ſunt: qui Gellio lumbrici appellantur. Plin. lib. 11. cap. 33, Sicut intra hominem tineæ tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine. Iam in carne exanimi, & viuentium quoque hominum capillo: qua fœditate & Sylla dictator, & Alexander ex clariſſimis Græciæ poëtis obiere. Hos autem conſtat phthiriaſi ſeu morbo pediculari periiſſe.

¶ Tineæ, Vermes in aluearibus, apibus noxij. Colum. lib. 9. cap. 14, Prætereà vt tineæ ſi apparuerint, euertantur, papilionéſque enecentur, qui plerunque inter aluos morantes, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.

Durum tineæ genus. Virg. 4. Georg.

Tineoſus, penult prod. Adiectiuum {σητώδης} Plenum tineis. Columel. lib 9. cap. 14.

TINGI {τίγγις} inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo (vt ferunt) conditum, poſtea à Claudio Cæſare, quum coloniam faceret, appellatum traducta Iulia. Nunc *Tumer* dicitur. eſt regis Luſitaniæ. Olintarius.

Tingo, vel tinguo, tingis, tinxi, tinctum {βάπτω, ἐπιχέω, γνοφόω, πίνω, μισγω} tingere, Inficere, madefacere, immergere. Martial. lib. 3,

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis. Hoc eſt, vnctis & coloratis. Plin. lib. 35. cap. 6, E reliquis coloribus quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretij, ante omnes eſt purpuriſſum è creta argentaria: cum purpuris pariter tinguitur.

Comæ tingendæ in amne, Lauandæ & abluendæ. Propert. lib: 0 4. eleg 4.

Corpus tingere ſparſa aqua, Lauare. Ouid. 4. Faſt.

Cultros tinxit ſanguine. Ouid. 7. Metam.

Ferrum tingere ſanguine. Ouid 2 Triſt.

Tingit curem Carius, & tamen pallet Martial. lib 1.

Tinginardo, Id eſt vnguento nardino. Martial lib. 2.

Tingere conchylio. Cic. 6. Verr. Per triennium iſti plena domo telarum, ſtragulam veſtem confecit: nihil non in conchylio tinctum.

Poculis tinguere aliquam, Irrigare mero. Horat. 4. Carm. ode 12.

Tingens, tingentis, Participium {βάπτων.} Plin. lib. 9. cap. 38, Sed id tingentium officinæ ignorant, quum ſumma vertatur in eo.

Tinctus, Aliud participium {βαφὴς, ζωπὸς} vt Spicula tincta venenis. Ouid. 4. de Ponto, eleg 10.

Lana tincta murice. Ouid 1. de Arte.

Pallor tinctus viola. Horat. 3. Carm. ode 10.

Tincta in aceto ſpongia. Celſius lib 8. cap. 4.

Murice tincta veſtis. Martial. lib. 5.

Tunica ſanguine tincta. Cic 3 de Nat. deor. Nec enim Herculi no cere Deianira voluit, quum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit.

Senſu tincta verba. Quintil. lib 4. cap. 2. Hoc eſt, bene & plenè imbuta. Bud. in Comment.

Tincti æruginе viridi verſus, Id eſt liuore & maledictis. Martial. libro 10.

Tinctus elegantia patris puer: hoc eſt ornatus, imbutus. Cicero de Claris Orat. Auditus eſt nobis Læliæ Caij filiæ ſæpe ſermo: ergo illam patris elegantia tinctam vidimus.

Literis tinctus. Cic. lib. 2. de Orat. Quare ego tibi iam oratorem ſic inſtituam ſi potero, vt quid efficere poſſit antè perſpiciam. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa præcepta acceperit. Tinctus literis, hoc eſt (inquit Strebæus) eruditione doctorum, aut rudem animi colorem mutauerit in aliquem ornatum cultúmque doctrinæ. Bud. in Comm. intelligit bene & plenè imbutum. Victorius lib. 10. var. lect. cap. 18 à Budæo diſſentiens, putat ſignificari, in prõ̃tu, ſummáque tantũ cute aſperſum ac coloratum.

Tinctura, pen. prod. {βαφὴ} Participium, vt Sanguine tinctura cultros. Ouid. 1 Faſt.

Tinctus, huius tinctus {βάμμα} Idem quod tinctura. Plin. lib. 10. cap. 48, Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctura, tincturæ, pen. prod. {βαφὴ} Infectio. Plin. lib. 37. cap. 9, Adulteratur maximè tinctura, idque in gloria regis Ægyptij ſcribitur, qui primus eam tinxit. Idem lib 31. cap 10.

Tinctilis, penult corr. Adiectiuum {βαπτικὸς} Quo aliquid tingitur. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10,

Nam volucri ferro tinctile virus ineſt.

Tinia, apud antiquos vaſa vinaria fuere, vt ait Feſtus.

Tintaria, tiniariæ, Scrib Lag. 83. Herbæ quam Polion vocant, nos (vt opinor) tiniariam, faſciculus.

Tinnio, tinnis, tinniui, tinnitum {κωδωνίζω} tinnire, pen. prod. Fictitium à ſono vocabulum, Propriè de metallis reſonantibus dicitur, quum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum, orichalcum, & huiuſmodi. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16, Quum à mellario id feciſſe ſunt animaduerſæ, iaciundo in eas puluerem, & circùm tinniendo ære. Tinnire quoque dicitur auris, quum incluſi ſubtiles & leues vapores interdum per membranam illam quæ in auribus eſt, emergunt, & ſonum fictitium edunt. Cic. Attic. lib 14. 319, Expecto Octauij concionem, & ſiquid aliud, maximè autem ecquid Dolabella tinniat.

Aures tinniunt ſonitu ſuopte. Catul. ad Leſbiam 48.

Tinniturus, pen prod. Participium, Vide SVFFERTVS.

Tinnitus, huius tinnitus, pen. prod. {κωδωνισμὸς.} Plin. lib. 11. cap. 20, Apes gaudent plauſu atque tinnitu æris. Idem lib. 28. cap. 2, Tinnitu aurium præſentire.

Acutus tinnitus, Vide ACVTVS.

Æris tinnitibus ſonat Rhodope. Ouid. 6. Metam.

Argura cauis tinnitibus æra. Silius lib. 17.

Tenues tinnitus. Catul. Argon. 59.

Ciere tinnitus. Virg 4. Georg.

Tinnimentum, tinnimenti {κωδωνισμὸς} Idem quod tinnitus. Plautus Ruden. 19,

Illud quidem ædepol tinnimentum eſt auribus.

Tinnulus, pen-corr. Adiectiuum {λιγυρὸς} Quod eſt acutum: vt Sonus tinnulus, qui redditur ex æneis vaſis quum pulſantur. Ouidius,

Tinnulaque æra ſonant, & olent mirrhæque crocique.

Tumidus, & corruptus, & tinnulus. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Chordæ tinnulæ. Senec. Troade, 9.

Dicacitas tinnula. Apuleius in Aſin. lib. 1. Id eſt ſonora, & obſtrepera, ſublatiore ſermone.

Fiſtula tinnula. Calpurn. eclog. 4.

Vox tinnula. Catul. Epichal. Iuliæ. 56.

Tintinio, tintinis, tintinire, & Tintino, tintinas, tintinare. Afranius in Conſobrinis: Ianitoris impedimenta tintinire audio. Neuius, Tantum ibi molæ crepitum faciebant, tintinabant compedes. Feſtus.

Tintino,

Tintino, tintinas, tintinare, pro Reſonare, apud Catullum in Carmine Sapphico, ad Leſbiam, 48,

-ſoni u ſuopte
Tintinant aures. Legitur & Tinniunt.

Tintinnabulum, tintinnabuli, penult. corr. {κώδων} Inſtrumentum æneum: quo populus lauandi hora in thermis vocari ſolebat. Iuuenal. Satyra 6,

Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas
Pulſari: iam nemo tubas atque æra fatiget. Plaut. Pſeud. 5,

Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis. Apud Martial. lib. 14, tintinnabulum ſic loquitur,

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum.

Tintinnaculus. tintinnaculi, pen. corr. {κωδωνίζων} Qui tinnimentum facit. Plaut. Tiucul. 17,

-niſi ad tintinnaculos
Vultis vos educi viros.

¶ Tintinnaculi viri apud Plautum, ſunt carnifices, qui tintinabula habent, ad ſumendum de aliquo ſupplicium. Nam qui ad ſupplicium ducebantur tintinabula gerebant. Zonaras, τὸν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀποτμήματος κεκαλυμμένον ἔνδυτα ἔνδυτα ἐνέντα κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζειν αὐτὸν ἐγχειρῇ θέρμασι μισθωτὸν αὐτὸν ἀποτμήσοντα. Poſſet & non inepte ſic eos quiſpiam appellatos exiſtimare, propter crepitum plagarum ſonitúmque verberum. Ex Turnebo.

Tinunculus, pen. corr. Genus accipitris. Columel. lib 8. cap. 8. Genus accipitris, tinunculum vocant ruſtici, qui ferè in ædificiis nidos facit. Plin. lib. 10. cap. 37. Auem eſſe dicit, columbas defendentem, & accipitres territantem occulta naturæ vi, intãtum vt viſum vocémque eius fugiant.

TIÒS, Oppidum Paphlagoniæ apud Melam lib. 1. cap. 20. Nunc *Tio* vocatur, teſte Oliuario in Melam.

TIPASA {τίπασα} Ptolemæo lib. 4. cap. 2. vrbs Mauritaniæ Cæſarienſis: hodie *Tenoſe*.

TIPHERNVM {τίφερνον} Ciuitas Vmbriæ, quæ nunc ciuitas Caſtelli dicitur, nobilis alumno Gregorio, Græcis Latiníſque literis apprimè docto: ſicuti eius opera eloquenter elucubrata manifeſtant.

TIPHYS {τίφυς} Vir proprium in nauibus fabricandis arte ſingulari, & qui Argonautarum gubernator fuerit, authore Virgilio eclog 4. Ouid. epiſt. 6,

Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea?

Tipula, tipulæ, pen. corr. Vermis ſiue araneoli ſpecies, ſex pedes habens, ſed tantæ leuitatis vt ſuper aquam currens, non deſidat, authore Feſto. Plaut. Perſa, 6,

Noui, omnes ſunt lenæ, leui fide: neque leuius tipulæ
Pondus eſt, quàm fides lenonia.

TIRESIAS {τειρεσίας} Vates Thebanus, Peneto patre genitus. & mutatus quondam, vt poetæ tradunt, in fœminam: & poſt ſeptem annos in virilem formam rediit. Eius anima ponitur Vlyſſi veniens obuiam, multáque ei prædicens apud Homerum lib. 11. Odyſſeæ. Hic (vt Cic. 5. Tuſcul. meminit) cæcatus fuit ita Iunonis, cui ſcire futura Iupiter dedit, criminéque leuauit honore. Vide Ouid. 3. Metam. Scribit Strabo lib. 9, Tireſiæ monumentum fuiſſe in Tilphoſio monte Bœotiæ, iuxta fontem Tilphoſam, vbi profugus diem ſuum obiit. Ibi Thebani ciues ſepulto diuinos honores tribuere. Iuuenalis Satyra 13,

Quum cæcum dicere vellet, dixit Tireſiam illo verſu,
Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe deorum. Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod poſtea ab Oeno eius ex Tiberino Thuſcorum rege filio, Mantua, à matris nomine nuncupatum eſt. Id tamen Græci negant.

Vates Tireſias. Propert. lib. 4. eleg. 10.

TIRISCVM {τίρισκον} (inquit Ptolemæus lib. 3. cap. 1.) quod iam Taros dicitur. Daciæ vrbs: hodie *Groſſechana*.

TIRO, Libertus Ciceronis, Vide TYRO.

TIRYNS, fœmin. genet. {τίρυνς} Nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo, quæ proxima Argo, à Plinio Tirynthia vocatur, Vide TYRINTHIA.

Tis {σῦ} Genitiuus eſt antiquus à Tu pronomine. Plautus Milite, 14. 41,

Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me miſſa eſt.

TISIPHONE, pen. corr. {τισιφόνη} Vltricem cædis ſignificat. Eſt enim vna ex Furiis, à cædibus plectendis, dicta: τίσις vltio vel pœna: φόνος, vel φονὴ cædes, aut mors, cui curæ ſit mortis vltio. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. Tibul. lib. 1. eleg 3,

Tiſiphonéque impexa feros pro crinibus angues.

Crinita hydris Tiſiphone. Claud. 1. de raptu Proſerp.

Pallida Tiſiphone. Vig. 3. Georg.

Sæua Tiſiphone. Horat. 1. Serm. ſaty. 8.

Vltrix Tiſiphone. Virg. 6. Æneid.

TISOBIS {τισόβις} fluuius Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3. vulgò *Connuey*.

TISSA {τίσσα} Ptolemæo lib. 3. cap. 4. Siciliæ vrbs: hodie *Tiſſe*.

TITAN, vel Titanus, pen. prod. {τιτὰν} Cæli & Terræ filius, multitudinis etiam numero Titanes dicuntur. Virg. 6. Æneidos,

Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo. Terra (inquit Seruius) primùm Titanas contra Saturnum genuit: Gigantes poſteà contra Iouem. Et ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos terra, ad eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti ſunt ὀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab vltione. Hactenus Seruius.

Monſtrifer Titan. Senec. Herc. Oetæo, 9.

Impij Titanes. Horat. 3. Carm. ode 4.

Validi Titanes. Ouid. 3. Faſt.

Dij cum Titanis, vt cum Gigantibus, bella geſſerunt. Cicero 2. de Natura deorum.

Plato Titanum è genere ſtatuit eos, qui vt illi cæleſtibus, ſic hi adnerſentur Magiſtratibus. Cic. 3. de Legib.

Tradunt Titanas ſer fratres fuiſſe, & quinque ſorores, à Tirea matre dictos, vt author eſt Diodorus. Ex quibus vnus fuit Iapetus pater Promethei. Hyperionque ex Titanum numero eſt, qui Solis parens & aſtrorum fertur. Hinc Sol Titan, Luna Titanis, Diana Titania à poetis dicuntur. Cic in Arato,

Quem quum perpetuo veſtiuit lumine Titan. Ouidius 3. Metamorphoſeos,

Dúmque ibi perluitur ſolita Tirania lympha.

Ardens Titan laxauit feruidum diem. Senec. Here. Oetæo, 6.

Calidus Titan. Lucan. lib 4.

Feruidus Titan. Senec. Here. fur. 12.

Flammiger Titan. Lucan. lib. 1.

Ludificus Titan. Lucan 7.

Titanius, Adiect. {τιτάνιος.} vt Aſtra Titania. Virg. 6. Æneid.

Bella Titania. Silius lib. 12.

Titaniacus, penultima corr. Aliud adiectiuum {τιτανιακὸς.} Ouidius 7. Metamorphoſeos,

Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces.

TITARESIVS {τιτάρησος.} Homero lib. Iliad. 2. Fluuius è Styge ortum habens, qui in Peneum influens, illius aquis non confunditur, ſed inſtar olei innatans excurrit.

TITHONVS, pen. prod. {τιθωνὸς} inquit Seruius, frater Laomedontis fuit, quem præiantem Aurora dilexit, & rapuit, ex qua Memnonem filium genuit, ſed random poſt longiſſimam optatámque viram, audita Memnonis filij morte, in cicadam à poëtis verſus eſſe dicitur ex Seruio enarrante apud Virgilium lib. 4. Æneidos, hunc locum, Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Eſt item Laomedontis filius (teſte Diodoro lib. 5.) qui in Aſia Orientem verſus vſque in Æthiopiam militans dicitur genuiſſe ex Ida filium, nomine Memnona: qui quum Troianis opem cuiſſet, poſtea ab Achille eſt interfectus. Hæc Mancinel. ex Diodoro, declarans hunc locum Horatij 1. Carm. ode 28,

Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum,
Tithonúſque remotus in auras.

Tithonius, Adiectiuum {τιθώνιος} vt Coniux Tithonia, Aurora. Ouid 3. Faſt.

Alma Tithonia. Valerius 1. Argon.

Senectus Tithonia. Stat. 4. Sylu. 3.

Tithymalus, tithymali, penul. corr. maſc. gen. {τιθύμαλος} Genus fruticis, quæ à noſtris lactuca marina dicitur. Columella lib. 9. Tithymalus maiorum quoque animalium ventrem ſoluit. Idem paulò ſuprà, Maximúſque vel minimus annuus earum labor eſt initio veris, quo Tithymali floret frutex. Plin. lib. 26. cap. 8, Tithymalum noſtri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam: narrántque lacte eius inſcripto corpore, quum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas, ita quidam adulteras alloqui maluere, quàm codicillis.

Tithymalum, & Tithymalus, pen. prod. Meconion à quibuſdam vocatur. Hæc Hermolaus in Corol. cap. 778.

Tithymali genera ſeptem numero refert Dioſcorides libro 4. capite 169.

Tithymali vt refert Dioſcor. ſpecies ſeptem ſunt. Prima vocatur Characias. Secunda paralios vulgò *herba mora*. Tertia Platiphyllos, vulgò *Tortumaglio*. Quarta Helioſcopios. Quinta Cypariſſios, vulgò *Eſula minor*. Sexta dendroides, id eſt arborea. Septima Characias fœmina.

TITIENS {τιτιήνσις} pro Titienſes poſuit Proper. lib. 4. eleg. 1,

Hinc Titiens, Rhamnéſque viri, Luceréſque coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Titia. lex. Tacit. lib. 11, Conſurgunt patres, legemque Titiam flagitant, qua cauetur antiquitus, nequis ob cauſam orandam pecuniam donúmve accipiat. Hac lege tenebantur aduocati, qui mercenariam clientibus operam præſtabant. Inuehitur Auſonius in mollitiem Iuriſconſulti, eúmque deridet, quòd legem Titiam non metueret: quòd enim indoctus erat, nihil lucrabatur. Alciatus in Annotationibus in Tacitum.

TITIANVS, pen. prod. {τιτιανὸς} Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis, ſcripſit libros prouinciarum pulcherrimos: appellatur Simia ſui temporis, quod omnia propè imitaretur. Capitolinus.

TITII {τίτιοι} Sacerdotes Apollinis, à titiis auibus, quas in auguriis certis obſeruare ſolebant, appellati, vt ait Varro. Hæc Sulpitius & Beroaldus in illud Lucani lib. 1,

Et doctus volucres augur ſeruare ſiniſtras,
Septemuiúque epulis feſtus, Titiíque ſodales,
Et ſalius, &c.

Titillo, titillas, titillare {γαργαλίζειν} Propriè eſt certæ partis corporis contactu, nempe eius quæ ſub alis eſt, riſum vel inuitò excitare. Lucretius tranſlatè vſurpauit hoc verſu.

Titillare magis ſenſus, quam lædere poſſunt. pro eo quod eſt, contactu neque prorſus iucundo neque planè aſpero & moleſto ſenſus hilarate, & quaſi diffundere. Lambinus.

¶ Titillare, per tranſlationem pro Commouere, prouocare, & per blandimenta ingerere accipitur. Cicero 1. de Finibus, Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, vt ita dicam, & ad eos cum ſuauitate afflueret, &c. Sic tertia Tuſculanar. Titillari voluptate.

Aſſentator titillans. Cic. 2. Offic. Hæc eſt grauium hominum atque magnorum illa, quaſi aſſentatorum populi multitudinis leuitatem voluptate quaſi titillantium.

Titillatus, huius titillatus, penult. prod. {γαργαλισμὸς} Plin. lib. 11, In eadem præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum quas ſubit.

Titillatio, titillationis {γαργαλισμὸς} Idem. Cic. de Senect. At non eſt

voluptatum tanta quasi titillatio in sensibus. Idem 1.de Natur.deor. Voluptates quibus quasi titillatio adhibetur sensibus.

Titio,titionis,masc.gen. {σκώψ} Lignum adustum,quod ab igne extrahitur.Varr. de vita Pop.Rom.lib.2. Contrà à nouo marito,quum item è foco in titionem ex fallaci arbore, & eam qualis, qua allata esset,&c. Celsus lib.3. cap.12, Fomentisque protinus validioribus totum corpus circundare conuenit, maximéque inuolutis testis,& extinctis titionibus.

Titiuilitium, Festus nullius esse significationis scribit, vt apud Græcos nullius est οὐτιδανὸς & βλιτυρὶς. Plaut.Casin.

Nam ego istud verbum emissim titiuilitio. Author tamen non cõtemnendus Fulgentius Textiuilitium legisse videtur,quum ita scribat,Textiuilitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Hic ergo textiuilitium rem vilissimam interpretor. Tametsi autem videtur Festo effutitium temerè vocabulum ad vilitatis & contemptionis significationem, tamen origo ac natales, à quibus deducit Fulgentius, magnam verisimilitudinem præ se ferunt. Vt enim in textiuilitium vilitium inest vilitatis sententia: sic antegressam vocabuli partem sensus expertem de nihilo iactatam esse non est credibile: titi autem cùm sensus nullus sit, & sit texti, textiuilitium dictum putemus. Sed si Fulgentium sequamur, in mensione versus vna erit syllaba supprimenda, dicendúmque textiuilitium, quod Plauto est familiare.Hæc ex Turnebo.

Titornus {τίτυρος} Bubulcus fortirudinis monstrofæ fuit: cum Milone de robore certauit victúque, quum pedem tauri vna manu, altera verò alterius tauri pedem per vim conantibus ipsis reuellere traherer.Author Ælianus.

Titubo, titubas,pen.corr. {συγκλονοῦμαι, ὑποσφάλλομαι} titubare, dicitur qui pedibus insistere nequit,vt faciunt ebrij, aut infirmi, aut vulnerati,aut decrepiti senes, quibus infirmi pedes incõstanter vacillant. Quint. in Pastu cadauerum, Sed iugulasti vulneratum, titubantem strauisti,fumantem incendisti. Hæc Valla lib.5. Ouid.3.Metamor. Ille mero,somnóque grauis titubare videtur.

Erubuisse,expaluisse,titubasse. Author ad Heren.lib.2.

¶Titubare,ad animum transfertur,quories ab animo verba discentiunt:quod inconstantiæ signum esse dicitur. Terent.Heaut.2.3, Verùm illa nequid titubet. Cic. pro Flacco, De subselliis queror? vna ex domo prodeunt: si verbo titubarint, quò reuertantur non habebunt. Horat.1.epist.13,

Caue ne titubes,mandacáque frangas.

Titubatum & offensum. Cic.1.Verr. Si tantulum offensum, titubatúmque sit,vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus.

Versus debilitatur in quacunque sit parte titubatum. Cicero 3. de Orator.

Titubans, penul.corr. Participium {ὑποσφάλμενος.} vt Artus titubantes sustinet ferula.Ouid.4.Metam.

Lingua titubante loqui, Lingua præ timore blæsa. Ouid. 3. Trist. eleg.1.

Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid.Cicero pro Domo sua.

Membra titubantia valido vino Ouid.6.Fast.

Titubatus, penult.prod. {συγκλονισθεὶς} Participium sine verbo, inquit Seruius.Virg.5 Æneidos,

Hic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo:&c.

Titubanter, Aduerbium {ἀσυστάτως} Inconstanter. Cic.pro Cælio, Posuistis enim, atque id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Titubanter & inconstanter loqui.Author ad Heren.lib.4.

Titubatio,Verbale {συγκλόνησις.} Cic.2.de Inuen.Quo in genere euentus quoque videndus erit, hoc est quid ex vnaquaque re soleat euenire,magnopere considerandum est,vt metus,lætitia,titubatio.

Titubatio & offensio.Author ad Heren.lib.4.

Titubantia, titubantiæ, Idem {συγκλόνησις.} Suet.in Vitellio,cap.6, Ac de hac quoque liberos vtriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris propè mutum & elinguem.

Titulus,tituli, pen.corr. masc.gen. {πίναξ, ἐπιγραφὴ, διάγραμμα} Quod alicui rei vt libro, operi, vel statuæ superscribitur ad eius cognitionem. Vnde in statuis, siue picturis titulum dicimus literas quæ vel artificis,vel eius cuius statua siue imago est,nomen demonstrat: vel tempus quo factum est opus, declarat. Plin.epist.149, Maximè tamen hic me titulus admonuit quàm essent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum,in has sordes abiicerentur. De monumento Pallantis loquitur.Ouid.2.de Arte,

Vtilitas tua sit,titulus donetur amicæ.

¶Titulus, pro programmate, seu inscriptione, qua significeatur domum aliquam esse proscriptam, vel in locatum dandam. Plin.epist.147. Deserta inde, & damnata solitudine domus, totáque illi monstro relicta: proscribebatur tamen,seu quis emere,seu quis conducere,ignarus tanti mali,vellet. Venit Athenas Philosophus Athenodorus,legit titulum,auditóque pretio,quia suspecta vilitas,&c.

Titulus libri, Qui vel qualitatem operis, vel nomen authoris,vel numerum librorum ostendit.Martial.lib.2.epig.vltimo,

Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid.1.de Remed.Amor.

Legerat huius amor titulum, noménque libelli. Plinius epistol. 10.libro 5.

Adhibere titulum,Vide ADHIBEO.

Decorare sepulchrum titulis.Silius lib.15.

Effœminare titulum.Claud.1.in Eutrop.

Indere titulos,Vide INDO.

Titulo signetur imago.Ouid.epist.2.

¶Titulus,pro Laude & dignitate aliquando accipitur.Ouidius 2. Fastorum,

At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
Nomina,per titulos ingrediműrque tuos. Liu.4.ab Vrbe,Naualis victoriæ vanum titulum appetiuere. Cic.in Pisonem, Sustinere titulum Consulatus. Idem 5.Tusc. Idem dicant semper beatum esse sapiẽtem,quos si titulus hic delectat insignis & pulcher,Pythagoras, Socrate,& Platone dignissimus inducant animum,&c.

Adulantes tituli. Claud.2.in Eutrop.

Caduci tituli,Vide CADVCVS.

Facilis titulus,Gloria facilè parta.Ouid.10.Metam.

Inanes tituli.Horat 2.Serm.saty.3.

Leuis titulus,paruíque nitoris.Claud 3.Paneg.

Modicus titulus,Vide Modicus in MODVS.

Reddere titulum in meritis.Ouid.13.Metam.

Insignis titulis auorum.Lucan.lib.8.

Magnificus titulis.Ouid.epist.2.

Stupere in titulis & imaginibus.Horat.1.Serm.saty.6.

Titulus, Prætextus. Paulus in l.Siquis tutor.§. Quid ergo. D.De ritu nupt. Quid ergo si quum se vellet excusare aliquo titulo,nec in promptu probationes haberet,&c.

¶Titulus,Monumentum.Apuleius, Auorum & proauorum titulus clarus.

¶Titulus à tuendo,quasi Tutulus,quòd tueatur factum authoris: & siquis alterius opus esse contendat, veri opificis indicet nomen. Vnde aliquando tituli dicti sunt milites, quasi tutuli,quòd patriam tueantur.Vnde & Titi prænomen ortum. Fest.

TITVS {τίτος} Clarissimus Romanorum princeps, Vespasiani filius, & frater Domitiani.Author Tranquillus.

¶Titus,Prænomen Romanorum est,à τίω,honoro. Vel à titulo,vt vult Festus,Vide paulo anté.

TITI {τίτοι} Liuij,duo fuerunt. Alter Tragœdiarum scriptor, qui ob ingenij meritum,à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.Alter Patauinus, qui floruit sub Augusto: laudatur in historia, quum sit in narrando miræ iucunditatis, clarissimúque candoris.

TITYVS {τίτυος} secundum alios Terræ filius fuit: secundum alios à Terra nutritus: vnde elegit sermonem quo vtrunque significaret: nam alumnum dixit.Hic amauit Latonam, propter quod Apollinis confixus est sagittis: & damnatus hac lege apud inferos, vteius iecur vultur exedat.Quanquam Homerus vicissim dicat duos vultures sibi in eius pœnam succedere. Hactenus Seruius enarrans illud Virgil.6.Æneidos,

Necnon & Tityon Terræ omniparentis alumnum
Cernere erat. Ouid.1.de Ponto,eleg 2. Huius magnitudinem corporis poëtæ dixerunt fuisse nouem iugerum. Vnde Tibullus, libro 1.eleg.3,

Porrectúsque nouem Tityus per iugera terræ,
Assiduas atro viscere pascit aues. Horat.3.Carm.ode 11.

TITYVS, item Sextus authore Cicerone in Bruto, Orator, homo loquax sanè & satis acutus,sed tam solutus & mollis in gestu,vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tyrius nomen esset. Ita canendum est,ne quid in agendo, dicendóve facias, cuius imitatio rideatur.Hactenus Cicero.

T L

TLEPOLEMVS, pen.corr. {πολύμος} Herculis filius, teste Homero lib.Iliad.2.Hic quum Rhodiorum rex esset, occisus est à Sarpedone in bello Troiano.

T M

Tmesis, huius tmesis, fœm.gen. {τμῆσις} Est vnius verbi compositi vel simplicis sectio,altera dictione,vel pluribus interiectis. vt Virg. 3.Georgicorum,

Septem subiecta trioni:pro Septentrioni. Idem 1.Æneidos,

Et multo nebulæ circun dea fudit amictu. Pro circunfudit.Vbi Seruius,Figura tmesis est, quæ fit quum secto vno sermone aliquid interponimus.Sed hoc tolerabile est in sermone composito: cæterùm in simplici nimis est asperum: quod tamen faciebat antiquitas. vt, Saxo cere comminuit brum.

TMOLVS,pen.prod. {τμῶλος} mons Lydiæ,vt scribit Plin.lib.5. croco florentissimus & viribus consitus. Seruius scribit eum esse Ciliciæ in illud Virg 1.Georgicorum,

-nónne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur,molles sua thura Sabæi? Ouid.11.Metamorph.

-riget arduus alto
Tmolus in ascensu,cliuóque extensus vtroque,
Sardibus hinc,illinc paruis finitur Hypæpis. Ibidem,
Judice sub Tmolo certamen venit ad impar. Est ergo iuxta Sardis,quæ vrbs ex Herodoti Plinisque testimonio in Lydia est. A quo & nomen flumini datum est.Plin.lib.33.cap.8,Auri argentíque mentionem comitatur lapis,quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri nisi in flumine Tmolo. Apud Colum.lib.4. Tmolus videtur esse genus arbusculæ, cuius flores sint crocei. A poëtis quandoque i post r superaddi inuenimus. vt apud Ouidium 6. Metamorphoseos,

Deseruere sui Nymphæ vineta Timoli. Stephanus de Vrbibus per Y scribit Tymolum,sicque ait vocari Tmolum figura poëtica.

Tmolius,Adiectiuum {τμώλιος.} Ouid.4.de Ponto,eleg.15,

Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

T O

TOBIVS {τώβιος} Ptolemæo lib.2.cap.3. Britanniæ insulæ fluuius, ad cuius ostia est oppidum quod *Tonne* vulgò dicitur.

Toculliõ,tocullionis,Minutus fœnerator: & est vox formata à Græco diminutiuo τοκύλιον: vt apud Plautum à σπαταληστής,seepartio. Cic. in epist.ad Atticum, Neque te in tocullionibus habebam. Eodem modo Latini turpionem dixere.

Toga,togæ {τήβεννα,τήβεννον,περιστόλη} Gestamen erat proprium, insigneque Romanorum ciuium, quemadmodum pallium Græcorum. Superimponebatur autem tunicæ, vel tunicis potius. Dicta toga à tegendo, vt ait Nonius: quòd corpus tegat. Hæc laxa erat, & in sinum

sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tibul.lib.1.eleg.7, Et fluit effuso cui toga laxa sinu. De toga vide Quintil. lib.11.cap. vlt.& Crinitum lib 3 cap.7.

Arcta toga.Horat.1.epist.19,

Arcta decet sanum comitem toga.

Algentes togæ.Martial.lib.14.titulus est Lacernæ,

Amphitcatrales nos commendamur ad vsus
Quum tegit algentes nostra lacerna togas.

Attrita toga.Martial.lib.14,

Si matutinos facilè est tibi rumpere somnos,
Attrita veniet sportula sæpe toga.

Exigua toga.Horat.1 epist.20.

Niuea toga,Vide Niueus in NIX.

Fusa toga,& Restricta,contraria.Suet.in Augusto,cap.73.

Impar toga,Vide IMPAR.

Pexa toga,Vide Pexus in PECTEN.

Pinguis toga,Vide PINGVIS.

Radiante toga decorus.Claud.4 Paneg.

Recens toga Persius Saty.1.

Sordidula toga & rupta.Iuuen.Saty 3.

Tenues togæ.Horat.1.epist.14.

Toga vitrea, tenuis textus & pellucidi dicebatur,quod ritu vitri transluceret, qua certè iudutum esse probro & vitio dabatur.Varr. Modio, Isto.um vitreæ togæ ostentant tunicæ clauos. Turneb.

Amictus toga.Cic.2.in Catil.

Defluit toga. Horat.1.Serm.saty.3. Id est deorsum fluit, & ex humeris cadit.

Deiicere & reponere togam.Quintil.6.cap.3.

¶Toga,pacis est insigne & otij.Cic.in Pisonem.

¶Toga pro Pace aliquando accipitur, quoniam in pace tantùm togæ vsus erat: nam in bello, deposita toga, chlamydem sumebant, aut lænam,aut sagum. Plinius,Vt dubium sit, togáne, an bello præstantior fuerit. Cic.3.de Orat. Campum pro comitiis, togam pro pace,arma ac tela pro bello.

¶Toga,impudicarum erat mulierum. Siquidem matronæ quæ à maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, sublata stola, propter ignominiam. Toga autem meretrici apta, ira enim prostrare solebant cum togis puellæ, vt discernerentur à matronis. Et ideò quæ adulterij damnatæ fuerant, hac veste vtebantur. Hæc Acron in illud Horatij lib.1.Serm.saty.2,

-quid inter
Est in matrona,ancilla,peccésne rogata? Matrona,id est libera coniugata:ancilla,soluta, sed non prostituta:togata, infami & prostituta. Quòd autem mulieres adulterij conuictæ, cogerentur toga virili indutæ procedere in publicum,tenuit & Iuuenalis Satyra 2.illo carmine:

Damnetur,si vis,etiam Caiphinia,talem
Non sumet damnata togam. Id est,tam infamem vt tu sumis.

¶Toga, Peculiaris habitus clientum, & saltatorum, qui togati ibant salutatum,vt sportulam consequerentur.Mart.ad Gallum,lib. 10.82,Mane vel à media nocte togatus ero.

¶Togarum varia antiquis Romanis erant genera: vt toga prætexta,toga virilis, toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta,qua reges vtebantur, quæ à Liuio inter insignia triumphantis numeratur.

Candida toga,erat quam petitores Magistratuum induebant:vnde candidati dicebantur.Plin.lib.7. cap.34,de Nasica,In toga candida bis repulsa notatus à populo. Cicero in candida orationem habuit in Catilinam & Antonium competitores.Budæus.

Puram togam tyrunculi forenses assumebant tyrocinij die. De qua Cicero ad Atticum,lib.9.epist.vltima,Ego meo Ciceroni,quoniam Roma caremus,Arpini potissimum togam puram dedimúsque municipibus nostris fuit gratum. Eidem lib 7.epist.8.Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam x. Calend. Ianuar. in qua erat accusatio Pompeij vsque à toga pura. Id est ab eius tyrocynio,à prima adolescentia,post XVI.annum finitum. Dicta pura toga,quòd nullo purpuræ prætextu distincta esset.Catullus ad Mallium. Lucan.lib.7,

-pura venerabilis æquè
Quàm currus ornante toga. Id est nec picta, nec triumphali,nec prætexta.Budæus.

Palmata toga.Vide Palmatus in PALMA.

Perfatuæ togæ,Vide PERFATVVS.

¶Picta toga,vestis publica fuit,summíque Magistratus.Capitolinus de Gordi. Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum priuatus,suam & propriam habuit: quum antè imperatores & de Capitolio acciperent,vel de palatio.Lampridius de Alexandro prætextam & togam pictam nũquam nisi Consul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant aut Prætores,aut Consules.Budæus. Iuuen.Saty.10,

-& pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Prætexta toga,Vide PRAETEXTA.

Puerilis toga.Gellius lib.18.cap.4, Quum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus.

Pulla toga ab alba distinguebatur:pulla enim in funeribus vtebantur,vt nunc atra veste vtimur: alba autem in epulo,vel publico, vel parentalicà quibus pulli atratíque dicebantur.

In epulo cum toga pulla accumbere.Cic.in Vatinium.

Rara toga. Martialis libro 10.47. Lis nunquam, toga rara, mens quieta. Togam raram optat, id est ne cogatur bene mane togatus circumuolitare limina potentiorum, salutationis defunctus officio.Bayfius.

Rasa toga.Plin.lib.8.ca.84,Togas rasas Phrygiásque, diui Augusti nouissimis temporibus cœpisse,scribit Fenestella.

Virilis toga à puerili distincta erat quæ prætexta appellabatur:ea decimoseptimo anno sumebatur. Cic.de Amic. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili toga,vt quoad possem & liceret,à senis latere nunquam discederem.

Sumpsiti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti Cic 2.Philipp.

¶Toga virilis,toga libera dicebatur,eámque adepti remotis magistris liberius viuebant.Papinius,

Quem non corrumpit pubes effræna,nouæque
Libertas properata togæ. Turnebus.

Toga virilis in Capitolini Iouis templo sumebatur.Festis Valer. Max.lib.5.cap.4.de Marco Cotta.

¶Toga pro Officio.Plinius ad Apollinarem, Altius tibi orium & pinguius,eóque secutius:nulla necessitas togæ: nemo accersitor ex proximo. Id quod ideo inualuit, quòd ad officia præstanda togati conueniebant,id est ad deducendos, comitandósque amicos honorisgratia.

Togula,pen.corr.Diminutiuum {τριβώνιον.} Martial.lib.1.133,

Ignosce,togulam Posthume plurisemo. Cic.in Pisonem, Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt: quibus illi acceptis,fagula reiecerunt,& cæteruam imperatori suo nouam præbuerunt.

Togatus,penult.prod.Adiectiuum {πλατυπώγων} Qui toga indutus est. Vnde Romani, togati dicti sunt, Quibus toga propria & communis erat, quemadmodum Græci palliati dicebantur. Virgilius 1. Æneidos,

Romanos rerum dominos,gentémque togatam. Martial.lib.14,

Romanos rerum dominos,gentémque togatam
Ille facit,magno qui dedit astra patri.

Magna caterua togatorum.Cic.pro Rosc.Amer.

Græculus iudex modò palliatus,modò togatus.Cic.5.Philip.

Togatæ opera à Martiale vocitatur, quum Romani togati deducerent & reducerent Magistratus,& eos qui dignitate vel ætate vel opibus præcellerent,in domum,in forum,in templa,vel aliò: Exigis à nobis operam sine fine togatæ:

Non eo,libertum sed tibi mitto meum. Et in nono.103.Bayfius.

Togatæ comœdiæ, Quæ scriptæ sunt secundum ritus Romanorum: vt Græcas fabulas ab illorum habitu palliatas appellamus.Nam Græci pallium supra tunicam ferebant.

Miles togatus.Claud 7.Paneg.

Militia togata.Ouid.ad Pisonem.

Turba togata.Propert.lib.4.eleg.2.

Veneti colunt Galliam togatam.Verba sunt Pomponij Melæ lib. 2.cap.4. Certè Veneti etiam nunc toga veste vtuntur. Nunc ea regio vsque ad Rubiconem, vocatur *Marcha Trevisana*, vt scribit Oliuarius.

Togati creditores Græcorum. Cic.3.Verr. Erant nonnulli togati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimum prodesse gratia.

¶Togati etiam dicebantur, qui principes ciuitatis officij gratia in forum deducebant,ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant Iuuen.saty.7,

Respicit hoc primum qui ligat;an tibi serui
Octo,decem comites post terga si.sella,togati

Ante pedes. Et itidem Satyra 1,

Turba togata. Et apud Martialem lib 2,

Grex togatus. Toga enim purpuræ seruiebat, vt apud eundem in decimo,

Quid faciet pauper cui non licet esse clienti?

Dimisit nostras purpura vestra togas. Id est, nunc non licet nobis officium vobis præstare, quum iam purpurati officiis præstandis successerint.

Decernere supplicationem vni togato.Cic.pro Sylla.

Togæ tabernatiæ, Vide TABERNA.

Togatulus,pen.corr.Diminut.ioco formatum.Martial.lib.10,

-quandiu salutator,
Anteambulones,& togatulos inter
Centum meretur plumbeos die toto?

TOLENTVM {τόλεντον} Italiæ oppidum in Picenoà quo Tolentinates, populi dicti.Plin.lib.13.cap.13.

Tolero,toleras,pen.corr. {τλάω,τλῆμι,αἴστλάω,χαίτλάω,χαστρέω,αἰτλόω} tolerare, Significat patienter ferre, vt ait Festus, estque verbum mala patientis.Terent.Phorm 3.3,

Noli metuere: vnà tecum bona malaque tolerabimus. Idem Hecyra 3 5,

Sed quando sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat,cuiúsque mores toleret sua modestia.

¶Tolerare se, Modicè & summa parsimonia se alere. Vlpianus l. In lege Censoria. D. de verb. signif. Ex quibus agris paterfamilias fructus caperet,quibus se toleraret,&c.Cæsar lib.1.bel.Ciuil.

Alere & tolerare equitatum.Cæsar lib.3.bel.Ciuil.

Tolerare sua pecunia milites.Plin.lib.33.cap.10.

¶Dura tolerare.Senec.Hippol.4.

Famem tolerare.Cæsar 1.bel.Gal.

Fortunam tolerare.Brutus ad Cic.16.

Hyemem tolerare.Cic.2.in Catil.Nisi idcirco se facilius hyemem toleraturos putant.

Impensas Plin.lib.12.cap.14.Inde impensæ publicæ tolerantur.

Inopiam obsidúmque tolerare.Tacit.lib.20.

Laborem.Plin.lib.11.cap.5,Apes ad vsus vitæ laborem tolerant.

Laborem militarem tolerare.Cic.2.Offic.

Laborem studiorum pueri difficilius tolerant. Quintilianus lib. 1.capite 12.

Mala tolerare.Seneca Herc.furen 13.

Militiam tolerare sub magistro.Virg.8.Æneid.

Patienter tolerare.Quintil.lib.6.cap.3.

Pondus alicuius tolerare.Horat.2.Carm.ode 5.

Sitim tolerare.Plin.lib.8.cap.18,Sitim & quatriduo tolerant.

Sitim, famémque tolerare Ouid.1.de Ponto,eleg.3.
Sors toleranda nullis populis.Stat.1.Theb.
Sumptus tolerare.Cic.ad Quint.fratrem.lib.1.1.
¶Vitam tolerare, Viuere, autriti Cæsar 7. bel. Gal. Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt.
Tolerare vitam colo.Virg.8 Æneidos,
Cui tolerare colo vitam.tenuique Minerua.
Passus CLX tolerare, Sufficere cursui CLX passuum. Plinius libro 7.cap.20.
¶Nobis inter nos nostra vitia toleranda. Cic. Attic.lib.1.12, Et id quod caperet est nobis inter nos nostra, siue incommoda, siue vitia, siue injurias esse toleranda.
Res ad patiendum toleratidúmque difficilis.Cic.2.Tusc.
¶Toleratu difficilis. Cic.4.de Fin. Dicunt illi asperum esse dolorem,molestum,odiosum,contra naturam,difficilem toleratu.
Tolerans,penult.correp. {πάσχοντικός} Participium,siue nomen ex participio.Columel.libro 8.cap.16, Piscium genera duleis vndæ tolerantia.
Tolerantior & hoc Tolerantius,Vide Ignoratior,in IGNORO.
Tolerantissimus penuriæ,Patientissimus.Colum.lib.7.cap.1.
Tolerantèr {κρατητικῶς} tolerantius,tolerantissimè,Aduerbium.Quintil.lib.8 cap.6, Durè etiam iungere vetamur, qui toleranter videre Septentriones videmur.
Ferre aliquid toleranter.Cic.Sulpitio,lib.4.6.
Toleranter dolorem pati.Cic.2.Tusc.
Tolerantia, tolerantiæ {ἀνοχὴ, καρτερία.} Cic.in Parad. Tolerantia rerum humanarum contemptione fortunæ.
Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Quintil.libro 2.cap.2.
Toleratio, Verbale {ἀνάσχεσις.} Cic.2. de Finib. Quædam alia toleratio est verior,qua vti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.
Tolerabilis,& hoc tolerabile,penult.corr. {ἀνάσχετος,πλωτὸς, οἰκὸς, φερτὸς, κάκιστος,φορτὸς} Quod tolerari potest.Terent.Heaut.1.2,
-homo tolerabilis, Apud Plinium in Panegy. Tolerabile tributum. Et ibidem,Tolerabile experimentum. Cic.de Senect.Moderati enim & nec difficiles,nec inhumani senes,tolerabilem agunt senectutem.
In aliquibus rebus tolerabile est Cic.ad Brutum,15.
Dicere sic tolerabilius est.Cic.1.de Orat.
Conditio tolerabilis.Cic.4.in Catil.
Conditione tolerabili transigere.Cic pro Quintio.
Exemplum tolerabile.Liu.9.bel.Maced.
Fœnus tolerabile.Cic,Attic.lib.6.111,Itaque & Græci soluunt tolerabili fœnore.
In tolerabilem formam redigendæ ciuitates. Liuius quarto belli Macedon.
Iactura rei familiaris tolerabilis.Cic.ad Brutum,18.
Orator sanè tolerabilis.Cic.de Claris Orat.
Patronus tolerabilis.Cic.de Clar.Orat.
Philosophi tolerabiliores motus volunt esse.Cic.1.de Orat.
Regnum nemini tolerabile.Cic.Attic.lib.10.197.
Tolerabiliter, pen.corr. Aduerbium {κακῶς} Facilè, sine discrimine. Columel lib 2.cap.2, quas Græci συζυγίας ἀσυμπότους, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus.
Tolerabilius pati dolores.Cic.5 de Finib.
Toles,vel vt alij scribunt, tolles {παχύδερμα} tumor est in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur. Festus.
TOLETVM, pen.prod. {πόλετον} Ptolemæo lib.2. cap.6. alio nomine Serezola dicta,Hispaniæ vrbs:vulgò *Toledo*.
Tollenon,penul.prod.tollenonis, Genus machinæ,vt ait Festus,quo trahitur aqua, in alteram partem prægrauante pondere, dicitur à tollendo. Liuius 8 bel.Maced. Deinde vt præter spem stare muros viderunt: collectis rursus animis in atietes tollonibus libramenta plumbi aut saxorum,stipitéve robustos incutiebant. Plinius libro 19.cap 4, Vel tollenonum hausti rigandos. *Vne bascule*. Vegetius libro 4 cap.21.Tolleno dicitur quoties vna trabs in terram prælte defigitur,cui in summo vertice alia transuersa trabs longior dimensa medietate connectitur,eo libramento,vt si vnum caput depresseris,aliud erigatur.
Tollis,tollis,scribit Isidorus tolles Gallica lingua dici,quæ vulgò per diminutionem tonsillæ dicantur,quæ in faucibus turgescere solent. Hæc verba falsi conuincunt hanc Sereni scripturam,
Quos autem vocitant colles,attingere dextra
Debebis,qua gryllus erat pressante peremptus. Scribendum enim arbitror quos autem vocitant tolles, vt hæc curatio tonsillarum sit. Turnebus.
Tollo, tollonis, vel Tollonus, tolloni,pen.prod.Idem quod tolleno. Plautus Rud.12,
Heus sic tolloni gratia?cape hanc vnam tibi. Colum.in Hortò,
non ita procul ab initio,
Vicini quoque sint amnes,quos incola durus
Attrahat auxilio semper sitientibus hortis:
Aut fons illachrymet putei non sede profunda,
Ne grauis hausturis tol'onibus ilia vellat. Quo in loco alij passim legere malunt tendentibus, non tollonibus: alij verò tendentibus. Plauti locum Camerarius aliter legit.
Tollo, tollis, sustuli, penult.corr. & apud antiquos tetuli, sublatum, penultima prod. {αἴρειν, αἴσειν, ἐγείρειν, ὑψόειν,φαρσαλίζειν, μετεωρίζειν, ἀναίρειν} tollere, Eleuare, sursum erigere. Plautus, Tolle caput. Ouidius epistol.14,
-ter acutum sustulit ensem,
Ter malè sublato decidit ense manus.
Sol in curuum Phaëthontem filium sustulit.Cic.3.de Nat.deor.
Aliquid oneris tollere.Cic.5.Verr.Id est suscipere.

Tollere & extrahere.Cic.2.de Finib.
Sublatum super caput.Liu.4.bel.Maced.
Sublarum ad frontem supercilium: cui Depressum opponitur. Cic. in Pisonem, Respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio,crudelitatem tibi non placere.
Tectum altius tollam, Domum altiorem faciam. Cic. de Arusp. resp.Itaque nequis meorum imprudens introspicere tuam domum posset,ac te sacra illa tua facientem videre,tollam altius tectum, nō vt ego te despiciam, sed tu ne aspicias vibem eam quam delere voluisti. Vipianus,Ius vicino non esse altius ædes tollere. Plaut.Trinum.10,tollere mœnia.
Ædes meas ad decem pedes altius tollere. Africanus in l.Egi.D. De except. rei iudic. Egi tecum, ius mihi esse ædes meas vsque ad decem pedes altius tollere. post ago, ius esse mihi vsque ad viginti pedes altius tollere. exceptio rei iudicatæ procul dubio, sed etsi rursus ita agam,ius mihi esse altius ad alios decem pedes tollere:obstabit exceptio.
Tollere de terra lapides. Ad iaciēdum scilicet.Cic.pro Cecin.Vices profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent quæ de terra ipsi tollerent.
A terra se tollere altius, pro Crescere: ac de herbis & arboribus dicitur.Cic.5.Tuscul.Itaque & arbores,& vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt, alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt.
¶Animos tollere. Superbire, audaciorem esse. Sallust.in Ciceronem,Verùm, vt opinor,splendor domesticus tibi animos tollit. Terent.Hecyr.3.5,
Quia paululum vobis accessit pecuniæ,
Sublati animi sunt. Propert.lib 3 eleg.18,
I nunc,tolle animos,& tecum finge triumphos.
Animos dictis tollit.Virg.9.Æneid.
Arbos se sustulit Virg 2.Georg.
Cachinnum, Risum augere,risu immoderato efferri. Cic. de Fato,Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.
In cælum tollere. Cic.pro Archia, In cælum huius proauus Cato tollitur,magnus honos Populi Rom.rebus adiungitur.
In cælum fama aliquem tollere,Magnopere laudare. Cicero 2.de Nat.deor.Suscepit autem via hominum, cōsuetudóque communis, vt beneficiis excellentes viros fama ac voluntate tollerent.
In cælum laudibus tollere.Cic.ad Marcellum, lib.15 7.Non dubito quid præsentes sentiant: nos quidem longinqui, & à seipso missi in vltimas gentes,ad cælum mehercule tollimus verissimis ac iustissimis laudibus.
In cælum humeris.Cic.11.Philip.Hunc vel in cælum, si fieri poterit,nostris humeris tollemus.
Clamorem, Summopere clamare, & clamorem ac vocem extollere. Cicero 6. Vetrina, Clamor à vigilibus, fanisque custodibus tollitur.
Clamor tollitur in cælum.Virg.11.Æneid.
Clamores horrendos ad sydera tollit.Virg 2.Æneid.
Tollere in collum.Plaut.Bacchid.11.
Cornua tollere in aliquem.Horat.Epod.16.
Corpus tollere in auras Ouid.epist.17.
Alte tollit sua corpora voluctis,Ouid.8 Metam.
In crucem tollere. Cic.7.Verr. Statim deinde iussu prætoris, in crucem esse sublatum.
In currum.Cic.3. Offi.Optauit vt in currum patris tolleretur: sublatus est: atque is antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit.
Frontem tollens ad cælum.Ouid.3.Metam.
Gradum tollere,Ambulare.Plaut.Bacchid.11.
Hinnitum tollit equus.Horat.2 Carm.ode 16.
Tollit humo saxum.Ouid.15.Metam.
Humo se tollere,Erigere se.Ouid.7.Metam.
Humo se tollere, per translationem, pro Nomen aliquod & gloriam sibi comparare.Virg 3.Georgicorum,
-tentanda via est,qua me quoque possim
Tollere humo,victóque virūm volitare per ora.
Laudes alicuius in astra tollere. Cic ad Attic.lib.2.40, Athercule alter tuus familiaris Hortensius quàm plena manu,quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit. Virg.5.ecloga,
-Daphnimque tuum tollemus ad astra.
Laudibus tollere.Cic.ad Atticum,lib.4.86, Itaque Cæsaris amici (me dico & Oppium) difrumparis licet, monimentum illud, quod tu tollere laudibus solebas,vt odæum laxaremus, & vsque ad,&c.
Manus.Cic.ad Cæsarem,lib.7.5, Sustulimus manus & ego & Balbus.Lætitiæ signum est,& gratias agentis.
Membra vix tollit de humo.Ouid.2.Fast.
Minas tollere.Virg.3.Georg.
Oculos tollere, Vide OCVLVS.
Oculos sustulit ad proceres.Ouid.13.Metam.
Oculos tollere contra aliquem, Dissentire ab aliquo,& repugnare alicui.Lucret.lib.1.
Palmas ad sydera tollunt.Virg.5.Æneid.
Querelam tollunt lugubri voce.Lucret.lib.4.
Risum tollere,Ridere.Horat.de Arte.
Solio se tollit ab alto.Virg.8 Æneid.
Ad spem effingendæ eloquentiæ se tollere.Quintil.lib.1.cap.2.
In sublime tollere.Plin.lib.10.cap.38.
Vocem exiguam tollere.Virg.6 Æneid.
Fluctus mulcere,& tollere vento.Virg.1.Æneid.
Tollere tormentum.Celsus lib.3.cap.21.
Vultus erectos tollere ad sydera.Ouid.1.Metam.
Aliquem tollere,pro Assumere socium itineris.Cic.ad Quintum fratrem,lib.2.12,Mea factum est infusa verecundia,vt te proficiscēs non tollerem.

¶Tollere,

¶Tollere,Auferre.Cic.de Amicit. Solem enim de mundo tollere videntur,qui amicitiam è vita tollunt.
Detrahere,auferre,tollere.Cic.in Orat.
Tollere,atque irrita facere quæ quis gessit. Cic.4.Verr.Si tibi magistratum abrogasset,minore ignominia te afficeret, quàm cùm ea quæ in magistratu gessisti,sustulit,atque irrita iussit esse.
Tollere & delere.Cic pro Quintio.
Tollere & eripere. Cic.pro Rosc.Amer.Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse?
Inter Tollere & Auferre.Tollere est leuare & erigere: Auferre leuatum transferre.Virg.lib.8,
Tollite cuncta,inquit,cœptósque auferte labores. Turpil.Philopatr. Simul circunspectat, vbi præter se neminem videt esse, tollit, auferr:ego eiàm consequor,Vide Nonium.
¶Tollere,E medio auferre,vita priuare,enecare,vt in antiquo illo distichō,quod refert Tranquillus cap 39,
Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Duplicem significationem retinet: in priore enim pro enecauit, in posteriore pro portauit,sumitur.
Tollere & interficere.Cic.pro Cluentio.
¶Aditus templorum demolitione sublati. Cicero post Red.in Senatu,Aditus templorum erant non solùm præfidiis, & manu, verùm etiam demolitione sublati.
¶Æs alienum,pro Dissoluere.Plin.de viris illust.
Anchoras.Cæsar 1.bell.Ciuil.
Auaritiam si tollere vultis,mater eius tollenda est luxuries.Cicero 2.de Orat.
Aurum.Liu.6.bel.Pun.Calices. Martial.lib.11.
Consuetudinem.Cic.pro Rosc.Amer. Tametsi non modò ignoscendi ratio, verùm etiam cognoscendi consuetudo iam de ciuitate sublata est.
Consules.Brutus ad Cic.lib.11.
Controuersias.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Conuitium.Plaut.Menæch.10. Virg.8.Æneidos,
-iubet & sublata reponi Pocula.
Tollere de aliquo loco.Cicero ad Atticum,lib.15.326,Etenim Seruilia pollicebatur se curaturam,vt illa frumenti curatio de S.C. tolleretur.
De fano tollere.Cic.3 de Nat.deor. Eundémque ferunt, hæc quæ dixi sublata de fanis in forum protulisse,& per præconem vēdidisse.
De medio aliquem tollere, Interficere. Cic.pro Rosc.Amer. Demonstrant cùm pater huiusce Sex. Roscius homo tam splendidus & gratiosus,nullo negotio sit occisus,perfacile hunc hominem incautum,& rusticum,& Romæ ignotum de medio tolli posse.
De oratione sua aliquem tollere,Non amplius nominare. Cicero ad Attic.lib 2.39.Primum Cepionem de oratione sua sustulit, quem in Senatu acerrimè nominarat, vt appareret noctem, & nocturnam deprecationem interesisse.
De foro aliquem clamore tollere, Clamoribus facere vt aliquis foro priuetur.Cic.pro Cluentio,Et illum hominem ædilitium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi,sed clamore hominum de foro, atque adeò de ciuitate esse sublatum.
Diem tollere,Vide DIES.
Dolorem dentium.Plin.lib.20.cap.3.
Dubitationem alicui.Cic.Attic.lib.32.236.
Aliquem è ciuitate.Cic.pro Domo sua.
E choro philosophorum aliquem tollere. Cic.1.de Finib. Tu quidem,inquit,totum Epicurum penè è philosophorū choro sustulisti?
E medio aliquem tollere, Idem quod tollere de medio,& occidere.Liu.4.bel.Pun.
E numero. Cic.pro Flacco, Inimicus M. Cælius, quod cùm in re manifesta putabat nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat è numero recuperatorum: tamen tenuit se, neque attulit in iudicium quidquam ad lædendum,nisi voluntatem.
Ex delubris simulacra sanctissima. Cic.1.Verrin. Sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quòd eorum simulachra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.
Ex rerum natura aliquem.Cic.pro Rosc.Amer. Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repentè cælum,solem,aquam,terrámque ademerunt?
Errorem tollere,Delere,abluere. Cic.4.Acad.Dixitque sapientis esse opinionem à perspicuitate seiungere:mihil fecit: ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit.
Exercitum religio tollit.Cic.Lentulo,lib 1.1.
Ferro tollere aut veneno aliquem,pro Interficere.Cic. 3.de Natu. deor.Sed quia Drusum ferro,Metellum veneno sustuleratillos conseruari melius fuit,quàm pœnas sceleris Varium pendere.
Fidem de foro.Cic.1.de Lege Agrar.Timorem bonis iniecistis:fidem de foro,dignitatem de Repub.sustulistis.
Genus orationis tollere.Cic.Appio,lib.3.8.
Imperitorum omnem errorem tollere.Cic.1.de Finib.
Inducias tollere.Liu.10.bel.Pun.
Legem tollere,Violare,corrumpere.Cic.2.de Legib. Quid,leges non iure rogatas tollere?
Libertatem. Cic.ad Lentulum, lib.1.8, Dignitas in sententiis dicendis,libertas in Rep.capessenda,ea sublata tota,sed nec mihi magis quàm omnibus.
Manu tollere.Plin.lib.10.cap.75,Plani autem piscium in vado dormiunt,vt manu tæpe tollantur.
Manus tollere ab re aliqua.Ouid.epist.19.
Memoriam alicuius rei funditus tollere ac delere.Cic.pro Quin. Cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus,ac deleri arbitror oportere.
Metum, Timorem adimere. Cic. pro Rosc.Amer. 4, Deleatis ex animo suspicionem omnem,metúmque tollatis.
Moram tollere,Festinare.Cic.ad Attic.lib 10 206,Nunc ait se daturum,quum ex P.fustuleris moram tabellarius.
Nefas Ouid 2.Metam.
Nomen alicuius ex omnibus libris tollere.Cic.Attic.lib.13.292.
Ab officio tollere,Priuare Cic.pro Quiatio,Tollitur ab artus Licinius, atque à præconum consessu in Galliam Narnius,& trans Alpes vsque transfertur.
Querelas tolle,Noli amplius queri.Horat.1.epist.12.
Spem aliquid faciendi tollere,Auferre.Cæsar 7 bel.Gal.
Suspicionem. Cic ad Attic.lib.10 207, Omnem igitur suspicionem sustuli. Idem pro Rosc.Amer.4.
¶Testimonio aliquem tollere,Testimoniis ita conuincere,vt puniatur,& foro priuetur. Cic.pro Fonteio, Noluerunt ij qui iudicabant, hanc parere inimicitiis viam, quem quisque odisset, vt eum testimonio posset tollere.
Tormentum tollere. Cels.lib 3 cap.21, Si ne per has quidem tormentum tollitur,incidenda cutis est,& tum his vtendum.
¶Tollere vexillum. Vexillum Imperatores habebant penes se in tabernaculo:& qui delectum olim habebant, in arce ponebant:cùm prælium erat etiam committendum, proponebatur tollebatúrque vexillum,vt in lib.de bel.Alexandrino, Quod vbi conspexit,celeriter vela subduci, demitti antennas iubet,& milites armari,& vexillo sublato,quo pugnandi dabatur signum,quæ primæ naues sequebantur,idem vt facerent significabat. Annotauit Turneb.
Tollere liberos, pro Suscipere. Plinius in Paneg. Locupletes ad tollendos liberos,ingentia præmia,& pares pœnæ cohortantur.
Liberos in aliquam spem tollere. Liu.5.ab Vrbe, Nec patribus familiæ tantùm,sed vt omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur:vellétque in eam spem liberos tollere.
¶Tollere,pro Sumere.Horat.lib.1.Satyr.4,
Cum fueret tutulentus erat,quod tollere velles. Sic alibi sæpius.
¶Tollere,pro nutrire,quod è moribus & institutis veterum sumptum est: aliquando enim liberos tolli nolebant, & iubebant exponi. Qui enim ali volebat, depositum hunc infantem tollebat, vnde & dea quædam Leuana dicebatur, vt scribit Augustinus. Plautus, Verum,quod erit natum tollito.Turneb.
Furtim tollere aliquem Virg.9 Æneid.
Tollere,Differre.Plautus,
Omnes tollo ex hoc die in alium diem.

Sublatus,penultima producta. {αἰρόμενος,μετεωριζόμενος} Participium. Plinius libro 11.cap.29, Gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt.
Clamor sublatus ad æthera.Virg.2.Æneid.
Dolis sublaris aperire aliquid,Referre sine dolo.Virg.12.Æneid.
Errore sublato agnoruit parentes,&c.Lucan.lib.3.
Lex sublata.Propert.lib.2 eleg 7.
Pauore sublato fecura turba.Lucan.lib.3.
Ex oculis sublata virtus Horat.3.Carm ode 24.
¶Sublatus pro mortuo Cic 7.Verr.Sic ille affectus illinc tum pro mortuo sublatus,breui postea est mortuus.
Sublati,Ferocientes,superbientes. Cæsar 1. bell.Gal. Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant,audacius subsistere.
¶Sublati liberi, id est Suscepti. Paulus in l. Filiusfamiliàs. D. De acquir. hered. Filiusfamiliàs duxit vxorem.ea filius sublatis intestata decesse. Filij iussu patris,non aui adierunt hereditatem.

Sublarurus, pen.prod. Participium {ἀερῶν.} Cic.Attic. lib.15.326, Eam rem Seruilia sublaturam ex S.C.se esse dicebat.
Sublatè,penult.prod.Aduerbium.vt Sublatius de se dicere.Cicero pro Domo sua.

Sublatio,Verbale {αἴσις,ἀφαίρεσις.}
Sublatio iudicij,Quintil lib.7.cap.2.
Sublatio animi,Elatio,superbia. Cic.2. de Finib. Sed hoc interest quòd voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, vt Stoici putant, qui eam sic definiunt, Sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui,&c.

TOLOSA,pen prod. {πόλοσα} Tectosagum, Narbonensis Galliæ vrbs nobilissima,à qua Tolosani, Tectosagi Plinio lib.3.cap.4.dicti. Notum est adagium, Aurū habet Tolosanum. De cuius raptu quæstionem aliquando habitam Romæ,scribit Cic.lib.3.de Nat.deor. Vide Gellium lib.3.& Iustinum lib.22.
Tolosates,pen.prod.Idem qui & Tolosani.Cæsar lib.1.bel.Gal.Qui nō longè à Tolosatium finibus absunt.

Tolutarius,vel tolutarius,& hoc tolutare,pen.prod. {ὑπογρύλλιος,ὑποβρέμιος} Tolutarius equus, quasi volutarius à pedum volubilitate dictus qui alio nomine Asturco ab Asturia Hispaniæ oppido appellatur. Hos gradarios vocamus, qui molli gradu & sine succussura gestant. Sipontinus.
Tolutarium ab Asturcone distinguit Seneca,cuius hęc verba sunt epist.88, Ira non omnibus obesis mannis, & asturconibus & tolutariis præferres vnicum illum equum à Catone defrictum.

Tolutim,pen.prod.Aduerbium {ὑποβρόμως} Quasi volutim: hoc est volubiliter,ait Nonius. Varro, Vt equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Plautus Asinar.12,
Demam hercle iam de hordeo,tolutim ni badizas.

Tolutiloquentia,tolutiloquentiæ {ὑυδρεμβασιολογία} Volubilis locutio.
Næuius, O pestifera,trux,acerba tolutiloquentia.Nonius.

Tomaculum,tomaculi,pen.corr.vel Tomaclum, tomacli, per syncopen,pen prod. Tomacula vel tomacinæ, edulia sunt quæ fexe ex ieeore porcino minutatim concisa, & iam semicocto infusis ouis eruditis,& caseo optimo, & liquamine, pipere, anisso,gingibere fieri consueuerunt,teguntúrque omento suillo. Iuuen.Sacy.10,
Exta,& candiduli diuina tomacula porci. Varro de Rust. lib.2.

cap.4.Itaque suibus animam datam esse proinde ac salem, quæ seruaret carnem. E quæ suceidias Galli optimas & maximas facere consuerunt. Optimarum signum, quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ,tomacinæ,& taniacæ,& petasiones.Dicitur aliàs insitium, Vide ISITIVM.Martial.lib.1,

-fumantia tomacla.

Tomaculum dictum ἀπὸ τῶ τεμεῖν quod est concidere.

TOMARVS,pen.corr.Mons est Ætoliæ,vt scribit Plin.lib.4.cap.2.Idem & Tmarus appellatur, nobilis circa radices centum fontibus, vt Theopompo placet.

Tomentum,menti { γναφάλον } Lana breuis & concisa, quæ ex vestibus à fullone poliendo detrahitur:& quicquid farciminis ex qua cunque re,siue ex fœno & palea, siue ex pluma fuerit, quo culcitræ farciuntur. Varro lib.4. de Ling.Latina, Postnuam transierunt ad culcitras,quòd in ea fagus aut tomentum, aliúdve quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta.

¶Tomentorum autem aliud leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa:Aliud circense,ex arundinibus concisis factum idque stramentum habebatur plebeiorum, dictum circense, quòd in circo Romano sternebatur, illíque pauperiores quiescebant. Martial.lib.14.

Tomentum concisa palus circense vocatur:

Hæc pro leuconio stramina pauper emit. Alia exemplaria habent Lingonico.

Tomex, tomicis, fœm. gen. { τομικὸν } Tomices Græco nomine appellantur ex canabi impolito & sparto leuiter tortæ restes, ex quo fides fiunt. Plinius lib 17 cap.10, Sic & spinas sepis causa serunt, tomice moris spiarum circunlita. Columel. libro 12. capite 32. Deinde fasciculos tomice palmea aut iuncea ligato. Vitruuius libro 7 docet asseres tomice religandos.Græcis dicitur τομικὸν, fœm. generis.

¶Tomices appellantur etiam puluilli quos in collo habent animalia,ne reste lædantur.

TOMOS { τόμος, πόσις, νόμος, πρόμος } Ponti oppidum, Nasonis exilio notum, quod ipsum à Mileſiis deductum innuit ipse Ouidius libro 1. Triſtium, eleg 9,

Cur autem Tomos dictum sit. Idem 3.Triſt.eleg 9,

Inde Tomos,dictus locus est,quia fertur in illo

Membra soror fratris consecuisse sui. Nam τομὴ Græcis inciſio dicitur. Absyrtus autem ille fuit Medeæ crudelitate sectus, vt idem Ouidius loco iam citato scribit.

Tomitanus,pen.prod. Adiectiuum { τομίτης. } vt

Humus Tomitana.Ouid 3 de Ponto,eleg 1.

Ager Tomitanus,Ouid.3 de Ponto,eleg 8.

Tomus,romi,masc.gen. { τόμος } Fragmentum libri,sectio,pars.Martialis lib.1,

Scripturæ quanti consset,& tomus vilis.

TOMYRIS,pen.corr. { τόμυρις } Regina nobilis Massagetarum in Scythia,quæ Cyrum debellauit & interemit. De qua plenè Herodotus, & Iustinus lib.1.Tibul.lib 4.ad Mæcenatem,1,

Nec quæ regna vago Tomyris finiuit Araxe.

Tonatio Vide TONO.

Tondeo,tondes,totondi,tonsum { κείρω,πτάκω,ἠμῶ } tondere.Lanam siue capillos & huiusmodi inciſere.

Tondere barbam.Cicero lib.5. Tuscul. Sueton. in Augusto cap. 79, In capite comendo tam incuriosus, vt raptim compluribus simul tonsoribus operam daret,ac modò tonderet, modò raderet barbam.Hoc est modò tonderi, modò radi faceret. Martial.lib.2.27. de tonsore,

Non tondet inquam:quid ergo facit?radit. Virg.3.Georg.

Cernas tondere. Tibul.lib 3 eleg.12.

Tondere oues.Plin.lib.8 cap.48.

Tondere caput ad cutem. Celsus libro 6.cap.6. de pediculis palpebrarum.

Os alicuius tondere.Catul.Epith.56.

Tondere prata,Secare.Virg.1.Georg.

Brachia arborum tondere.Virg.2.Georg.

Tondere dumeta dicuntur iuuenci, id est pascere. Virgilius libro 1.Georg.

Tondere herbas fruticantes.Plin.lib.12.cap.25.

Tondere reduces.Valer.Flaccus,

Tectus & Eurytion seruato colla capillo,

Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras. Quidam olim, quandiu peregrè erant,comam alebant intonsam, reduces & sospites domi eam tondebant:quod apud Ægyptios obtinebat.VideDiodorum lib.1.

Violas tondere manu.Propert.lib.3 eleg.13.

Tondere aliquem auro, Auferre, & furari quicquid habet auri. Plaut.Bacch.5.

Tondens,Participium { τέμων } vt Equi latè tondentes campum.Virg. 3.Æneid.

Pecudes tondentes gramina ex vno campo.Lucret.lib.2.

Pecudes tondentes pabula.Lucret.lib.2.

Tonsiro, tonsitas,penul.corr. tonsitare, Aliud frequentatiuum à tonso frequentatiuo.Plaut.Bacch.23,

Rerin' tec in anno tu has tonsitari?

Tonsus,Participium { κεκερμένος } Qui est coma abscisa:vt Tonsus homo,cui contrarium Intonsus, capillatus. Cicero in Pisonem, Cum illa saltatrice tonsa. Martialis lib 11,

Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba.

Tonsus,Minutus,vel compositus.Virg.1.Æneidos,

-tonsisque ferunt mantilia villis. Seruius.

Capillus tonsus.Ouid.8.Metam.

Comæ tonsæ,Compositæ.Virg.5.Æneid. Seruius.

Cutis tonsa Horat.1.epist.19.

Humum tonsam verrit raro pectine.Ouid.1.de Remed.

Lanæ tonsæ.Horat.3.Carm.ode 15.

Myrti tonsæ.Quintil.lib.8.cap.3.

Nouales tonsæ.Virg.1.Georg.

Oliua tonsa,quæ minutis frondibus compta est: quasi à tonsore composita.Virg lib.3 Georg.

Valles tonsæ,Arboribus & syluis viduatæ.Virg.4.Georg.non syluosæ. Seruius.

Tonsa,Tonsæ,à nonnullis dicitur ouis.

¶Tonsæ { ἐρετμοὶ } Remi,à decutiendis fluctibus. Virg 7.Æneid.

-& in luctantes ictu fluctus attollit aquorum.

Tonsæ { ἐρετμοὶ } Remi,à decutiendis fluctibus. Virg 7.Æneid.

-& in luctantes marmore tonsæ. Seruius.Lucret. lib. 2

Antennas,proram,malos,tonsásque natantes. Stat.5. Thebaidos,

Ast vbi suspensis siluerunt æquora tonsis.

Tonsor,tonsoris, penult. prod.masc.gen. { κουρεὺς } Qui tondet. Varro 2.de Re rust.cap.11,Omnino tonsores in Italiam primùm venisse ex Sicilia dicunturpost Romam conditam anno tertio. Plautus Asinaria 8,

Ad tonsorem ire dixit. Horat.1.Serm.Saty.7,

Omnibus & lippis notum,& tonsoribus esse.

Dionysius ne tonsori collum committeret,tondere filias suas docuit.Cic.5. Tuscul.

Inæqualis tonsor, Qui inæqualiter tondet.Horat.1.epist 1.Sensus est,Rides si occurri tibi curatus,aut (vt alij legunt) curtatus capillos, Id est,curatos aut curtatos habens capillos à tonsore inæquali.

Dare operam tonsori,Vide OPERA.

Tonsorius, Adiectiuum { κουρικὸς } Quod ad tondendum pertinet: vt Tonsorius culter. Cic.2. Offic.Qui cultros meruens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum? Apud Martialem, lib.14. titulus est de tonsoriis ferramentis.

Tonsura,tonsuræ,pen.prod. { κουρὰ } Tondendi opus. Columel.lib.7. cap.4, de Ouibus. Tonsuræ certum tempus anni per omnes regiones seruari non potest. Varro 2. de Re rust. cap.11, De lacte in eo & tonsura lanæ.

¶Tonsura, in vitibus & arboribus. Plin.lib.17.02.27,Vitis tantum tonsuram annuam quærit,alteriam myrtus, punicæ,oleæ, quia celeriter fruticescunt.

¶Tonsus,pro tonsura.Plaut.Amphitr.

Sura,pes,statura,tonsus,oculi,nasus,vel labra. Accur.Amph.

Sed quænam hæc est mulier, tunesta veste,tōsu lugubri. Ex Nonio.

Tonstrix,tonstricis,pen.prod fœm.g. { κουρέισσα. } Plaut.Trucul.

Tonstricem Syram nouisti nostram.

Tonstricula,tonstriculæ,pen.corr.Diminutiuum { κουρὶς ἀρίδιον. } Cic.5. Tuscul.Ita sordido ancillarique artificio regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Tonsilis,& hoc tonsile,pen.corr. { κουρεῖς } Quod tonsum est, ac in orbem & comam putarum,vt ait Valla lib.1. Plin.lib.12.cap.2,Primus Cn.Matius nemora tonsilia inuenit. Martial.lib.5,

Tonsile baxetum.

Tonsilis facilicas.Plin.libro 16.cap.10.

In opere topiario tonsilis.Plin.lib.16.cap.18.

Tonsilla,tonsillæ,Palus dolatus in acumen, & cuspide præferratus,qui nauis religandæ caussa in littore figitur. Actius, Tacete, & tonsillas in littore edite. Festus.

¶Tonsillæ { παρίσθμια } Diminutiuum à tole tumore faucium,vt vult Festus.Propriæ sunt circa vuam ex vtraque parte infra fauces, vocantúrque glandulæ, ob quandam glandis similitudinem. Plin. lib.11.cap 37,Tonsillæ in homine,in sue glandulæ. Cic.2.de Natura deor. Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus quo primum illabuntur ea quæ accepta sunt: oris vtraque ex parte, tonsillas attingens,palato extremo atque intimo terminatur.Amygdalinæ à forma Galeno dicuntur,sunt que glandulæ in radice linguę quæ saliuam conficiunt.Amygdalas alij vocant.

Tonstrina,tonstrinæ,pen.prod. { κουρεῖον } Locus in quo tonderi solet. Plaut.Amphitr.13,

In medicinis,in tonstrinis, apud omnes ædes sacras. Terentius Phorm.1.2, -ex aduorsum ei loco

Tonstrina erat quædam.

TONGRI,Galliæ populi.Ptolemæo lib.2.cap 9 Vulgò *Brabans.*

Tonitru, Vide TONO.

Tono,tonas,tonaui,tonatum,& aliquando,tonui, tonitum,pen.corr. { ϕθογγάω } tonare,Notæ significationis.Varro in Eumenid. Sonitus matris deûm tonimus tibi semiuiri.

Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cælo. Cicero 2.de Diuinat.

Quum tonuit læuum bene tempestate serena. Cicero secundo de Diuinat.

Tonat Iupiter.Cic.2.de Natura deor. Hunc etiam augures nostri quum dicunt Ioue fulgente, tonante,dicunt enim in cælo fulgente, tonante.

Tonat cælum. Plin.lib.15. cap.30, Tiberium principem tonante cælo,ea coronari solitum ferunt contra fulminum metus.

Cælum tonat omne fragore.Virg.9.Æneid.

Ruinis horrificis tonat Ætna.Virg.3 Æneid.

Tonuere feris clamoribus astra.Silius lib.16.

Mare tonuit ex alto.Senec.Hippol.10.

Tympana tenta tonant palmis Lucret lib.2.

Spiritus ore tonat.Properr.lib.3.eleg.17.

Tonare murmure ac verberibus,Resonare.Martial.lib 9.72.

Ore tonare.Virg 4.Æneid.

Verba tonare insano foro.Propert.lib.4.eleg.1.

Tonare laudes alicuius,Magnopere efferre.Plin.in Præfat.

Tonans , tonantis { βροντῶν } Iupiter dicitur, vt Magni tecta tonantis. Ouid.1.Metam.

Germana tonantis,Iuno.Ouid.epist.9.

Tonantes Plato & Demosthenes.Columel.in præfat.lib.1. non ita procul à fine. Neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demosthenis Platonísque.

Tonatio,

Tonatio , Verbale apud Senecam 2. Naturalium quæstionum cap.12, Fulguratio ostendit ignem , Fulminatio emittit, Illa (vt ita dicam) cōminatio est,& tonatio sine ictu , ista iaculatio cum ictu. Quidam legunt commotio.

¶Tonescit { βροντᾶ } pro Tonat. Varro Bimargo , Tonitribus templum tonescit. Nonius.

Tonitrus,huius tonitrus,pen.corr.m.g. { βροντὴ } vel hoc Tonitru indeclinabile,in singulari:in plurali tonitrua.Ouid.2.Metam.

Vnde mouet tonitrus vibratáque fulmina iactat. Iuuen.Saty.5,

-& faciunt optata tonitrua cœnas. Plin lib.8.cap.47. Tonitrus solitariis ouib.abortus inferunt.Cic.2.de Diuin. Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua,iactúsque fulminum extimuissent , credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Iouem?

Ingens tonitru.Ouid.3.Fast.

Agere tonitrus.Stat.1.Thebaid.

Cœlum cieho tonitru.Virg.4.Æneid.Verba Iunonis.

Sonoro tonitru cuncta concutiens.Claud.2.Paneg.

Concussa tonitru tremunt omnia.Lucret.lib.6.

Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit. Cicero 2.de Orat.

Mouere tonitrus.Ouid.2.Metam.

Humanas motura tonitrua mentes.Ouid.1.Metam.

Tonitru quatiuntur cœcula cœli.Lucret.lib.6.

Ardua terrarum tremiscunt tonitru.Virg.5.Æneid.

Armorum tonitru concussa est Daunia tellus.Silius lib.13.

Tonitruum,tonitrui,Idem { βροντή. } Plin lib.2.cap.43,Igitur non eam inficias , posse in has & ignes supernè stellarum decidere quales sereno sæpe cernimus , quorum ictu concuti aëra verum est,quando & tela vibrata stridunt. Quum verò in nubem peruenerint , vaporem dissonum gigni, vt cadente ferro in aqua demerso, & fumidum vorticem voluit, Hinc nasci procellas. Et si in nube lucterut flatus aut vapor,tonitrua edisi erumpat ardens, fulmina : si longiore tractu niratur,fulgetra.

Hic tibi strepitus,fremitus, clamor , tonitruum. Cælius Cic.8.2.

Tonitralia { βροντᾶν } Loca in quibus sit tonitru:vel in quibus habitat is qui tonat,Deus.Lucret.lib 1,

Neue ruant cæli tonitralia templa superné. Ex Lambino.

Quæ porrò illa tonitrua?quæ tempestas? Cic.5.Philip.

Rauca tonitrua.Claud.8.Paneg.

Tonsilla.Tonsor,Tonstrix,Tonsus, Vide TONDEO.

Tonus,toni,m.g. { τόνος } Sonus Latinè dicitur,vnde accentum quoque tonum vocauere,quos veteres nostri imitati,tenorem,quasi tonorem accentum dixerunt.

¶ Tonus,Spatium id quanto abest à terra circulus cœli citimus, hoc est lunaris, centum ſcilicet viginti sex milia stadiorum , vt inquit Martianus,quoniam vt in sonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis , ita in cœlo minimum à terra spatium ad lunam, tonum appellare placuit. Plin. lib. 35. cap.5 , Deinde adiectus est splendor , alius hic quàm lumen: quem quia inter hoc & vmbram esset , appellauerunt tonon: commissuras verò colorum & transitus,atmogen.

Toparcha, Vide TOPOS.

Topazius,topazij,r.g. { τοπάζιον } gemma.Plin.lib.37.cap.8.Egregia etiamnum topazio gloria est , suo virenti genere , & quum reperta est,prælatæ omnibus.Id accidit in Arabiæ insula , quæ Chitis vocatur,in qua Troglodytæ prædones quum diutius fame & tempestate pressi herbas radicésque effoderent,eruerunt topazion. Hęc Archelai sententia est.Iuba, Topazion insulam in rubro mari à continenti stadiis CCC abesse traditinebulosam,& ideo quæsitam sæpe à nauigantib.ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi.

A topazio in aurum declinat.Vide DECLINO.

TOPAZOS { τόπαζος } siue Topazios. Plin.lib. 6, cap.29. Insula in mari rubro in qua reperitur lapis topazius mirè pellucidus. Vide TOPAZIVS.

Tophus, tophi , m.g. { τόφος } Genus lapidis asperi,qui facilè in arenam resoluitur.Plin.lib.17.cap.4, Colu.lib.4. cap.12. Arenosus tophus & plus iusto iejunus fabulo.

Antra laqueata tophis & pumice.Ouid.2.Fast.

Lenibus tophis structa atria.Ouid.8.Metam.

Lenes tophi.Ouid.3.Metam.

Scaber tophus.Virg.2.Georg.

Sordidus tophus.Stat.4 Syl.3.

Tophinus,pen.correpta, Adiect. { τοφώδης } Quod ex topho est.Suet.in Claudio Cæsare , cap. 21. Circo vero maximo marmoreis carceribus,auratísque metis , quæ vtraque & tophina ac ligna aurea fuerant,exculto,&c.

Tophaceus, Adiect. Idem { τοφώδης } Plin.lib.17.cap.7, Est enim alba, rufa, columbina , argillacea , tophacea , arenacea. Vnde tophacea quoque pyra , vulgus nostrum appellat , à tophis qui intus reperiuntur.

Topiarium,topiarij,Dicitur opus ex arbore, aut fructice , aut herba factum ad decorem, vt sunt testudines, cameræ , naues, auiculæ, & huiusmodi, quæ ex buxo vel hedera , quarum natura sequax est & flexibilis , fieri consueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶν τόπων, hoc est à locis,quæ in his varia constituuntur. Plin.lib.15.cap.30, Accedit in topiario opere taxa,&c.

Topium , topij { τόπιον } Idem. Virruuius lib.7.cap.5, Habentem deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes , non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia , cæteráque quæ sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Topia, inquit Hesychius, funiculi sunt quibus frutices , & arbuscułæ consiles in animalium species , aut rerum historias luculenta varietate assimilaræ, religatæ multis locis hinc inde distinentur , & torquentur,flectuntúrque,ad effingenda quæ luduntur rerum & animantiũ argumenta. Hinc Topiarum opus deductum reor, Turnebo authore vsus,à quo hæc excerpta sunt.

Topiarius,topiarij,m.g. { τοπιοποιὸς } Qui topiaria facit: sicut coronarius qui coronas. Plinius lib. 15.cap.29 , Satiuarum genera topiarij faciunt.

Topiarium laudaui,ita omnia cōstituit hedera,&c. Cic.ad Qu. Frat.lib.3 , De homine enim est interpretandum , qui locum opere topiario ornarat. Turnebus.

Topiaria,topiariæ { τοπιοπλοικὴ } Ars ipsa,vnde topiariam facere, pro Artem exercere operis topiarij. Cic.ad Qu.frat.lib 3 17,Topiarium laudaui,ita omnia conuestiuit hedera qua basim villæ , qua intercolumnia ambulationis , vt denique illi palliati topiariam facere videantur & hederam vendere.

Toparcha, toparchæ { τοπάρχης } Qui vnius loci vel regionis curam habet.

Toparchia,toparchiæ,Territorium { τοπαρχία. }

Topos,Græcè { τόπος } Latinè dicitur Locus.

Topicus, pen.corr.Adiectiuum { τοπικὸς } Localis. Vnde Aristoteles & Cicer.Topica,libros appellarūt,id est locorum sedes , in quibus demonstrantur ea à quibus argumenta sumi debent.

Topice,topices,penult.corr fœm.g. { τοπικὴ } Ars ipsa inueniendorum argumentorum. Cic.in Topic.Inueniendi verò artem quæ topice dicitur, quæ ad vsum potior erat , & ordine naturæ certè prior , totam reliquerunt.

Topica , topicorum { τοπικά. } Cic. Trebatio,lib.7.20,Institui Topica Aristotelica conscribere.

Topographia,topographiæ { τοπογραφία } Locorum descriptio Latinè dicitur. Cic.ad Att.lib.15 329,Itaque me referunt pedes in Tusculanum, & tamen hæc τοπογραφία ripulæ videtur habitura celerem satietatem.Vbi ex vetusto scripto codice legitur βαπτογραφία.

Topper { ἀνάπτω } Obsoleta dictio,qua antiquissimi vtebātur pro'celeriter,seu confestim,statim.Næuius apud Festum,Capesse flammam Vulcani topper.

Toral , toralis , Inuoluerum erat thori , id est congestæ plumæ , vel herbæ,vel arundinis operimentum,quod & elegantiore rursus stragulo obducebatur conuiuij causa,aut feriarum.Ouid.

-in medio thorus est de mollibus vlnis

Impositus lecto, sponda pedibúsque salignis,

Vestibus hunc velaut,quas non nisi tempore festo

Sternere consueram. Ex turnebo.

Varro de vit pop.Romani lib.1. Quòd frontem lectiæ struebant ex ea herba torta,torum appellarum:hoc quod iniicitur,& nunc toral dicitur,

Turpe toral. Horat.1.epist.5,

-ne turpe toral,ne sordida mappa.

Torale , toralis { ἐπίβλημα } inquit Varro de Ling.Lat.Quod ante torum est.

TORANIVS { τορώνιος } Mango quidam : qui , vt author est Plin. lib. 7. cap.12,M.Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros,alterum in Asia genitum,alterum trans Alpes, vt geminos vendiditanta veritas erat, &c.

Torcular , pen. prod. torcularis, pen. prod.neut.gen. & aliquando Torculare , torcularis { λακὸς } Machina premendis vuis apta.Plin. lib.15.cap.1,An maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis Colum. lib.8.cap 50,Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferti,& integram in fiscinis nouis includi, præliſque subiici , vt quantum possit, paulisper prematur. Non desunt qui putent Torcular habere penultimam correptam, dicentes à torculum fieri torcular, vt à speculum specular.

Torcularium, Locus est,in quo sunt torcula vasa, vt prela, & reliqua. Cato de re rustic.In torcularium quæ opus sunt vasis quinis? sic enim per interrogationem legi debet. mox enim respondet , Prela temperata quinque,superuacanea tria. Turnebus.

Torcularius , Adiectiuum { ὑπολήνιος } Quod ad torcularium pertinet vt Torcularia vasa.Cato capite 11. Torcularij lacus. Colum.lib. 12. capite 18.

Torcularia cella.Colum.lib.1.cap.6.5.

Torcularius,Substantiuum { λήναιος } Qui torculari premit vuas. Colum.lib.12. cap. 50 , Quia interdum multitudo baccæ torcularioru vincit laborem.

Torculum, torculi,pen.corr. { λακὸς } Idem quod torcular. Cato cap 1. Ad villam quum venias,videto vasa,torcula,& dolia multáne sient. Plin.lib.18.cap.31.

¶Torculum, quod vsu torcular dicitur , dictum quòd intortum laticem vitis vel oleæ exprimat. Varr. γεωργικῶν διδασκάλων , Vineis vbi ampla cella torculum respondeat. Ex Nonio.

Torculus,pen. corr. Adiect. { λήνιος } Quod ad torculum pertinet , vt Torculus funis.Cato cap.135.Varro 3. de Re rust.cap.2.

Tordile,tordilis,Plinio:vel Tortile,Ruellio,& Tordilion, semen feselis. Plin.lib.24.cap.19.

Toreuma,toreumatis,ne.g.& Toreumatum , toreumati, pen. corr. { τόρευμα } Opus positum , cælatum, ἀπὸ τρέυω sculpo & cælo. Toreumata dicuntur sculpta aut cælata ex quacunque materia,quæ in deliciis habentur. Cic.4.Verr.Toreumata sanè nota ac pretiosa auferuntur. Ibidem,6,De hoc Verri dicitur , habere eum per bona toreumata , in his pocula duo quædam , quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Sallustius, Tabulas, signa toreumata emunt. Martial.lib.33,Artis Phidiacæ toreuma clarum. Ibidem lib.14,

-plebeia toreumata

Toreutes , toreutis , masculgen. { τορευτὴς } à Græcis dicitur cælator, sculptor.

Toreutice, torentices, pen. corr fœm.gen. { τορευτικὴ } Ars ipsa, quæ & anaglyptice , & sculptura siue cælatura dicitur. Plin.libro 34. cap 8, Et alterum colossicon nudum,primúmque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse meritò iudicatur. De Phidia sculpture.

Tormentum, tormenti { σρίβλη, βασανισμὸς } Supplicium quod datur alicui ad pernoscendam veritatem: vel ad cruciatum inferendum, ob nequitiam. A torquendo dicitur. Cic 3.de Finib. Vtque in omnibus tormentis conseruetur vita beata. Idem pro Sylla, Quæstiones nobis seruorum ac tormenta accusator minitatur. Horat. 1.epist.2,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Carnificum tormenta, morborum cruciamenta. Cic.11.Philip.
Acerrimum tormentum. Cic.pro Cluentio.
Lene tormentum. Horat.3.Carm.ode 21.
¶Accipere aliquem necatum in tormentis. Cic.3.de Nat.deo.
Adhibere tormenta. Cic.Offic 3.
Serui authoritate aduocatorum, & vi tormentorum adducti in veritate manserunt. Cic.pro Cluentio.
Aliquem cogi tormentis quippiam confiteri. Cic.pro Milone.
Dare se in tormenta. Cic. Tuscul.5.
Ferre tormenta. Quintil.lib.2 cap.10.
Iniungere sibi tormentum, Vide INIVNGO.
Perferre vim tormentorum. Cic.in Partit.
Esse in tormentis, Vide IN præpositionem.
Tollere tormentum. Vide TOLLO.
¶Tormentum narium, Quod nares torquet & afficit. Plin.lib. 19.cap.8.
Calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormentum. Cecinna Cic. lib 6.7.
Iracundiæ tormentum. Cic.11.Philipp. Mortem naturæ pœnam putat esse iracundiæ, tormentum.
¶Tormentum appellat Varro messis tritutam, quòd ibi frumentum teratur. Calepinus.
¶Tormentum generale vocabulum est omnium machinarum, saxa, tela, & id genus varia torquentium. Cæsar 4. bel.Gall. Atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submoueri iussit. Cic.ad Catonem, lib.15 4. Aggere, vineis, turribus, oppugnaui, vtsque tormentis multis. Stat 9. Thebaid.
-non illum impacta mouerent Tormenta.
Fortius tormento. Ouid.9.Metam.
Missilia tormenta, Vide MITTO.
Mutati tormento concita saxa. Virg.12.Æneid.
Rotare tormenta. Stat.10. Thebaid.

Tormina, torminum, pen.corr.neut.gen.plur.num. { σφῦρα } Genus morbi, à torquendo, quum dolore torquentur intestina, vel propter exulcerationem, quæ Græcè dysenteria dicitur, vel etiam alia ratione, vt scribit Cels.lib.4. Plin.lib. 20. cap. 14, Meutastrum torminibus cholericis efficacissimum. Celum.lib. 12.cap.7, Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta & mucosa ventris proluuies.
Cholerica tormina, Vide CHOLERA.
Affici torminibus, Vide AFFICIO.
Præbere se forticulum in torminibus. Cic.2.Tusc.

Torminosus, pen.prod. Adiect. { στροφώδης } Qui eum morbum patitur quem & oy.entericum appellant Græco vocabulo. Cic.4. Tuscul. Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint.
Tormines masculino genere protulit Nonius.

Torminalis, & hoc torminale, pen. prod. { στροφικός } Quod tormina infert. Plin.lib.15.cap.21, Quartum genus torminale appellant. De sorbis.
Torminalia sorba. Cels.lib.2.cap.30. Item mel coctum, pira immatura, sorba, magisque ea quæ torminalia vocantur, &c.

Tornatilis, Torno, tornas, Vide TORNVS.

Tornus, torni, m.g. { τόρνος, δίνος } Instrumentum fabrile quo ligna, ebur, & reliqua huiusmodi tornantur & poliuntur. Plin.lib.7.cap. 56, Normam autem & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem lib.16.cap.40, Calices ex terebintho solitus facere torno. Virg.3.eclog.
Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Ouid.ad Pisonem,
hinc exornata figuris
Aduoiat, excusso velox sententia torno.
Augusto torno versus includere. Propert. lib.2.eleg.35, hoc est, scribere versus elegos, qui minores sunt versibus heroicis. Simili translatione vsus est Scarius lib.4.Syl.7.musam sic alloquens,
-ingens opus in minores
Contrahe gyros. Hoc est, heroicum carmen in versus lyricos.

Torno, tornas { τορνόω } tornare, Torno polire, aut in aliquam formam figurare. Plin.lib 36.cap.22, Lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. Cic.de Vniuers. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius.

Tornatus, Adiectiuum, Rotundus, quasi torno factus. Lucret.lib.4.
Fit, quasi tornata vt saxorum structa tuantur.
Versus malè tornati. Metaphoricè pro Malè elaborati. Horat. de Arte.
¶Tornare, Circumagere. Plinius lib.36.cap.13, Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circumagente tornarentur.

Tornatilis, & hoc tornatile, penult. corr. { τορευτὸς } Quod torno factum est.

Tornator, pen. prod. tornatoris. Verbale. Firmicus lib.4.cap.7, ad finem, Facit quoque tornatores, aut simulachrorum sculptores.

TORONE Plin.lib.4.cap.10, Macedoniæ oppidum.

Torosus, Vide TORVS.

Torpeo, torpes, torpui { καταπήσσω, κατασκληκύνω } torpere, Animo & corpore ita debilitatum esse, vt quis langueat. Cic.1.de Nat.deorum, Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, vt si se commouerit, vereamur ne beatus esse non possit? Virg.3.Georg.
-consertóque agmine cerui

Torpent mole noua, & sumnis vix cornibus hærent. Plautus Amphit.4.
Animóque & corpore torpet, Hebet, Stupore hæret ac deficit, Horat.1.epist.6.
Cessatione torpere. Cic.lib.1.de Natur.deor.
Torpere metu, Præ timore ita obstupefieri, vt vix loco moueri queas. Liu.8.bel.Pun.
Veterno graui torpere. Virg.1.Georg. Hoc est pigrescere.
Acies luminum torpet, Vide ACIES.
Consilia torpent. Liu.ab Vrbe.6. Frigere & torpere consilia senis, sed Camillo tum vitæ satis, tum gloriæ esse.
Genæ torpuerant dolore, Non poterant præ dolore lachrymare. Genas accipit pro oculis. Ouid.epist.10.
Lingua torpuerat retenta metu. Hoc est, velut fixa substiterat, nec loqui poterat. Ouid.epist.11.
Pectora torpuerant longa mora. Ouid.1.Trist.eleg 3.
Vires torpent. Virg.9.Æneid.
-torpent infractæ ad prælia vires.
Vox & spiritus torpet. Liu.1.ab Vrbe.

Torpens, Partic. { παραλυόμενος } Cic.2.de Diuin.
Quidnam torpentes subitò obtutpuistis Achiui? Ex poeta.
Ignauia torpens. Stat.10. Thebaid.
Amnis torpens. Stat.4. Thebaid.
Hyems frigore torpens. Claud.5 Paneg.
Lacus torpentes. Stat.9. Theboid.
Membra torpentia ægre trahens. Silius lib.4.

Torpesco, torpescis { νεκρόομαι } torpescere, Torpidum fieri. Salust.in Iugurtha, Cæterùm ingenium quo neque melius, neque amplius in natura mortalium est, inculto atque socordia torpescere sinunt. Plin.lib.9.cap.35, Flauescunt tamen & illæ senecta, rugisque torpescunt. De margaritis.
Membra torpescunt gelu. Senec. Medea, 12.

Torpor, torporis, masc.gener. { νάρκωσις } Animi & corporis debilitatio, pigritia, stupor. Cicero 1.de Natura deorum, Aliæ fugase, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines.
Frigidus mentis torpor. Firmic.lib.6.cap.10.
Iners torpor. Stat.5.Sylu.3.
Vehemens torpor. Cels.lib.2.cap.8.
Pigro mentis torpore oppressus. Firmic.lib.6.cap.11.in fine.
Graui torpore deuictum premit mors. Senec. Herc.fur.12.
Membra nouus soluit formidine torpor. Virg.12.Æneid.

Torporo, torporas, pen prod. { ναρκάω } torporare, Torporem inducere. Turpilius Heteræ. Stupidus astat, ita eius aspectus repens, cor torporauit hominis amore. Id est torpefecit. Nonius.

Torpidus, penultima correpta, Adiectiuum { ναρκώδης } Torpens, piger: vt Torpidus sommo. Liu.us 5. bel.Pun. Et 2.bel.Punic. Quod malum præterquam atrox superrot clades, etiam nouum, cum stupore ac miraculo torpidos defixisset, &c. Hoc est stupefactos & attonitos.
¶Torpedo, pen. prod. torpedinis, fœ. g. { ναρκη, νάρκωσις } Idem quod torpor. Sallust. lib.1.Histor. Hæc si placent, si tanta torpedo animos obrepsit. Alij oppressit legunt.
¶Torpedo, fœm. item g. Genus piscis, qui limo mersus, occultat se, & pisces suprà natantes, torpentes facit: postquam verò obtorpuere, deuorat. Plin.lib. 32. cap.1, Ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo vel si hasta virgâve attingatur, quanuis prævalidos lacertos torpescere, quanlibet ad cursum veloces alligati pedes facere proditur. Idem lib.9.cap.42, Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens mersáque in limo se occultat. Cic. 2. de Nat.deor. Tutantur se, torpore torpedines. Claud. de Torpedine, 16, Mira torpedo.

TORQVATVS, pen.pro. { περικόπτω } cognomen Titi Manilij, qui ad Anienem occiso Gallo torquem detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius cuius iniussu quum filius aduersus hostem, à quo prouocatus fuerat, pugnasset, eoque occiso equestria spolia victor ad patrem tulisset, subitò eum quòd aduersus edictum suum, & rei militaris disciplinam fecisset, iussit occidi. Vide MANLIVS. Cic.1. de Finib. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, vt mihi quidem videtur, ac fieri potest vt errem, sed ita prorsus existimo, neque cum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, vt &c. Idem 4. Tusc. & 3. Offi. Virg.6. Æneidos,
-fæuumque securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.
Trues Torquati. Claud.1.in Eutrop.

Torquatus, pro Palumbo, Vide TORQVES.

Torqueo, torques, torsi, torsum & tortum { στρέφω, στρίπτω, λυγίζω, σπυρίλλω, κινδυλίω, βασανίζω } torquere, Inflectere. Plin.lib.36.cap.25, Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi clauis, ne torqueantur. *Afin qu'elles ne se tortent.* Virgilius libro 2. Georgicon, -& bona bello
Cornus: Ityræos taxi torquentur in arcus. Id est, torquendo inflectuntur.
Acies oculorum ardentes torquere, Vide ACIES.
Aquas torsit remis, Aduerso flumine nauigauit. Ouid.5.Fast.
Aurem torquere ab obscœnis sermonibus. Hor.2.epist.1.
Capillos torquere ferro, Calamistro inurere. Ouidius 1.de Arte amandi.
Ceruices oculósque pariter cum modorũ flexionibus torqueãt. Cic.2.de Legib.
Collum torquere. Liu.4.ab Vrbe.
Comam igne torquere. Ouidius 2. de Arte. Calamistro crispare.
Fusos torquent mulieres. Plin.lib.28.cap.2.
Amentatas hastas torquere. Cic.1.de Orat.
Iter torquere, id est, A via declinare. Stat.12. Thebaid.

Lumi

Lumina flammantia torquens anguis. Virg.3.Georg.
Oculum torquere, Ita sursum aut deorsum versus flectere, vt alterà veluti cuiusdam lucis reuerberatio videatur. Cic.4.Acad.Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi vnquam quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas.
Oculos torquere ad rem aliquam. Virgil.4.Æneid.
Orbes squamosos torquet volubilibus nexibus. Ouid.3.Metam. de serpente Cadmi.
In orbem torquere. Cic.de Vniuers. Deinde in orbem torsit, vt & ipse secum, & inter se ex commissura, quæ ex regione esset, iungerentur.
Os torquere. Cic.2.Offic. Quæ quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significat.o fit non adesse constantiam.
Proras ad littora torquent. Virg 3.Æneid.
Nautæ adnixi torquent spumas. Virg.3.Æneid.
Stamina torquere pollice. Ouid.12. Metam.
Terra quum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. Cic.4.Acad.
Vestigia torsit ad sonitum vocis. Virg.3.Æneid.
¶Torquere ius, per translationem, pro Auertere aut peruertere. Cic.pro Cecinna, Iuris retinere sententiam, & æquitatem plurimũ valere oportere, verbo ac litera ius omne torqueri: vos statuite Recuperatores, vtium vtilius esse videatur.
Versare suâ naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cic.pro Cælio.
¶Torquere, Torquendo iacere. Virg.5.Æneid.

In medios telum torsisti primus Achiuos. Lucan.lib.2,
-valet in torquendo dextera pilo.
Fulmina torquere. Virg 4.Æneid.
Iaculum torquere lacerto. Ouid.2. de Ponto, eleg.9.
Tela manu torsit. Ouid.12.Metam.
Tela torquentur lacertis. Lucan.lib.3.
¶Torquere terras, Gubernare. Virg.4.Æneid.
¶Torquere, Sustinere. Virg.6.Æneid.
-vbi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Idem lib.7,
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis. Seruius.
¶Torquere, Tormentum inferre, Angere, Molestiam offerre. Donatus, Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Plin.epist. 198, Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lacrymis, remitte indulgentiæ, ne torseris illum, ne torseris etiam te.
Qui in dolore est, torquetur. Cic.2.de Finib.
Eculeo torqueri. Cic.3.de Finib.
Torqueri dies & noctes. Cic.ad Atticum, lib.7.12.8.
Amore torquere aliquem. Ouid.2 de Arte.
Doloribus animi torqueri. Cic.1.de Finib.
Expectatione torqueri. Cic.ad Att.lib.8.16.6, Brundusij autem omne certamen vertitur huius primi temporis: qua quidem expectatione torqueor, sed omnia antè nos scimus.
Inuidia vel amore torqueri. Horat.1.epist.2.
Tuæ libidines te torquent. Cic.in Parad.
Memoria malorum torqueri. Cic.1.de Finib.
Mero torquere aliquem. Horat.de Arte.

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborent.

An sit amicitia dignus. Hoc est, Reges, quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant, tentantes an per potum quæ habent, secreta prodant.
Meru torqueri. Ouid.1.Amor.eleg.4.
Mirificè torqueor. Cic.Attic.lib.15.19.
Actiter nos tuæ supplicationes torserunt. Cælius Ciceroni, libro 8.11.
Timor torquet impendentis doloris. Cic.2.de Finib. Quum & præteriti doloris memoria recens est, & futuri atque impendentis torquet timor?
¶Torquere, Trahere. Virgil.6.Æneid.
-torquétque sonantia saxa. Seruius.
Torquere in diuersas partes. Plin.lib.11.cap.37.
Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. Cicero in Oratore.

Tortus, Participium { βασανισθείς, ἐστεμμένος. } vt Vino tortus. Horat. 1.epist.19,

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Comissúmque teges & vino tortus & ira. Vinum & ira tormenta sunt, quibus multi inuiti secreta fuderunt. Porphyr.
Verberibus tortus, Afflictus. Cic.in Topi.Nam & verberibus torti, & igni fatigati, quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere.
Expectatione tortus. Quintil.lib.6.cap.2.
¶Anfractus torti. Claud.4 Paneg.
Anguis tortus. Ouid.2.Metam.
Baculus tortus. Ouid.2.Metam.
Capillus tortus. Ouid.2.de Arte.
Comæ tortæ. Martial.lib.1.
Conditiones tortæ. Plaut.Menæch.14.
Corona torta. Propert.lib:3.eleg.20.
Crines torti in nodum. Martial.lib.1.
Facies torta. Ouid.in Ibin.
Funes torti. Virgil.4.Æneid.
Linum tortum, Funis. Ouid.3.Fast.
Radix torta. Ouid.11.Metam.
Serpentes torti. Catul.Argon.59.
Stamina torta. Tibul.lib 1.eleg.6.
Supercilia torta. Plaut.Rud.9.
Verber tortum, Vide VERBER.
Vertigo torta. Propert.lib.3.eleg.7.

Tortus, huius tortus { στρόφος } Cic.2 Tusc.
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam obtuitu asseruantem arborem. Ex poeta. Virg.5.Æneid.
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Tortum, torti, Machina ad torquendum saxa. Pacuuius Duloreste, Nam te in tenebras sæpe lacerabo fame clausum, & fatigans artus torto distraham. Nonius.

Tortè, Aduerbium, Obliquè, transuerse { ἐγκαμπύλως. } Lucret.lib.4,
-quanuis tortè, penitúsque remota Omnia, &c.

Tortuosus, pen prod. Adiect. { στρόφος, σπειρὸς, πεπλεγμένος, γεωγραφικὸς } Quod est tortum, Multis flexibus sinuosum. Liu.7.bel.Pun. Et per tortuosi amnis sinus flexúsque, &c.
Alius multiplex & tortuosa. Cic.2.de Nat.deor.
Soni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. Cic.2.de Nat.deor.
Ingenium multiplex & tortuosum. Cic.de Amic.
Serrula tortuosa. Cic.pro Cluentio.
Tortuosum visum & obscurum. Cic.2.de Diuin. Et quum stertentem aliquem viderint, obiicere his visa quædam tortuosa & obscura, quæ illi exterriti somnio, &c.
Tortuosum disputãdi genus, quod & anfractuosum dicitur. Cic. 4.Acad. Sed vt omnes istos aculeos & totum tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamúsque qui simus.
Tortuosa vrina, Quæ tortuosè diffluit. Plin.lib.21.cap.27.

Torsio, torsionis { στρόφος } Verbale fœmininum. Plin. lib. 20.cap.17, Priuatim eius vsus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & eruditates.
¶Torsio, seu Tortio, quam vulgò *Torturam* appellant. Firmicus lib.8.cap 15, Publicis tormentis lacerati, aut ignibus exusti, seu tortione legitima peribunt.

Tortilis, & hoc tortile, pen.corr. { στρεπτὸς } Quod retortum & replicatum est. Plin.lib 9.cap. 51, Polypi pariunt Vere ova tortili vibrata pampino. Ouid.epist.15, Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Buccina tortilis in latum. Ouid.1.Metam.
Nerui tortiles. Lucan.lib.6. Hoc est funes.
Pisces tortiles, Qui se facilè torquet. Ouid.13.Metam.

Torto, toras, torare, Frequentatiuum, Vehementer torquere. Pomponius Decuma fullonis, & vbi imbui in cocleatum equuleum, vbi toltim tortor. Id est Torqueor. Nonius.

Tortor, tortoris, pen. prod. masculi. gen. { βασανιστὴς } Qui torquet, id est, cruciat. Cic.pro Cluentio, Quum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, &c. Horat. 3.Carm.ode 5,
Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet. De Regulo. Iuuen. Sat.15.
Carnifex & tortor. Cic.11.Philipp. Ponite igitur ante oculos P.C. miseram quidem illam & flebilem speciem, & vocem impuram atque os illud infame, vincula, verbera, equuleum, carnificem tortorémque Samarium.
Si sapiens ad tortoris equuleum ire cogatur. Cic.4.de Fin.

Tortorium, In septimo ad Atticum libro, testamentum Curij vrbani & lepidi hominis de Tortorio esse putat Turnebus, velut si de seruis tortis testamenti tabulas fecisset Curius, quos seruos tum heredi relinqueret, vel cuipiam legaret: atque inde venustas est & lepos quæsitus: quis enim furciferum veller sibi legari, aut testamento relinqui? Tortorium autem ea est elatum forma, qua fundi solent, vt Tusculanum, Laterium: ex eo genere seruiciorum nemo libertate donatur.

Tortiuus, pe.prod. Adiect. vt Vinum tortiuum, Quod est nouissimè expressum. Cato cap.23. Colum.lib.12.cap.26.

Torques, & torquis { στρόφιον, στρεπτὸς } tam masc.quàm fœ gen. secundum Probum, significat circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, & summi pectoris. Propert.lib.4.eleg.11,
Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gell lib.9 cap 13, Caput galli præcidit, torquem detraxit, cámque sanguinolentam sibi in collum imponit. Plin.lib.33.cap.1, Auxiliares quippe & externos torquibus aureis, donauere, at ciues non nisi argenteis. Cic.1.de Fin. Torquem illum hosti detraxisse. Quintil.lib.6.cap.4, Quum ei Galli torquem aureum dedissent. T. Manilius is est qui ad Anienem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracta cognomen inuenit. Cic.3.Offic.
Q. Rubrium, excellenti virtute, authoritate, &c. torque donasti. Cic 5.Verr.
Ademptus torquis, Vide ADIMO.
Decorus torquis. Stat.10. Thebaid.
Miniatus torquis. Plin.lib.10.cap.42.
Nexis torquibus ornatæ aræ, Id est coronis. Virg.4.Georg.

Torquatus, pen.prod. Adiect. { στρεπτωτὸς } Torque ornatus. Torques aurei militibus ob rem strenuè gestam donari ab Imperatoribus solebant: vnde torquati dicti, qui duorum generum erant, simplares, duplaréque. Vegetius lib.2, Torquati, inquit, duplares, torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas, duplares duas, simplares vnam. Budæus. Ouid.epist.2,
Affuit Alecto breuibus torquata colubris.
Columba torquata. Propert.lib.4.eleg.5.
Torquatus palumbus, A signo torquis quod collo præfert. Martial.lib.13.

Torrens, torrentis, m.g. { χείμαρρος, χαράδρα } Fluuius qui non de fonte, neque de viua aqua, sed à pluuiis, vel de montibus in valles descendit, & in mare procurrit: æstate autem siccatur, aquis verò hyemalibus inundatur & currit. Virg.2. Æneid.
-aut rapidos montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores.
Stygius torrens. Ouid 3.Metam.

Tumidus torrens. Ouid.1.Amor.eleg.7.
Agi ritu torrentis. Ibidem.
Oratio velut torrens. Cic.2.de Finib.Quum enim fertur quasi torrens oratio, quanuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.
Torrens verborum. Quintil.lib.10.cap.7, Id potius quàm se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus quò vellent auferendum.
¶ Torrens, torrentior, torrentissimus, pro Vehementi, impetuoso, & in torrentis morem rapidum. Plin.lib.3.cap.16, De Pado flumine, Augetur ad Canis ortus liquatis niuibus agris quàm nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans.
Campi torrentes sanguine. Stat.1.Sylu 2.
Torrens dicendi copia. Iuuen.sat.10. Hoc est ingens & abundàs, sumpta translatio à torrente, qui magno rapitur impetu.
Fatum torrens. Lucan.lib.7,
Nec fortuna diu rerum tot pondera vertens,
Abstulit ingentes fato torrente ruinas. Id est, citò peregit maximá eædem fato vrgente. Euertit pugnantes morte præcipiti.
Flumina torrentia. Virgil.7.eclog. Id est, Quæ torrentis modo fluunt.
Flumine torrenti mersus. Ouid.in Ibin.
Oratio torrens. Quintil.lib.3.cap.8.
Sermo promptus, & Iſæo torrentior. Iuuen.Saty 3. Iſæus hic orator fuit, cuius mentio est apud Plin.Iuniorem, lib.2.epist.3.
Vadam torrentem innatat aluus. Virg.2. Georg.

Torris, huius toris, m.g. {θυλὰς} lignum teres quando ardet. Ouid. 8 Metamorphoseos,
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Ambustus torris. Virg 12. Æneid.

Torreo, torres, torrui, tostum {καθαίνω, ὑπάω, φρύγω, καταίνω} torrere, A torre deductum, significat siccare, atque arefacere, sed vsurpatum est iam pro eo quod sit igne vrere, vt ait Festus. Plin.lib. 11.cap. 20. Sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruetur: deinde sole verno torreantur, ac siculneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. De apibus.
Sitis torret ora. Propert.lib.4.eleg.10.
Artus torrentur febribus. Ouid.epist.20.
Viscera torrentur cæcis ignibus. Ouid.8.Metam.
¶ Torrere, de frigore etiam dicitur. Varro, Frigore torret.
¶ Torrere, Vrere. Virg.4.Georg.85,
Iam rapidus torrens sitientes Syrius Indos. Cic.in Somn. Medium autem illum & maximum solis ardore torreri.
Sapienrem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. Cic.in Pisonem,
Face mutua torrere aliquem. Horat.3.Carm.ode 9.
¶ Torrere, Assare. Plin.lib.7.cap.2, In nullum alium cibum nouere, quàm piscium, quos vnguibus dissectos sole torreant. Virg. 5. Æn. Subiiciunt verubus prunas, & viscera torrent.
Fruges torrere igni. Virg.1.Georg.

Torresco, torrescis, torrescere, Flammis cremari. Lucret.lib.3,
non inuenio qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

Torrens {ὤζων} Participium: siue Nomen ex participio: vt Ripæ torrentes pice, atráque voragine, Id est ardentes. Virgilius 9. Æneid.
Sydera torrentia agros. Horat.3.Carm.ode 1.
Axis torrentissimus. Stat.3 Sylu.1.

Tostus, Aliud Participium {καθαπτός} Cic.3.Tusc.
Fana flamma deflagrata, tosti alij stant parietes
Deformati, atque abiete crispa. Ex poeta.
Caro tosta. Ouid.12.Metam.
Crines tosti. Ouid.2.Metam.
Fruges tostæ. Virg 1.Georg.
Liba tosta. Ouid.6.Fast.
Ordeum tostum, Ad ignem vstulatum. Col.lib.12.cap.5.
Semina tosta Ouid.2.Fast.
Mansitas tosta, Quæ ex quadam veluti assatione Solis acquiritur. Plin.lib.12.cap.7.

Torridus, pen.cor. Adiectiuum {περαναχαυλήσις} Aridus, Vnde æstas torrida dicitur. Plin.lib.12.cap.20, Color abest ille torridus sole.
Torridus macie. Cic. pro Lege Agrar. Quem hominem vt grandi macie torridum Romæ, contemptum, abiectum videbamus, &c.
Torrida frigore pecora. Liu.1.bell.Pun.
Torrida gelu membra, Congelata. Liu 1.bell.Pun.
Aër torridus æstuat. Propert.lib.2.eleg.29.
Æstas torrida. Virg.eclog.7.
Fontes torridi. Liu.4.ab Vrbe.
Tellus torrida. Lucret.lib.5.

Torrefacio, torrefacis, pen.cor. torrefeci, pen.pro. torrefactum {καταπλάω} torrefacere, Comburere, Coquere, Multum calefacere, Siccare. Columell. libro 2. capite 21. 3, Quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruum, vel in nubilarium coguntur, & subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem lib.12. cap.15 4. Et oblita vasa clibano vel fumo torrefaciunt, quo celerius omnis humor exoquatur.
¶ Tortor, tortaris, tortari, Moueri circumagi. Verbum antiquum. Lucret.lib.3,
Omnia iam seorsum cernes, incisa reperti
Vulnere tortari, & terram conspergere tabo.

Torsio, Tortilis. Tortiuus, Tortor, Tortum, Tortuosus, Tortus, Vide TORQVEO.

Toruè, Vide TORVVS.

Torus, tori, m.g. {σκάμμα, στιβάδιον} Lectus ab intortis herbis dictus, vt tradit Seruius in illud 5. Æneid. Viridante toro consederat herbæ. Plin.lib.8. cap.48, Antiquis enim torus à stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gaulape.
Pellex tori regij. Senec.Agamemn.13.
Socia tori, Vxor aut concubina. Ouid.10.Metam.
Consors tori, Coniux. Ouid.7.Metam.
Tori coronarum. Cic.in Oratore, in descriptione temperati & mediocris oratoris, qui nec subtilitatem tenuium, nec magnificentiam sublimium sequatur, sed medium quendam cursum inter vtrunque teneat. Addit (inquit) aliquos, vt in corona, toros, omnémque orationem ornamentis modicis verborum sententiarúmque distinguit. Sensus est: In coronis sunt eminentiæ quædam, quæ tori vel toruli vocantur. Ita etiam in mediocri oratione nonnunquam, sed leniter, decet assurgere, ita vt modica verborum & sententiarum ornamenta appareant.
¶ Altus torus. Virg.2.Georg.
Asper torus signis eburnis, Sculptis signis excisus. Stat 3.Sylu.1.
Cælebs torus. Senec.Herc.fur.4.
Festus torus. Stat.1.Sylu.2.5.
Geniales alti tori. Virg.6.Æneid. Hoc est, lecti discubitorij, in quibus genio indulgere solebant, seu lætè conuiuere.
Illiciti tori. Lucan.lib.10, Concubitus illiciti.
Mollis torus. Ouid.2.de Arte.
Obscœnus torus, Impudicus. Ouid.2.Trist.
Plumeus torus. Ouid.11.Metam.
Pudici tori coniugis. Senec.Agamemn.3.
Purpureus torus Ouid.epist.5.
Quietus torus, In quo quiescunt dormientes. Valer.1.Argon.
Socialis torus. Ouid.2.Fast. Id est, vxores nostræ.
Tyrius torus. Catul.in Epithal.Iuliæ, 56.
Viduus torus. Ouid.epist.5.
¶ Conciliare iugales toros. Stat.3.Sylu.5.
Conductus torus. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Viridante toro confederat herbæ. Virg.5.Æneid.
Contemerare torum alicuius. Ouid.2.Amor.eleg.7.
Pictis toris discumbere. Virg 1.Æneid.
Extruere toros. Id est, lectos discubitorios. Virg.3.Æneid.
Legitimi tori fallere iura. Ouid.epist.15.
Fouere torum. Ouid.2.Amor.eleg.11.
Iacere in toro. Ouid.2.Amor.eleg.4.
Incumbere toro. Virg.4.Æneid.
Insidere toro. Ouid.epist.19.
Ponere se toro. Ouid.11.Metam.
Premere torum. Ouid.1.Amor.eleg.4.
Promissus mihi torus. Ouid.epist.6.
Illicitos toros & stupra quærere. Senec.Hippol.2.
Seruans torum casta fide. Here.fur.5.
Sternere torum. Ouid.6.Metam.
Vestiti tori gramine, Tori graminei. Ouid.1.Fasto.
Violare toros alicuius. Senec.Octau.4.
¶ Toros {μηρούς} etiam appellamus pulpam carnis musculosam, in qua est robur & fortitudo: vt sunt partes membrorum neruosæ, callosæque, & in se propemodum collectæ. Valerius Flaccus,
Protulit hortendósque toris informibus artus. Virg.3.Georgicon,
Luxuriátque toris animosum pectus honesti.
Spadices. Cic.2. Tusc.ul.
O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Ex poeta.
Arduos toros tollit taurus. Hoc est, collum pulposum & corpulentum. Senec. Hippol.10.
Comantes tori. Virg.12 Æneid.
De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibusdam in locis turgescunt. Cornelius Celsus lib.7, Ae per ipsos venarum toros inæquale est.
De vitibus similiter. Colum.de Arbor.cap.16, Arbustiuam vitem quàm putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maximè vis consistit, diutiúsque perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis conuenit subsequi putationem, ita vt tori renouentur, & vitis per idoneos ramos disponatur.
Ripatum tori. Virg.6.Æneid.

Torosus, pen.prod. Adiectiuum {μυοκόσης} Qui pulpam carnis musculosam habet, in qua est robur & fortitudo. Colum.lib.6.cap.13, Scribit parandos esse boues nouellos, ceruice longa, & torosa.
Ceruix torosa. Catull.de Berecynth.58.
Colla torosa boum. Ouid.7.Metam.
De herbis etiam dicitur. Plin.lib.19.cap.5, Breuior est, sed torosior, amariórque inula.

Torulus, pen.corr. {στιβάδιον} Diminut. Plaut. Amphit.3,
Tum meò patri autem torulus inerit aureus sub petaso. Vbi interpres trochulus legendum esse contendit, à trocho scilicet diminutiuum: vt sit rotula parua aurea tanquam rosæ similitudinem gerés. Alij constanter legunt torulus: interpretantúrque torulos, ornamenta aurea vel argentea, quæ pileis & petasis adiunguntur. Vade est illud Aleiati in Emblematum suorum præfatione,
Vestibus vt torulos, petasis vt figere palmas,
Et valeat tacitis scribere quisque notis.

Toruus, Adiectiuum {γοργωπός, ὑπόδρας} Aspectu formidabilis, terribilis, A torto aspectu: quanuis alij à toruitate taurorum, qui cum quadam truculentia respectant, deductum velint. Seruius, à terendo deducit, e in o mutata. Virg 3. Georgicon,
optima toræ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Id est terribilis. Idem 10. Æneid.
toruus Abas.
Toruus visu. Stat.2.Thebaid.
Apri torui. Ouid.2.de Arte.
Cornua toruа. Pers.satyr.1.
Toruus draco serpit subter superáque reuoluens sese. Cic.2.de Nat.deor.
Facies toruа, Ferocitatem quandam ipso aspectu præ se ferens.

Columel-

Columella libro 6.cap.20.
Forma toruа. Ouid.2.de Ponto, eleg.8.
Frons toruа, Terribilis & immitis. Virgil.3.Æneid.
Fronte toruа petulans iuuencus. Senec.Hippol.3.
Iuuenci torui, Truces & aspectu terribiles. Ouid.10.Metam.
Lumen toruum, Oculus dirus & minax. Virg 3.Æneid.
Oculi torui. Plin.lib 11.cap.37.
Oculis toruis tuens. Ouid.5 Metam.
Prælia. Catul.de coma Beren.61.
Taurus. Ouid.7.Metam.
Responsa toruа trucis Senatus. Silius lib.11.
Vada. Senec. Thebaid.1.
Vina toruа, Aspera, & indomita, siue immitia. Plin.lib.17.ca.23.
Vultus toruus. Quintil.lib.6.cap.1.

Toruitas, pen.corr. toruitatis {ὑποδρασία} Propriè taurorum est, quasi taurorum acerbitas. Plin.lib.7.cap.19, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilem.

Toruè, Aduerb. {ὑπόδρα} Plautus,
Quid me toruè aspectas?

Toruiter, Aduerb Ennius Pancratiastæ,
Quem nunc tu tam toruiter increpuisti. Nonius.

Toruum {ὑποζωμασκούς} Aliud aduerb. pro Toruè. Apuleius, Quum toruum in eos intueretur. Virg.7.Æneid. -toruúmque repentè
Clamat, Io matres audite vbi quæque Latinæ.

Toruа {ὑποδεικτικῶς} Similiter Aduerbium idem significans. Virg. 6.Æneid.
Talibus Æneas ardentem, & toruа tuentem
Lenibat dictis animum. Seruius, Toruа, pro toruè, id est terribiliter.

Tot {τοσοῦτος} nomen numerale indeclinabile. Ci. 2. de Orat. Quot homines, tot causæ. Idem de Arusp.resp. De templo tot Senatus extare consulta, quot de mea domo. Et 5. Tusculan. In his tot & tantis atque etiam quæ plura possunt accidere. Virg.1.Æneid.
Quídue volens regina deúm, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit.
Tot viri ac tales. Cic.pro Cælio.
Tot & tantæ, & tam graues ciuitates. Cic.4.Verr.
Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. Cic.pro l.Man.

Totidem, pen.corr. Indeclinabile {τοσοῦτα} Par numerus. Cic. 2. de Diuin. Totidem annos vixerunt. Idem ad Atticum, lib.6.12. Istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. Virg.3.Aeneid.
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.

Toties, Aduerbium {τοσαυτάκις} Tot vicibus. Cic. ad Attic.lib.7.13, Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. Virg.4.Æneid.
Quos ego iam toties sum dedignata maritos.
Toties, geminatum. Cic.4.Verr. Tot Prætores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores nostros Siculi Senatum adierunt: toties hac memoria.
Toties, quoties. Cic.1.de Orat. Hoc nos si facere velimus, antè condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm toties, quoties perscribitur, Pæanen, aut Munionem citarimus.
Quoties, toties. Cato cap.1, Quoties ibis, toties magis placebit.
Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Cic. pro Cluentio.

Totus, tota, totum {ὅλος, ὁλοτελὴς, πᾶς} Ad quantitatem refertur.
Totum & partes. Cic.1.Academ. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus.
Tota & partes. Cic. in Topicis.
Totum & vniuersum. Cic.4.de Finib.
Leue enim est totum hoc, risum mouere. Cic.2.de Orat.
Hoc totum quicquid est, siue artificium, siue, &c. Cicero 2. de Oratore.
Totus ego. Plaut. Trucul.15.
Totus gaudeo. Idem Aulul.16,
Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Idem Asin.16,
Totus perij. Terent.Heaut.5.4,
Ego nunc totus disploceo mihi. Idem Eunucho, 5 9,
Fratris igitur Theis tota est? Idem Adelph.4.2,
Ctesipho autem in amore est totus.
Antonius perspicier totum me futurum suum. Cic. Att.15.321.
Quum totum se ad inuestigationem naturæ cóstituisset, in ea ipsa plurimum dissentit à suis. Cic.1.Acad. Hoc est, omnino.
Totum ei me tradidi. Cic.de Claris Orat.
Totus est alienus à physicis. Cic.1.de Finib.
Totus est noster Plancius. Cic.ad Qu.frat.lib.2.5, Plancius totus est noster.
Totæ, datiuus pro tori. Plaut. apud Varronem lib.6.de Ling.Lat.
Gannit odiosus omni totæ familiæ.
¶ Totæ ædes. Plaut. Mostel 3,
Ædificantur ædes totæ denuò. Cic.3.Verr. Clamor interea fit tota domo inter seruos. Idem pro Fonteio, Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro.
Quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorúmque totas ætates videmus esse contritas. Cic.1.de Orat.
Totus annus. Plaut.Asin.13. Terent.Eunucho, 2.2,
Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam. Cicer.4. Verr. Facite vt vobis triennij totius veniat in mentem.
Toto corpore, atque omnibus vngulis, Prouerbialis locutio, pro toto conatu. Cic.2.Tusc. Quid? qui volunt exclamare maius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem perscribitur, Pæanen, aut Munionem citarimus.
Quoties, toties. Cato cap.1, Quoties ibis, toties magis placebit.
Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Cic. pro Cluentio.

Totus, tota, totum {ὅλος, ὁλοτελὴς, πᾶς} Ad quantitatem refertur.
Totum & partes. Cic.1.Academ. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus.
Tota & partes. Cic. in Topicis.
Totum & vniuersum. Cic.4.de Finib.
Leue enim est totum hoc, risum mouere. Cic.2.de Orat.
Hoc totum quicquid est, siue artificium, siue, &c. Cicero 2. de Oratore.
Totus ego. Plaut. Trucul.15.
Totus gaudeo. Idem Aulul.16,
Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Idem Asin.16,
Totus perij. Terent.Heaut.5.4,
Ego nunc totus disploceo mihi. Idem Eunucho, 5 9,
Fratris igitur Theis tota est? Idem Adelph.4.2,
Ctesipho autem in amore est totus.
Antonius perspicier totum me futurum suum. Cic. Att.15.321.
Quum totum se ad inuestigationem naturæ cóstituisset, in ea ipsa plurimum dissentit à suis. Cic.1.Acad. Hoc est, omnino.
Totum ei me tradidi. Cic.de Claris Orat.
Totus est alienus à physicis. Cic.1.de Finib.
Totus est noster Plancius. Cic.ad Qu.frat.lib.2.5, Plancius totus est noster.
Totæ, datiuus pro tori. Plaut. apud Varronem lib.6.de Ling.Lat.
Gannit odiosus omni totæ familiæ.
¶ Totæ ædes. Plaut. Mostel 3,
Ædificantur ædes totæ denuò. Cic.3.Verr. Clamor interea fit tota domo inter seruos. Idem pro Fonteio, Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro.
Quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorúmque totas ætates videmus esse contritas. Cic.1.de Orat.
Totus annus. Plaut.Asin.13. Terent.Eunucho, 2.2,
Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam. Cicer.4. Verr. Facite vt vobis triennij totius veniat in mentem.
Toto corpore, atque omnibus vngulis, Prouerbialis locutio, pro toto conatu. Cic.2.Tusc. Quid? qui volunt exclamare maius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem perscribitur, Pæanen, aut Munionem citarimus.
Cogitare totos dies & noctes de aliquo. Cic.pro Murena.
Totus lasciis. Plin.epist.259.
Tota erras via. Terent.Eunucho, 1.2,
Tota mente incumbere in curam aliquam. Cic.ad Attic.lib.16. 335, Nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res est. Virg 4.Æneid.
-habes tota quod mente petisti.
Tota mole corporis, totóque pondere niti. Colum.lib.2.cap.2.
Vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque per fectis absolueret. Cic.de Vniuers.
Et pentus toto diuisos orbe Britannos. Virg eclog 2.14.
Toto pectore amare, vel cogitare. Cic.1.de Legib.Vbi illa sancta amicitia si non ipse amicus per se amatur toto pectore, vt dicitur? Idem 2.Tusc.ul. Ad ferendum igitur dolorem placidè & sedatè plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare quàm id honestum sit.
Omne cœlum, totámque cum vniuerso mari terram mente complecti. Cic.2.de Finib.
Totis viribus. Liu.6.bel.Pun. Sed quoniam vos instructos & ordinatos cognosco, ad Carthaginem nouam oppugnandam totis viribus, & bono animo transeamus.

Toxicum, toxici, pen. corr. {τοξικὸν} vnde dicatur, Plinius his verbis ostendit lib.16.cap.10, Simile et iamnum his aspectu est, nequid præterearum, taxus, minus virens, gracilísque, & tristis ac dira, nullo fuco, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis in Hispania præcipuè venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius similacem à Græcis vocari dixit: & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cubúmve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguuntur. Nicolaus tamen Leonicenus in libro De errotibus medicorum aliud affert etymon, Toxicon, inquit, genus est veneni, quo sagittæ ab antiquis tingebantur: hinc enim illi apud Græcos nomen, quoniam missilia, quæ ipsi toxeumata appellant, hoc potissimùm medicamine inficerétur. Plaut.Merc. 8.4, Certum est, ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. Horat Epod.17,
Quid proderit ditasse Pelignas anus:
Velociúsve miscuisse toxicum. Ouid.4.de Ponto, eleg.7;
Bibere toxica. Propert.lib.1.eleg.5.
Miscere toxica. Ouid.2.Amor.eleg 2.

T R

Trabalis, Vide TRABS.

Trabea, trabeæ {πρόβλης, πρόκλωσις} Genus vestis, cuius tria sunt genera, vt Suetonius lib.de Genere vestium inquit: Vnum quod diis fieratur, tantúm purpura factum. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen aliquid albi. Tertium augurale, ex purpura & cocco mistum. Hæc Seruius. Erat autem vestis togata purpura circundata subtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Virgil.de trabea regali ait, 7.Æneid.
Ipse Quirinali lituo, paruáque fedebat
Succinctus trabea. Ibidem,
Ipse Quirinali trabea Consul, &c. Plin.lib.8.cap.48, Trabeis vsos accipio reges. Idem lib.9 cap.39.
Decorus trabea Romulus. Ouid.2.Fast.
Graues auro trabeæ. Claud.2 Paneg.
In funebri pompa trebantur & equites trabea, si Tacito credimus, qui in tertio de funere Germanici sic ait, Igitur Tribunorum, centurionúmq; humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, versi fasces, atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliáque funerum solennia cremabant.

Trabeatus, pen.prod. Adiect. {πρόβλητος} Qui trabea indutus est. Ouid.lib.1.Fast.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini, &c. Liu.2.bel.Maced.
Agmina trabeata Stat.4 Sylu.2.
Trabeati equites à trabeis vestibus dicuntur, quæ tanquam quasdam discolores habent pannorum trabes. Inde enim nomen. Trabeati autem erant equites Romani cùm transuchebantur, vt Valerius scribit. Ex Turnebo.

Trabs, trabis, vel trabes trabis, fœm. g. {δοκὶς, δοκὸς} Propriè vt Festus ait, sunt duo tigna ædificij gratia simul compacta. nam quum simplicia sunt, non trabes, sed tigna dicuntur. Cic. 3. de Nat. deor. abiegna trabes. Cæsar 3 bel. Gal. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine.
Sylua frequens trabibus, Arboribus densa. Ouid.8.Metam.
Acernis trabibus contextus equus. Virg.2 Æneid.
Ahenæ trabes. Claud.1.de raptu Proserp.
Annosæ trabes. Stat.9. Thebaid.
Densis trabibus vmbrosa templa. Ouid.1.Metam.
Excisa trabs. Virg.2.Æneid.
Fractæ trabes. Iuuen.sat.14.
Fraxineæ trabes. Virg.6.Æneid.
Nexæ trabes ære. Virg.1.Æneid.
Perpetua trabes, Vide PERPETVVS.
Plana trabs, Trabium contextus planus. Cato cap.18.
Quadrifida trabs. Valer.1.Argon.
Saucia fecuri trabs ingeas, Maxima arbor fecuri percussa. Ouid. 10.Meram.
Solidæ trabes. Ouid.8.Metam.
Sublimi à trabe pendere. Ouid.1.de Remed.amor.
¶ Trabs Cyprія, pro naui. Horat.1.Carm.
-vt trabe Cyprіa
Myrtoum pauidus nauta secet mare. Ea autem de causa trabs Cyprіa accipi videtur pro naui, quòd Cyprus omni materia ad nauium ædificationem sic abundaret, vt ab ima carina, ad summum carchesium, sine subsidi aliarum regionum totam nauim absolueret,

& omnibus armamentis eam instrueret, cuius rei locupletissimus testis est Marcellinus, quem vide. Annotauit Turnebus.

Natantis trabis impetus. Carul. de Phaselo, 4.

Turbatur mare trabibus, Id est nauigiis. Virg. 4. Æneid.

Vasta trabs. Persius sat. 5.

Caua trabs. Virg. 3 Æneid.

Trabes hymettiæ. Horat.

Non trabes hymettiæ premunt columnas. Trabes hîc non è materia, sed marmore sunt, imponebantúrque columnis. Ideò dico, quòd mirum videri quibusdam intelligo è lapide trabes fieri. Plinij tamen id confirmabimus authoritate, qui lib. 36, ita scribit, Circa Syenem verò Thebaidis Syenites, quem antè pyrrhopœcilon vocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliscos vocantes. Hæc Turnebus in illud Horatij.

Trabicus, penul. ima correpta, Adiectiuum { τραβικὸς } Quod trabibus factum est: vt Nauis trabica, quæ trabibus confecta est. Festus.

Trabalis & hoc trabale, penultima producta { τραβᾶλις. } Cicero 7. Verr. Et vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognouisse. Erasmus admonet Ciceronem vsum clauo trabali in consimilem sensum quo Herculeo nodo, pro vinculo arctissimo atque indissolubili veuntur eruditi.

Claui trabales, pro Specie tormentorum, seu vectibus tortoriis, apud Horatium, lib. 2. Carm. ode 35,

Te semper anteit sæua necessitas,

Clauos trabales, & cuneos manu

Gestans ahenea: nec feuerus

Vncus abest, liquidúmve plumbum.

Hasta trabalis, Ingens, quanta est trabs. Stat. 4. Thebaid.

Telum trabale. Virg. 12. Æneid.

Trachali, Appellantur muricum ac purpuræ superiores partes. Vnde Aristinetes maritimi cognomen traxerunt. Festus.

Trachallus, { τραχηλιὰς } Orator Domitiani temporibus sublimis & satis apertus fuit, & quem velle optima credereres: auditus tamen maior. Quintilianus libro 10. capite 1. Idem libro 12. capite 5, ad finem.

Trachea, pen. prod. siue trachia { τραχεῖα } Arteria pulmonis, quæ & spiritalis fistula dicitur. Vide Gell. lib. 17. cap. 11.

Trachelum, trachely, siue Trachelus, pen. prod. Media pars est naualis veli, cuius summa carchesium nominatur. Sipontinus. Sic etiam legitur apud Macrobium 5 Saturn. cap. 21, Sed docti legendum putant, Naualis mali.

TRACHINA: pen. product. { τραχὶν } oppidum Campaniæ: quæ posteà interposita a, Tarachina, vel Tarachinæ Tarachinarum tantùm pluraliter, Anxur etiam anteà dicebatur. Nunc autem Taracina vocatur, vide suprà.

Trachoma, pe. pro. trachomatis, Græcè τράχωμα, Vocatur scabritia palpebrarum interior: sicut in eadem parte glabritas, hoc est defluuium pilorum, madarosis & milphosis.

TRACHONITIS, pen. prod. { τραχωνῖτις } regio Syriæ Palestinæ, vt scribit Plin lib 5. cap 18, Quam ferunt inter montem Libani & lacum Tiberiadis sitam esse. Cuius tetrarcha fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ. Est &, vt Hieronymus inquit, trans Bosram Arabiæ ciuitatem in deserto, contra Australem plagam, quasi ad Damascum respiciens. Hanc gentem instituit Cis filius Aram, vt scribit Iosephus lib. 1. Antiquit.

TRACHYNA { τραχὶν } ciuitas Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata est. Hinc ab Ouid. Trachynius Ceyx coniunx Halcyones. Græci trachyna vocant aspera. Vnde Tarachynam quasi Trachynam ab asperitis dici autumat. Strabo. Et ab hac Trachyna Thessaliæ, Sophoclis tragœdia Trachyna dicta est. Vnde Cic. lib. 2. Tusc. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachynis edit?

Trachynus, pen. prod. { τραχινὶς } Adiect. vt Saxa Trachyna. Senec. Herc. Oetæo, 2.

Trachynius { τραχίνιος } Aliud adiectiuum, vt Miles Trachynius. Lucret. lib 3.

Poppis Trachynia. Ouid. 11. Metam.

Telius Trachynia. Ouid. 11. Metam.

Tracta, tractorum, pars placentæ. In ea enim, vt apud Catonem describitur, est solum, quæ pars est ima, & tanquam fundamentum. Sunt tracta, ea ficta farinacea, aut addita alia materia & impensa, quæ imponuntur solo: quo verbo etiam vtitur Athenæus hunc in modum, εἰς δὲ τὰ πεπέρεα καὶ κύμινα τράκτα μίξεις, ὅσπερ καὶ ἐπὶ τῶν. Tracta, autè vocantur à trahendo & tractâdo. Tractam dicit fœminino genere Plinius, Decimo ad speciem tractæ subigût vuę passæ succo. Ex eo placentam vulgò *tartam* traiecta litera tanquã tractam appellamus. Tracta lance etiam inuenitur. Cato de re rust. Farinæ siliginneæ l. 11. vnde solum facias in tracta farinæ l 4, Sic alibi frequenter. Author Turnebus.

Tractatus, Tractim, Tracto, tractas, Tractus, Vide TRAHO.

Trado, tradis, tradidi, traditum, pen. corr. { παραδίδωμι, μεταδίδωμι } tradere, Dare, porrigere. Plaut. Merc. 6,

Præsto ipsi facito coram vt tradas in manum.

Aliquem de manu in manum tradere. Cic Cæsari lib. 7. 5.

Tradere regionem vel vrbem ad diripiendum. Cicero pro Domo sua, Neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat.

Ad supplicium tradere. Liu. 9. bel. Pun.

Arma tradere. Cæsar 2. bell. Gall.

Causam aduersariis tradere. Terent. Phorm. 2. 1.

Tenere consuetudinem ab aliquo traditam. Cic. 2. de Diuin.

Consuetudini Latinæ tradere. Colum. in Procem. lib. 12. Hoc est in Latinum sermonem vertere.

In custodiam tradere. Cic. ad Qu. frat. lib. 1 2, Et cùm eum fugitiuum esse posteà ex Æsopi literis cognosceret, hominem comprehendit. & in custodiam Ephesi tradidit.

Custodiæ tradere. Colum. lib. 8. cap. 15.

In disciplinam tradere. Cic. 2. Philip. At enim te in disciplinam meam tradideras.

Effectum tradere aliquid. Plaut. Curc. 8.

Excruciandum aliquem tradere. Hirtius 4. bel. Alexand.

Fama tradita res, Rumore tantum accepta & tecta. Liuius 7. belli Punici,

Fama traditur. Liu. 5 ab Vrbe. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximéque vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse.

Infidem deditionémque se suáque alicui tradere. Liuius 4. bel. Macedonici.

Furtim tradi. Tacit. lib. 19. Vacuam aream furtim tradi futurum.

Gaudium tradere. Liu. 6 bel. Maced. Ob eam ferociam maius victoribus gaudium traditum fuit. Vetus exemplar habet traditus. Sensus autem est: Damocritus traditus fuit maius gaudium victoribus ob ferociam. Liceret etiam dicere, fuit maiori gaudio.

Inimicitias posteris tradere. Cic. ad Articum lib. 14. 310, Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. Hoc est, quasi hereditatem relinquere. Budæus.

Lampada tradere. Lucret. lib. 2 16.

In manus alicuius tradere. Liu. 5. ab Vrbe

Morem tradere. Plin. lib. 15. cap. 30.

Morem traditum ab antiquis seruare. Horat. 1. Ser. sat. 4.

Mores opibus tradere. Martial. lib. 11.

Palmam tradere alicui. Plin. lib. 14. cap. 4.

Per manus tradere. Cæsar. 1 bel. Ciuil.

Tradantur per successiones morbi. Plin. epist. 12.

In posteros sermonem tradere. Quintil. lib. 1. cap. 1.

In potestatem alicuius alterum tradere. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Prædia vacua alicui tradere. Cic. pro Rosc. Amer.

Tradere aliquem in pistrinum, Quod & trudere dicitur. Plautus Most. 2.

Prouinciam alicui tradere. Terent. Heaut. 3. 2.

Prouinciam per manus tradere. Cic. de Prouinc. Consul. Nam vt C. Iulius omnibus à senatu eximiis ac nouis rebus ornatus per manus hanc prouinciam tradat ei, cui minimè vos velitis.

Tradere puerum præceptori, vel magistro. Plin. epistol. 47. Cic. 3. Tusculan. Cùm verò parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, eum ita variis imbuimur erroribus.

Sartam tectam ædem tradere. Cicero 3. Ver. Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere.

Tradere se dicitur miles, quum dedit se aduersario. Cæsar 8. bell. Gal. Itaque necessitate coacti se tradiderunt.

Tradere se in portum. Cic. 1. de Inuent. Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.

Authorem inimicis alicuius se tradere. Cicero post reditum ad Quirites.

Se libidinibus constringendos tradere. Cic 1. de Finib. 7. Plerique autem quòd tenere atque seruare id quod statuerunt non possunt, victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos nec quid prouenturum sit prouident.

Se quieti tradere. Cic. 1 de Diuinat. Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit.

Se totum alicui tradere. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 27. Domum (vt debuimus) ad eum statim venimus, eique nos totos tradidimus.

Sub leges pacis tradere se. Virg. 4 Æneid.

Se totum tradere, pro Accommodare & parere. Cic. ad Tironem, lib. 16. 1 Ei te totum trade: malo te paulò post valentem, quàm statim imbecillem videre.

Tradere se studiis. Plin. epist. 9.

In seruitutem. Cic. de Prouinc. Consul. Iam verò publicanos miseros, me etiam miserum, illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & Syris nationibus natis seruituti.

Vltro tradere. Horat. 2. Serm. Saty. 5.

¶ Traditur, vel traditum est: pro Literis traditum est siue Monimentis traditur, aut Scriptum est. Luius 1. ab Vrbe, Id non traditur quum haud dubiè aliquanto numerus maior hoc mulierum fuit. Cic. 1. Tusc. Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse traduntur. Ibidem, libro 5 160. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse.

Tradit Cic. Plin. lib. 7. cap. 21.

Tradit & Fabius pictor in annalibus suis, quum obsideretur præsidium Romanum, &c. Plin. lib. 10. cap. 24.

Aristides qui omnium iustissimus fuisse traditur. Cic. pro Sestio,

Traditur antiqui fabula plena ioci. Ouid. 2. Fast.

Non traditur. Plin. lib. 13. cap. 1, Vnguenta quis primus inuenerit, non traditur.

Non certum traditur. Liu 2. ab Vrbe.

Literis tradita. Cic. 7. Verr. Quid verò illa Segestanorum non solùm literis tradita, neque commemorata verbis: sed multis officiis, illorum vsurpata & comprobata cognatio?

Memoria traditum. Cic. ad Domitium, libro 6. 22. Quæ didicisti quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis viris tradita memoria, & scientia comprehendisti, iis hoc tempore vtare.

Memoriam alicuius rei posteris tradere. Liu 8. ab Vrbe, 52.

Ingenium variósque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Cic 3. de Orat.

Memoriæ posteris tradere. Liu. 3. ab Vrbe.

Memoriæ aliquid tradere. Cic. in Somnio. Ades, inquit, animo & omitte timorem Scipio: & quæ dicam trade memoriæ.

Memoriæ traditum est. Cic. in Parad. Nam istum doctum & sapientem

pientem virum fuisse memoriæ traditum est.

Monumentis traditur. Plin. lib. 7. cap. 16, Aliàs creditur.

Posteris tradere auguratum. Cic. 1. de Diuin. Atque ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed à certis acceptus, & posteris traditus.

¶ Tradere, pro Docere. Cæsar 6. bell. Gall. De deorum immortalium vi ac potestate disputant, & inuenturi tradunt.

Putabam virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minus & vi ac metu tradi. Cic. 1. de Orat. c.

Verbosius aliquid tradere. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Quum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. Cic. 1. de Orat.

Artem dicendi & memoriæ. Cicero pro Flacco, Et qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris profitebatur, ipse omnibus turpissimis iudiciis conuictus est. Idem 4. Acad. Qui quidem etiam pollicenti cuidam se artem ei memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurum respondisse dicitur, obliuisci se mallet discere.

Artificium disputandi. Cic. 4. Acad.

Præcepta plurima tradere. Cic in Orat.

Præcepta tradit volandi. Ouid. 8. Metam. De Dædalo.

Rationem prudentiæ. Cic. 3. de Finib. Impellimur autem natura vt prodesse velimus quamplurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis.

Res gestas tradere carminibus. Lucret. lib. 5.

Vias optimarum artium aliquibus tradere. Cic. 2. de Diuin.

Traditus, pen. corr. { παραδιδόμενος } Participium, vt Neci traditus. Seneca Medea, 7.

Traditio, Verbale { παράδοσις } Cic. in Topic. Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

¶ Traditio, Doctrina. Gell. lib. 13. cap. 21. Per quod apparet non esse id poeticè à Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, vt Nemo à quibusdam vxor esse Martis diceretur.

Ieiuna atque arida præceptorum traditio, atque nuda. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Traduco, traducis, penult. producta, traduxi, traductum { μεταγω, διάγω, μεταβιβάζω, διαβιβάζω, μεταφέρω, διαγωγίζω, παραδιαγωγίζω } traducere, Ex trans & duco, n & sabiectis, De loco ad locum ducere, quod & transducere dicitur. Terent. Heaut. 4. 4.

Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos properé. Idem Adelph. 5. 7.

Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos.

Traducere copias flumen. Cæsar 1. bel. Gall.

Equum traducere. Cic. pro Cluentio.

Messes satas aliò traducere. Virg. eclog 8.

Abducere & traducere. Cic. 2. de Orat. Abducere animos à contratia defensione, & ad nostram conor traducere.

Traducere & cõuertere. Cic. 2. de Orat. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandum Cæpionis fugam.

Traducere ad se valetudinem proximi membri. Cic. 3. Offic. Vt si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse esset.

Traducere aliquem ad se torum. Cic. 4. de Finib. Atqui, inquam Cato, istud obtinueris, traducas me ad te torum licebit.

Eos qui audiunt, ad magnam admirationem traducere. Cicero in Orat.

Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Cic. ad Brutum, 4.

Animum à re aliqua ad aliam traducere. Cic. ad Lent. lib. 1. 2, Ita fum eum illo locutus, vt mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.

Conuertere à consuetudine, & aliò traducere. Cic. 1. de Inuent. Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, vt homines à consuetudine subitò conuerteret, & ad diuersas rationes vitæ traduceret.

Aliquem à seueritate ad hilaritatem traducere. Cicero de Claris Orator.

Aliquid ab lætitia ad metum traducere. Lucret. lib. 4.

Animi motus aliò traducere. Lucret. lib. 4.

Traduci alió. Cic. 1. de Legib. Ergo animi pendère soleo, cùm semel quid orsus sit traducor aliò: neque tam facilè interrupta contexo, quàm absoluo iustituta.

Traducere omnes in assensum sui consilij. Liu. 4. bel. Maced. Ibidem, lib. 2, In sententiam suam Quintium traduxit. Cic. pro Cluentio, Quum ego quæ mihi viderentur dicerem, traduxit me ad suam sententiam.

Traduci ad accusandum. Cic. 1. Verr. Aut ego qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus, ad accusandum traducerer.

Cogitationes ad voluptates traducere. Cic. 3. Tusc.

Inimicitias ad amicitiam traducere. Cicero de Prouinc. Consul. Quas in viris fortissimis non solùm extinxit Reip. dignitas, & ipsorum: sed etiam quandoque ad amicitiam, consuetudinémque traduxit.

Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Cic. 3. Tusc.

Orationem ad exempla traducere. Cic. 3. Tusc. Aut à disputandi subtilitate orationem ad exempla traducimus.

Traducere aliquod munus. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96. Faciam denique vt summa modestia & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus.

Traducere, pro Traduces facere. Paulus in l. Si duo, D. Vti possideris. Si actor vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores traduxit. Budæus.

Traducere tempus, Consumere, terere, præterire. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. 6, Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.

Æuum leniter traducere. Horat. 1. epist. 19.

Vitam sine vllo corporis languore traducere. Plin. lib. 7. cap. 2. 22. Cic. 3. Tusc. Si volumus hoc quod datum est vitæ, tranquillè placidéque traducere.

Vitam otiosam & quietam sine vllo labore aut contentione traducere. Cic de Senect.

O adolescentiam traductam eleganter. Cic. pro Plancio.

Adolescentiam ad scientiam rei militaris traducere. Cic. pro lege Manil. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est traducta.

¶ Traducere, Deridere, infamia afficere, & velut in exemplum proponere deridendum omnibus per vicos & theatra: quod catamidiare Græcè dicitur, author Budæo. Liu. lib. 2. ab Vrbe cond. de Volscis loquens publico consilio, ac voce præconis, à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse vestras coniuges, vestros liberos traductos per ora hominum? Martial. lib 6,

Multóque magis traduceris Apher. Sueton. in Tito, cap. 8. Tibul. lib. 1. eleg. 1,

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Traducere carmina manifesto furto. Hoc est, arguere furti, vel in famare & conuincere. Martial. lib 1.

¶ Traducere ad plebem aliquem, Ex nobili plebeiũ facere. Cic. ad Attic. libr. 1. 13, Is ad plebem P. Clodium traduxit, idémque fert vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat.

Traductio, Verbale { μετωγὴ } Ipse traducendi actus, vt Traductio temporis pro exactione ilia. Cicero 1. de Diuin. Non enim illa quæ futura sunt, subitò existunt: sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis, nihil noui efficientis, & primum quidque replicantis.

Traductio & immutatio in verbo. Cic. 3. de Orat.

Traductio ad plebem furibundi hominis. Cic. pro Sestio.

¶ Traductio, Infamia. Senec. lib. 1. De ira, cap. 6. Hic damnato est dedecore & traductione vitam exigit.

¶ Traductio, Figura quæ Græcè Antanaclasis dicitur, nimirum eiusdem verbi contraria significatio, quale est illud, Amari iucundum est, si curetur nequid insit amari. Auium dulcedo ducit ad auium, & apud Ouidium,

Cur ego non dicam Furia te Furiam? Cornificius hanc traductionem vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum. Quintil. lib. 9. capite 3.

Traductor, Verbale, masc. gen. { μεταγωγεύς. } Cic. ad Atticum, lib. 2. 24, Vt sciat hic noster Hierosolimitarius traductor ad plebẽ, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

Tradux, traducis, pen. corr. interdum m. g. interdum f. Varro 1. de Re rust. cap. 8, Quartum pedamentum est natiuum eius generis vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. Colum. lib. 5. cap. 7, Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

Nexu traducum impeditæ vineæ. Tacitus lib. 18.

¶ Tradux, Aliter. Columel. lib. 4 cap. 29, In illa inserendi ratione quæ fit per terebrationem, primùm de vicino fructuosissimam oportet considerare vitem, ex qua (velut traducem inhærentem matri) palmitem attrahas, & per foramen transmittas: hæc enim tutior & certior est insitio: quoniam & si proximo vere non comprehendit, sequente certè, quum increuit, coniungi cogitur, & mox à matre reciditur, atque ita superficies insitæ vitis vsque ad receptum furculum obtruncatur. Huius traducis si non est facultas, tum detracto viti quamrecentissimum eligitur sarmentum: & leuiter circumrasum, vt cortex tantùm detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto circumlinitur resectæ vitis, vt totus truncus alieni generis viti seruiat: quod quidem non fit in traduce, qui à materno sustinetur vbere, dum inolescat.

Tragacanta { τραγάκανθα } Frutex est spinæ candidæ non dissimilis, surculis humilibus robustis, latè se diffundentibus, inter quos frequens coma, sed breuis, cæcis spinis intercurrentibus horrida, quæ sua fronde contegantur, & candidæ, valentésque rigescant, radice læta, surculosa, supra terram emergente, qua diffissa stillat è vulnere succus, qui coalescit in lacrymam, gentilitium nomen referentem. Optima est pellucida, læuis, syncera, gracilis, subduleis. herbam vtpote peregrinam Galliæ, & prorsus exoticam, nostrates herbarij nõ norunt, lachrymam tamen nullè non cognoscunt officinæ, interpolato nomine dragaganthum gummi nunc appellantes. Ruellius.

Tragemata, pen. corr. { βαλάνια } beilaria, secundum Macrobium, lib. 2. Saturn. cap. 8. Id est omne mensæ secundæ genus. Nam quæ πόματα Græci vel τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri appellauere *bellaria*.

TRAGIA, Plinio lib. 4. cap. 12, Insula vna ex Sporadibus. Ex hac fuit Theogiton Peripateticus Aristoteli familiaris.

Tragion, siue tragonis { βάτιον } herba, nascitur in Creta tantùm insula in maritimis. Folio, ramis, & semine lentisco similis, sed minore omnium amplitudine, succum ferens qui gummi modo coeat. Plinio, iunipero similis & semine, & folio, & ramis. Est & alia herba quæ tragium dicitur, quam scorpium vocant, & Romani olim cornulacum appellarunt foliis scolodendrij, radice tenui, candida, armoraciæ simili. Autumno folio hircinum virus olent, indéque appellatio nascitur in montosis præcipitiis. Ex Ruellio.

Tragœdia, tragœdiæ { τραγῳδία, ἀπὸ τῆς τράγου, καὶ τῆς ᾠδῆς } hoc est ab hirco & cantu: quasi hirci cantus. Nam hircus dabatur in præmium tragicis authoribus, qui rustici & pastores erant. Vel ab hirco vinearum hoste, & à cantilena. Horat. de Arte,

Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum. Alij putant à fæce, quam Græcorum quidam tryga vocant tragœdiam appellatam, quando olim nondum personis ab Æschylo repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant. Horat. in Arte.

¶ Tragœdia, genus poematis grande, in quo heroes introducuntur, duces, reges: item, Luctus, exilia, cædes. In hac tristes exitus & liberorum, fortunarúmque priorum in peius agnitio. Tristitia namque, tragœdiæ proprium. Propter quod Euripides petente Archelao rege vt de se tragœdiam scriberet, abnuit: ac precatus est ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium.

Senera tragœdia. Horat. 2. Carm. 1.

Violenta tragœdia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

¶ Tragœdias agere, prouerbialis locutio. Erasmus, Tragœdias in nugis agit qui in re leuicula tumultum mouet: & vt ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. Cic. 2. de Orat. Ne aut irrisione aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, &c. Fabius libro 6. cap. De peroratione. Nam in paruis, inquit, litibus has tragœdias mouere, tale est quasi si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin hoc ipsum, excitare tragœdiam si alio quopiam deflectatur, prouerbium resipit, Vide AGO.

Efficere tragœdias. Cic. 4. Tuscul.

Excitare tragœdias. Cic. pro Milone.

Facere tragœdias. Idem de Senect. Sophocles ad summam senecturem tragœdias fecit.

Mouere tragœdias. Quint. lib. 6. ca. 1. Vide TRAGOEDIAS AGERE.

Perturbari tragœdijs. Cic. 1. de Orat. Neque verò istis tragœdijs tuis, quibus vti philosophi maximè solent, Crasse, perturbor.

Tragicus, pen. corr. Adiect. {τραγικὸς} Quod ad tragœdiam spectat. vt Tragicus actor. Liu. 4. bel. Pun.

Tragicum & diuinum. Cic. 2. de Orat. Sed hæc tragica atque diuina: faceta autem & vrbana innumerabilia ex vna concione memini stis.

Ars tragica. Horat. 1. epist. 3.

Cæstus tragicus. Ouid. ad Pisonem.

Cantus tragicus. Plin. lib. 30. cap. 2.

Cothurni tragici. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Grandis, & vt ita dicam, tragicus orator. Cic. de Clar. Orat.

Poeta tragicus, Cic. 1. de Nat. deor.

Scelus tragicum, Dignum tragœdia, vel quale tragœdi in suis tragœdijs decantare solent. Liu. 1. ab Vrbe.

Versus tragici. Horat. de Arte.

Tragicus Orestes, qui in Tragœdijs inducitur. Cic. in Pison.

Spirare tragicum, Efflare carmen tragicum. Horat. 2. epist. 1.

Tragicè, pen. corr. Aduerbium {τραγικῶς.} Cicero de Claris Oratoribus, Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt. Tragicè, hoc est, grauiter, & verbis grandibus quibus tragici vtuntur. nam Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit.

Tragicus, pen. corr. Substantiuum {τραγικὸς} Qui tragœdiæ author est teste Valla. Horat. de Arte.

Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Tragœdus, tragœdi {τραγῳδὸς} Actor tragœdiæ. Cic. 1. de Orat. Vox tragœdorum, gestus penè summorum actorum est requirendus.

Miros audire tragœdos. Horat. 2. epist. 2.

Comœdum in tragœdijs, & tragœdum in comœdijs admodum placere vidimus. Cic. in Orat.

Tragonis, Vide TRAGION.

Tragopanades {τραγοπανάδες} Aues quædam in Æthiopia, teste Pomponio lib. 3, aquilis maiores, cornua in temporibus curuata habentes, ferruginei coloris, capite tantùm Phœniceo. Has Plinius fabulolas esse putat, quemadmodum & Gryphus. Vide ipsum lib. 19. cap. 49.

Tragopogon, pen. prod. {τραγοπώγων} Græcis, quæ Latinis hirci barbuta appellatur, Herba quæ hac facie repræsentatur à Theophrasto, Radix longa, dulcis, folium croci, longius, caule paruo, super quem calyx lacus & barbula, quæ summo vertice incana & prolixa funditur, vnde nomen accepit. A plurimis nunc Romana consuetudine dicitur petræ herba, quòd asperis locis quasi è mediis saxis videatur erumpere. A quo etiam Hetruria saxificam peculiariter appellat. Ruellius.

Tragos {τράγος} Herba quæ in maritimis maximè gignitur. Frutex pusillus in terra, oblongus, semipedalis aut altior paulò, sine foliis, ramos habens in quibus velut racemi sunt pusilli, grano tritici, acuto capite, copiosóque, gustu vehementer spissante. Est & alia herba tragos apud Plinium lib. 27. cap. 13. Quam aliqui scorpium vocant. Tragon Asia fert veprem, vt idem ait, sine foliis, racemis rubentibus ad medicinæ duntaxat vsum. Hanc in litoribus maris inueniri hodie nostri perhibent herbarij, iuncо marino similem, à quo & multi iuncum marinum appellant eam. Ruellius.

Tragula, tragulæ, pen. corr. {ἀκόντιον} Genus teli, dictum quòd scuto infixũ trahatur, inquit Festus. Sallust. lib. 4. histor. auidissimis, atque præparatis ducibus, & Metellus ictu tragulæ sauciaretur. Cæsar 5. bel. Gal.

Tragulam decidere. Plaut. Casin.

Ego istam aliquouorsum tragulam decidero. Hoc ductum est ab illis tragulis, quæ tormentis mittuntur, & atrociter sauciant, ac plerunque scutum aut corpus transuerberant: vnde & Tragularij dicti, qui eas è tormentis iaciunt, apud Vegetium. Ea igitur vbi corpus transuerberauit, quomodo extrahatur sæpenumero dubitatur: ac plerunque non tam retrahenda est metu magni doloris, & profusionis sanguinis, quàm hinc vel inde decidenda, vt è vulnere sic cum minore noxa recipiatur. Quanquam & de tragula, quæ manu mittitur, etiam accipi potest. Turnebus.

Tragula, est ea quæ à Marone per epenthesim trahea dicitur pro traha, terendis frugibus apta, illo versu,

Tribuláque, traheæque, & iniquo pondere rastri. Ac, tragula dicitur tanquam trahula, vt & à Plinio piscatorum verricula tragulæ

dicuntur, sine controuersia à trabendo nomen adepte. Ex Turnebo.

Tragulam inijcere. Plaut. Epid. 14.

Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit. Id est dolum aliquem in te struit. Vtraque figura prouerbialis videtur.

Tragum, tragi, {τράγος} Plin. lib. 18. cap. 7. 25. Prisanæ conficiendæ vulgata ratio est. Simili modo ex tritici semine tragum fit in Campania tantùm & Ægypto.

TRAGVRIVM {τραγούριον} Insula & oppidum Illyrici, vulgò *Trau*.

Tragus {τράγος} Genus conchæ mali saporis.

¶ Tragus, Genus spongiæ. Plin. lib. 9. cap. 45.

Traha, trahæ {ἅμαξα} Genus vehiculi sine rotis, quo coloni vtuntur. A trahendo dictum, vt ait Seruius. Trahitur enim, non volvitur. Virg. lib 1. Georg.

Tribuláque, traheæque, & iniquo pondere rastri. Per epenthesim dixit trahea, pro trahæ: sicut nauita pro nauta.

Trahax, trahacis, pen. prod. om. gen. antiquum {ἅρπαξ} Auidus, rapax, omnia ad se trahens. Plaut. Persa, 12.

Procax, rapax, trahax, irrecentis verbibus

Tuas impunitas loqui nemo potest.

Traho, trahis, traxi, tractum {ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκύσω, εἵλκυσα, ἕλκυμαι, σύρω, σπάω, σύρομαι, σπασθῆναι, ἑλκυσθῆναι} trahere. Per vim ducere. Trahimur enim inuiti: Ducimur volentes. Virg. 2. Æneid.

-altaria ad ipsa trementem

Traxit. Plaut. Milite, 9,

-meáne hic in via hospita,

Quæ heri huc Athenis cum hospite aduenit meo,

Tracta & iudificata est ingenua & libera?

¶ Trahere, & sustollere amicum, contraria. Plaut. Cist. 2.

Trahere de visceribus gladium. Martial. lib. 1.

De medio aliquem trahere. Liu. 8. bel. Pun.

Trahere ex. Cic. 2. de Nat. deor. Atque etiam ex puteis ingibus, aquam calidam trahi.

Exiguo funem conamine traxit. Ouid 4. Fast.

¶ Trahere puerum, quasi qui vix possit ambulare. Virg. 2. Æneid.

-& auo puerum Astyanacta trahebat. Ibidem.

¶ Allicere & trahere ad se. Cic. 1. de Diuin. Magnes lapis est qui fertum ad se allicit & trahit.

Duci & trahi ad. Cic. 1. Offic. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.

¶ Trahere cum aliquo, pro Morari. Plaut. Trinum. 4,

-atque egomet me adeò cum illis

Vnà ibidem traho, qui illorum verbis falsis acceptor fui.

¶ Trahere aliquem sermone, verbis producere, seu in longum ducere, & (quod vulgò dicunt) intertenere, *Entretenir ou amuser de parolles*. Val. Max. lib. 4. cap. De paupertate. Cornelia Gracchorũ mater, cum Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua pulcherrima seculi illius ei ostenderet: traxit eam sermone, quousque è schola rediret: ibi enim, inquit, ornamenta mea sunt.

¶ Trahere, Prorrahere, Prolongare. Sallust. in Iugurtha, Penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse. Plin. epist. 45, Memini hoc, longum est, tanta comitate conuiuium trahitur.

Pœnam trahere. Senec. lib. 2. de benefic. cap. 5, Acerbissima crudelitas est, quæ pœnam trahit: & misericordiæ genus est, citò occidere.

Renuntiationem trahere. Vlp. in l. Si mensor. D. Si mens. falsi. mod. dixer. Si mensor non falsum modum renuntiauerit, sed traxerit renuntiationem: & ob hoc euenerit vt venditor liberetur, quia, &c.

Spem trahere. Senec. lib. 2. de benefic. cap. 5, Æquiore quidem animo ferunt præcidi spem suam, quàm trahi.

¶ Trahere, pro nere. Horat. 2. Carm. ode 18,

Nec Laconicas mihi

Trahunt honestæ purpuras clientæ. Id est, meorum clientium vxores lanas mihi non carpunt, neque nent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ cùm obtinuerim magistratum.

¶ Trahere, Cum festinatione adducere, Seruius. Virg. 2. Æneid.

Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum

Pastores magno ad regem clamore trahebant Dardanidæ.

¶ Trahere ad se partem diei, Partem diei occupare. Plin. epist. 213.

¶ Ad defectionem trahere, Incitare, impellere, cogere. Liuius 5. bel. Pun.

Ad bella trahor. Tibullus lib. 1. eleg 10.

Alimentum maternum trahit agnus. Colum. lib. 7. cap. 3.

In altitudinem, pro Sursum erigere. Plin. lib. 17. 11.

Aluum trahere, Extendere, Obesam & oblongam aluum habere. Virgil. 4. Georg.

Aluum trahere, aliter, Vide Aluus.

¶ Animam trahere, Viuere. Plin. lib. 11. cap. 3.

Animam precariam trahere. Tacit. lib. 1.

Animam trahebat sublonga morte. Stat. 1. Thebaid.

Animam trahere in spe. Liu. 3. ab Vrbe.

Animum tempúsque trahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.

Trahunt diuersè animum curæ. Terent. And. 1. 5.

¶ Trahere animis, Apud se reputare & cogitare, Animo agitare. Sall. in Iugurth. Tanta libido cum Mario eundi plerósque inuaserat sese quisque præda locupletem fore: victorem domum rediturum: alia huiusce modi animis trahebant.

Trahere cum animo suo. Idẽ. Sall. in Iugurth. Marius multis diebus & laboribus consumptis, anxius trahere cum animo suo, omitteréne inceptum, an fortunam operiretur.

Aquam trahit nauigium. Senec. lib. 2. de Ira, cap. 10, Nunquid ille, cuius nauigium multam, vndique laxatis cõpagibus, aquam trahit, nautis ipsíque nauigio irascitur.

In arma trahere viros. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.

Arte aliqua trahi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

¶ Bellũ trahere, Producere. Cic. ad Att. li. 10. 197, Necesse est enim aut id quæ maximè velim, pelli istũ ab Hispan. aut trahi id bellũ, &c.

In eandem

in eandem calamitatem alterum trahere. Cic. pro l. Manil. Non enim possunt in vna ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.

Calorem trahere. Ouid. 11. Metam.

Candorem trahere. Plin. lib. 7. cap. 16.

Cariem trahere, Rubiginem ducere. Plin. lib. 23 cap. 1.

Caudam trahere, Vide CAVDA.

Cognomen ab aliquo. Plin. lib. 13. cap. 15, A Nonio Tiberij Cæsaris liberto cognomen trahens.

Cognomen ex contumelia trahere. Cic. 3. Philipp. Nihil illo contemptius: qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Colorem rubicundum trahere. Colum. lib. 2. cap. 21.

Colorem nigrum traxere Æthiopes. Ouid. 2. Metam.

Cerui xe comæque trahuntur per tertam. Virg. 1. Æneid.

Secum concionem. Liu 3. ab Vrbe.

¶ Consilium & rationem trahere, pro Ducere & capere. Salust. in Iugurth. Tum Marius ex copia rerũ consilia trahit: atque vt suis recentibus locus esset, &c. Budæus.

Contagia trahere. Ouid 5. Trist. eleg. 14,

Æger enim traxi contagia corpore mentis. Hoc est, Corpus meum præ nimio mentis dolore cœpit malè valere.

In crimen aliquem trahere. Tacit. lib. 15.

Crinibus passis trahebatur virgo. Virg 2. Æneid.

Decus alicuius rei ad aliquem trahere. Liu. 9. ab Vrbe.

Dictum aliquod trahere in voluntatem suam. Pli. de Viris Illustr.

Dictis alicuius trahi. Ouid. 3. de Ponto eleg. 5.

In disceptationem trahere aliquem. Liu. 4. ab Vrbe,

In diuersum trahit me hæc res, pro Dubium me facit. Liu. 8. bell. Macedon.

In diuersum trahunt autores, pro Diuersa sentiũt. Liu. 5. bel. Pun.

Errore trahi, Errare, in errorem incidere. Ouid. 2. Metam.

Quò fata trahunt retrahúntque, sequamur. Virg 5 Æn.

Figuram lapidis traxerunt ossa, Conuersa sunt in lapidem. Ouid. 3. Metam.

Fortunam rutam trahere. pro Fœliciter agere. Cic. Antequam iret in exilium: Et vos, vt rutam, tranquillámque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.

Fulgore nimbis & famæ trahi. Ouid. 5. Trist. eleg. 13.

Genua ægra trahens. Virg. 5. Æneid.

Gratiam rectè factorum sibi trahere. Tacit. lib. 3.

Huc & illuc trahuntur rationes in disputando. Cic. 4. Acad. Non quæro rationes eas quæ ex coniectura pendeat, quæ disputationibus huc & illuc trahuntur, nullã adhibent persuadendi necessitatem.

¶ Humorem trahere, pro Allicere & Attrahere. Col. lib. 12. cap. 15.

¶ Humorem trahere, pro Allicere & Attrahere. Col. lib. 12. cap. 15.

Ignes trahere, Concipere ardorem. Ouid. 4 Metam.

Aliquem in inuidiam trahere. Author ad Heren. lib. 1.

Labe trahi communis vitij, Sequi vitium eæte: orum. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Laborem ingratum trahere, Longo tractu vix peragere. Virgil. 3. Georgic.

Laudem trahere ab re aliqua. Ouid 4. de Ponto, eleg. 8.

Ad lethum trahere aliquem. Virg. 5. Æneid.

Limitem longiorem trahere, Longius protendi. Plin. lib. 2. cap. 26.

In longius aliquid trahere. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Fata me trahebant in pœnam. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.

Omne trahit secum Cæsaris ira malum. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Mentes artificio trahere. Plinius lib. 26. cap. 3, Trahebat præterea mentes artificio mirabili, viuum promittendo ægris, &c.

Quæ mentem insania traxit? Stat. 5. Thebaid.

In metum aliquid trahere. Tacit. lib. 21.

Molestiam trahere. Cic. Sulpitio lib. 4. 3

Trahitur è cœlo natura hominis. Plin. lib. 11. cap. 53.

Noctem per pocula. Martial. lib. 1 98. Virg. 1. Æneidos,

Neenon & vario noctem sermone trahebat Infelix Dido.

Nomen trahere ab aliquo. Ouid. 4. Metam.

Nomen è re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 14.

Notam trahere. Ouid. 1. Fastorum,

Hanc Numidæ faciunt, illum Messana superbum

Ille Numantina traxit ab vrbe notam. Hic ab Numidis deuictis dictus est Numidicus, ille à Messana vrbe Messala, ille Numantini cognomen duxit ab Numantia.

Ventro trahitur nubes. Virg. 4. Georg.

Obsidionem in aduentum principis trahere. Liu. 8. bel. Pun.

Odorem trahere. Plin. lib. 14. cap. 21.

Originem à rege trahere. Plin. lib. 6. cap. 28.

Oscitationes longas trahere. Martial. lib. 2.

Pallam trahens verrit humum. Ouid. 6. Metam.

Palliorem trahere. Col. lib. 12. cap. 41.

In partes aliquem trahere. Tacit. lib. 4.

In partem aliam trahere aliquem. Planeus Cic. lib. 10. 4, Nunc verò quid est quod me in aliam partem trahere possit?

Pedibus rem trahere, Vide PES.

Plaustra trahunt per altos montes. Virg. 3. Georg.

Trahere pœnam, Prolongare. Senec. 2. de Benef.

In profundum pondere trahi. Liu 3. bel. Maced.

Promissa trahunt puellas. Ouid. 1. de Arte.

Omnem rationem ad dicendum trahere. Cic. in Orat.

¶ Rationes belli atque pacis trahere, Animo agitare. Sallust. in Iugurth. Quem vbi cunctari accepit, & dubium belli atque pacis rationes trahere: rursus, vti antea, proximos eius donis corrumpit.

In religionem. Liu. 5. ab Vrbe.

Funditus Rem publicam trahet. Tacit. lib. 3.

Rubiginem trahere. Plin. lib. 34. cap. 9.

Ruborem traxerunt percussa pectora. Ouid. 3. Metam.

Ruinam trahere. Virg. 2. Æneid.

Ad sæuitiam aliquid trahere. Tacit. lib. 3.

In suam sententiam. Liu. 5. ab Vrbe.

In serum rem aliquam. Liu. 2. bel. Maced.

Situm. Plin. lib. 12. cap. 13.

Somnos trahere per supiria. Ouid. 2. Amor. eleg. 19.

Sortes. Virg. 1. Æneidos,

Iura dabat, legésque viris, operúmque laborem

Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. Vbi Seruius, Propriè loquitur: cùm trahuntur enim sortes, hoc est eduntur.

Spes eò trahit. Liu 3. bel. Pun.

Spe trahor exigua. Ouid 3. Trist. eleg. 5.

Spirirum trahere. Colum. lib. 6. cap 9.

Spolia de hostibus trahere. Cic. pro Corn. Balbo, An'ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit?

Studio laudis trahi. Cic. pro Archia, Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque maximè gloria ducitur.

Ad supplicium trahi. Cic. antequàm iret in exilium, Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur.

Suspitiones ex aliqua re trahere. Cic. 2. de Inuent.

Suspiria trahere. Ouid. 2. Metam.

Torrens trahit syluas præcipites. Virg. 2. Æneid.

Tempus trahere. Virg. 6. Æneid.

Verba trahere. Silius lib. 8.

Victoriam secum trahere. Liu. 6. ab Vrbe.

In vinum. Liu. 10. bel. Maced. Festo die inuitatio benigna & hilaritas iuuenilis vtrósque in vinum traxit.

Vtribus trahere. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Vitam in tenebris luctúque trahebam. Virg. 2. Æn. Ibid. lib. 3,

Quum vitam in syluis, inter deserta ferarum

Lustra domóque traho. Vitam trahit, cui ea grauis est.

Vocem trahens imo à pectore. Virg. 1. Æneid.

Trahit sua quemque voluptas. Virg. eclog. 2.

Vultum trahere. Ouid 2. Amor. eleg 2.

¶ Trahere, pro Contrahere. vnde Reliqua trahere. Vide Reliqua, reliquorum in RELINQVO.

Tractus. Particip. {ἑλκυσθείς.} Cic. 2, de Nat. deor. Venæ à corde tractæ & profectæ in omne corpus ducuntur.

Ab ictu initio tractus est sermo. Cic. de Claris Orat.

¶ Tractam & fusam orationem opponit Cicero Contortæ & acri 2, de Orat. Et si genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hæ iudiciali aspertate, & sine sententiarum forensium acuieis prolequendum.

Tracta quæ am & fluens oratio. Cic. in Orat.

Tractus huius tractus {ἑλκυσμὸς ἑλκυσμοῦ} Plin. lib. 9. cap. 46, Funem illi religarum ab humeris eius trahunt: hunc dimicãs, vt fit periculi signum: læua quatit: dextra apprehenso stylo in pugna est: modicus aliàs tractus. De caniculis marinis.

Hammarum tractus. Lucret. lib. 2. Et hunc imitatus Virgilius 1, Georgicon,

-nocti sque per vmbras

Flammarum longo, à tergo albescere tractus. Hoc est, longos sulcos & ductus.

Temporis tractus. Patercul. lib. 1, Hoc tractu temporum ante annos quinque & sexaginta quàm vrbs Romana conderetur, ab Elyssa Tyria Carthago conditur.

Raucus tractus. Valer. 1. Argon.

Longo tractu ferrur per aëra. Ouid. 2. Metam.

Placido tractu reptauit draco. Claud. 3. Paneg.

Tractus {κλίμα} Regio, plaga, inquit Seruius. Virg. 2. Georgicon, Indicio est tractu surgens oleaster eodem. Cic. pro Plancio, Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus: tota denique nostra illa aspera & montosa regio.

Immensi tractus. Lucan. lib. 2.

Immensus tractus est, quo veniunt, Vide IMMENSVS.

Corruptus æœli tractus, Pestilens & infecta regio aëris. Virgil. 3. Æneidos.

Lunæ tractus. Cic. 2. de Diuina. Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quàm lunæ tractus ad nascendum valere.

Alti tractus nubium. Horat. 4. Carm. ode 2.

Maris tractus. Virg. eclog. 4.

Bifidi tractus fluminis. Claud 1. Paneg.

¶ Tractus & declinatio dictionum, pro Dictionum productione & deriuatione. Quint. lib. 8. ca. 3. Intractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beaticudo.

Quanta hæsitatio tractusque verborum. Cic. 2. de Orat.

Tractu orationis leui, & æquabili perpoliuit illud opus. Cicero 2. de Orat.

Pares elocutionum tractus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Tractus, pro Tractatu {πραγματεία} Plin. lib. 11. ca. 53, Vt in tractu piscę vi uentium Theophrastus prodidit, boues quoque piscę vesci, sed non nisi viuente. Quem locum rectius exposueris pro regione. quasi diceret, apud Ichthyophagos.

Tracto, tractas, {διαπραγματεύεσθαι, μεταχειρίζεσθαι, πράττω, διοικονομέω} tractare, Frequentatiuum. Accipitur autem pro rem aliquam attingere, & contrectare. Item pro suscipere aliquem, & pro rem aliquam administrare, & aliquando describere, Virg. 3 Georgicon, -aret

Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.

Gustare, olfacere, tractare, audire. Cic. 5. Tuscul.

Acerbius & durius aliquem tractare. Plin. epist. 189.

Aliquem nimis aspere tractare. Cic. Qu. fra. lib. 2. 10.

Atrocissimè ex leuissimis causis tractare ancillas suas. Vlp. in l. ij. D. De iis qui sui vel alieni iur.

Clementer tractare, Vide CLEMENS.

Commodè tractare. Terent. Heaut. 1. 1.

Honorificentissimè & liberalissimè tractari ab aliquo. Cic. Antonio in epist. ad Attic. lib. 14. 311.

Improbissimè aliquem tractare. Cic. ad Attic.lib.16, epist. cuius initium est, Noli putare.

Iniuriosè tractare, Vide INIVRIA.

Liberaliter tractare aliquem. Cic.4.Verr. Hi porrò qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt.

Magnificè tractare aliquem, Vide in MAGNVS.

Manu tractare. Colum.lib.6.

Mollius tractari. Horat.2.Serm.saty.2.

Parum piè aliquem tractare. Cic pro Cælio.

Scelerarè & insidiosè tractare. Cic.ad Quint.frat.lib.1.3, Me summa simulatione amoris, summâ que assiduitate quotidiana sceleratissimè, insidiosissimè que tractavit.

Aliquem omnibus rebus tractare. Cic.ad Lentolum,li.1.3, Omnibúsque rebus eum ita tractes, vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse.

Arte aliqua tractare hominem. Terent. Heaut. 2.3.

Ratione tractari. Horatius 2. Serm.saty 3. Vide Terentium Eunuch.1.1.

Animum alicuius tractare vt decet. Terent. Heaut. 1.1.

Arma virilia tractare. Horat.1.epist.19.

¶ Artem aliquam tractare, pro Exercere. Terent.in prol.Phor.10.

Bellum tractare. Tacit.lib 5.

Causam aliquam tractare. Cic.ad Appium lib.3.12, Núquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem.

Causas amicorum tractare & agere. Cic.1.de Orat.

Contentio quæ tractari sine contumelia non potest. Cicero pro Plancio.

Fabri tractant fabrilia. Horat.2 epist 1.

Pecuniam tractare, Administrare, & pecuniæ curam habere. Cicero Cæcinio lib.2. 16, Omnis enim pecunia ita tractatur, vt prædia à præfectis: quæ autem mihi attributa est, à Quæstore curetur. Idem Verr.2, Eras enim tu Quæstor, pecuniam publicam tu tractabas.

Tractare pecuniam & consyderare, pro Attrectare, siue contrectare. Cic.7.Verr. Qui reus lege, & reus comperendinatus, re & opinione hominum penè damnatus, temperare non potuerit maximo conuentu, quin L.Sisennæ argentum tractaret, & consyderaret.

Præda tractans. Silius lib.15.

Rem suam minus cogitatè tractare. Plaut. Trinum.6.

In munere aliquo rectè se tractare, hoc est se gerere. Cic. Bruto, lib.13 14, Et fuit in Cilicia mecum Tribunus militum: quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse.

Vires tractare & tueri. Cic.5.de Fin.

Vulnera tractare. Cic. Attico lib.12.2.2, De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me indulgentiam. Ista enim sunt ipsa vulnera., quæ non possum tractare sine maximo gemitu.

Vitam tractare, id est, trahere, viuere. Lucret lib.5.

Rem aliquam tractare, pro Describere. Cic.1.Acad. Dabitis enim profectò, vt in rebus iuuentutis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iandiu tractantur, vtamur verbis interdum inauditis.

Agitare, tractare, inquirere. Cic. pro Cluentio.

Materiam tractare, aut historiam: pro Scribendo aut narrando commemorare. Plin lib.12.cap.22. Idem lib.11 cap 37.

Definitionem fortitudinis tractare. Cic.4. Tusc.

Historiam tractare. Cic.1.de Legib.

Ius Pontificium & ciuile tractare. Cic.de Senect.

Res cognitione dignissimas tractare & contemplari. Cic.1.Offic.

Res tragicas comicè tractare. Cic 3.de Orat.

Copiosissimè aliquid tractare. Quint.lib.2.cap.4.

Egregiè aliquid tractare. Quint. lib 6.cap.1.

Passim tractare. Quint. in Procem.lib.1.

Plenius aliquid tractare. Quint.lib.2.cap.13.

Variè aliquid tractare. Quint.lib.4.cap.1.

In transitu aliquid tractare. Quint.lib.6.cap.2.

Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, existit illa à deo Delphis præcepta cognitio. Cic.5.Tusc.

¶ Tractare bibliothecam alterius, Id est curare, & illius curam habere Cic. Sulpitio lib.13.78.

¶ Tractatum, tractatu, pen.prod. Supinum. Plin.lib.17.cap.7, Verum aspera tractatu.

Tractatus, pen.prod. Particip. {διατριμμένος.} Cic.2.de Legib. Aliquoties iam iste locus à te tractatus est. Hoc est, enarratus.

Persona tractata. Cic. pro Archia, Persona propter otium ac studium minimè in iudiciis periculisque tractata est.

Figura manibus tractata. Lucret. lib 4.

Tractatus liberalius, Acceptus. Cicero pro Cluentio, Ab nullo ille liberalius, quàm à Cluentio tractatus est. Vide LIBER Adiectiuum.

Tractatus malè. Cicero Attico lib. 13. 284, Ita malè autem audio ipsum esse tractatum, vt mihi ille emptor non esse videatur.

Tractatus, huius tractatus, penul. prod. {διαπλοκὴ μεμιγμένη.} Ipse tractandi actus & contrectatio. Plin.lib.8.cap.54, de simiis, Tractatúque gaudent, similes gratulationem intelligentis. Vbi alij rectius legunt, tractari.

¶ Tractatus, Descriptio. Quint.lib.3 cap 9, Ante hominem patria ac parentes, maioréſque erunt, quorum duplex tractatus est. Idem in procœmio lib 8, Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia.

Artium tractatus. Cic.3.de Orat. Qui ipsarum artium tractatu de lectari, nihil in vita aliud agunt.

¶ Tractatus, Libri pars, in qua quid describitur. Plin.lib.14.cap.4, Tractatu toto separatim sententia eius indicanda est.

Tractatio, Verbale {διάνοια, μεταχείρισις.} Cic.2.Offic. Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione belluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus eatribuuntur operosis.

Armorum tractatio. Cic.3 de Orat. Sic verbis quidem ad aptam compositionem & concedentiam, sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur, vt ij qui in armorum tractatione versantur.

Tractatio literarum. Varro de literis loquens, Et propter earum tractationem. Est autem tractatio cùm tanquam manu literæ tenentur, & huc & illuc transponuntur & traiiciuntur, quasi illarum traiectio & transpositio. Sic Cicero scribit materiam in verbis esse, tractationem in collocatione verborum. Vt enim verba optimè collocentur, à nobis tanquam manu tractantur, & aliis atque aliis locis collocantur, v. iucunda sit & leuis eorum compositio. Turnebus.

Tibiarum tractatio. Cic.2.de Diuin. Nec verò qui tibiis aut fidibus vti volunt, ab aruspicibus accipiunt earum tractationem, sed à musicis.

Tractatio & vsus vocis in nobis est. Cic.in Orat.

Philosophiæ tractatio. Cic.4.Acad. Etenim si quando in libro verè est à nobis Philosophia laudata, profectò eius tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est.

Orator tractationem orationis sibi assumet. Cic 1.de Orat.

Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit. Cic.de Clar. Orat.

Materia & tractatio. Cic.in Orat. Est enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.

Tractatio varia esse debet. Cic 2.de Orat.

Tractatio bona vel mala, apud Quintilianum sæpe: vt lib.4. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accusat?

Tractabilis, & hoc tractabile, pen.corr. {διατυπώσεως} Quod tractari potest. Cic.de Vniuer. Corporeũ autem & aspectabile, trémque tractabile omne necesse est esse quod natum est. Virg.4.Æn.

Non tractabile cæum, pro Inquieto, impacato, procelloso. Virg. 4.Æn. Id est asperum & intractabile, vt ait Seruius.

Homo tractabilis. Plin.epist 94.

Mare nondum tractabile nanti. Ouid.epist.18.

Pelagus tractabile. Plin.lib.10.cap.32, Siculum vtique tractabile.

Pondus vix tractabile. Stat 5.Sylu.1.

Virtus in amicicia tenera est atque tractabilis. Cic.de Amic.

Nihil est in eo tractabilius. Cic. Attic.lib.10 203.

Tractator, Tractatoris. Tractatores videntur fuisse homines, qui manu membra tractabant, & lenter fricabant. Sen.lib.9.epist. Quidni ego feliciorem putem Mutium, qui sic tentauit ignem, quàm is manum illam tractatori præstitissei?

Tractatrix. Idem Martialis,

Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Tractim, Aduerb. {βραδυπορικῶς.} Trahendo in longum, sine intermissione, longo tractu, diutinè, Non interrumpendo seriem, inquit Valla lib.6.cap.5. Plaut. Amphit.4,

Quid si ego tractim rangam vt dormiat? Dormiat, id est, moriatur. Virg.4. Georgicon,

Tum sonus audiatur grauior, tractímque susurrant. Id est, sine intermissione & iugiter. Lucret lib 3.

Tractorius, Adiect. vt Tractoria organa apud Vitruuium, quæ sunt machinæ, quibus grauiora onera sursum trahuntur.

TRAIANA, pen prod. {τραϊάνα} Picenorum vrbs, authore Ptolemæo lib.3.cap.1. Hodie *Potentia*.

TRAIANVS, pen.prod {τραϊανὸς} inter Cæsares optimus. Fuit & Traianus Patricius, qui sub Iustiniano principe floruit. Scripsit Temporum epitomen nobilem. Author Suidas Est item Traianus, portus Tuscorum Ptolemæo lib 3 cap 1. hodie Volaterrorum portus.

Traiicio, traicis. pen. corr. traieci, pe. prod. traiectum {περᾶσθαι, διαπεζεύεσθαι, διαπορεύεσθαι, διαπερᾶσθαι, ὑπερβαίνειν} traicere, Ex trãs & iacio, remotis n, & i, significat traducere, transportare, transuehere: & proprium est nautarum, Valla, Traicio exercitum, id est transporto exercitum trans mare, aut trans flumen. Traiicio mare vel flumen, id est, transeo, Aliquando vtrunque coniunctum: vt Liuius, Traiecit copias Iberum. Hactenus Valla lib.3.

¶ Traiicere classe in Italiam, Proficisci, transfretare, Plinius de Viris illust.

Traiicere agmen vado. Liu.1.bel.Pun.

Traiicere aliquó. Cic.ad Atticum, lib.7.140. Et si terra quidem, qui possum? mari, quò traiiciam?

Traiicere Cyprum. Pliuius lib.8.cap.32.

Traiicere exercitum Rhodanum. Planc.ad Ciceronem, li.10.9.

Traiicere exercitum ex Italia. Brutus ad Ciceronem, lib.11.13.

Traiicere exercitum in Siciliam. Liu 4.ab Vrbe.

Traiicere se Alpes. Brutus ad Ciceronem, lib.11.9.

¶ Traiicere de naue in naue malos & antennas. Liuius 10.bel.Pun.

Traiicere in alia vasa, pro Fundere in alia vasa. Varro 1.de Re rust. cap.64.

¶ Traiicere, per translationem: vt Traiicere culpam in alterum, hoc est trãsducere, trãsferre. Cic.1 Ver. Quid cùm vnũquodque trãsfigere, expedire, absoluere? ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Quid commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit &c? potestne eius orationis subere inuidiam?

Traiicere negotium ad nouos magistratus. Liu.2.ab Vrbe. Ouidius 12.Metam.

Ase Tantalides onus inuidiamque remouit,
Argolicosque duces mediis considere castris
Iussit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

Oculos traiicere aliquó. Lucret.lib 4.

Tela traiicere aliò. Propert.lib.2.eleg.13.

Verba traiicere, hoc est de suo loco in alienum transferre. Cic.in Oratore, Ne verba traiiciamus apertè, quo melius aut cadat, aut voluatur oratio. Paulo pòst. Neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur. Huius traiectionis exemplum est lib. 4.ad Herenn. Hoc vobis deos immortales arbitror dedisse virtute pro vestra. Ridicula hæc est compositio: quoniam apertè duo vltima verba de loco suo tracta sunt in alienum. At si ita commutes, Hoc vobis

vobis pro virtute vestra dedisse deos immortales arbitror: plena erit, ac sine vitio sententia. Item siquis dicat: Insidiatori verò quæ potest afferri iniusta nex, & latroni? quanuis numerus optimus sit, quia dichoræo clauditur: tamen quia nimis apertè traiecta sunt verba, vitiosum erit. Illo verò numero nihil rotundius: Insidiatori verò, & latroni, quæ potest afferri iniusta nex? clauditur enim Cretico, quem numerum Cicero maximè probat.

¶ Traiicere {διαπείρειν} Transfigere. Cæsar 5. bel. Gall. 165, Pulsio pilum in hostes mittit, atque vnum ex multitudine procurrentem traiicit. Ibidem 133, Vtrunque femur tragula traiicitur. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Indeuitato traiecit pectora telo.

Linguam traiecit arundine. Ouid.11.Metam.

Terga traiecit sagitta. Ouid.9.Metam.

Murum iaculo traiicere. Cic.4.de Fin. Si Annibal ad portas venisset: murúmque iaculo traiecisset.

Traiectus {διαπαρεῖσης} Particip. vt traiecta præcordia, Trãsfixa. Plin. lib.11.cap.37.

Aquæductus per domum alienam traiectus. Vlp.in l. Quemadmodum. §.1. D.ad leg. Aquiliam.

Crutis traiecti vulnus. Ouid.5.Metam.

Pectora traiecta ferro. Virg.1.Æneid.

Cuspide traiectus serpens. Ouid.4.Metam.

Dolor lateris traiectus in cor, Transmissus. Horat.2.Serm.Saty.3.

Traiectus nauicula in Africam, Hoc est, transfretatus. Cicero ad Quirites post reditum.

Traiectus, huius traiectus {πάθημα} Liuius 1.ab Vrbe, Qui in traiectu Albulæ amnis submersus.

Traiectio, Verbale {διαβίβασις, διαπόρευσις} Cic.1.Tusc. Traiectio Acherontis. Idem Attico libro 8.167, Officij mei deliberatio cruciat, cruciatúrque adhuc: cautior certè est manus: honestior exitimatur traiectio.

Stellarum traiectiones & motus. Cic.1.de Diuin. Cùm cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motúsque stellarum obseruauerunt.

Verborum traiectio, pro Translatione de suo loco in alienum. Cic.in Orat. Et vtitur ea traiectione verborum, & nihilo tamen aptius explet, concludítque sententias. Quintilianus accipit pro ipso contextu, quia vsque ad clausulam tranieundum est, antequàm habeamus sensum integrum lib.8.cap.2, Quare nec sermo tam sit longus, vt eum prosequi non possit intentio: nec traiectione tam tardus, vt in hyperbaton finis eius differatur.

Superlatio, traiectio, & rogatio. Cic.3.de Orat. Tum augendi minuendíve causa veritatis superlatio atque traiectio & rogatio.

Traiecto, traiectas, traiectare, i frequentatiuum. Celsus lib.4. cap 14, A quibusdam ad imum acu traiectatur, duo lina ducente, deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur.

Tralatio, Tralatitius, Tralatus, Vide TRANSFERO.

TRALLIS, Trallium {τραλλὶς} Vrbs Lydiæ, non longè à Magnesia sita in vertice quodam, qui promontorium natura munitum habet, ab Argiuis, & à Thracibus quibusdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, vbi sunt Cariæ fines. Hæc alijs nominibus dicta est Euantia & Seleucia, & Antiochia. Ex Trallibus fuit Menodotus vir doctus. Hoc nomen Trallis secundum Priscianum, tantùm pluraliter declinatur, & tam accusatiuum, quàm nominatiuum in is tantùm mittit, sicut Alpis, Sardis, Syrtis.

Tralli {τραλλιανοὶ} Liuius 1.bel.Maced. Rex tam celerem aleam vniuersi certaminis timens, quadringentos Trallos (Illyricorum id, sicut alio diximus loco, est genus) ad lacessendos hostium equites misit. Vetus exemplar habet Tribalos.

Trallianus, pen prod. Adiectiuum {τραλλιανὸς} Cic.3.Philip. Trallianam aut Ephesinam putes dicere? Idem pro Flacco 41.

Traluceo, tra uces, pen.prod. {διαφαίνω} tralucere, pro Translucere. Lucret.lib.4.

Vsque adeò è speculo in speculum tralucet imago.

Trama, tramæ, {κρόκη, ὑφάδιον} Subtegmen, & (vt ait Seruius) filum quod intra stamen currit. Persius saty.6,

-mihi trama figuræ
Sit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter? Plaut.Rud.30,
Tramas putidas.

Trama dicta, vt ait Varro, quòd frigus tranat id genus vestimenti. quo in loco puto legendum Trameat, pro transeat.

Trames, tramitis, pen.corr. masculini generis {πάτημος, στίβος, ἴτραιτος} Semita transuersa. Plin.in Panegyr. Oppletas vndique vias, angustúmque tramitem relictum tibi. Cicero 12. Philippic. Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Liuius 2.ab Vrbe, Inde in Latinam viam tranuersis tramitibus transgressus. Propertius libro 3.eleg.16,

Qua facit assiduo tramite vulgus iter.

Aceliuis, arduus, obscurus trames. Ouid.10.Metam.11.

Cliuosi tramitis supercilium. Virg 1.Georg.

Deeliuus. Ouid.3 Fast.

Deuius. Stat 2. Thebaid.

Obliquus Senec. Thyest.9.12. Siccus. Plin.lib.8.cap.43.

Obliquis tramitibus. Liu.lib.5.

Sectus, Senec. Oedip.13 2.

¶ Carpitur accluis per muta silentia trames. Ouid 10. Metam.

Cito tramite decurrit virgo. Virg 5.Æneid.1. de Iride,

Inopino tramite ductus. Claud.2.in Ruff.

Egressus est non viis, sed tramitibus paludatus. Cic.13. Philip.

Facili te tramite sistam. Virg 6.Æneid.

Tramitto, Vide TRANSMITTO.

Trano, tranas {περαίνω} tranare, Ex trans præpositione, & no, nas, Vltra nare, quasi transnare. Cicero 2.de Natura deorum, Atque id facilius eernemus toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, subtilius explicato. Liuius 7.bel. Punic. Alter per vada nota Metaurum flumen tranauit. Virg. 6. Æneidos,

-illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Tranare aquas. Quintil.lib.2.cap.16.

Tranare flumina. Virg.3.Georg.

¶ Tranare, pro Transuolare. Virg 4.Æneidos,

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. Seruius.

Simulachra auras tranantia. Lucret.lib.4.

Hasta tranauit viri pectus. Silius lib.13.

Pericla tranare. Silius lib.17.

Tranor, tranaris {περαίνομαι} Passiuum. Ouid.2.de Arte, 37,

Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis Flumina.

Tranquillus, Adiectiuũ {γαληνὸς, ἥσυχος, ἀκύμων, ἀδιάκοπος} Quietum significat, pacatum, serenum, pacificum. Propriè de mari dicitur. Plautus Epid.11,

Habe animum lenem, & tranquillum face. Idem Cistel.8,

Si possum tranquillum facere ex irato mihi.

Tranquillum est, Id est serenum tempus, sine flatu ventorũ. Plaut. Casin.

Sine mortis meditatione tranquillo esse animo non potest. Cicero de Senect.

Cætera videntur esse tranquilla, tranquillissimus autem animus meus. Cic Attico, lib.7.127.

Appetitus sint tranquilli, atque omni ánimi perturbatione careant. Cic.1.Off.

Aquæ tranquillæ. Ouid.2.de Ponto, eleg.7.

Flumine tranquillo descendit cymba. Propert.lib.2 eleg.4.

Frons tranquilla & serena. Cic.3. Tusc. Nec verò ea frõs erat, quæ M.Crassi illius veteris quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla & serena.

Locus tranquillus, Vbi optimum sit quiescere. Plaut. Epid.10.

Mare tranquillum. Stat.4.Sylu 3.

Nox tranquilla, Quieta. Plin.lib.9.cap.27.

Otia tranquilla agere. Lucan.lib.1.

Pax tranquilla. Lucan.lib.1.

Pectus tranquillum. Lucret.lib 3.

Quies tranquilla. Senec. Troad.10.

Res est tranquilla, Integra. Terent, Phorm.3.1. Et Eunuch.5.9.

Fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: vna est domus, &c.

Senectus tranquilla. Horat.2.Serm.saty.1.

Tempus tranquillum. Ouid.4.de Ponto eleg.10.

Via tranquilla, Non molesta itineri faciundo. Plaut. Stic.5.

Placata, tranquilla, quieta, beata vita. Cic. 1.de Fin.

¶ Tranquillior, Comparatiuum. Claud.de bel.Get.11,

Securas iam Roma leuat tranquillior arces. Lucan.lib.1,

-longóque togæ tranquillior vsu.

Dedidicit iam pace ducem.

In tranquillo, Vide IN.

Tranquillè, Aduerb. {γαληνῶς} Plaut. Cistel.2,

Sed tranquillè amabo, ne quid quod illi doleat dixeris.

Tranquillè & leniter. Cicero in Oratore, Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, tacetè dicere, &c.

Tranquillè placidéque traducere vitam. Cic.3.Tusc.

A Parthis tranquillè, Vide A vel AB.

Tranquillo, Aliud aduerb. {γαλήνιον.} Plin.lib.9.cap.7, Sæpe adnotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia tranquillò veluti oscitatio. Id est, Dum est tranquillitas.

Tranquillo, tranquillas {γαληνιστεῖ} tranquillare, Quietum facere. Plaut. Capt.4. Cic.1.de Fin. Séper alii aliquid quod tum vi sua atque natura tranquiller animos.

Perturbare & Tranquillare, contraria. Cic.in Topic. Vt aut perturbentur animi aut tranquillentur.

Tranquillor, tranquillaris, Passiuum, vt Mare tranquillatur oleo. Plin. lib.2.cap.103.

Tranquillitas, penultima correpta; tranquillitatis {γαλήνη, γαλαισύνη, εὐδία, τραμύτης} Placabilitas, serenitas. Plinius epistol. 25, Annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate, pari veneratione.

Tranquillitas maris. Cic.4.Acad. Et Attic.lib.6.119, Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.

Locus quietis & tranquillitatis plenissimus. Cicero primo de Oratore.

Otium & tranquillitas vitæ. Cicero pro Murena, Qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt.

Aucupari tranquillitatẽ, Vide AVCVPOR.

¶ Animi tranquillitas, Constantia, firmitudo, modestia. Cicero 4. Tusculan. In participe rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietámque constantiam. Idem 1. Offic. Vt tranquillitas animi & securitas acsit quæ adferat cum constantiam, tum etiam dignitatem.

¶ Tranquillitate proficisci. Cic 4.Acad. Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadio trigiinta prouo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate, probabile videatur se illuc venturũ esse salũ.

Trans, præpositio {πέρα} Actiuatiuo casui seruit & significat Vltra, vt quum de loco ad locũ, & de vno ad alterum, & de vna re ad alteram transitionem facimus. Trans mare, trans montẽ. Tam motus, quàm quietis verbo datur. Hor. at 1.epist.11,

Cælum, non animum mutant qui trans mare currunt. Virg.3.Geor.

Illas ducit amor trans Gargara, tránsque sonantem
Aſcanium. Brutus Antonio libro 11.3, Nuntiis trans mare missis. Quint.lib.4.cap.5, Dicam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse.

Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare. Cic. Att. lib. 12 2.1.
Inspicere trans ripam. Cic. pro Milone.
Trans vsque. Cic. pro Quintio, Tollitur ab artiis Liciniis, atque à prædonum concessu in Galliam Nævius, & trans Alpes vsque transfertur.

Transabeo, transabis, pen. corr. {διαπορῶ} transabire, Per locum aliquem abire, Vltra ire. Stat. 6. Thebaidos,
-obliqua, quantum vtare dabatur,
Transabere fuga Ibidem 2,
-capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis. Ibidem 9.
Lernæam iacit ipse trabem volat illa sagittis
Æquafuga mediúmque nihil cunctata Polyten
Transabit, & iuncti clypeum cauat improba Mopsi. Valer. 4. Argonaut. 102,
Turbine sic rabido populos, atque æquora longè Transabiit.

Transactor. Vide TRANSIGO.

Transadigo, transadigis, pen. corr. transadegi, penul prod. transadactum {διαπερόω} transadigere. Virg. 12. Æneidos,
-& qua fata celerrima crudo
Transadigit costas & crates pectoris ense. Stat 5. Thebaidos,
Quattuor hos vnà, decus & solatia patris
Transadigam ferro.
Iuuenem transadigit costas. Virg. 12. Æneid.

Transalpinus, pen. prod. Adiect. {ὑπερκείμενος} Compositum ex trans & Alpes, Alpium: vt Transalpina Gallia, quæ trãs Alpes sita est. Plin. lib 22. cap. 2. Cic. pro Murena.
Bella Transalpina, Quæ in Trãsalpina Gallia geruntur. Cic. 2. Offi.
Hospes Transalpinus, Qui est ex Transalpina Gallia. Cic. 4. Verr.
Messis transalpina. Claud. 1. in Eutrop. 82.
Transalpinæ nationes. Cic. Pæto. lib 9. 15.
Cognatio materna Transalpini sanguinis. Cic. post red. in Sen.

Transalpini {ὑπερκείμενοι} Qui trans Alpes habitant. Brutus Ciceroni 11, Progressus sum ad Trãsalpinos. Vetus exemplar legit ad Inalpinos.

Transcendo, transcendis, transcendi, transcensum- {ὑπερβαίνω, ὑπερπηδάω, μετακίνησις, μεταπάσσω, μεταπέτομαι} transcendere, Ex trans & scando compositum, significat trãsgredi. Cic. in Somnio, Ex his ipsis cultis notísque terris, num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomẽ vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel vllum Gangem transnare? Hîc per translationem positum.
Alpes transcendere. Cic. in Catil.
Muros transcendere. Pomponius in l. vlt. D. de diuis. rer. Siquis violauerit muros, capite punitur: sicuti si quis trãscender scalis admotis, vel alia qualibet ratione. Nam Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quòd murum transcendere voluerit.
In Macedoniam transcendere. Liu Decad 4. lib. 2.
In naues inimicorum transcendere. Cæsar 3. bel. Gall.
Vallum transcendere. Lucan. lib. 4. 36.
Ab asinis ad boues transcendere. Plaut. Aul. 7. Vide ASINVS.
Transcendet hæc licentia in prouincias. Tacit. lib. 17.
Transcendit ætatem primæ iuuentæ. Colum. lib. 1. cap. 8.
Annos florentes transcendere. Silius lib. 1.
Pylias æui transcendere metas. Stat. 5. Sylu. 3.
Fines transcendere iuris. Lucret lib. 3.

Transcindo, transcindis, transcidi, pen. cor. transcissum {ὑπερτρέχω} transcindere, Omnino scindere. Plautus Persa 20,
Transcidistotis omnes aduenientes domi.

Transcribo, transcribis, pen. prod. transcripsi, transcriptum {ἀντιγράφω, μεταγράφω} transcribere, Idem quod exscribere. Cic. de Nat. deor. Quint. Sosius splendidus Eques Rom. ex agro Piceno, fecisse confessus est, qui transcripserit tabulas publicas.
Fabulas & orationes sua manu transcribere. Author ad Herenn. libro 4.
¶Transcribere aliquem authorem, pro Desumere ex do quod ad nostrum opus facere videtur, & scriptis eius tãquam nostris vti. Plin. lib 14. cap. 2, Græcinus qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, arbitratur non naturam, &c.
¶Transcribere {μεταγράφω} Tradere. Virg. 7. Æneidos,
Tutne tot incassum fusos patiere labores:
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis? Vbi Seruius, Transcribi, tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia: nam scribi, est dari.
Idem 5. Æneidos,
Transcribunt vrbi matres. Id est ad vrbem. Vbi Seruius Romani moris verbum est. Transcripti enim in colonias deducebantur. Seneca Thyeste 1,
In quod malum transcribor?
Transcribere {μεταγράφω} (inquit Agretius) dicitur quum ius nostrum in alium transit. Proculus in Pandectis, in l. si vir vxori. De præscriptis verbis, Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro. Id est, iure cessò traderet, ait Budæus. Ouidius 7. Metamorphoseos,
-ergo ego cuiquam
Posse tuæ videor spatium transcribere vitæ? Hoc est, transponere, transferre. Verba sunt Medeæ respondentis Iasoni, qui rogauerat vt suis annis quos adhuc victurus esset, adimeret aliquid, adderétque illud annis parris, quo & ille longius viueret. Claud. de bel. Gild.
Transcribere in viros. Senec. in Consol. ad Martiam. Idem epist. 4, Quum puerilem animum deposueris, & te in virum philosophia transcripserit.
¶Transcribere, pro Venale proscribere. Quintil. Declam. 12, Quo modo satis accusabo vendentem? spiritus nostros transscribis, salutem nostram exponis.
Nomina transcribere in alios, Vide NOMEN.
Transcribere in libris censualibus dici debet, quum res censualis ab vno nomine in aliud transfertur. Quomodo & in rationibus, quum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur l. vlt. C. De prædiis nauicul. Hac tamen (inquit:) pactione seruata vt si ad minus idoneũ fuerit translata possessio, etiam authores transcripti prædij teneantur obnoxij. Gaius in l. Aliquando. D. ad Senatusc. Velleianum, Si hereditatem emerit, & æs alienum hereditarium in se transcribat. Liu. 5. bel Macedon. Quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Hæc Budæus.

Transcriptio, Verbale, pro excusatione, seu prætextu. Quint. Decla. 13, Iam priuati veneni transcriptio est. Nam diues causabatur se nihil deliquisse, quia in priuato suo apes pauperis necassent.

Transcurro, transcurris, transcurri, transcursum, {μεταπηδάω, διαβαίνω} transcurrere, Leuiter aliquò currere. Terent. Eunuch. 4. 6,
Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Virg. 9. Æneidos, -& ingens
Visus ab aurora cœlum transcurrere nimbus.
Cursum suum transcurrere. Cicero de Claris Oratoribus. Ita grauissimo tuo casu, dum Cyri & Alexãdri similis esse voluit, qui suum cursum transcurrerant.
Ætas transcurrit. Plin. epist. 122.
Præter oculos alicuius transcurrere: Ante oculos alicuius præterire, vel transcurrere. Ouid 14. Metam. de Circe.
¶Transcurrere, pro Diuagari. Plin. lib. 9. cap. 36, Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam se protinus luxuria credat. Author ad Herennium lib. 4, Translationem dicunt pudenrem esse oportere, vt cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temerè & cupidè videatur in dissimilem transcurrisse.
¶Transcurrere, Perstringere, Cursim & breuiter persequi. Quintilianus, In narratione transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam.
¶Transcursum est, Leuiter itum est. Liu. 5. bel. Pun. 220, Adeò raptim captis propioribus castris, in altera transcursum castra ab Romanis est.
¶Transcurso, ablatiuus à Transcursum participio, iunctum cum hoc nomine Opus, pro Transcurrere. Terent. Hecy. 3. 4,
In arcem transcurso opus est.

Transcursus, huius transcursus, masculini generis {μεταδρομή} Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro Obiter, & inter percurrendum. Plinius libro 18. capite 13, Quanquam prius de rapis dixisse conueniat, in transcursu ea attigere nostri, paulò diligentius Græci.

Transdo, transdis, transdidi, transditum {μεταδίδωμι} transdere. pen. corr. veteres dixerunt tonantius, inquit Donatus, quod nos lenius tradere nunc dicimus. vt Tralatum nos translatum è contrario. Terent. in Prolog. Phorm.
Retrahere à studio, & transdere hominem in otium.

Transduco, transducis, penultima producta, transduxi, transductum {μεταγω} transducere, Idem quod Traducere. Cicero sexta Verrina, Quam in te tantam virtutem esse aut dignitatem arbitratus es, vt conatere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ transducere ad te, auferre à certissimis, antiquissimísque patronis?
¶Transducere arbores, pro Transplantare. Colum. lib. 3. cap. 9.
Transduci mali in melius dicuntur, pro Conuerti. Seneca libro 2. de Ira.

Transenna, transennæ, {ἀγχονίς} Per quam aspectus transire potest. Sunt autem cancelli lignei, ferrei, siue viminei qui fenestris aut etiam mercibus opponi solent. Sallustius libro 2. Histor. Apud Macrobium lib. 3. cap. 13, Præterea quum sedenti in transenna demissum Victoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat. Sipontinus dicit Transennam esse porrectam extra domum quasi pe gulam, per quam transitur superimposito tegulo. Nonius fenestram interpretatur. Seruius in illud 5. Æneidos,
-traiecto in fune columbam,
Quò tendat ferrum malo suspendit ab alto. Traiecto, ait, extento. Vnde transenna dicitur extentus funis. Sallust. Machinato strepitu transenna corona in caput imponebatur. Hactenus Seruius. Alij Trasenna scribunt.
¶Per transennam stricim aspicere. Cicero 1. de Oratore. Prouerbiali figura dictum est, pro eo quod est, non propius, neque sigillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatũ à negotiatoribus qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, vt præereuntibus procul modò contemplari liceat, nec explicant eas nisi licitatori idoneo. Erasmus.
Transenna, Decipulum, laqueus, & funiculus ad insidias concinnatus. Plaut. Bachid 17,
Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit. Sensus est: Nunc senex commode dolis capitur, veluti turdus rete vel laqueo, dum quærirat cibum. Hæc Saracenus. Vide Chiliad. Erasmi.
In transennam inducere. In laquem, in pedicam funariam, in dolum & decipulum. Plautus in Persa 15,
Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis.
Itaque huic insidiæ paratæ sunt, probè aggrediar virum. Ab aucupibus sumptum est, ait Erasmus in Chiliadibus, qui intra cancellos escam spargunt, insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur.

Transeo, transis, transiui, pen. prod. transitum, pen. cor. {μεταβαίνω, διαβαίνω, διοδεύω, μεταπίδημι, παρέρχομαι, παρέρχομαι, μεταπίπτω} transire, pen. prod. Notæ significationis. vt Transire flumen. Cic. 3 de Finib. Rectius diues quàm Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset.
Quum mare vastissimum hyeme transibas. Cic. in Pisonem.
Campos ped. bus transire. Lucret lib. 4.

Rota

Rota transiit serpentem. Virg. 5. Æneid.
¶Transire ad forum: hoc est Proficisci ad forum. Terent. Phorm. 5. 8. Idem Heaut. 4. 4.

Transeundum est nunc tibi ad Menedemum.
Transire domum, pro Abire domum. Plaut. Milite, 14.
Transeo huc ad, vel in. Plaut. Epid. 13.
-ego ad vos Thesprionem iussero
Hue transire. Idem Casina, 3,
Ego huc transeo in proximum ad meam vicinam.
Transire Apenninum, Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10.
Transire aliquem. Plaut. Sticho, 7.
Iam hercle ego per ortum amicam transibo meam.
Cursu transire equum. Virg. 11. Æneid.
Transiit dies, Præteriit, elapsa est. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 11. 7. Quid? ergo exercitum retinentis, quum legis diem transierit, rationem haberi placet?
Dies mei transeunt Seneca Thyeste, 4.
Ætas citò transiet. Tibullus, lib. 1. eleg 4.
Transiit mensis, pro Præterit. Plaut. Curcul. 15.
Quinquennium transiit, & quinquennium præteriit. Africanus in l. Quæsitum. D. de vsufruct.
Transit gloria. Plin. lib. 13. cap. 1.
Conuitium transit. Plin. lib. 29 cap. 1.
Transire, Intactum relinquere. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 28. Sæpe quæ agellos pessimi cuiusque transierat, optimorum vitorum segetem grando percussit.
Transire aliquid leuiter, pro Paucis dicere & percurrere. Cic. pro Roscio Amer.
Silentio aliquid transire, Silere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 34. Equidem malueram, quod erat suscepturn ab illis, silentio transire.
Ad reliqua transire. Plin. lib. 11. cap. 54.
Vt transeam, pro Vt taceam. Plin. lib. 2. cap 68.
Transire quædam in legendo, Præterire, omittere. Plin. epist. 174.
Transeo Neronem, id est, Sileo de Nerone, nihil dico. Plin. epist. 98.
Transire ad partitionem, De partitione dicere. Cic. 1. de Inuent.
Deinceps ad partitionem transeamus.
Ad aduersarios transire. Cic. 3. Verr. Repentè relinquas, deseras, ad aduersarios transeas?
Trãsire in alia omnia, pro Dissentire. Vide Ire in alia omnia in 20.
In mores transire. Quintil. lib. 1. cap. 11. Nã frequens imitatio transit in mores.
In sententiam alterius transire. Liu. 4. bel. Maced.
Transiere in partes. Tacit. lib. 13.
In formam crediti transire. Senec. de Benef. lib. 1, cap. 2.
Ad heredem transire. Plin lib. 13. cap. 3.
Ad opus aliud transire. Ouid 6. Metam.
¶Transire in vestes odor. Plin. lib. 12. cap. 3.
Inuicem transire. Plin. lib. 19. cap. 5.
In colores varios transire. Plin. lib. 11. cap. 37.
In iram transire. Ouid. 8 Metam.
Ad vinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5.
Per aliquem locum transire. Plin. lib. 10. cap. 60.
Permeare & transire per omnia. Cic. 4. Acad. Erit enim persuasum etiam Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.
Transire per multos seruos dominus dicitur, qui multis dominis seruiuit. Vlp. in l. 2. §. vlt. D. de bon. poss. secund. tabul.
Transiit eum hasta. Stat. 12. Theb.
Facilè transire mala. Cic. Varroni lib. 9. 1, Videor sperare debere si te videris, & ea quæ premant, & ea quæ impẽdeant, me facilè transiturum. Id est non curaturum.
Finem & modum transire, Excedere. Cic 1. Offic.
Legem transire, pro Non curare, & negligere. Cicero Attico lib. 5, Qui abstinens (sed Iulia lege transita semel tantum in diem, non vt alij solebant omnibus vicis, præter eum semel nemo accepit) facit vt mihi excipiendus sit.
Lineas transire, Præterire terminos. Cic. in Parad. Dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili virgine: peccant verò nihilominus, siquidem est peccare tanquam transire lineas.
Vitam transire, pro Viuere, & quod Vitam transigere etiam dicitur. Sallust. in Catil.
Video iam quò inuidia transeat, & vbi sit habitatura. Cic. Attico, lib. 2. 24.
Transiri. Paulus in l. vlt. D. de seruit. rust. præd. Si flumen aut vado transiri potest, aut pontem haber.
¶Transitum est. Cic. 2. de Finib. Cuius similitudine perspecta in formarum specie à dignitate transitum est ad honestatem dictorum atque factorum.
Transitur. Plin. lib. 17. cap. 10. Quamobrem seminarij curam antè conuenit dici, quàm transeatur ad alia genera.

Transitus, pen. corr. Participium. Liu. lib. 1. bel. Punic. A tergo Alpes vrgent vix integris vobis ac vigentibus transitæ.

Transitio, Verbale {ἔλεγκτος} Liu. 2. ab Vrbe. Proxima inde nocte Volsci discordia Romana fieti, siqua nocturna transitio proditione fieri posset, tentant castra.
Causa transitionis. Author ad Heren. lib 1.
Ad plebem transitiones. Cic. de Claris Orat. Multa enim scripta sunt in eis, quę facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones, &c.
Transitio ad hostes, Defectio. Liu. lib. 5. Cuius aduentu, qui antè in exigua spe, vocati sæpe ad trãsitionem ab hostibus per colloquia erant, vltro ad transeundum hosteis vocabant, solicitabántque.
Imagines similitudine & trãsitione perceptæ. Cic. 1. de Nat. deor.

Transitus, huius transitus, pen. corr. {μετάβασις, μετάστασις, πάροδος} Idem. Plin. lib. 6. cap. 14. Causa portarum nominis eadem quæ suprà, interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meant plaustra. Cicero 5. Tuscul. Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset.
Certior transitus, Vide CERTVS.
Adimere transitum, Vide ADIMO.
Claudere transitum, Vide CLAVDO.
¶Dare transitum, pro Cedere de via. Plin. iunior epist. 14. lib. 5.
Transitus in alias figuras. Plin. lib. 11. cap. 36.
¶In transitu, Cursim. Quint. lib. 2. cap. 11 Siquid incideris, quod ad scholas pertineat propriè, in transitu nõ omittemus. Id est obiter.

Transitorius, Adiect. Suet. in Nerone, cap. 31. Domum à Palatio Æsquilias vsque fecit, quam primò transitoriam, mox incendio absumptã restitutámque, auream nominauit.
Forum transitorium. Seruius in illud 7. Æneid.
-Sunt geminæ belli portæ, &c.

Transilis, & hoc transile, pen. corr. {ὑπερβατικός} Palmes relictus, alios transiliens. Plinius libro 17. cap. 23, Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus vt transilem faciant, si largiatur crassitudo, aliàs vtile toros futuri draconis pasci.

Transfero, transferis, pe. cor. {μεταφορδίω} transferere, A trans & fero, est in alium locum serere. Statius 2. Sylu. 1,
Vidi ego transfertos alieno in robore ramos
Altius ire suis. Hoc est insitos in aliena arbore.

Transfero, penult corr. transfers, transtuli, penult. corr. translatum. penul. prod. {μεταφέρω, μεταίρω, μετατίθημι, μεταφράζω, μετατροπίδιον} transferre, De loco in alium locum ferre. Terent. And 5. 4,
Cur non illam huc transferri iubes? Virg. 1. Æneidos,
-regnúmque à sede Latini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
Auferre & transferre. Cicero ad Atticum lib. 13. 27, Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem.
Hoc idem transfero in Magistratus. Cic. 4. Verr.
Transferre semina è terra in terram. Varr. 1. de Re rust. cap. 39.
Transferri trans Alpes. Cic. pro Quintio, Tollitur ab artiis Liciniis, atque à præconum concessu in Galliam Nævius, & trans Alpes vsque transfertur.
Transferre modò in dexteram partem, modò in sinistram. Plinius lib. 9. cap. 29.
Transferre in aliam domum. Cic. 4. Acad. Cur non se transtulit ad alios, & maximè ad Stoicos?
Ad aliquid faciendum se transferre. Cic. pro Cluẽtio, Totúmque se ad artes componendas transtulit.
Amorem suum alteri, vel in alterum transferre. Terent. Adelph. 2. 3, Maledicta, famam, meum amorem & peccatum in se transtulit. Idem Hecyra 2. 2, Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit amorem.
Animum oculósque ad aliquid transferre. Cic. 4. Verr. 135 Statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos, animúmque transtulimus.
Bella transferre. Ouid. 12. Metam.
Calores suos aliò transferre. Amores suos ad aliam puellam. Propert. lib 2. eleg. 16.
Caussam aliquam aliò transferre. Cic. Lentulo lib. 1. 4.
Caussam in proximum annum transferre. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 9.
Crimen in se, vel in alium transferre. Cic. pro Sestio, Gracchum illum suum transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint. Idem Attico, lib. 15. 330.
Culpam in alium transferre. Terent. And. 2. 3.
Sed si tu negãtis ducere, ibi culpam in te transferat. Cicer 3. Verr. Quid si doceo, si planum facio, teste homine nequam, verùm ad hãc rem tamen idoneo, te huius circumstessionis tuæ causam, & culpam in alios transtulisse?
Exercitum in Africam transferre. Quintil. lib. 3 cap. 8.
Iucunditatem in animum transferre. Cic. 2. de Finib.
Si placet, sermonem aliò transferamus. Cic. 1. de Orat.
Seruitium transtatum. Propert. lib. 1 eleg 11.
Ab oculis ad animum trãsferre. Cic. 1. Offi. Quam similitudinem natura ratióque ab oculis ad animum transferens, &c.
Factum aliquod ad inuidiam & fortunam transferre. Cic Pæto, lib. 9. 16, Illam Accij similitudinem non modò iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam.
Nihil est enim quod de suo genere in aliud genus transferri possit. 4. Acad.
Capita aliqua in edictum prouinciale transferre. Cic. 3. Verr. Iterum enim quæro abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus, cur ea capita in edictum prouinciale transferre noluerit.
Lituras & literas de tabulis in libros transferre. Cic. 4. Verr. Literæ, lituræque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.
Iudicia transferre. Cic 3. Ver. Sin absoluitur, definemus nos de iudiciis transferendis recusare. Transferre iudicia, inquit Budæus, est ab vno ordine ad alterum transferre.
In aliam rem transferri. Cic. 4. Acad. Num illa definitio posset in aliam rem transferri quamlibet?
Ex quorundam præceptis quædam transferre quæ nostro instituto conuenire videantur. Cic 1. de Inuent.
Transferre Græcos authores. pro Verrere. Quint. lib. 10. cap. 5.
Ad verbum translatum non inuenio. Quint. lib 7. cap. 5.
In linguam Latinam transferre Plin lib. 18. cap. 3.
¶Transferre aliquod verbum dicimur, quum illud à propria significatione in aliam conuertimus. Cicero translationem verborum maximè probat in Orat. Quint. autem, quæ sint verba propria,

quæque translata, quomodo transferantur, quæ sit vitiosa translatio, & cur reperta sit translatio, diffusè tradit lib.1. Institut. & lib.8. cap.6. Vide translata verba in VERBVM.

Verba apertius transferre. Cic in Orat.

Translatus, pen.prod. {μεταποιητὸς} Pars siue Tralatus. Cic.1.Verr. Accusandi voluntas ad vitos fortes, spectatósque homines translata sit. Idem Attico lib.16.333, Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in Acano conuiuis tuis.

Cursu translato vada mutat amnis. Silius lib.3.

Verba translata. Quint.lib.1.cap.5.

Audacius translatum verbum. Quint.lib.4.cap.1.

Speciosè translatum. Quint.lib.2.cap.5.

Translatio, siue Tralatio {μετακόμισις, μεταφορὰ} Verbale. Plinius lib. 21. cap.4, Translatione quoque, vt vitis, optimè ocyssimèque prouenit.

Translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos. Cic.1. Offic. Quare Lucij Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri.

Criminis translatio. Cic 4.Ver.

Translationes quasi mutationes sunt, quum quod non habeas, aliunde sumas. Cic.3.de Orat.

Vnius verbi translatio, aut inuersio verborum. Cic.2.de Orat.

Iam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia planè sit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Cicero in Oratore.

Verecunda tralatio. Tullius Titoni lib.16.17. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest, vt sit, quo modo Theophrasto placet, verecunda tralatio.

Translator, translatoris, vel Tralator, pe.prod. {μεταποιητὴς} Verb.masc. Cic.7.Verr. Verres ille vetus proditor Consulis, translator Quæsturæ, auctior pecuniæ publicæ.

Translatitius, Adiectiuum, siue Tralatitius, {μεταποίητος} Quod transfertur, vel translatum est. Cælius Ciceroni lib.8.5, Nosti enim hæc tralatitia. Cic. Appio lib.3.8, Hoc verò ex quo suspicio nata est me exquisitè aliquid in quo te offenderem, tralatitium est. Id est, vulgare, aut affectatum, & aliunde accersitum, atque adeò falsum.

Alterum caput esse tralatitium de impunitate. Cicero Attico, lib 3 65.

Constitutio translatitia {μεταληπτικὴ} Cic. 1. de Inuent. At quū causa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, translatitia dicitur constitutio, quia actio tralatitionis & commutationis indigere videtur. Vetus codex habet translatiua.

¶ Translatitius, pro Leui: quod dicimus *Fait par acquit*. Sueton in Augusto cap.10, Sed aduersante conatibus suis M. Antonio Consule, quem vel præcipuum aduersorem sperauerat ac re publicum quidem & translatitium ius vlla in re sibi sine pacti one grauissimæ mercedis impertiente, ad optimates se contulit, quibus eum inuisum sentiebat. Sic translatitiæ causæ, pro leuibus, apud eundem in Neronc cap.7, Celeberrimis patronis non translatitias & breues, sed maximas plurimásque postulationes certatim ingerentibus. Sic & Trãslatitium funus apud eundem ca.33. Britannicũ postero die raptim inter maximos imbres tranſl stitio exulis funere.

Translatiuus, penultima produ. {παραχρησικὸς, μεταληπτικὸς, μεταποιητικὸς} Adiectiuum, Idem Cicero 1. de Inuentione, Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadem parte eodem in genere & definitiua esse & translatiua.

¶ Translatiuum, & Translatitium, vel vt aliqui loquuntur, Tralatitium. Plin. in epist. lib 9. ep.4. à fine. Nec tuæ naturæ est, translatiua hæc & quasi publica officia à familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere. Cic.3.Verr. Sed in re tam vsitata, satis est ostendere, omnes anteà ius na dixisse: & hoc vetus edictum translatitiúmque esse Budæus.

Translatiuè, Aduerb. {μεταποιητικῶς} Martianus Iurisconsl. Præuaricatorem esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accusandi fungitur. Vlpian. in l.j. De iure patronatus. Patronorum querelas aduersus libertos Præsides audire, & non translatiuè exequi debent. Alij vtrobique legunt translatitiè, quibus accedit & Haloander. Pandectæ quoque Florentinæ sic habent.

Trãnsfigo, transfigis, transfixi, transfixum, {διαπαίσσω, πίερω, πείρω, πέρονάω, διακεντέω, διίς αἴλω} transfigere, Per medium figere. Plautus Persa 2.26,

-saucius factus sum in prælio,
Veneris sagitta: Cupido cor meum transfixit. Cic.2.de Fin. Euelli iussit eam qua erat transfixus hastam.

Telis transfigitur pectora. Lucan.lib.3.

Transfigere cum armis corpus alicuius. Liu.1.bel.Pun.

Transfigere gladio aliquem per pectus. Liu.2.ab Vrbe.

Per aduersum pectus transfigere. Liu.6.bel.Pun.

Transfixus, Particip. {διαπαρὴς} Plin.lib.22. cap.23, Siccantur pendentes fuilli, iuneo transfixi, quales è Bithynia veniunt.

Clypei transfixi. Silius lib.10.

Hasta transfixa virum. Virg.11. Æneid.

Pectus transfixum. Virg.1. Æneid.

Transfiguro, transfiguras, pen.prod, {μεταχήματίζω, μεταμορφόω} transfigurare, In aliam figuram vertere. Sueton.in Claud. Neronc cap.28, Puerum Sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturã transfigurare conatus est. Animos iudicum in eum quem volumus habitum formare, & velut transfigurare. Quintil.lib.6.cap.2.

Corpus in scorpiones transfigurare. Plin.lib.9.cap.31.

Transfiguratur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Plinius libro 17.cap.24.

In plurimas similitudines transfigurari. Plin.lib.8.cap.53.

In lupum transfigurari. Plin.lib.8.cap.22.

Transfiguratus, pen.prod. Vlpian.in l. Quid tamen. §. Si massæ. D. Quibus modis vsusfructus amittatur. Ornamentum dissolutum, aut transfiguratum, extinguit vsumfructum.

Transfiguratio, Verbale {μεταμόρφωσις} Plinius lib.7.cap.55, Aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando.

Transfluo, transfluis, transfluxi, transfluxum {μεταῤῥέω} transfluere, Plinius lib.11.cap.38, Sanguinem multis non transfluere transfossis euenit.

Dies transfluxere. Claud.ad Probinum 26.

Transfodio, transfodis, penul.cor.transfodi, pen.prod.transfossum, {διαμπερίζω} transfodere. Ouidius,

Gemino transfodit vulnere pectus. Liu.9 bel.Maced. Deinde fugienti, fidémque Pop.Rom.atque eorum qui aderant imploranti latus transfodisse. Valer.6.Argonaut.

-cadit impiger vnà
Inguine transfosso clari Taulantis alumnus.

Transformo, transformas {μεταμορφόω} transformare, In aliam formam mutare. Virg.4 Georg.

Omnia transformat sese in miracula rerum.

Diætas transformare. Vlpian.in l. Si cuius rei. §. Sed si ædium. D. de vsufructu.

Membra transformat in iuuencos. Ouid.10.Metam.

Faciem suam transformare. Ouid.1.Fast.

Ad naturam alicuius transformari. Quintil.lib.1.cap.2, Maxima pars eloquentiæ constat animo: hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & trãsformari quodammodo ad naturam eorum de quibus loquimur necesse est.

Transformis, & hoc transforme, {μεταμορφωτὸς} Quod quamcunque formam recipit, siue in formas diuersas transformatur.

Corpora transformia. Ouid.8 Metam.

Transforo, transforas, penultima correp. transforaui, penult.produ. transforare. Seneca 2. de Beneficiis, Gladius idem & stringit & transforat.

Transfreto, transfretas, penultima correpta, {διαπορθμεύω} transfretare, Trans fretum ire. Plin. in Paneg. Remissque transfretare obstantia freta.

Transfugio, transfugis, penult.corr. transfugi, penult.prod. transfugitum. penult.corr. {αὐτομολῶ} transfugere, De loco ad locum fugere. Plaut.Milit.9.

Nam illius oculi, atque auris, atque opinio, transfugêre ad nos.

Ad hostes transfugere. Plaut.Epid.2,

Pol illa ad hostes transfugêre. Liu.lib.2.

Ab afflicta amicitia transfugere. Cic.pro Quintio, Fatetur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

Transfugium, transfugij {αὐτομολία} Profugium vel defectio. Plin.de Viris illustr.8. Gabios per Sextum filium simulato transfugio, in potestatem redegit. Liuius 2.bel. Punic. Simul vt quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora leuibus ingeniis essent. Tacitus lib.18, Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris vt in ciuili bello transfugiis.

Transfuga, transfugæ, pen.corr.masc.gen. {αὐτόμολος} Qui transfugit, & ad hostes defecit. Liu. lib.2. Deinde metuens, nisi Consulum iussu, & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis retraheretur vt transfuga, fortuna tum vrbis crimen affirmante, Senatum adit.

Transfuga ad Græcos. Plin.lib.29.cap.1.

¶ Transfuga non solùm (ait Paulus Iurisc. De captiuis, l. Postliminium.) is accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per inducias tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit.

Non omnia illum transfugam ausum esse Senatui dicere. Cicer.1. de Diuinat.

Amnis transfuga. Stat.1.Sylu.2. Alpheum intelligit, qui per subterraneos meatus in Siciliam peruenire dicitur ad Arethusam cuius amore captus est.

Transfumo, transfumas, penultima producta. {ἐκπύρωμι} transfumare. Statius 6 Thebaidos,

Compressæ transfumat anhelitus iræ.

Transfundo, transfundis, transfudi, transfusum, penult. producta {μεταχέω} transfundere, De vase in vas fundere. Cato, Vbi dies triginta præterierint, tranfundito: ita relinquito vsque ad vindemiam. Colum.lib.12.cap.12. Deinde quum sæpius eam in alia vasa transfuderunt. Lucan.lib.8.

Suas laudes ad alterum transfundere, per translationem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14 Libentius omnes meas, si modò sint aliquæ meræ laudes, ad te transfuderim.

Amorem suum in aliam tranfundere. Cic. 2. Philip. Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.

Transfusus, penultima producta. Participium. Plin. lib. 33. cap. 6. Dein vas, in quo turbida transfusa sunt, apertum linteo per noctem relinquitur, &c.

Transfusio, Verbale {μεταχώρησις} Plin.lib.34.cap. 18. Lauatur in linteis raris, in aqua cœlesti, separatúmque terrenum transfusione, cribratúmque teritur.

Transgredior, transgrederis, pen.corr. transgressus sum, {ὑπερβαίνω, παραβαίνω} pen.corr. Transire, & potissimùm de iis qui nauigassent, & de naualibus dicitur. Liu.2.ab Vrbe, inde in Latinam viam transuersis tramitibus transgressus. Cicer.1.de Diuinat. Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicato pomœrium transgressus esset, comitia Consulib. rogandis habuit.

Taurum transgressus sum. Cic. Appio, lib 3.8.

Alpes trãsgredi. Brutus Ciceroni, lib.11.20. Hæc cùm audissem & iam in itinere essem, committendum nondum putaui, prius vt alpes transgrederer, quàm quid ibi agerctur, scirem.

Rheno transgressus. Tacit.lib.12.

In con

In contrarias sedes transgredi. Plin.lib.2.cap.83.

In partes transgressus est. Tacit in vita Agricolæ.

Ad accusandum transgrediens Fortunatus, &c. Tacit.lib.16.

In vniuersum fama est transgressa. Tacit.in vita Agricolæ.

Transgredi aliquem, per translationem, pro superare. Plin.lib.7. cap.25, Idem signis collatis quinquagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat.

Transgressio, Verbale {ὑπέρβασις, παράβασις} Gallorum transgressio. Cic. in Pisonem, Cuius eho imperio non Alpium vallum contra ascensum transgressionémque Gallorum. Id est, transitum.

Transgressio apud rhetores dicitur quum ab ea sententia, quàm proposuimus, conuertimus sermonem ad aliquam personam aut rem, aut fortunam, & tanquam personam appellamus. Cicero 3. de Orat. Est etiam gradatio quædam, & conuersio, & verborum concinna transgressio.

Transgressio est quæ verborum perturbat ordinem peruersione aut transiectione. Author ad Heren. lib.4.

Transiacio, transiacis, pen.cor. transieci, pen.prod. transiactum, transiacere. Solinus cap.65, Indorum nemora in tam proceram sublimantur excelsitatem, vt transiaci ne sagittis quidem possint.

Transigo, transigis, penult.corr. transegi. penul. produ. transactum, {διαπονέομαι} transigere, Ex trans & ago: Transire, seu vltra ducere. Valerius 6. Argonaut.

-læuum per luminis orbem

Transigitur: teneræ linquuntur vulnere malæ.

Transegit pectora mucro Silius lib 4. Hoc est penetrauit.

Gladio seipsum transegit. Tacit.lib.14.

¶ Transigere vitã {διάγειν τὸν βίον} Ducere, & præterire. Sallust. in Catilina, Sed multi mortales dediti vẽtri atque somno, indocti, incultíque, vitam sicuti peregrinantes transegere.

Ætium transigitur venatibus Siliusl ib.3.

¶ Transigere {διαλύειν} Perficere, absoluere. Plaut. Amph 9; Næ hanc inchoatam transigam comœdiam. Terent. And.5.6, Intus transigetur, liquid est quod restet.

Vnumquódque transigere, expedire, absoluere. Cic.1.Verr.

Multitudinem rerum vno tempore transigere. Cic 1.de Inuent.

¶ Transigere {διαφωνέω} conuenire, concordare, pacifci. Cic.5. Verr. Summitebat ille Timarchidem qui moneret eos, si saperent vt transigerent.

Non deerant quidé qui neque transigi volebant. Cæl. Cic.lib.8.11. Per nuntium hoc quod erat tam leue, transigere potuisti. Cic.pro Roscio Comœdo.

Me absente omnia cum illis transigi malo. Cic. Att.lib.13,295.

Cum aliquo transigere qualibet conditione. Cic.pro Rosc. Com. Abhinc annis quindecim defensio mea quæ est? Roscium pro sua parte cum Flauio transegisse. Idem pro Quintio.

Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. Cicero Attico lib.4.86.

Negotium transigere, Perficere, absoluere. Cic.2.Philipp. Negotium transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.

Cum aliquo trãsigere atque decidere. Cic.pro Ros. Am. Ego hæc duo quæro primùm qua ratione Nævius susceptũ negotiũ non trãsegerit, hoc est cur bona quæ ex edicto possidebat, non venderit.

Controuersiam transigere. Cic. Attico lib.1. 2, Nos longo intervallo viseris, Acutilianam controuersiam transegeris.

Verbo transigere. Cicero 6. Ver. Tamesi iandudum erro, qui tam multa de emptionibus verba faciam, & quæram vtrum emeris, & quomodo & quanti emeris: quod verbo transigere possum.

Pro sociis transigere. Cic. pro Roscio Comœdo, Qui pro sociis transigit, fatisdat neminem eorum posteà periturum.

Transactum est. Brutus ad Ciceronem in epistolis ad Brutum. 16. De Cæsare verò quod fieri potuit, ac debuit transactum est: neque iam reuocari in integrum potest.

Transactum putabant Herbitenses: quum iste, Quid de horreo, inquit, & Docimo amiculo meo? Cic.5.Verr.

Transactus, Participium {διαπεπραγμένος} Terent. Adelph.2.4, Ego iam re transacta conuortam me domum cum obsonio.

Res transactæ & præteritæ. Cic.4. Tusc. Quid, quum iam in rebus iam transactis & præteritis orationes scribimus, num irati scribimus?

Partes transactæ. Cic.2.de Orat. Sed hoc tamen cecidit peropportunè, quòd transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum venistis.

Facta transacta omnia, Prouerbiale est, inquit Donatus, in id negotij, de quo nihil superest ad agendum. Terent. And.1.5.

Transactor, Verb. {διαπραγματευτὴς} Qui transigit. Cic.4.Verr. Qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione dixistis, rerum huiusmodi omnium transactor & administer.

Transiectus, {διαμετρησίμβρος} pro Traiectus, à Traiicio participio reperitur scriptum. Cicero de Vniuersitate, Iam verò terram altricem nostram, quæ transiecto axi sustinetur, dici noctísque effectricem, &c.

Transiectio, transiectionis {ὑπόβασις} Author ad Herenn. lib.4, Huiusmodi transiectio, quæ rem non dedit obscuram, multum proderit ad continuationes, de quibus antè dictum est.

Transilio, transilis, pen.corr. transilui, pen prod. vel trãsilui, transultum (ὑπερπηδάω, ὑπερθλίβω, μεταπηδάω} transilire, Vltra salire. Liu.1.ab Vrbe, Vulgatior fama est: ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Plaut. Truc.5,

Per ortum transiluit ad nos.

Rates transiliunt vada. Horat.1.Carm.ode 3.

Munera Liberi transilire, Nimium potare. Horat.1.Carm.ode 18.

Transilire aliquid, pro Præterire & tacere. Plin.in Panegy. Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquam præcidatio, vel transilire, vel præterire hi debeat? Ouid.1.de Ponto eleg 3.

Rem pulcherrimam transilire. Cic.2.Philip. Sed ne fortè multis re bus gestis, M. Antonij rem vnam pulcherrimam transiliat oratio.

¶ Transilire aliquid, pro Omittere, & tanquam negligere. Cic.3. de Orat. Id accidere credo, vel quòd ingenij specimen est quoddam transilire ante pedes posita, & alia longe repetita sumere.

Transulto, Vide suo loco.

Transitio, transitus, Vide TRANSEO.

Transiungo, transiunxi, transiunctum {μεταζεύγνυμι} transiungere. Vlpianus in l. Ædiles aiunt. D. De ædilitio edicto. Si mula talis sit, vt trãsiungi non possit, vt sana fit, &c. Idem ait, si mata sit eo ingenio aut corpore vt alterũ iugum non patiatur: sanã non esse. Transiungere, est in quadrigis locũ veterinis mutare: vt mulam temonariam facere, quæ præcedere solita est: vel dextram facere, quæ sinistra esse solebat. Budæus. Idem, Pierasque denique carrucarias tales esse, vt transigi non possint.

Transilabor, penult. prod. transilaberis. transilapsus sum, transilapsum {διολισθάνω} transilabi, Ex trans & labor, compositum. Claudianus 1.in Eutrop. -rapit cœli per inania cursum

Diua potens, vnóque Padum transilapsa volatu,

Castra sui rectoris adit.

Transilator, Vide TRANSFERO.

Transilego, transilegis, pen.cor. transilegi, pen.prod. transilectum {διαναγινώσκω} transilegere, Perlegere. Plaut. Asin. 13,

Horresceet faxo lena, leges quum audiet.

DI. Age quæso mi hercle transilege. PA. Audin'? DI. Audio.

Transiluceo, transluces, pen.pro. transluxi {διαφαίνω} transilucere, Vehementer & clarissimè lucere, pellucere. Plin.lib.6.cap.17, Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. Hoc est, veste in publico induatur vsque adeò tenui, vt corpus in ea transluceat, & penè nudum appareat. Idem libro 37. capite 12, Quibus modis ex crystallo tinguntur smaragdi aliæque transluscentes.

In liquidis transluceat aquis Ouid 4.Metam.

Translucidus, penult. correp. Adiectiuum {διαφανὴς} Quod adeò lucet per medium aspicere liceat. Quinct. lib 8.in Prooem. Similiter illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsas effœmmat. Plin.lib.36.cap.8, Probantur quammaximè mellei coloris, in vertice maculosi, atque non translucidi.

Transmarinus, penultima producta, Adiectiuum, {ὑπερθαλάσσιος} Quod trans mare est, vel petitur. Cicero 7. Verrina, Priuatim autem nec proficisci quoquam potes, nec accersere res transmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Plautus Mostel.7.

Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

Peregrinatio transmarina. Quint.lib.7.cap.4.

Transmarina vectigalia. Cic.2.de l. Agraria.

Politissima doctrina transmarina & aduentitia. Cic.5.de Orat.

Transmeo, transmeas, transmeare, Vltra meare. Plin. lib. 30. cap. 11. Præcipuéque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Namque & in x 11. signa digesserc eam sole transmeante, Idem lib.10.cap.29. Ad quem ciconiæ non transmeant.

Terra massæ transmeare. Tacit.lib 12.

Transmigro, transmigras, pen corr. {μεταναίω, μεταναστεύω} transmigrare. Est in loginquioris loci domicilium, habitationémve migrare, vt ait Valla lib.5. Liu.5.ab Vrbe Hanc eandem rem actam esse vt Veios transmigraremus.

Transmigrare, Demigrare. Suetonius in Tiberio. cap.15. Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Mecœnatianos transmigrauit.

Transmitto, transmittis, transmisi, pen. pro. transmissum {περαιόω, διαπερόω} transmittere, Per medium mittere & ponere. Plaut. Milit. 3. Pérque os elephanti brachium trãsmitteres. Dicitur & Tramitto.

Mors transmissa per artus. Stat.2.Thebaid.

Transmitti cuspide pectus, Perforat. Silius lib.7. Hoc est traiicit.

Transmittere mare {διαπορίζομαι} Tranauigare. Cic.2. de Nat. deor. Grues cùm loca calidiora petentes maria transmittrant, triangulí efficere formam. Idem 5. de Finib. Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit?

Transmitti mari supero. Cic.ad Att.lib 9.172.

Transmittere, absolutè, pro transire. Cic.1.Philip. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco consendi, vt trãsmitterem. Idem ad Quintum Fratrem lib. 2. 10. Eoidem aiebant nunciare te prima nauigatione transmissurum.

Transmissus trans. Virg.3.Æneidos,

Quin vbi transmissa steterint trans æquora classes.

Transmittere in Africam velis. Liu 8 bel. Pun, Cæterásque, quas adepta esset, multasset, ni cum reliquis quinque nauibus Adherbal velis in Africam transmisisset.

Transmittere cursu campos, Celeriter transire. Virg.4.Æneid.

Transmittere aliquem, Cum festinatione mittere. Plaut. Epid.3. Continuò te orabit vltrò vt illam transmittas sibi. Ibidem, 10. Mihi illam vt tramittas, Pro transmittas.

Transmittere tectum lapide: hoc est Lapidem vltra tectum conijcere. Plin.lib.28.cap.4.

¶ Transmittere bellum, vel aliquod aliud onus alicui: pro Dare prouinciam belli administrandi. Cic.pro l. Manil. Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia vestræ memoriæ bella cõficienda, diuino quodam cõsilio natus esse videatur.

¶ Transmittit Benacus lacus Mincium fluuium: Id est dat ei exitum. Plin.lib 9 cap.22.

Transmittere exercitum, pro Dare transitum exercitui. Liu. lib. 1. bell. Punic. Reguli Gallorum capti donis cum bona pace exercitum per fines suos præter Rusicinomem oppidum transmiserunt.

¶ Transmittere literas papyrus dicitur quæ bibula est. Plin.lib. 13 cap.11.

¶Transmittere in formas coactam materiam, pro Formare, & in formas redigere. Colum. lib. 7 cap. 8.

¶Transmittere menses aliquot in specu, Hoc est transigere. Plin. lib. 8 cap. 25.

Transmittere tempus, Ducere, consumere. Plinius epistol. 183, Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi.

Transmittere tempus temporibus amicorum. Cicero pro lege Manilia, Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putaui.

Operi transmittere noctes, Totas noctes operari. Stat. 3. Theb.

Ærum transmissum, Ætas præterita. Stat. 1 Sylu. 4.

Aranearum telæ valentiora animalia transmittunt. Valer. Max. lib. 7 cap. 2, De Anacharsi. Anacharsis leges aranearũ telis comparabat. Nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmitti: ita his humiles & pauperes constringi, diuites & præpotentes non alligari.

Sterilis transmissimus annos. Stat. 4. Sylu 4.

¶Transmittere diferimen, Euadere. Plin. epist. 164.

¶Transmittere hereditatem alicui, Transferre, relegare. Plinius epist 171. Idem in Panegi 13 An S.P.Q. Romani exercitus prouincias, socios transmissurus vni, successorem è sinu vxoris accipias?

Transmittere vitã per obscurum, Viuere sine fama. Sene. epist. 19.

¶Transmittere, Præterire, tacere. Silius lib. 7,

Haud fas Bacche tuos tacitum transmittere honores.

Obliuio transmisit eam sententiam. Tacit. lib. 20.

Silentio transmittere. Tacit. lib. 20.

¶Tramittere, pro Transmittere. Cic. ad Attic. lib. 16. 334, Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter ccc. processissem.

Tranimissus, huius transmissus, pro traiectu, seu traiiciendi spatio. Cæsar lib 5. bel. Gal. Pari spatio transmissus, atque est à Gallia in Britanniam.

Transmissio, Verbale {διαβάσεως} Cic. ad Atti. lib. 4. 86, O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Transmontanus, pen. prod. Adiect. {ὑπερόριος} Qui vltra montes habitat. Liu 9. bel. Maced. Subactis eis Apeninum omnibus, tum transmontanos adortus: in his & Frisinates Ligures erãt quos non adierat C. Flaminius, omnes Æmilius subegit.

Transnoueo, transnoues, pen. cor. transmoui, transmotum, penult. prod. {μετακινῶ} transmouere, De loco in alium locum mouere. Terent Eunuch. 3 1,

Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem

Qui in te est. Hoc est, attribuit sibi gloriam. ¶

Transmotus, pen. prod. Particip. {μετακινηθείς.} Tacitus lib. 13. Quippe Syria transmotæ legiones.

Transmuto, transmutas, pen. prod. {μεταβάλλω, μεθίστημι, μετατίθεμι, μεταποιέω, μεταποιῶ, μεταζωγρῶ, μεταζώννυμι} transmutare. Lucret. lib. 2,

Summa atque ima locans, transmutans dextera læuis.

Fortuna transmutat incertos honores. Horat. 3. Carm. ode 29.

Transnato, transnatas, pen. corr. {ὑπονηχόμενος} transnatare, Vltra natare, natando transire. Liu. Magonem cum equitatu flumen transnatasse, &c. Idem 1. bel. Pun. Ipsi certis superpositis incubantes, flumen transnatauere. Plin. lib 6. cap. 27, Vnum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.

Transno, transnas {ὑπερνέω} transnare, Vltra nare. Cic. in Somnio, Ex his ipsis cultis, notisque terris num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis, trãscendere potuit, vel illum Gangem transuare? Horat. 2. Serm. Saty. 2,

-ter vncti
Transnanto Tyberim somno quibus est opus alto.

Transnomino, transnominas, pen. cor. {μετονομάζω} transnominare, nomen commutare, vel inuertere, aut immutare. Sueton. de claris Grammat. Lucius Cassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Transnumero, transnumeras, pen. cor. {ὑπεραριθμέω} transnumerare, Vltra numerare. Author ad Heren. lib 4, Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari.

Transpadanus, pen. prod. Adiect. {ὁ πὴρ τὸν πάδον} Qui trans Padum habitat. Cic. ad Attic. lib. 5, 98, Marcellus sedendi comes, & si ille Magistratum non gesserit, erat tamen trãspadanus. Idem ad Caninium Sallust. lib 2. 16, Quod autem meum erat proprium vt alariis transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. Catullus in Egnatium 37.

Transpicio, transpicis, pen. cor. transpexi, transpectum {διοράω} transpicere. Lactan. de opific. Dei. cap. 8. Per oculorum membranas sensus ille qui dicitur mens, ea quæ sunt foris, trãspicit. Ibidem, Si quis vellet transpicere per cicutam, &c.

Transpicior, Passiuum. Lucret. lib. 4,

Quod genus illa foris, quæ verè transpiciuntur.

Transpectus, huius transpectus {διόρασις} Lucret. lib. 4,

Ianua quom per se transpectum præbet apertum.

Transpono, transponis, pen. prod. transposui, transpositum, pen. cor. {μετατίθημι} transponere, Notæ significationis. Gell. lib. 12. cap. 1, Arborem in locum alium transpositam.

Copias transponere. Iustinus lib. 25. Quum copias Cherroneso transposuisset. Hoc est, per Cherronesum in Græciam transportasset atque traiecisset.

Transporto, transportas, {μετακομίζω} trãsportare, De loco in locum portare. Cic. ad Attic. lib. 14. 103, Quid quas Annius transportauit? Eidem lib. 7. 135, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur.

Carina transportari. Martial. lib. 13.

¶Copias transportare vel exercitum: pro Traducere, quum nauigio per mare ducitur exercitus. Cn. Magnus Marcello Lentulo in epist. ad Attic. lib 8 16?, Reliquæ copiæ omnes Brundusium cogerentur, & inde Dyrrhachium transportarentur. Cicero in Pisonem, Te Prouinciam Macedoniam in quam tantum exercitum transportasses, sine vllo milite reliquisse? Virg. 6. Æneidos,

Ne ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

¶Transportare, pro Deportare in exilium. Senec lib. 1. de Clemen. Quas ciuitates funditus excindi, quas transportari, quibus eripi libertatẽ, quibus dari oportebat, mea iurisdictio est. Suet. in Augusto, cap 65. Agrippam nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiorem in insulam transportauit.

Transquietus, penul. prod. Adiect. {ὑπερησύχιος} Id est, Valde quietus. Plaut. Merc. 22,

Ego istum in transquieto tuto sistam, ne time.

Transrhenanus, penult. producta, Adiectiuum {μετὰ τὸν ῥῆνον} Qui trans Rhenum habitat. Plinius lib. 19. cap. 1, Iam quidem & transrhenani hostes Cæsar 5. bel. Gall. Germanósque transrhenanos solicitare decebantur.

Transtrum, sing. num. Perf. Saty. 5,

-tibi toto cannabe fulto
Cœna sit in transtro.

Transtra, transtrorum, neutri generis, pluralis numeri {ὀρῆνυς, ζυγὸς, ἑδώλιον} Sunt tabulæ super quas sedent remiges, inquit Festus. Cæsar 3. belli Gallici, Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Ouidius 14. Metamorphoseos,

-& incumbat fumabant transtra carinæ.

Considere transtris. Virg 3 Æneid.

Nouare transtra Virg. 5. Æneid.

¶Transtra, Tigna quæ transuersa à pariete in parietem porriguntur, authore Festo. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Trabes supra columnas & parastatas, & antas ponuntur, in contignationibus tigna & axes, subiectis: si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio columinis, vnde & columnæ dicuntur, & transtra & capreoli, si commoda, columen & canterij prominentes ad extremam subgrundationem.

Transtyberinus, pe. prod. Adiect. {ὑπερτιβερεῖος} Qui trans Tyberim in vrbe habitat. Martial. lib. 1,

Non es, crede mihi, quid ergo? verna es.
Hoc quod Transtyberinus ambulator.

Transtucho, transtuchis, transtuexi, transtuectum {διακομίζω} transuehere, Vltrà vehere, siue id ratibus in mari, siue curru per terram fiat. Sallust. in Iugurtha, Ex eo numero Mœdi & Persæ & Armenij cum nauibus in Africam transuecti, proximos nostro mari loco occupauere. Plin lib 8 cap. 6, Trantuecti ratibus Claud. 2. Paneg.

Transuehitur Tuscos, Apenninúsque volatu
Stringitur.

Tempus transuectum est. Tacit. lib. 18.

Transuectio, Verbale. {διακόμισις} Cicero 1. Tusculan. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus?

Transuectio est, quum equites solenniter recensentur. Eam Fabius Maximus instituit. Liuius lib. 9. in fine, Ab eodem Fabio institutum dicitur, vt equites idibus Quintilibus transucherẽtur. Tranquil. in Augusto cap. 38, Equitum turmas frequẽter recognouit, post longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque detrahi quenquam in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Valer. lib. 2. cap. de institutis antiquis.

Transuerbero, transuerberas, penult. corr. transuerberaui, transuerberatum {τύπτω} transuerberare, Transfigere. Cicero Mario lib. 7. 1, Præclara bestia venabulo transuerberatur? Et Liu. 8. bel. Maced. Hi verò non vulnerabantur, sed transuerberatis scutis plerique inter se conserti hærebant. Virg. 11. Æneidos,

-cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

Transuersus, Adiect. Quod obliquo contrarium est. Colu lib. 2, Sed in arando maximè obseruandum est vt transuersus mons sulcetur. Liuius 1. ab Vrbe. Inde subitò exorti Romani transuersam inuadunt hostium aciem. Horat. de Arte,

-incomptis illinet atrum
Transuerso calamo signum.

Auferre transuersos, Vide AVFERO.

Fortuna transuersa incurrit. Cicero de Claris Oratoribus, In te intuens Brute, doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipublicæ.

Fulmina transuersa volant per imbres. Lucret. lib. 2. 43.

Transuersa itinera. Liu 3 ab Vrbe.

Transuersa verba, pro malè compositis. Senec. epist. 115.

Transuersa motio. Cicero de Vniuersitate, Tunc ex alterius naturæ motione transuersa, in eiusdem naturæ motum incurrentia, &c.

Transuersum digitum, aut vnguem discedere, frequenter est apud Ciceronem, pro eo quod est quàm minimo spatio. vt 4. Acad. Ab hac regula mihi non licet, transuersum, vt aiunt, digitum discedere. Idem ad Atticum lib. 13. 277, In omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia 4,

Si tu hercle ex ilo hoc loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris.

Hæc Erasmus.

Transuersum agere. Trãsuersus agi dicitur, qui vi & impetu quodam

dam ab instituto deflectitur. Ita Laberius mimus apud Macrobium libro Saturnalium secundo, cap. 7. Cursum fortunę transuersum vocat. Hunc enim C. Cæsaris benignitas inuitauit, vt eques Romanus & senex prodiret in scenam. In prologo igitur queritur præter animi sui sententiam eò Cæsaris authoritate fuisse compulsum.

Necessitas, inquit, cuius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detrusit penè extremis sensibus? &c. Ita qui præceps ira fertur, transuersus rapi dicitur. Ductum apparet à nauigantibus, qui secundo vento, recto cursu feruntur: flatu aduerso, transuersum aguntur. Erasmus.

Ferre corpus alicuius transuersum. Lucret. lib. 4.

Transuersa, aduerbialiter positum, Virg. 5. Æneid.

Murati transuersa fremunt. Transuersa, hinc atque hinc. Est autem aduerbium factum de nomine. Idem eclog. 3.

Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis. Sub. risere. Id est, vestram turpitudinem indignantibus, Seruius.

In transuersum positus. Plin. lib. 16. cap. 42.

De transuerso, Vide DE præpositionem.

Ecce tibi è transuerso. Cic. 4. Acad.

Ex transuerso cedere. Plaut. Pseud. 14.

Transuersarius, Adiectiuum, Quod in transuersum ponitur. Cæsar 2. bel. Ciuil. Vbi autem spatium inter muros aut imbecillitas materiæ postulare videretur, pilæ interponuntur, transuersaria tigna iniicium tur quæ firmamento esse possint. Vide Cratitius in CRATES.

Transuerto, transuertis, trãsuersi, transuersum, trãsuertere. Firmic. li. 6. cap. 15. Mentis leuitate instabiles faciet ista coniunctio, eorúmque consilia hac atque illac varia cogitatione transuertet, ne animus eorum aliquando vnius consilij ratione vtatur.

Transulto, transultas, {ὑπερπήδησις} transultare, Ex trans & salio compositum. Plaut. Capt. 11.

Tu transultas, ego miser vix asto præ formidine. Alii legunt fussultas. Liu. 3. bel. Pun. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter aciem transire pugnam in recentem equum ex fesso armatis transilire mos erat.

Transumo, transumis, pen. prod. transumpsi, transumptum, {μεταλαμβάνω} transumere. Ex alio sumere. Stat 3. Theb. 59.

-lachrymas non pertulit vltra
Belli potens: hastam leua transumit, & alto
(Haud mora) dissiluit curru, &c. Hoc est, Mars hastam quam dextra manu gestabat, transfert in sinistram. Vnde quæ ex primis tabulis transcripta sunt, Iolennitate iuris adhibita, dicuntur transumpta. Et actus ipse transumptio.

Transumptio, transumptionis. f. g. {μετάληψις} Figura est apud Rhetores, quam Græci μετάληψιν vocant, quum rem ex alio ad alium transmouemus. Demosthenes, Quum bellum Phocense cõflatum esset, & non per me, nondum enim ego ad Remp. accesseram. Cic. Refertum Tribunitiis legibus exhaustum: à quibus sit, ipsi sciunt.

Transuo, transuis, transui, transuitum, pen. prod. {διαῤῥέω} transuere, Ex trans & suo, S, abiecta. Col. lib. 6. cap. 5, Media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur: & facto foramine prędicta radicula inseritur. Apud Cellum lib. 7. cap. 7. de pilis palpebrarum, Deinde si plures pili sunt, necesse est longum tormentum quum toties acus transuet, magnam inflammationem moueat.

Transuolo, transuolas, pen. corr. {ὑπερίπταμαι} transuolare, Ad aues pertinet. Plin. lib. 10. cap. 29, Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Attica. Item lib, 9. cap. 8, De delphinis, Tantáque vi exiliũt, vt plurúnque vela nauium transuolent. Luc. lib. 4.

Et conturbari vocem dum transuolat auras. Horat. 1. Serm. saty. 2.

¶Transuolare, Celeriter ire. Liu. 3. ab Vrbe, Eques inter ordines peditum tectus, se ad equos recipit: transuolat inde in partem alteram suis victoriæ nuntius.

Alpes transuolare. Afinius Ciceroni, lib. 10. 31.

Transuolans animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.

¶Transuolare, pro Transfugere posuit Plaut. in Epid. 2.

Mulciber credo arma fecit, quæ in bello habuit Stratiphocles,
Transuolauerunt ad hostes.

Transuolito, transuolitas, pen. corr. transuolitare, Frequentatiuum. Lucret. lib. 1.

Inter septa meant voces, & clausa domorum Transuolitant.

Trauolo, traualas. Varro lib 4. de ling. Latin. Trua, quod trauolat ea aqua.

Trapes, trapetis, pen. prod. masc. gen. {τράπεζ} Vel trapetum, trapeti, Mola oliuaria, vt ait Seruius. A τρέπω, voluo, seu verto. Cato de Re rustica cap. 18. Trapetibus locum dextra & sinistra. Virgil. lib. 2. Georg. Venit hyemps, teritur Sicyonia bacca trapetis. Columella lib. 12. cap. 50, Oleo autem cõficiendo molæ vtiliores sunt quàm trapetum, quàm canalis & solea.

Trapetus, trapeti, m. g. Idem {τράπητος.} Cato de Re rust. cap. 22. Trapetus emptus est in Suestano nummis quadringentis. Idem cap. 12. Trapetos quinque.

Trapetum, quo oleæ teruntur, ita accommodari præcipit Cato, vt statuatur ad libellam æquatum, ne quid fastigij, ne quid deuexi habeat: sed vt æquato situ & planitie perlibrata positum sit. Id enim librare cùm dicit intelligit. Vide plura apud eundem.

Trapeta fumibus suspensa, apud Vipianum in l. Sed addes. §. 2. D. Locati & conducti, Intelliguntur molæ oluariæ non volubiles nec trusatiles, sed quæ in altum tollebantur, & ad frangendam oleam demittebantur, cóque fumibus opus erat ad eam suspendẽdam. Col. Suspensa mola oleum frangito.

Trapeza, trapezæ {τράπεζα} Mensa seu tabula qua argẽtarij vtũtur.

Trapezita, trapezitæ, pen. prod. masc. gen. {τραπεζίτης} Mensarius. Plaut. Cap. 4. Act. 1. scen. 1, in fine.

-subducam rationculam
Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

Trapezophoron, ti, pe. co. vel Trapezophorus, {τραπέζιον} Ci. ad Gal. li. 7 24. Quòd tibi destinaras trapezophorõ, si te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezophorum signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis, qui cum alio Cosmo nomine omnia sacra Minervæ administrabat. Author Suidas. Apud verò Iulium Pollucem lib. 10. sic legitur, Licet porrò mensam in qua pocula ponuntur, Tetrapum dicere, aut etiam Monopum: vel si quis ambitiosè ne nostris quidem abstineat, Trapezophorum, veluti qui mensam gestet. Hæc Pollux. Proinde Cœlius lib. 7. cap. 12. carpens Ciceronis interpretem sic ait, Ego verò trapezophorum intelligo apud Ciceronem, statuam quæ poculorum mensam sustineret. Quod etiam intellexisse puto Iuuenalem. Satyr. 3.

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex
Ornamentum abaci, necnon & parnulus inftà
Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron.

Trapezophoron, Paulus in l. 3. §. 1. D. De supelle. legata. Supellectile legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delphica, subsellia, &c.

TRAPESVS, Trapezuntis {τραπεζοῦς} Cappadociæ ciuitas libera, & vasto monte clausa, vt author est Plinius lib. 6. cap. 4. Hanc patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illustribus doctrinis homo: qui ad extremam senectutem, omnium & Græcarum & Latinarum literarum oblitus est. *Trebizonde* hodie vocatur, & est Imperium. Alij proferunt vulgò *Trapezonda*.

Trasenna, Vide TRANSENNA.

TRASIMACHVS, pe. cor. {τρασύμαχος} qui princeps inueniendi numeros in oratione fuit, teste Cicerone in Oratore. Idem de Clar. Orat. Tum Leontinus Gorgias, Trasymachus, Chalcedonius, &c.

TRASYMENVS, pe. pro. {τραυσύμενος} Lacus in agro Perusino, Vnde & hodie vocatur *Lacus Perusinus*. teste Blondo in Italia illustrata, iuxta quẽ Hannibal Flaminiũ Consulem cum XXIII. Romanorum milib. interfecit, & sex milia cepit. Memiont huius Plin. lib. 2. cap. 84. Ibidẽ ca. 107. Reperitur apud authores, Trasymenũ lacum adsisse totũ. Cic. pro Rosc. Amer. Multos cæsos nõ ad Trasymenũ lacũ sed ad Seruiliũ vidimus. & de clar. Orat. meminit. Dictus est hic lacus Trasymenus à Trasymeno puero formosissimo, Tyrrheni filio, qui Agyllę Nympha eius amore capta rapuisse dicitur in eum lacũ, vt docet Silius à principio lib. 5. Fuit autem ea Roman. clades in planitie inter Meuium & Gietum racente, quam Sanguinætæ tiuus ex Metio monte manans, interfecat, & in Trasymenum conditur. Is habet ab ortu vil lam instar oppidi, Tuorum dictam: ab occasu fauces, quibus clausus fuerat Flaminius: à meridie Trasymenum. Non ita procul locus est: vbi castrametatus fuerat Annibal, quæ vallis Romana dicitur. Est & ossaria vicus, ab ossium dicta multitudine versus Cortonam à Trasymeno tribus passuum millibus distans.

Trasymenus, adiectiuum {τρασυμένιος} Ouid. 6. Fast.

Sunt tibi Flaminius Trasymenáque littora testes.

Busta Trasymena. Silius lib. 11.

Vada Trasymena. Silius lib. 11.

Trauio traaias, {διανηχόμαι} trauiare, Transire. Lucret. lib. 4.

Qualia suat vitri species quæ trauiat omnis. Idem lib. 6,

Incolumísque venit per res, atque integra transit

Multa: foraminibus liquidis quia trauiat ignis,

Multáque perfringit. Trauiare, quasi trans siue per alia corpora sibi viam facere.

Trauoio, Vide in TRANSVOLO.

Traulus trauli, m. g. {τραυλός} Antiquum vocabulum significans balbum, aut eum qui cum difficultate loquitur. Lucret. lib 4,

Magna atque immanis πατασκληξις, plenáque honoris,
Balba loqui non quit, τραυλίζει mura pudens est. τραυλίζω Græcis, balbutio Latinis. Hinc trauliſmus Balbutientis vitium.

TREBATIVS {τρεβάτιος} Iurisconsultus, Ciceronis familiaris, vt perspicere licet ex familiaribus epistolis.

TREBIA {τρεβία} Subalpinę regionis fluuius, iuxta Derronem ciuitatem (author Strabo lib. 5.) clade Romanorum ab Annibale accepta insignis. Est & Trebia Celtiberorum ciuitas, quæ pars est Hispaniæ. Inde Trebellicum vinum dicimus.

TREBIATES, Vmbriæ populi in quarta regione Italiæ, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 14. Idem & Trebiani dicuntur. Suet. in Tib. Iterum eo censente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

TREBONIOS {τρεβώνιος} cum Bruto & Cassio tertius coniurauit contra Cæsarem in Asia, deinde fraude Dolabellæ interfectus crudelissimè fuit, vt narrat Cicero in Philippicis.

TREBVLA, pen. cor. {τρεβύλα} oppidum fuit haud longè ab Vrbe, vt scribit Plinius. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc casei Trebulani dicti sunt. De quibus Martial. libr. 13, Prope Trebulanos sunt & alij populi, nomine Trebani, authore Plinio lib 3. cap. 12. vel Trebiani. Suetonius in Tiberio, Iterum eo censente, vt Trebianis legatam, &c.

Trecenti, trecentæ, trecenta, {τριακόσιοι} A ter & centum, Adiectiuũ plurale, pro ter centeni. Cic. 2. de Finib. Trecentosque eos quos eduxerat Sparta, quú esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Plaut. Persa,

Trecentis versibus tuas impuritias loqui nemo potest.

Catenæ trecentæ cohibent Pirithoum. Horat. 3. Car. ode 4.

Trecenties {τρις-κοσιάκις} Catull. in Iulium Cæsar. 27, Ducenties comesset aut trecenties.

Treceni, trecenæ, trecena, pen prod. {τριακόσιοι} quod tamen quidam Triceni scribunt, plu. n. Liu. 1. bel. Maced. Attalus Trecenos tantum milites in præsidium, Rhodi qua tiremem vnam ex classe, quum ad Tenedum ităret, miserunt. Alij legunt Trecentos. Idem 8. ab vrbe, Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus peditum equitibus in singulas legiones trecenis.

Trechedipnum, n. g. Iuuenal. Saty. 3.

Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine. Trechedipna gymnasticæ vestes, quæ à cursu nomen habent, & cœna vt perstringat poeta Romanos acriter, qui tam dediti fuerunt Græcis exercitationibus, vt iis propè vitam & spiritum ducere viderentur, ad eásque tanquam ad cœnam currerent: qua veste etiam esuritores fortassè Græculi ad cœnam cursitantes vti solebant. Hæc est Turnebi opinio, & vera. Trechedipni, apud Plutarchũ in Symposiacis appellantur, qui licèt appetentes & ambientes alienas cœnas, in mora tamen erant cæteris conuiuis, tardius accedentes: vt per contrarium Trechedipni videantur dicti. Cessatoribus enim celeritas tribuitur. Vide Rhodiginum lib.27 cap.24.& Calcagninum.

Tredecies, aduerbium {τρισκαιδεκάκις} pro Ter decies Cic.5 Verr. Tu ex pecunia publica H-S tredecies scribam tuum permisu tuo quum abstulisse fateare, aliquam tibi vllam defensionem putas esse?

Treis, in Accusatiuo plurali pro Tres, Vide T R I S.

Tremo, tremis, mui {τρέμω, τρόμος, τρόμη, τρέμον, τρόμαι, τρομέω} tremere, per.co. Cõmoueri, seu agitari significat, A similitudine vocis: quę tũ quam valdè quis commotus est, tremula auditur. Est autem tremere propriè eorporum solidorum quum propter frequentem commotionem ita agitantur & concutiuntur, vt stare loco nesciant. Hinc fit vt tremor pro rigore accipiatur, quanquam hoc illo maius sit, præsertim in febribus. Plaut. Asin. 7. Non placet, pro monstro extemplò est, quando qui sudat, tremit. Terent. Eunuch. 1.2.

-totus Parmeno
Tremo, horreóque, postquam aspexi hanc. Cic.2.de Orato. Huius generis est plenus Næuius: & iocus est familiaris, Sapiens si algebis, tremes.

Montibus insolitis tremuerunt Alpes. Virg.1.Georg.
Frondes tremuerunt vento. Ouid.de Nuce.
Tellus tremuit longo cum murmure. Ouid.4.Fast.
Tremit artus, figuratè, pro Artus tremunt. Virg.3.Georg.

Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Accusatiuus est pluralis, quasi diceret, tremit membra.

Tremere ossa pauore Hor.2.Ser.Sat.7.Synecdoche est.
Et corde & genibus tremit. Horat.1.Carm.ode 23.

Animo tremere. Cicero ad Quint.frat.lib.1.1. Quid si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo. Hoc est maximopere timere, translatione sumpta ab iis qui quum timent, maximè tremunt.

Toto pectore tremere. Cic 4.Tusc.
Iræ tremuere. Silius lib.7.
Calamo tremente. Matt.lib.1.
Seruiliter tremere. Quint.lib.1.cap.11.

¶ Tremere, cum accusatiuo. Liu.lib.2.belli Pun. In ea ciuitate, in qua Magistrum equitum virgas ac secures Dictatoris tremere atque horrere soliti sunt.

¶ Tremere, Timere. Virg.2. Æneid.

Hic aliud maius miseris, multóque tremendum.

Tremens, Participium {τρόμων} Virg.5.Æneid.

-sed tarda trementi Genua labant.

Horrens & tremens. Cic.in Pisonem.
Timidus & tremens. Cic.in Pisonem.
Bos tremens procumbit humi. Virg.5.Æneid.

Frusta animalis trementia, Hoc est, Adhuc palpitantia. Virgilius 2 Æneid.

Genæ trementes, Virg.4.Æneid.
Hasta tremens. Virg 2.Æneid.
Lingua tremente dictum, Ouid.4.de Ponto, eleg.10.
Ore tremente loqui. Ouid.3.de Ponto, eleg.1.
Oscula trementia. Lucan.lib.2.
Tela trementia. Ouid.12.Metam.

Vox tremens. Cic. Qu frat.lib.3.18. Homo vndique actus & quũ à me maximè vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exulem appellauit.

Tremendus {τρομερός} Propter quod quis tremere debet.

Visúque aditú que tremendus. Stat.10.Thebaid.
Nefas tremendum. Valer.2.Argon.
Regem tremendum adiit, Plutonem. Virg 4.Georg.

Tumultu tremendo ruens Iuppiter. Horat.2.Carm.ode 16.

Tremebundus, Adiect. {τρομερός} Tremens. Mart.lib.9.Cic.pro Domo sua, Aut si dixit aliquid verbis hæsitantibus, postémque tremebũda manu tetigit, certè nihil tritè, nihil castè, nihil more, institutóque perfecit.

Humus tremebunda nutat. Valer.6.Argon.
Membra tremebunda. Ouid.4.Metam.
Vox tremebunda. Author ad Heren.lib.3.

Tremebundior, Comparatiuum {τρομερώτερος} Columel. lib.10. Candidus effœtæ tremebundior vbere porcæ.

Tremisco, tremiscis {τρομίζω} tremiscere, Tremore concutii: interdum etiam timere. Virg.3.Æneid.

Sonitúmque pedum, vocémque tremisco.

Motu tremiscere. Ouid.7.Metam.
Tonitru tremiscunt ardua terrarum. Virg.5.Æneid.
Ad omnem strepitum tremiscens. Ouid.14.Metam.

Tremefacio, tremefacis, pen.corr. tremefeci, pen.prod. tremefactum, {τρόμος} tremefacere, tremorem incutere. Cic.1.de Diuin.

Aut equum se grauido tremefecit corpore tellus. Ex poëta.

Tremefacere aliquem. Virg.6.Æneid.

Tremefacta libertas, Concussa. Cic.2.Offic. Quanuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quanuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Legitur & timefacta.

Quies tremefacta. Stat.1.Achil.
Pectora tremefacta. Virg 2.Æneid.
Polus tremefactus nutu. Ouid.2.Fast.
Tellus tremefacta. Virg.10.Æneid.

Tremor, tremeris, pen.prod.m.g. {τρόμος, πάθος, πελμὸς, πάσβη} Ipsa commotio. Virg.2.Georg.

Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant

Obiicibus ruptis. Cic. pro Flacco. Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?

Albus tremor pallere faciens. Perf.Saty.3.
Gelidus tremor per ossa cucurrit. Virg.2.Æneid.
Horridus tremor quassat artus. Senec.Troade,3.
Occultus tremor subitæ pestis. Silius lib.17.
Subitus tremor. Ouid.3.Metam.
Vagus errat per artus tremor. Senec.Herc. Oetæo,6.1.
Incidit tremor manibus. Horat.1.epist.17.
Inuasit me tremor. Ouid.14.Metam.
Pertentat corpora tremor. Virg 3.Georg.
Præpedit ossa tremor. Ouid. epist.14.

¶ Tremor stellarum, pro splẽdore, quòd lumen earum sit quodãmodo tremulum, cuius etiam rei caulam philosophi inuestigare conantur. Lucret.

Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor earum. Turnebus.

Tremulus, pen.corr. Adiectiuum {τρέμω, τρεμερός} Quod valde tremit. Terent.Eunuc 2.3.

Incuruus tremulus, labiis demissis. Plin.lib.20.cap.9. Ideò paralyticis & tremulis dari iubet.

Artus tremuli. Lucret. lib.3.
Arundo tremula. Ouid.2.de Arte.
Cantus tremulus. Horat.4 Carm.ode 13.
Cometa tremulus. Cic.1.de Diuin.

Vidisti, & claro tremulos ardore cometas. Ex poëta.

Dextra tremula. Ouid.5. Fast.
Flamma tremula. Cic.2.de Nat. deor. -pedibúsque tenetus
Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam.
Herus tremuli. Propert.lib.1.eleg.5.
Frigus tremulum. Cic.in Arato.8.

Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.

Fulgore tremulo micantes oculi. Ouid. 2.de Arte.
Gradu tremulo venit ægra senectus. Ouid. 4. Metam.
Guttur tremulum. Cic.1. de Diuin.

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Ex poeta.

Horrore tremulo moueri. Ouid.9.Metam.
Iaculum tremulum. Ouid.epist.4.
Ignes tremuli. Lucret.lib.4.
Lumen tremulum. Virg.7.Æneid.
Manus tremula. Mart.lib. 12.
Mare fit tremulum, tenui quum stringitur aura. Ouid.epist.11.
Passu tremulo venit hyems horrida. Ouid.15.Metam.
Risus tremulus, Totum corpus concutiens. Lucret.lib.1.
Vlulatus tremuli. Stat.5. Sylu.5
Vox tremula. Claud.1.in Eutrop. Lucr.lib.2.

Trepidus, pen.corr. Adiect. {πεφόβημαι, περίφοβος} Pauidus, metuens, timens. Festus, Trepit, vertit: vnde trepido, & trepidatio: quia turbatione mens vertitur. Liu.2.ab Vrbe, At verò Curia mœsta ac trepida anciputi metu.

Trepida res, Dubia, & ob hoc timorem inducens. Liu. 1.ab Vrbe, Tullius in re trepida duodecim nouit Salios, fanáque Pallori, & Pauori. Horat. 3. Carm.ode 2.

Trepidi rerum suarum, incerti. Virg 12. Æneid. 118. Seruius, Nescientes quid agant, ignari auxilij. Liu. 6 bel.Macedon. Messenij sine responso dimissis legatis, mouerãt bellum: trepidíque rerum suarum, &c. Virg.12. Æneid.

Exoritur trepidos inter discordia ciues.

Admitationis & metus trepidus. Tacit. lib.5.
Spe trepidus. Lucan. lib. 7.
Formidine trepidus. Virg. 9. Æneid.

¶ Trepidus, Festinus: quòd qui timẽt, festinẽt gressus. Virg.3. Æn.

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt.

Immemores socij vasto Cyclopis in antro

Deseruere. Seruius, Trepidi, festini: vt per timorem, non per odium relictus fuisse videatur. Idem.4.Georgic. Idem 3. Æneid. & 4.

¶ Trepidæ acies, Vide A C I E S.

Carina trepida. Lucret. lib.8. Trepidam vocat propter timorem illorum qui insidebãt: aut trepidam, id est, celerem.

Certamen trepidum. Horat.1.epist. 20.
Cursus trepidus. Virg.4. Æneid.
Trepidi equi. Ouid. epist. 15.
Fuga trepida. Ouid.1. Trist.eleg.9.
Manus trepida. Virg 12. Æneid.
Mentes trepidæ. Lucan. lib. 1.
Metus trepidus. Ouid. 3. Trist.eleg.1.
Noctes trepidæ. Stat. 9. Thebaid.
Nubes trepidæ. Stat. 12. Thebaid.
Os trepidum Ouid. 5. Metam.
Rotæ trepidæ. Valer.3. Argonaut.
Terror trepidus. Lucret.lib.5.
Tumultus trepidus. Virg. 8. Æneid.
Vrbs trepida. Lucan. lib.3.
Vultus trepidi. Ouid.ad Liuiam.

Trepidè, pen.corr. Aduerbium, {πτοηθέντως} Celeriter, & quasi per timorem. Liu.10.ab Vrbe Nam & statiua trepidè deserta fuerunt.

Trepidulus, pen., pen.cor. Adiectiuum diminutiuum, {ὑποφοβος} Gel. lib.2. cap.29. Pulli trepiduli circunstrepere. Plautus Persa.1.4.

Trepidula vt graphicè decet.

Trepido, trepidas, pen.corr. {σταίφω} trepidare, Metu concuti, timere. Terent. Eunuc.5.6,

Quid est quod trepidas? satisne saluæ? dic mihi. Cic. 3. de Orat.

At Romanus homo, tamen, etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.

Trepi

Trepidare & concursare. Cæsar 5 bell. Gall. Terent. Hecy.3.1,

Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.

Metu trepidare. Virg.6.Æneid.
In dubiis trepidare periclis. Lucret.lib.3.
Mens trepidat metu. Horat.2.Carm.ode 19.
Pectus mihi trepidat. Id est, palpitat. Persius saty.3.
Passim trepidatur in vrbe. Silius lib.17.
Vastis trepidatur in agris. Silius lib.4.

¶ Trepidare, Festinare. Virg. 4. Æneid.

Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt. Hor.2.Car.ode 4,

Cuius octauum trepidauit æras claudere lustrum.

Gressus trepidant. Senec. Hippol.7.

¶ Trepidare, Tumultuari præ festinatione. Liu. lib 3.bell. Punic.

Trepidante tota ciuitate ad excipiendũ Annibalem visendúmque.

Trepidans, pen.corr. Participium, {σταίφων} vt Fuga trepidans. Lucanus lib.3.

Aliis trepidantibus effugit. Ouid. 7. Metam.
Corda trepidantia bello. Virg 4 Georg.
Linguis trepidantibus aluit. Catul.de Berecynth.58.
Mœnia trepidantia. Silius lib.1.

Trepidanter, Aduerbium, {ἀδιανοήτως} Timidè. Sueton.in Claud. Cæsare, cap.49. Quod vt sensit, trepidanter effatus, &c.

Trepidanter & timidè agere. Cæsar 1.bel. Ciuil.

Trepidatio, Verbale, {σπάραγμα} Cic.pro Deiotaro, Num quæ træpidatio? num qui tumultus?

Insana trepidatio. Liu.Decad. 4.lib.2.
Facere trepidationem. Liu.3. ab Vrbe,
Inijcere trepidationem, Vide IN IICIO.

Trepondo, {πτίσσω} indeclinabile. Quint. lib.1.cap. De virt. & vitiis orat. Nam dua & tre & pondo diuersorum generum sunt barbarismi. At duapondo & trepondo vsque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est & rectè dici Messala confirmat.

Tres, {τρεῖς} & hæc tria plur.num. Numerale nomen. Virg. eclog.8.

Nectę tribus nodis ternos Amarylli colores.

Trium literarum homo, Id est fur, quòd tres in ea dictione tantùm sint literæ. Plaut. Aulul.9.

Tribus verbis, Id est breuiter. Plaut, Mil.14. Idem Trinum.13.

Pax, tre tribus verbis volo.

Tredecim, pen.corr. {δεκατρεῖς} indeclinabile nomen numerale.

Tresiiri, tresiiorum, {ἱερεῖς} Idem quod triumuiri, de quibus suo loco. Plaut. Amphit.4.

Quid faciam nunc si tresiiri me in carcerem compegerint.

Tresis, huius tresis, {τρεῖβολος} Trium assium. Persius Saty.5.

-non tresis agaso. Cic. Attic. lib.5.108, Mancipia væniebant Saturnalibus tressis. In antiquis codicib. legitur Tertis.

TREVERI, siue Treuiri, pen. cor. {τρεβεροί} Gallię Belgicæ populi, veteres sanè, noménque retinentes, nec priscinæ cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum causarum populi Rom. curia, Treuirorum cognominata, cuius in Horiano meminit Vopiscus. Sunt autem inter Belgas in confinibus Germaniæ, finitimi Nemetis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus, id est Metensibus, & Rheno fluuio, vsq; in pótem quo Cæsar traiecit exercitũ, quæ pars est nũc Colonensis diœcesis. Feré autẽ omnes Treuiri Germanica lingua vtuntur, & nisi exercitu coacti imperata non faciebant. Nam ciuitas propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercita bellis, cultu & seueritate non multum à Germanis differebat. Cæsar 2.bel. Gall. Et legati ab Heduis & Treuiris veniebant. Singulari numero vsus est Lucan. lib.1.

Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir.

¶ Treuiri etiam dicebantur, qui & Triumuiri. Hoc satis indicat Ciceronis iocus ad Trebatium lib.7.epist. 13. sub finem. Treuiros, inquit, vites censeo: audio capitales esse: malleм auro, argento, ære esse. sed aliàs iocabimur. Quo in loco Treuiri, & capitales, in ambigui genere fuat posita. nam quum videatur monere illum, qui tum in Gallia esset cum Cæsare, vt vitet Treuiros Galliæ populos, qui capitales bellicosíque sint: ludit cùm in Treuirorum, tum in capitalium verbo. Erat enim Romæ magistratus, Triumuiri capitales: qui etiam Treuiri dicebantur. Sed quoniam hoc ipsum Triumuirũm nomen iterum in ambiguo poni poterat, quum essent etiam apud Romanos Triumuiri pecuniæ cudendæ: quos ita inscribebant, A.A. A.F.F. hoc est, Auro, Argento, Ære, Flando, Feriundo, vt in nummis antiquis hodiéque visitur. iocatur iterum in hoc verbo, ludíque Cicero bellissimè, addens, Maliem Treuiros istos esse pecuniosos, quàm bellicosos: vt Cæsare eos vincente, tu diteseeres. Itaque infert, Mallem esse Treuiros auro, argento, ære, quàm scilicet capitales. Triumuiros autem Treuiros fuisse dici, Liuius satis locuples testis esse potest Decad.4.lib.10.113, Colonia Grauiscæ eo anno deducta est in agrum Hetruscum de Tarquiniensibus quondam captum. quina iugera agri data. Treuiri deduxerunt. C. Calphurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Istet. Sic legit Beroaldus. meus tamen Liuius habet Triumuiri. proinde consulendi sunt veteres manu scripti.

Triambi, inquit Festus, dicebantur, qui terni ex proscenio loquebantur.

Triangulus, triangula, pen. corr. {τρίγωνος} Figura tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον, vocant. Cicer. 2. de Natura deor. Grues quum loca caliditra petentes mari transmittant, triangulũ efficere formam. Idem 2.de Diuin. Quum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eam quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominent.

Triangulus ager. Colum.lib.5.cap.2.
Forma triangula. Celsus lib.7.cap. 25.tit.2.

Triangularis, & hoc triangulare, pen. pro. {τρίγωνος} Quod trianguli formam refert: vt Triangularis agri forma, apud Colum.lib.5. cap.2.

Triarii, triariorum, {ὑπισταταί} Genus militum, qui quales fuerint o-

lim, luculentissimè explanat Liu.8.ab Vrbe his verbis, Postremò in plures ordines acies instruebatur. ordo fexagenos, siue vt alij legunt, sexenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium: manipulus leues vicenos milites, aliã turbam sentatorum habebat. Leues autem, qui hastam tantùm gessãque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. hos sequebantur scutati omnes insignibus maximè armis hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat: earum vnamquamque primum pilum vocabant: tribus ex vexillis constabat: vexillum centum octoginta tres (vt alij sex) homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios minoris roboris ætate factíque: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Eo & in postremam aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede pressò eos retrocedentes, in interuallo ordinũ principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarij sub vexillis considebant: sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quàm vallo septa inhorreret acies, tenẽtes. Si apud principes quoque haud satis prosperè esset pugnatũ, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios redisse, quum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes vbi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplò compressis ordinibus velut claudebant vias: vnóque continente agmine, iam nulla spe pòst relicta, in hostem incedebant. Id erat formidolosissimum hosti, quum velut victos insecuti, nouam repentè aciem exurgentem, auctam numero cernebãt. Hactenus T. Liuius, cuius ex verbis satis arbitror liquere prouerbium, Rem ad triarios redisse, dici, quum eò periculi res redacta est, vt extremo conatu, summísque viribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia: quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur vnde subsidium sperare possis. Item Vegetius de Re militari, lib.2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant: vt si primam aciem vinci contig. isset, ab iis integrato prælio victoria repararetur. Modestus in libello De vocabulis rei militaris, Sextus, inquit, ordo post omneis à firmissimis & scutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi vt requieti & integri actius inuaderent hostes, post victimas acies sedere consueuerunt, & siquid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparatuis spes tota pendebat. Flauius Vopiscus in vita Primi imperatoris, indicat robustissimũ quenque militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento, quòd triarium quoque vinceret. Hactenus ex Erasmo. Varro, Triarij dicti sunt, quod in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut.

Agite nunc, subsidere omnes quasi solent triarij.

TRIARIVS, triarij {τριάριος} Magnus orator, cuius meminit Cicc. de claris Orat. Me quidem admodum delectabat etiam Triarij in illa ætate plena literatæ senectutis oratio, quanta seueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quàm nihil non consideratum exibat ex ore. Tum Brutus Torquati & Triarij mentione commotus, vtrunque enim eorum admodum dilexerat. Næ ego inquit (vt omittã cetera quæ sunt innumerabilia) de duobus istis cùm cogito, doleo nihil tuam perpetuam authoritatem de pace valuisse: nam nec istos excellentes viros, nec multos alios præstantes ciues Resp. perdidisset. Idem Attic.lib.4.86. Scaurum Triarius reum fecit.

TRIBALI {τριβαλλοί} Epiti populi, Dardanis oppositi, & Mœsiæ gentibus, vt scribit Plin.lib.4.cap.1. Vide T R A L L I.

Tribas, tribadis, pen.cor.f ge. {τρίβας} Mulier quę in sexum suum libidinem exercet. τρίβω idem valet quod frico, tero. Tribades itaque dici possunt Latinè fricatrices, de quibus Iuuenal. Satyr.6.

Inque vices equitant, Vt altera scilicet alteram ineat. Hoc libidinis portentum luculentissimè describit Martialis libro primo, epigrammate in Bassam tribadem. Id sceleris primò institutisse dicũtur Lesbiæ mulieres. Vnde apud Aristotelem λεσβίζειν id agere est. Talis fuit Sappho, vt ipsa fatetur: & propterea dicitur ab Horatio libro 1. epist.20. Mascula Sappho.

Tribrachus, tribrachi, pen.cor.masc.gen. {τρίβραχυς} Pes tribus syllabis breuibus constans. à τρεῖς, tres: & βραχύς, breuis, vt Dominus. Vide Terentianum de octo pedibus trisyllabis.

Tribula, tribulæ, vel tribulum, tribuli, pen. corr. {θριτήριον} Genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur. Virg.2.Georg.

Tribulaque trahæque, & iniquo pondere rastri. Varro 1.de Re rust. cap 52. E spicis in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo: id fit è tabula lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana. Col. A tero, teris fit tribulum, quasi teribulum. sicut ab infundo, infundis, infundibulum.

Tribularium {θριπηγειοφυλάκιον} Locus vbi tribulæ reconduntur, vt est apud Columellam.

Tribulo, tribulas, pen. corr. {θρίβω} tribulare, Tribula, aut alio quouis instrumento comminuere. Cato de Re rust cap.23. Si indideris de fructum, aut marmor, aut resinam, dies viginti permiscето crebro, tribulatóque quotidie.

¶ Tribulare, torquere, & angustiis afficere. Verbum factum ab angustia & dolore illorum, qui tribulum ferri calcauerint.

Tribulis, Vide T R I B V S.

Tribulus, tribuli, pen. corr. masc. gen. {τρίβολος} Spinæ genus à semine triangulari dictum: vel quod culpidatum tribuliam feriat. Ouidius 5. Metam.

-lolium tribulique fatigant Triticeas messes. Plin.lib.18.

cap.27.Nãloliũ & tribulos & carduos, lappãsque non magis quàm rubos,inter frugum morbos potius quàm inter ipsius tertæ pestem numeraverim. Virg.1.Georg.

¶ Tribuli,Machinulæ ferreæ,Vide MVREX.

Tribunal,pen prod. tribunalis.pen.prod. neut.gen.{βῆμα,ὰ,κρηπίδωμα} Locus excelsus in quo residebat qui ius tribubus redderet. Cic. ad Qu frat lib.1.1. Nullius inopiam ac solitudinem non modò illo popuiari accessu ac tribunali, sed ne domo quidẽ & cubiculo esse exclusam.

Tribunal qua forma fuerit, Vitruuius lib.5. cap.1. docet de basilica iuita loqueus,quam ipse architectetus exarsin basilicis enim ferè iura reddebantur. In ea basilica ædem Augusti fuisse dicit , & in ea tribunal. Ve.ba autem eius hæc sunt , Item tribunal est in ea æde hemicycli schematis,minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte est interuallum pedum quadraginta sex:introrsus curuatura pedum quindecim:vti eos qui apud magistratus starent, negationes in basiiica ne impedirent. Quibus verbis Vitruuius signi ficat formam illius tribunalis non semicircularem faisse, sed arcuatam. Non enim iusti ambitus plenisque centri hemicyclium illud fuisse:sed ita modulatum,vt in fronte,id est(vt mathematici dicunt) in chorda , sex & quadraginta pedes : introrsus verò , id est in linea perpendiculari,quę quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret.Si enim iustũ,plenúmque hemicyclium fuisse telinea hęc perpendicularis ttium & viginti pedum esset introrsus:quæ media pars est diametri.Propterea ichema vocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatum.Ex prædictis apparet magnificum aspectum tribunalis fuisse:nec immeritò maiotibus iudicib. assignatum. Erat enim tribunal Consulum, prætorum, Præfecti vrbis, Proconsulum, & præsidum in prouinciis, & imperatoris in castris quod exspititul dicebatur. Plin.in Panegyrico , Decora facies Consulis : multa post secula tribunal viridi cæspite extructũ:nec fascium tantum , sed pilorum signorúmque honore circundatum. Subsellia verò (vt in Ciceronis Diuinationem ait Pedianus) sunt Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium : qui non in sellis cutullibus , nec tribunalibus , sed in subselliis considebant. Budæus.

Aurelium tribunal. Cic. Post reditum ad Quirites, Ego cùm homines in tribunali Aurelio palàm conscribi,&c.

Numatium tribunal. Senec.de Benefi. lib. 1. cap.9.

Sublime tribunal.Claud.1.in Eutrop.

Turpe tribunal. Ouid. 1. Amor.eleg.10.

¶ Pro tribunali agere.Cic.Appio,lib 3.8 Idque pro tribunali cùm aliquid ageretur, & nonnuullis in conuiuiis intelligi potuisse.

Citare de tribunali, Vide CITO.

Complere tribunal Cic. de Claris Orat. Volo hoc oratori contingat,vt cùm auditum sit eum esse dicturum,locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal,&c.

Prætor de sella ac tribunali pronuntiat. Cic. 4. Verr.

Tribunianus , {τριβωνιανὸς} (ait Suidas) natione Græcus , cùm omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Christiana fide abhorrens.Assentator & fraudulentus : vt qui Iustiniano principi persuaserit mortem eum non oppeturum esse , atque in cælũ cum carne assumptum iri. Quæstor Iustiniani fuit, tanta vi ingenij præditus,vt doctrina præstantissimus euaserit : ac nulli æuo suo secundus. Cæterùm auaritiæ cousque indulgens,vt lucro vænale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidiè fermè sordida dinundinatione antiquate identidem ferréque instituerat , vt cuique commodum esset. Hic quum diu post honorem adeptum superuixisset,morbo tandem ia.eriit,nihil prorsus molestiæ à quoquam vn quam passus. Erat enim sermone blandus, & aliàs suauis : auaritiæ quoque morbum doctrinæ præstantia facilè obumbrare poterat. Hæc ad verbum ex Suida.

Tribunus, tribuni,penult. prod. {ὁ τριαρχος, φύλαρχος} à tribus. Dictus quòd tunc in tres partes diuisus erat Populus Romanus,& ex singulis singuli creabantur tribuni. Vel quia tribuum suffragio creabantur,inquit Pomponius de Origine iuris. Vel quia (vt Vegetius ait lib.2.cap.7.)tribuebant iura militibus.

Appellantur Tribuni:à quibus quum esset certum auxilium , ita tamen discreditur. Cic.pro Quintio.

Seueri Tribuni. Tacit.lib. 2.

Intercesserunt Tribuni, Vide INTERCEDO.

Petere auxilium à Tribunis. Cic.pro Quintio,

Tribuni etiam vocati sunt qui Magistratum gerebant, vt regum tempore, Tribuni celerum qui centuriis præerant.

Tribunus celerum (inquit Pomponius de Origine iuris, l. Necessarium) equitibus præerat , & veluti secundum locum à regibus obtinebat:quo in numero fuit Iunius Brutus.

Tribuni militares, siue Tribuni militum (χιλίαρχοι} postea facti sunt in castris, qui parem ferè cum Consulibus haberent potestatem,& imperatori opponebantur pro militibus. Tribunorum militarium,inquit Asconius,duo sunt genera. Alij rufuli dicũtur , qui in exercitu creati solent. Alij sunt comitiati, qui Romæ comitiis designãtur. Tribuni militaris officium est,vt miles veste induitus, armis bene munitus,exercitationis vsu & disciplina eruditus incedat. Olim Tribuni militum consulari potestate promiscuè ex Patribus ac plebe creati sunt. Pomponius. De origine iuris , l. Necessarium, Quum post aliquot annos plebs contenderet cum Patribus,& vellet ex suo quoque corpore Consules creare,& Patres recusarent , factũ est vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex Patribus consulari potestate:hisque constituti sunt vario numero : interdum enim viginti fuerunt,interdum plures, nõunquam pauciores. Cic.pro Cluent. Lucan.lib.1. Et cum cõsulibus turbantes iura Tribuni.Macer in l.Officium. D. de re milit. Officium tribunorum est, vel eorum qui exercitui præsunt , milites in castris continere , & ad exercitationem producere,claues portarum suscipere,vigilias interdum circumire,frumentationibus commilitonum interesse,frumentum probare, fraudem messorum coercere , delicta secundum suæ authoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse , quæ telas commiltonum audire, valetudinarios inspicere.

Tribuni plebis alij fuerunt,qui successione plebis à Patribus creati sunt anno ferè XVII. post exactos reges. Pomponius de Origine iuris , l. Necessarium, Quum plebs à Patribus secessisset, anno ferè septimo decimo post reges exactos,tribunos sibi in mõte sacro creauit,qui essent plebei Magistratus. Tribunisplebis licebat quemcumque vellent, arripere,& in cõcionem productum cogere pro ipsorum iure & potestate,vt quibus de rebus esset interrogatus, iis de rebus responderet.Ieaque Tribunus plebis C. Carbo minorem Africanũ,exesa Numantia redeuntem, ab ipsa in concionem cùm produxisset, quid de Tiberij Gracchi nece sentiret,interrogauit.Vide etiam Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 11. Tribuni plebis magistratũ ineibant Nonis Decembr. Consules & Prætores Calend. Ianuar.

Tribunus ple. quem maiores præsidem libertatis , custodémque esse voluerunt. Cic. 2. de Lege Agrar.

Superare furiosam vim velani Tribuni plebis. Cicero pro Domo sua.

Improbus Tribunus plebis. Cic. 4. Acad.

Tribuni ærarij dicti sunt,quibus attributa erat pecunia quam mi litib. redderent. Tribuni æcarij (inquit Budæus) hodie dicuntur, quos *generales receptores* vocant. Vide Ærarij tribuni.

Tribunitius, Adie.{δημοτρικὸς} Quod ad Tribunos pertinet. Cic.3.de Legib. De tribunitia potestate taceo.

Actio Tribunitia Cic. 2. de Lege agrar.

Candidatus Tribunitius. Cic.Qu.fratri, lib.2.16.

Mucio Tribunitius. Cic.3 de legib.

Spiritus Tribunitij. Cic pro Cluentio.

Vir tribunitius.Cic. 13.Philipp.

Tribunatus,pen.prod. huius tribunatus,tribunatui, masc.g. {δημαρχία} Ipsa Tribunorum dignitas.Cic. de Amic.De C.Gracchi autem Tribunatu quid expectem,nõ libet augurari.

¶ Tribunatus aliud est,aliud Tribunitia potestas. Sylla Tribunatum non sustuiit,sed Tribunitiam potestatem. Romani Imperatores Tribunatum non gessere , sed Tribunitiam potestatem sumpsere,vt author est Dion. Nam quum plebeiis fas esset solis Tribunatum gerere, reli gio Imperatoribus fuit Tribunatum sibi vindicare, quum patricij essent:potestatem tamen vsurpauere.

Fretus sanctitate Tribunatus. Cic.pro Sestio.

Auferre Tribunatum. Cic. Qu.fratri, lib.2. 16.

Exutus Tribunatu. Tacit.lib. 15.

Inire Tribunatum, Vide INEO.

Perere Tribunatum ab aliquo. Cic. Qu. fratri, lib.2.16.

Tribuo,tribuis,tribui,tributum,pen.prod. {δίδωμι,παρεχὼ,ἀπονέμω} tribuere.Quasi tributum dare. vnde simpliciter pro dare ponitur & exhibere. Plin. in Paneg. Tribuas ei succeſſorem.

Alicui tribuere aliquid,pro Imputare & attribuere. Cic. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est Lucret.lib.2.

Alicui tribuere vt,pro Cõcedere & permittere. Cic ad Martium, lib.11.27 In reliquis officiis cui ru tribuisti, excepto Cæsare, præter me,vt domum ventitares,horásque multas sæpe suauissimo sermone consumeres?

Tribuere & concedere. Cic. 1. de Orat. Tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est.

Alicui tribuere,pro Æstimare aliquem. Cic. 4.Acad. Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat.

Alicui tribuere ignauiæ. Cic. ad Cælium, lib. 2. 25. Hoc nostra laus erit illustrior,quòd illi tribuebatur ignauiæ.

¶ Authoritatem tribuere. Vide AVTHOR.

¶ Bona tribuere alicui. Ouid. 2. de Arte.

Fidem fensibus tribuere. Cic. 1.Acad.

Testimonio fidem tribuere.Cic.pro Sylla.

Gratiam inuentoribus. Cic. 4.de Finib,Quod item cùm vestri faciant,non satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam.

Honorem. Cic.3. de Finib. 120.

Honorem literis tribuere.Quint.lib. 2. cap.12.

¶ In duas partes vim loquendi tribuere,Id est distribuere,Diuidere.Cic. 2.de Finib. Zenonis est inquam hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles,in duas tributam esse partes dicere.

In vulgus tribuere.Cic.ad Seruilium,lib. 13.71.Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus,sed plerunque necessariis in hoc tempore.

Laudes tribuere alicui. Propert. lib.3 eleg.24.

Locum alicui tribuere. Quint.lib.3 cap.3.

Misericordiam. Cic. Pro Milone. Quid restat? nisi vt orem obtestérque vos Iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat?

Nimium sibi tribuere. Quintil.lib 1.cap.2.

Nomina deorum tribuere sibi.Ouid. 6.Metam.

Officium alicui.Marcellus Ciceroni,lib.4.11.

Operam Reip. Cic.2.de duin. Nunc quoniam de Rep. consuli cœpti sumus,tribuenda est opera Reip.vel omnis potius in ea cogitatio & cura pouenda.

Palmam mensarum alicui pisci tribuere. Plin.lib. 32. cap.6.

Pietatem,sanctitatem,religionem,numini deorum tribuere. Cic. 1.de Nat.deor.

Præmium tribuere. Cic.pro Corn.Balbo.Prop.lib. 4. eleg.2.

Præmia benemeritis tribuere. Cæsar 8.bel.Gall.

Præcibus alicuius aliquid tribuere. Ouid.1.de Arte.

Primas prato tribuerunt veteres in agricolatione. Colum. lib. 2. cap. 7.

Priores partes alicui. Cic.ad Qu. fratrem, lib.3.20. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quàm mihi.

Silentium orationi alicuius tribuere. Cic.pro Cælio.

Suauiloquentiam alicui. Cic.de Claris Orat.

Hominum societatem tueri ,& suum cuique tribuere. Cic.1.Offi.

Tantum

Tantum cuique tribuendm est , quantum ille quem diligas atque adiuues sustinere possit.Cic.de Amic.

Tantum tibi tribuo,quantum mihi arrogo.Cic.Sulpitio lib.4.1.

Tempus alicui rei.Cic.2. Offic. Cui cùm multùm adolescens discendi causa temporis tribuissem , &c.

Triumphalia alicui tribuere, Vide TRIVMPHVS.

Valetudini aliquid.Cic.1. Tusc. Sed nunc quidem valetudini aliquid tribuamus.

Veniam.Quint.lib.7.cap.5.

¶ Tributum est , Impersonale. Cic.1. Off. Generi animantium omnium à natura tributum est,vt se,vitam,corpúsque ueatur. Idem 4. de Fin. Primúsque ex omnibus Philosophis à natura tributum esse docuerunt,vt hi qui procreati essent , à procreatoribus amarentur.

Tributurus,pen.pro.Part. {δώσων.} Ouid.9.Metam.

Tributio, Verbale {τομὴ,} Cic.1. de Nat. deor. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus,id est æquabilem tributionem.Vlp in l.Procuratoris. D.de tribut. action. Tributio autem fieri debet pro rata eius ,quod cuique debetur.

Tributum,tributi,vide loco suo.

Tribus,huius tribus.fœ.gẽn. {φυλὴ, ὰς, ἀφετηρία, δῆμος, τριττὺς} à tributo dando dicta. Vel quòd ager Romanus primò diuisus in tres partes fuerit , & tres partes populi factæ. Vna Tatiensium à Tatio Sabinorum rege iam amico post fœdera. Alia Rannium,siue Rannensium à Romulo.Tertia, Lucerum à Lucumone.Varro enim scribit Romulum dimicantem contra TitumTatium,à Lucumonibus, hoc est Tuscis auxilia postulasse.Vnde quidam venit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars vrbis est data.Vnde in Vrbe Tuscus dictus est vicus,siue vt aliqui volunt,à Luco, quem asylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus , adeò vt quæ etiam vui præerat parti, tribunus diceretur: & sumptus dati popuo, tributa vocarentur. Sed postèà aliæ quoque partes vrbis factæ, quæ similiter tribus appellatæ sunt.nam in sex partes fuit distributa ciuitas:in primos,secundósque Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat , quæ de nominibus Sabinarum appellatæ sunt. Hæc ex Varrone,Festo, Plutarcho, & Asconio.Dissentit paulùm Liu lib. 1. 56. scribens à Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas,Ramnenses & Tatienses & Luceres. Nec videtur existimare totum populum in hos fuisse distributum, sed solos equites.Ibidem 191.sic ait, Quadrifariam enim vrbe diuisa regionibus collibúsque,quæ habitabantur partes. Tribus eas appellauit, vt ego arbitror, ab tributo- nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est, neque hæ tribus ad centuriarum distributionem numerúmque quicquam pertinuere. Columella lib.5.cap.1. Tribus dictæ primùm à partibus populi tripartitò diuisi , quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident.Cic 3.de Legib.Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus , plus adhibet ad suffragium consilij , quàm fuse in tribus conuocatus.

Tribus ex Sabinarum nominibus fuisse appellatas , mirum est Asconium memoriæ prodidisse. Is enim exponens illud Verrinæ tertiæ , Quinque & triginta tribus , sic ait , Principio tres fuerunt, Tatiensis vna à Tatio rege , Ramnensis altera à Romulo , Luceres altera à Lucumone, siue Lucretino, siue à luco , quem lucum Asylum vocauerat Romulus.Pòst de nominibus Sabinarum plures fuere :quibus deprecatricibus parentum bellum maritorúmque finitum est.Ad posterum triginta & quinque factæ. Obtinuerunt autem nomen aut à tributo dando, aut quia primò tres fuerunt , vnde etiam Tribuni dicti.Hæc Ascon.Liuius Decad.1.lib.1.nomina Sabinarum fuisse non tribubus,sed curiis indita , his verbis testatur, Ex bello tàm tristi lætaque repentè pax charioteis Sabinas viris ac parentibus,& ante omnes Romulo ipsi fecit.Itaque quum populum in triginta curias diuideret,nomina earum curiis imposuit.Id non traditur (quum haud dubiè aliquanto numerus maior hoc mulierum, fuerit) ætate, an dignitatibus suis vtrorúmque, an sorte lectæ sint, quæ nomina curiis darent.

¶ Tribus easdem esse & curias tradit Blondus in Roma triumphante. Verùm quanto in errore versetur, vel vnus Dionysius Halyc.palàm facit. Is enim lib.2.sic ait, Romulus , in tres partes diuisa multitudine,singulis præclarum aliquem virum ducem præposuit. Deinde vnamquamque rursum in decem partibus, totidem fortissimos viros eis præfecit. Has curias , illas tribus vocari voluit , sicut vocantur & hodie : Curiæ rursum in decurias distribuæ sunt , & cuique suus præerat Decurio. Ita digesto per tribus atque curias populo,agro quoque in triginta sortes æquales diuiso, singulas curias sortiri iussit,&c.

Tribuum XXXV.nomina ex libris P.Manutij excerpta.

AEMI. Æmilia. Cicero ad Atticum lib.11.30. Liu.lib.38,antiquæ vrbis inscriptiones 75.

ANI. Anienſis. Cicero Plancio,epistolarum fam.lib.8. Liu. libro 10,antiquæ vrbis inscript. 160.175 , & in libro Petri Appiani de inscriptionibus antiquis totius orbis,93.

ARNIENSIS. Cicero in agraria , in Rullum. Liuius lib.6. & lib.29,vbi corruptè legi putamus Narnienſi. nam lapis antiquus , quem Vulsiniis in templi parietibus vidimus, expressam Arnienſis mentionem continet.

CLA. Claudia. Liuius lib.2. Virgil.lib.7. Dionysius Halic. lib.5.antiquæ vrb. inscript.75.84.114.liber Appiani 479.

CLV. Clustumina. Cicero pro Plancio , pro Balbo , antiquæ vrbis.

COL. Collina. Varro lib. 4.de Ling. Lat. Plin.lib.18.cap.3. Festus in litera v. antiquæ vrb.inscr.27.99.120. liber Appiani 110.

COR. Cornelia. Liuius lib 38.antiquæ vrb.inscr.29.

ESQ. Esquilina. Varro lib.4.de Ling.Lat. Plinius lib.18 cap. 3. Festus in litera v. antiquæ vrb. inscr.75. est præterea in ædibus viri optimi , valdéque eruditi Gentilis Delphinij Romani fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu : quod ipse quidem non vidi,sed is,cui facilè credo, se vidisse dixit, Honofrius Veronensis, monachus ordinis Augustiniani,qui ordinem annorum vrbis Romæ à Romulo ad Iustinianum peritissimè descripsit.

FAB. Fabia. Horatius epistola6 lib.1. Suetonius in Augusto 38. antiquæ vrb.inscr. 61.73.76 94. & Petri Appiani liber 62.66.335.343.500.

FAL. Falerina. Liuius lib.9. in libro Petri Appiani 105. 120. & Neapoli antiquus lapis est ita inscriptus, C. PISTORIO C. F. FAL FIRMO AEDILI II VIR CVRATORI OPER. PVBLICOR.item Iosephus ὁ τῆς τῶν ἰουδαίων ἀρχαιολογίας λόγο 13.κεφαλ 15.

GAL. Galeria. Liuius lib.27. Plin.lib.7 cap.2. etsi pro Galeria legitur Galerius , sed corrigendus locus est ex antiquo libro aunnculi mei Francisci Asulani.& antiquæ vrb.inscr.89.142.159,liber Appiani 14.15.18.19.21.22.

LEM. Lemonia. Cic.pro Plancio 267.Philippica.9.223,Festus in litera l.antiquæ vrb.inscr.91.151.

MAEC. Maecia, Hanc in antiquis lapidibus duobus inuenimus, C. Octauio. C.F.MAEC. VERO. C. HERACIO MAEC. ROMANO in libris quater nominatam obseruauimus , à Tullio lib.4. ad Atticum 63. à Liuio lib.29. à Valerio Max. lib.2.cap.4.à Festo in litera m.

MEN. Mentina. Cicero lib 13.epist. fam. Iosephus ὁ τῆς τῶν ἰουδαίων ἀρχαιολογίας λογ 13. κεφαλ 15. cum quibus lapides tres consentiunt. C. VALERIO C.F. MEN. DOLVTIO MARCIANO. A. MVNIO A.F.MEN. EVARISTO. C. CATIO C. F.MEN. BALBO C. CASTIVS C.F.MEN. GALLVS.

OVF. Oufentina. Liuius lib.9. Festus in litera o.antiquæ vrb. inscr.86.133. in libro Appiani 27.28.30.51.67.71. 79.84.85 86. & in libro Veronensium antiquitatum 51. Q. EVPHEMVS Q. F. OVF. LVCVLLVS.

PAL. Palatina. Cicero in Verrem 4.124. Pedianus 18. Varro lib.4 de Ling.Lat. Plin. lib. 18.cap.3. Liu.lib. 20.Festus in litera u.antiquæ vrbis inscript.29. 34.39.62.116.155.176.liber Appiani 17.22.34.64.

PAPIA. Scripti in libris de hac tribu nihil est: quod ego quidem legerim. in libro tamen de antiquæ vrbis inscriptionibus explicata mentio est 61. nec semel in Pyrrhi thesauris. sic enim eius libros appello.

PAP. Papiria. Festus in litera p.antiquæ vrb.inscr.72.135.

POB. Pobilia. Quę deinde Publilia scripta est:sicuti ex Poblius Publius factus est. reperitur in lapidibus & PV.& PVB.& PVBL.& PVBLIL.& POB.Liu. lib.7.antiquæ vrb. inscript.10.lib. Appiani 252. & in libro Veronensium antiquitatum sæpe exempla Publiliæ,per u scriptę,quinque habemus,duo in antiquæ vrbis inscriptionibus, 66. 81.tria in Appiani lib.65.105.352.

POL. Pollia. Liuius lib.29. Valer.Max.lib.2.cap.4.& lib.9. cap.10. antiquæ vrbis inscript.110.113.147. liber Appiani 18.

POM. Pomptina. Cicero ad Atticum lib.4.63. Liuius lib. 7. Festus in litera p. antiquæ vrbis inscrip.114.117. liber Appiani 141.484.

POP. Popilia. Cicero epist. fam. lib.8.117. Valerius Max. lib.8.Festus in litera p. liber Appiani 297.

PVP. Pupinia. Cicero ad Quintum fratrem lib.3. epist. fam il.lib.8.117. Liuius lib.26. Festus in litera p. duo antiquorum lapidum exempla extant, alterum Capuæ , D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI: alterum Patauij , C. CLAVSIO C. F. PVP.

QVIR. Quirina. Cicero pro Quintio 4. epist. fam. lib.8.117. Asconius 61. Festus in litera q.antiquæ vrb.inscript.15.34.44.115.liber Appiani 14.17.18.19.103.

ROM. Romilia. Cicero in Verrem 2.70. & in agraria 2. 81. Asconius 18. Varro lib.4.de Ling.Lat.Festus in litera r. Seruius in 3. Æneidos. antiquæ vrbis inscript. 165. in libro Veronensium antiquitatum 51. L.GALLIO L. E. ROM. est etiam Ferrariæ semifractus lapis, in imis summi templi parietibus instratum , in quo ita scriptum vidimus,ITIO T.F.ROM.

SAB. Sabatina. Liuius lib.6.Festus in litera s. lapis antiquus Romæ in ædibus Cardinalis Carpensis. C.N. CORNELIO. C.N.F.SAB.MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE.

SCA. Scaptia. Liu.lib.8.Suet.in Auguſt.38.Festus in litera s. lapidis antiqui exemplum Romæ extat in regione Pantheonis.C. AVFELIVS C.F.SCA. SEVERVS. & item aliud , C. GRANTANIVS SCAPTIA MAGER.

SER. Sergia.

STEL. Stellatina.

SVB. Suburana.

TER. Terentina.

TRO. Tromentina.

VEI. Veientina.
VEL. Velina.

VOL. Voltinia.

Asconius 61. antiquæ vrb.inscr.61.83.91.165, est & in eodem lib.63. quatuor literis SERG.

Liu.lib.6.antiquæ vrb.inscr.110.liber Appiani 150.& duabus literis ST.239.

Varro lib.4 de Ling.Lat. Cicero etiam in agraria: quo in loco videtur corruptè legi, ab Oericulana: cum libris quinque manuscriptis, quos se vidisse affirmauit vir optimus ac doctissimus Gabriel Phaernus, legatus, ab vsura nam. vnde mihi orta coniectura est, quam Phaernus ipse, & Octauius meus probarunt, legi posse, A Suburana, mutatione ferè nulla. Plin.lib.18.cap 5 Festus in litera s.& litera u.antiquæ vrb.inscr.147.

Cicero pro Plancio 263. epist.fam. lib.8.117. Liu. lib.6. & lib.x. antiquæ vrbis inscr.140.199. liber Appiani 105.336.

Festus in litera t. Liuius etiam lib.6 scripsit, Tromentina, vt opinor, non, vt impressum est, Promentina, antiquæ vrb.inscr.107. liber Appiani 16.177 & in lapide, qui Gaietæ est, L. ATILLIO L.F.TROMEN.

Cicero pro Plancio.

Cicero ad Atticum lib.4.63.in Bruto.Horat. epistol. 6. libri 1. Persius. antiquæ vrbis inscript.162.lib.Appiani 19.

Cicero pro Plancio 267. antiquæ vrbis inscrip.155.& in antiquo lapide, qui est Venetiis in turri S. Vitalis. CN. NVMERIVS CN.F. VOL.FRONTO. est & quatuor literis VOLT. in Appiani lib.484.

Vrbanæ tribus,& rusticæ.Liu Decad.1.lib 9 ad finem, Flauium, dixerat Ædilem forensis factio, Appij Claudij Censura vires nacta: qui Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat.Et posteaquàm eam lectionem nemo ratam habuit,nec in curia adeptus erat quas petierat opes vrbanas:humilibus per omnes tribus diuisis, forum & campum corrupit. Tantúmque Flauij comitia indignitatis habuerunt, vt plerísque nobilium annulos aureos & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas: aliud integer populus fautor & cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat: donec Q. Fabius & P. Decius Censores facti, Fabius simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam exceretam in quatuor tribus conicecit : vrbanásque eas appellauit. adeó que eam rem acceptam gratis animis ferunt, vt Maximi cognomen, quo i tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Hoc & Valer. Maximus memoriæ prodidit lib.2.cap.1.tit. De ordine equestri. Plin.libro 18.cap.3. Rusticæ tribus laudatissimæ, eorum qui rura haberent. Vrbanæ verò, in quas transferri ignominiæ esset, desidiæ probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Esquilina. Hæc Plinius. Rusticæ tribus proprie erant ingenuorum, quum vrbanæ libertinorum essent. Flores in Epitome lib.20, Libertini in quatuor tribus redacti sunt, quum anteà dispersi fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. Asconius in orationem pro Milone, Significasse iam puto uos, fuisse inter leges P. Clodij, quas ferre proposuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quàm in vrbanis tribubus suffragium ferebát, possent in rusticis quoque tribubus, quæ propriæ ingenuorum sunt, ferre.

Certa tribus certus numerus. Cic. pro Cornel. Balb.

Tribum ferre. Est tribum aliquam sibi suffragantem habere in alicuius magistratus petitione. Cic. pro Plancio, & ad Attic. lib. 2. epist. 1, Fauonius meam tribum tulit honestius quàm suam, Lucceij perdidit.

In ærarios referri, ac tribu moueri. Cic. pro Cluent.

Tribulis huius tribulis, pen. prod. masc. ge. {φυλέτης, φυλέτου, φυλέτῃ} Qui ex tribu est. Horat. 1. epist. 13.

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Cic. Seruio, libro 13. 24, Lucio Cossinio amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Terent. Adel 33,

-éstne hic Hegio Tribulis noster? Liu. 2. ab Vrbe, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro appellata. Martial. lib. 9,

Nunc anus: & tremulo vix accipienda tribuli.

Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt. Cicc. de Petit. Consul.

Tribulis & vicinus. Cic. pro Rosc. Amer. Quid ad istas ineptias abis, inquies? quasi verò mihi difficilè sit quamuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribulcis, vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt.

Obseruare tribules. Cic. pro Plancio.

Tribulis conuiua, pro non diuite ab Horatio vsurpatum, non dissimili notione, qua Plinius quoque tribus pro pauperiotibus dixit, vt asserit Turnebus. Locus Horatij est. 1. epist. 13.

Index tribulis. Cic pro Plancio.

Tribuarius, Adiect. {φυλετιακὸς} Quod ad tribus pertinet: vt Tribuarium crimen, & tribuaria res. Cic. pro Plan. Itaque hæsitantem te in hoc sodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus causam contulisti. ibidem, 29.

Tributim, pen. prod. aduerb. {κατὰ φυλὰς} Per singulas tribus. Cic. Attic. lib. 4. 85, Populo tributim domi suæ satisfecerat. Horat. 2. Serm. Saty. 1, -atqui

Primores populi arripuit, populúmque tributim.

Tributim & centuriatim descriptis ordinib. Cic. pro Elac.

Spectacula sunt tributim data. Cic. pro Murena.

Tributum, tributi, pen. prod. {φόρος, ἔλος, φιλικὸς, τέλος φορᾶς} à tribunus Varro dictum ostendit, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat

tributim à singulis pro portione census exigebatur. Festus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi posteà hoc vocabulum cœpit largius, pro omni munere quod à subditis soluitur. Vlpianus de Verb. signifi. l. Ager, Tributum sanè appellatur ab intributione: vel ex eo quòd militibus tribuatur. Cic. 2. Off. Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémque bellorum, tributum sit conferendum.

Tributorum olim duo erant genera: vnum agris impositum, alterum capitibus: sed quibus esset ab Imperatore remissum tributum capitis, eorum etiam immune solum esse factum Imperator Titus interpretátus est. Turnebus.

Vectigal & tributum. Cicero pro Flac. Si prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numeraui, Quæstor à mensa publica, mensa aut ex vectigali, aut ex tributo.

Vacuus tributo. Tacit. lib. 12.

Confectio tributi. Cic. pro Flacco.

Leuamentum tributi Tacit. lib. 17.

Immortalia tributa. Tacit. lib. 20.

Nescia tributa. Tacit. lib. 1.

Conferre tributum, Vide CONFERO.

Debere tributum alicui. Claud 3. Paneg.

Exuere tributa. Tacit. lib. 1.

Ferre tributa alicui. Ouid. de Nuce.

Frænare vrbem tributis. Stat. 4. Sylu. 2.

Imperare tributum, Vide IMPERO.

Imponere tributum, Vide IMPONO.

Indicere tributum populo, Vide INDICO.

Inferre tributum, Vide INFERO.

Irrogare tributum, Vide IRROGO.

Liberare tributo. Cic. Famil. 15.

Lamentabile tributum pendere. Ouid 3. Metam.

Petere tributa ex omni gente. Ouid. epist. 4.

Insigne tributum posceret. Stat. 1. Sylu. 4.

Vindicare à tributis. Cic. Philip. 2.

Vocari in tributum. Vlpianus in l. 1. §. Si is qui. D. De exercit. actione.

Tributus, masc. gen. etiam dicitur {φόρος} Plaut. Epid. 5,

His quibus tributus maior pendirur.

Tributorius, Adiect. Vnde Titulus Digestorum. lib. 14. De tributoria actione. Vlp. ibidem, l. Illud quoque. §. Si cuius dolo malo factum est, quo minus ita tribueretur: in eum tributoria datur, vt quantominus tributum sit quàm debuit præstet.

Tributarius, Adiect. {ὑποτελὴς, ὑποτελὲς} Qui soluendo tributo obnoxius est. Iustin. libro 1. Sed ciuitates quæ Medorum tributoriæ fuerant. Plin. lib. 12, cap. 1. tributarium solum.

Tabulæ non commendatitiæ, sed tributariæ. Cic. 6. Verr.

Tricæ, tricarum, plur. num. tantum {τριχοπλέγματα} Capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti.

¶ Tricæ, Impedimenta omnia dicuntur, quòd tricæ gressum pullorum soleant impedire. Plaut. Curcul. 14,

Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? Cic. Attic. lib. 10. 197, Cuius quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas.

Conijcere se in tricas, Vide CONIICIO.

Tricas, pro Re nihili & vana posuit Plautus Rud. 30,

Eloquere properè celeriter. L. nummos trecentos. 6 tricas.

Tricas & Apinas vulgo res futiles ac nugatorias dicebant. Martial. lib. 14.

Sunt apinæ, tricæque, & siquid vilius istis. Adagium ab euentu natum. Nam Tricam & Apinam oppida fuisse quondam Apuliæ, demonstrat Plin. lib. Nat. hist. 3. c 11. referés Europæ sinus, Diomedes, inquit, ibi deleuit gentes Monadorũ, Dardorumque, & vrbes duas, quæ in prouerbij iudicium verterunt, Apinam & Tricam. Stephanus ostendit Tricam vrbem fuisse Thessaliæ, sortitam id nominis à Trica Penei filia. Nonius Marcellus tricas impedimenta & implicationes interpretatur ἀπὸ τῶν πτερῶν, ilt est à pilis, quibus inuoluuntur pulli gallinacei. vnde dictum sit extricare & intricare. Lucilius apud eundem tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et Tricinus quæstus. pro tardo seu ficco. Et Varro tricas Attellanas, nugas impeditissimas. Equidem non negauerim in hoc allusum ad pilos. Cæterùm ab oppido dictum prouerbium, vero propius est. Plin. lib. 8. cap. 48. Ostendit oues laudari solitas breuitate cruram, & ventris vetstitu: quibus is nudus esset, eas apinas appellauit, ceu reiiculas damnatasque. Hæc in Chiliadibus Erasmus. Vetus Plinij exemplar in posteriore exemplo habet apicas.

Tricor, tricatis, tricati, Simili figura pro Nugas agere dicebát veteres, Cic. ad Atticum, lib. 15. 327, Quas literas quum è balineo exiissem, accepi, esse de attributione omnia summa fecisse, Vectenum accusat. Tricatur scilicet, vt homo talis. Eidem lib. 14. 317. Publilius teste cum tricatus est, id est, falsa locutus est.

TRICASTINI, pe pro {τριχαστῖνοι} Populi sunt Galliæ prope Druentiam fluuium. Hinc Tricastinus, adiectiuum, vt Fines Tricastini. Silius lib. 3.

Iamque Tricastinis incedit finibus agmen.

Triceni, pen. prod {τρίκοντα} Adiect. plur. num. à triginta, g, litera in c mutata: sicut pro vigeni, viceni. Plin. lib. 9. cap. 3. Anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Ibidem, cap. 36. Latent sicut murices circa Canis ortum tricenis diebus. Sic Martial. lib. 1.

Tricena mensura. Colum. lib. 3. cap. 3. At siqui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certè: sed vt Græcinus minimum computans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex singulis iugeribus.

Tricenis tauris. Horat. 2. Carm. ode 14.

Pedes triceni. Author ad Heren. li. 3. 126. Interualla locorum mediocria placet esse ferè paulò plus, aut minus pedum tricenúm.

Tricenarius, Adiectiuum {τριακοντούτης} vt Tricenariæ vites. Varr. lib. 1. cap. 2. 6. Nonne item in agro Fauentino, à quo ibi tricenariæ appellantur vites, quòd iugerum tricenas amphoras reddat?

Tricenteni, pe. pro {τριακόσιοι} Aliud adiect. Idem quod trecenti. Colu. lib. 5. cap. 2. Quoniam sex latera sunt, quæ consummata sunt duo millia tricenteni & quadringenti.

Tricenties, Aduerb {τριακοσιάκις} Mart. lib. 5,

Dederas Apici bis tricenties venti,

Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

riceps, tricipitis, pen. corr. om. ge {τρικέφαλος, τρικεφάρσιος} Tria capita habens. Cic. in Orat. Quid in verbis iunctis? quàm scitè insipientem, non insapientem? iniquum non inæquum? tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tusc.

Die quæso num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ex poeta. Ouid. 8. Metam.

Tuque triceps Hecate.

Tricesimus, pen. cor. Adiect {τριακοστὸς} Cic. 1. Off. Tricesimo anno post, &c. Et in epist. quadam, Tricesimo post die. Plin. lib. 17. cap. 23, Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Horat. 1. Serm. saty. 9.

-hodie tricesima sabbatha.

Tricesimo quoque die. Cic. ad Attic. lib. 6.

Trichapton {τριχάπτου} inter ornamenta muliebria posituũ à Septuaginta interpretibus, Ezechielis cap. 16, Nullo tamen Græcorum vsu aut exemplo, vt scribit D. Hieronimus in comentarijs eius loci. Idque subdit fuisse tantæ subtilitatis vestimentum, vt pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur: vnde & ego (inquit) volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro Trichapto subtilius traustuli, Quod tenui stamine atque subtegmine rextum erat.

Trichia, trichiæ {τριχίδες} Genus piscis. Plin. lib. 9. cap. 15, Intrantium Pontum soli non remeant trichiæ.

Trichilum, trichili, pen. cor. vel Trichila, trichilæ {τρίχιλον} Vas est habens tria labra, quibus liquor effundi potest. De quo & apud Cæsarem in Comment. Belli Pompeiani, & apud Columellã sit mentio lib. 10. Cælius Rhod. lib. 18. cap. 11. Trichina vocant Græci, ex pilis aut setis contexta. Trichilas apud Cæsarem stragulæ vestis, prætenuis genus sunt qui putent. Hæc ille. Rursus Columel. lib. 10. non ita procul à fine,

At qui sub trichila manantẽ repit ad vndã, &c. De cucumere. Virg.

Sunt cuppæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ, (in Copa,

Et trichila vmbriferis frigida arundinibus.

Sed quibusdam mirum videtur, cur media syllaba sit brevis, quũ labrũ Græcis dicatur χεῖλος, vnde τρίχειλον dicitur. Proinde legunt, Trichinia vmbrosis frigida arundinibus. Sed cum hæc lectione pugnat syllabæ quantitas. Trichinium enim secundam producit, vt Clinicus primam, Hexachinon penul. imam. Itaque legunt quidã, Trichina vmbriferis, &c. vt sit trium dunta xat syllabarum.

Trichinus, pen. prod. Adiectiuum. Idem quod tardus, & quasi impeditus, & siccus: vel sine succo, vt sunt capilli, qui Græcè τρίχες dicuntur. Varro Eudæmonibus, Quod nunc quæstus trichinus erat, nunc est vber: vt quæstus sit magnus. Hæc Nonius.

Trichitis, huius trichitis. pen. prod {τρίχινον} Aluminis genus, de quo Plin. lib. 35. cap. 15.

TRICHOMANES, pen. corr. {τριχομανὲς} Herba quæ Romanis *capillaris* dicitur, à'iqui *pinnulam*, alij *filiculam*, aliqui *adiantum* & hãc vocarunt. A luxuria capillitij nomen adipiscitur. Plin. lib. 22. cap. 21, Duo genera adianti, candidius & nigrum breuiúsque. Id quod maius est polytrichon, aliud trichomanes vocãt. Vtrique ramuli nigro colore nitent foliis filicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia autẽ contraria pediculis densa inter se ex aduerso: radix nulia: vmbrosas petras, parietúmque aspergines, ac fontium maximè specus sequitur, & saxa manantia, quod miremur, quum aquas nõ sentiat. Idem tamen aliam esse ab adianto sentit, lib. 27. cap. 13, Trichomanes, inquiens, adianto similis est, exilius modò, nigriúsque, foliis lenticulæ densis, amaris, aduersis inter se. Trichomanes hodie, Ruellio teste, nostræ vocant officinæ cum suis herbarijs *Polytrichon*.

Trichorum, trichori, pen. pro. quia per ω Græcè scribitur. Spartianus in Pescẽnino Nigro, Domus eius hodie Romę visitur in cãpo Iouis, quæ appellatur Pescenniana: in qua simulachrum eius in Trichoro constituit, statim post annum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum à rege Thebæorum acceperat. Stat. lib. 1. Syluarum. 3, -quid nunc ingentia miter

Aut quid partitis distantia tecta trichoris? Trichora (inquit Domitius Calderinus) ædificia tribus pinnis surgentia. Cælius libro 18. cap. 11. trichorum arbitratur posse deduci à distributione tripli. χωρίζειν nanque, disparare significat. Sunt qui trichorũ interpretentur, trium capax. Apud Dioscoridem lib. 1. cap. 115. legimus Acaciam in Cappadocia semen ferre in folliculis iugatis, τετραχῶς ἢ πεντραχῶς, id est trilocis vel quadrilocis. Ruellius vertit, in loculis connexis, ternũm quaternũmve capacibus. Chora, choræ Græcè, Regio, locus dicitur Latinè.

Trichrus, trichri {τρίχρους} Gemmæ nomẽ à tribus coloribus impositum, quos reddit coti attritæ Plin. li. 37. cap. 10. Trichrus ex Africa niger est: sed tres succos reddit, à radice nigrum, medio sanguineũ, summo candidum.

Trichypha, apud Pheretratem Poetam, pro puellarum indumentis intelligit Athenæus.

Tricies {τριακοντάκις} Aduerbium à triginta, pro Trigecies. Liu. 8. bel Pun. Pecuniæ in ærarium tulerunt festertium tricies octogies millia æris. Cic. 3. Ver. His nominibus solis Cn. Dolabellæ H-S. ad tricies litem esse æstimatam. tricies octies centena vigintiquinque millia. Plin. lib. 4. c. 16.

Tricies quater centena quinquaginta. Plin. lib. 2. cap. 108.

Triclinium, triclinij {τρίκλινος} Conclaue discubitorium dici potest. Est enim locus in quo discumbebant & cœnabant præcipuè in conuiuium acceptii: dictum à tribus lectis, quos sternebant inter se contiguis. nam tres mensas in conuiuio apponere veteres solebant, & iacendo cœnare, vt Turcæ hodie faciunt. τρίς enim, tres: κλίνη lectus dicitur. Hinc Horat. 1. Serm. saty 4,

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, &c. Iuuen. saty. 5. Cic. ad Atticum, lib. 13. 298, Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret.

Triclinium, secundam syllabam producit, vt Hexaclinon penultimam, Clinicus primam. Manilius lib. 5,

Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia templis

Concertant. Proinde sunt qui putent mendosum esse hunc Virgilij versum in Copa,

Triclinia vmbrosis frigida arundinibus. Conseántque legendũ tribus syllabis Triclina. Alij tamen leguat, Et trichila vmbrosis, &c.

Sternere triclinium. Cic. pro Murena, Rogatus est à Maximo vt triclinium sterneret.

Triclinium & cubiculum. Cic. 2 de Ora. Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? Qum tu, inquit, de cubiculo alieno.

Capax triclinium quindecim conuiuarum, Vide CAPAX.

Lecti triclinioũ. Cic. 4. Verr. Iam non quæro vnde cccc amphoras mellis habueris, vnde tantam Melitẽsem vestem, vnde quinquaginta tricliniorum lectos.

Tricliniarium {τρικλίνιον} Idem quod triclinium: vel quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de Re rustic. cap. 13, Quo elaborant vt spectent fua æstiua tricliniaria ad frigus Orientis. Plin. libro 19. cap. 39, Qua purpura quis non iam, inquit, tricliniaria facit?

Tricliniaris, & hoc tricliniare, penult. prod. {τρικλινιακὸς} Quod ad triclinium pertinet: vt Lectus tricliniaris. Plin. lib. 37. cap. 2.

Vestimenta tricliniaria. Quibus vtimur in tricliniis. Labeo in l. Apud Ausidium. D. de opt. legat.

Trico, triconis, masc. gen. {τρίκων} Morosus, & ad ridendum durus vt ait Nonius. Alij exponunt triconẽ, contentiosum, & litium peramantem. Vide Rhodig. Iulius Capitolinus in Ælio Vero, Fertur & nocte perpere alea lusisse, quum in Syria concepisset id vitium, atque in tantum vitiorum Gratianorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obrecto capite cuculione vulgari viatorio, & commisceretur cum triconibus & committeret rixas, dissimulans quis esset, fæpe afflictum liuida facie redisse, & in tabernis agnitum quum sese abconderet.

Tricoccus, tricocci {τρίκοκκος} Plin. lib. 22. cap. 21, Genera heliotropij duo. Tricoccum, & heliosecpium, &c. Alterum genus quod tricoccum appellauimus, & alio nomine scorpiuron vocatur, foliis non solùm minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Galenus (Ruellio teste) communi vocabulo tricoccum quasi trioſſum aut trigeminum ab aliquibus nominatum memini, quoniam tria intus grana siue ligna seminis loco, fructus contineat.

TRICONGIVS {τρίκογγος} Cognomen Nouelli Mediolanensis, qui gestis honoribus à Prætura ad Consulatum vique peruenerat. Hic enim tribus congiis epotis, spectante miraculi gratia Tyberio principe, præclarum cognomen sibi vendicauit. Plin. lib. 14. cap. 22.

Tricornium, tricornij: & hic & hæc tricornis & hoc tricorne {τρίκερως} Quod tria cornua habet. Plin. lib. 8. cap. 21. Indicos boues vnicornes, tricornésque.

Tricorpor, huius tricorporis, pen. cor. Adiectiuum {τρίσωμος} Tria habens corpora. Virg. 6. Æneidos,

-& forma tricorporis vmbræ.

Silius lib. 3. Geryonis pereret quum longa tricorporis arua.

Tricuspis, huius tricuspidis, pen. corr. {τριόδους} Adiectiuum, Tres habens cuspides. Ouid. 1. Metam.

-posítóque tricuspide telo

Mulcet aquas rector pelagi.

Tridens, tridentis, m. g. {τρίαινα} Quicquid habet tres dentes. Dicitur etiam Neptuni sceptrum. Plin. lib. 9. cap. 15, Thyani à gubernaculis non superantur, ne tridente quidem in eos sæpius iacto territi. Virg. 1. Georgicon,

-cui prima frementem

Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

Sæuus tridens. Virg 1. Æneid.

Sæuit tridenti Neteus. Virg. 2. Æneid.

Tridentifer, penult. corr. {τριαιηφόρος} Neptunus. Ouidius 8. Metamorphoseos,

Regna vagæ dixi sortite tridentifer vndæ.

Tridentiger, pen. corr. Idem. Ouid. 11. Metam.

Cumque tridentigero tumidi genitore profundi.

Triduum, tridui {τρίημερος} Spatium trium dierum. Terentius And. 2. 6,

Nihil hercle, aut si adeò, bidui, aut tridui est hæc solicitudo. Cic. 2. de Legib. Cotta censet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. Idem pro Milone, Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

Continuum triduum, Vide CONTINEO.

In triduo hoc, Vide IN.

Non interest triduum, Vide INTEREST.

Triennis, & hoc triennе {τριετὴς} Trium annorum.

Triennium, triennij {τριετία} Spatium trium annorum. Cicero 4. Verrina, Triennium prouinciam obtinuisti. Idem 4. Acad. 7. Inimicorum calumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphauit. Ouid. 9. Metamorphoseos,

Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Triennia vocat dictione Latina, quæ Græcè alibi triæterica appellat

Continuum triennium, Vide CONTINEO.

Triens, trientis, masc. gen. {τριημόριον} Genus nummi, tertiam partem assis valens, hoc est vncias quatuor. Inuen. Saty. 3,

Infœlix nec habet quem porrigat ore trientem. Cicero ad Atticum libro 4. 84, Fœnus ex triente Id. Quint. factum erat bessibus.

Lex frumentaria de semissibus & trientibus Author ad Heren.

¶Triens, Mẽſuræ genus quatuor cyathos continens. Perſ. Saty. 3,
Sed tremor inter vina ſubit, calidúmque trientem. Propert. libro 3. eleg. 10.
Quum fuerit multis exacta trientibus hora.
¶Triens, Tertia pars iugeri. Hoc eſt, vnciæ quatuor. Diuidebatur enim iugerum, vt as, in vncias duodecim. Vide Columellam libro 5. capite 1.
¶Trientes, ſiue quod idem eſt Trientalis materia, apud Vitruuium, nomen habẽt à menſura quòd aſſeres inſtrumenti eius, trientali, hoc eſt craſſitudine quatuor vnciarum eſſent, ſiue quatuor pollicum. In menſuris enim vncia pollicem ſignificat. Ex Budæo.
Trientalis, & hoc trientale, vt Trientalia folia, à menſura dicta ſunt, quæ amplitudine trientem æquant, hoc eſt pollices quatuor. Plin. lib. 27. cap. 5.
Triental, trientalis, pen. corr. neut gen. {τριτημοριαῖον} Vaſis genus, tertiam partem ſextarij capiens. Perſius Saty. 3,
-calidúmque triental
Excutit è manibus. Nonnulli legunt trientem.
Trientarius, Adiectiuum. Iulius Capitol. in Antonino Pio, Idem fœnus trientarium, hoc eſt minimis vſuris exercuit. vt patrimonio ſuo plurimos iuuaret. *Interest au vsure à quatre pour cent.*
Trierarchus, trierarchi, m. g. {τριηράρχης} Præfectus trieris. Cic. 3. Ver. Quæ de re Caridemum Chium teſtimonium priore actione dicere auditis, ſeſe quum eſſet trierarchus, &c.
Trieteris, pen. prod huius triteridis, pen. corr. fœm. gen. {τριετηρὶς} Spatium trium annorum. Stat. lib. 4. Thebaid.
Ludus & atra ſacrum recolet trieteris Opheſtem. Martial. lib. 6,
Aſpicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena
Regulus, auditum laudet & ipſe patrem. Cicero 3. de Nat. deorum Quinto Niſonatum & Thione, à quo trieterides conſtituræ putantur.
Trietericus, pen. corr. Adiectiuum {τριετηρικὸς} Triennalis. A τρεῖς, & ἔτος annus.
Nox trieterica. Stat. 2. Thebaid.
Orgia trieterica. Virg. 4. Æneid.
Sacra trieterica. Ouid. 6. Metam.
Trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi, quæ ei ex India cum victoria redeunti inſtituta ſunt, tertio quoque anno celebrari ſolita annuis eius orgiis ſumptuoſiora. Idem & Seruius affirmauit, enarrans illud Virg. lib. 4. Æneid.
Thyas, vbi audito celebrant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cithæron.
Trifariam, Aduerbium {τριχῇ, τριχῶς} tribus modis, ſiue in tres partes. Suet. in Vitel. cap. 13, Sed vel præcipuè luxuriæ, fœuitiæque dedituſ, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat. Liu. 5. ab Vrbe. Trifariam Romani muniebant.
Trifatidicus, pen. corr. Adiect. Auſonius in Ternario, Atque trifatidicæ nomen commune Sibillæ. Hoc eſt valde, aut pluſquam fatidicæ. Tres enim in compoſitione ferè ſemper augendi cumulandique vim habet: vt trifur, trifurcifer, trijueneficus apud Plautum.
Trifaux, trifaucis, om. gen. {τρίσομος} Tres fauces habens. Virg. 6. Æneidos,
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.
Trifer, trifera, triferum, pen. corr. {τριφόρος} Quod ter fructus producit. Plin. lib. 16. cap 27. Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. Columella libro 5 cap. 10, Omnes etiam biferæ & triferæ.
Trifidus, pen. corr. Adiect. {τρίχωλος} Quod tribus partibus finditur.
Cuſpis trifida Neptuni. Claud. de raptu Proſerp.
Flamma trifida, Fulmen. Ouid. 2. Metam.
Haſta trifida. Valer. 1. Argon.
Trifolium, trifolij {τρίφυλλον} Herba quæ inuenitur conſtragoſis locis: efficaciſſima traditur contra viperę venenum, odoris grauiſſimi, neque abſimilis bitumini. Et ideirco Græci eam aſphaltion appellant: noſtri autem propter figuram acutam trifolium vocant: nou longis & hiſpidis foliis viret, caulémque robuſtiorem facit, quàm prateuſe. Vide Plinium abundè de hoc tractantem, lib. 21. cap. 21 Eſt & aliud trifolium pratenſe, à loco in quo frequenter inuenitur, dictum.
Triformis, & hoc triforme {τρίμορφος} Tres habens formas. vt
Canis triformis Cerberus. Senec. Herc. Oetæo, 9.
Diua triformis Hecate. Horat. 3. Carm. ode 22.
Trifur, trifuris, pen. prod. o. g. {τρίφωρ} Plus quàm fur, vel maximus fur. Plaut. Aulul. 20,
Non fur, ſed trifur.
Trifurcifer, penult. corr. Plus quàm furcifer, vel maximus fur. Plaut. Aulul. 9,
Vtuperas me? 1. etiam fur trifurcifer. Idem Rud. 18,
Tun' trifurcifer mihi audes inſclementer dicere?
Trifurcus, Adiectiuum {τρίζυγος, τρίδυμος} Quod tres furcas habet. Colum. lib 5. cap. 10, Trifurcam maximè ponito, ea extet minimè tribus pedibus. Ibidem, cap. 11. 3. Surculi ſint bifurci, vel trifurci.
Triga, trigæ {τρίζυγος} quaſi triaga, à tribus equis iunctis. Currus dicitur, qui à tribus equis trahitur. Vlpianus in l. Ædiles aiunt. D. De ædil. edict. Etſi triga vænierit, redhibenda erit tota. ſed & ſi quadriga, redhibeatur.
Trigarium, trigarij {τριγαρεῖον} Trigarium cutule certamen. Plin. lib. 37. c. 13, Ne equos quidem in trigariis inferri vllos vernaculis animadverto. Apud Martianum quoque Capellam lib. 9. qui de Muſica inſcribitur, Trigarium, inquit, ſupplicantis ſemper germanitatis adueniat: hoc eſt, trigemina, inquit, illa mulier, ſiue tres in vnius nominis vocabulum conſpirantes.
Trigarius trigarij {τριπτολέμος} Trigarum agitator. Plin. lib. 28. cap. 16, Feruntque & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.

Trigemini, pen. corr. pluraliter tantùm {τρίδυμοι.} Plin. de viris illuſtrib. 4 Tullus Hoſtilius quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit.
Duo vel trigemini. Colum. lib. 7. cap. 6. de capella.
Trigemini, aut gemini. Colum. lib. 2. cap. 1. Trigeminos vocat, quum tres vno partu eduntur.
Natura trigemina Plin. lib. 15. cap 28, Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignũ, rurſuſque ſemen in ligno vt Petaſites.
Trigemina porta dicebatur Romæ, per quam trigemini fratres Horatij exierunt: ſed tertius qui ſuperſtes fuit, porta Capena rediit. Liuius, Minutius extra portam trigeminam boue autaro donatus eſt. Plaut. Capt. 3.
Trigemmis, huius trigemmis, maſc gen. {τριβλήφις.} Colum. lib 3. cap. 19. Vallis & vliginoſi campi ſitus ſerimus etiam trigemmem (ſcilicet malleolum) qui eſt paulò minor dodrante, longior vtique ſemipede. iſque nõ ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt, quum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quod his exceptis, quibus eſt frequẽs in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidémque gemmas habet. Plin. lib. 17. cap. 21, Iidem quum deciſi, nec intorti trigemmes.
Trigeſimus. pen. corr. Adiect. {τριακοστός.} Cic. de Senect. Cuius à mor te iam tertius & trigeſimus eſt annus.
Triginta, {τριάκοντα} Indeclinabile nomen numerale. Virg 3. Æneid.
inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.
Trigla, {τρίγλα} Genus piſcis, qui à noſtris *mullus* dicitur & *barbio*. Hinc
Triglites, triglitis, pen. pro. {τριγλίτης,} Lapillus qui mulli piſcis colorem habet. Plin. lib. 37. cap. 11. de gemmis loquens, Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore, echites viperæ, ſcorpites ſcorpionis: aut colore aut effigie, ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli.
Trigon, trigonis, {τρυγών,} Pilæ genus. Mart. lib. 12,
Captabit tepidum dextra, lævâque trigonem. Idem lib. 4,
Seu leatum ceroma teris tepidúm ve trigona. Vide Pila trigonalis, in PILA.
Trigon, nomen piſcis apud Auſonium, Sectione 3. ad Theonem Lethaliſque trigon.
Trigonus, trigoni, pen. pro. quia per ω ſcribitur, m g. {τρίγωνος,} triangulus. Manilius lib. 2. cap. 7,
Quadrati ſi fortè voles effingere formam,
Aut trinis paribus facies quum membra trigonis. Auſonius parum rectè corripuit in ternario,
Per trinas ſpecies trigonorum linea currit.
Trigonus, adiectiuum. Triangularis. Manilius lib. 2. cap. 6,
Et quæcunque tamen dicuntur ſigna trigona. Ibid. cap. 7,
-licet ergo ſigna trigona
Dicantur, partes non ſeruant illa trigonas.
Trigonicus, pen. cor. Adiectiuum. Idem. vnde Trigonica radiatio apud Iulium Firmicum lib. 2 cap. 32. & rurſus lib. 3 cap. 1. & cap. 3.
Trigonalis & hoc trigonale, pen. prod. Forma tribus lineis conſtans.
De pila trigonali eſt epigramma Martialis libro 14. Vide PILA.
Trihorium, trihorij, Spatium trium horarum. Auſon. Sectione 3. ad Theonem,
Nec duraturi poſt bina trihoria corui. Corui autem piſces ſunt.
Trilibris, & hoc trilibre, pen. pro. {τρίλιβ.ος} quod eſt trium librarum. Horat. 2. ſerm. ſat 2,
-laudas inſane trilibrem Mullum.
Trilinguis, & hoc trilingue, {τρίγλωσσος} Qui tres linguas habet, vel qui vnum dicit, & aliud cogitat.
Os trilingue. Horat. 2. Carm. ode 19, De Cerbero.
Trilix, trilicis, pen. pro {τρίμιτος, σπαθὺς,} natura adiectiuum eſt omnis generis: Trilices veſtes, quæ ex tribus liciis verſicoloribus conſtant. Interdum pro triplici ponitur. Virgilius 3. Æneid.
Loricam conſertam hamis, auróque trilicem. Valer. 3. Argon.
Per clypei cædentis opus, partémque trilicem.
Trimacrus, {τρίμακρος,} Pes conſtans ex tribus longis: vt Virtuti.
Trimarus, Vide TRIMVS.
Trimeſtris, & hoc trimeſtre, {τρίμηνος} Quod eſt trium menſium. Plin. li. 7. cap. 15. Et hoc tale, tantúmque omnibus triceuis diebus malum in muliere exiſtit, & trimeſtri ſpatio largius. Idem lib. 10. cap. 25. Trimeſtres aues, vt turdi.
Trimeſtres anni apud Arcades. Plin. lib. 7. cap. 48.
Trimeſtres annorum cœlíque vices. Auſon. in ternario. Hoc eſt quatuor anni partes, quarum ſingulis terni menſes tribuuntur.
Trimeter, trimetri, pen. cor. {τρίμετρον} Tria habẽs metra. Verſus trimetri, qui tres habent menſuras, hoc eſt ſex pedes. vnde & à Latinis dicuntur ſenarij: ſũtque verè Iambici, id eſt pedem vltimum ſemper habent Iambum. Horat. de Arte,
-hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni. De ſpondeo loquitur in carminibus Iambicis.
Trimodia, trimodię, fœ. ge. Trium modiorum menſura. Plin. Neque enim aliter potuiſſet trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Sic & fœminino genere à Columella vſurpatur. Nos hoc etiamnum vocabulũ hodie retinemus in eo infundibulo, quod in moletrinis fruges molæ tranſmittit. Tremodiam enim vocamus: nomen factum eſt à menſura trium modiorum. Hoc nomine offenſi emendatores fœminino genere expuncto neutrum formauere, vel deformauere potius ſynceram ſcripturam. Hæc Turnebus.
Trimodium, n. g. Idem. Plaut. Menæch. 2,
Nunc argumentum vobis demenſum dabo
Non modio, neque trimodio, verùm ipſo horreo.
Trimodia, trimodiæ, {τριμόδιος} Nomen eſt vaſis à menſura trium modiorum: quam ſatoriam Columella vocat lib. 2. cap. 9, quoniam ex

ea ſatores ſemina iaciunt in ſatione ſeminum. Idem lib. 12. cap. 50, De apparatu oliuitatis, Tum ſcalæ, cordubæ, decemmodiæ, trimodiæ, ſacoriæ, quibus diſtricta bacca ſuſcipitur.
Trimus, Adiectiuum {τρίετος} Quod eſt trium annorum. Plautus Rud. 18,
Trima quæ periit mihi, iam tanta eſſet, ſi viuit, ſcio. Plin. libro 17. cap. 11, Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt. Varro 2. de re Ruſt. cap. 7, Videndum ne ſint minores trimæ, maiores decem annorum.
Equa trima. Horat. 3 Carm ode 11.
Trimulus. pen. corr. Adiect. Diminutiuum {τριετίων.} Suet. in Auguſto, cap 8, Trimulus patrem amiſit. Sic quidam legunt: alij verò, Quadrimus patrem amiſit.
Trimatus, huius trimatus, pen. prod. {τριετία} Ipſa trium annorum ætas. Columel. lib 8. cap 5, Summouebimus autem veteres, id eſt quæ trimatum exceſſerunt. Plin. lib. 8. cap 43, Partus à XXX menſe ocyſſimus, ſed à trimatu legitimus.
TRINACRIA {τρινακρία} Inſula quæ & *Sicilia*, *Sicania*, & *Triquetra* appellatur. à tribus promontoriis dicta eſt Trinacria, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro: & ἄκρα ſummitas. Hinc
Trinacris, pen. corr. {τρινακρὶς} Patronymic. pro adiectiuo apud Ouid. 4. Faſtorum,
Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris, à poſitu nomen adepta loci. Idem 5. Metam.
-inſula Trinacris.
Hybla Trinacris. Ouid. 5. Triſt. eleg 14.
Trinacrius, Adiect. {τρινάκριος} Siculus. vt Aqua Trinacria. Ouid. epiſt. 12.
Iuuenes Trinacrij. Virg. 5. Æneid.
Littus Trinacrium. Virg. 1. Æneid.
Viri Trinacrij. Virg. 5. Æneid.
Trinepos. pen. corr. trinepotis, pen. prod. maſc. gener. {τριτυγωνεὺς} Abnepotis filius: quòd ſit poſt tres à nepote. Paulus in l. Iuriſconſultus D. de gradibus, Trinepos, trineptis: hi ſunt filij filiæve abnepotis, abneptis.
TRINOANTES {τρινόβαντες} Britãniæ inſulę populi Orientales, penes Iameſam æſtuarium, vt author eſt Ptolemæus lib. 2. cap 3, Trinobates Cæſar appellat.
Trinoctium, trinoctij {τρινύκτιον} Tres nocteſ. Gellius lib 3. cap. 2, Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro viurpandi cauſa ex XII. tabulis deberet.
Trinoctialis, & hoc trinoctiale, penultima producta {τρινύκτιος.} Mart. libro 12,
-ſed ipſe diũm
Offenſus genitor, trinoctiali
Aff. cit domiceœnio clientem
Trinodis, & hoc Trinode, pen. prod. Adiectiuum {τρικάμβους} Trium nodorum: vt Claua trinodis. Ouid. epiſt. 4.
Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi. Idem 1 Faſt.
Trinus, Adiectiuum {τριὰς} Idem quod tres ſignificat. Plaut. Bacch. 5, Etiámne eſt quid porrò? c. hem accipe, trina hæc nunc erit. Cæſar 7. bel. Gal. Milites ſigno dato celeriter ad munitionem peruenĩunt, eámque tranſgreſſi, trinis caſt. is potiuntur.
Forum trinum. Stat. 4. Syl. 9.
¶Trini, pro Terni, Suet. in Nerone, cap. 56, Detecta conſeſtim coniuratione, pro ſummo numine, trinſque in die ſacrificiis colere perſeuerauit. Id eſt quotidie tribus Plin. libro 2. cap. 31, Trinos ſoles antiqui ſæpius videre. Id eſt tres ſimul. Ibidem, Lunæ quoque trinæ apparuere.
Reddere trinas literas. Cic. Attic. lib. 11. 23.
Nulla trinis æſtiuis gratulatio. Cic. in Piſonem.
Trinundinum, pen. corr. {τρίπτινακλοία, τρίτον πανήγυρις} ſiue Trinumnundinum dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè ſolebat, vt notior eſſet vniuerſis. Idem enim eſt dicere, Trinundino, & tertiis nundinis, & in trinundinum, hoc eſt in tertias nundinas. Sunt qui putent trinundinum eſſe trium dierum ſpatium ad habenda comitia, creandorum magiſtratuum cauſa. Sed Feſtus ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo, quod eſt populum ad cõcilium aut comitia vocare. Alij non pro trium dierum ſpatio, ſed pro loco accipiunt, quòd tribus in locis vno die fierent comitia, aut tribus diebus vno in loco celebrarentur, vt vult Valla lib. 2. Liu. 3. ab Vrbe, Poſtquam verò comitia decemuiris creandis in trinundinum indicta ſunt. Alij legunt, in trinum nundinum. Cicero pro Domo ſua, Si quod in cæteris legibus trinundinum eſſe oporteat, id in adoptione ſaris eſt trium eſſe horarum. Quintilian lib. 2. cap. 4. Siue non trino fortè nundino promulgata, ſiue non idoneo die.
Petere trinum nundinum. Tullius Tironi lib. 16. 12.
Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Philip.
Triobolum, trioboli, pen. corr. {τριώβολος} Tres obolos valet. Alio nomine hemidrachmium dicitur. ſenos enim obolos drachma efficit, vt authores ſunt Plinius & Pollux, & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem ſouis ab altera noctuam habebat: quam illi glaucem appellant. Ex quo factum putat prouerbium Budæus, Noctuam Athenas. Plaut. Bacchid. 5,
Negare ſeſe debere tibi triobolum.
Abiudicare ab ſuo triobolum. Plaut. Rud 23.
Trioboli homo, Nequam & nullius prerij. Plaut. Pœn. 4,
Trioboli hominem vocat, vt nauci hominem antiqui dixerunt, & frugi. Dicuntur & diobolares homines.
Triobolaris, & hoc triobolare, pen. prod. {τριωβολιαῖος} Id eſt vilis, & pretij trium obolorum.
TRIOCLA {τρίοκλα} Siciliæ vrbs, Ptolemæo libro 3. capite 4. hodie Triochala.
Triones, pen prod. {βόες, ἑπτάτριες} quaſi teriones, boues aratorij. Dicti ſunt antiquis. Vnde ſeptem ſtellas Septentriones noſtri veteres à bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur. Martial. lib. 6,

Cernere Parrhaſios dum te iuuat Aule triones,
Comminus & Scythici ſydera ferre poli. Cic. 2. de Nat. deor. Altera dicitur eſſe Helice
Cuius quidem clariſſimas ſtellas, totis noctibus cernimus,
Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.
Geliũ, Ouid. 2. Metam.
Inoccidui. Claud. de Gigantomachia 3.
Gemini. Virg. 1. Æneid.
Pigri. Claud. 6. Paneg.
Scythici. Claud 7. Paneg.
TRIOPAS {τριόπας} Theſſalorum rex fuit, pater Meropis, à cuius nomine Cos inſula olim Meropis, ipſíque inſulani Meropes ſunt appellati. Author Stephanus.
TRIOPHTALMVS, triophtalmi, m g. Lapis in Sicyonia naſcẽs, qui trium oculorum effigiem præ ſe fert, author e Plinio lib 37 cap. 11.
Triopis {τριοπὶς} Monilis ſpecies, tres veluti oculos habentis, apud Pollucem lib. 5. cap 16.
Triorches, triorchis, maſcul. gener. {τριόρχης} Auis eſt ex accipitrum genere à teſtium numero, dicta Latinis Buteo. Plinius libro 10. cap. 8.
¶Triorches, item, Tertium centauri genus. Plin. lib. 25. cap. 6.
Tripalis, tripalis, Tripales autem vites dicebantur, quæ tribus paliſ ſuſtinebantur. Varro, Quid tu? non vides in vineis quòd tria pala habeant, tripales dici?
Triparcus, Adiectiuum {τριπαρθώμιος} Valde parcus. Plautus Perſa. 7,
Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos homines, vetulos, auid os, aridos Bene admordere.
Tripartitus, pen. prod. Adiect. {τριμερὴς} ſiue tripertitus, Quod in tres partes diuiſum eſt. Cic. 1. de Inuent. Oratoris ars, & facultas in hac materia tripartita verſari exiſtimanda eſt.
Tripartita bonorum ratio. Cicero 1. Acad. Et 5. Verrin. Tripartita cauſa.
Tripartita oratio. Cicero ad Quirites poſt reditum, Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi tripertita. Primùm vos docuit. &c.
Tripartitò, ſiue tripertitò, pen. prod. {τριμερῶς} Aduerb. in tres partes. Cic. 5. Tuſcul. At diffidat neceſſe eſt, qui bona diuidit tripartitò. Liu. 1. bel. Pun. verbem tripartito aggreditur.
Tripatinum, tripatini, pen. corr. Plin. lib 35. cap. 12, Atque vt luxu authoritas quoque aliqua contingat figlinis. Tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma eœnarum lautitia. Vna erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis, inclinatis iam ſcilicet moribus, vt tamen eos præferre Græciæ etiam philoſophis poſſimus.
Tripectorus, Adiectiuum, pen. corr. Tria habens pectora. vt Tripectora vis Geryonæ. Lucret. lib 5,
Quiſdve tripectora tergemini vis Geryonai? Alij legunt, Quiſdve tripectora tergemihi quoque Gerionæ vis? Fingunt poetæ Geryonem fuiſſe tricorporem.
¶Tripertita, Subſtantiuum, pro libri titulo. Pomponius in l 2 §. Deinde Sex. Ælius. D. de origine. Sex. um Ælium etiam Ennius laudauit: & exat illius libet, qui inſcribitur Tripertita, qui veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum præpoſita, iungitur interpretatio, deinde ſubiexitur legis actio.
Tripertitus & Tripertitò. Vide TRIPARTITVS.
Tripes, tripedis, pen. corr. m. g. {τρίπους} Quod tres pedes habet. Martial. lib. 12,
Ibat tripes grabatus, & bipes menſa. Liu 10. bel. Maced. Simul procuratum eſt, quòd tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat.
Menſa tripes. Horat 1 Serm. ſat. 3.
Tripedalis, & hoc tripedale, pen. prod. {τριποδιαῖος} à Tripes, quod tres pedes longitudinis habet. Plin. lib. 27. cap 12, Medion folia habet tridis ſatiuæ, caulem tripedalem.
Tripedalis latitudo. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9.
Latitudo tripedalis. Plin lib. 17 cap. 22.
Tripedalis parma. Liu 8 bel. Maced.
Tripedaneus, Adiectiuum. Idem {τριποδιαῖος} Cato cap. 45, Tales oleaginas, quas in ſerobe ſaturus eris, tripedaneas decidito. Plin. lib. 27. cap. 12.
Triplex, triplicis, pen. corr. om. ge. {τριπλοῦς, τρίπλαξ, τρίπτυχος} Quod eſt trium plicarum. Horat. 1. Carm. ode 3.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat.
Triplex, pro Tribus aliquando ponitur. Cic. 1. Acad. Fuit ergo iam accepta à Philoſophis prudentia triplex.
Anima triplex. Cicero 1. Tuſculanarum, Plato triplicem fiuxit animam, cuius principatum, id eſt rationem, in capite ſicut in arce poſuit, & duas partes ſeparate voluit, iram & cupiditatem quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit.
Colore triplici diuerſa licia. Virg 8. eclog.
Deæ triplices. Parcæ. Ouid. 2. Metam.
Forma triplex Ouid 9. Metam.
Remittere triplices literas. Cic. Attic lib. 13. 266.
Muro triplici circundata mœnia. Virg 6. Æneid.
Natura triplex animi. Lucret. lib 3.
Pugna triplex, Quæ ter facta eſt. Matt. lib. 5.
Triumphus triplex. Virg. 1. Æneid.
¶Triplex, pro quodam tabellæ genere, in quo ſcribi epiſtolæ leuiores & amatoriæ ſolebant. Mart. lib 14,
Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis,
Quum ſe venturam ſcribet amica tibi. Dicti autem ſunt triplices à tribus foliis.
¶Triplex, Subſtantiuum. Scribonius Largus, Emplaſtrum aliud ex ſale nigrum efficacius, idem ad omnia facit: ſed recipit ſingulorũ

pondo libram similiter, olei autem veteris triplex adiicitur.

Triolaris. & hoc Triplare, penultima producta, vt Triplaris numerus. Vide DVPLARIS.

Triplus, Adiectiuum {τριπλάσιος} Idem quod triplex. Cicero de Vniuers. Vnam principio partem detraxit ex toto, secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla: deinde quartam quæ secundæ dupla esset: quintam inde quæ tertiæ tripla. Et paulò pòst, Tripla intervalla.

Tripleo, triplicas. pen. cor. {τριπλασιάζω} triplicare. Plin. lib. 7. cap. 48, Cornici nouem nostras attribuit ætates Hesiodus, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.

Triplicatio, triplicationis, Verbale. Caius in l. Consilio D. de curat. furios. &c. Firmicus quoque lib. 2. cap. 26, Nulla vel duplicatione, vel triplicatione vel quadruplicatione. Vide Quadruplicatio, in QVADRVPLEX.

Tripoda, Vide TRIPVS.

TRIPOLIS, pen. corr. {πόλις} Phœniciæ locus, ex numero, dicitur trium vrbium, Tyro feilicet, Sidone, atque Arado, vt testatur Strabo, Plinius, & Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Phœnicię Nũc vulgò dicitur *Trypol de la Soria*. Oliuarius in Melam. Hinc

Tripolitana regio dicta est. {τριπολιτικὸς} Sunt autem duæ hoc nomine, Africana scilicet, & Syriaca in Phœnice. Oppida tripolis Africanæ sunt, Abrotonum, Tophia, & Leptis magna.

Tripolium, tripolij {τριπόλιον} Herba quæ aliàs polium, vt Plinius vult, dicitur. Nascitur in maritimis vbi allidit vnda iterúmque retro commeat, neque in mari, neque in sicco planè. Folia satis habet arida, sed crassiora, caulem palmo altũ, in mucrone diuisum. Huius flores trahunt ter in die murari, candidos manè, purpureos meridie, puniceos sole occidente conspici, radice alba, odorata, calidi gustus. Ruellius.

Tripondium, tripondij {τριάσσαριον} Pondus trium assium.

TRIPTOLEMVS, penult. corr. {τριπτόλεμος} Celei filius, teste Seruio, arattri inuentor & agriculturæ. Eleusio (inquit) ciuitas est Atticæ prouinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiã eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & cum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit, ad vsum frumentorum hominibus indicandum. Horatius Seruius. Author ad Heren. lib. 4. Si Triptolemus quum omnibus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutuaretur.

Æsherens Triptolemus. Stat. 4. Sylu. 2.

Triptotum, pen. prod. {τρίπτωτον} nomen dicitur quod tribus duntaxat casibus declinatur, vt Scamnum.

Tripudiũ, tripudij {τριποδισμὸς, τριποδία} Quasi terripauiũ: sic enim primo dictũ est: post terripudium, deinde tripudium est dictũ à pauio, ferio. Vade tripudia solstima dicebantur auguria quæ fiebant quories offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum, ita enim à solo solistimum, vt à medio mediastimum dicitur. Cicero 2. de Diuinat. Quum igitur offa ex ore pulli cecidérat, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur.

¶ Tripudium pro saltatione. Liu. 1. ab Vrbe, Ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennísque saltatu iussit.

Citatis celerare tripudiis. Catull de Berecinth. 58.

Tripudio, tripudias {πορεύω} tripudiare, Saltare. Cic. pro Sestio, Sed illum ror iam in funeribus Reipub. exultantem ac tripudiantem, legum si posset, laqueis constringeret.

Tripus, tripodis, pen. corr. masc. g vel tripoda, tripodæ {τρίπους} Dicitur omne quod habet tres pedes. Tripodes erant mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur, vt ait Seruius. Plin. lib. 34. cap. 3, Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cic 3. de Natura deorum, Ex eo igitur & Lysio est is Hercules quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus.

Sacri tripodes. Virgil 5. Æneid.

Tripodibus Græci donabant viros fortes: quia nõ facilè succumbant. Virg. 9. Æneid.

Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Horat. lib. 4. Carm. ode 8,

Donarem tripodas præmia fortium Graiorum.

Triquetra, triquetræ, vel Triquetrum, triquetri, pen. corr. {τρίγωνον} Figura triangularis, quæ est huiusmodi, Δ. Plinius libro 2. capite 15. Poste à radiorum eius contractu teguntur, & in triquetro à partibus centum vigiuti stationes matutinas faciunt. Lucretius libro 4,

Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est.

Triquetrus, pen. corr. Adiectiuum {τρίγωνος} Quod trianguli formam habet. Cæsar 5. bell. Gall. Insula natura triquetra: cuius vnum latus est contra Galliam. Colum. lib 5. cap. 2, Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetus.

Triquetra, Sicilia dicta est à tribus promontoriis Peloro, Pachino, Lilybæo. Triquetram autem dictam esse quasi Triquedram à tribus sedibus indicat Quintilianus lib. 1. cap. 6, Dicitur & Τρινακρία à Græcis, quasi τετρακόδρα: seu à Thrinaco quodam Sicilię Tyranno. Lucret. lib. 1,

Insula quem triquetris terrarum gessit in oris. Id est Siculis.

Prædia triquetra. Horat. 2. Sermon. sat. 6. Id est Sicula, quòd in tres partes, id est promontoria diducta sit, vel quadras, inquit Porphyrio.

Triremis. huius triremis, penultima producta, fœmin. gener. {τρίηρης} Nauis tres remorum ordines habens. Cæsar 2. belli Ciuilis, Appuisáque ad proximum litus trireme constrata, & in littore relicta, pedibus Adrumetum profugerat. Cicero 7. Verrina, Nauem vero Cybeam maximam, triremis instar pulcherrimam atque ornatissimam.

Ærata triremis. Horat. 3 Carm. ode 1.

Bellatrix triremis. Claud. 4 Paneg.

Valid ę triremes. Lucan. lib. 3.

Tris, {τρεῖς} pro tres in accusatiuo, legimus apud antiquos. Cic. 4. Acad. Testatur sæpe Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Virgil 1. Æneid.

Tris notus abreptas in sæua latentia torquet. Quorum autem nominum genitiuus pluralis aute um syllabã, i literam habuerit, Accusatiuium, inquit Priscianus per Is loquimur, vt refert Charisius, quanquam nostra ætate passim ab eruditis receptum est, nec minus quorundam maiorum, vt huiusmodi Accusatiui per ei diphthongũ scriberentur: quum tamen Velij Longi sententia sit, vt per i solam notentur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per ei scribere visum est. Vide Gel. lib. 13 cap. 19.

Trifcurria, Substantiuum neut. ge plur num Maximæ fcurrilitates, à tris & fcurra. Nam tris & ter pro superlatiuo Græci & Latini vsi sunt. Vnde trifurcifer, & trinefecius apud Plautum. Id est, maximus furcifer, & maximus venefi cus. Iuuenal. sat 8,

Qui sedet, & spectat triscurria patritiorum. Hoc est, nobilium facta maximè scurrili i.

TRISMEGISTVS, qui etiam {ἰρῶν τεκτήνασθαι} Mercurius, quasi ter maximus dictus, vel valdè maximus, qui fuit nepos maioris Mercurij quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum adseruntoccidisse Argum, Ægyptiísque præfuisse, & leges literásque tradidisse: sed literarum caracteres, animalium arborúmque figuras habuisse. Hic condidit vrbem, quam à se Hermopolim nominauit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & philosophus maximus, & sacerdos, & maximus denique rex fuerit. Consueuerunt enim Ægyptij ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem vt philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio ministrando superiores omnes reges superauit. Hic primus à Physicis ad diuinorum speculationem se erexit. Primus de maiestate Dei, de Dæmonum ordine, animarúmque mutationibus Sapientissimè disputauit. Scripsit multa volumina quibus arcana mysteria & oracula panduntur Non enim vt philosophus solùm, sed vt propheta futura sæpe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo.

Tristago, penultima producta, trissaginis {τριπόδιον} Vulgò Chamædreos. Alij serratam, & ab ea serram inuentam dixere, teste Plinio. Carpitur prægnans succo, petrosis gaudet. Officinis Græcum nomen insedit. *Querculam* vel *serratulam* vulgus nominat. Ruellius.

Tristega, per. corr. tristegorum {τρίεγα} Trium contignationum ædificia, siue tres contignationes. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum vertit tricameratum.

Tristis, & hoc triste {δύσκηλος, ἄθυμος, ἀνιαρός, ἐπίπονος, σκυθρωπός, ἀμείδητος, κόμβατος} Vade tristitia dicebantur auguria quæ fiebant quories offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum, ita enim à solo solistimum, vt à medio mediastimum dicitur. Cicero 2. de Diuinat. Quum igitur offa ex ore pulli cecidérat, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur.

¶ Tristis. Qui inuitus aliquid facit, nec libenter, authore Donato. Terent. Eunuch 4. 1,

Inuitat tristis, manstit ibi.

¶ Tristis, Tristi similis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 3, 5,

Heus tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, &c.

Accipio tristis.

Tristius {ἀθυμότερον} Comparatiuum aduerbium. Cic. de Senect. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Nonius.

Quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit. Cicero Figulo, lib. 4 13. Id est, asperius.

Tristiculus, pen. corr. Adiectiuum {ὑποδύσμορος} Aliquantum tristis. Cic. 1. de Diuinat. Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua osculans animum aduertit tristiculam.

Tristitia, tristitiæ {ἀθυμία, δυσθυμία, ἀνιαρότης, κόπος, λύπη, ἀηδία, σκυθρωπότης} Cic. 4. de Finib. Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, &c.

Imitamenta tristitiæ. Tacit. lib. 13.

Seueritas & tristitia. Cic. de Claris Orat. Homo non liberalitate vt alij, sed ipsa tristitia & seueritate popularis.

Tristitia & Lætitia, contraria. Cic 2. de Orat. Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est conrorquendus.

Temporum tristitia. Cic. Appio, lib 3. 8.

Simulata & versuta tristitia. Cic. post reditum in Senatu.

¶ Abstrudere tristitiam, Vide ABSTRVDO.

Compescere tristitiam alicuius Ouid. 9 Metam.

Condire tristitiam, Vide CONDIO.

Contorquere aliquem ad tristitiam, Vide CONTORQVEO.

Contrahere tristitiam, Vide CONTRAHO.

Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram. Cic. 2. de Nat. deor.

Deducere à tristitia & acerbitate. Cic 2. de Orat. Nihil enim tam facilè quàm multitudo à tristitia & sæpe acerbitate, commodè ac breuiter, & acutè & hilarè dicto deducitur.

Finire tristitiam. Horat. 1. Carm ode 7.

Mitigare tristitiam. Cic 2. de Orat.

Prætendere tristitiam. Quintilian. in Procem. libro 5, Vultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant.

Tradere se lacrymis ac tristitiæ. Luceius Tullio M. F. lib. 5 14, Lacrymis ac tristitiæ te tradidisti.

Tristificus, pen. corr. Adiect. {λυγρόνους} Quod tristitiam affert. Cic. 1. de Diuinat.

Tristificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.

Promere voces tristificas. Cic 1. de Diuinat.

Voces tristificas chartis promebat Etruscis. Ex poeta.

Tristilcus. Adiect. {πικρόκαρδος} Id est tristidum: hoc est tres acies habens & à tribus partibus scindens.

Fulmina trisulca. Senec. Herc. Oetæo, 17.

Facinus triste. Ouid. 6. Metam.

Fortuna tristis, Mala. Ouid. epist. 3.

Frons tristis. Tibul. lib 2. eleg 3.

Funus triste. Virg. 4. Georg.

Hyems tristis, Aspera. Virg. 4 Georg.

Ianua nostræ artis est tristissima, Maior est difficultas in prima statim curatione. Ouid. 1. de Remed. Amor.

Imago tristis ponti, Aspera facies maris. Ouid. 11. Metam.

Imago tristissima noctis. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.

Iræ tristes, Quæ tristes facient. Virgil 2 eclog.

Dare ad aliquem literas tristes. Cic. Att. lib. 7, 143.

Mens tristis. Ouid. epist. 12.

Morbus tristis. Virg. 4. Georg.

Mors tristis. Senec. Octau. 4.

Nebulæ tristes. Stat 5. Thebaid.

Nefas triste. Virg 2. Æneid.

Nox tristior quàm tempora Phœbi, Id est, quàm dies. Ouid. 2. de Remed.

Nubila tristia. Ouid 6. Metam.

Oratio tristis cui hilaris opponitur. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ora tristia. Virg. 2. Georg.

Pœna tristis, Exilium intelligit. Ouid. 2. Trist.

Querimoniæ tristes. Horat 3. Carm. ode 24.

Ruinæ trist. s. Virgil. 1. Æneid.

Senectus tristis. Virg. 3 Georg.

Sermo tristis. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Quid tua fors? tristis, atrox. Cic. pro Murena.

Supercilium triste. Lucret. lib. 6.

Tempus trist. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.

Verba tristia. Horat. de Arte. Cic. 2. de Finib. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam, in deo nominauerunt.

Vultus tristis. Ouid. epist. 16.

Parrare aliquid triste Tacit lib 5.

Statuere triste aliquid. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.

Tristis ad recordationem. Liu. lib. 4. bel. Pun.

¶ Tristis succus, Amarus. Virgil. 2. Georg. Idem 3. Georg. Amurca tristis.

Absynthium triste, Vide ABSYNTHIVM.

Sapor tristis. Ouid 4. Trist. eleg 5.

Suauiolum tristi tristius helleboro. Catul. ad Iuuentium, 94.

¶ Tristis, Doctus. Lucilius lib 28,

Adde eodem tristis ac seuerus philosophus. Cic. 2. Verr. Iudex tristis ac integer. Ita Nonius, Ego potius cum Seruio seuerum interpretarer. Donatus in illud Terentij in Andria, Tristis seueritas inest in vultu: ad laudem interdum, inquit, non ad amaritudinem sumitur tristis, etsi in locum istum Ciceronis, Iudex tristis.

¶ Tristis. Qui inuitus aliquid facit, nec libenter, authore Donato. Terent. Eunuch 4. 1,

Inuitat tristis, manstit ibi.

¶ Tristis, Tristi similis, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 3, 5,

Heus tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, &c.

Accipio tristis.

Tristius {ἀθυμότερον} Comparatiuum aduerbium. Cic. de Senect. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Nonius.

Quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit. Cicero Figulo, lib. 4 13. Id est, asperius.

Tristiculus, pen. corr. Adiectiuum {ὑποδύσμορος} Aliquantum tristis. Cic. 1. de Diuinat. Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua osculans animum aduertit tristiculam.

Tristitia, tristitiæ {ἀθυμία, δυσθυμία, ἀνιαρότης, κόπος, λύπη, ἀηδία, σκυθρωπότης} Cic. 4. de Finib. Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, &c.

Imitamenta tristitiæ. Tacit. lib. 13.

Seueritas & tristitia. Cic. de Claris Orat. Homo non liberalitate vt alij, sed ipsa tristitia & seueritate popularis.

Tristitia & Lætitia, contraria. Cic 2. de Orat. Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est conrorquendus.

Temporum tristitia. Cic. Appio, lib 3. 8.

Simulata & versuta tristitia. Cic. post reditum in Senatu.

¶ Abstrudere tristitiam, Vide ABSTRVDO.

Compescere tristitiam alicuius Ouid. 9 Metam.

Condire tristitiam, Vide CONDIO.

Contorquere aliquem ad tristitiam, Vide CONTORQVEO.

Contrahere tristitiam, Vide CONTRAHO.

Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram. Cic. 2. de Nat. deor.

Deducere à tristitia & acerbitate. Cic 2. de Orat. Nihil enim tam facilè quàm multitudo à tristitia & sæpe acerbitate, commodè ac breuiter, & acutè & hilarè dicto deducitur.

Finire tristitiam. Horat. 1. Carm ode 7.

Mitigare tristitiam. Cic 2. de Orat.

Prætendere tristitiam. Quintilian. in Procem. libro 5, Vultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant.

Tradere se lacrymis ac tristitiæ. Luceius Tullio M. F. lib. 5 14, Lacrymis ac tristitiæ te tradidisti.

Tristificus, pen. corr. Adiect. {λυγρόνους} Quod tristitiam affert. Cic. 1. de Diuinat.

Tristificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.

Promere voces tristificas. Cic 1. de Diuinat.

Voces tristificas chartis promebat Etruscis. Ex poeta.

Tristilcus. Adiect. {πικρόκαρδος} Id est tristidum: hoc est tres acies habens & à tribus partibus scindens.

Fulmina trisulca. Senec. Herc. Oetæo, 17.

Ignibus trisuleis armata dextra Iouis. Ouid. 2. Metam.

Linguis micat ore trisulcis. Virg 2. Georg.

Tela trisulca Iouis. Ouid 23. Amor. eleg 5.

TRITANVS, pen. prod. {τριτάνης} vt author est Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis, gladiator fuit, qui in ludo gladiatorio Samnitium armatura celebris, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuit neruos, in brachiis etiam manibúsque. Hic omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congressionibus vicit. Fuhum habuit Cnei Pompeij militem pari fortitudine natum, qui hostem se prouocantem ita strauit, vt iacrmi dextera eum superauerit, & capũ digito vno in castra Imperatoris sui reportauerit. Huius & meminit Plin. lib. 7. cap. 20.

Tritauus, tritaui, penult. correpta, masc. gener. {τριτοπάτωρ.} Plautus Perſa,

Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. Paulus in l. Iurisconsultus D. De gradibus affinitatis, Tritauus autem is est patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui vel proauiæ auus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel ataniæ pater, dictus quasi tertius auus.

Trithales {τριθαλὴς} Herba, quæ est alterum genus aizoi. Plin. lib. 25. cap. 13, Aizoi duo genera: maius in fictilibus vasis feritur, &c. alterum minusculum quod erithales vocant, alij trithales, quia ter floreat, alij crysorales, aliqui isoetes.

Triticum, tritici, pen. corr. {πυρὸς, σῖτος} genus frumenti dictum, vt ait Varr. de Ling. Lat quod ex spicis teratur. Plin. lib. 18 cap. 7, Tritici genera plura quæ fecere gentes, Italico nullum equidem comparauerim candore ac põdere, quo maximè decernitur, montanis modo comparetur Italiæ agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa, tertium pondus erat Thracio Syriáque, deinde Ægyptio. Ruellius, Triticum omne radicibus multis ac prætenuibus exit, folio vno, germinibus omnino multis, sed quæ in ramos brachiari non possit, attitas ex te mittit, & in herba per hyemem ist. Remollito autẽ cœlo, cauliculus de medio assurgit, cuius tertio aut quarto genu spica geritur non prius euidens quàm folliculo inclusa quæ gluma dicitur. Consummato eo flos erumpit, quarto aut quinto pòst die ac totidem ferè diebus, pluriműque ſe prem durat. Varro quindecim diebus, frumentum in vaginis esse dicit, quindecim florere, quindecim arescere, pòst florem crassescit, inquit Theophrast. matu a túrque intra quadragesimum diem, quum tardissimè octauo ab satu mense plurima parte metitur, Ægyptius, vt auct, septimo. Folium tritico arundineum, angustius tamen quàm hordeo: caulis quoque leuior & lentior, nec perinde fragilis. trinerum multis integitur tunicis, hordeum nullis. Culmus tritico altior est, quàm hordeo, spica quoque remotior à folio, palea tuatior, mol ior, fuceosior. Incondítæ tritico spicæ, explanatáque hordeo in versus dispositæ. Vtrique culmus spicam sustinet, quæ & spicus & spicum à Cicerone dicitur in Arato: spica, granum & aristam.

Triticeus, Adiect. {σιτικὸς} vt Messis triticea. Virg 1. Georg. Ouid. 5. Metam.

Hæc us triticei. Ouid. 1. Fast.

TRITIVM Metallum, {τριτόμετρον} Hispaniæ vrbs. Ptolemæo lib. 2. cap. 6. hodie *Tiefalla*.

TRITON, huius Tritonis, pen. prod. {τρίτων} inquit Seruius, deus marinus, Neptuni & Salaciæ deæ marinæ filius, ab aqua falsa dictę. Hæc Seruius enarrans hunc locum Virg. 1. Æneid.

Cymothoe simul & Triton adnixus acuto

Detrudunt naues scopulo, &c. Meminit Cic. 1. de Nat. deor. Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandet, vt receptui canat, fluuiósque in suos fontes reuocet. Idem Actico lib. 2 24, Non modò de Cynico Consulari, sed ne de istis quidem piscinarium Tritonibus potest se iactare.

Cæruleus Triton. Ouid. 1. Metam.

Canorus Triton. Ouid 2. Metam.

Citi Tritones. Virg. 5 Æneid.

Immanis Triton. Virg. 10. Æneid.

Ingens Triton. Valer. 1. Argon.

Marinus. Cic. 1. de Nat. deor.

Rapidi Tritonis hera Minerua. Catul. Argon. 59.

¶ Triton Africæ minoris fluuius & lacus, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 4. Herodotus lib. 4, In palude intulam esse ait, vbi vestigia sunt euidentia, Iasonem aliquando in his fuisse. Amnis ipse Triton in Syrtim minorem egreditur. Ptolemæo lib. 4. cap. 3, Alij aliis in locis paludem hanc fatuerunt, vt bellè Plinius obseruauit.

TRITONIA, vel Tritonis {τριτωνὶς} id est Minerua, quòd temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis virginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis se purgare lampadibus & lignis in veneratione Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Cretæ filio Tritone. Lucanus libro 9. Lucret. lib. 6,

-Palladis ad templum Tritonidos almæ.

Armipotens Tritonia. Cic antequam iret in exil.

Audax Tritonia. Stat. 10. Thebaid.

Sæuæ Tritonidis arx. Virg. 2. Æneid.

Virgo Tritonia. Stat. 1. Sylu. 1.

Tritonis, pen. prod. Tritonidos, pen. corr. patronymicum fœm. {τριτωνὶς.} vt Arx Tritonis. Ouid. 2. Metam. Intelligit Athenas.

Palus Tritonis. Silius lib. 3.

Tritoniacus, pen. corr. {τριτωνιακὸς} Adiect. Ouid. 15 Metam.

Quum Tritoniacam nouies subiere paludem.

Tritura, Trituro, Tritus. Vide TERO.

TRIVIA {τριοδῖτις} dicta est Diana, quòd triuiis præsset, propter quod tres facies habere fingebatur. Virg. 4. Æneid.

-tria virginis ora Dianæ. Ouid. 1. Fast.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,

Seruet vt in ternas compita secta vias.

Ara Triuiæ. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 2.

Sacerdos Triuiæ. Virgil.6. Æneid.
Potens Triuia. Valer.3. Argon.
Virgo Triuia. Lucret.lib.1.

Triueneficа, triueneficæ, pen.corr. {τετραμερεμενέφεις} Maximè venefica. Plaut. Aulul 5,
Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter.
Philippum regem, aut Darium triuenefica.

TRIVIVM, triuij {τρίοδος} Locus è quo trium viarum iter fieri potest: vel spatium quod est inter tres vias, quèadmodum quadriuium, in què permulti propter tot viarũ concursum affluere solent. Carul. Omnibus in triuiis vulgetur fabula passim. Cic.1.de l.Agraria, Vt in artiis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionentur.
Atripere maledictum ex triuio. Cic.pro Murena.
Triuia eranteriam rusticorum sacris attributa. nam illic oues cædebantur, & serta appendebantur. Tibull.lib.1,
Nam veneror: seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Triuialis, & hoc triuiale, pen.pro. Quod in triuio fit, vel quo in triuiis vtebantur, vt Verba triuialia, Id est inculta, & parum elegantia. Sueton.de Claris Rhetor. Tum ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circuncisè ac fordidè, & tantummodo verbis triuialibus egit.
Carmen triuiale. Iuuen.sat.7.
Triuialis scientiæ magistri à Quintiliano dicuntur, qui in triuiis docent.
Triuialis lingua, Vulgaris, qua in triuiis, pueri grammaticam discentes vtebantur.
Scientia triuialis. Quintil.lib.1.cap.4, Sed in verbis quoque quis est adeò imperitus, vt ignoret genera, & qualitates, & personas, & numeros? Literarij panè ista sunt ludi & triuialis scientiæ.

Triuialiter, pen.corr. Aduerbium, Quod significat passim.

Triumphus, triumphi, masc.gen. {θρίαμβος} Quidam Græcum putant: nam θρίαμβος appellant Græci: nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabam transtata, & b, mutata in p, dicimus triumphum. Varro, à Baccho huius rei inuentore tractum nomen putat. Tranquilus dici existimat triumphum, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur: primò enim exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat, secundò Senatus, tertiò populus. Erat autem triumphus omnium honorum, qui à Populo Rom. dari solebat, maximus: nam illa pompa solennis erat, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria.
Qui triumphabant apud Romanos, equis albis vehebantur curru inaurato, capite coronato lauro: & ante ipsum triumphantem victus hostis oueratus colla catenis, & præeunte Senatu Capitolium ascendebãt ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo domum redibant. Cic.in Pisonem, Disseres de triumpho: quid tandem habet iste currus? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista mihi crede, delectamenta penè puerorum.
Is demum est mea sententia iustus triumphus ac verus, quum bene de Repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. Cic. 14.Philipp.
Dines triumphis terra Aphrica. Virgil.4. Æneid.
Castellanus triumphus. Vide Castellanus, in CASTRVM.
¶Castrensis triumphus, Vide CASTRVM.
Fœlices triumphi. Claud de bel. Getico.
Ingens triumphus. Senec. Here. Oetæo, 6.
Insignis triumphus. Claud. in Ruffin.
Læti triumphi. Ouid.15 Metam.
Lanigeri triumphi. Claud 6. Paneg.
Magni triumphi. Horat.1.Carm.ode 2.
Magnificus triumphus. Ouid.1.Amor.eleg.3.
Naualis triumphus, Vide NAVIS.
Opimus triumphus. Horat.4.Carm.ode 4.
Præclarus triumphus. Claud.3. de raptu Proserp.
Sacer triumphus. Ouid.1.Amor.eleg.2.
Speciosissimus triumphus Val.Max.lib.7.cap.1.de Q. Metelli fœlicitate.
Superbus triumphus. Horat.1.Carm.ode 37.
¶Agere triumphum. Ouid.15.Metam.
Agere triumphum de aliqua re. Cic.7.Verr.
Agere triumphum iustissimum ex inimicis. Cic. Appio, lib.3.10, Ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum.
Deportare triumphum, Vincere: victorum enim proprium erat quum in vrbem redissent. Cic.1.Offic. Pompeius dixit frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse nisi, &c.
Ducere aliquem in triumpho. Plin.lib.7.cap.43.
Ducere per triumphum. Cic.7.Verr. Viuum ut illum seruabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres.
Frequentare triumphum. Liu.lib 6.Decad.4.
Habere triumphos, pro Triumphare. Cic.pro Corn Balbo, Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt partéque terrarum.

Triumpho, triumphas {θριαμβεύω} triumphare, Triumphum agere. Cic.2.de Finib. Bella magna gesserat is, bis Consul fuerat, triumpharat.
Amplissimè & honestissimè triumphare. Cic.pro Murena.
Triumphauit Achæos, Id est victis Achæis, triumphauit. Plin.de Viris illustr.
Gloriosè triumphare. Cic. Cælio, lib.2.11.
Triumphare de. Cic.de Senect. Curius quum de Samnitibus triumphasset.
De sententia alicuius triumphare. Cic. Att.lib.7.121.
Amor de me triumphat. Propert.lib.2.eleg 9.
Triumphare ex aliquo. Plin.lib.7.cap.43.
Quans triumphauit. Paterculus lib.2, Huius victoriæ compos Nero, ouans triumphauit.

¶Triumphari, impersonale. Liu.3.ab Vrbe, Tum primum sine authoritate Senatus, populi iussu triumphatum est. Cic.2.Offic. Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.
¶Triumphare, Exultare, & sibi placere. Cæsar, Quod euenisse nobis gaudeo & triumpho Terent. Heaut. 4.2,
Triumpho, si licet me latere, tecto abscedere.
Triumphare & gaudere, Vel Triumphare gaudio. Cic. Ad Att. lib. 9.189, Atque ego eum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. Idem pro Cluẽt. Tum verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit.
Triumphat oratio mea, & exultat. Cic.2.in Catil. At si quis est talis, quales & se omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat & triumphat oratio mea, me vehementer accuset.
Lætari & triumphare in omnium gemitu. Cic.7.Verr. Lætaris tu in omnium gemitu & triumphas.

Triumphans, triumphantis, Participium. Cic 14 Philip. Quum hesterno die propter eorum res gestas me ouantem & propè triumphantem Pop. Rom. in Capitolium domo tulerit.
Equi triumphantes. Ouid.2.de Ponto eleg.8.

Triumphatus, pen.prod. Participium {θριαμβευθείς} De quo triumphatum est Virg.4.Georgicon,
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes. Plin.5.cap.5, Omnia armis Rom. superata, & à Cornelio Balbo triumphata.

Triumphatus, huius triumphatus, pen.prod. masc.gen. {θριαμβευτής} Plin. Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.

Triumphator, pen.prod. huius triumphatoris, m.g. {θριαμβευτὴς} Qui triumphat, vel qui aliquando triumphauit.

Triumphalis, & hoc triumphale, pen.prod. {θριαμβικὸς} Qui ad triumphum pertinet. Vnde triumphales coronæ quibus imperatores in triumphis coronabantur. Plin.lib.22.cap.3.
Coronæ triumphales Plin.lib.9.cap.55.
Currus triumphalis, Super quem sedebant triumphantes. Plin. lib.7.cap 26.
Fronde triumphali vinctus tempora. Ouid.ad Liuiam.
Habitus triumphalis. Quintil.lib.10 cap.7.
Imagines triumphales. Horat. Epod 8.
Laurus triumphalis. Tibul.lib.2.eleg.5.
Porta triumphalis Romæ dicta, quòd per eam triumphantes victores in vrbem deducerentur. Cic.in Pisonem.
Prouincia triumphalis, propter quam deuictam imperator triumphum reportauit. Cic.in Pisonem, Vt ex ea prouincia quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, nullas sit ad senatum literas mittere ausus.
Statua triumphalis. Plin.epist 3.lib.2. Id est in habitu triumphantis. Lege Plin.lib 34. cap.4, de honore statuarum.
Tituli triumphales. Iuuen.sat.1.
Vehicula triumphalia. Cic. in Pisonem, Nummus interea mihi Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet & manebit.

Vestes triumphales, Quæ triumphantium erant: quem admodũ & aurum triumphale, & habitus triumphalis dicitur. Plin.lib.8.cap. 48, Pictas vestes iam apud Homerum fuisse vnde triumphales natæ. Idem lib.9.cap.36, De purpuræ succo, seu colore purpureo, Diis adnocatur placandis, omnémque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro.
Vir triumphalis, Qui triumphauit, quemadmodum Consularis, qui Consul fuit. Suet. de Augusto. Liu.5.ab Vrbe.
Bis triumphalem fieri. Cic. in Sallust.

Triumphalia, triumphalium {θριαμβικὰ} Ipsa triumphatio, vt
Tribuere alicui triumphalia. Tacit.lib.4.
Triumphalia ornamenta, quæ fauore principum concedebantur iis qui non triumphassent, quorum sæpe fit mentio apud Taeitum. Interdum verò sine substantiuo ponitur, vt apud Plin.in Panegyr. Licet alteri vestrum triumphalia filij virtus, cœlum alteri dederit.

Triumuir, triumuiri, penultima correpta, masculi. gener. {εἷς τῶν τριῶν ἀνδρῶν} Nomen magistratus Romani, quem tres collegæ administrabant.
Triumuiri ecquando nisi per x x v. tribus creati sunt. Cicero 2.de l.Agraria.
Triumuiri triplices fuere: Capitales, Mensarij, Nocturni.
Capitales triumuiri (inquit Pomponius De origiuris, l. Necessarium. §. Eodem tempore) constituti sunt: qui carceris custodiam haberent: vt quum animaduerti oporteret, interuenta eorum fieret. Valer.lib.5.cap.4, De amore filiæ erga matrem. Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuirum, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad consilium iudicum perlata. Cic.in Orat. Planéque Duorumuirorum iurdicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.
Mensarij triumuiri. Liuius, Triumuiri mensarij creati sunt: hique nummulariis & monetæ omnis generis & formæ cusoribus præerant.
Nocturni triumuiri. Cornelius Tacitus, Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in sacra via orium tardè venerant, à Tribuno plebis dicta damnati sunt.
Epulones triumuiri. Liuius 3 bel. Maced. Romæ eo primùm anno triumuiri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. His triumuiris, item vt pontifici lege datum togæ prætextæ habendæ ius.
Monetales Triumuiri, Vide MONETA.

Triumuiratus, huius triumuiratus, pen.prod. m.g. {ἡ τῶν τριῶν ἀρχὴ} Ipsum Triumuirorum officium. Cic. de Clar. Orat. Qui quidem in triumuiratu

triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

Triumuiralis, pen prod. Adiect. Horat. Epod. 4,
Sectus flagellus hic triumuiralibus
Præconis ad fastidium.

Truncis, & hoc truncе {τρέγω μιν} à tribus vnciis dicebatur quadrans. Vnde truncium, quod trium vnciarum est. Plin.lib.33 cap.3, Quadrans antea truncis vocarus, à tribus vnciis.

Trixago, trixaginis, f.g. {χαμαίδρυς} Eadem herba quæ trissago. Vide suprà.

TROAS, huius Troadis, pen.cor. {περιοικὶς περάτης} Asiæ regio Hellesponto adiacens, eadem quondam Æolis & Mysia appellata, authore Plinio lib.5.cap.30. Mela lib 1, Proxima, inquit, regio, ex quo ab Æolis incoli cœpit, Æolis facta, antè Mysia, & qua Hellespontum attingit, Troiatis possidentibus. Troas fuit. Hactenus Pomponius. Ptolemæus minorem Phrygiam appellat. Homerus ab Æsapo vsque ad Cayci fluminis ostia eius fines produxit. In ea Ilion, quæ & Troia mille quingentis passibus à porta distans, omniũ quæ sub Sole sunt nobilissima. Ciuitates Troadis nobiliores, Dardanum, Simoentis, fluminis ostia, Antandrus, Smyrna, Clazomene, Ephesus, Miletus, Pergamus, Tyatyra, Philadelphia, Laodicia, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus.

Troas, Patronymicum fœm. pro gentili. Virg.5. Æneid.
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant. Hoc est Troianæ mulieres.

Trochæus, trochæi, masc.gen. {τροχαῖος} Pes celer, & volubilis, quòd rotatim & celeriter diceretur. nam τροχὸς, Latinè rota dicitur. A Mercurio repertus. tenet locum vltimum in carmine hexametro, constátque ex duabus syllabis, prima longa & vltima breui. Vel dicitur, διὰ τὸ τρέχειν, id est à currendo: quia cursum suum habet de longa syllaba in breuem. A Græcis τροχαῖος appellatur. Cic.3 de Orat. Quum sint numeri pares, iambum & trochæum frequenter segregat ab oratore Aristoteles.
Trochæus è breuibus fit. Cic. in Orat. Quòd enim Pæon habeat tres breues, dactylus autẽ duas, breuitate & celeritate syllabarũ labi putat Ephorus verba procliuius: contráque accidere in spondæo & trochæo, q. alter ex longis constarer, alter è breuibus fieret: alterum nimis incitatũ, alterũ nimis tardam orationẽ, neutram temperatam.
Quæri potest cur Cic. dicat trochæũ è breuibus fieri, quum Grammatici dicant hunc pedem ex longa & breui constare, vt totus. Sed sciendum est, ab antiquis eundem fuisse trochæum, qui tribrachus dicitur, eo quòd ex tribus breuibus conster, vt dominus, quod ex Quintiliano satis intelligi potest. Is enim lib.9.ca.4. sic scribit: Tres breues trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui Choræo trochæi nomen imponunt: totidem longæ molosson efficiunt. Deinde aliquot post versibus asserit, Trochæum, quoties vltima sit longa, conuerti in Anapæstum, quod certè fieri non posset, nisi tres breues essent in trochæo. Præterea subiungit hæc verba, Idem trochæus præcedente longa fit Pæon: quale est, Si potero: &, Dicit hoc Cicero: Obstat inuidia. Pæon autem primus, è longa & tribus breuibus constat. ergo sublata longa, restat trochæus è tribus breuibus.
Trochæus qui est eodem spatio quo choræus, cordax ab Aristotele appellatur. Cic. in Orat.
Trochæus qui temporibus & interuallis est par iambo. Cic. in Orat. Cordex trochæus, Vide COR.

Trochilos, pen. corr. {τρόχιλος} Parua auis, rérque auium dicitur, alio nomine regulus appellatur, siue vt Suetonius ait, regaliolus. Plin.lib.10.cap.74, Aquilæ & trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur auium. Idem lib.8.cap.25, Auis quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, &c.

Trochiscus, Vide TROCHVS.

Trochlea, trochleæ, Totam illam machinam significat, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur: & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit: qualem in puteis videmus. Huiusmodi meminit Cato de Re rustica, in instrumento torcularis, in quo suculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. Idem cap.3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Hæc Budæus. Lucret. lib.4,
Multáque per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.
Trochleis pituitam adducere, pro Difficulter expuere, metaphoricè dixit Quintil. lib.11.cap.3, de pronuntiatione. Budæus.

Trochum, trochi, Genus sellæ, teste Festo.

Trochus, trochi, m.g. {τροχὸς, στρόμβος} Turbo quo lusitant pueri. A rotando dictus. nam τρέχω, curro significat. Et trochus rota, reuolutio: quæ rota, inquit Acron, à ludentibus pueris sentica agebatur. Martial. lib.14,
Inducenda rota est, das nobis vtile munus:
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. Horat. de Arte,
Indoctúsque pilæ, discíue, trochíue quiescit.
Græcus trochus, A Græcis inuentus. Horat.3.Carm.ode 24.

Trochiscus, trochisci, m.g. Diminut. {τροχίσκος} Parua rota. Vnde compositiones quædam medicorum in formam rotulæ, trochisci dicuntur. Latini Pastillos vocant teste Celso lib.5.cap.17.

Trochulus, trochuli, pen. corr. m.g. {τροχίδιον} Aliud diminut. Plaut. Amphit.3,
Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. Exemplaria deprauatè legunt torulus.

TROCTES {τρώκτης} Vir quidam è Phœnicia, qui, vt testatur Homerus lib. Odysseas 14. aptus ad decipiendum, multa hominibus mala infixit, atque Vlysi persuasit vt in Phœniciam, vbi ipsius domus & substantia erat, proficisceretur.

TROEZEN, huius Trœzenis {τροιζὼ} vel Trœzene, Trœzenes, pen. prod. trisyllabum, fuit oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Trœzene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theseus. Nunc vocatur *Prasena*, vt scribit Oliuarius in Melam. Est & Trœzena regio in minore Asia, à qua Trœzenij populi sunt appellati. Meminit Cic 3. Offic. Athenienses cùm Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuérúntque vt vrbe relicta, coniugibus & liberis Trœzene depositis, naues conscenderent, libertatémque Græcie classe defenderent, &c. Ouid.epist.4.
Hic tecum Trœzena colam Pittheia regna.
Alta Trœzene. Ouid.2.Fast.

Trœzenius, Adiectiuum {βαζάνιος} vt Heros Trœzenius. Ouid.8. Metam.

Trœzenij, populi {περιοικίδες} fide societatis Atticæ illustres, vt inquit Pomponius Mela, in ipsa Chersonesi siti, ad quos recto cursu ex Phræeo commodissima nauigatio est. Eo igitur tempore quo Xerxes cum tantis copiis in Græciam traiecit, quum Themistoclis oraculum interpretantis sententia valuisset, vt terra relicta, mari se cõcrederent: iuuentutem omnem Athenienses in triremes imposuerunt, plurimi verò parentes & vxores in Trœzenem, Trœzeniis eos humanissimè suscipientibus. Decreuerunt enim vt hi publicè alerentur, duobus obolis in singulos distributis: puerisque facta potestas vt vndecunque liberet, poma acciperent: & pro his eruditendis, magistris merces persoluta est. Eius decreti author Nicagoras fuisse traditur. Hactenus in Themistoclis vita Plutarch.

TROGLODYTAE, pen. corr. {βωμολόχοι} populi Æthiopiæ, nullarum opum domini, inquit Mela lib.1, strictè magis, quàm loquantur. Specus subeunt, alunturque serpentibus. Meminit Cic.2.Offic. In his locis quæ nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, & quidem aliquot diebus apud Troglodytas, vt scribitur, ante solstitium, &c.

TROIA {τροία} teste Liuio de bello Macedonico lib. 7, Regio est minoris Asiæ, in qua fuit Ilion ciuitas cantaissima: nonnunquam tamen pro ipsa vrbe Troia ponitur. Ouid.epist.1,
Troia iacet: cæstè Danais inuisa puellis. Troia dicebatur, à Troe rege: anteà Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano. Scribitúrque Græca diphthongo, nec diuiditur i consona: adiectiuum verò o & i vocales, & diuisæ. Et quum prouinciam significat, principale nomen est, & breuis est Tro. Quando autem non est principale, & deriuatio est, & Tro longa est Virg.2. Æneid.
-& Troia gaza per vndas.
Author Troiæ Cynthius. Virg.3. Georg.
Domitor Troiæ Vlysses. Horat.1.epist.2.
Alta Troia. Horat.4.Carm.ode 6.
Laomedontea Troia. Virg 1 Georg.
Magnæ Troiæ vastator Achilles. Stat.2. Achill.
Nepruoia Troia. Virg.2. Æneid. Troia hęc fiunt adiectiua.

Tros {τρώς} Qui ex Troia est. Virg.1. Æneid.
Tros, Tyriúsue mihi nullo discrimine agetur. Ibidem, 6,
-cessis in vota precésque
Tros, ait, Æneæ, cessas? &c.

Troianus, Troiana, Troianum, penult. prod. {βαιανὸς} vt Troianæ opes.
Acestes Troianus, Vide ACESTES.
Arma Troiana. Virg.9. Æneid.
Bellum Troianum. Horat.de Arte.
Equus Troianus, Cic.pro Murena, Intus intus inquam est equus Troianus, à quo nunquam me Consule Dormientes opprimemini.
Gens Troiana. Virg.4. Æneid.
Iuuenrus Troiana. Virg.1. Æneid.
Vrbs Troiana. Virg 1. Æneid.
Ferocitas Troianorum. Cic.2.de Diuinat.

Troicus, Troica, Troicum, pen. corr. {τρωϊκὸς} vt Troica castra, apud Virgilium.
Bellum Troicum. Cic. Luceio lib.5.12.
Eosis Troicus. Ouid, epist.7.
Fata Troica. Ouid.epist 1.
Tempus Troicum. Cic.de Claris Orat.

Troius, Troia, Troium: trium syllabarum {τρῶϊος.} vt Troia gaza.
Arma Troia. Virg 3. Æneid.
Heros Troius. Virg.6. Æneid.

Troiugena, pen. corr. Ennius, Troiugenas bello claros. Sanè Troiugena, & Graiugena quũ gemino i scribi debuerint, mutarunt i sequens in u, vt pro Troiigena & Graiigena, Troiugena & Graiugena factum sit. Catul. Argon. 59,
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro. Virgil.1. Æneid.
Troiugena interpres diuûm.
Gentes Troiugenæ. Lucret. lib.1.
¶Troia, etiam ludus puerilis Equestris, ab Ænea cõstitutus. Virg. 5. Æneid.
Troiáque nunc pueri Troianum dicitur agmen. Suet. in Augusto, cap. 43, Sed & Troiæ ludum edidit frequentissimè magnorum minorúmve puerorum delectu, prisci, decorísque moris existimans claræ stirpis indolem sic notescere. Hunc lusum pulcherrimè describit Virg lib 5. Æneid.
¶Troia, locus est in agro Laurente, in quo primùm Æneas constitit. Semper autem prima longa est.

TROILVS, pen. corr. {τρώϊλος} Priami & Hecubæ filius, ætate impar cũ Achille congressus, periit: cuius meminit Virgil.1. Æneid. Horat.2. Carm.ode 9,
-nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores Fleuere semper.
Tromentina tribus. Vide TRIBVS.

Tropæus, tropæi m. g. {τρόπαιος} Dicitur quasi versarius, qui alios vellicat, infestat, & ne deprehendatur, se conuertit. Suet. in Claudio Cæsare, cap. 8. Et quoties post cibum obdormiscret, quod ei ferè accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur. interdum ferula, flagróve, velut per ludum excitabatur à tropæis. τρέπω enim verto, & τροπὴ versionem significat.

Venti tropæi, Qui è mari redeunt. Plin.lib.2.cap 43, Nanque vt è fluminibus,ac è niuibus,& è mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant altanos,è terra consurgere vētos, Qui quidem quum è mari redeunt,tropæi vocantur:si pergunt,apogæi.

Tropheum,trophæi {τρόπαιον} Festus. Trophæi significantiam propriam Varro Bimargo ostendit. Ideò fuga hostium, Græcè vocatur *Terni*. Hinc spolia capta,fixa in stipitibus,appellantur trophæa. Virg. 11.Æneidos,

Mezentiq; ducis exuuias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aperat rorantes sanguine cristas, &c. Plin.libro 6.cap. 28, Trophæa eodem in loco Ioui ac Neptuno statuisse. Horat.2. Carm.ode 9,

& potius noua
Cantemus Augusti trophæa. Virg.3 Georgicon,
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.
Signum copiditatis, trophæum necessitudinis, indicium amoris, Cic.4 Verr.

Belligera trophæa.Stat.10.Theb.
Clarum & exornatum trophæum.Cic.1.de Inuent.
Immane trophæum retulimus.Claud.de Nupt.Honorij.
Salaminum trophæum. Cic.1.Tusc.
Trunca trophæa. Ouid.3 de Ponto eleg.4.
Ornate vibem trophæis. Author ad Heren.lib.4.
Hic in Macedonia trophæa ponit, eáque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia & monimenta esse voluerunt.
Statuere trophæum. Cic.2.de Inuent.

Trophima,huius trophimatis,pen.corr.n.g.Paulus in l.Publia D Deposito. Habere me à vobis auri pondo plus minus decem, & discos duos,saccum signatum, ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium depositistis: item quos trophimati decem: item ex ratione patris vestri decem,& quod excurrit.Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Alciatus lib.1.Disputationum cap.18,Sigaficat, inquit,trophima hic. *κομιδὴ τρόφιμον*, id est mercedem ipsam & pretium nutricationis, potest Latinè dici nutritium, sicut plurali numero Nutritia, nutricum merces: à qua voce nec Vlpianus se abstinuit. Ostendit igitur Titius, habere depositum, super quod inter cætera sibi debeantur decem,quos trophimati debebat Sempronius. *Τρόφιμον* significare alere, *παροχὴ ἢ πάρεσμα* nutricationem. Hæc Alciatus. Vipian.in l. 1.§ Ad nutritia.D.de extraord. cognit.Ad nutricia quoque officium Præsidis vel Prætoris deuenit. nanque & nutrices ob alimoniam infantium apud Præsides, quod sibi debetur, petunt. Sed nutricia eousque producemus, quoad infantes vberibus aluntur. Hæc Vlpianus. Quos trophimati,id est,quos in nutriciis expendi.

Trophium,Ornamenti genus, apud Psychæa Tritonia datum scribit Martianus Capella lib.1,Nisi illic Strophium legendum sit,quod magis credo:de quo suprà diximus.

TROPHONIVS {τροφώνιος} Summus artifex in secandis saxis fuit, qui subterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione construxit, quod vulgò Trophoni fanum cognominatum est ab artifice. Hic vbi aliquandiu oracula reddidisset, atque tandem fame interisset, ferunt genium quendam in id immigrasse,atque oracula reddere perrexisse:post superstitione mortaliū plures se in id antrum demisserunt,ac dies complures ibi commorati sunt. Qui verò huc oracula scisciturum descendissent,in aditu specus nudi sedere solti sunt, atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas quasdam quas lemuribus & serpentibus occurrentibus obiicerent. Deinde percepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram restituebantur. Plura vide apud Erasmum in prouerbio, In antro Trophonij vaticinatus est. De homine vehementer tristi, tetricóque: propterea quòd olim creditum est eum, qui in Trophonij specum descendisset, posteà nunquam ridere. Huius Trophonij meminit & Cic.3.de Nat.deorum,Qui alterum Mercurium Valentis & Phoronidis filium, qui sub terris habetur, Trophonium censet. Idem 1.de Diuinat. Quúmque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assiduè canere cœpisse, vt nihil intermitterent.

Tropis,huius tropis, fœm.gen. {τροπὶς} Latinè carina dicitur. Mart. libro 12,

Fumosæ ferret ipse tropin de fœce lagenæ,
Frontis & humorem colliget vsque tuæ.

Tropologia, tropologiæ {τροπολογία} Figura qua sermo ad emendationem morum dirigitur.

Tropus,tropi,masc.gen {τρόπος} Dici potest modus, figura, conuersio. Et definitur à Quintiliano, lib 8.cap.6, Quòd sit verbi vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio. Virg. 1.Æneidos,

Horrentíque atrum nemus imminet vmbra. Vbi Seruius, Atrum nemus,tropus est:per atrum, nigrum ostendit: per nigrum,vmbrosum:per vmbrosum densum: id est frondibus plenum. Cic.de Claris Orat. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur,quos appellant *τρόπους*,&c.

TROS {τρώς} Rex Troiæ, inquit Seruius, Ganymedis pater, à quo Troia dicta. Virg 3. Georgicon,

-demissæque ab Ioue gentis
Nomina, Trósque parens & Troiæ Cynthius author. Tros etiam ponitur pro Troius, vt notat idem Seruius, de quo vide suprà in Troia.& facit genitiuum Trois, & Troos. Quia, vt inquit Seruius, omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transeunt, tertiæ tantùm sunt declinationis, & tam Latinè quàm Græcè declinari possunt,vt Tros,Trois,Troos:Pan,Panis,Panos.

TROSSVLVM,pen.corr. {τρόχιλον} Oppidum Tusciæ citra Volsinios pass. IX. M.dictum,quòd illud sine peditum adiumento equites cepissent: à quo Trossuli dicti sunt eius incolæ, de quibus Plinius lib. 33.cap.2. Seneca epist.88.Diuites sui seculi lautiore comitatu equitantes vocat trossulos. Puto notari affectionem nimiam agilitatis ac dexteritatis in equitando.Idem epist.77,Faciam quod iuuenes & trossuli,id est qui sunt bene habito corpore.

Tr ossuli milites. Plinius lib.33.cap.2, Celeres sub Romulo, regibúsque appellati sunt, deinde flexumines, postèà trossuli. Perf.sat.1, Tro ssulus lauis?

Trossuli,dicti sunt torosuli. Varr. Sesqui vlysse, Nunc emunt trossuli nauclero niridi vulgò Artico talento equum. Nonius.

Trua,truæ {ἀγγεῖόν τι} Vasis genus, à terendo dictum, quasi terua, quamnos diminutiuè trullam dicimus. Siue vt Varro docet à transfundendo,trahendo,traiiciendóve,quòd per eam aqua traiiciatur.

Trulla, trullæ, Diminutiuum {ἀγγειδίον τι} Varro, Trulla ad similitudinem truæ,illa magna,& hæc parua. Trullæ, quæ è culina in lauatrinam aquam fundunt.

¶ Trulla,Vas in quo ventris onus deponitur.Mart.lib.9,

Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro.

¶ Trulla,Genus est vasis,seu poculi vinarij, vt declarat hic locus apud Cic.4.in Verr.Erat enim vas vinarium ex vna gemma prægrandi,trulla excauata cum manubrio aureo. Horat.lib.2. Serm.sat.3,

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla,&c. Id est fictili poculo,alij æneo.
Trulla gemmea. Cic.6.Verr.Mittit etiam Trullam gemmeam rogatum,velle eam se diligentius considerare.

¶ Trulla, Cæmentarij instrumentum, quo fabri murarij,tectoriis linendis complanandísque delutare solent: vt non solùm parietes pulchritudinem accipiant, sed & fortitudinem contra iniuriam imbrium & crebrorum tempestates.

¶ Trulla,trullæ.Vas est apud Catonem de re rustica,quo de situla aquam hauriebant,& de ahenis aut labris. Sic explicat Turnebus.

Trullicum,Quo manus perluuntur. Varr.de vit.pop Roman.lib.1, Itaque ea sibi modò ponere ac suspendere,quæ vtilitas postularet,trullicum, macellionem, peluim, nasiternam, &c. Eius vrceolum aquamanalem vocamus, quòd ea aqua in trulleum effundatur. Vnde Manalis lapis appellatur in pontificalibus libris, qui tunc mouetur, cùm pluuiæ exoptantur. Ex Nonio.

Trullisso,trullissas, trullissare, Trulla gypsum inducere. Vitruu.lib.7. cap.3, Coronis explicatis parietes quàm asperrimè trullisentur: postèà aurem suprà trullissatione subarescente deformentur directiones areuati.

Trucido,Truculentus,Vide TRVX.

Trudo, trudis, trusi, trusum {ἄθω,ὠθίω,ἀθοῦμαι} trudere, Violentia quadam impellere. Plaut.Asin.10,

Næ ille ecastor hinc trudetur largus lachrumarum foras.
Quòd ne trudamur, dij immortales nos admonent. Cic.de Aruspicum respons.

Trudi ad mortem, & ad supplicium. Cic 1. Tuscul.Et cùm pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est vt non ad mortem trudi,verùm in cœlum videretur ascendere. Idem ad Att.lib.4 72, Ille omnium vocibus cùm se non ad iudicium, sed ad supplicium præsens trudi videret,omnes Catilinas,Acidinos postèà reddidit.

Fallacia alia aliam trudit.Terent.And.4.5.
Truditur dies die. Hor.lt.2.Carm.ode 18.
Trudere tenebras, Id est obiicere. Plaut.Epid.

Trusatilis,& hoc trusatile, pen.corr. {ὠστὸς} Quod truditur: vt Mola trusatilis,id est mola manuaria, quòd manibus trudatur, id est pellatur.Gell.lib.3 cap.3, Ob quærendum victum ad circūagendas molas,quæ trusatiles appellantur,operam pistori locasse.De Plauto.

Trudes,trudis {ὠστήριον} Instrumenti genus. Tacit.lib.3,Quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.

TRVENTVM {τρικόρυνον} fluuius Piceno rum, & vrbs eiusdem nominis Ptolemæo lib.3.cap.1. Vulgò *Tronto*. Vide Plinium,lib. 3.cap.13, Silius lib.8,

Quíque Truentinas seruant cum flumine turres.

Trulla,trullæ,Vide TRVA.

Truncus,trunci,m.g. {στέλεχος, καρυὸν, φρύγιον, σῶμα} Pars arboris quæ ramis truncatis superstat.Colum.lib.3, Vt ex his partibus trunci sumātur,quę & genitales sunt,& maximè ferriles.Cic.3.de Orat.Quid in arboribus,in quibus non truncus,non rami,nó folia denique, nisi ad suam retinendam conseruandámque naturam?

Arboris acciuis trunco. Virg.10.Æneid.
Arboris obnixus trunco. Virg.3.Georg.
Cauitrunci. Horat.2 Carm.ode 19.
Cælebs sine palmite truncus.Ouid.4.Metam.
Enodes trunci. Virg.2.Georg.
Ficulnus truncus. Horat.1,Serm.sat.8.
Iners truncus. Ouid.3.Amor.eleg.6.
Syncerus truncus,Non læsus.Ouid.de Nuce.
Teretes trunci.Virg.6.Æneid.
Valentes trunci.Virg 2.Georg.
¶ Recto trunco se attollere.Ouid.2.Metam.
Denudat foliis ramos,& cortice truncos.Cic.in Arato.
Terra ex minutissimis seminibus, tantos truncos ramósque procreat. Cic.de Senect.

¶ Truncus corporis.Cic.pro Rosc.Com. Virg.2.Æneid.
-iacet ingens littore truncus,
Auulsúmque humeris caput,& sine nomine corpus. Ibidem,lib.9, Tum caput ipsi aufert domino,truncúmque relinquit
Sanguine singultantem. Lucret.lib.3.
Informes trunci.Lucan.lib.2.
Truncus atque stipes,pro Homine stupido. Cic.in Pisonem, Sed qui tanquam truncus atque stipes, si sterilset modò, posset sustinere tamen titulum consularus.

Quì potest esse in eiusmodi trunco sapientia?Cic.1.de Nat.deor.

¶ Truncus ægritudinum. Cic.3.Tusc.
Trunculus, pen. corr. Diminut. {στελέχιον.} Cels.lib.2.cap.19,& 21.Præcipuè tamen in vngulis,truncúlísque suum,in petiolis,capitulísque hœdorum. Forrassè legendum pedunculis.

Truncus,

Truncus, Adiectiuum {κολοβὸς} Quod est truncatum. Columel.lib.2, Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam lænato. Liuius 7.bel.Punic. Truncæ & turpia exta nimis læta appāruissent.

Animalia trunca pedum,Pedibus carentia.Virg.4.Georg.
Arma trunca. Stat.10.Thebaid.
Corpus truncum, Oculis priuatum, Cui euulsi sunt oculi. Senec. Oedipo,14.
Manus truncæ.Propert.lib.4.eleg.9.
Nares truncæ inhonesto vulnere. Virg.6.Æneid.
Pinus trunca. Virg.3.Æneid.
Sermo truncus. Stat.12. Thebaid. Hoc est, inarticulata vox, seu semiplenus sermo.
Tempora trunca. Ouid epist 9.
Vulnera trunca. Ouid.3.Metam.sub finem.
Vultus truncus, Caput hominis recisum. Stat.5 Thebaid.

Trunco,trunceas {κολοβόω, μειλίσσω, κολοβίω, ἀκρατομέω} truncare, In partes scindere. Valer.6.Argon.

iam non per curua volantem
Stagna:nec in medio truncantem marmore ceruos.
Auguis truncatus. Claud.de bello Gildon.
Manibus truncatus,& armis. Claud.de bello Get.
Membra truncata. Claud.de bel.Get.
Truncatus aliqua sui parte. Plin.iunior lib.9.ad Mustium,epist. penult.Erit etiam faciundum ipsius deæ signum: quia antiquum illud è ligno quibusdam sui partibus vetustate truncatum est.

Trusatilis, Vide TRVDO.

Trutina,trutinæ,pen.corr. {πλάστιγξ, ζυγόν, τάλαντον} Statera. Vitruuius libr.2, Id autem ex trutinis quæ stateræ dicuntur, licet considerare.

¶ Trutina.per translationem ponitur pro iudicio. Cic.2.de Orat. Ad ea probanda quæ non artificiis statera,sed quadam populari trutina examinantur.

Castigare examen in trutina. Perf.sat.1.
Pensari eadem trutina, Eodem examine, eodem iudicio, eadem æstimatione. Porphyr.Horat.epist.1.
Suspendere in trutina. Iuuen.sat.6.
Trutinam Cornutus scribit foramen esse, intra quod est linguæ bilancis ad quod est examinatio:quod alij æquamentum, alij libramentum,alij æquilibrium vocant.

Trutino,trutinas,pen.corr. {πλαστιγίζω,ταλαντίζω} trutinare, Est animo pensiculare.

Trutinor,trutinaris {σταθμόομαι} trutinari,Deponens,Idem.Perf.sat.3, Atque ex porrecto trutinantur verba labello.

Trux,trucis,om.g. {ἀπηνὴς} Ferox,crudelis. Plaut.Bacch 23,

Arietes truces nos estimus. Idem Truc.1,
Vi magna seruos est, ac truculibus moribus, lupæ ne rapiant dominipatrimoniam.
Fronte trux.Valer.4.Argon.
Trux tactu. Plin.lib.22.cap.6.
Affectus truces comprimere. Senec.Agamen.3.
Animi truces. Lucan.lib.7.
Aspectus trux. Cic.2.de Diuinat.

Capite breui,ceruice auguina,aspectu truci. Ex poeta.
Classico truci excitatur miles. Horat Epod.2.
Fremitus truces tubæ.Senec.Octau.7.
Inimicitiæ truces. Horat.1.epist 20.
Iræ truces. Valer.1.Argon.
Oculi truces. Cic.2.de Nat.deor.

E trucibúsque oculis duo feruida lumina flagrant. Ex poeta.
Puellæ truces. Senec.Oedip.5. De Amazonibus.
Sonus trux oris.Plin.lib.6.cap.22.
Tauri truces. Ouid.8.Metam.
Horridus & trux Tribunus ple. Cic.2.de Leg.Agra.
Venti truces. Plin.lib.2.cap.36.
Vocem trucem expauescere. Silius lib.1.
Vultus trux.Tacit.lib.4.

Truculentus, Adiectiuum {ἀπάνευθε} Qui vultu crudelitatem præ se fert,aliósque terret. Terent.Adelph.5.4,

Ego ille agrestis,sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Cicero pro Sextio, Alter ò dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus,quàm terribilis aspectu. Idem 2.de Nat.deor.

Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur. Ex poeta.
Æquor truculentum. Catul.Argon.59.
Auster truculentior. Claud.2.de raptu Proserp.
Facinus nefarium & truculentissimum. Author ad Heren.4.
Insomnia truculenta. Silius lib.10.

¶ Truculentus, cum datiuo. Plin.lib.8.cap.4, Sic & tigris etiam ferit cunctis truculenta.

Truculenter {ἀπηνῶς} truculentius,truculentissimè, Aduerb.Cic.2.de l.Agr. Truculentius se gerebat quàm cæteri.

Aspicere aliquem truculentissimè.Quintil.lib.6.cap.1.

Trucido,trucidas,pen.prod. {κατασπάζω,κατακόπτω,μαχαίρᾳ σφάττω} trucidare,Crudeliter necare. Virg 2.Æneid.

Fit via vi,rumpunt aditus,primósque trucidant. Cic.pro Lege Manil.Vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Rom. necandos,trucidandósque denotauit.

Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare noluerunt. Cic.4 in Catil.

Trucidari ferro. Cic.1.in Catil.Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.

Trucidari fœnore.Cic.pro Cælio,Parcat iuuetus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

Verbis grauibus trucidari ab aliquo.Cic.de Aruspic.responsi.

Trucidatio, verbale {κατάσφαξις.} Cic.4.Philipp.,Nullus ei ludus videtur esse iucundior,quàm cruor,quàm ædes,quàm ante oculos trucidatio ciuium.

Tryblium,tryblij,n.g Catinus: verbum quidem Græcum, sed quod Latinus Varro vsurpauit,& Plautus,cuius verba sunt,

Hoc conuiuium est pro opibus nostris satis commodulè
Nucibus,fabulis,ficulis,oleæ in tryblio lupillo. Interrupto in editis hodiéque legitur,sed nullo sensu. Restituit Turnebus.

Trychnon, {τρύχνος} vide Strychnus,Herba quæ & Strychnon dicitur. Plin.lib.21.cap 31.

Tryginon, pen.corr. {τρύγινον} Atramenti genus. Plin.lib.35.cap.6, Sunt qui & vini fæcem siccatam excoquant:affirmántque si ex bono vino fax fuerit, Indici speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Myeon celeberrimi pictores Athenis,è vinaceis fecere, trygínon appellant. Interpretari potest fæcatum,aut fæcutinum: vtpote factum ex fæcibus.

Trypane,& Trypanum, Vide ABAPTISTVM.

TRYPHON, {τρύφων} Alexandrinus Grammaticus, Augusti tempore, scripsit de copia orationis,de orthographia,& alia à Suida commemorata.

Tryxalis,pen.corr. Græcè {βοσκάλη} Animal locustæ simile sine pennis,Latinum nomen non habet,vt aliqui arbitrantur:nec pauciores; hoc esse quod gryllus vocetur. Hæc Plin.lib.30.cap.6.

T V

Tu,tui,vel Tis,tibi {σύ} Terent.Heaut.5.4,

Crede,& nostrum te esse credito. Plaut.Trinum ó,
Nimio satius tui opus est te ita esse,quàm vt animo lubet.
Tibi eidem. Plaut.Merc.3,
Tibi aras,tibi occas,tibi seris,tibi eidem metis.
Tibi est domi. Plaut.Trucul.4.
Ecce tibi è transuersо. Cic.4.Acad.
At tibi repente. Cic.Varroni,lib.9 2.
Hic tibi strepit. Silius Ciceroni,lib.8.2.
Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis. Cicero pro Roscio,
Nunc tibi nostri milites. Cælius Ciceroni,lib.8.15.

¶ Túne. Plautus Amph.8,

Tun' me heri aduenisse dicis? Virg.3.Æneid.

Túne ille Æneas,&c.
Tu tu. Plaut.Mostel.13,
Egóne? A. tu tu.

¶ Ture, Tu ipse. Plaut.Terent.Eunuch.1.19,

Et quod nunc ture tecum iratus cogitas. Cicero Lentulo,lib.12,
Vt tute mihi præcepisti.
Tute ipse. Virg.3.eclog.

¶ Tutemet,pen.corr.pro Ture,id est tu ipse. Lucret.lib.5,

Tutemet in culpa quom fis.Vide suo loco.

¶ Te socio. Cic.ad Figulum, lib.4.13, Per me quondam, te socio defensa Respublica.

¶ Tu,reperitum. Cic. pro Rab.perduel.reo, Tu mihi etiam legis Portiæ,tu C.Grachi,tu horum libertatis,tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis?

Tuatim, Aduerbium à Tuus,id est tuo more.Acc.Ampli. Ecce rem tuatim facis. Nonius. Obsoletum.

TVABSIS {τύαξις} Æstuarium maris Britannici apud Ptolemæum lib.2.cap.3,vulgò *Tunede* iuxta quod Beruicia, munitissimum oppidum regis Anglorum,in finibus Scotiæ,vulgò *Berwyke*.

Tuba,tubæ {σάλπιγξ} Instrumentum musicum vulgo notum, à tubo canali sic dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt,& ex cornibus. Et quæ ex ære sunt,tubæ ductiles appellantur.quæ ex ligno vel cornu, lignææ vel corneæ. Tuba vtuntur milites ad excitādos animos in prælium. Cic.1. in Catil.Quum tubas,quum signa militaria; quum aquilam illam argenteam scirem esse præmissam.

Clangor tubarum. Virg.2.Æneid.
Fremitus truces tubæ.Senec.Octau.7.
Sonitus tubæ. Author ad Heren.lib.4, In concione de virtute loqueris,in prælio per ignauiam tubæ sonitum perferre non potes.
Sonitus fracti tubarum. Virg.4.Georg.
Canora tuba. Ouid.3.Fast.
Naualis tuba,Vide NAVIS.
Stridentes tubæ. Lucan.lib.1.
Vocales tubæ.Seneca Thyeste,8.
Canuut tubæ,Vide CANO.
Canere ludos tuba. Virg 5 Æneid.
Oceanere tubas. Tacit.lib.2., Tum Sentius occanere cornua tubásque, & peti aggerem,erigi scalas iussit,ac promptissimum quenque succedere.

¶ Tuba belli ciuilis,Per translationem. Cic.Appio,lib.6.12,Quòd mitifica est improbitas in quibusdam qui tulissent acerbius tibi veniam dari,quam illi appellabant tubam belli ciuilis.

Tubarius,tubarij,m.g.Tubarum faciendarum artifex. Aurelius Arcadius,in l.vlt.D.de iur.immunit.

Tubicen, pen corr. tubicinis, m.g. {σαλπιγκτὴς} Qui tuba canit. Vegetius lib.2.cap.7.

Tubicines,Cornicines,& Buccinatores:qui tuba vel æreo cornu, vel buccina committere prælium solent. Senec.epist.79, Nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens.

Tuber, tuberis, neut.g,priore longa {ὄδνον} Est terræ callus: vulgò *tartufis* dicitur. Galli *truffes* vel *truffias* vocāt. Plin.lib.19.ca.2, Et quoniam à miraculis rerū cœpimus,sequemur eorum ordinē,in quibus vel maximū est aliquid nasci,aut viuere sine vlla radice. Tubera vocantur hæc,vndiq; terra circundata nullísque fibris nixa,aut saltem capillamentis,nec vtique exruberante loco in quo gignūtur, aut rimam agente,neq; ipla terræ cohærent. Cortice etiā includuntur, vt planè nec terrā esse possimus dicere,neque aliud q̄ terræ callū. Siccis hæc ferè & fabulosis locis frutectosisq; nascūtur. Excedūt sæpe magnitudinē mali cotonei,etiā librali pōdere. Duo eorū genera,aveno nosa dentibus inimica, & altera syncera. Distinguuntur & colore

ruſſo,nigróque,& intus candido. Laudatiſſima Africæ, &c. Idem capite ſequenti, 1. Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra,tunc naſci.& maximè è tonitribus, nec vltra annum durare, tenerrima autem verno eſſe. Martialis lib.13,

Rumpimus altricem tenero de vertice terram
Tubera,boletis poma ſecunda ſumus. Iuuem.ſat.5,
Fumat aper,poſthunc raduntur tubera, &c. Quibuſdam in locis acceptantur riguis ac ſeruntur,ſicut Mitylenis.

¶Tuber {φῦμα, ἕλκη, κύρτωσις} metaphoricè pro quouis tumore capitur:túnc que adiectiuum quidam eſſe volunt,ſed falſó. Terent. Adelph.1 2,

Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Sic dicitur caput tuber, pro tuberoſo: quo modo homo ſeclus,pro ſcelerato. Horat.1.Serm. ſatyr.5i.

Qui,ne tuberibus propriis offendat amicum,&c.
Tubera bina in dorſo habent cameli,teſte Plin.lib.8.cap.18.
Tubere ſuper armos à ceruicibus eminente. Plin.lib.8.cap.45.
Immodico prodibant tubere tali. Ouid.8 Metam.

¶Tuber,Durities illa in arboribus extans ad nodi ſimilitudinẽ. Plin.lib.16.cap.16.Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. Ibidem, Pulcherrimũ verò eſt in acere bruſcum, multóque excellentius molíuſcum. Tuber vtrunque arboris eius:ſed bruſcum,intortius criſpum.

¶Tuber, Arboris genus, priore correpta. Columel.lib.11.cap.2, Poſſunt etiã his diebus ceraſi,& tuberes,& armeniacæ, atque amygdala,cæteraéque arbores quæ primæ florent, inſeri commodé. Plinius lib.15.cap.14, Peregrina ſunt zizipha, & Tuberes, quæ & ipſa non pridem venêre in Italiam. Hæc ex Africa,illa ex Syria. Sex.Papinius,quem Conſulem vidimus,primus vtraque attulit D.Auguſti nouiſſimis temporibus,in caſtrorum aggeribus ſata, baccis ſimiliora quàm malis.

¶Tuber,maſc.gen.pro fructu arboris. Martial.lib.13,

Lecta ſubus banis mittunt apyrina ramis
Et vernæ tuberes,quid tibi cum Libycis? Vernæ, id eſt domi noſtræ nati. Suet.in Domitiano,cap.16, Oblatos tuberes ſeruari iuſſit in craſtinum.

Tuberculum,tuberculi,pen corr.Diminutiuum {φυμάτιον.} Plin.lib.11. cap 11,Apes regias extruunt tuberculo eminentes. Idem lib.22.ca: 32,Habet proximam terræ maſtichen tuberculo fabæ:quæ appoſita, ſœminarum menſes trahere dicitur.

TVBERO,pen.corr. {πυζίων} Romanus, is notiſſimus eſt ex Ciceronis oratione pro Ligario.

Tuburcinor,tuburcinaris {λωφύσσω} tuburcinari, Raptim comedere,authore Nonio. Titinnins,Tuburcinari,ſine me vultis reliquias. Plaut.Perſ.4,

Lubidò extemplò cœpere eſt conuiuium,
Tuburcinari de ſuo,ſiquid domi eſt.

Tubus,tubi,maſc g. {σίφων} Canalis fictilis, per quem aqua deducitur. A tumore dictus. Cic.2. de Legib.Ductus verò aquarum quos iſti tubos & cutipos vocant, quis non, quum hæc videat, irriſerit? Vetus codex legit Nulos.

Tubos etiam viſcerum dicimus. Martial.lib.11.
Cauari in tubos. Plin.lib.16.cap.42.

Tubulus, tubuli, pen.corr.maſc.gen.Diminutiuum {σφόνιον.} Varro 1.de Re ruſt cap 8,Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo,quos cuſpides appellant.Colum. de Arboribus,cap.9.

¶Tubulum aliquando vocamus auenam quæ & cicuta appellatur.Græcè ſiphon.

Tubulatus, penultima producta, Adiectiuum. Cauatum ad effigiem tubuli. Plin.lib.9.cap.36, Alterum purpura vocatur cuniculatim procurrente roſtro, & cuniculi latere introrſus tubulato: qua profertur lingua.

TVCCA {τύκκαι} L.Varus, & Placius, viri doctiſſimi, amici Virgilij, heredéſque ex parte teſtamenti relicti, iuſſu Auguſti carmina Æneidos emendauerunt,hac lege vt nihil adderent, vt Seruius tradit.

Tucetum,tuceti,pen.prod.Perſ.ſat.2,

- ſed grandes patinæ,tucetáque craſſa. Genus eſt farciminis ex carnibus ſuillis minutim conciſis. Cibos regios interpretatur Fulgentius in libello De vocibus antiquis,Tuceta,inquit,dicuntur eſcę regiæ. Callimachus in Pilæis,

- ambroſio redolent tuceta ſapore. Hæc ille.
Tucetum perquam ſapidiſſimum. Apul.lib.2.Aſin.aurei.

TVCRIS {τυκρίς.} Ptolemæo libro 2. capite 6, Hiſpaniæ vrbs: vulgò *Tudela*.

TVDAE {τῦδαι.} Ptolemæo lib.2.cap.6, Vrbs Hiſpaniæ, hodie *Tyde* in Gallicia.

TVDER {τῦδηρ} Oppidum mediterraneum Vmbriæ. Author. Plinius lib.3.cap.14.

Tudites, {σφῦρα} Mallei: à tundendo dicti, inquit Feſtus. Inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quòd caput malleo ſimile habuerit.

Tudicula,tudiculæ,pen.corr.Inſtrumentum ſiue ſtylus,quo vaſis ſignæ imprimuntur. Quidam etiam accipiunt tudiculam pro cochleari maiori,quo ad carnes & iuſcula è cacabis extrahenda vtuntur.

Tudicula,Machina qua tunduntur oleæ. Columel.lib.12.cap.50, Eſt & organum erectæ tribulæ ſimile,quod tudicula vocatur: ſdque non incommodè opus efficit,niſi quòd frequenter vitiatur,&ſi baccæ pluſculum imeceris,impeditur.

Tudiculo,tudiculas,pen.corr.tudiculare,Imprimere ac ſculpere.

¶Tudiculare, per tranſlationem ponitur pro Commouere. Varro Marcipore, Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculaſſe vetulam. Nonius.

Tudito,tuditas, penult. corr.tuditare, Lucri gratia negotium agere. Lucret.lib.2,

Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus vllam.

Corpora conficere,& plagis infeſta domare. Idem lib.3. Tuditantia,id eſt frequenter tundentia,ſiue agitantia corpus.

Tueor,tueris,tutus,vel tuitus ſum {σῳζομαι,ἀμύνω} tueri,pen.prod. Defendere,Conſeruare. Ouid.2.de Arte,

Nec minor eſt virtus,quàm quærere,parta tueri. Cic.de Amicitia, Populos vniuerſos tueri,eſſque optimè conſulere.

Tueri & conſeruare. Cic.pro Lege Manil.Vobis turpiſſimum ſit, illud quod acceptiſtis,tueri & conſeruare non poſſe.

Tueri & defendere. Cic.1.de Orat.

Tueri & ornare. Cic.3.in Catil.Illud perficiam profectò Quirites,vt ea quæ geſſi in Conſulatu,priuatus tueat atque ornem.

Tueri & regere. Cic.2.de Legib. Quæ vis non modò ſenior eſt quàm ætas populorum & ciuitatum, ſed æqualis illius cæſium atque terras tuentis & regentis Dei.

Ægrè aliquem tueri. Quintil.lib.3 cap.8,Quoſdam ratio ipſa ægrè tuetur.

Fortiter tueri. Quintil.lib.6.cap.1.

Pertinaciter aliquid tueri. Quintil.lib.6.cap.4.

¶Abſentem tueri, Defendere. Cic.ad Cælium lib.2.15, Te tamen oramus, quibuſcunque erimus in terris, vt nos, liberóſque noſtros ita tuere,vt amicitia noſtra & tua fides poſtulabit.

Tuendam habere ædem. Cic.3. Verr.Ædem Caſtoris Iudices P. Iunius habuit tuendam.

Ædificia tueri. Varro de Re ruſt.lib.1.cap.11.

Amicitias tueri, Conſeruare. Cic.3.de Fin.Atque etiam ad iuſtitiam colendam,ad tuendas amicitias & reliquas charitates quid natura valeat,hæc vna cognitio poteſt tradere.

Armenta & vitulos tueri. Virg 2.Georg.

Aruatueri. Virg.1.Georg.

Certamina belli tueri. Lucret.lib.2,

Concordiam conglutinatam tueri. Cic.Attic.lib.1.12.

Dignitatẽ. Cic.2.Tuſc.Hos admonitu ſimili oportebit vt bonos milites reuocatos dignitatem tueri.

Factum alicuius præſtare & tueri. Cic.pro Seſtio, Ea conditione geſſeram, vt meum factum ſemper omnes præſtare, tueríque deberent.

Fines ſuos ab excurſionibus hoſtium tueri. Cic.pro Deiot.

Mediocritatem. Cic.3. Tuſc.Poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum,& vitæ communem cultum atque vſitatum.

Munus ſuum. Plancius ad Ciceronem lib.10.11, Quod reliquum eſt,tuum munus tuere.

Patrocinia. Vatinius ad Ciceronem lib.5.9, Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro ſe cauſam dicier vult.

Perſonam alicuius dicendo.Cic.de Clar.Orat.Atque etiã L.Paul. Africani pater,perſonam principis ciuis facilè dicendo tuebatur.

Rempub.Cic.2.Offi.Ab hoc igitur genere.largitionis, vt aliis detur,aliis auferatur,aberunt hi qui Remp.tuebuntur.

Tueri ſe ſua ſanctitate. Cic.2.de Finib.Iam ſi pudor,ſi modeſtia,ſi pudicitia,ſi vno verbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur,non ſanctitate ſua ſe tuebuntur: quod adulterium, quod ſtuprum,quæ libido ſe non proripiet ac proiiciet aut occultatione propoſita,aut impunitate,aut licentia.

Tueri ſe, pro eo quod eſt alere & tolerare.Scæuola in l.penult.& vltima,De in rem verſo, Sine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet. Budæus.

Societatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tueri, Vide MVNVS.

¶Tueri, paſſiuè, pro Defendi. Caius in l.Conſilio, in prin.D.De curatoribus furioſo dandis. Conſilio & opera curatoris tueri debet non ſolùm patrimonium,ſed & corpus & ſalus furioſi.

Tuitus, pen. corr. Participium. Quintil.in Pariete palmato, Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. Plin.iunior lib.6.epiſt.29, Tuitus ſum Iuliũ Baſſum.Id eſt,in iudicio defendi. Paul.D.De vacatione & excuſat. munerum.l. Legato, qui publicum negotium tuitus ſit,intra tempora vacationis præſtituta rurſum eiuſdem negotij defenſio mandari non poteſt.

Tuendus,Particip. {ἀμύντεος.} Cic.Lent.lib.1.9, Totus eſt nunc ab iis à quibus tuendus fuerat,derelictus.

Pacis mihi cura tuendæ. Ouid.11.Metam.
Vita tuenda mea eſt.Ouid.4.Triſt.eleg.4.

¶Tuendus, paſſiuè, pro Defendendus. Caius in l. An vſufr.§.vſt. D.De vſufruct.Dubitatio eſt:quouſque tuendi eſſent in eo vſufruct. municipes? Et placuit centum annis tuendos eſſe municipes:quia is finis vitæ longæui hominis eſt. Vlp.in l.3 §.1.D. De iureiur. Tuendi erit iuſtus. Neratius in l. Si ea res.in fine.D.De actionibus empti. Siue ab eodem emimus, ſiue ab alio atque alio:is ex nobis tuẽdus eſt, qui prior ius eius apprehendit,hoc eſt,cui primùm tradita eſt. Sed ſi alter ex nobis à domino emiſſet,is omnimodo tuendus eſt.

Tuto, tutas, verbum antiquum, idem ſignificans quod protego, defendo. Plaut.Mercat.

Inuoco vos Lares Diales,vt me tutetis.

Tutor,tutaris,pen.prod. {ἐπαμύνω,ἀσπαλίζω,σῳζομαι} Frequentatiuũ: pro Diligenter defendere. Terent.in Heeyr.Prologo,

Ego interea meum non potui tutari locum. Idem Heeyra,5.1,
Nam mores facilè tutor. Cic.in Somn.Scip.Sed quo ſis Africane alacrior ad tutandam Remp.ſic habeto.

Tutari, à Plin.lib.7 in Præfat.Truncos etiam arboréſque cortice interdum gemino à frigoribus & calore tutata eſt.

Tutari & conſeruare. Cic.pro Sylla, Hunc patronum, defenſorẽ, cuſtodem illius coloniæ, ſi in omni fortuna atque honore inculumem habere non potuerunt, in hoc tamen caſu,quo afflictus iacet, per vos tutari,conſeruaréque cupiunt.

Fortiter & induſtriè aliquid tutari. Quintil.lib.5.cap.13.
Armis tutari res alicuius. Horat.2.epiſt.1.
Pericula tutari. Salluſt. in oratione Lepidi ad Popul.Rom.Aut ſi prouideritis,in tutandis periculis magis, quàm vlciſcendo teneamini.

Præſidio ſuo tutari aliquem. Horat.1.epiſt.19.

Genæ tutantur oculos ab inferiore parte ſubiectæ, leuitérque eminentes.Cic.2.de Nat.deor.

Tutor,tutoris, maſc. gen. {ἐπίτροπος,φρουρὸς} Defenſor pupilli. Cic. pro Cecinna, Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentum non eſſe ratum,iudica:quòd mulier ſine tutore authore promiſerit,deberi.

Dario tutoris.Vlp.in l.Muto.D.De tutelis.

Atilianus tutor. Vlpian.titulo vndecimo eius libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Vlpiani, Lex Atilia iubet mulieribus, pupillíſve non habentibus tutores, dari à Prætore, & maiore parte Tribunorum plebis:quos Atilianos appellamus.Sed quia lex Atilia Romæ tantùm locum habet, lege Iulia & Titia proſpectum eſt, vt in prouincia quoque ſimiliter à præſidibus earum dentur tutores.

Ceſſicus tutor, Vide Ceſſicus,in CEDO,cedis.

Datiuus tutor. Vlpian. titulo vndecimo eius libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Vlpiani,Teſtamento nominatim tutores dati confirmantur lege duodecim Tabularum, his verbis, Vti legaſſit ſuper pecunia,tutelâve ſuæ rei,ita ius eſto: qui tutores Datiui appellantur.Modeſtinus.l.Datiuus.D.Rem pupilli ſaluam fore, Datiuus, vel teſtamentarius tutor, ſiue curator non petet ſatis à collega ſuo: ſed offerre ei poterit,vtrum ſatis accipere velit,an dare.

Falſus tutor, cui opponitur Verus. Vlpianus in l 1.D. Quod falſo tut.&c.Si duo tutores,alter falſus,alter verus authoritatem accommodauerit,&c.

Fiduciarius tutor.Vlpian.titulo vndecimo eius libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Vlpiani, Qui liberum caput mancipatum ſibi,vel à parente,vel à coemptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur,qui Fiduciarius tutor appellatur.

Fiduciarius tutor.Modeſtinus in l.Quo defuncto.D.De legit.tut.

Honorarij tutores.Vlpianus l.3.D. De adminiſtrat. & peric.tut.& Paulus in l.Siquis tutor.§.1.D.De rit.nupt.

Idonei atque honeſti tutores. Vlpian.in l.Teſtamento. D. De teſtament.tutel.

Idoneus tutor.Vide paulo pòſt,Eximere aliquem tutela.

Iuſtus tutor. Vlpian.in l.3.D.De tutel.Sic Triphoninus in l.Idem fiet.D.De teſtament.tut.

Legitimi tutores ſunt,qui ex lege aliqua deſcendunt.Per eminentiam autem legitimi dicuntur,qui ex lege duodecim tabularum introducuntur ſeu propalam, quales ſunt agnati: ſeu per conſequentiam,quales ſunt parroni.Legitimi tutores,alij tutela in iure cedere poſſunt. Vlpian.titulo vndecimo eius libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Vlpiani.

Legitimus tutor.Vlp.l.1.D.De legitimis tutoribus.

Prætorianus tutor. Vlpian. titulo vndecimo eius libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Vlpiani,Moribus tutor dari mulieri,pupillóve,qui cùm tutore ſuo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt authore eo agat, (ipſe enim tutor in rem ſuam author fieri non poteſt) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari conſueuit.

Temporarius tutor. Vlpianus l.2.D. De tutoribus & curatoribus datis,&c.

Teſtamentarius tutor. Vlpian.in l. Siquis ſub conditione. D.De teſtam.tutel.

Abiicere tutorem.Vlpian.in l.Siquis ſub conditione.D.De teſtamentaria tutela.

Accipere tutorem.Vlp.l.3.D.De tutelis.

Adhibere tutorem.Vlp.in l.1.D. Quod falſo tutore,Ne contrahentes decipiantur,dum falſus tutor adhibetur.

Adiungere tutorem. Triphonius in l.vltima.D. Vbi pupillus educari vel morari debeat, Si idoneus ſit tutor, nec expediat alium adiungi.

Adſcribere tutorem liberis,Vide ASCRIBO.

Cõfirmare tutorem.Paulus in l.Neſennius.D.De excuſationibus. Nam & Prætor, qui eum confirmat tutorem, defuncti ſequitur iudicium. Modeſtinus l.1.D.De confirmando tutore vel curatore.

Conſtituere tutorem. Paulus in l. Si tutor conſtitutus.D. De adminiſt.& peric.tut. Sic Modeſtinus in l.Caius.D.De excuſ.tutor.

Creare tutores.Modeſtinus in l.Scire oportet. D. De tutoribus & curatoribus datis.

Definit eſſe tutor.Vlpian.in l.Si tutor reipublicæ cauſa. D.De tutel.& ration.diſtrahendis. Idem in l.Si adrogati.D.De tutelis.

Dare tutorem alicui. Modeſtinus in l. Caius D. De excuſationibus, Caius teſtamento ſuo Nigidium filio ſuo tutorem dedit. Sic Paulus in l. Neſennius. D. De excuſationibus. Et rurſus ibidem l. Ex his apparet.Paulus l.1.D.De tutelis.

Fœminæ tutores dari non poſſunt, quia id munus eſt maſculorũ: niſi à principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulent. Neratius in l. vltima.D.De tutelis.

Tutor vitioſè datus alicui. Scæuola in l. Qui teſtamento. D. De excuſationibus.

Durat adhuc tutor.Vlp.l.3.D.De ſuſpect.tutor.Tutor quoque cõtutorem poteſt ſuſpectum facere: ſiue duret adhuc tutor, ſiue iam deſierit ipſe,contutor autem maneat tutor.

Eligere tutores liberis. Paulus in l. Amiciſſimos. D. De excuſationibus.

Exigere tutorem idoneum.Vlpian.in l.1.D.De magiſtratibus con ueniendis, Si magiſtratus ab initio tutorem idoneum dedit, & ſatis non exegit, non ſufficit. Quòd ſi ſatis exegit, & idoneum exegit: quanuis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores vel fideiuſſores, nihil eſt quod ei qui dedit imputetur.

Habere tutorem legitimum.Scæuola in l.Qui teſtamento.D. De excuſationibus.

Inſtituere aliquem tutorem filio ſuo.Cic.Silio,lib.13.62.

Tutorem inſtitui teſtamento. Liu.1.ab Vrbe.

Manet tutor.Vlp.in l.Si tutor reipublicæ cauſa. D. De tutel.& ration.diſtrahendis.

Tutorem mittere alicui.Cic.5.de Finib.

Orbatus tutoribus.Cic.poſt red.in Senatu.

Perſeuerant tutores. Paulus in l. Quæſitum eſt. D. De tutelis. *Ils ſont touſiours tuteurs.*

Petere ſibi tutorem.Pomponius l.2.D.De tutelis,Non eſt exigendum à pupillo,vt tutorem ſibi petat.

Petere tutorem alicui. Vlpian.in l.1.D.De eo qui pro tutore, &c. Vide titulum,Qui petant tutores,&c.

Poſtulare tutorem videtur,& qui per alium poſtulat. item nominare,& qui per alium hoc idem facit.Vlpian.l.2.D.De fideiuſſoribus & nominatoribus tutorum.

Remanet tutor.Vlpian.in l.Si filiusfamiliãs.D.De tutel.& ration. diſtrahendis.

Scribere tutorem. Vlpian.in l. Si hereditas. D. De teſtamentaria tutela, Quid enim intereſt, ſuum ſeruum an alienum tutorem ſcripſerit:quum pupilli fauore, & publicæ vtilitatis gratia aſſumpta libertas ſit in perſona eius,qui tutor ſcriptus eſt?

Scribere aliquem tutorem teſtamento.Paulus in l.Neſennius. D. De excuſationibus.

Eſſe tutorem alicui.Scæuola in l. Qui teſtamento. D.De excuſationibus,Quum nemo patruus impuberi tutor eſſet.

Tutor finiuim.Horat.Epod.2.

Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſimus.Cic.de Clar.Orat.

Tutela, tutelæ, pen. prod. {πάτρωσι, πάτρωσις, ἀσπάλεια.} Paulus l.1. D.De tutelis, Tutela, eſt vis ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent. Cic.ad Attic.lib.1.3, De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella,niſi vſu capi poſſe. Idem 2.Offic. Vt enim tutela, ſic procuratio Reip.ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt,gerenda eſt.

Actor tutelæ.Pomponius in l.Solet.D.De tutelis.

Iura tutelarum.Cic.1.de Orat.

Ceſſitia tutela.Vide Ceſſicus,in CEDO,cedis.

Tutela legitima.Cic.ad Attic.lib.1.epiſt.3.

Tutelæ legitimæ dicuntur, quæ, quum quis inteſtatò mortuus eſt,eius liberis lege dantur.Dari autem agnatos, & conſanguineos, item patronos,id eſt eos qui ad legitimam hereditatem admitti poſſunt, ſcribit Vlpianus in conſuetudine fuiſſe: & patronos ob eam cauſam, vt qui ſperarent ſucceſſionem, iidem ea bona ſtudioſius tuerentur.

Teſtamentaria tutela,cui opponitur Legitima. Vlpian.in l.Si tutor Reipublicæ cauſa. D.De tutel. & ration.diſtra. Quia ſemper legitima tutela teſtamentariæ cedit. Vide etiam titulum De teſtamentaria tutela.

Abdicare ſe tutela. Vide ABDICO.

Abiit ad propinquos tutela,Vide ABEO.

Abite tutela.Vlpia.l.3.D.De ſuſpect.tut.Non erit formoſus, quia non eſt abire tutela iuſſus.

Agnoſcere tutelam.Vlpian.in l.Si filiusfamiliãs. D. De tutelis,Si filiusfamiliãs tutor à Prætore datus ſit, ſi quidem patet tutelam agnouit: in ſolidum debet teneri. Si non agnouit:duntaxat de peculio. Agnouiſſe autem viderur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit, ſiue omnino tutelam attigit. Vnde quum quidam filio ſcripſiſſet, vt diligenter tutelam geretet, Quum ſcias (inquiens) periculum ad nos pertinere: dixi,hunc quoque videri agnouiſſe. Planè ſi ſolùm monuit filium,non videtur agnita. *Approuuer, Accepter, Auoir aggreable.*

Agere tutelæ cum tutore. Vlp.in l.1.D. De tutel. & ration.diſtrahendis.& rurſus ibidem l.Si tutor reipublicæ cauſa.

Amittere tutelam legitimam. Vlpianus inl.2.D. De legitimis tutoribus.

Attingere tutelam.Vlpian.in l.1.D.De eo qui pro tutore,&c.Si omnino non attigerit tutelam,non tenebitur. Neque enim attingere debuit,qui tutor non erat.

Cohærere tutelis antè ſuſceptis. Triphonius in l.penult.D.De excuſationibus.

Commendare filios ſuos alicuius tutelæ.Cic.1.de Orat.

Commendata tutelæ noſtræ. Lucret lib.5.

Committere ſe in tutelam alicuius.Terent.in Prolog.Heeyr.

Committere alicui tutelam.Vlpianus l.Muto. D.De tutelis:Idem in l.Teſtamento,D.De teſtamentaria tutela.

Vacationem tutelarum concedere alicui.Hoc eſt,ne cogatur alicuius tutelam ſuſcipere, Calliſtratus in l.Non tantùm. D. De excuſationibus.

Ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit, vt, &c.Iuſtin.lib.25.

Confirmata tutela. Vlpian. in l.Si hereditas. D. De teſtamentaria tutela.

Conuenire aliquem tutelæ.Sub.iudicio.Vlpian,in l.Si tutor Reipublicæ cauſa.D.De tutel.& ration.diſtrahendis.

Decernere tutelam alicui.Vlpianus in l. Legitimos. D.De legitimis tutoribus.

Deferre alicui tutelam: & Delata alicui tutela. Paulus in l. Si is qui.D.De excuſationibus.

Tutela ex teſtamento delata alicui. Triphonius in l.penult.D.De excuſationibus.

Deponere tutelam.Paulus in l.Poſt ſuſceptam. D.De excuſationibus, Poſt ſuſceptam tutelam cæcus, aut mutus, aut ſurdus, aut furioſus, aut valetudinarius deponere tutelam poteſt. Paupertas, quæ operi & oneri tutelæ impar eſt, ſolet tribuere vacationem.

Deſcendunt tutelæ ad aliquem. Vide TRANSIT TVTELA.

Tutela ad ſolum filium deſcendit, poſt filium tunc ad nepotem.

Vlpian.l.3.D.De legitimis tutoribus.
Desperata tutela vibis,vt circumualari mœnia videtur,&c. Liu. lib.3.bell.Punic.
Detinere aliquem in aliqua tutela.Paulus in l.Si is qui. D.De excusationibus. Idem in l.penultima. D.De tutoribus & curatoribus datis,&c.
Diffusa & negotiosa tutela.Paulus in l.Si is qui tres tutelas administrabat.D.De excusationibus.
Diminuere aliquid de tutela legitima,Cic.pro Flacco.
Dimitti à tutela. Modestinus l.3.D.Qui petant tutores,Qui qualitercunque dimissi sunt per excusationem à tutela, necesse non habent petere pupillis tutorem.
Dare aliquem ad tutelam. Papinianus in l.vltima. D. De excusationibus.Sed & hoc genus excusationis est, siquis se dicat ibi domicilium non habere,vbi ad tutelam datus est.
Dare in tutela. *Demourer en tutelle.* Vlpianus l. tertia. D. De tutelis.
Excusari à tutelis. Callistratus in l. Non tantum. D. De excusationibus.
Excusare se à tutela. Paulus in l. Nesennius. D. De excusationibus.
Excusari de tutela. Hermogenianus in l. Administrantes. D. De excusationibus, Eorum qui reipublicæ causa absunt, comites de tutela quæ absentibus vel profecturis delata est, excusantur. nam susceptam anteà non deponunt.
Eximere aliquem tutela. Modestinus in l.15. D. De excusationibus,Claudius Marcus (quanuis filiusfamiliàs) si idoneus tutor esse videbitur, pater autem eius ideirco cauere non vult, vt filium suum tutela eximat,&in hoc artificio perseuerabit:existimo de huic fraudi rectè occurrtum, vt & filius, & ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.
Administratio tutelæ sine hoc expediri non potest. Vlpianus in l. Si tutor post pubertatem. D. De tutel. & rationibus distrahendis.
Factus suæ tutelæ pupillus dicitur „qui non est amplius in potestate tutoris.Vipian.in l.Quoties § Nequaquam. D. De administ.& peric tutor.
Finitur tutela non solùm pubertate , sed etiam morte tutoris vel pupilli.Paulus in l. 4.D.De tutel.& ration.distrahendis.
Fungi tutela.Vipian.l.2. D.De tutoribus & curatoribus datis,&c.
Gerere atque administrare tutelam. Vlpian.l.1.D. De administ.& pericul.tut.
Habere tres tutelas. Paulus in l. Si is qui tres tutelas administrabat.D.De excusationibus.
Imputare alicui tutelam. Paulus in l.Si is qui. D. De excusationibus.
Iniungere alicui tutelam filiorum. Paulus in l.Nesennius. D.De excusationibus.
Iniungere alicui munus tutelæ.Triphonius in l.penult.D.De excusationibus.
Latere in tutela àc præsidio alicuius.Cic.pro Muren.
Mandare tutelam alicui. Papinianus in l.Iure nostro. D.De testamentaria tutela. Idem ibidem l. Qui tutelam testamento mandatam excusationis iure suscipere noluit.
Nanciscitutelam.Caius in l.Si plures. D. De legitimis tutoribus, Si plures sint agnati, proximus tutelam nanciscitur : & si in eodem gradu plures sint,omnes tutelam nanciscuntur.
Obire munus tutelæ. Triphonius in l. penultima. D. De excusationibus.
Obligatur & furti & tutelæ. Vlpianus in l.1. D.De tutel. & ration. distrahendis.
Occupare tutelam. Martianus l. in eos. D.De tutelis , In eos extra ordinem animaduertitur , qui probantur numis datis tutelam occupasse.
Onerari tutela.Paulus in l.Quæro D.De testamentaria tutela.
Pertinet ad Plautium tutela Iabolenus in l. penultim.D.De testamentaria tutela. Sic Vlpian.l.3,D.De legitimis tutoribus.
Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit. Cicero pro Roscio Comœdo.
Recusare onus tutelæ. Paulus in l. Nesennius. D. De excusationibus.
Redit tutela ad legitimum tutorem. Vlpian.in l.Si quis sub condi tione. D. De testamentaria tutela.
Redintegrare tutelam. Papinianus l.8. D. De tutel. & ration. distrahendis, Quanuis iure postliminij tutelam pristinam possit redintegrare.
Remanebit tutela apud fratres. Vlpianus l.1. D. De legitimis tutoribus.
Remouere aliquem tutela.Vlpian.l.4.D.De suspect.tut.
Remotus à tutela.Paulus in l.Quid autem.D.De excus.tut.
Repelli & reiici à tutela. Vlpian.in l. Testamento.D.De testamentaria tutela.
Tutelam retineat,quoad restituatur hæreditas.Papinianus in l.Si impuberi.D.De tutoribus & curatoribus datis,&c.
Reuertitur eius tutela ad agnatum.Paulus in l,fatestato. D.De legitimis tutoribus.
Cura subdita tutelæ tuæ.Ouid.1.de Remed.
Subire onus alicuius tutelæ. Paulus in l. Si is qui. D. De excusationibus.
Administrationi tutelę non posse sufficere.Pomponius in l.Solet. D.De tutelis.
Penes patronum est tutela. Vlpian.l.3. D.De legitimis tutoribus, Si aliquis ex patronis decesserit : tutela penes cæteros patronos est, quanuis ille filium reliquerit.
Tutela non erit apud patronum. Papinianus in l. Si impuberi. D. De tutoribus & curatoribus datis,&c.

In tutela alicuius esse.Cic.3.de Finib.
Sinite imperiare me qui in tutelam meam
Studium suum , & se in vestram commisit fidem. Terentius Prol. Hecyr.
Suscipere tutelam. Paulus in l. Amicissimos. D. De excusationibus. Ibidem in l.Planè.
Finitur eo casu suscepta tutela.Paulus in l.Amicissimos.D. De excusationibus.
Suscipere officium tutelæ. Callistratus in l. Non tantum. D. De excusationibus.
Suscipere onus tutelæ. Paulus in l. Amicissimos. D. De excusationibus.
Suscipere tutelam.Vide MANDARE TVTELAM.
Sustinere periculum alicuius tutelæ. Paulus in l. Si is qui. D. De excusationibus.
Teneri iudicio tutelæ. Vlpianus l.1. D. De tutel.& ration, distrahendis.
Tradi in tutelam.Cic.2.de Orat.
Transit tutela.Caius in l.Tutela. D De tutelis. Tutela plerunque virile officium est. & sciendum est, nullam tutelam hæreditario iure ad alium transire. Et licet ad liberos virilis sexus perfectæ ætatis descendum legitimæ,cæteræ tamen non descendunt.
Valet tutela Pomponius in l Si nemo.D.De testamentaria tutela.
Venire in suam tutelam. Cic.Topic. 22., Crassus in Curiana causa exemplis plurimis vsus est,agens de eo qui testamento sic hæredem instituisset, vt si filius natus esset in decem mensibus,isque mortuus prius quàm in suam tutelam venisset, secundus hæres hæreditatem obtinuisset. hoc est, inquit Boëthius, antè obiret diem , quàm testamentum iure facere posset,secundus hæres succederet. Idem Cicero lib.1.de Oratore. Quum Qu. Scævola ex scripto testamentorum iura defenderet,negaretque nisi posthumus & natus , & antè quàm in suam tutelam venisset , mortuus esset , hæredem eum esse posse , qui esset secundum posthumum & natum & mortuum hæres institutus : ego autem defenderem hac cum mente fuisse, qui testamentum fecisset, vt si filius non esset qui in tutelam veniret, M. Curius esset hæres. Secundum posthumum , id est post posthumum. In suam igitur tutelam venisse, est sui iuris esse,non tutoris, & per ætatem testamentum facere posse. Sic rursum loquitur ipse Cic.in Bruto,101.& 102.
Versari in aliqua tutela, pro Tutelam aliquam administrare. Vlpianus l. 3.D. De suspectis tutoribus , Si tutor inimicus pupillo parentibúsve eius sit : & generaliter , siqua iusta causa Prætorem moverit,cur non debeat in ea tutela versari:reiicere eum debebit.
Vocari ad tutelam.Papinianus in l. Qui tutelam.D.De testamentaria tutela.
Rerum tutela mearum.Horat.1.epist.1.
Tutelæ & Septa,Idem. Varro 1.de Re rust.cap.14.

Tutelaris, & hoc tutelare,penul. prod. Adiectiuum, Quod ad tutelam pertinet:vt Causa tutelaris.Vlpian. in l. Videamus. §.1.D.De litem iurando.
Dij tutelares. In quorum tutela sunt vrbes. Macrobius lib.3. Saturn.cap.9.
Tutelaria instrumenta.Paulus in l. Hæredes. D.De fideiussoribus & nominatoribu & hæredibus tutorum , Non exculetur hæres, si dicat de instrumenta tutelaria non inuenisse.

Tutelarius { ἐφορικὸς } pro Ædili , & eo qui ædes sacras aut publicas suo periculo tuetur , quæ dictio nullo alio in loco à nobis lecta est, præterquam apud Plin.lib.34.cap.7,Capite tutelariòs cauere pro ea institui publici fuit.

Tutamen, penult.prod.tutaminis { ἐπίσφαγμα } Munimentum,defensio. Virg.5.Æneidos,
Dotat habere viro, decus & tutamen in armis.

Tutamentum , tutamenti { ἀσφάλισμα } Idem Liuius 1. belli Punic. Vt ea sola ignibus aliquoties coniectis ab hoste , etiam tutamentum fuerit.

Tutio, Verbale { φύλαγμα } Custodia.Cic.in Topicis,Tutio sui.
Natura partes habet duas , tuitionem ,sui ,& vlciscendi ius. Vlpianus in l.1.D. Quod falso tutore authore gestum esse dicetur,Nisi forte Prætor decreuit , ratum se habiturum id , quod his authoribus gestum est. Tunc enim valebit per Prætoris tuitionem , non ipso iure.

Tutus, tutior , tutissimus { ἀσφαλὴς, ἀσφαλέστερος, ἀσφαλέστατος } Metu vel periculo vacuus,nihil insidiarum timens,In tuto locatus.
Auxilio tutos dimittam.Virg.1.Æneid.
Tutus à calore.Cic.2.de Nat deor. Obduciuntur libro aut cortice trunci,quo sint à frigoribus,& caloribus tutiores.
A ferro tutus.Ouid 13.Metam.
Non hospes ab hospite tutus.Ouid.1.Metam.
Ab insidiis alicuius tutus.Asinius Ciceroni lib.10.3f.
A morsu fieri loco tutum.Plin.lib.11.cap.25,Vnum modo relinqui solertissimum,& qui se ipsius matris clunibus imponendo , tutus & à cauda & à morsu loco fiat.
A perfidia tutus.Liu 8.bell.Pun.
A vi tutus.Liu.3.ab Vrbe.
Ad omnes ictus tutus. Liu 6.bel.Maced.
Tutum aduersus pericula.Celsus lib.5.cap.23.
¶Consilium tuum,Firmum,securum. Terent. Heaut.2.3.
Nusquam tuta fides.Virg.4.Æneid.
Fortuna tura & tranquilla.Cic.Anteq.iret in exilium.
Iniuria tuta ab aliquo.Liu.5.bel.Maced.
Iter tutum currere.Virg.5.Æneid.
Locus tutus , In quo secuiè versari , aut quippiam agere possumus. Terent.Phorm.5.3,
Non satis tutus est ad narrandum hic locus. Cic. pro Lege Manil.
Quis locus tam firmum habuit præsidium vt tutus esset?
Perfugium tutum. Tacit.lib.12.

Portus

Portus tutissimus.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Receptus tutus.Liu.7.bel.Pun.
Statio tutissima nautis.Virg.4.Georg.
Tellus tutissima.Stat.1.Achil.
Via tuta frequénsque.Ouid.1.de Arte.
Per vias tutas ambulare.Ouid.1.Fast.
Fugæ tutam viam quærere. Cic.pro Cecinna.
Vita tuta. Cic. 1. de Finibus, Nam diligi & charum esse iucundum est , propterea quia tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorem.
Tuta timere.Ouid.7.Metam.
Omnia tuta timens.Virg.4.Æneid.
In tutum eduxit legiones,Vide IN.
In tuto res est,Vide IN.
In tuto esse.Liu.3.ab Vrbe.
Tuto esse,pro in tuto.Cic.ad Terentiá lib.14.3, Vt tutò sim,quòd laboras,id mihi nunc facillimum est.

Tutò , Aduerbium { ἀσφαλῶς } Impunè,sine periculo. Terentius Heautont. 5. 1,
Loquere.5.at tutó. CH. loquere. Cic.4.Verr.Quà vix tutò transire posse videamur. Virg.2.Georg.
Tutò & sine metu.Cic.2.de Finib.Ob eámque rem colendam esse quod sine ea tuto & sine metu viui non posset.
Tutò & liberé.Cæsar 1.bel Ciuil.
Amare tutó.Ouid.2.Amor.eleg.2.
A tuis munitus tutò in foro esse.Cic.pro Sest.
Nec mihi tutò in Senatum venire licet.Cic.Cassio lib.12.2.

Tutè, Aduerbium { ἀκινδύνως. }
Tutè cautéque agere aliquid.Author ad Heren lib.3.
Eum tutè viuere qui honestè viuat. Author ad Herennium lib.3.

Tutius { ἀσφαλέστερον } Comparatiui gradus. Ouid.13.Metamorph.
Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu.

Tutissimè Superlat. { ἀσφαλέστατα } Cn.Pompeius Ciceroni in Epist.ad Atticum, lib.8.156, Censeo ad nos Lucceium venias : nam te hic tutissimè fore puto.

Tuitio,tuitionis , Verbale. Firmic.lib.1. cap.3. Etiam corporis sui curam tuitionémque susceptt.
Res suas alienæ tuitioni committere.Firmic.lib.3.cap.7.
Tuitio Prætoris. Vlp.l.1,in princip.D.Quib.mod.vlusfr.amittar.

TVEROBRIS { τυβερίς } fluuius Britanniæ, Ptolemæo lib.2.cap 3. vulgò *Abedeny.*

Tugurium,tugurij { καλύβη } Dictum est quasi tegurium à tegendo, e in u mutata : Rustica habitatio , tecta ex vlua palustri. Et tugurij appellatione (vt ait Pomponius de verb. signific.l. Tugurij) omne ædificium quod rei rusticæ magis custodiendæ conuenit, quàm vrbanis ædibus,significatur. Quæ autem ita ædificantur,vt nec parietem habeant,nec luto crustata sint : sed stramentis vel arundinibus, alióve simili genere tegantur:tuguria appellant. Colum.lib.12.cap. 15. Et Varro 3.de Re rust.cap.1. Virg.eclogа 1,
Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen. Pro tugurij.

Tuguriolum,tugurioli,penul.corr. Diminutiuum { καλύβιον } Paruum tugurium.

Tuli, Vide FERO.

TVLIPHVRDVM { τυλίφουδον } Ptolemæo lib.2.cap.11. Germaniæ vrbs vulgò *Cottigen.*

TVLISVRGIVM { τυλισύργιον. } Ptolemæo lib.2.cap.11.vrbs Germaniæ, hodie *Prunfuirg*,vulgò *Brunfuing.*

Tullianum,pen.prod. Sallust in Catil.Ipse dispositis præsidiis , Lentulum in carcerem deduxit: Idem sic cæteris per Prætores Est locus in carcere , quod Tullianum appellatur : vbi paulùm ascenderis ad lævam,circiter duodecim pedes humi depressus, eum muniunt vndique parietes,atque insuper camera lapideis formicibus iuncta: sed inculta tenebris,odore fœda,atque terribilis eius facies est. In eum locum postquam demissus est Lentulus , iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat , laqueo gulam fregere. Varro dictum ait Tullianum,quòd fuerit à Tullo Romanorum rege additum carceri.

Tullios, alij dixere silanos , alij riuos , alij vehementes protectiones sanguinis arcuarim fluentis , quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace,
Aiax missо sanguine tepido tullij efflantes euolant. Festus libro 18.
Alij tamen Tullios ominis causa dictos volunt , quasi tollendos.

TVLLIVS,tullij { τύλλος } Nomen oratoris,omnium Latinorum facilè principis,cognomento Ciceronis.

TVLLVM { τύλλον } Galliæ vrbs in Belgica , authore Ptolemæo lib. 2. cap.9.Vulgò *Tulle,Toll.*

TVLLVS { τύλλος } Hostilius , tertius Romanorum rex bellicosus. De quo vide Liuium lib.1.ab Vrbe.

Tum, Copulatiua particula frequenter sequitur dictionem Cum. { τὸ μὲν, τὸ δὲ τῷ μὲν, τῷ δὲ } Cum , minus quiddam vel magis generale proponit: Tum verò,maius, vel minus generale, indicatiúque ferè iungitur.Cic.1 de Nat.deor. Cum multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt,tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum. Sed hîc duplex est verbum. Aliquando vnum tantùm est , & cui adhæreat Cum. Cic.4.Tuscul.Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia virtutésque Brute soleo mirari , tum maximè in his studiis , quæ ferò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia transtulerunt.Vide CVM.
Subiunctiuo modo aliquando iungitur. Cic.Attico, lib.14.308, Nósque cum multum literæ,tum non minimum Idus quoque Martiæ consolentur.
Nulli verbo aliquando adhærent,vt in subiectis exemplis.Cicero Curioni lib.2.2, Qui cum suis laudibus, tum verò re filio superasset omnium fortunam , si ei contigisset vt te antè videret , quàm à vita discederet. Idem 1.Verr.Factum est, vti cum summum in veteribus patronis multis,tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.
Cum spe summa, maxima,tum maiore etiam animo. Cic.Quint. fratri lib.1.2,

Tum pro Tunc { τότε. } Terent.Phorm.2.1,
Quamobrem omnes,cum secundæ res sunt maximè,tum maximè
Meditari secum oportet,quo pacto aduersam ærumnam ferant.
Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus , vt nunc cum bene parato pugnaremus.Cic.Attic.lib.7.12.6.
Tum interim.Cic.pro Cluentio.
Tum cum. Cic. 4. Acad. Quóque solebat vti argumento tum cum ei placebat nihil posse percipi.
Tum,geminatum in rebus paribus.Plaut.Cistel.2.
Tum antehac te amaui, & mihi amicã esse creui mea Gymnasiũ,
Et matrem tuam,tum id mihi hodie apertistis,tu atque hæc.
Qui non tum hoc,tum aliud,sed idem semper.Cic.de Amic.
Tum semper,tum in his ipsis rebus.Cic.4.Verr.
Tum autem,pro Et. Terent.Eunuch.2.3,

Vt illum di,deæque senium perdant,qui me hodie remoratus est,
Méque adeò,qui restiterim:tum autè qui illum non floccifece rim. Donatus.
Tum autem,Præterea,inquit Donatus.Terent.Andr.1.5,
-rogas?
Laborat è dolore,atque ex hoc misera solicita est,diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ,tum autem hoc timet
Ne deseras se. Cic.2. de Nat.deor. Itque tum fusus & extenuatus sublime fertur:tum autem concretus in nubes cogitur.
¶Tum,præterea,inquit Donatus. Terent.in Prolog.Eunuch.4.
Si quisquam est qui placere se studeat bonis
Quamplurimis,& minimè multos lædere:
In his poëta hic nomen profitetur suum.
Tum siquis est qui dictum in se,&c.Virg 3.Æneid.
Tum præterea.Cic.3.Verr.
Quid tum indet Cic.pro Murena.
Tum demum,Nouissimè.Virg.12.Æneid.
Tum demum mouet arma leo.Plaut.Trinum.11,
-tum igitur demum
Adolescenti aurum dabis , vbi erit locata virgo in matrimonium.
¶Tum denique,pro Tunc tandem. Cic.2.de Legib.Erat enim ratio profecta à rerum natura , & ad rectè faciendum impellens & à delicto auocans:quæ non tum demum incipit lex esse quum scripta est,sed tum quum orta est.
Tum denique,pro Tum demum, vel ad extremum. Cic.4.Verr. Putabam tum denique rectè iudicati posse,si,&c.
¶Tum verò,pro Deinde,Cum non præcedente.Cic.1.de Orator. Ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus , tum verò iustus atque honestus labor honoribus , præmiis atque splendore decoratur. Vetus exemplar legit,num verus,iustus,&c. Virgilius 1.Æneidos,
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.
¶Tum,pro Deinde.Cic.1.de Orat.Deinde qui possit non tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hostium tela versari: tum qui scelus fraudémque nocentis possit dicédo subiicere odio ciuium,supplicióque constringere.Budæus.
¶Tum sæpius repetitum, pro Et. Cic.2. de Natur.deorum, Quia tum occultantur,tum rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedũt, tum antecedunt,tum autem subsequuntur,tum celerius mouentur, tum tardius.

Tumba,tumbæ { τύμβος } Locus in terra concauus.Vnde & pro sepulchro poni consueuit.Sipontinus.

Tumeo, tumes,tumui { οἰδέω,ὀζυδέω,πίσσω, ἀναχάω, πεφυσάομαι } tumere,Inflari.Plaut.Perf.9,
Quid hoc quod in collo tibi tumet?
Corpus tumet omne veneno.Ouid.3.Metam.
Lingua tumet.Ouid.7.Metam.
Lumina fletu tument.Tibul.lib.1.eleg 8.
Genuum tumebat orbis.Ouid.8 Metam.
Vere tument terræ.Virg.2.Georg.
¶Tumere, pro Superbire : quoniam inflati quodam modo superbientium animi videntur. Plin.lib.7.cap.7,Tu qui te deum credis aliquo successu tumens,tanti perire potuisti.
Laudis amore tumes.Horat.1.epist.1.
Corda tument rabie.Virg.6.Æneid.
Animus turgescit & tumet. Cic.3.Tusc.Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit,nunquam tumet.
Tumere vastius.Celsus lib.7.cap.18.
Bella tument,Surgunt.Ouid.epist.7.
¶Tumere negotia. Cic.lib.14. ad Atticum dixit , quæ in eo sunt, vt in tumultum,aut bellum erumpant:vt tumescunt arborum gemmæ , cùm parturiunt frondes : tument animalia , cùm in libidinem turgent:tument terræ,cùm parere, aut gignere cupiunt,vt vere. Tument,inquit,negotia.Sic Turneb.Vide TVMOR RERVM.
Ora tument ira.Ouid.3.de Arte.

Tumens,Participium { οἰδῶν. } vt
Vana tumens.Virg.11.Æneid.Id est,Superbiens in vanum,Plenus vana gloria.
Animi tumentes.Lucan.lib.1.
Inflatus & tumens animus.Cic.3,Tusc.Sic igitur inflatus ac tumens animus in vitio est.
Aura tumens.Ouid 5.Trist.eleg.6.
Fluuius tumens Virg 8 Æneid.
Pedes tumentes.Virg 2.Æneid.
Suræ tumentes.Horat.Epod.8.

Tumesco,tumescis { ἐξοιδάνομαι } tumescere , Tumidum fieri , turgere. Cic.1.de Diuinat.
Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros

Inflatum mare, quum subitò penitúsque tumescit. Ex poeta.
Aquæ tumescentes æquoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.
Inflata colla tumescunt. Ouid. 6. Metam.
Maria alta tumescunt. Virg. 2. Georg.
Pondera ventris tumescebant, Infans crescebat in vtero. Ouidius epistol. 11.
Altè tumescunt seruiles animi. Claud. 1. in Eutrop.
Bella operta tumescunt. Virg. 1. Georg.

Tumefacio, tumefacis, penul. corr. tumefeci. penult. prod. tumefactum, {ἐξογκόω} tumefacere, Tumidum facere. Martial. lib. 4,
Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. Ouid. 15. Metam.
Extentam tumefecit humum.
Cor tumefactum. Senec. Agamem. 13.

Tumor, tumoris, masc. gen. {οἰδήματος, ὄγκος, οἴδησις, φλυκτὶς, μαστὸς} Inflatio. Plin. lib. 7. cap. 6, Ingestabile onus: crurum & inguinum leuis tumor. Cic. 3. Tusc. Num manus affecta rectè est, quum in tumore est?
Repentinus oculorum tumor. Cic. 4. Tusc.
Corporis bonam valetudinem tumor imitatur. Ad Heren. 4.
Minuere aliquid ex tumore. Cels. lib. 5. cap. 28.
Obcaluit tumor. Celsus lib. 4. cap. 24.
Tumor animi. Cic. 3. Tusc. Non inerant in his quæ tibi casus inexercat, & quidem inueterato malo quum tumor animi resedisset.
Inanis tumor. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Vanus tumor. Silius lib. 11.
Gerere tumores mente, Superbire. Lucan. lib. 10.
Tumor rerum, Eruptio & commotio. Cicero ad Atticum, lib. 14. 303, Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deferere videretur hunc rerum tumorem: cui certè si possem mederi, decesse non deberem. Interitum Cæsaris magnæ turbæ statim consecutæ sunt. Eas tumorem appellat, sumpta tralatione à corporibus malè affectis: ideóque infert mederi. Etiam in epistola proxima superiore dixerat, Tument negotia.

Tumidus, pen. corr. Adiectiuum {ἐξωιδηκώς} Inflatum significat. Plin. lib. 19. cap. 6, Syluestri minores, tumidæ. Cic. 3. Tusc. Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet?
Æquor tumidum. Virg. 5. Æneid.
Amnis tumidus. Lucan. lib. 1.
Homo durus, confidens, tumidus. Horat. 1. Serm. saty. 7.
Mare tumidum. Virg. 8. Æneid.
Montes tumidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.
Pontus tumidus fluctibus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Torrens tumidus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Venter tumidus pondere cælesti. Ouid. 3. Fast.
Vuæ tumidæ. Ouid. 15. Metam.
Successu tumidus. Ouid. 8. Metam.
Imagine genitoris tumidus. Ouid. 1. Metam.
Tumidæ ceruices. Cic. in Vatinium, Repente enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.
Cor tumidum. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Fastus tumidi. Ouid. 1. de Arte.
Ira tumida. Ouid. epist. 11.
Minæ tumidæ. Horat. 4. Carm. ode 3.
Ore tumido delitigare. Horat. de Arte.
Sermones tumidi. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Spiritus tumidi, Animi superbi. Senec. Agamem.
Vultus tumidi & truces. Senec. Octau. 4.

Tumiditas, pen. corr. tumiditatis. Firmicus lib. 8. cap. 29. Vicesima pars aquarij si in horoscopo fuerit inuenta, hydropicos faciet, qui ventris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.

Tumulo, Vide TVMVLVS.

Tumultus, huius tumultus, masc. gen. {θόρυβος, κολοσυρτὸς, ὁρμυγμὸς δὸς} Motus, trepidatio: Dictus quasi timor multus. Seruius, Tria genera olim militiæ fuerunt: Sacramentum, quæ legitima erat militia, quum singuli milites iurabant: Tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quando singulos interrogare non vacabat, qui conuenerant, simul iurabant: & dicebatur ista militia, Coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, vnum roseum, quod pedites euocabat: & vnum cæruleum: quod erat equitum (nam cæruleus color est maris: à cuius deo cõstat equum inuentum) dicebat, Qui Remp. vult saluam esse: me sequatur. Erat & Euocatio, quum ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. Hactenus ex Seruio in hunc locum Virgilij 8. Æneidos,
Extemplò turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium. Cic. 8. Philipp. Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modò rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum sine tumultu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Hactenus Cicero. Idem sentit Quintil. lib. 7. cap. 4. Liu. 8. ab Vrbe cond. Idem lib. 7. Dictator quum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit. Insignia autem omnia tumultus Cicero vno in loco expressit, 5. Philipp. his verbis, Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis vacationibus, in Vrbe & in Italia. Ex prædictis satis apparet omnia in tumultu præpropere administrari publicè priuatímque solita, quum bellum vrgens, & quasi muris imminens solennes actus non admittit, Indéque factum vt tumultuarium pro præpropero & subitario & rapidè facto aut quæsito accipiatur. Budæus.
Trepidatio & tumultus. Cic. pro Deiotaro, Num qua trepidatio? num qui tumultus?
¶Tumultus pro omni trepidatione, & perturbatione. Plautus Milite 21,
Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio.
¶Tumulti, genitiuus antiquus pro tumultus. Plaut. Casin.
Quid untus tumulti fuit. Vide Nonium.
Inflatus tumultu. Quintil. lib. 2. cap. 2.
¶Cæci tumultus, Coniurationes occultæ. Virg. 1. Georg.
Ingentes tumultus. Lucret. lib. 2.
Magnus tumultus. Virg. 2 Æneid.
Miseri tumultus mentis. Horat. 2. Carm. ode 16.
Monstrifer tumultus. Lucan. lib. 2.
Plebeius tumultus. Stat. 1. Sylu. 2.
Repens tumultus. Tacit. lib. 18. Hoc est repentinus tumultus.
Repentini tumultus. Ouid. 5. Metam.
Tremendus tumultus. Horat. 1. Carm. ode 16.
¶Comprimere tumultum. Tacit. lib. 20.
Trepido belli tumultu concussa omnia. Lucret. lib. 3.
Facere tumultum. Sallust. in Iugurtha.
Ferre tumultus alicuius. Ouid. 3. Metam.
Inijcere tumultum ciuitati, Vide INIICIO.
Misero tumultu miscetur domus. Virg. 2. Æneid.
Miscere tumultum in concionem, Vide MISCEO.
Personare tumultu, Vide PERSONO.
Præbere tumultum. Liu. lib. 5. bel. Punic.
Tumultum sermonis reddere. Plin. lib. 7. cap. 12.
Sedare tumultum. Liu. de bell. Punic.
Impio tumultu vastata fana. Horat 4. Carm. ode 4.
Metus & tumultus. Cic. 2 in Catil. Mihi vt vrbi sine vestro metu, ac sine vllo tumultu, satis esset præsidij, &c.

Tumultuosus, pen. prod. Adiectiuum {θορυβώδης, ὀχλαγωγώδης} Plenum tumultu. Plaut. Trinum. 17,
-quis homo
Tam tumultuoso sonitu me exciuit subitò foras? Cicero Cælio libro 2. 11, Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatrijs aferebantur.
Mare tumultuosum. Horat 3 Carm. ode 1.
Tumultuosum genus pugnæ. Liu. 1. ab Vrbe.
Tumultuosa somnia. Plin. lib. 26. cap. 8.
Seditiosa & tumultuosa vita, cui opponitur Quieta. Cicero 1. de Inuent. Sic ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.
Nuntius tumultuosus. Liu. 2. ab Vrbe.
¶Tumultuosus, Qui turbas excitare solitus est. Liu. 4. ab Vrbe, In otio tumultuosi, in bello segnes?

Tumultuosè, penult. prod. {θορυβωδῶς} tumultuosius, tumultuosissimè Aduerbium. Imperatorè quod dicitur. Liuius 2. ab Vrbe, Adeò tumultuosè excepta est clamoribus vndique & indignatione Patrum. Cæsar 7. bell. Gall. Iis imperat vt paulo tumultuosius omnibus in locis pernagarentur. Liu. 1. ab Vrbe, In vestibulo regiæ quàm potuere tumultuosissimè specie rixæ in se omnes apparitores regios conuertunt.

Tumultuo, tumultuas {θορυβῶμαι} tumultuare, In perturbatione esse, Plaut. Rud. 16,
Vt mihi istue dicas, negotij quid sit quòd tumultues.

Tumultuor, tumultuaris {θορυβέω, θορυβοποιέω, διαταράσσω, καλέω, ἀλεσπολέω} tumultuari, Deponens, Idem. Terent. Hecyra 3. 2,
Nescio quid iandudum hic audio tumultuari, misera
Malé metuo. Cic. 2. de Lege Agrar. Qui Tribunos plebis perhorrescam? qui sæpe & sine causa tumultuer?
In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. Ad Heren. 4.
Quid tumultuaris soror? quid insanis? Cic. pro Cælio.
Passim tumultuari. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Tumultuatio, Verbale {διαταράσσω.} Liu. 8 bell. Macedon. Hæc tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim euadere angustias, reuocare primos, & eadem qua venerat via, referre cœpit signa.

Tumultuarius, Adiect. {θορυβωματικὸς} Properatum & subitarium, aut rapidè factum & quæsitum significat, vt ait Budæus.
Delectus tumultuarius. Liu. Decad. 4 lib. 4.
Tumultuarius dux, Qui pro tumultu eligitur. Liu. 8. bel. Pun.
Tumultuarius exercitus, Tumultuarius miles. Liu 8 ab Vrbe, Idé 5. bell. Maced. Mens ea Senatus fuit, vt in Hispania tumultuarij milites legerentur.
Tumultuarius & subitarius miles, Idem. Liu. 1. bel. Maced.
Tumultuarium opus, In promptu, & rapidè factum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Tumultuarius & fortuitus sermo. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Tumulus, tumuli, pen. corr. masc. gen. {τάφος, χόλοσος, ὄρθμος, ἔνδος} Terra tumens. Virg. 2. Æneidos,
Est vrbe egressus tumulus. Cæsar 1. bel. Gall. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. Cic. 7. Verr. E spelunca subtus latus aut tumulo.
Agger tumuli. Virg. 5. Æneid.
Albani, tumuli atque luci. Cic. pro Milone.
Arduus tumulus. Ouid. 15. Metam.
Syluestres tumuli. Cic. 2. in Catil. Iam verò vrbes coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus.
Struere tumulum. Tacit. lib. 2.
Niualis tumulus, Vide NIX.
¶Tumulus, Sepulchrum: quòd in sepulchris coaceruari terra consueuit. Virg. 3. Æneidos,
O fœliæ vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem

Hostilem ad tumulum, Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori. Virg. 3. Æneidos,
-manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum.
Exangues tumuli. Claud. 3. de raptu Proserp.
Marmoreus tumulus. Ouid. 14 Metam.
Componi tumulo eodem. Ouid. 4. Metam.
Contegere tumulo, Vide CONTEGO.
Dare corpora tumulo. Ouid. 2. Metam.
Facere tumulum. Virg. 5. eclog.
Parare tumulum. Lucan. lib. 8.
Struere tumulum. Senec. Medea 12.
Vili tumulo tectus. Senec. Medea 8.
Honorarius tumulus, pro Cenotaphio. Suet. in Claud. cap. 1.

Tumulo, tumulas, pen. corr. {θάπτω} tumulare, Sepelire, Condere in tumulum. Martial. lib. 11,
Ægidon Canace iacet hoc tumulata sepulchro, &c. Catullus Argonaut 59,
-nec iniecta tumulabor mortua terra. Ouid. 8. Metamorp.
-ne coniugis vnquam

Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa.

Tumulosus, penult. prod. Adiectiuum {κοιλώδης} Plenum tumulis. Sallustius in Iugurtha, Deinde tertia muitò ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duûm milium interuallo.

Tunc {τότε, τόνε, τῆμος, τηνικάδε} Aduerbium temporis, significat eo tempore. De omnibus temporibus dicitur.
De præsenti. Plautus,
Tunc ad eam accede quum potes.
De præterito. Virg. 4 Æneidos,
Tunc decuit quum sceptra dabas.
Etiam tunc. Cic. de Amicitia, Senectus enim quanuis non sit grauis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.
Tunc & nunc. Cic. 7. Philip. Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen ista: nunc nulla est.
De futuro. Plautus,
Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit.
Tunc demum. Plin. lib. 11. cap. 24, Hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes.
Tunc temporis, Idem quod tunc. Iustinus, lib. 1. Sed de gente obscura tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit.

Tundo, tundis, tutudi, penult. corr. tusum & tunsum {κόπτω, κόπτομαι} tundere, Percutere, pulsare: vt Tundere pectus. Plautus Casin. 9. Virgil. 1. Æneidos,
Supplices tristes, & tunsæ pectora palmis. Cic. 7. Verr. Denique proximus lictor Sextius, concusso bacillo oculos misero tundere vehementissimè cœpit.
Ictu crebro tundi. Lucret. lib. 4.
Alicui iacenti latera tundere. Cic. 7. Verr. Cùm ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquando spondere se diceret.
Littus tunditur vnda. Catul. ad Furium, 11.
Pectora tundere manu. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.
Pectora tundens palmis. Ouid. 1. de Arte.
Terram pede tundere. Horat. de Arte.
Tympana tundere. Ouid. 4. Fast.
¶Tundere aures alicuius, pro Obtundere, sæpius rem aliquam repetendo. Plaut. Pœn. 5.
¶Tundere eandem incudem assiduè, Est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Metaphora dicta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atque ita tandem aliquando ferri tigorem perpetuo labore vincentibus. Cic. 2. de Orat. Ego autem siquem nunc planè rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem incudem diem noctémque tundentibus. Conueniet in grammatistas ac literatores, quibus sine sine eadem sunt inculcanda pueris, vt hæreant aliquando. Erasm.
Vocibus tundi. Virg. 4. Æneid.
¶Tundere, Sæpius idem repetere, transtatio à fabrorum malleo, inquit Donatus. Terent. Hecyr. 1. 2,
Tundendo, atque odio denique effecit senex.
¶Tundere, Comminuere in mortario. Virg. 4. Georgicon,
Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem. Columel. libro 2. cap. 21, Ipsæ aut spicæ melius fustibus tunduntur, vannísque expurgantur.
¶Tusum aliquando in supino facit, abiecta n. Plin. lib. 31, Hæc tusa cribratáque vino quantum possit excellenti.

TVNETVM, penult. corr. sue vt quidam dicunt, Tunitium, Scipionis tempore tumulus erat editior, vnde Scipio spectauit Carchedonios ad Romanam classem exurẽdam proficiscentes. Nostra tempestate regis Libyci ciuitas metropolis est, in qua veluti ampliore & magnificentiore consueuit habitare, & Tunisæus rex appellatur. Tunetum non sanè ob hanc causam habitarunt, quòd Carthaginæ carerent à Scipione diruta, quùm denuò amplificara surrexerit, ex qua (velut ex equo Troiano) manauerunt literarum proceres. Ad cuius celeberrimum gymnasium Augustinus profiteturcontendisse. Hanc Eutropius libro quarto, continuis sedecim diebus arsisse perhibet. Hæc leptingentesimo anno postquam condita erat, delecta est. Hæc, vt idem author ait, L. Cæcilio Metello & Tito Haminio Consulibus in Africa iussu Senatus reparata est, quæ nunc manet, annis viginti duobus euolutis, postquam à Scipione fuerat euersa. Abest Tunetum à Carthagine duodecim millia fermè passuum. A Tuneto, Tunetei dicti sunt, quos Sidonius Tunisæos appellat. Liuius videtur vsus Græca declinatione Tunes, huius tunetos, sic enim ait belli Punic. libro 10. 35, Scipio grauem iam spoliis multarum vrbium exercitum trahens, captiuis aliáque præda in vetera castra ad Vticam missis, iam in Carthaginem intentus occupat relictum

fuga custodum Tuneta (abest ab Carthagine XII millia fermè passuum) locum cum operibus, tum suapte natura tutum: & qui ab Carthagine conspici, & præbere ipse prospectum eum ad vrbem, tum ad circunfusum mare vrbi posset. Vide ibi cætera.

Tunica, tunicæ, pen. corr. {χιτὼν, ὑπένδυμα} Vestis erat apud Romanos breuior & sine manicis, quæ propriè viris conueniebat. Virgil. 9. Æneidos,
Et tunicæ manicas. & habent redimicula mitræ. Hoc autem dicit vt barbarum & peregrinum morem indicet, non Romanum, quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarentur. Plaut. Milit. 22, Magis sapis de tunica, chlamyde, & mucrone qui speres. Cicero 7. Verr. Tunicámque eius à pectore abscidit, vt, &c. De Tunica vide Gellium lib 7. cap. 12.
Tunica pallio propior, Vide PALLIVM.
¶Tunica accipitur etiam pro ea quæ ima erat, qua hodie linea vtimur, vt olim Athenienses talari & linea vtebantur, authore Polluce. Ouid. 3. Amor. eleg. 13,
Illic nec tunicam sibi fit posuisse pudori. Et 1. Amor. eleg. 5,
Pugnabat tunica se tamen illa tegi. Sunt qui interulam vocitent. Athenæus χιτῶνα ἐξώστηρα, appellat in decimotertio, vbi de Phryne scorto nobili, ἐξώστηρα γὰρ χιτῶνα ἐφόρησεν, Hoc est, tunicula carni proxima amiciebatur, quam camisiam dicimus. Vtebantur & tunica quæ media dici potest: cuiusmodi est fere tunica rubra, qua brumali tempore vtimur. Erat & alia tunica quæ his superinduebatur. Budæus.
¶Tunica, Muliebris amictus. Plinius epist. vlt. lib. 2. Aurelia ornata fœmina, signatura testamentum, sumpserat pulcherrimas tunicas.
Tunicæ coloriæ dicuntur, non à natiuo aut factitio colore, vt scribi video: sed quæ colore tinctæ sunt, non tamen coccineæ aut purpureæ. Nam in his proprium nomen iam coloris sui, vt purpuræ & cocci dicitur ob præstantiam, non tantum in generali voce acquiescunt. Id ita esse ex eo apparet, quod à Vopisco scribitur, in quo coloris blattea opponit his verbis, Vt blatteas matrona, tunicas haberent certas vestes, cùm antea colorias habuissent. Turneb.
Tunicæ russæ, hæ sunt quæ à Græcis φοινικίδες dicuntur, quibus qui exercitus ducebant fere vtebantur. Vopisc. in Aureliani vita, Tunicas ducales russas quatuor.
Tunica laticlaui. Suet in Augusto, cap. 94, Sumẽti virilem togam tunica laticlaui resuta ex vtraque parte ad pedes decidit.
¶Tunica molesta, Genus erat supplicij. Ea ignium alimentis illita & intexta, vt Seneca docet, ac mox succensa, cruciabiliter obuoluros nocentes, qui scelleris conperti grauioris forent, amburebat viuos. Cælius lib 10. cap. 5. Verba Senecæ sunt epist. 14. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & vncum, & adactum per medium hominem qui per os emergat stipitem, & distracta in diuersum actis eruribus membra, illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam, & quicquid aliud præter hæc commenta sæuitia est. Iuuenal. Sat. 8. 47,
Ausi quod liceat tunica punire molesta. Vide PIX, genus tormenti.
Adamantina tunica, Vide Adamantinus in ADAMAS.
Callosa tunica, Vide Callosus in CALLVM.
Candidæ tunicæ linteæ, Vide Linteus in LINTEVM.
Fluentes tunicæ. Ouid. 3. de Arte.
Laticlauia tunica, Vide Laticlauus in LATVS adiectiuo.
Laxa tunica. Ouid. epist. 15.
Lucentes auro tunicæ. Stat. 9. Thebaid.
Manicatis tunicis indui non sine probro solebant vetereres, vt author est Gellius. Cic. 2. in Catil. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos videtis, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis.
Palmata tunica, Vide Palmatus in PALMA.
Pexa tunica. Horat. 1. epist. 1, Pexa tunica est, quæ demissa est vsque ad talos, sicut pexi capilli demissi sunt.
Pulchræ tunicæ. Horat. 1. epist. 19.
Pulla tunica. Cic. 6. Verr. Ipse tamen prætor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat & pallio.
Recincta tunica. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Recta tunica. Plinius libro 8. cap 48, Ea prima Tanaquil texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ.
Replicatæ bulborum tunicæ. Stat. 4. Sylu. 96.
Scissa tunica. Ouid. epist. 11.
Solutæ tunicæ. Tibul. lib. 1. eleg. 5.
Valentes tunicæ, Crassæ, non molles. Ouid. 3. de Arte.
¶Cingere tunicas. Seneca Troad. 2.
Demissis tunicis ambulare. Horat. 1. Serm. Saty 2.
Diducere tunicam. Quintil. lib. 1. cap. 15.
Dirigere tunicam alicui. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Discindere tunicam, & cicatrices ostendere. Cic. 2. de Orat.
Instaurare sibi densas tunicas aduersus hyemẽ, Vide INSTAVRO.
Laniare tunicam. Ouid. 2. de Arte.
Nere tunicam. Virg 10 Æneid.
Ponere tunicam. Cic 5. Tusc. Cum pila ludere vellet, tunicámque poneret, adolescentulo, quem amabat, gladium tradidisse dicitur.
Vincla tunicarum relaxare. Ouid 2. Fast.
¶Tunicæ purpuram latiorem. Plin. lib. 33 cap. 1, Vocauit latum clauum, dicens, Annuli distinxêre alterum ordinem à plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis. Senatum tantum, quanquam & hoc serò, vulgóque purpura latiore tunicæ vsos inuenimus etiam præconcs.
¶Tunicæ oculorum, pro Membranis quibus variè conteguntur. Plin. lib. 11. cap. 37, Tenuibus, multíque membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloréque in extremo tunicis;

¶Tunicæ testiculorum. Celſ.lib.7.cap.24, Deinde non extracto teſticulo, ſicut in teſtinis quoque prolapſis interdum fieri docui, colligendæ venæ: vinciendæque vbi tunicis inhærebunt, & ſub his nodis præcidendæ ſunt.

¶Tunica arboris. Plin.lib.12.cap.19, Probatur caſia breui tunicarum fiſtula,& non fragili.

¶Tunica lupini,pro folliculo ſeu ſiliqua lupini. Iuuen.Saty.14.

Tenues tunicæ.Virgilius 2.Georg.De interiore libro arboris intelligit.

Tunicula,tunicula,pen.corr.Diminutiuum {χιτώνιον} Plin.lib.26.cap. 12,Morbum regium in oculis præcipuè mirati eſt,tenuitatem illam denſitatémque tunicularum felle ſubeunte.

Tunico,tunicas,penult.corr. {χιτωνίζω} tunicare, Tunicam induere. Varro, Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicaréque homulum. Nonius.

Tunicatus,penult.prod. Participium {χιτωνοφόρος} Tunicam indutus. Cicero pro Cælio, Vt exercitatione ludóque campeſtri tunicati vterentur.Ouid.2.de Arte,

Aſtiterit tunicata,&c.

Popellus tunicatus.Horat.1.epiſt.7.

Tunicatus, Expeditus, & nullam aliam ſupra tunicam veſtem habens.Iuuenal.Satyra 3,

tunicati fuſcina Gracchi.

Tuopte, Vide TVVS.

Tuor,tueris,pen.corr.tutum vel tuitum, tui, quod non eſt in vſu niſi in compoſitis. Tueri autem ſumit mutuò à Tueor, Videre. Virgil. 1.Æneidos,

Explent mentem nequit,ardeſcitque tuendo Phœniſſa. Hodie tamen Tuor,cum compoſitis ratò eſt in vſu:eorúmque loco magis recepta ſunt Tueor,Contueor,Intueor,&c.

Ora alicuius tueri.Virg.7.Æneid.

Oculis immitibus tuens.Ouid.6.Metam.

Acerba tuens ſerpens.Lucret.lib.5.

Auerſa tueri.Virg.4.Æneid.

Oculi diuerſa tuentes.Ouid.1.Faſt.

Tranſuerſa tueri.Virg.eclog.3.

TVRARIVS {πυρθιάχους,κλόνος, πάφλασμος} Vlpianus, Vi bonorum, & de turba. l. prætor ait. Turbam appellatam eſſe Labeo contendit ex genere tumultus,idque verbum ex Græco tractum, τύρβη. Si duo rixam commiſerint, vtique non accepimus in turba id factum, quia duo turba non propriè dicuntur. Si verò fuerint decem, aut quindecim homines,turba dicetur. Rectiſſimè Labeo inter turbam & rixam multum intereſſe ait: nempe turbam multitudinis hominum eſſe turbationem & cœtum. Cic.Cecinæ,lib.6.6, Exponerem etiã quemadmodum hic, & quanta in turba quantáque in confuſione rerum omnium viueremus. Terent.Eunuch.5.5,

Quæ illæc turba eſt?numnam ego perij? Idem And.4.5,

di veſtram fidem

Quid turbæ eſt apud forum? Sic Heaut.1.2,

Propter eam hæc turba atque abitio euenit. Cic.6.Ver.Ecce autem noua turba atque rixa.

Turbam & Turbas diuerſam volunt habere ſignificationem, vt ſit turba populi conuentus: turbæ turbationes. Nos contra, inquit Nonius,ſecùm inuenimus, & indiſcretè poſitum, & pro turbis turbam. Acc. Athamante,

Ah dubito,ah quid agis?caue ne in turbam te implices. Ter.Eunuc. Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi. Vide plura apud eundem.

Acris turba prædonum. Horat.1. Serm. ſat.2.

Concire turbas,Vide CONCIEO.

Excitare turbas populares.Quintil.lib.2.cap.16.

¶Turba, Multitudo: quia ferè non vacat perturbatione & commotione.Liu.2.ab Vrbe,Vxor deinde ac liberi,amplexi,ſtetúſque ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriæque, fregere tandem virum.

Turba & Primi,contraria.Stat 4.Thebaidos,

Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo

Turba ſimul,primíque.

Turba & colluuies. Cic.de Senect. Cúmque ex hac turba & colluuie diſcedam.

Comitantum turba.Ouid 1.Amor.eleg.7.

Stultorum turba.Cic.5.Tuſcul.

Comes turba.Ouid.13.Metam.

Confuſa.Ouid.12.Metam.

Denſa.Senec.Herc.furent.9.

Frequens.Senec.Herc.furent.10.

Imbellis fœminarum inermiſque turba,Vide IMBELLIS.

Impia.Horat.2.Serm.ſaty.3.

Inops.Ouid.14 Metam.

Leuis.Horat.1.Carm.ode 10.

Luxuriosa.Ouid.epiſt.1.

Maxima.Virg.6.Æneid.

Piurima.Virg.6.Æneid.

Pullata.Quintil.lib.6.cap.4.

Ruſtica Ouid.6.Metam.

Sodalis turba,Id eſt turba ſodalium.Ouid.2.de Remed.Amor.

Temeraria. Ouid.10.Metam.

Vaga.Ouid.13.Metam.

¶Congregare magnam turbam.Cic.1.de Nat.deor.

Inſerere ſe turbæ.Ouid.1.de Arte.

Rarefcit turba,Minuitur.Stat.2.Thebaid.

Effuſa turba ad ripas ruebat.Virg.6.Æneid.

Furens turba ruit omnis in vnum.Ouid.3.Metam.

Comitum turba ſtipatus.Ouid.3.Metam.

¶Turba prunorum, pro Variis generibus. Plin.lib.15. cap.13. Ingens poſteà turba prunorum,veſicolor,nigra,candicans.

Rotarum turba.Ouid.6.Metam.

Nouorum voluminum turba.Cic.de Clar.Orat.

Vulnerum turba,pro Multitudine.Plin.lib.11.cap.37.

Turbella,turbellæ,Diminutiuum {πύρτον.} Plaut.Baech.20,

Tantas turbellas facio. Idem Pſeud.3.

Turbidus,pen.corr.Adiectiuum {θολὸς,θολερὸς} Conturbatum, confuſum,non clarum,tumens. Plautus Trinum.6,

-nihil ego iſtos moror fatuos

Mores & turbidos. Plin.epiſt.10,Num iſtic quoque immite & turbidum cœlum?

Homo turbidus, Commotus, vel Turbationis plenus, vt ait Seruius.Virg.9.Æneid. Idem lib.12.

Animi turbidus.Tacit.lib 20.

Ira turbidus.Statius 3.Sylu.1.

¶Achelous turbidus,Vide ACHELOVS.

Acies oculorum turbidæ,Vide ACIES.

Actiones turbidiſſimæ.Quintil.lib.1.cap.10.

Æquora turbida tument.Lucret.lib.5.

Amnis turbidus imbri.Lucret.lib.1.

Turbida & inquinata aqua. Cic.5.Tuſcul. Darius in fuga,quum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius.

Dies turbidus,Procelloſus.Plin.lib.11.cap.10.

Imago turbida, me terret in ſomnis terribilis. Seruius. Virgil. 4.Æneid.

Imber turbidus aqua.Virg.5.Æneid.

Iurgia turbida Ouid.ad Piſonem.

Liquor turbidus,Minimè clarus.Plin.lib.13.cap.12.

Loca turbida.Virg 6.Æneid.

Mens quæ omni turbido motu ſemper vacet.Cic.1.Tuſc.

Nouitas turbida.Claudian.1,Paneg.

Nubila turbida.Virg.4.Æneid.

Pectora turbidiora ipſo mari.Ouid.1.Triſt.eleg.10.

Puluis turbidus aura caligine volutur ad muros. Virgilius 11. Æneidos.

Eſſe in turbidis rebus. Cic.2.Philip Veruntamen homines,quanuis in turbidis rebus ſint,tamen ſi modò homines ſunt,interdum animis relaxantur.

Seditio turbida.Ouid 9.Metam.

Tempeſtas turbida. Cic.1.de Inuent. Quaſi ex turbida tempeſtate in portum,ſic,&c.

Tempus turbidum & Tranquillum,contraria. Cic.ad Ligarium, lib.6.14,Fac animo magno fortíque ſis: & ſi turbidiſſima ſapienter ferebas,tranquilliora lætè feras.

¶Turbidus, Terribilis.Virg.11.Æneidos,

Hæc effatus,equum in medios moriturus & ipſe

Concitat,& Venulo aduerſum ſe turbidus infert. Seruius.

¶Turbidus,Elatus,arrogantia tumens.Virg.10.Æneidos,

Tum verò Æneam aduerſum vt cedere Turnus

Creditit,atque animo ſpem turbidus hauſit inanem. Seruius.

Turbidè,pen.corr.Aduerbium {θολερῶς.} Cic.4.Tuſc.Intelligatur igitur perturbationem iactantibus ſe opinionibus inconſtanter & turbidè in motu eſſe ſemper.

Turbulentus, Adiectiuum {θολώδης, ταραχώδης, ἰλυκὸς, ἰλυκτὸς} Commotus,iratus.Plaut.Epid.2,

Tu ædepol re es turbulentus.

Ea ſunt & turbulenta & temeraria & periculoſa. Cicero pro Cecinna.

Animus turbulentus.Cic.4.Tuſc.

Turbulentior inde annus L. Valerio, T. Æmylio coss.Liuius 2. ab Vrbe.

Seditioſus ciuis & turbulentus. Cic.2.de Orat.

Conciones turbulentæ.Cic.ad Atticum,lib 4.72,Conciones turbulentæ Metelli,temeratiæ Appij,furioſiſſimæ Publij. Quintil. lib. 5.capite 13.

Concuſſio turbulenta.Cic.1.de Finib.

Errores turbulenti.Cic.2.de Nat.deor.

Libido,temeritas,& ignauia turbulenta.Cic.1.de Fin.

Mens turbulenta.Cic.1.de Finib.

Negotium turbulentum.Cic ad Attic.lib.7.130.

Res placatæ & minimè turbulentæ.Cic.in Orat.

Tempeſtas turbulenta. Cic.7. Verr. Vt nullus vnquam dies tam magna, turbulentáque tempeſtate fuerit quin aliquo tempore ſolem eius diei homines viderent.

Tempus turbulentum. Cic.Thermo, lib. 2.17, Tempora autem Reip.qualia futura ſint,quis ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore.

Meum turbulentiſſimum tempus, tuo tranquilliſſimo præſtat. Cic.in Piſonem,

Tribunatus turbulentiſſimus.Cic.de Clar.Orat.

Turbulentè, Aduerbium {θολερῶς} Concitatè. Cic.pro Domo ſua, Omnia contra leges,moréſque maiorum temerè,turbulentè,per vim, per furorem eſſe geſta.

Agere aliquid raptim & turbulentè.Cic.pro Domo ſua.

Turbulenter {ταραχωδῶς} Aliud aduerbium. Cic. ad Cælium lib.2 15, Extremum illud erit,nos nihil turbulenter,nihil temerè faciemus.

Turbo,turbas {θολόω,θολῶ, θρύλω,κλονέω, θορυβέω,κοπίω,ἰλλάω, ταράξω,ταράττω} turbare,Confundere, commouere.Plaut.Epid.6,

Sed me vna turbat res,ratióque.

Abimo turbare aliquid.Lucret.lib.3.

Omnia infima ſummis paria fecit,turbauit,miſcuit.Cic.3.de Leg.

Notabilius turbare.Tacit.lib.17.

Ariſtoteles multa turbat à magiſtro Platone diſſentiens, Cic.1.de Natúra deorum.

¶Aciem

¶Aciem turbare,Vide ACIES.

Affectibus animos iudicum turbare.Quintil.lib.5.cap.14.

Capillos turbare.Martial lib.2.

Epulæ turbant conuiuia menſæ.Ouid.12.Metam.

Delectum ciuium turbare.Cic.4.Verr.

Fœdera turbare.Virg.12.Æneid.

Fortunas turbare timore, Fœlicitates ſiue curriculum vitæ fortunatæ.Lucret.lib.1.

Iura turbantes Tribuni.Lucan.lib.1.

Pacem turbare.Liu.5 bell.Maced.

Quietem alicuius turbare.Propert.lib.1 eleg.3.

Rationem turbare. Vlpianus in l.1.in fine D. De ſeru.corrup. Vt rationes dominicas intercideret,vel adulteraret,vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret.

Res animos incognita turbat.Virg.1.Æneid.

¶Turbor, Paſſiuum. Cic.ad Attic.lib.2 22, Prorſus, vt ſcribis ita ſentio:turbatur Sampſiceranus.

Aceruæ turbantur Zephyro.Virg.2.Georg.

Motu turbari.Ouid.15.Metam.

Turbare, Abſoluté. Tacit.lib 3,Si vna,alteráve ciuitas turbet.

¶Turbatum eſt,Impersonale.Terent.Eunucho,4.3,

Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.

¶Turbarum,Abſoluté. Tacit.lib.1,Poſtquam turbarum in caſtris accepere.

¶Turbaſſit,pro Turbauerit vſurpatum ab antiquis.Cic.3.de Leg. Aſt quid turbaſſit in agendo,fraus actoris eſto. Vetus exemplar habet turbaſſitur.

Turbatus,pen.prod.Participium {πεφυρμένος Commotus.vt Turbatus ex inopinato malo.Cæſar 2.bell.Ciuil.

Vulnere mentis turbatus Virg.12.Æneid.

Pectora turbatus.Virg 8.Æneid.

Acies turbatæ, Vide ACIES.

Animi.Virg.8.Æneid.

Aquæ Ouid.epiſt.18.

Caſtra.Virg.9 Æneid.

Comæ.Ouid 3 Faſt.

Equi.Virg.9 Æneid.

Fides.Claud.6.Paneg.

Frera proceſtis.Virg 3 Georg.

Mens funere.Virg.11.Æneid.

Quies.Stat.3.Sylu.5.

Pede turbato fugere.Ouid.epiſt.11.

Placare res turbatas. Cic.pro Plancio, Noſtrum eſt autem, qui in hac poteſtate populi iactemur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates,alliciere alienas,retinere partas, placare turbatas: honores ſi magni non putemus,non ſeruire populo.

Vici turbati.Ouid.epiſt 3.

Turbatè, penult. prod.Aduerbium {πεφυρμένως.} Cæſar 1.bell.Ciuil. His de cauſis aguntur omnia raptim atque turbatè.

Turbator,pen.prod Verbale {πεφυρμένος} Qui turbat.Liuius 4.ab Vrbe. Ibidem, libro 2, Quum pacis ipſe author à turbatoribus belli premeretur.

Turbamentum,turbaméri {πεφυρμός} Perturbatio.Tacit.lib.17,Quæque alia turbamenta vulgi. Salluſtius in Oratione Lepidi ad populum Romanum,Maxima turbamenta Reipub.atque exitia probare.

Turben,turbinis,Vide TVRBO,Genus inſtrumenti luſorij.

Turbo,turbinis,pen.corr.maſc.gen. {πῖνος, στρόμβος} Ventus cum frigore maximo, obiecta quæque detrudens, proſternénſque ex depreſſæ nubis ſpecu. Plin.in Paneg.Erãt ſub oculis naufragia multorum,quos inuidioſa tranquillitate prouectos improuiſus turbo per culerat. Virg.1.Georgicon,

-ita turbine nigro

Ferret hyems,culmúmque leuem,ſtipulāſque volantes.

Ventorum turbo.Lucret.lib.6.

¶Ater turbo.Virg 1.Æneid.

Immanis turbo.Virg.6.Æneid.

Indomitus turbo.Catullus Argon 59.

Nimboſus turbo.Ouid.11.Metam.

Puluereus turbo.Claud.de bel.Gerico.

Verſabundus turbo,id eſt verſatilis & ſe contorquens. Lucretius libro 6.

Violentus turbo.Lucret.lib.3.

¶Rauco turbine armatur Boreas.Claud.1.de rapt.Proſerp.

Vndique omnes venti erumpunt, ſæui exiſtunt turbines. Cicero 3.de Orat.

Celeri turbine fertur.Virg 12.Æneid.

Piceo turbine fumans nubes.Virg.3.Æneid.

Inſanis turbinibus furit ventus.Silius lib.8.

Gubernare nauem in maximis turbinibus.Cic.in.Piſ.

Venti peſtiant terras turbine.Virg.1.Æneid.

Agens hyemem ruit æquore turbo.Virg 3.Georg.

Rupto turbine conflgunt venti.Virg.2.Æneid.

¶Turbo ac tempeſtas pacis & otij. Cic. pro Domo ſua, Tu procella patriæ,turbo ac tempeſtas pacis atque otij.

Duo Reipublicæ turbines Cic.pro P.Seſtio.

Turbo lethi,Catul.Argon.59.

Mentis turbine agi.Ouid.2 Amor eleg 9.

¶Turbo,pro Vortice {δίνη,στρόβιλος.} Stat.4.Thebaidos,

Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo

Turba ſimul,primíque:neque ſecernere miſtos

Æquatus,frænata ſuis in curribus intrant

Armenta,& plenti domnis,armíſque feruntur

Quadrupedes: hos turbo rapax,hos lubrica fallunt

Saxa. Viderur ita intelligi poſſe etiam Ouidianum illud epiſt.7,

Finge age te rabido (nullum ſit in omine pondus)

Turbine deprendi:quid tibi mentis erit? Sed melius vt de vento intelligatur. Sequitur enim

Quæque cadent,in te fulmina miſſa putes.

Futilis turbo.Silius lib.16.

¶Turbo,pro Gyro,& ſpiris ſerpentum.Silius lib.3,

Ater lechifero ſtridebat turbine ſerpens. Niſi malis pro impetu accipere.

Saxi turbo.Virg.12.Æneidos,

Præcipitem ſcopulo,atque ingentis turbine ſaxi

Excutit. Id eſt ſaxo quod rotatur quum impellitur aut iacitur.

Teres turbo.Catul.Argon.59

¶Turbo {βέμβιξ} Genus inſtrumenti luſorij, pueros maximè delectans. Tibul.lib.1.eleg.5,

Namque agor vt per plana citus ſola verbere turbo,

Quem celer aſſueta verſat ab arte puer. Charifius lib.1. non turbo legit apud Catullum,ſed turbem. Virgil 7 Æneidos,

Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,&c. Vbi Seruius, Catullus hoc turben dixit, vt hoc carmen. Hic turbo, vnde turbinis facit:nam ſi turbonis ſit,erit à proprio nomine genitiuus. Cic. de Fato,Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem: fuuto, quæ moueri incipere niſi pulſa,non poſſunt. Id autem quum accidit, ſuapte natura, quod ſupereſt, & cylindrum volui, & verſari turbinem putat. De Chryſippo.

¶Turbo {κῶνος} Quicquid formam habet in imo acutum, in ſummo laciorem. Plin.lib.27.cap.4.de aloe,In turbinibus cadorum. Ouid.1. Metamorphoſeos. -cana buxina ſumitur illi,

Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

¶Turbo,Vaſculi genus,quo pruna & cortana inter Saturnalia xeniola miſitabantur:cuius effigies turbinis in imo anguſtiſſima erat, in ſummo latiſſima:qualis eſt figura pyrorum.

Turbineus,Adiectiuum {στροβοειδὴς.} vt Vortex turbineus, In modum turbinis ſe voluens. Vortex enim dicitur Contorta in ſe aqua. Ouid 8.Metam.

Turbinatus,pen.prod.Aliud adiectiuum {κωνοειδὴς} Quod veluti turbo deſinit. Plin.lib 21.cap.31, Folliculis magnis, latiſque & turbinatis. Idem lib.11.cap.37,Cor hominis infra læuam papillam,turbinato mucrone in Priora eminens. Idem lib 15.cap.15, Turbinatior pyris figura.

Turbinatio, turbinationis. fœm. gen. {στρόμβωσις.} Plin.lib.15. cap.21, Aliis turbinatio pyri,alij ouata ſpecies.

TVRBO,turbonis {πυρὸν} Proprium nomen gladiatoris. Horat,lib. 2.Serm.ſatyra 3,

Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

TVRCAE {πῦρσαι} teſte Pomponio libro 1. populi ſunt Scythici, inxta Thyiſſagetas & vltra Sauromatas. Ab his orti iudicantur, qui ætate noſtra latiſſimè imperirant: Turci vulgò dicti, ignauia quidem noſtra magni, ſed potè Macedonas & Romanos ſine dubio potentiſſimi.Hermolaus.

TVRDE {τῦρδη} Vilumbrorum ciuitas in Italia, teſte Ptolemæo lib.3. cap 1. Tudea Silio: *Tudetanum* hodie.

TVRDVLI, pen.corr. {τυρδῦλοι} & Baſtuli,populi in Hiſpania Bætica præcipui, vt & Bætica Turderania dicta ſit Strabone libro 3. Plin. lib.3.cap.1,Ab vna autem,inquit, Atlantico Oceano obuerſa Hiſpania,Baſtulorũ, Turdulorúmque eſt. Strabo lib.3. Turdetanos cum Ptolemæo lib.2.cap.44. nominat. Varro 2.de Re ruſt.cap.10, Non omnis aptæ natio ad pecuariam, quod neque Baſtulus, neque Turdulus idonei: Galli appoſitiſſimi maximè ad iumenta. Turduli,partim Andaluſes partim Granatẽſes Baſtuli,omnes Granatenſes.Hæc Oliuarius in Melam.

Turdus, turdi, maſc.g. {κίχλη} Auis nota, & inter primas à ſaporis bonitate collocata Horat.1.epiſt.16,

Nil melius turdo,vulua nil pulchrius ampla. Plin.libro 10.cap.53, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in ſeceſſu generant. Ibidem cap.29. Turdis color æſtate circa collum varius,hieme concolor. Horat.1.Serm.ſaty.5,

Macer turdus.

Obeſus turdus.Horat.1.epiſt 16.

Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit. Plaut.Bacchid.17.De amatore loquitur.Vide TRANSENNA.

De turdo tale eſt Martialis epigramma,lib.2 40,

Subdola tenduntur craſſis modò retia turdis,&c. Idem lib.13,

Inter aues turdus,ſiquis me iudice certet:

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

¶Turdus,Piſcis. Solum lib.8.cap.16,Rurſus optimè ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet quòd in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt,vt merulæ,turdíque,nec minus melanuri. Plin. lib 32.cap.11,Turdus inter ſaxatiles nobilis. Quintil.lib.8.cap.2.

Tureus,Adiectiuum,Vide THVS.

Turgeo,turges,turſi {θύω,οἰδάνομαι} turgere.Virg.eclog.7,

Iam læto turgent in palmite gemmæ. Plin.lib.20 cap.13,Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam,& pituitæ.

Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.Virg 1.Georg.

Oratio quæ turget & inflata eſt.Author ad Heren.lib.4.

Turgere alicui,Iraſci in aliquem,& commoueri.Plaut.Caſin.7.

Turgens, Participium {οἰδάνων.} vt Lumina turgentia gemitu. Propert.lib.1 eleg 2.

Ora turgentia.Ouid.3.Faſt.

Turgeſco,turgeſcis {ἐξογκόμαι} turgeſcere.Perſ.Saty 5,

Non equidem hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis

Pagina turgeſcat date pondus idonea. Cic.3.Tuſcul.

Córque meum penitus turgeſcit triſtibus iuis. Ex poeta. Varro 3. de Re ruſt.cap.9.

Semen turgeſcit in agris.Ouid.3.Amor.eleg.9.

Ramus turgeſcit in arbore.Ouid.3.Triſt.eleg 12.

Turgeſcentia virgulta.Plin lib.8 cap.50.

Turgidus,pen.corr.Adiectiuum {ἐξογκωμένος} Inflatus,tumẽs.Cic.3 Tuſc. Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non

witiosè se habet? Martial.lib.6 39,Turgidis labris.
Fluuij turgidi.Horat.4 Carm.ode 12.
Frons turgida cornibus.Horat.3.Carm.ode 13.
Mare turgidum Horat.1.Carm.ode 3.
Vela turgida.Horat.2.Carm.ode 10.
Turgidulus,pen.corr.Diminutiuum.Catullus de passere,3,
Plendo turgiduli rubent ocelli.
TVRIASSO {τυριασσὸ.} Ptolemæo lib.2.cap.6.Hispaniæ vrbs:vulgò *Tirissona*.
Turicremus.Vide THVS.
Turio,turionis.Teneritas summitatum arborum vel arbustorum dicitur.Colum.lib.12.cap.48.Concisis deinde pleno vase oliuis,immit te desuper,vsque ad os.Lauri turiones in hoc vsu mittito,vt oliuas deprimant:post dies viginti vtere.Vide CYMA.
Turma, turmæ {ἴππος, τάξις, τάγμα, ἴλη, ἡμιτελεσμορία} Ordo militaris & equitum.Dicta quasi terdena,quòd terdeni equites ex tribus tribubus,Tatiensium,Ramnensium,& Lucerum fiebant: constabat enim ex triginta duobus equitibus.Et qui illi præerat,Decurio dicebatur vt Varro & Vegetius tradiderunt.Festus, Turmam equitum dictam esse ait Curiatius, quasi terimam, quòd terdeni equites,&c. eadem verba quæ suprà.Itaque primi singularum decuriarum, Decuriones dicti. Cic.ad Attic.lib.5 110, Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio.
Turma differt à cohorte,Vide COHORS.
Cohors & turma. Cic.pro Marcello, Nihil sibi ex ista laude Centurio,nihil præfectus,nihil cohors,nihil turma decerpit.
Equitum turmæ.Virg.5.Æneid.
Equestris turma.Claud.de bello Getico.
Feroces turmæ.Virg.3 Georg.
Mortales turmæ.Horat.3.Carm.ode 4.
Ducere turmas.Virg.5 Æneid.
Glomerare turmas.Silius lib.3.
Inuadere turmas.Virg.11 Æneid.
Turmalis,& hoc turmale,pen.prod. {ἱλαρχὸς} Per turmas. Cæsar 8.bel. Gall.
Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu.5.ab Vrbe.
Turmatim pugnas edere.Lucret.lib.2,
-pugnásque
Edere turmatim certantia,&c.
TVRNVS {τύννος} Nomen ducis qui ab Æneæ occisus est, vt videre licet in 12.Virgilij Æneidos.
Præstanti corpore Turnus.Virg.7.Æneid.
Audax Turnus.Virg.9.Æneid.
Barbarus Turnus.Tibull.lib.1.eleg 6.
Pulcherrimus Turnus Virg 7.Æneid.
TVRONES {τυρῶνες} Lugdunensis Galliæ populi ad fluuium Ligerim authore Plinio lib. 4 cap 18.
Turpis,& hoc turpe {αἰσχρὸς, δυσειδὴς, ἀσχήμων, ἀσύμμετρος} Deforme: contrarium Pulchro.Ad corpus & animum refertur.Terent.Phor.1.2,
Lachrymæ,vestitus turpis. Idem Heaut.5.4, -pudet
Dicere hæc præsente verbum turpe. Ouid.1.Amor.eleg.9,
Turpe senex miles,turpe senilis amor.
Inter Turpe & Fœdum. Turpe, leuior res est: Fœdum vim habet maiorem.Cic.de Offic.Luxuria verò cùm omni ætati turpis,tum senectuti fœdissima est.Nonius.
Turpis & miser.Cic.pro Quint.Multis vexatus contumeliis,plurimis lactatus iniuriis,non turpis ad te,sed miser confugit.
Turpis & fœdissimus.Cic.1.Offic.
Turpissimus & sordidissimus.Cic.Attico lib.9.180.
¶Amor turpis.Horat.1 Serm.Saty 4.
Campus turpis sine gramine.Ouid.3.de Arte.
Caput turpe sine crine.Ouid.3.de Arte.
Crimen turpe.Horat.de Arte.
Egestas turpis.Virg.6.Æneid.
Fabula turpis relata.Claud.in Eutropium.
Formido turpis.Virg.2 Æneid.
Fuga turpis,Inhonesta.Cic.2.de Finib. Treccntósque eos quos eduxerunt Sparta,quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors,opposuit hostibus.
Homo turpissimus & inhonestissimus.Cic.pro Ros.Amer.
Lachrymæ turpes.Stat.8.Thebaid.
Macies turpis.Horat.3.Carm.ode 27.
Mors turpis.Lucret.lib.6.
Opprobrium turpe.Horat.1.Serm.saty.6.
Præceptor turpis,hoc est flagitiosus.Quintil.lib.1.cap.2.
Prælia turpia.Propert.lib.2.eleg.5.
Pudor turpis.Ouid.11.Meram.
O rem turpem & miseram.Cic.Attico lib.8 152.
In turpissimis rebus habere,Vide IN.
Scabies turpis.Virg 3.Georg.
Senecta turpis Virg.3.Georg.
Vita turpis.Tacit.in vita Agricolæ.
Vita turpis & infamis.Cic.pro Fonteio.
Vitia turpia decipiunt cæcum.Horat.1.Serm.saty.3.
¶Celare turpia.Horat.1 Serm.saty.2.
Ducere turpe. Quintil.lib 1.cap.2, Turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse maiores.De pueris.
Quid hoc turpius,quid fœdius?Cic.2.Philip.
¶Turpis,Magnus,grandis.Virg.3.Georgicon,

optima toruæ
Forma bouis,cui turpe caput,cui plurima ceruix. Ibidem,lib 4,
Et turpes pascit sub gurgite phocas. Nonius.
¶Turpis,crudelis,frequens apud Sallustium.
Turpiculus,pen.corr.Diminutiuum {ὑπαισχρὸς.} Cic.2.de Orat. Tantum iuris est,quòd gratuitas honestis in rebus seuerè,iocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur. Idem Attico lib.4.74, Quidquid etiam subturpiculi mihi videbatur *παλιμφθέλα*.
Nasus turpiculus.Catul.de Acme.39.
Turpiter,pen.corr.Æquiuocum {αἰσχρῶς} Inhonestè,indecorè. Terent, Eunucho 3.1.
-mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. Cic.2.de Finib.Quia quod bene,id rectè,frugaliter,honestè: ille porrò malè,prauè,nequiter,turpiter cœnabat. Ouid.5.Trist.eleg 7,
Turpius eiicitur,quàm non admittitur hospes.
Flagitiosè & turpiter.Cic.Attico lib 6 114.
Turpiter & nequiter. Cic 3.Tusc. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur.
Extimesco nequid turpiter faciam.Cic.Attico lib.9 175.
Perpeti turpiter.Cic.pro Milone.
Cato in me turpiter fuit maleuolus.Cic.Attico lib.7 122.
Ingenium turpiter hirtum.Horat.1 epist.3.
Turpiter iners.Ouid.2.de Remed.Amor.
Turpitudo, pen.prod. turpitudinis, pen corr. f.g. {αἶσχος, ἀκοσμία, δυσειδία} Deformitas.Cic 2.de Finibus,Sunt etiam turpitudines pluri mæ, quæ, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem,non est facile defendere.
Turpitudo & deformitas. Cic 2. de Orat. Locus autem & regio quasi ridiculi turpitudine & deformitate quadam continetur.
Turpitudo quæ à libidine, aut petulantia,aut ab audacia nata est. Cic pro Fonteio,
Crimen turpitudinis Quintil.lib.1 cap.2.
Generis turpitudo.Quintil.lib.3 cap.7.
Mandati turpitudo. Paulus in l.Si mandauero tibi.§. Qui ædem. D.Mandat. Qui ædem sacram spoliandam, hominem vulnerandum occidendúm ve mandatu suscipit : nihil mandati inconsequi potest, propter turpitudinem mandati.
Delere turpitudinem.Cic in Verr.Act.2.
Fœdare turpitudine.Cic pro Domo sua.
Habere turpitudinem.Cic.pro Domo sua.
Infligere sibi turpitudinem,Vide INFLIGO.
Liberare turpitudine aliquem,Vide Libero in LIBER,Adiect.
Notari turpitudine.Cic.pro Cluent.
Venire in turpitudinem.Cic.pro Quint.
Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. Cic.2. de Orat.
Turpificatus,pen.prod. {αἰσχυνθὲς} Adiectiuum,Turpis factus.Cicero 3.Offic. Quæsim deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?
Turpo,turpas,turpare. Turpefacere,Fœdare. Cic.1.Tusc.ul.
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari,
Iouis aram sanguine turpari.Virg 10.Æneid.
Aram turpauunt sanguine.Lucret.lib 1.
Pallor turpat os.Silius lib 7.
Rugæ turpant cutem.Horat.4 Carm.ode 13.
Turris,huius turris, fœ g. {πυργος, βάρις, πυργὶς, πυργαρίδιον} à Terendis hostibus dicta est,vel quod aspectu torua sit,hoc est terribilis. Cæs. 5.bel.Gall. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque succensa est.
Ærata turris.Claud 1.in Eutropium.
Ahenea turris Horat 3.Carm.ode 16.
Alta turris.Cic 5.Tusc.Dionysius concionari ex turri alta solebat.
Ardua.Ouid.11 Metam.
Caua.Virg.9.Æneid.
Celsa.Horat.2.Carm.ode 10.
Concabulata, Vide CONTABVLO.
Excelsa.Silius lib.13.
Valida.Lucret.lib.5.
¶Confringere turres.Lucan.lib 6.
Locus munitus turribus & trophæis.Cic.de Prouinc.Cons.
Quassæ nutant turres.Lucan.lib.6.
Percussæ de cælo turres,Vide PERCVTIO.
Scabrities quassas turres Seneca Thyeste 7.
¶Fiunt etiam turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib.4.cap. 17.hæc scribit,Turres dicuntur machinamenta ad ædificiorum speciem ex trabibus,rabulatisque compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio,diligentissimè ex crudis coriis, vel centonibus communitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos,vel quinquagenos latè sunt Proceritas autem ipsarum tanta fit, vt non solùm muros, sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur: quarum lapsu volubili magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est,si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. nam in infirmioribus habet aries tem,cuius impetu desicuit muros. Circa mediam verò partem accipit pœnam factum de duabus trabibus, septúmque de vimine,quem citò piolatum , inter turrim murúmque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati & sagittarij collocantur,qui defensores vrbis contis, missilibus,saxísque ex alto prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Cic. ad Catonem,lib.15 4,Aggere, vineis, turribus oppugnaui , vsúsque multis tormentis.

Turritus,

Turritus,pen.pro.Adiect. Altus & excelsus: vt Domus turrita , id est alta & sublimis,& ad turris similitudinem facta.
Puppes turritæ.Virg.8.Æneid.
Scopuli turriti.Virg 3.Æneid.
Turrita: aliquādo dicitur turribus plenus.vnde & Turritæ vrbes, & Mater deûm nominatur turrita:quia terra est,quæ vrbes sustinet. Virg 6.Æneid.
Berecynthia turrita.
Castella turrita.Lucan.lib.6.
Dea turrita,Cybele.Propert.lib.4.eleg.12.
Elephanti turriti , Quibus superponuntur turres , vel qui turres gerunt.Plin.lib.8.cap.7.
Mœnia turrita.Ouid.3. Amor.eleg.7.
Muri turriti.Ouid.3. de Ponto,eleg 4.
Turrifer,pen.corr. Adiect. {πυργοφόρος,} vt Corona turrifera Cybeles. Ouid.4.Fast.
Turriger,pen.corr. {πυργοφόρος,} Aliud adiectiuum.Id est Gerens turres. Plinius,sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Sic apud Virg.10.Æneid.
Turrigeræ vrbes.
Dea turrigera.Ouid.4.Fast.
Carina turrigera. Lucan.lib.3.
Frons turrigera Cybeles.Ouid.6.Fast.
Mater turrigera,Cybele.Stat.2.Achil.
Turricula,turriculæ,pen.corr.Diminutiuum,{πυργίον,}parua turris.
¶Turricula,Vasculi genus, à turris similitudine , quo iactari tali ludendo solent. eadem pyrgus & orca dicitur. De hac tale est Martialis epigramma lib.14,
Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me missit, nil nisi fota facit. Vide Talus pro ludo , in TALVS.
TVRRIS Bissonis , {πύργος Βισσωνὶς,} ciuitas Sardiniæ Ptolemæo lib.3. cap.3.Sardos hodie:Turris Libysonis Plinio.
Tursio tursionis,m.g. Genus piscis Plin.lib.9.cap 9. Delphinorum similitudinem habent qui vocantur tursiones.
Turtur,turturis,pen.corr.masculini generis raro fœminini. {τρυγών,} Auis nota,à sono vocis nomen habens.Plau.Mostel.2,
Tu tibi istos habeas turtures,pisces,aues. Martial.lib.5,
Gemit hinc palumbus,inde cæreus turtur. Domitius interpretatur pinguè.Ci.2.de Fin. Turtures & cursu & peregrinatione lęcātur.
Niger turtur.Ouid.epist.21.
Gemit turtur.Virg.eclog 1.
Nec tamen interea raucæ, tua cura palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.
Turtur{τρυγὼν θυκαστικὸς,}Piscis,masc.gen. qui aliàs dicitur pastinaca,trygon autem à Græcis in cuius cauda emergit radius præsentissimi veneni.
TVRVLIS,pen.prod. {πυρσὰλις,} fluuius Hispaniæ Tarraconensis Ptolem.lib.2.ca.6. Turia vulgò Claudiano & Hermolao apud Plinium, Pomponius Dutiam corruptè nominat.
Turunda,turundæ,Genus panificij.Nonius, Turunda libum sacrum quoddam ex farre,genus panificij.Varro 3.de Re rust.cap.9,Amplas omnes ex his,cuullis ex aliis pinnis,& è cauda, farcitúr turundis ordeaceis , partim admistis ex farina soliacea aut semine lini ex aqua dulci.De gallinis.Caro cap.89,Gallinas teneras,quę primum patiūt, concludat,polline vel farina ordeacea conpesta turundas faciat,eas in aquam intinguat , & in os indat. Varro de liberis educandis, Alij afferunt libum ac turundam.
¶Turunda apud Catonem , cap. 157 significat linamentum illud ex filis quod in vlcus immitti à medico solet.ait enim,Et si fistula erit,turundam intro trudito: si turundam non recipiet , diluito , succum exprimito.
TVRVPTIANA,{τυρυπτιάνα,}Ptolemæo lib.2.cap.6.Hispaniæ Tarraconensis vrbs:Tuitana hodie:*Tuy* vulgò.
Tus.Vide THVS.
TVSCANIA, {τυσκηνία,} Oppidum Tusciæ propè Tarquinios,à quo Tuscanenses.
TVSCENIVS,{τυσκήνιος,}homo furiosus & auarus,cuius meminit Cicero ad Qu.frat.lib.1.1 , Hæc institutio atque hæc disciplina potest sustinere in rebus statuendis decernendísque eam sententiam qua tu in his rebus vsus es, ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus : nisi fortè me Paconij nescio cuius hominis ne Græci quidem ac Misij , aut Phrygis potius querelis moueri putas : aut Tuscenij hominis furiosi ac sordidi vocibus, cuius te ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate.
Causa Tuscenij sanari non potest.Cic.Qu.frat.lib.1.2.Quid L.Cęcilium? nónne omni ratione placauit quem hominem , qua ira, quo spiritu? quem denique præter Tuscenium , cuius causa sanari non potest non mitigauit?
TVSCIA,quæ & Hetruria dicitur,{τυσσία,}Italiæ regio celebris:à sacrificiis, vt quidam arbitrantur,dicta , Græci enim θύειν sacrificare dicunt.Vel à thure, quo maximè in sacrificiis vtimur. Vel à Tusculo Herculis filio, quod veteres grammatici probant. Vnde & sine h ab eis scribitur.Hæc Tyrrhenia dicta fuit,à Tyrrheno Atys filio,qui è Meonia discedens in Italiam venit, & eam partem occupauit quæ ad mare infertum sita est, quod & Tyrrhenum, inaccessis & difficilibus referta.Eius dicitur.Hæc à Ligurib.Romanísque finibus contigitur , iugis fines Macra & Tyberis amnes , centum & septuaginta quatuor milia inter se distantes. In ea scientia faciendorum sacrorum ita floruit,vt Romani qui non seruandę tantùm,sed etiam amplificandæ religionis cupiditate incendebantur , decem principum filios Senatusconsulto singulis Tusciæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia tradierent. Longior est ea prouincia,quàm latior.Ab Orientali plaga in Occidentalem porrigitur. Nam si ab Aquilonari in Australem perambulemus , arctis finibus contenta est,

Ab Occidente quà Ligurię proxima est, habet Pisas,Senas,& Lucā & Florentiam inclytas ciuitates. Ad Septentrionem habet Vrbem veterem.In Meridionali verò littore,Pisaurum,Arerium,& Assisium. Et Tybris Romanus inde labitur , ex Appennino effluens. Septentrionalis regio cum Flaminia iungitur. Vulgus Italorum hodie *Toscanam* vocat.
Tusci, {τυρρηνοὶ,} qui Tusciam habitant.Cicer.2.de Natu.deor.An vos Tusci ac barbari,auspiciorum pop. Rom. ius tenetis, & interpretes esse comitiorum potestis?
Tuscus,Adiectiuum,{τυρρηνὸς,}vt Æquora Tuscæ.Horat.4.Carm.ode 4.
Amnis Tuscus,Tybris.Ouid.3.de Arte.
Flumen Tuscum.Ouid.14 Meram.
Mare Tuscum,Vulgò *El mar de la Toscana*.Horat.2.Epist.1.
Tyberis Tuscus.Virg.1.Georg.
Tuscultum.Vide THVS.
TVSCVLVM, pen cor. {τύσκλον,} Italiæ oppidum, Telegoni Vlyssis & Circes filij ædificium,Ciceronis villa nobilissimum. Silius lib.7, Mœnia Laertæ quondam regnata nepoti. Tusculani , Frederici Æneobarbi imperatoris quondam coniuncti copiis , Romanos insigni clade affecere,vt poстea resipiscere non esset.Romani iraque iniuriæ memores,post aliquot annos,tanta in eos ira pereiti sunt , vt vix vrbis fundamēta relinquerent.Hæc Volaterranus lib.6. Tusculum vulg.*Frascati*. Ex Tusculo Cato Censorinus ortum habuit. Horat.Epod.2.
Nec vt superni villa candens Tusculi
Circæa tangat mœnia.
Tusculanus, {τυσκλανὸς} Qui Tusculum incolit.Cic.3.de Lege Agrar. Ego Tusculanis pro aqua crebra vectigal pendam , quia à municipio fundum accepi , fi à Sylla mihi datus esset , Rulli lege non penderem.
Tusculanus ager , in quo erat villa Ciceronis celebratissima , in quam post forensia negotia animi recreandi gratia se Cicero recipiebat: vbi aut cum doctis aliquibus, quod eò adduxerat , se declamando exercere , aut philosophica studia intermissa reuocare solebat,vt frequenter in scriptis suis meminit.Hanc villam fere Tusculanum absolutè vocat: vt ad Atticum lib.1.4,Nos Tusculano ita delectamur,vt nobismetipsis tū deniq;,cum illò venimus,placeamus.
Cogito Tusculanum.Vide COGITO.
Disputatio Tusculana,quæ in Tusculano tractata est.Cicer.2.de Diuin.Cùmque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum , perpurgatus est is locus à nobis quinque libris,vt quid à quoque , & quid contra quenque philosophum diceretur intelligi posset: totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum.res ad bene viuendum maximè necessarias aperuerunt.
Tusculanensis & tusculanense,aliud Adiectiuum Cic.Vartoni lib.9 6, Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto,&c.
Tusculus,pen.corr.{τυσκλὸς,} Aliud similiter adiect.vt Vmbra Tusculana. Stat.4.Sylu.4.
Tellus Tusculana.Tibul.lib.1.eleg.7.
Tuscus,{τύσκος,} Vicus Romæ , dictus quòd ibi habitauerunt Tusci, qui recedente ab obsidione Porsenna remanserunt,vt ait Festus. De quo Hora.2.Serm.sat.3.
-ac Tusci turba impia vici.
Tussis,huius tussis,fœ. ge.{βῆξ,} Quæ gignitur vel ex frigore vel ex pituita in pulmonem descendente.Terent.Heaut.2.3,
Gemitus,screatus,tussis,risus abstine.
Veterem tussim acetum inhibet.Plin.lib.23.cap.1.
Mortuus tussi.Lucret.lib.4.
Malam tussim expuli pectore.Catul.ad Fundum,41.
Anhela tussis quatit ægros sues.Virg 3.Georg.
Tussim exasperant palmæ.Plin.lib.25.cap.4.
Tusses concoquere.Plin.lib.24.cap.8.
Tussis sicca quæ nihil emolitur.Cels.lib.4.cap.6.
Tussedo,pen.prod.tussedinis,fœ.ge.Idem.{βῆχμα,} Apuleius,Assiduo pulsu tussedini hiulei pectora.
Tussicula,tussiculæ,pen.cor.Diminutiuum.{βηχμάτιον.} Plin.epist.114. Veteris infirmitatis tussicula admonitus , rursus sanguinem reddidit.
Tussicus,pen.corr. Qui multum tussit.Firmicus lib.5.cap.16, Luna alios tussicos,alios splenicos efficiet.
Tussio,tussis,tussiui,tussitum,{βήττω}tussite, pen.prod. Tussim pati. Plaut.Asin.13,
Fortè si tussire occœpsit,ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. Plin.lib.20.cap.2,Semen eorum cum cumino tritum potūmque in vino tussientibus auxiliatur.Martial.lib.1,
-Et placet & tussit.
Malè tussire.Horat.2.Serm.sat.22.
Tussilago,pen.pro.tussilaginis,f.g.{βήχιον.}Plin.lib.6.cap.26, Tussim sedat bechio,quæ & tussilago dicitur.Duo eius genera:sylueſtris vbi nascitur,subesse aquas credunt,&hoc habent signū aquileges. Folia sunt maiuscula quàm hederæ , quinque aut septem subalbida à terra , supernè pallida. *Farfara* alio nomine dicitur , & vulgò *Vngula caballina* à forma pedis equi vel asini. Vide BECHION.
TVTANVS, pen prod. {τυτάνος,} deus apud Ethnicos qui gentes tueri putabatur.Varro: Tutanum deum Romę omnes qui laborant inuocant.Meminit Cælius lib.25.cap 30.
Tute,id est tuipse,Vide Tu.Cic.4 Ver.Hoc autem tute fatebere.
Tute dicebas. Cic.2. de Finib. Etenim quemadmodum tute dicebas , negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè viuendum aliquid afferre,nec minorem voluptatem percipi in breuitate temporis,quàm si illa sit sempiterna.
Tute paulò antè dixisti. Cic.1.de Orat. Nam ne quidem semper à genere hoc toto sermonis refugisse , & tibi cupienti atque instanti sæpissimè negasse, tute paulò antè dixisti : quod ego non super bia, neque,&c.

Tute tibi imperes. Cic. 2. Tusc. Quòd si tibi persuasum est (principio enim dixisti plus in dedecore mali tibi videri, quàm in dolore) reliquum est vt tute tibi imperes.

Tutemet, pro tu ipse. Lucret. lib. 1,
Tutémet à nobis iam quouis tempore vatum,

Terriloquis victus dictis. &c. Meminit Priscianus lib. 12.

¶ Tutela, Dei alicuius signum proræ impositum, naui nomen imponens. Seneca epistola 77, Nauis bona dicitur, non quæ præciosis coloribus picta est, nec cui argentum rostrum est, nec cuius tutela ebore exlata est. id est, numen tutelare nauis, seu numen in cuius tutela est nauis. Silius Italicus lib 14,
Tutelaque deûm fluitant. Libro eodem dixerat. 82,
Numen erat celsæ puppis vicina Dione. Et paulo pòst.
Ammon numen erat Libyeæ gentis le carinæ. Huc spectat illud Ouidij lib. 1. Tristium eleg. 3, -& pictos verberat vnda deos.
Illud quoque Virg. lib. 10. Æneidos,
-& aurato fulgebat Apolline puppis.

Tutela, Tutor, Tutus, Vide TVEOR.
Tutia, Vide POMPHOLYX.

Tutilina, pen. prod. {τυτιλίνα} Dea quæ tutandis frugibus præerat. Cælius lib. 25. cap. 30 ex diuo August. Var. Tuam fidē Tutilina inuoco.

Tutulus, pen. corr. Tutulum, inquit Festus, vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea inuexa crinibus, & extructum in altitudinem. Ennius, Libáque, fictores, atgeos, & tutulatos. Itaque Varro lib. de Ling. Latin. exponens hunc eundem Ennij versum, ait, Tutulati dicti ij, qui in sacris capitibus habere solent vt metam. Id Tutulus appellatur ab eo, quòd matres familiæ crines conuoluros ad verticem capitis, quos habent vti velatos, dicunt tutulos. Siue ab eo, quòd tuendi causa capilli fiebant. Siue ab eo, quod altissimum in vibe est. quod est arx, ea res tutissima, tutulus vocatur. Hactenus Varro. Tulgentius lib. de priscis fermone, Varro, inquit, in Pontificalibus ait tutulos sacerdotes dici breuium deorum. Numa verò Pompilius & ipse de Pontificalibus scribens, Tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput tectabant, cùm ad sacrificium accessissent, sicut & Virgilius ait,
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. Hæc Fulgentius.

Tuus, tua, tuum {σὸς, σὴ, σὸν} Pronomen possessiuum à tu. Plaut. Perf. 16.
Tua merx est, tua indicatio est. Cic. ad Trebonium, lib. 15 20,
Nunc hæc primò cupio cognoscere iter tuum cuiusmodi sit.
Tuum est mihi ignoscere, Ad te spectat, tui est negotij & officij. Terent. And. 4. 1.
Tuo arbitratu Plaut. Aulul. 20.
Tetigisne tui quicquam? Terent. Adelph. 2 2.
De tuo, Vide DE.
Tui studiosus Cicer. ad Tironem, lib. 16 9, Ego A. Varroni, quem cùm amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum, diligentissimè commendaui.
Tui charitas. Cicero ad Plancum, lib. 10. 6, Me autem impulit tui charitas. Ouidius epist. 5,
Ardet amore tui, sic & Menelaon amauit.
De tuis vnus, pro Vnus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. Cicero ad Cæsarem, lib. 13 17, Qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi de tuis vnus esset.
Tam longè à tot tuis. Cic. Attico, lib. 4. 84, Nūquam enim tu sine iustissima causa tam longè à tot tuis & hominibus, & rebus charissimis & suauissimis abesse voluisses.
Panætius ille tuus. Cic. 1. de Orat. Vigebat auditor Panætij illius tui Maecenarchus.
Pro amicitia tua, Cic. dixit: hoc est pro amore quo te prosequor, nempe quo tu à me diligeris: 10. Philip. An verò hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tua vicem dolere soleo) efferri hæc foras, & ad Populum Rom. aures peruenire.
Tua virtus. Cato ad Ciceronem, lib. 15. 5.
Tuum studium adolescentis. Cic. ad L. Paulū, lib. 15. 13, Sed molestè fero me Consulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, quum id ætatis sim, perspicere non posse.
Tua fui memoria. Cic. ad Attic. lib. 13. 26, Nicias te (vt debet) amat vehementérque tua fui memoria delectatur.
Tuo tibi iudicio est vtendum. Cic. 2. Tusc.

Tuopte, ablatiuus compositus à Tuus & pte, syllabica adiectione. Plaut. Milit. 10. 11.
Tuopte consilio occludunt linguam. Idem Capt. 7. 11.
Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.

T Y

TYANA, pen. corr. {τύανα} vrbs Cappadociæ: Apollonij Tyanei patria. Inde Tyanensis prætura, in qua est oppidum Tyana. Author Strabo lib. 12. & Plin. lib. 6. cap. 3.
Tyaneus, Adiect. {τυανεὺς} Ouid. 8. Metam.
-ostendit adhuc Tyaneus illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Tyara, Vide TYARA.

Tyberis, pen. corr. {τύβερις} & Tyberis per syncopem, amnis Italiæ è media ferè longitudine Apœnini Aretinorum finibus defluens, tenuis principio, nec ferè nauigabilis. Fertur per centum & quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusia, & Otriculo. Hetruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox Veientem agrum à Crustumino, deinde Fidenate, Latinúmque à Vaticano dirimens, duobus & quinquaginta fluuiis augetur: præcipuis autem Nare & Aniene: nec minus tamen aquis, fontibúsque in vrbem perductis: & ideò quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium vector placidissimus. Primùm ab aquarum colore Albula dictus est, deinde Tyberis appellatus: vel à rege Tusco eius nominis, iuxta eum in bello occiso. Virgil. lib 8. Æneidos,
-aspérque immani corpore Tybris. &c.
A quo pòst Itali fluuium cognomine Tybrin
Diximus: amisit verū vetus Albula nomē. Vel quod τὴν ὄχθην, hoc est initiatæ fluuius esset, propter regē Tuscorum, lactrocinari circa eius fluminis ripas, ac vastare omnia solitū. Seruius. Verūtamen, inquit, Tybris dicatur, hæc ratio est, Quondā tēpore Syracusani victoriā ceperunt Syracusīs ingentē Athenienſiū hostiū multitudinē: & eā cæsis mōtibus fecerūt addere munimēta ciuitati. Tunc auctis muris, etiā fossa intrinseca facta est: quæ flumine admisso repleta munitionem redderet ciuitatē. Hanc igitur fossam per hostīū pœnā & iniuriā factā, Tybrim vocauerunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Sicu'i ad Iapiam, eam reliquerunt partem, vbi nunc Roma est, vsque ad Rutulos & Ardeam. vnde est, Fines super vsque Sicanos. Et Albulam fluuium, ad imaginem fossæ Syracusanæ Tybrin vocarunt, quasi ὄχθην. Hactenus Seruius. Rursus autem à Tybrino Albanorum rege in eo submerso pro Tybri dictus est Tyberis. Ouid. 2. Fast.
Albula quem Tybrim mersus Tyberinus in vndis
Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Tyberis etiam Ptolemæo lib. 2. cap. 1. Albula prius: vulgò Teuere. Cic. Attico, libro 241 Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè.
Arenosi Tybridis vnda. Ouid. 1. Fast.
Ausonius Tybris. Virg. 5. Æneid.
Cæruleus Tybris, Vide CAERVLEVS.
Flauens Tybris. Silius lib. 16.
Flauus Tybris. Horat. 1. Carm. ode 2.
Laurens Tybris. Virg. 5. Æneid.
Romuleus Tybris. Claud. 5. Paneg.
Sceptriferi Tybridis vnda. Silius lib. 8.
Tyrrhenus Tybris. Virg. 7. Æneid.
¶ Tybri, Vocatiuus. Virg. 8. Æneidos,
-galeáſque & fortia corpora volues Tybri pater.

Tyberinus, pen. prod. Adiectiuum {τυβερινὸς} vt Piscis Tyberinus: & Tyberina ostia, apud Virgilium 1. Æneid. Cic. pro Lege Manilia, Vos qui modò ante ostium Tyberinum elassem hostium videbatis.
Fluminis Tybertoi vnda. Virg. 10. Æneid.
Gurges Tyberinus. Ouid. 9 Metam.
Insula Tyberina. Claud. 3 Paneg. De hac insula sic Liuius 2. ab Vrbe, Ager Tarquiniorum qui inter vrbem ac Tyberim fuit, confiscatus Marti, Martius deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi. quem campi fructum quia religiosum erat consumere, de fectam cum stramēto segetē magna vis hominū simul immissa, corbibus fudēre in Tyberim tenui fluentem aqua, vt mediis caloribus solet. Ita in vadis hæsitantis frumenti aceruos fecisse illitos limo: insulam inde paularim, & aliis quæ fert temere flumen eodem inuectis, factam. Postea credo additas moles, manúque adiutum, vt tam eminens area, firmáque templis quoque ac porticibus sustinendus esset. Hactenus ille.
Canutius Tyberinus. Cic 3. Philip.

Tybrinus, per syncopen, pro Tyberinus. Claud. de Laudibus Serenæ reginæ. 22.
Præscia fatorum Tanaquil, rediēnsque per vndas
Cloelia Tybrinas.

Tyberinus, pe pro. {τυβερῖνος}, Tyberis fluminis Deus. Virg. 8. Æneid.
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno, &c.
Hauus Tyberinus Virg. 7. Æneid.

Tyberinus, pen prod. Tybernidis, pen. corr. Patronimicum fœmin. {τυβερνὶς} Ouid. 2. Fastorum,
Dixerat, annuerant Nymphæ Tyberinides omnes.

Tyberius, Vide TIBERIVS.

TYBVR, huius Tyburis, pen. corr. n. g. {τύβυρ, τύβυρις, τύβυρα, τίβυρα} Vibs est Italiæ, sedecim millibus passuum distans ab vrbe Roma: quam, teste Solino, ex authoritate Catonis Catillus Arcas præfectus classis Euandri condidit. Quod etiam sensit Seruius: De Græcia, inquit, tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, Tybur vel Tyburnus. Hi simul omnes vnam fecere ciuitatem, & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt: licèt & alias fecerint singuli. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij 7. Æneidos,
Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt, &c. Sextus Græcus historicus sic habet, Catillus Amphiarai filius fuit, Hic post prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum intentum iussu dei, cum omni suorum cœtu, & sacris missis, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum, Coracem, & Catillum: qui expulsis ex oppido haud longè ab vrbe Roma posito, veteribus Sicanis, à nomine Tyburti maximi filij oppidū vocauerunt. Plin. lib. 16. cap. 44. Tiburtes quoque originem multo ante vrbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tyburto conditore eorū vetustiores, apud quas inaugurarus traditur. Tybur autem Virg. dicitur superbū, id est nobile, inquit Seruius: aut per transitum tetigit illud, quod aliquando quum à Senatu auxilia poscerent Tyburtes sub commemoratione beneficiorum, hoc tantùm à Senatu responsum acceperunt, Superbi estis. Hæc Seruius explicans illud Virg. lib. 7. Æneid.
Quinque adeò magnæ positis incudibus vrbes, &c. Priscianus tamen cum Latino scribit: quod vsitatius crediderim: non enim Græca est dictio. hodie autem vrbem ipsam vulgus Italorum vocat Tiuoli. Horatius 2. Carm. ode 6.
Fertile Tybur. Horat. 4 Carm. ode 3.
Herculeum Tybur. Martial. lib. 1.
Supinum Tybur. Horat. 3 Carm. ode 4.
Vacuum Tybur. Horat. 1. epist. 7.
Vdum Tybur. Horat. 3. Carm. ode 29.
Vuidi Tyburis ripæ. Horat. 4. Carm. ode 2. 7.

Tyburs, Tyburtis generis omnis {τιβυρτῖνος} vel hic & hæc Tyburtis & hoc Tyburte, Quod est ex Tybure. Suetonius, Inchoauit autem aquæductum regione Tyburti. Cic. 2. de Orat. Villam in Tyburte habes. Strat. 1. Sylu. 4.
Hic tua Tyburtes Faunos chelys, & iuuat ipsum
Aleiden. Horatius 1. Serm. sat. 6,
Quum Tyburte via Prætorem quinque sequuntur
Te pueri lasanum portantes, cœnophorumque.
Poma Tyburtia. Horat. 2. Serm. sat. 4,
Picenis cedunt pomis Tyburtia succo.

Tyburtinus, pen. prod. Adiect. {τυβυρτῖνος} Quòd est ex Tyburto.

TYCHE, Tyches {τύχη} vibs Siciliæ, quam tertiam partem Syracusarum constituit Cicero 6. Verr. cùm ait, Tertia est vrbs quę quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est: in qua & gymnasium amplissimum est, & complures ædes sacræ: coliturque ea pars, & habitatur frequentissimè.

TYCHIVS {τύχιος} Cerdo siue faber celeritimus apud Homerum Iliados 7, qui scutum Aiacis fecit: cuius etiam mentionem facit Ouidius 3. Fast. circa finem,
Nec quisquam inuita faciet bene vincula plantæ
Pallade: sit Tychio doctior ille licet. Legitur & Titio.

TYDEVS, dissyllabum, huius Tydei vel Tydeos, pen. corr. {τυδεὺς} Athenæ & Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. Author Seru. in illud virg. 6. Æneidos,
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclitus armis
Parthenopeus. De hoc, vt scribit Homerus libro 4. Iliad. quum Mycenis moraretur, fama est neminem illi viribus corporis potuisse æquari.
Cruentus Tydeus. Stat. 8. Theb.
Fulmineus Tydeus. Stat. 4. Thebaid.
Magnanimus Tydeus. Stat. 6. Thebaid.
Maximus Tydeus. Stat. 6. Thebaid.

Tydides, pen. prod. Patronimicum, m. g. {τυδείδης} Diomedes Tydei filius, bellator strenuus, qui præter alia bene & fortiter gesta, Venerem in dextra, & Martem sub vtero percussit, vt latè scribit Homerus lib. Iliad. 5. Proinde scribitur Horatio 1. Carm. ode 15,
Tydides melior patre. Sic ibidem ode 6. 3.
Tydiden superis parem? Virg. 1. Æneidos,
-ô Danaûm fortissimè gentis Tydide.
Cruentus. Virg. 1. Æneid.
Impius. Virg. 1. Æneid.
Par superis Tydides. Horat. 1. Carm. ode 6. 4.

TYLOS {τῦλος} Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptę, ostendunt lanugines pilas, ex quibus vestes pretioso lineo conficiuntur. Vide Plin. lib. 12. cap. 10. & 11.

Tymbades {τυμβάδες} Græco nomine appellantur sagæ & venefi cæ: quod περὶ τύμβους, hoc est circa sepulcra versentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad veneficia sua abutantur. Cœl. Rhodig. lib. 21 cap. 38.

Tymbra, hei. ba, & TYMBRA, nomen proprium loci, Vide eadem suprà cum H aspiratione.

Tymbus, tymbi {τύμβος} Latinè sepulcrum siue monumentum dicitur. Cic. 2. de Legibus, Siquis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. Ab hoc verbo tumba deducitur.

TYMOTHES {τιμοσθένης} Priami filius. Huius meminit Seruius Euphorionis verba referens: Priamus, inquit, ex Arisba filium vatem suscepit. Qui quum dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troia posset euerti: pepererunt simul & Tymœtæ vxor & Hecuba, quæ Priami legitima erat. Sed Priamus Tymœtæ filum, vxorémque iussit occidi. Hactenus Seruius enarrans hunc locum Virgilij 2. Æneidos, -primúſq; Tymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari.

TYMOLVS, Vide TMOLVS.

Tympanum, tympani, pen. corr. {τύμπανος} Instrumentum ex vna parte membrana clausum, intus vacuum, quod baculo pulsatur. Eo vti solebant in sacrificio Martis deūm.
Impulsa palmis tympana. Ouid. 4. Metam.
Leue tympanum. Catullus de Berecynthia 58.
Rauca tympana. Ouid. in Ibin.
Sæua tympana. Horatius 1. Carm. ode 18.
Taurina tympana Claudianus 3. Paneg.
Sonus virilis tympani. Seneca Hercule furente 6.
Adhibere tympanum, Vide ADHIBEO.
Dare tympana eloquentiæ. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Reboant tympana, Vide REBOO.
Remugit tympanum, Vide REMVGIO.
Tenta tympana. Lucret. lib. 2.
Inania tympana tundere. Ouid. 4 Fast.
¶ Tympanum, Vehiculi tectum, vt ait Seruius. Siue, vt aliqui putant, teitudo supra radios: radij autem dicuntur qui in media parte rotarum sunt. Virg. 2. Georgicon,
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris.
¶ Tympanum, rota est quæ à calcantibus versatur, qualem pasſim videmus in ea machina, qua saxa subuehuntur in magnificis ædificationibus: verbo Græco geranion, id est grus dicitur. In ea trochleæ sunt in summo carchesio, id est in versatili & superiore parte machinæ: & in trochlea ductarius funis, qui circum tympanum aduoluitur: & à fune dependentes, qui forfices dicuntur, quibus onera euehenda prehenduntur. Budæus. Lucret. lib. 4,
Multáque per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.
Tympanum etiam machina haustoria dicitur, quæ dum versatur aquam adnexis permultis modiolis haurit, & iterum circumactu defundit. à Vitruuio in decimo describitur, passim in pistrinis aquariis videntur. Budæus.
¶ Tympanum, Genus vasis. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana verò se iuuene appellata stateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant.

Tympanistria, tympanistriæ, fœm. gen. {τυμπανίστρια} Quæ tympanum pulsat. Sidonius lib. 1. epist. 1 Tympanistria psaltria canit.

Tympanizo, tympanizas {τυμπανίζω} tympanizare, Tympana pulsare. Suet. de Augusto, cap. 68. Et assensu maximo comprobauit versum in scena, pronuntiatum de Gallo Matris deûm tympanizante. Vidēsne vt cinædus orbem digito temperet?

Tympanotriba, In tympano apud Græcos homines torquebātur: hinc eū qui fœpe in eo per tormēta cruciatus sit, credit Turnebus à Plauto apud Prisciani tympanotribā vocari: verba sūt Plauti in Truculēto, Tympanotribam amas, hominem non nauci. Ac videretur, à τυμπανοτριβὴς formari, vt fictum est ἐπικέρως. Vel tympanotribam vocat, qui tympanum pulsabat, vt in sacris Rheæ; & in multis initiationibus & sactis tympana gerebantur, vt è Lysistrata Aristophanis constat. Tympanum autem illis in sacris gerere parum virile videbatur censebatúrque muliebre, Atque hanc interpretationem meliorem puto.

Tympanites, huius tympanitis, pen. prod. {τυμπανίτης} Species aquæ intercutis, quum ventre vehementer intento ereber intus ex motu spiritus sonus est, teste Celso lib. 3. cap. 21.

Tympanicus, pen. corr. {τυμπανικὸς} Qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 2. 5. cap. 5. Hydropicis, incipiētibúsque, tympanicis, stomachicis, &c.

TYMPHAEI {τυμφαῖοι} Populi sunt Ætoliæ, Pindi montis accolæ, Thesprotij & Perrhæbis proximi, apud quos in summa terra gypsum inuenitur, quod ab iis Tymphæum appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ Cretæ vsum supplens. Vide Plin. lib. 4. cap. 2. & libro 35. cap. 17.

TYNDARVS, pen. corr. {τύνδαρος} tex Oebaliæ filius Oebali regis, habuit vxorem formosissimam Ledam. Nonnunquam pro Tyndaro, Tyndareus ponitur. vt Ouid. epist 8,
Me tibi Tyndareus vita grauis author & annis
Tradidit. Cicero de Fato. Nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis, quòd Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnona, quod Clytemnestram. Hinc,
Typhoeus, quatuor syllabarum, Adiect. {τυφώεος} Virg. 1. Æneid.
Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.
Typhoius, Idem {τυφώϊος} Claud. 3 de raptu Pros.
-rupitne Typhoia cerui× Inarimem?

TYPHON {τύφων} Idem qui & Typhoeus, quem Strabo lib. 13. ex Pindari authoritate sub Ætna cruciari scribit. Alij sub Inarime condunt. vt Lucan lib. 5,
Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus.
Ferus Typhon. Seneca Octau. 5.
Terribilis Typhon. Ouid. 2. Fast.
¶ Typhon item ventus est quem Græci turbidum & orbe motum nominant, vt scribit Meteororū 2. Aristoteles. Gel. lib. 19. cap. 1. Nauigabamus, inquit, à Cassiopa ad Brundusiū, mare Ionium violentū & vastum & iactabundum. Nox deinde, quæ diem primū secuta est, in ea ferè tota ventus à latere fœuiens, nauem vndis compleuerat. Tū posteà cōplorantibus nostris omnibus, atque in sentina satis agētibus dies quidē tandē illuxit: sed nihil de periculo atque fœuitia remissū, quin turbines etiā crebriores, & cælū atrū, & fumigātes glebi, & figuræ quædā nubiū metuendæ, quas τυφῶνας, vocabāt impendere, imminerēq; ac depressuræ nauem videbantur. Hactenus Gel. Plinius libro 2. capite 48, de repentinis flatibus, Sin verò depresso sinu arctius rorati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine vorticē faciunt, qui Typhon vocatur, id est vibratus cuephias. Defcke

hic secum aliquid abruptum è nube gelida conuoluens, versansque, & ruinam suo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium pestis, non autem as modò, verùm ipsa nauigia contorta frangens.

TYPHON, frater Osiridis regis Ægypti, qui, vt testatur Diodorus Siculus lib.1.cap.2. ipsum regem clàm necauit, & in viginti quinque partes corpus eius discerpsit. Tandémque ab Iside regina Osiridis & sorore & vxore, auxilo filij cui Orus nomen erat, in bello est interemptus, cum iis qui cædis fuerant conscij.

Typhus, {τύφος,} Latinè superbia, elatio, fastus, arrogantia, iactantia, à τυφόομαι Superbio, inaniter iacto. Vtitur frequenter Augustinus, vt de ciuit. Dei lib.11.ca.pen. Vnam fluentē Deo, alterā tumentē typho.

Typus, typi, m.g. {τύπος,} Forma, figura, adumbratio rudis, vestigium, vmbra, & veluti imago quædam alicuius rei. Plin.lib.35.cap.12. Vmbram ex facie eius ad lucernam, in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius impressa argilla typum fecit.

¶ Typi, de quibus scribit Cicero ad Atticum, Typos tibi mando: non sunt imagines solùm, & simulacra, nec sigilla hominum, sed insculpræ etiam aliarum rerum variarum effigies & formæ quarum distincta varietate in tectoriis delectabantur, ita vt variæ quadræ & crustæ variis celaræ speciebus viderentur. Muretus tubos legendum affirmat, sed Turnebi sententiæ magis assentior.

TYRA, siue Tyras, {τύρας.} Ptolemæo fluuius est sub Borysthene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Istri ostiis in Pontum Euxinum illabēs, vbi & oppidum habet sui nominis. Vide Plinium lib. 4 cap.2. & Ptolemæum lib 3.cap.5. Ouid.4.de Ponto, eleg 10, Partheniúsque rapax, & voluens saxa Cynapes

Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

TYRAMBAE, {τυραμβοι,} Sarmatiæ in Asia vibs, authore Ptolemæo lib.5, cap.9. hodie *Trapano*.

TYRANNIO Amisenus, {τυραννίων,} discipulus Ethici Amiseni nobilis grammatici, tempore Magni Pompeij, docebat Romæ. Ductus est à Lucullo captiuus in bello Mithridatico: prius dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò est, vt supra tria millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. Tyrannion iunior è Phœnicia discipulus prioris, à quo nomen sibi vsurpauit, quum prius Diocles vocaretur. Captiuus & ipse Romam ductus, à quodam Diamante Cæsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eáque liber factus, ludum Romæ aperuit: scripsit libros LXVII. vtriusque author Suidas. Is docuit Qu. Ciceronem filium. Cic.ad Qu.fratrem lib.2 8, Hoc nunc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me. Idem Attico, lib.4.73. Et lib 2.21, à scribendo prorsus abhorret animus: etenim χωροφοβικὰ quæ constituera m, magnum opus est: ita valdè Eratosthenes, quem mihi proposueram à Scrapione & ab Hippatcho reprehēditur. quid censes, si Tyrannio accesserit?

Tyrannus, tyranni, m.g. {τύραννος,} Apud vereres dicebatur dominus omnem habens in subditos potestatem. Vnde, Trogo teste, quæque ciuitas & gens, Rerump. imperium ab initio penes reges habebat, quos ad huiusmodi fastigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat: qui & tyranni ob fortitudinem vocabantur. Vi.g 7 Æneid.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Latè tyrannus. Hora 3.Carm.ode 17 de Lamo. Id est latè regnans, amplum regnum possidens. Sic Virg.1.Æneid.

Hinc populum latè regem, &c.

¶ Tyranni nomen crescente malitia, quum superbi reges regnare cœpissent, ad illos tantùm transfatum est qui non iure & æquis legibus, sed vi, & quadam animi libidine dominabantur. Cic.4.de Fin. Negátque Platonem si sapiens non sit, eadem esse in causa qua tyrannum Dionysium. Idem Verr.3, Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum Pop Rom. sed tyrannum libidinosum, crudelémque prębueris.

Exitus tyrannorum. Cic.2.Offic. Nec verò huius tyranni solùm, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat quantum hominum odium valet ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum.

Iuhospita tecta tyranni. Ouid.1.Metam.

Vita tyrannorum. Cic. de Amic. Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla est fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentię, potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque solicita sunt, nullus locus est amicitiæ.

Capricornus tyrannus Hesperiæ vndæ. Hora.2.Car.ode 16.

Orbis tyrannus, Nero. Senec. Octau.5.

Ferus tyrannus. Ouid.6 Metam.

Immitis tyrannus. Virg 4 Georg. de Plutone.

Importunus & amens tyrannus. Vide IMPORTVNVS.

Impotens tyrannus. Senec. Here. furen. 9.25.

Infandus tyrannus. Lucan. lib. 8.

Intolerandus. Cic. in Vatinium, Simúlque mihi respondeto tu, qui nos qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non Tribunus pleb. sed intolerandus ex cœno nescio quo atque ex tenebris tyrannus.

Lethiferi tyranni. Sil.lib 13.

Sæuus tyrannus. Senec. Octau 3.6. Persius saty.34,

Magne pater diuúm sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis (cùm dira libido
Mouerit ingenium, ferueuti tincta veneno)
Virtutem videant, intabescántque relicta.

¶ Coniungere se cum tyranno. Cic. Attic. lib.7.138, Ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno: qui quidem incertum est Phalarismne an Pisistratum sit imitaturus.

Ferre tyrannum. Cic. pro Milone, Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis?

Inuenisti tyrannum in aliquem. Cic. pro Deiot. Cuius tam inhumani & & ingrati animi, à quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inuentori, &c.

Teneri crudeli dominatu ab aliquo tyranno. Cic.1. de Diui.

Tyrannis, tyrannidis. pen. corr. f.g. {τυραννίς.} Sæuum ac violentum imperium. Iuuen. Sat. 8,

Quid Nero tam sæua crudáque tyrannide fecit? Cic.3.de Nat. deor. Atque in suo lectulo mortuus, in tyrannidis rogum illatus est. Ouid.15. Metam.

odióque tyrannidis exul

Sponte erat.

Affectare tyrannidem Quint. lib.7.cap.3.

Reus tyrannidis affectatæ. Quint. lib.7.cap.3.

Dettruere tyrannidem. Quint. lib.1.cap.10.

Occupare tyrannidem. Cic.3 Offic. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater?

O dij boni viuit tyrannis Cic. Att lib.14 305.

Tyrannicus, pen. corr. Adiect. {τυραννικός,} Quod est tyranni. Cic.1.de Legib. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iustæ haberentur?

Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus vel factum, Author ad Herenn. lib 2. Cicer.1.de Inuent. Quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus & ab æquali iure remotissima est.

Tyrannicè, pen. corr. Aduerb. {τυραννικῶς,} Crudeliter. Cic.5. Verr. Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit in, &c.

Tyrannicida, tyrannicidæ, pe. pio. m.g. {τυραννοκτόνος,} Qui tyrannum occidit. Plin.lib 7.cap 23. Clarissimum in fœminis Lezenæ meretricis exemplum, quæ torta non indicauit Armodium & Aristogitonem tyrannicidas.

Tyrannicidę proprium est, tyrannum occidere. Quint. lib 5.ca.10.

Tyrannicidium, tyrannicidij, {τυραννοκτονία.} Plin.lib.34.cap.8 Quintil. lib 7.cap 4, Tyrannicidium est occidere tyrannum.

Tyrannoctonus, tyrannoctoni, pe. corr. {τυραννοκτόνος,} Idem quod tyrannicida: à tyranno, & κτείνω interficio Cic. Att. lib.14.313, Sustulisse mihi videtur simulationem desiderij adhuc quæ serpebat indies, & inueterata, verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.

Tyras, Vide TYRA.

Tyrianthinus, pen. corr. Adiect. {τυριαίνθινος,} ex Tyrio & ianthino compositum. vt Tyrianthinus color dicebatur quando absolutus amethystus rursum tyrio inebriabatur: & geminata luxuria faciebat ex vtroque improbum nomen. Ex Plinio lib.9.cap.41.

Tyrianthina vestimenta, Violacea, purpurea. ita dicta ab ianthino, hoc est violaceo colore: & tyrio, hoc est purpureo. Martia.lib.1, Sic interposito vilis contaminat vncto

Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

TYRIDATES. pe. pio. {τυριδάτης,} rex Armeniæ magus temporibus Neronis, vt author est Plin.lib.33.cap.3. Et lib.30.cap.2. Vide Suetonium in Nerone.

TYRINTHIA, {τύρινθος,} Ciuitas Argis vicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tyrinthius dictus est Virg.7.Ænei. vt notat Seruius,

-postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit Iberas.

Heros Tyrinthius Silius lib.8.

Durus Tyrinthius. Valer.6. Argon.

Ingens Tyrinthius. Stat 6. Theb.

Tyrinthius, Adiect. {τυρίνθιος,} vt

Aula Tyrinthia. Stat.2. Sylu.2.

Tela Tyrinthia, Herculis. Ouid.13. Metam.

¶ Tyrinthia, Alcmene. Ouid.6. Metam.

Amphitryon fuerit, quum te Tyrinthia cepit.

Tyrius, vide TYROS.

Tyro, tyronis, pen. prod. Nouus miles & fortis ad militiam exercendam. Cic.11.i hilip. Ego autem non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites flos Italiæ, &c. Liu.10.bell. Mac. Vtij modò, quibus emerita stipendia sint, milites dimittantur: veteribus militibus tyrones immisceantur. Ouid.3.Fast.

Ergo vt tyronum celebrare frequentia posset,

Visa dies dandæ non aliena togæ.

¶ Tyro ad omnem artem refertur: vnde & pro Gladiatore rudi adhuc in disciplina gladiatoria accipitur. Sueto. in Cæsare, Tyrones neque in ludo, neque per lanistas. &c.

¶ Tyrones appellabantur, qui sumpserant togam virilem, fdque tyrocinium vocabatur. Trąquil. in Caio, Vno atque eodem die togam sumpsit. barbámque posuit, sine vllo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius Horat.

Sub patribus duris tyronum. Eum significat fœnus exercere contra leges quæ vetabant filiusfamiliàs, & minoribus x xv. annis fœnerare. Turnebus.

¶ Tyrones dicebantur adolescentes, quando togam sumentes, pubescente iam barba, eloquentiam in foro auspicabantur. Plin.lib.8. cap. 48, Ea prima texuit rectam tunicam qua simul cum toga puta tyrones induuntur, nouæque nuptæ.

Tyro vsu forensi. Cic.1. Ver. Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed vsu forensi atque exercitatione tyronem. Id est, non tam ætate nouitium, quàm inertia.

Tyro ac rudis in re aliqua. Cic.1.de Orato. Fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere.

Tyrunculus, pen. corr. Diminut. Iuuen. Sat. 11,

-nec latus Aphræ

Nouit auis noster tyrunculus.

Tyrunculum se Plinius in epistolis dixit, quasi rudem in cognitione signorū. lib.3.epist.6. ad Seuerū, Quod me, inquit, quanquam tyrun-

tyrunculum solicitauit ad emendum.

Tyrunculus. Canis adolescentior dicitur à Col.lib.7.cap.12, Quoniam, inquit, tyrunculus nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium, tyrocinij, Prima actio in quacunque arte. Plin.lib.7. cap. 48, Lucciæ in scenam producta fuerat tyrocinio à M. Pomponio Ædili plebis.

Ponere tyrocinia. Iustinus, Constantiores futuri si non solùm tyrocinia, verumetiam incunabula in ipsis castris posuissent. Vide PONO.

Deponere rudimenta tyrocinij. Iustinus lib.9.

Tyrocinio ætatis lapsus, posteà se correxit. Cic. in Salust. Id est, insciția & ignoratione. Budæus.

Tyrocinium nauium. Plin.lib.24.cap.7.5. per metaphoram, quum primum mari committuntur naues, & veluti in Neptuni militiam conscribuntur. Budæus.

Tyrocinium oratorum dicebatur, quum in foro primùm oratores futuri deducebantur, quasique oratoriæ arti initiabantur & agendis causis. Huiusmodi enim artis exercendę auspicamentum, tyrocinium dicebatur: tumque oratores dicebantur tyrones. Tranquillus in Nerone, cap.7. deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit indicta decursione. Idem in Tyberio, cap.54. Neronem & Drusum patribus commendauit, démque vtriusque tyrocinij congiario plebi dato celebrauit. Budæus.

Facere tyrocinium, Vide FACIO.

Tyrocinium animi. Venuleius de ædilitio edicto, I. Animi, Nouitium autem non tyrocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi. Hoc in loco Venuleius eleganter tyrocinium animi pro simplicitate & rudimento posuit. Budæus.

TYRO, Tullius M. Ciceronis alumnus & libertus, adiutórque in literis studiorum eius fuit. Is libros complures de vsu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis atque promiscuis quæstionibus composuit. Hactenus Gellius lib. 13. cap.9. Meminit & libro 7. capite 3 Extant multæ Ciceronis ad eum epistolæ. Nonnulli scribunt Tiro.

Tyronianus, penult. prod. {τυρωνιανός} A Tyrone possessiuum. Gell. lib.1.cap.7. In oratione Cice.5. in Verrem, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura, atque disciplina facta.

TYROS {τύρος} Phœniciæ peninsula. Plin.lib.5.cap.19. Tyrus, quondam insula, prælato mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara viribus genitis, Lepti, Vtica & illa Romani imperij æmula terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gad. bus extra orbem conditis Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Hactenus Plinius. De obsidione eius, vtque continenti adiuncta est. Diodorus lib.17. Lege Curtium libro 4. Hæc fuit olim Sarra nuncupata, vt ait Gell. Vnde Sarranum ostrum dicitur, & ostrum Tyrium, & purpuram Tyriam dicimus. Phœnices accolæ fuerunt Maris rubri: dicti à palma, cuius regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terræ motu pulsi in maritimam Syriæ se contulere, condita vrbe, Sidonem à pisce appellarunt: eam Syrij vocabant Sarram. Lingua Syra piscis Sear dicitur. Posteà condidere Tyrum in ipso mari, propter merces. τυρὸς etiam Græcè, Latinè caseus. Tyros nunc *Sur* dicitur. Ciuitas erat Christianorum, sed Turcæ deleuerunt eam, & seruant portum, qui vocatur *El porto de Sur*.

Regna Tyri. Virg.1.Æneid.

Antiqua Tyros. Virg.4.Æneid.

Instabilis Tyros. Lucan. lib.3.

Phœnissa Tyros. Ouid.15. Metam.

¶ Antiqua Tyros, Prouerbium est, quo significamus summam molestiam extremúmque malum. Tyrum enim, quæ cognominata est vetus, dictione composita παλαίτυρος, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus reddidit continentem, crudeliter tractauit, plurimísque affecit incommodis: vnde prouerbium τὸ ἐπὶ παλαιᾶς, quo significabant tantùm malorum, quantum antiqua Tyros pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti. Historia est apud Quintum Curtium. Hæc Erasmus.

Tyro despectus Hiarbas. Virg. 4. Æne. Valet contemptus à Tyro & per denominationem à re Tyria muliere. Non enim assentiendum est Seruio, qui Hiarbam facit Tyrium, quem è Trogo, & hoc 4.libro Æneidos constat Afrum fuisse. Turnebus.

Tyrius, possessiuum {τύριος} Qui ex Tyrio est. Claud. de bell. Gildon, Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti

Tenditur in longum Caralis, &c. Amictus Tyrij. Ouid.2.de Arte.

Arces Tyriæ Virg 1 Æneid.

Colони Tyrij. Virg 1.Æneid.

Colores Tyrij. Ouid 9.Metam.

Ostrum Tyrium. Virg.3.Georg.

Rubores Tyrij. Virg 3.Georg.

-quanuis Mulcia magno

Vellera mu tentur, Tyrios incocta rubores.

Succo Tyrio cocta strata. Lucan lib.10,

Strata micant Tyrio, quorum pars maxima, fucco

Cocta diu.

¶ Vestes Tyriæ, Purpura Tyria infectæ. Ouid.2.de Arte,

Siue æris in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Martial. lib.1,

Hispanas, Tyriasque coccinasque.

Vbs Tyria. Virg 1.Æneid.

¶ Tyrius pro Lecto Tyrio vel purpureo. Iuuen. saty.10,

-dudum sedet illa parato

Flammeolo, Tyriúsque palàm genialis in hortis

Sternitur, &c.

¶ Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculósque plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quòd Pœni Tyro oriundi adeò potentes maris fuerunt, vt per hos omnibus mortalibus nauigario esset periculosa, citátque Afranium qui scripserit de quopiam quòd Tyria maria concuteret: hoc est ingentes turbas excitaret. Erasmus.

Tyrotarichus, tyrotarichi, pen. corr. m.g. {τυροτάριχος} Genus obsonij ex caseo, salsamentóque confecti. τύρος enim caseus, τάριχος salamentum. Cic. ad Pætum, lib.9.16. Tu verò (volo enim abstergere animi tui merum) ad tyrotarichum antiquum redi. Idem ad Atticum, lib 4. 77, Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tyrotarichi. De tyrotaricho Apicius lib 4. Sed & Cælius lib 3 cap.26 his quidem verbis, Inuenio apud Græcos dici quidem tarichos, salsamentum. Suidas tamen eatnem intelligere mauult sale cōspersam: addito etiam etymo, παρὰ τὸν ταριχεύεσθαι, quòd eliquetur inde tabes gati modo: nam ichor tabes est ac cruor. Id fuisse annonæ vilioris vt credam, facit Aristophanis interpres quum in comœdia cui titulus est ἱππῆς, id est Equites, ita scribat: ὅτου τὸ ταριχοπωλεῖον, φησὶ τοῦ ὅτι τὰ ἰδιωτικὰ πωλοῦνται. Vbi inquit est tarichopoleum, hoc est vbi tenuia venduntur. Tarichos Phrygium & Gadiricum est apud Eupolin in marica. Iulius Pollux Ægyptia addit, & tilitarichos dicitur ab eodem, & λεπτὸν ὃν quod squammatum intelligit: & teruile cibarium fuisse monstrat comicus Plato, καὶ σκεῖον ἄγρα, πάντα τάριχος ἐστιν πᾶς οἰκέτης. Ex his ducor coniectura, non tam vt monstorum plerisque est visum, à caseo duci tyrotarichum, quàm à loco vbi conficeretur, mox Romam subuectare tur, vti ex Hispania & Ibcis aliis Nec me fallit, Apicium scribere: Patellam tyrotarichum ex quocunque salso volueris, coques ex oleo: exossabis & cerebella cocta, pulpas piscium, iecusculla pullorum, casium mollem excaldatum: hæc omnia calefacies in patella. Apud Philippidem, Eustachio referente, legitur τριτὸν καὶ τεσσαρακοστὸν ταρίχους. vbi author idem probare nititur, tarichos neutro dici genere, vt apud Menandrum ὑπέπεσεν οὖν τὸ ταριχος ἄνω, id est sale insperti tarichos: & masculino apud Aristophanem, ταριχεῖον, οὗτον πλέων, id est tarichum abluens hunc. Hæc Calius.

Tyrrhenos, pen. prod. {τυῤῥηνὸς} Romani Hetrusco appellant atque Tuscos. Græci vero eos hoc nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui Lydia colonos hac in regione dimisit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales vnus, quum fieri litate ac fame populum suum emittere cogeretur è duobus filiis, sorte iacta, Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem appleans populum, foras abire iussit. Hanc ille ingressus oram, de suo nomine vocauit Tyrrhenam. A cuius gentis præcipua crudelitate tyranni sunt dicti.

Tyrrhenus, pen. prod. Adiect. {τυῤῥηνὸς} vt Æquot Tyrrhenum. Virg 1. Æneidos,

Arua Tyrrhena. Virg 8. Æneidos,

Gens Tyrrhena. Ouidius 15. Meram. Cic 1. de Diuinat.

Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis auspex. Ex poëta.

Monstra Thyrrhena. Ouid.3. Fast.

Rex Tyrrhenus. Ouid.4. Fast.

Sedes Tyrrhena. Virg.7. Æneid.

¶ Tyrrhenum mare dictum est, vel quòd Tusciam alluit (inquit Seruius) id est Tyrrheniam: vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula, Dormientem in littore Liberum patrem puerum nauras abstulisse Tyrrhenos, qui quum esset experrectus in naui, quòd duceretur interrogauit. Responderunt illi, Quò vellet Liber air, Ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed quum alio vela desiecterent, iratum numen tigres sibi sacratas, visibus eorum obiecit: quo reirore se illi in fluctus dedere præcipites. Hactenus Seruius enarrans hunc locum Virg.1. Æneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, &c. Idem in hymno quodam in Bacchi laudes scripsit Homerus. *La mer Tyrrhene, la mer d'anal.*

TYRRHVS {τυῤῥὸς} pastor, apud quem Laurnia peperit. Inde Tyrrhidæ Tyrrhi filij Hæc Seruius apud Virgilium 7. Æneidos,

Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhúsque pater cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.

Iuuenes Tyrrhidæ. Virg 9. Æneid.

TYRTAEVS {τυρταῖος} poeta Græcus, cuius sæpe meminit Plato in libris de Legibus, O diuine poeta Tyrtæe, inquit, sapiens certè ac bonus nobis esse videris, quia excellentibus eos extulisse laudibus, qui in bello excelluerunt.

TYSIAS, Tysiæ {τυσιας} Princeps & inuentor artis rhetoricæ fuit, vt docet Cic.1.de Inuētione. Ac veteres quidem scriptores artis vsque ab principe illo atque inuentore Tysia repetitos, vnum in locum conduxit Aristoteles &c.

V

VET I literæ medius quidam est sonus. Quintil. lib. 1. cap. 4. Et medius est quidam u & i literæ sonus. Non enim sic optumum dicimus, vt optimum.

V atque o inuicem permutatæ. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quid o atque u permutatæ inuicem? vt Hecoba & notrix: Chulcides & Pulixena scriberentur. Ac ne in Græcis id tantú noteturr, dederont ac probaueront. Sic ἐθωυσάν, quẽ ἐθοσάν fecerũt Æoles, ad Vlyssem deductus est.

V pro œ, Vide MOERI pro muris.

V A

Vacanter. Vide VACO.

Vacca, vaccæ {βοῦς} Bos fœmina. Varro 2. de Re rust. cap. 5. Discernuntur in prima, vitulus & vitula: in secunda, iuuencus & iuuenca: in tertia & quarta, taurus, & vacca. Cic. 1. de Nat. deor. Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Candens. Virg. 4. Æneid.
Fœta. Virg 3 Georg.
Sterilis. Virg 6. Æneid.
Nitida. Ouid 2. Metam.
Nitea. Ouid 5. Metam.
Vbera lactea demittunt vaccæ. Virg. 2. Georg.
Pastæ distentent vbera vaccæ. Virg 9. eclog.
Mugit vacca. Stat. 4 Sylu. 5.
Pascere vaccas. Ouid 2 de Arte.

Vaccula, vaccularum, pen. corr. Diminut. {βούδιον.} Virgilius,

Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans.

Vaccinus, pen. prod. Adiect. {βόειος} Quod est ex vacca. Plin. libro 24. cap. 3. Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino, serpentis plagæ.

VACCA, Oppidum Numidiæ. Sallust. in Iugurth. Erat haud longè ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vacca, forú rerum vænalium totius regni, maximè celebratum, vbi & incolere & mercari confuerant Italici generis multi mortales.

VACCENSES, Vaccæ oppidi Numidici incolæ. Sallust. in Iugurth.

Vaccinium. Vide VACCINIVM.

VACCVS {διάκονος} Dux Fundanorum in Priuernati bello, qui à L. Papyrio captus, ædes eius diruꝛ sunt & bona publicata. Vide Liuium 8. ab Vrbe. & Ciceronem pro Domo sua, In vacci pratis domus fuit M. Vacci quæ publicata est & euersa, vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

Vacefio, vacefis, Vacuus efficior. Lucret. lib. 6.

Hoc vbi inanitur spatium, multúsque vacefit. &c. In quibusdam vacesit legas.

Vacerra, vacerræ, m. g. {παρασιτικὸς} Vecors & vesanus dicitur. Festus.

Vacerra {κακόβιον} Stipes ad quem religantur equi in stabulo, inquit Festus. Col. lib. 6. cap. 19, Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnéque transuersis sex temonibus, quasi vacerræ inter se liganꝛur, ita vt à posteriore parte quæ latior est, velut in cauæam quadrupes possit induci, &c. De machina faciendaqua clausa iumenta curentur.

¶ Vacerra, Genus clathrorum Col. lib. 9. cap. 1, Vbi verò neutrum pars familiæ conducit, ratio postulat vacerris includi. sic enim appellatur genus clathrorum: idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere.

Vacerrosum sæpe vsurpauit Augustus, pro Insania correpto. Suetonius in eius vita, cap. 87.

Vacia, Pedibus & cruribus distortis. Varr. lib 8. de ling. Latin. Ac si quis puerorum per delicias pedes malè ponere atque imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere si concedant, &c.

Vacillo, vacillas, vacillare, Inconstantem esse, & quasi alternatim moueri. Cic. de Clar. Orat. Curio in vtranque partem toto corpore vacillans.

Vacillare dictum à senibus, qui sint æuo defessi, atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem leuent. Ex Nonio.

Vacillare ex vino. Quint. lib. 8. cap 3.
Arbor vacillans. Lucret. lib. 5.
Tabe nimborum arbusta vacillant. Lucret. lib 1.

Fides vacillat. Arcad. in l. 1. D. de testib. Testimoniorum vsus ab his præcipuè est exigendus, quorum fides non vacillat.

Vacillat iustitia, vel iacet potius inquit Cic. lib. 3. Offic.

Legio vacillans. Cic. 3. Philip. In Galliam mutatum duxit exercitum, cum vna legione & ea vacillante.

Epistola scripta vacillantibus literulis. Cic. Tironi, lib. 16. 13. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis. Idest non rectè præ valetudine scriptis.

Memoriola vacillare. Cic. Att. lib. 12. 232. Sed quod scribis ignículum matutinum γεγυμνάσθαι est memoriola vacillare.

Nomina vacillant. Cic. Attic. lib. 14. 316. De Petuleiano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista expedienda fictum mihi videbar reliquisse: cuius non sine magna culpa vacillarunt. Id est, nomina seu debita exacta non sunt. Ad ista expedienda, hoc est, ad mea nomina exigenda.

Res vacillat & claudicat. Cic. 1. de Nat. deor. Sed & ille reprehensus à multis est, nec vos exitum reperitis, totáque res vacillat & claudicat.

Vacillare videtur stabilitas amicitiæ. Cic. 1. de Fin.

Tellus vacillat sub pedibus. Lucret. lib. 5.

Testis vacillans, apud Iurisconsultos, Qui inconstantia & diuersa testimonia dicit. Modestinus in l. 2. D. de testib. Testes qui aduersus fidem testationis vacillant, audiendi non sunt.

Vacillatio, vacillationis, pen. prod. Quint. lib. 11. cap. vlt. Est & illa inde cora in dextrum ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus insistentium.

Vacinium, vacinij {ὑάκινθος} Flos qui aliàs hyacinthus dicitur. Virg 2. eclog.

Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Vbi Seruius, Vacinia sunt violæ quas purpurei coloris esse manifestum est. Falsò, vt arbitror, inquit Ruellius, Seruium accusant, qui vacinium pro hyacintho Maronianeceptum in carmine adfirmarit. Nec obstat, quòd nigra dicat poeta, quando purpuream quoque violam nigram vocare soleant authores. Idem sic florem hunc deliniat. Vacinium folium habet bulbi, caulem palmeum, leuem, tenuiorémque digito minimo coloris herbacei, comam iacentem, incuruam, plenam floris purpurei, radice bulbacea. Hyacinthi cum viola nigra crumpunt Vere, sed ante rosam vt ferè omnia quæ in coronas à montibus petuntur. Exeunt cum gladiolo, cæterùm hyacinthus maximè durat. In Gallia eximiè prouenit. Hoc inibi pro cocco hysginum tingitur. Frequens apud nos hyacinthus, quem florem rura hodie *vacietum* appellant, in quo pristini vocabuli quædã rudimenta relucent, quasi vacinum & vacinium innuant, herbam ipsam memoralem, vel agrestem eepam. Sunt qui duplici c scribant.

Mollia vacinia. Virg. 2. eclog.

¶ Vacinia, vaciniæ, Arbor est Plinio lib. 16. cap. 18, Item vacinia Italiæ in aucupiis fata, Galliæ verò etiam purpurea, tingendi causa ad seruitiorum vestes.

Vaco, vacas {σχολὴν ἄγειν} vacare, Dare operam. Datiuo iungitur. Cic. 1. de Diui. Ego verò, inquam, philosophiæ Quinte semper vaco.

Armis vacare. Cic. 11. Philip.
Choris epulísque vacare. Claud. 2. in Eutrop.
Corpori vacare, Curare corpus. Plin. epist. 9.
Postulationibus vacare, Vide POSTVLO.
Sermoni alicuius vacare. Curtius lib. 6.
Vacare sibi Matr. lib. 2.
Vacare vitæ. Martial. lib 5.

In opus aliquod vacare, Scribendo operam dare. Ouid. 3. de Ponto eleg. 3.

Vacare, Vacuum esse. Absolutè aliquãdo ponitur. Plaut. Casin. 11, Fac vacent ædes.

Vacant agri, Nihil proferunt, vel non excoluntur. Cæsar 4. belli Gallici,

Vacat locus, domus, triclinium. Cæsar 1. bel. Gal. Cic. Att. lib. 12. 238, Tota domus superior vacat, vt scis. Eidem libro 13. 398, Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret.

Vacat locus à custodibus. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Quantum temporis vacabit ab officio publico. Cicero 2. de Diuinat. Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit à publico munere.

A scribẽdo vacare. Plin. epist. 51. Hoc est, supersedere à scribendo.

Vacat tempus à Cicero de Claris Oratorib. Nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à cogitando. Id est, Semper aut dicebat, aut scribebat orationes, inquit Budæus.

Vacat tempus iustitia. Cic. Nullum est tempus quod iustitia vacare debeat. Id est in quo iustitiam administrare non oporteat.

¶ Ab omni administratione rerum vacare. Cic. 1. de Nat. deor. An ab omni curatione & administratione rerum vacent.

Vacare, Otium habere. Cice. Cornificio, lib. 12. 29. Quanuis enim occupatus sis, otij tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. Idem Att. lib. 12. 252, Scribes aliquid, si vacabis.

Vacare animo, pro Curis solutum esse. Cice. 1. de Diuin. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præuertendum putes.

Vacare re aliqua, pro Carere. Cic. 3. de Orat. Domicilium tãtum in ea vrbe remanet studiorũ: quibus vacant ciues, peregrini fruũtur.

Armis vacare. Lucret. lib 5.

Culpa vacare. Cic. Torquato, lib. 6. 3. Nec enim dum ero, angar vlla re: quum omni vacem culpa.

Vacare culpa in re aliqua. Cic. Curioni, lib. 2. 1, Præsertim cùm in quo accusabar, culpa vacarem.

Fama nostra vacat crimine. Ouid. epist. 4.
Insula vacat cultu. Ouid. epist. 10.
Curis vacans. Lucan. lib. 5.
Curã & negotio vacare. Cic. 1. de Leg.
Custode vacans. Ouid. 2. Meram.
Dolore corpus vacat. Ouid. in Ibin.
Epulis ora vacant. Ouid. 15 Metam.

Lamentis vacauit mors eius. Cic. de Senect. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentísque vacare.

Legibus vacat ætas nostra. Cic. de Senect. Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra, muneribus iis quæ non possunt sine viribus sustineri.

Lite vacent aures. Ouid. 1. Fast.
Metu vacat Amor. Ouid. 1. Amor. eleg 6.
Milite & pecunia vacare. Liu. 2. ab Vrbe.
Molestia vacare. Cic. 4. Acad. Voluptatem autem & honestatem finem esse Callipho censuit vacare omni molestia Hyeronimus: hoc idem cum honestate Diodorus.

Morbi⁊ vacare. Iabolenus in l. Qui tertiana. D. De Ædil. edic. Qui tertiana febre, &c. ne iis quidem diebus, quibus morbis vacant, rectè sani dicentur.

Vacare aduersa valetudine. Cels. li. 2. cap. 14. Sed vt leuata quoque aduersa valetudine rectè frictio adhibetur, sic nunquam adhibenda erescente febre: verùm si fieri potetit, quum ex toto corpus ea vacabit minus rectè quum ea remiserit.

Vacare omni vento. Cels. lib. 2. cap. 1.
Pudore vacat nox. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Vacare à metu. Liu 7. ab Vrbe.

Vacare populo, Procul esse. Cic. 2. Tusc. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi ac vnam esse omnium rerum pulcherrimam, eóque pulchriorem si vacet populo, nec plausum captans, se tãtùm ipsa delectet. Budæus.

Vacat, impersonale, {χρονίζει,} Otium vel vacuum tempus est. Datito & infinitiuo iungitur. Virg. 1. Æneid.

Et vacet annales nostrorum audire laborum. Ouid. 2. Trist.

Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.

Vacat mihi esse diserto. Quint. lib. 11. cap. 1.

Vacans, Particip. {χρονίζων,} Qui otiatur. Celsus ad Ciceronem, lib. 8 3. Hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otij tempus consumere.

Animus vacans, curis vacuus. Ouid. 9. Metam.

Saltus longè latéque vacantes. Virg 3. Georg.

Vacanter, Aduerbium, Inaniter. Phaorinus apud Gellium, Vacanter hoc etiã, inquit, accumulauit & inaniter. Vide Noct. Attí. li. 17. c. 10.

Vacatio, vacationis, {χρονή,} Verbale, Feriæ, cessatio, immunitas.

Vacatio adolescentiæ. Cic. pro Cælio, Erat enim meum, deprecari vacationem adolescentiæ veniámque petere: non inquam audeo: perfugiis non vtar ætatis.

Ætatis vacatio. Cic. 1. de legib. Ego verò ætatis potiùs vacationi confidebam, cùm præsertim non recusarem quominus more patrio sedens in folio, consultantibus responderem.

Legis vacatio. Sueto. in Claudio, ca. 19, Id est solutionẽ legis. Bud.

Militiæ vacatio. Cæsar 6. bel. Gal. Cic. Attic. lib. 1. 14, Senatus decreuit vt Consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent.

Delectum haberi in vrbe sublatis vacationib. Cic. 5. Philip.

Dare vacationem multitiæ. Iustinus lib 11.

Omnium munerum vacatio. Cic. 1. de Nat. deor. Nos autem beatam vitam in animi securitate, & in omnium vacatione munerum ponimus.

Rerum gestarum vacatio. Cic. pro Sylla, Si me non modò non rerum gestarum vacatio, sed neque honoris neque ætatis excusatio vendicat à labore.

Dare vacationem rerum omnium. Cic. 6. Verr. Pro hisce rebus, vacatio data est ab illo sumptus, laboris, militiæ, rerum denique omnium.

Dare vacationem à causis. Cic. 1. de Leg.

Habere vacationem, Cessare, intermittere. Cic. 4. Acad. Sed cùm sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos?

Vti vacatione. Cic. 7. Verr. Quod tam immune municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione sic vsum omnium rerũ, &c.

Vacuus, Adiect. {κενὸς, κοῖλος, ἀδέητος, κατοχὴ,} Inanis, nihil continens. Virgil. 3. Georg.

Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum

Flumina. Vbi tamen Seruius, Vacuis, magnis interpretatur. Idem 7. Æneid. -vacua atria circum. Virg. 2. Georg.

-neque in vacuum poterunt se ostendere rami.

Aër vacuus. Virg. 3 Georg.
Ætas vacua periculo. Tacit. lib. 16.

Agri vacui arboribus carentes, & soli expositi, nec obumbrati ramis arborum. Virg. 2. Georg.

Animus vacuus, Otiosus, nullis negotiis cursíve irretitus. Cic. de Clar. Orat. Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus.

Animus vacuus & solutus. Cic. 2. Verr.

Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre. Cic. Attic. lib. 12. 252.

Aula vacua. Virg. 4. Georg.

Auræ vacuæ. Virg. 12. Æneid.

Aures vacuæ. Plaut. Trin. 2. 11, Accipite, & date mihi vacuas aures dum eloquor. Hoc est, nolite aliis rebus occupare aures, tantùm audite me. Cic. Antequam iret in exilium.

Aures vacuas permulcere dictis, Adulationibus patentes. Horat. 1. epist. 17.

Cælum vacuum. Virg. 5. Æneid.

Dies vacuos habere, Hoc est nullis aliis rebus dedicatos. Cic. 2. Verr. Etiamsi statim ad dicendum nostro commodo, vacuóque dies habuissemus tamen oratione longa nihil opus fuisse.

Domus vacua. Cic. 1. in Catil.
Equus vacuus, Sine sessore. Liu. 7. bell. Pun.
Gladius vagina vacuus. Cic. pro Marcello.
Hora vacua à furto. Cic. 3. Verr. Hora nulla vacua à furto, à scelere, crudelitate, flagitio reperietur.
Lectus vacuus. Ouid. 11. Metam.
Lecto vacuo viuere. Propert. lib. 2. eleg. 2.

Locus vacuus à turba Cic. 5. de Fini. Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus esset.

Mens vacua. Cic. 3. Tusc. Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiáque censebant: his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam.

Mentes vacuas tenere, Oblectare animos otiosos. Virgi 3. Georg.

Nomina vacua. Tacit. lib. 17, Si respublica & Senatus & populus vacua nomina sunt.

Nox vacua crimine. Ouid. 4. Fast.

Nummi vacui dicẽtur, qui sunt sine vsura & fœnore, nec in vsum aliquem erogantur. Scæuola in l. Quintus. D. Depositi vel contrà.

Operarij vacui. Col. lib. 11. cap. 2.

Pars vacua & integra. Cic. pro Roscio Comœdo, Petisse, inquit, suam partem, Roscium à Hauio confiteor: vacuam & integram reliquisse Fannij, concedo.

In pectore vacuo regnat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. Hoc est, in pectore quod paulò antè vacuum erat amoris affectu.

Pedes vacui. Ouid. 1 de Arte.

Possessio caduca & vacua. Cic. 3. de Orat.

Prædia vacua. Cic. pro Rosc. Amer. Cùm ille confirmaret se nomẽ Sex. Roscij de tabulis expꝛtorũ, prædia vacua filio traditurũ, &c.

Tempus vacuum laboris dare sibi. Terent. Heaut. 1. 1.

Tempus vacuum amori. Lucan. lib. 3.

Sterile & vacuum tempus beneficio. Plin. in Paneg.

Quum vacui temporis nihil haberem. Cic. Att. lib. 2. 28.

Transtrum vacuum, Subaudi remigibus. Cic. 7. Ver. Nullum propugnatorem abfuisse, nullum vacuum transtrum esse: remigi rem frumentariam esse suppeditatam, &c.

Ventre vacuo mulier, cui opponitur Ventre pleno mulier, id est, prægnans. Papinianus in l. Ventre. D. De acquirenda hered.

Vita vacua laboribus. Ouid. 5 Trist. eleg. 4.

Vmbra tonsoris vacua, Tonstrina tonsoris cessantis Hora. 1. epi. 7.

Vrbs vacua, In qua homines degunt otiosi. Horat. 20. epist. 2.

Vtetus vacuus, id est non prægnans. Vlpian. in l. Cùm quidam. §. Suum heredem. D. De acquiren. hæred.

Vacuus cum genitiuo, vt Vacuus frugum, pro frugibus. Sall. Iugurth. Ager autem aridus, & frugum vacuus. Nonius.

¶ Vacuus, Nullis negotiis distractus. Cic. in Brut. 10, Itaque hunc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum.

Vacuus à re aliqua, Extricatus, quum negotium absoluimus. Cic. Qu. frat. lib. 1. 3, Sin eris ab isto periculo vacuus, ages sciliceꝛ, siquid agi posse de nobis putabis.

Locus vacuus ab exercitu, ab defensoribus. Cæsar 8. bel. Gal. Ibi. 2.

Ab omni molestia vacuum esse, & Aliquam solicitudinem habere, contraria. Cic. Bruto lib. 11. 16, Permagni interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit, vtrùm cùm solicitudinis aliquid haberes, an quum ab omni molestia vacuus esses.

A periculo, à rebus vacuus. Cic. ad Attic. lib. 11. 207, Consilium nostrum spero vacuum âpericulo fore. Idem 6, Nam ipsa Messana, quæsitu, mœnibus, portúque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua ac nuda est.

A securibus vacuus. Tacit lib. 12.

Vacui ab omni sumptu, Expertes, soluti ac liberi. Cic. 2. Verr. Verùm vt opinio mea fert, his quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere.

A suspicione vacuus. Cic. de Arusp. resp.
A tributis vacuus. Tacit. lib. 12.
Æmulatione vacuus. Tacit. lib. 12.
Animi vacuus, Formidolosus Stat. 5. Thebaid.
Curis vacuus. Cic. 2. de Fin. Cùm vacui curis etiam quid in cœlo fiat scire debemus.
Cura domestica vacuus. Tacit. lib 12.

Nihil tutum, nihil insidiis vacuum. Cic. ad Planc. lib. 4. 14, Quàm propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem.

Metu vacuus. Lacit. lib. 2.
Molestiis vacuus. Cic. Sulpitio lib. 4. 4.

Negotiis vacuus. Cic. 4. de Finib. Vacui negotiis honestè ac liberaliter possumus viuere.

Noxiis vacuus. Plaut. Merc. 2. 4.
Operum vacuus, Cessans ab opere. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Periculo vacuus. Tacit. lib. 16.
Rerum vacuus. Tacit. lib. 15.
Somno vacuus. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.

Timore vacuus. Cic. 2. de Fin. Luxuriam non reprehendit, modò sit vacua infinita cupiditate & timore.

Tributo vacuus. Tacit. lib. 12.
Virium vacuus, Qui sine viribus est. Plaut. Bacchid. 2.

Venire in vacuum, Succedere in locum alicuius. Hora. 2. Ser. sat. 5. & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit.

Vacuus ad narrandum aliquid. Hoc est cui vacat narrare, aut agere. Terent. And. 4. 2.

Vacuum fuit. Tacit. lib. 17.

Vacuissimus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.

Nec rursus iubeo, dum sit vacuissima quæras. Hoc est otiosissima, vacua & libera ab aliis negotiis.

Vacuitas, pen. corr. vacuitatis, {κένωσις, κένωμα.} Cic. 1. Offic. Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Idem 1. de Fin. Nam quoniã quum priuamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemꝰ.

Securitas & vacuitas. Cic. 5. Tusc. Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est.

Dolorum omnium vacuitas. Cic. lib 4. de Finib.

Vacuo, vacuas, {κενόω,} vacuare, Vacuum efficere. Martial. lib. 11,

Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si vacuare nemus. Col. lib. 3. ca. 13, Opus est autem perito, ac vigilãce exactore, qui ripã etigi iubeat, sulcúmq; vacuari.

Vacefacio, vacefacis, vacefeci, vacefactum, vacefacere Idem. Val. Max. lib. 5. cap. 4. De Coriolano. & Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Æmyl. Prob. in Cimone.

Vacefactus, Adiectiuum. Æmyl. Prob. in Thymoleone, Ciuibus veteribus sua restituit, nouis bello vacefactas possessiones diuisit.

VACORIVM {κακόπυρα} Vrbs Norici apud Ptolomeum lib. 2. cap. 14. hodie *Villacum*.

VACVNA, pen. prod. {οἰόκενος} dea quæ præerat otiosis & vacantibus. Huic sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant. Ouid. 6. Fastorum.

Nam quoque quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stantéque sedentéque focos. Horatius 1. epistol. 10.

Vacuna, Antiquorum obsoletum & ridiculum numen non videtur tantum fuisse vacantium & otiosorum dea, sed etiam eorum qui vel crimine, vel calumnia, contumelia denique & maledicto vacui reddebantur. Eam facio coniecturam ex eo quod Ausonius scribit,

Totam trado tibi simul Vacunam,
Nec iam post metues vbique dictum. Id est vacuum te iubeo esse, liberum & immunem ab omni dicto & contumelia. Turnebus.

VADIMONIS, lacus {οὐαδιμώνος λίμνη} est in quo fluctuant insulæ, de quo Plinius lib. 2. cap. 95, multa commemorat. Cæcilius in quadam, epistola, Exegerat socer meus, vt Ameriæ sua prædia inspicerem, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbiensi feruet, fœtétque sulphureis aquis.

Vadis, huius vadis, priore corr. m. g. {ἐμπεδοῦ, ἐγγυητής} primò dicebatur, deinde per syncopen vas: est sponsor alterius in re capitali, vt ait Festus. Vas (inquit Varro de lingua Latina) dictus est qui pro altero vadimonium promittebat. Cic. 3. Offic. de duobus Pythagoreis, quum is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter sisteudi eius, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Liu. 5. bel. Pun.

Vas dictus est, quòd qui vades dederit, vadere ei, id est discedere interim liceat. Horat. 1. Serm. saty. 1,

Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est.

Accipere aliquem vadem pro aliquo, Vide ACCIPIO.

Vades deserere. Liu. 9. bel Maced.

Vadem liberare. Cic. 5. Tuscul.

Vadimonium, vadimonij {ἐγγυή, ἐμπεδώσιον} Sponsio quædam sistendi, comparendíque in iudicio ad diem præstitutam per se, vel per aduocatos, quod deserere non licet. Cic. pro Quintio, Ad vadimonium non venit quisnis qui tibi præsto semper fuit. Plaut. in Curc. 4, Vbi tu es qui me conuadatus Veneriis vadimoniis?

Vadimonium à vade deductum est, vt mercimonium à merce: & quanquam eo nomine proprie censetur obligatio sistendi se iudicio, tamen omnis sponsio & promissio eo interdum vocabulo continetur, vt è dicto Thaletis Milesij, cognosci potest, ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα, quod Ausonius vertit, Milesi fugisse Thales vadimonia alumnus. Alio loco conuertit -Sponde, noxa tibi præsto est &c.

Garrula vadimonia. Ouid. 1. Amor. eleg. 12.

Concipere vadimonium, Certam formulam exprimere. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 16. Negat enim in tanta multitudine eorum qui vnà essent quenquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. Vide CONCIPIO.

Constituere vadimonium. Cic. de Senec. Omnia quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant.

Deserere vadimonium. Plin. in Præfat. Inscriptiones propter quas vadimonium deseri posset. Id est festiuissima, & magna, multáque promittentes, ita vt vel vadimonium propter eorum librorum recitationem deseri possit. Budæus. Vide DESERO.

Differre vadimonium. Cic. Att. lib. 2. 22. In hominé ire cupiebam, non mehercule vt differrem cum eo vadimonium: nam mira sum alacritate ad litigandum. Id est differre diem iudicij, diem adeundi prætoris. Vide DIFFERO.

Missum facere vadimonium, Est vadimonij obligationem remittere, condonaréque. Cic. pro Quintio. Qui quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit, qui posteà quoque vadimonium missum fecerit. Budæus.

Obire vadimonium, Vide OBEO.

Obstricti vadimonio hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati, ab iudicibus (vt fit) impetrauerunt, vt aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege vt in diem certum, aut quandocunque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur, quos *elargitos* vocant Budæus.

Occurrere ad vadimonium. Sueton. in Caligula cap. 39, Et litigatorum plerique, quòd occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent.

Promittere vadimonium. Cicero 5. Verrin. Et 7. Verr. Quod isti simul ac nuntiatum est, hominem iubet Lilybæum vadimonium Venerio seruo promittere. Vide PROMITTO.

Sistere vadimonium. Cic. pro Quint. Venit Romam Quintius, vadimonium sistit.

Esse vadimonium alicui cum aliquo. Cic. pro Quint.

Esse in vadimonio. Cic. pro Quint.

Vador, vadaris {κλητίνω} vadari, Verbum commune est secundum Priscianum, pro vadimonio obstringere, siue diem iudicij ex compacto constituere, & in ius vocare. Cic. pro Quintio, Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. vadari vis: promittit. in ius vocas: sequitur. iudicium postulas: non recusat. Claud. Persa, 8.

-vadatur hic me. P. Vtinam vades

Desint, in carcere vt sis. Cicero pro Quintio, Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: siquid agere secum velit Quintius, non recusare. Hic quum rem Gallicanam cuperet reuisere, hominem in præsentia non vadatur, Ita sine vadimonio discreditur. Horat. 1. Serm. saty 9, -& casu tunc respondere vadato

Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. Ouidius 2. de Remed.

Iámque vadaturus, lectica prodeat inquit.

Vadatus Fulgētio teste, obstrictus, vel sub fide, aut fideiussione existēs, sicut Festus Festella ait: Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur.

Vado, vadis, vasi, vasum {ἴημι, βαδίζω, βαίνω, βιβάω, φοιτάω, χάζομαι} vadere, Iter facere, quasi viæ dare. Virgil. 2. Æneidos,

Vadimus immissi Danais, haud nomine nostro. Cic. ad Att. lib. 4. 79, Ad eum postridie manè vadebam quum hæc scripsi.

Vadit aduersus imminentem hostium aciem. Liu. 1. Decad. lib. 3.

Lentulus Spinter hodie apud me, cras manè vadit. Cicc. Attic. libro 14. 307.

Post huuc ore fero Capricornus vadere pergit. Cic. in Arato.

Vade age. Virg. 3. Æneid.

Veloci via vadere. Seneca Medea, 4.

Erectæ vadunt feræ. Author ad Heren. lib. 2.

Vadere in prælium. Liu. 3. ab Vrbe.

In mortem vadere. Virg. 2. Æneid.

In præceps vadere. Seneca. Hippol. 2.

Animus vadit in præceps. Seneca Hippol. 2.

Gloria vadit per iter præceps. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.

Vadens. Particip. {βαδίζων} Virg. 6. Æneidos,

Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Vadendum in hostes. Liu. Decad. 1. lib. 7.

Vadere per. Liu. 6. bel. Pun. Elephanti per media castra vadentes, stragem tabernaculorum ingenti fonitu ac fuga abrumpentium vinculà iumentorum facerent.

Vadit Euphrates in Mesopotamiā per Seleuciam. Plinius 5. cap. 2.

Vadum, vadi {πόρος} Locus in flumine, lacu, mari, & quacunque aqua, quæ propter breuitatem transiri potest, siue per quem vadere licet, quum sit minus profundus. Plinius.

Lignum vado hærebat. Liuius 8. bell. Maced.

Pontem quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Rursum Cæsar 1. bell. Gall. Rhodanus nonnullis locis vado transitur.

Quum venissent ad vada Volaterrana quæ nominantur, videns per familiarem Næuij, &c. Cic. pro Quintio,

Scitus vadorum. Ouid. 9. Metam.

Vadum pro Mari. Catull. Argon. 59. Ausi sunt vada falsa cita decurrere puppi.

Breuia. Virg. 5. Æneid.

Cæca. Virg. 1. Æneid.

Cærula vada. Virg. 7. Æneid.

Dura vada cæcis saxis. Virg. 3. Æneid.

Feruida. Virg. 7. Æneid.

Gelida. Ouid. 3 Amor. eleg. 5.

Iniqua. Propert. lib. 1. eleg. 16.

Limosum. Ouid. 3. Fast.

Palustria. Claud. 2. de rapt. Proserp.

Piscosa. Ouid. 2. de Arte.

Prona vada fluuij Claud. 1. in Eutrop.

Sacra vada fontis Numici Virg. 7. Æneid.

Salsa vada. Virg. 5. Æneid.

Tarda vada, Aquæ torpentes & pigræ. Senec. Herc. fur. 5.

Torua vada. Senec. Theb. 1.

Vitrea vada. Claud. de Aponi balneis, 5.

¶ Applicare remos vadis. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.

Emergere è vadis, per metaphoram. Cicero pro Cælio, Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præterecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.

Exultant vada. Virg. 3. Æneid.

Vadosum vadum frangere nando. Sil. lib. 8.

Placido vado labitur Cethe. Senec. Herc. fur. 5.

Nudantur vada. Vide NVDVS.

Pellere vada remis. Catull. Argon. 59.

Imis vadis refusa stagna. Virg. 1. Æneid.

Tentare vadum, pro Aggredi negotium aliquod, dixit Ouid. 3. de Arte.

Rates transiliunt vada. Horat. 1. Carm. ode 3.

Verrere vada liuida remis. Virg. 6. Æneid.

Res est in vado, Id est in tuto. Nam vt in profundo periculum consistit, ita in vado securitas. Terent. And. 5. 2.

Vadus, masculino genere apud antiquos. Sall. histor. lib. 1. Et mox Fusidius aduenientes cum legionibus, postquam tantas asperitates haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quàm suis opportuniora videt, &c. Ex Nonio.

¶ Vadum, pro fundo. Plin. lib. 31. cap. 3. de aquarum salubritate. Super omnia obseruatio vna, vt illa vado exiliat vena, non è laceribus.

Vado vadas {διαπορῶ} vadare, Per vadum transire. Solinus, Flumen quod propter breuitatem facilè vadari poterat.

Vadosus, pen. prod. Adiect. {πορώδης} vt Vadosus amnis, qui frequentia habet vada, quæ transiri pedibus possunt. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quòd his locis vadosum mare erat longius progressus, &c. Liu. 7. bel. Maced. Quòd in fluminis modum longum & angustum & vadosum ostium portus sit.

Aquæ vadosæ. Lucan. lib 8.

Væ {οὐαί} Interiectio his rebus propria quas execramus, datiuo iungitur. Martial. lib. 5,

Carpere causidicus fertur mea carmina: quis sit,
Nescio: si scierο væ tibi causidice. Terent. And. 2.

-væ misero mihi.

Aliquando sine casu. Virg. 9. eclog.

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Nonnulliveh scribunt, alij væh.

Væcors, Vide VECORS.

Væneo. Vide VENEO.

Væsanus, Vide VESANVS.

Vafer, vafra, vafrum {γόης, δολερός, κερδίλεως, πανοῦργος} Callidus, astutus, quasi valde Afer. Mira enim semper fuit Afrorū calliditas. Cic. lib. 3. de Rep. Nō sunt in disputādo vafri, nō veteratores, nō malitiosi. Idē lib. 1. de Nat. deor. Chrysippus qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres. Et 3. Offic. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, &c. versuti potius obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Ouidius 3. de Arte,

Ius vafrum. Horat. 2. Serm. saty. 2.

Vaframentum, vaframenti. Valer. Max. libro 7. capite 3, Quantum imperium quàm paruo intercepturn est vaframento. Item, Lampsacenæ vibis salus vnius vaframenti beneficio constitit.

Vafre, Aduerb. {πανούργως} Callidè. Cic. 4. Verr. Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.

VAGENI, pen. prod. {ὀυαγενοί} Plin. lib 3. cap. 20. Populi inter Alpinas gentes. Silius lib. 8,

Tum pernix Ligur, & spatij per saxa Vageni.

Vagina, vaginæ, pen. prod. Alicuius rei theca.

Vagina gladij {ὄκριν κολεός} Cic. in Catil. Veruntamen vt inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Idem 2. de Nat. deor. Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladij, sic præter mundum cætera omnia aliorum causa esse generata.

Ebuina vagina. Virg. 9. Æneid.

Diripere ensem vagina. Ouid. 10. Metam.

Ducere ferrum vagina. Ouid. 4. Fast.

Educere gladium è vagina. Cic. 2 de Inuent.

Eripere ferrum vagina. Virg. 6. Æneid.

Ensem liberare vagina. Ouid. 2. Fast.

Ensis tectus vagina. Horat. 2. Serm. saty 1.

Membranæ & vaginæ viscerum. Plin. lib 11. cap 37.

Vagina frumenti. Varro 1. de Re iust. cap. 48, Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum: quæ primitus quum oriuntur, neque planè ap patent, in qua sublatent herba; ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Cic. de Senect. Culmóque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

In vaginas corporis vnguium mucrones condunt feræ. Plin. lib. 8 cap. 15.

Vaginula, vaginulæ, pen. cor. Diminutiuum {κολεάριον} Plin. lib. 18. cap. 7, Et far in vaginulis suis seruant ad fatus.

Vagio, vagis, vagiui, vagitum {βαυζάω} vagire, pen. prod. Proprium est infantium. Terent. Hecy. 4. 1,

Nam audisse vocem pueri vitus est vagientis. Cic. de Senect. Et siquis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam. Ouid. 2. Fastorum,

Vagierant ambo pariter.

Vagito, vagitas, pen. prod. {βαυλάζομαι} vagitare, Frequentatiuum. Stat. 4. Sylu. 8,

-quúmque tibi vagitet tertius infans.

Vagitus, huius vagitus, pen. prod. masc. gen. {βαυσμός} Ipsa infantium vox. Martial. lib 9,

Sordida vagitu posceret æra puer.

Ingens vagitus. Virg. 6. Æneid.

Lugubris vagitus. Lucret. lib. 5.

Rudis vagitus. Stat. 2. Sylu. 1.

Edere vagitum. Quint. lib. 1. cap. 1.

Ægris vagitibus misti ploratus. Lucret. lib. 2.

Vagulatio, Verbale à Vagulo, as, quod à vago descendit, Vagitus clamor, conuitium. Verba sunt. legis 12. tabul. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito. Tertiis diebus valet, diebus perendinis, vt dicitur tertiis nundinis: ob portum, ad ædes: ob vagulationem, ad quiritundum & conuitium homini faciendum, qui ad testimonium dicendum non venerit. Nec assentior iis qui à Vagor deducunt, nec qui Obuagulatū legunt, cùm vagulationem Festus planè aperteque legat, & interpretetur, sitque ob vagulationem dictum antiquo more pro ad vagulationem. Ex Turnebo.

Vagor, vagoris, penult. produ. masc. gen. Idem {βάζασις} Lucretius libro 2,

Et superantur item, mulcetur funere vagor. Nonius.

Vagus, vaga, vagum {πλάνης, πλανήτης} Qui sine negotio modò huc, modò illuc inutiliter discurrit. Dictus quod vacuus, id est sine negotio agatur. Cic. ad Attic. lib. 7. 130, Vult enim me Pōpeius esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat *inuisorem*, ad quem delectus & summa negotij referatur. Itaque vagus esse cogitabam.

Aliquem vagum & exulem errare. Cic. pro Cluentio.

Animus uagus. Catull. de Berecynth. 58.

Aues vagæ. Horat. 4. Carm. ode 4.

Aura vaga. Ouid. 8 Metam.

Errores vagi. Ouid. 4. Metam.

Exul vagus. Ouid. 11. Metam.

Fama vaga. Ouid. epist. 20.

Febres vagæ. Celsi. lib. 3. cap. 5.

Humina vaga. Horat. 1. Carm. ode 34,

Fortuna vaga & volubilis. Cic. pro Milone.

Gressus vagi. Martial. lib. 2,

Hic quem videtis gressibus vagis lentum, &c.

Iuuentus vaga. Martial. lib. 2.

Lumina vaga noctis. Stat. 3. Thebaid.

Manè vagum. Martial. lib. 2,

Discursus varios vagúmque manè.

Mercator vagus. Horat. de Arte.

Murmura vaga. Stat. 6. Thebaid.

Natura vaga. Effrænis. Horat. 2. Serm. saty. 7.

Nomen herbæ vagum, Inconstans, & multis opinionibus obnōxium. Plinius lib. 27. cap. 4, Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuati. Hoc est, ambrosiæ nomen multis herbis est commune.

Pecora vaga. Catul. de Berecynth. 58.

Pede vago quisque discedebant. Catul. Argonaut. 59.

Rumores vagi. Ouid. 11. Metam.

Errans & vaga sententia, cui certa & stabilis opponitur. Cic. 2. de Nat. deor. Est enim & Philosophi & pontificis & Cottæ de diis immortalibus habere non errantem & vagam, vt Academici, sed vt nostri stabilem certámque sententiam.

Sermonibus vagis complet aures. Claud. 5. Panegy.

Tuba vaga. Ouid. 13. Metam.

Prosequi viram inopem & vagam. Cic. 12. Philipp.

Volucres vagæ. Ouid. 14. Metam.

¶ Pars quæstionum vaga, libera, & latè patens. Cic. 2 de Orat.

Solutum quiddam sit, nec vagum ramen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Cic. in Orat.

Vagabundus, Adiect. Scneca de vita beata, Ille effusus in voluptates, ac vagabundus semper & ebrius.

Vagè, Aduerb. Author ad Herenn. lib. 4, Restant etiam decem exornationes verborum, quas ideirco non vagè disperſimus, sed à superioribus separauimus, &c.

Annes vagè deerrarunt. Lucret. lib. 3.

Res sparsæ & vagè dissectæ. Author ad Heren. lib. 4.

Vagor, vagaris {πλατολίαν, ἀδηφαγοῦμαι} vagari, Inutiliter huc atque illuc ferri. Cic. pro Fonteio. Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro, cum quibusdam minis, & barbaro atque immani terrore verborum. Et 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur.

Boues vagantur per aruā. Ouid. 1. Fast.

Vagantur gregatim feræ cuiusque generis squamosi. Plinius lib. 9. cap. 16.

Per orbem terrarum vagari. Cic. 2. de Lege agraria.

Quacunque velis vagari. Cic. 2. de Lege agrar.

Tota vrbe vagatur. Virg. 4. Æneid.

Volitare & vagari in foro. Author ad Heren. lib. 4.

Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. Cicero ad Atticum libro 8 146.

Terras vagari. Propert. lib. 2. eleg. 29.

¶ Vagatur animus, quod etiam Peregrinari dicimus, & diuagari, hoc est alienari, discurrere. Cic. 2. Offic. Non enim sumus ij quorū vagetur animus errore, nec habeat vnquam quid sequatur.

Fama vagatur. Virg 2. Æneid.

Mors immatura vagatur. Lucret. lib. 5.

Nomen tuum longe atque latè vagabitur. Cic. pro Marcello.

Ne vagari & errare cogatur oratio. Cic. 1. de Orat.

Vagari & Perstringere breuiter, contraria. Cic. 3. Tuscul. Et primò si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter perstringere solent argumenta: deinde nostro instituto vagabimur.

Eo sit vt errem & vager latius. Cic. 4. Acad.

¶ Vago, vagas, {πλανάομαι} vagare, Neutrum, Idem. Plaut. 8,

-te alloquor vitij, probrísque plena,

Quæ circumuicinos vages.

Vagans, Particip. {ἀδηφαγήμενος} vt Aues vagantes. Tibullus lib. 1. elegia 3.

Aues huc & illuc passim vagantes. Cic. 2. de Diuinat.

Licentia vagans. Horat. 4. Carm. ode 15.

Vagatio, vagationis, Verbale {ἀδηφαγία} Liu. 5. ab Vrbe, Neglectum Anxuri prædium vagationibus multum.

Vah {ναὶ} Interiectio admirantis. Plaut. Curcul. 8,

Subegit solus intra viginti dies,

LY. Vah. C. Quid mirare?

Vah, exultantis vel lætitiæ. Terent, And. 3. 4.

Vah consilium callidum.

Vah, insultantis aliquando. Terent. Adel. 2. 1,

Vah, leno iniqua me non vult loqui.

Vaha, interiectio exultantis, vel ridentis. Plaut. Casin. 2. 1. -vaha. S. Quid negoti est.

VALASCA {ὠκαλάσκα} Bohemorum regina fuit, quæ facta cum cæteris mulieribus coniuratione, de excutiendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum mouit, interfectíque viris fœminas omnes asseruit in libertatem, ita vt instar Amazonum multos annos imperarint sine viris. Volater. in Geographia.

Valde, Aduerb. {πάνυ, μάλα, πανυπέρτατα, κράτα, ὑπερμεγάλα, σφόδρα, κατὰ δύο, κατὰ δύο} Id est, multum à validè factum est, deracto i. vt Valde doctus. Postrius iungitur, etiam verbis & aduerbiis. Cic. de Senect. Et si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascā, & in cunis vagiam, valdè recusem. Idem Tironi, lib. 16. 19, Literas tuas valdè expecto.

Epistola tua valde me leuauit. Cic. Attic. lib. 4. 76.

¶ Aduerbiis. Cic. Lentulo. lib. 1. 8, Rem te valde bene gessisse rumor erat.

Valde grauiter ferre. Cic. Attic. lib. 1. 12. Qui primum illud valdè grauiter tulerunt, promulgatum ex Senatusconsulto fuisse, Eidem lib. 1. 9, Valde grauiter prætexuit.

Valde vehementer eum visum & liberè dicere. Cicero ad Attic. lib. 14. 299.

Valde bene. Cic. Trebonio lib. 15. 21, Quòd de ingenio eius valde existimau. bene.

¶ Positiuis. Cic. 4. Acad. Homo & acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens.

Valde iniquum esse. Cic. de Arusp. resp.

Valde magnus. Cic. Cassio lib. 15. 175, De Hispania, noui nihil: sed expectatio valde magna.

¶ Tam valdè. Cic. 2. de Diuinat. Quasi verò quidquam sit tam valde, quàm nihil sapere vulgare.

Nimis valde, dixit Cic. 3. de Legib.

Valde, cum substantiuo. Cic. Attico lib. 11. 224, Neque enim valde de aduentu eius opinio est.

Valde quàm. Decius Brutus ad Cic. li. 11. 13, Nam suos valde quàm paucos habet.

Valdius, Comparatiuum à valde. Horat. de Arte. Idem 1. epist. 9,

Quid possim videt, nouit me valdius ipso.

VALENTIA, {ὠκαλαντία} Hispaniæ citeriotis vrbs, tribus millibus passuum à mari remota, vt author est Plin. lib. 3. cap. 3 & Ptolemæus lib. 2. cap. 10. & Mela lib. 2. Nomen retinet. Est & Valentia, tuxta Viennam ad Rhodanum, Allobrogum ciuitas, vt docet Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie *Valence*.

Valeo, vales, valui, valitum, penult. corr. {ἰσχύω, ὑγιαίνω, ὑγιαρὸς εἰμί}

διαθεσεως, διαθετικὸν, διαφορὰν } valere, penult. prod. Sanum vel potentem esse. Plaut. Amph. 7,
Equidem valeo, & saluos sum rectè Amphitruo. Ouidius 5. Trist. eleg. 14,
Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus.
Nos hîc valemus rectè: & quo melius valeamus, operâ dabimus. Brutus Ciceroni lib. 11. 23.
Valere & Ægrotare, contraria. Cic. 2. de Fin. Quæ cum Aristoni & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, vt inter optimè valere, & grauissimè ægrotare nihil prorsus diceremus interesse: rectè iampridem desitum est disputari.
Valere ab oculis, & ciusmodi, Hoc est morbo oculorum liberari. Gell. lib. 5. cap. 10. Plaut. Epid. 3,
A morbo valui, ab animo æger fui.
Valere à pecunia. Plaut. Aulul. 7.
Ne valeam, imprecantis vox. Martial. lib. 2,
Ne valeam, si non totis Deciame diebus
Et tecum totis noctibus esse velim. Martial. li. 2. imprecantis vox.
¶ Valere, Posse, polluere, potentem esse, vim vel vires habere, Momentum vel pondus, siue authoritatem habere, alicuius momenti putari. Terent. Eunuch. 5. 2,
Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. Idem in prolog.
Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit. Cic. de Amicitia, Non tantum valet vt tollat è vita amicitiam.
Proficere & valere. Cic. de Claris Orato. Omnia veniebant Antonio in mentem, eáque suo quæque loco, vbi plurimum proficere & valere possent.
Minus valet, Vide minor in PARVVS.
Valet purgare, Poller. ad purgandum. Plin. lib. 34. cap. vlt.
Valet pro antidoto. Plin. lib. 20. cap. 13.
Valere pro inducio. Plin. lib. 16. cap 32, Illud propius mirum mutari naturam in iisdem locis, atque pro inducio valere.
Valet eodem. Celf. lib. 6. cap. 6. Hoc est ad idem.
Naturaliter valere. Quint. lib. 3. cap. 8.
Nihil valet, Vide NIHIL.
Publicè valere. Tacit. lib. 12.
Valere rogando. Ouid. 2. Metam.
¶ Valere, cum datiuo. Gell. lib. 5. cap. 12, Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet.
Quicquid valebo, vel authoritate vel gratia, valebo tibi. Cicero Cecinnæ lib. 6. 6.
Valere ad. Cic. 1. Acad. Vitæ autem adiuncta esse dicebant quæ ad virtutis vsum valerent.
Hæc res mihi valet ad gloriam. Cic. 3 in Catil.
Valet ad eam rem, vt Cic. 1. Verr. Ereuim ista Quæstura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem qui Quæstor eius fueris accuses.
Valere aduersus aliquid. Celf. lib. 4. cap. 15, Valénsque est etiam aduersus carcerem intestinorum minij gleba, cum salis hemina contrita.
Valere apud aliquem, Posse aliquid ab aliquo facilè obtinere. Terent. Heaut. 3. 1, Cic. ad Dolabellam lib. 9. 14, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi quum tantum vales apud Dolabellam.
Authoritas tua plurimum apud me valet. Marcellus Ciceroni, lib. 4. 11.
Valet authoritas illius apud plebem. Hoc est multum potest. Cæs. 1. bell. Gal.
Valet apud eum mea gratia, vel authoritas. Cic. ad Brutũ 8. Idem 2. Tusc. Sed hæc eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, à quibus inuenta, disputata, conscripta sunt?
Valere in arte aliqua. Martial. lib. 2.
Valet in causis. Cic. 1. Tusc. ul. Quod in omnibus causis & debet & solet valere plurimum.
In hoc fœlicitatis fama sermóque valet. Cic. pro Murena.
Valet in id. Quintil. lib. 4 cap. 5.
In omnes partes valere. Cic. Marcello lib. 4. 10.
In vtranque partem valent arma facundiæ. Quint. lib. 2. cap. 16.
Illud verbum Vnde in vtraque rem valet. Cic. pro Cecinna.
Valet in vulgus insidientium opinio. Cic. 2. Tusc. Sed tamen hoc euenit, vt in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, quum ipsum valere non possit.
Valet vt lex. Cic. 2. de Legi. Tamen erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat.
¶ Valet, pro Significat. Suet. in Vitellio, cap. vlt. Cui Tolosæ nato cognomen in puericia Beco fuerat, id valet, gallinacei rostrum. Hoc est significat.
Quò valet. Æmylius Probus in Themistocle. Athenienses miserunt Delphos consultum quidnam facerẽt de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, vt mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quò valeret, quum intelligeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, vt in naues se suáque conferrẽt: eum enim significari murum ligneum. Paulo póst, Hoc eò valebat, vt ingrati ad depugnandum omnes cogerentur.
¶ Arma plus valent legibus. Ouid. 4. de Ponto eleg 9.
Fiet enim quodcunque volent qui valebunt, valebunt autem semper arma. Cic. Pæto lib. 9. 17.
Valuit authoritas. Cic. 2. Tusculan. Cur ergo postea alij? valuit authoritas.
Idem valet. Tacit. lib. 1.
Diuturna valet opinio tarditatis. Cic. 1. Offic.
Preces vestræ valuere. Ouid. 13. Metam.
Hoc verbum quid valeat non vident. Cic. 3. Offic.
Veritas valet apud eum. Cic. pro Quintio, Certè aut apud te, & eos qui tibi adsunt, veritas valebit: aut, &c.
Animo valere, Vide ANIMVS.

¶ Amicis valere. Cic. ad Attic. lib. 4 86, Reliqui duo plebi sic exquantur, vt Domitius valeat amicis, & adnitatur, tamen non gratissimo munere.
Authoritate valere. Cic. 3 de Legib. Libertatẽ istam largior populo, vt & au horitate valeant, & vtantur bonis.
Valuit hæc res authoritate & voluntate Magistratuum. Cicero 4. Verr. Quę omnia ante istum prętorem, & nostrorum magistratuum authoritate, & Halesinorum summa voluntate valuerunt.
Corpore valere. Cic. de Clar. Orat. Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptauit, fi tãtum corpore valuisset, in primis habitus esset dissertus.
Cursu valere. Quint. lib 9. cap. 2.
Cursu pedum valere. Virg 5. Æneid.
Gratia valere apud Senatum. Liu. 1. bel. M aced.
Ingenio valere. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.
Perfidia valere. Plaut. Bacchid. 4.
Sic valere puguis. In Amphit. 4.
Opibus & potentia valere. Cic. ad Lentu. lib. 1. 7, Qui plus opibus, armis, potentia valent, peti eciisse tamen mihi videntur stultitia, & inconstantia aduersariorum, vt etiam authoritate iam pius valerent.
Stomacho valere. Iuuen. Sat. 6. 10.
Viribus ad luctandum valere. Cic. 1. Offic. Alios enim videmus vel locitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere.
Voluntate apud aliquem valere. Cic. 1. de Orat. Nam neque authoritate quisquam apud me plus valere potest, neque voluntate.
¶ Valere, ad pretium & æstimationem referrtur, tũncque pretium in ablatiuo ponitur. Plin. lib. 30. cap 3, Aureus nummus post annum sexagesimum secundum percussus est, quàm argenteus, ita vt scrupulum valeret sestertiis vicenis.
Accusatiuum dedit Varro, dicens, Denarij quòd denos æris valebant: quinarij quòd quinos.
Admitte & genitiuum. Paulus in l. Si seruum meum. D. Ad leg. Aquil. Si seruum meum occidisti, non affectionem æstimandam esse puto, sed quanti omnibus valet. id est, omnium opinione & æstimatione.
Quasi minimo valere res dicitur, quæ ferè nullius aut exigui pretij est. Vlpianus in l. Iulianus. §. Si venditor. D. De actionibus empti, Quum Terentius Victor decessisset, relicto herede fratre suo: & res quasdam ex hereditate, & instrumenta, & mancipia villicis subtraxisset: quibus subtractis, quasi minimo valeret hereditas.
¶ Vale, Imperatiuus, quo vtimur quum recedimus: vel quum remanentes respondemus abeunti. Terent. Eunuc. 1. 2, In hoc biduum Thais vale. Id est, sana sis. Cic. Tironi li. 16 6, Vale mi Tiro, vale, & salue. Martial lib. 9,
non vis Afer auere, vale.
Ni frater vale. Cic. Quin. fra. lib. 2. 10.
Etiam atque etiam vale. Cic. Attico, lib. 5. 107.
Longum vale. Virg. eclog. 3.
Et longum formose vale vale inquit Iola.
Valete mea desyderia, valete. Cic. Terentiæ lib. 14. 2.
¶ Valeas, Interdũ pro Discedas, & abeas ponitur: non quòd abeat ille à nobis, sed quod nos ab illo, Vale dicendo, inquit Valla lib. 6. cap 30. Terent Adelph. 4. 4,
Hem quid istud obsecro inquam est? valeas, habeas illam quæ placet. Ibidem. And. 4. 2,
Valeant qui inter nos dissidium volunt. Cic. 1. de Nat. deor. Si maximè talis est deus, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat.
Valere iussi. Id est, vale dixi. Cic. ad Atticum lib. 5. 89, Postea iam iussi valere quum me spectans è sua villa nunquid vellem, rogasset. Ibidem 5. 89, Hominem aliquid agentem salutaui, postea valere iussi.
Valere dicebat. Sueton. in August. cap. 53, Die Senatus nunquam Partes nisi in curia salutauit: & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: & discedens, eo modo sedentibus, valere dicebat.
¶ Vale & salue (inquit Varro) quum ad mortuos referuntur, num id dictum est quòd aut valere, aut salui esse possint, sed quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. Virg. 11 Æneid.
salue æternùm mihi maximè Palla, Æternúmque vale.
Supremum vale dicere. Ouid. 10 Metam.
Valens, valentis { ὑγιάζων } Participium, siue nomen ex participio, Senus, incolumis. Cic. ad Tironem lib. 16. 9, Sed tamen Æsculapio medicus planè confirmat propediem te valentem fore.
Obiectatio valentium. Cic. 2. Offic.
Rectè valens Horat. 1. epist. 7.
Membris & mole valens. Id est, mole membrorum. Virgilius 5. Æneid 87.
Valens & Imbecillus siue infirmus, contraria. Cic. ad Atticum, lib. 7. 123, His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciui res ad resistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16, Prouidendum ne infirmiores à valentioribus opprimantur.
Valentius ad omnia, vtilius, potentius, efficacius. Plinius libro 20, cap. 18.
Cum valentiore pugnare. Cic. ad Messinum lib. 5 21, Quauis tua conditione pacem accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare.
¶ Adiumentum valentissimum. Plin. lib. 22. 19.
Imberbis adolescens bene valens & meritus. Cicero pro Domo sua.
Omni ratione valentior amor patriæ. Ouid. 1. de Ponto eleg 4.
Argumenta valentiora. Quint. lib. 5. cap. 13.
Causa valentior. Ouid. 1. de Ponto eleg. 11.
Cibus valens. Celsus lib. 2. cap. 18, Valentissimum cibum voco in quo

quo plurimum alimenti est.
Firma ciuitas & valens. Cic. de Atup. Resp.
Morbo omni valentior deus. Stat. 1. Sylu. 4.
Statius quidam colonus homo valens. Cic. pro Cluentio.
Iuuenis valens. Ouid. 15 Metam.
Iuuenta valens. Catul. Epithal. Iuliæ 56.
Lictores valentissimi, & ad pulsandos verberandósque homines exercitatissimi. Cic. 7. Verr.
Valentissima materia. Celf. lib. 2. cap. 18, Quum durum valentissimæ materiæ est: molle, vel subtile, imbecillissimæ.
Postulatio valentior. Cic. ad Attic. lib. 7. 126, Est illa quidem impudens postulatio opinione valentior.
Robustus & valens & audax satelles. Cic. 2. de Lege agraria.
Sensus sani & valentes. Cic. 4. Acad.
Trunci valentes. Virg. 2. Georg.
Tunicæ valentes, Vide TVNICA.
¶ Valentissimum, Quod est maximi alimenti. Cellus lib. 2. cap. 18, Scire oportet quæ ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Id valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est.
Valenter, Aduerbium, { ἰσχυρῶς. } Columel. lib. 1. cap. 5, Quippe quæ ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent.
Valentius spirare. Ouid. 11 Metam.
Valentia, valentiæ, { ἰσχὺς } Potentia, firmitas, fortitudo, robur, cuius contrarium est Inualentia. Solinus cap. 2. Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Euandro primùm datum, quum oppidum ibi offendisset, quod extructum anteà Valentiam dixerat iuuentus Latina, seruatáque significatione impositi prius nominis ἰσχυρὸν Græcè, Valentiam Latinè nominatam.
Valentulus, pen. corr. Diminut. Plaut. Casin. 2. 1,
obsecto & valentula est,
Penè exposuit cubito.
Valturius, pen. prod. Particip { βάλλων. } Ouid. 1. Trist. eleg. 3,
Multáque in aduersos effudit verba penates.
Pro deplorato non valitura viro. Plin. lib 17. cap. 21.
Valesco, valescis { ἰσχναίνομαι } valescere, Inchoatiuum, Valdum fieri. Lucretius lib. 1,
Sed potius tali facto recreata valescat. Hoc est, vires recolligat, & pristinam sanitatem recipiat. Idem lib. 4.
Meditatio & labor in posterum valescit. Tacit. lib. 5.
Validus, pen. cor. Adiectiuum { ἰσχυρὸς, διάτονος, ἐρρωμένος } Valens. Plaut. Menæch. 18,
Qui me vi cogunt, vt validus insaniam.
Validus ex morbo, Conualescens. Liu. 3. ab Vrbe.
Omnia viceris, si vt spero, te validum videro. Cic. Tironi. 16. 6.
Validum ac saluum. Terent. Hecyra 3. 1. 7.
Animi validus & corpore ingens. Tacit. lib. 15.
Copijs validus. Tacit. lib. 19.
Facundia validus. Plinius epistola 53. lib 3. ad Cornelium Minutianum.
Spernendis honoribus validus. Tacit. lib. 4.
Mente minus validus quàm corpore. Horat. 1. epist. 8.
¶ Virium & opum validus. Tacit. lib. 18.
Orandi validus. Tacit. lib. 4.
Validus sustinere pondus. Plinius libro 16. cap. 42, Hoc est ad sustinendum.
Validus in animo alicuius. Tacit. lib. 4, Quia Prisca in animo Augustæ valida, anum suapte natura potentiæ auxiam insociabilem nurui efficiebat.
¶ Æstus validus. Ouid. 14. Metam.
Armis validus, Potens. Ouid. 6. Metam.
Author validissimus. Tacit. lib. 5.
Certamina valida. Stat. 6. Theb.
Ensis validus. Virg. 10. Æneid.
Humen validum. Lucret. lib. 1.
Fons validus. Plin. epist. 161.
Gens valida. Claud. de bello Getico.
Gressus validi. Stat. 2. Sylu. 1.
Hostis validus. Ouid. 12. Metam.
Ictus validi. Ouid. 3. Metam.
Lacerto valido torquentur pila. Ouid. 2. Fast.
Leges validas rescindere. Lucret. lib. 5.
Leo validus. Lucret. lib. 5.
Manu valida lacerare aliquid. Virg. 12. Æn.
Opes validæ, Hoc est magnæ. Plaut. Casina 5. 18. Et apud Plin. in Paneg. Validissimum præsidium.
Plaga valida. Lucret. lib. 3.
Pondus validum. Virg. 3. Georg.
Puer validus. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Radices validæ. Lucret. lib 2.
Rumor validus. Tacit. lib. 4.
Segetes validæ. Ouid. 1. de Remed.
Spes valida. Tibul. lib. 2. eleg. 7.
Taurus validus. Tibul. lib. 1. eleg 3 9.
Vino validio tirubantia membra. Ouid 6. Fast.
Vites validæ. Virg. 2 Æneid.
Vrbs valida muris. Liu. 1. ab Vrbe.
Valide, pen. cor. Aduerb. { ἰσχυρῶς. } Vehementer. Plaut. Merc.
Amare validè cœpi hîc meretricem.
¶ Validè cupere, Maximè. Plin. lib. 9 epist. 35, Idem lib. 3. epist. 15, Nam & poëticen ipsam religiosissimè veneror, & te validissimè diligo.
Validus { ἰσχυρότερος } Magis. Quintil. lib. 3. cap. 8, Verborum autem magnificentia non validius est affectanda. Idem in Procem. lib. 6.
Validius cocta beta. Plin. lib. 20. cap 8.
Validissimè fauere alicui { ἰσχυρότατος } Cælius ad Ciceronem lib. 8. 2, Quin ego quum pro amicitia validissimè fauerem ei, & me iam ad dolendum præparassem, postquam factum est, obstupui.
Validissimè placere. Plin. iunior. lib. 1. epist. 20. ad Cornel. Tacitum, Non quia non ille mihi validissimè placeat.
Valetudo, pen. prod. valetudinis { ὑγίεια, διαφορὰ, ἀῤῥωστία, ἕξις } tam bona quàm mala dicitur.
Bona. Cic. 3. Offic. Si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset.
Mala. Cicero Seruio Sulpitio lib. 4. 1, Molestéque te ferre, quòd me propter valetudinem tuam, quum ad vrbem accedissem, non vidisses. Sic. 1. de Orat. Valetudine impeditus non potui.
Conditæ valetudinis impedimẽto mihi fuit, quo minus, &c. Vlp. in l. si pecuniam. in princip. D. de condit. caus. dat.
Cura siue curatio valetudinis. Cicero Pæto. lib. 9 15. Idem 2. de Diuinatione, Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis.
Firmitas valetudinis. Plinius lib. 20. cap. 5, Firmitatem valetudinis custodiui.
Genus valetudinis. Cic. Attic. lib. 11. 229, Scripseras enim te quodam valetudinis genere tentari.
Grauitas valetudinis. Cic. Torquato lib. 6. 2.
Imbecillitas valetudinis. Cic. Mario lib. 7. 1.
Incommodum valetudinis. Cic. ad Attic. lib. 7. 127, Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo.
Infirmitas valetudinis, Idem. Cic. ad M. Marium lib. 7. 1, Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo quàm sapientiæ tuæ.
Morbus valetudinis. Plin. lib. 20. cap 8.
Tanta prosperitate vsus est valetudinis, vt annis triginta medicina non indiguisset. Cornel. Nepos in vit. Attic.
Vitium valetudinis. Cic. 1. de Diuin. Qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur.
Fessus valetudinibus. Tacit. lib. 16. Circo quoque ac theatris & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos.
Imbecillus valetudine. Cic. ad Q. fr. lib. 2. 12, Marius & valetudine est & natura imbecillior.
Valetudo calculorum. Plin. lib. 21. cap 27, Rusci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & torruosiore vrina, vel cruenta.
Valetudines febrium Plin. lib. 23. cap. 1.
Valetudo mentis. Suet. in Cæsare cap 39.
Acerba valetudo. Firmic. lib. 6. cap. 17.
Aduersa valetudo, Vide ADVERSVS.
Bona valetudo. Cic. 1. de fin. Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed bonæ valetudinis causa probamus.
Bona valetudo orationis, Vide Succus orationis, in SVCCVS.
Commodior valetudo. Quint. lib. 6. cap 3.
Difficilis valetudo, Vide infrà INSVPERABILIS VALETVDO.
Dura valetudo. Horat. 2. Serm. saty 2.
Extrema valetudo. Vnde, In extrema esse valetudine, quod & Esse in extremis, dicitur. Iulianus in l. si patet §. Quædam. D. De fideicommissariis libertatibus.
Firma valetudo. Plin. iunior lib. 2. epist. 1. ad Romanum.
Impatibilis valetudo, Vide IMPATIBILIS.
Incommoda valetudo. Cic. ad Attic. lib. 5. 95.
Infensa valetudo. Tacit. lib. 14.
Infirma valetudo. Cic. Tironi lib. 16. 8. Idem 1. de Oratore, In eius infirmissima valetudine, affectáque iam ætate.
Infirma & ægra valetudo. Cic. de Clar. Orator. Is semper infirma, atque etiam ægra valetudine fuit.
Ingrauescens valetudo. Vlpianus in l. Siquis, in princ. D. De S. C. Silaniano.
Insuperabilis valetudo, Insanabilis. Plin. iunior lib. 1. epist. 22. ad Catilium, Nuper me, paucósque mecum, quos maximè diligit, adnocauit: rogauítque vt medicos consuleremus de summa valetudinis, vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita: sin tamẽ difficilis & longa, resisteret, maneret étque.
Integra valetudo, Vide INTEGER.
Longa valetudo. id est, diuturnus morbus. Plin. iunior lib. 1. epist. 22. ad Catilium Seuerum.
Mala valetudo animi. Cic. 4. Tusc. ul. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid: ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen.
Meliorem valetudinem fenibus faciunt fici. Plin. lib. 23. cap. 7.
Perdita valetudo. Cic. 8. Philipp. Ego Q. Scæuolam augurem memoria teneo bello Marsico, quum esset summa senectute & perdita valetudine, quotidie simul atque lucesceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem. Vide PERDO.
Pertinax valetudo, id est, morbus continuus. Plin. iunior li. 1. epist. 22. ad Catilium Seuerum, Perturbat me longa & pertinax valetudo Titij Aristonis.
Tenui valetudine homo. Cicero de Senectute, Quàm fuit imbecillus P. Africani filius is qui te adoptauit? quàm tenui, aut nulla potius valetudine?
Amittere valetudinem. Cic. ad Papirium Pætum lib. 9 18, Ipse melior fio, primùm valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram.
Confirmata à morbo valetudo. Cicero Attico libro 11. 208. Vide CONFIRMO.
Confirmati ariniqua valetudine, Vide Confirto in CONFLIGO.
Valetudine nouissima confligebatur. Plinius epistola vltima libro 2.
Consulere valetudini. Cic. Fam. 16.
Continuatione longiore valetudine. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Curare valetudinem. Cic. Famil. 14.

Dare operam valetudini, A morbis se conseruare. Cic.1.de Orat. Nunc Sæuola, &c. paulum requieſcet, dum ſe calor frangat, & nos ipſi, quoniam id temporis eſt valetudini demus operam.

Emergere valetudine. Cic ad Attic.5.

It in melius valetudo. Tacit lib.12.

Facere bonam valetudinem. Plin.lib.23.cap.7.

Ferre valetudinem. Quint.in Proœm.lib 6.10, Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem tulit? De filio mortuo.

Firmare valetudinem. Tacit.lib.3.

Fluctuare periculoſa valetudine. Val.Max.lib.5.cap.15.de Tyberio Cæſare.

Habere rationem valetudinis. Cic.Famil.16.

Impeditus valetudine. Quintil.lib.3.cap.6.

Increuerat valetudo, quam temperantia mitigare tentauit, perſeuerantem conſtantia fugit. Plin iunior lib.1.epiſt.12.ad Caleſtrium.

Indulgere valetudini, Vide INDVLGEO.

Inſtantur corpora valetudine. Quintil.lib.2.cap.3.

Inſeruire valetudini, Vide INSERVIO.

Leuatur aduerſa valetudo. Celſus lib.2.cap.14.

Parcere valetudini, Vide PARCO.

Præſtare ſecundam valetudinem. Celſus lib.1.in Proœm.

Recolligere ſe à longa valetudine. Plin lib.23.cap.7.

Seruire valetudini, Idem. Cic.ad Q.fr.lib.1.1. Te oro, vt valetudini tuæ, ſi me & omnes tuos valere vis, diligentiſſimè ſeruias.

Succurrere valetudini. Paterc.lib.2.

Sustentare valetudinem. Cic.2. Offi Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione: quæ res aut prodeſſe ſolerent, aut obeſſe, & continentiam in victu omni atque cultu corporis tuendi cauſa & prætermittendis voluptatibus.

Tentari valetudine aliqua. Cic. ad Atticum, Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.

Vſus eſt firma valetudine niſi quòd ſolebant ei manus tremere. Plin.iunior.lib.2.epiſt.1.ad Romanum.

¶ Valetudo oculorum. Cic.ad Terentiam lib.14.4, Clodium Philetærum, quòd valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelem remiſi.

¶ Valetudines. Tacit,lib.19.

Valetudinarius, {ἀῤῥωστος} Qui malè ſanus eſt, & frequenter ægrotat. Martianus de Re militari, l.Officium, Officium Tribuni eſt, delicta militum ſecundum ſuæ authoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. Celſus in Præfat. lib. 3, Qui ampliè valetudinarios nutriunt.

¶ Valetudinarius Medicus, Qui valetudine affectos curat: vel potius qui in valetudinario, miniſterio fungitur. Calliſtratus de Iure immunitatis.l.Quibuſdam aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt ſunt menſores, optiones, valetudinarij medici, capſarij artifices. Alij ſic diſtinguũt, valetudinarij, medici, capſarij, artifices.

Valetudinarium, valetudinarij {νοσοκομεῖον} Locus in quo valetudinarij & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent: qualia ſunt in cœnobiis. Colum lib. 11. cap.1, Siue quis ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: ſiue alter languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducat. Sic.lib.12.cap 3.7, Valetudinaria quoque vel ſi vacent, &c.

Valor, valoris, pen.prod.maſc.gen.{τιμὴ} Pretium, Plin. Victoriati valore redimi poteſt. Forraſſe locus eſt corruptus.

VALERIA, {εὐπατρία} Meſſalorum ſoror, quæ amiſſo Seruio viro quum rogaretur, cur alteri non nuberet, ait, Sibi ſemper maritum Seruium viuere.

VALERIA, {εὐπατρία.} Ptolemæo lib.3.cap 3.op. idum Hiſpaniæ, à qua Valerienſes populi. Plin.lib 3.cap.3.

VALERII, {εὐπαλέγειν} prius Valeſij, teſte Quintiliano appellatis ſicut Fuſij, deinde Furij.

VALERIVS, {εὐπαλέγειν} L. Valeſij filius, qui primùm de Veientibus, deinde de Sabinis, poſtremò de vtriſque triumphauit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ Conſulem non ſubrogauerat, & domum in Velia tutiſſimo loco habebat, in ſuſpicionem regni affectati venit: quo cognito, apud populum queſtus eſt, quòd tale aliquid timuiſſent. Quapropter remiſit qui domum ſuam diruerent: ſecures etiam faſcibus dempſit, eáſque in populi concione ſummiſit: legem de prouocatione à Magiſtratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Quum diem obiiſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarũ luctu honoratus. Author Cæcilius de viris illuſtribus. Hic quadriga primus in triumpho vectus eſt, ſine vlla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funũſque curauit, funebrémque orationem de ipſius laudibus habuit, quæ adeò iucunda fuit Romanis, vt ex eo conſuetudo manarit, vt qui ſtrenuè pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Author Plutarchus, Valerius, M. Publicolæ frater, Conſul vnà cum Poſthumio Tuberio factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter fratris auſpiciis & adminiſtratione geſſit. Ex quo publicè ei domus ædificata, cuius fores extrà honoris gratia aperirentur, quum ceteræ intus procederent. Valerius Coruius Tribunus militum, ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente aduerſus Gallum prouocatorem ſolus proceſſit. Comus ab orto ſolis galeæ eius inſedit, & inter pugnandum, ora oculóſque Galli euerberauit: hinc hoſte victo, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic, quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hæc Cæcilius. Liuius verò addit de Samnitibus eum triumphaſſe, ſexies Conſulem fuiſſe, hoſtes T. Manlij morte exultantes compreſſiſſe. Vixit præterea, teſte Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. Lege Liuium lib.7.ab Vrbe. Valerius Potitus, poſt Decemuiralem inuidiam, plebem in Patres incitatam legibus & conditionibus ſuis mitigauit.

Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Conſul, poſt Decemuiros quum Volſcos Æquóſque ad Algidum magna fauſte debellaſſet, triumphus ei à Patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio Tribunoplebis primus ſine authoritate Senatus triumphauit cum Collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, quod nemini à Senatu præterquam Fabio Maximo conceſſum eſt, vt ſcribit Plutarchus. Valerius Leuinus conſul cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infœliciter pugnauit. Iterũ poſtea Conſul contra Agrigentum miſſus ac ſuperato Hannone duce Carthaginenſium, oppidum in poteſtatem recepit: Senatum ſecuri percuſſit. Alter Valerius Leuinus, contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellum geſſit, teſte Liuio lib. 7. de ſecundo bello Punico. Valerius Flaccus, M. Caronis familiariſſimus, eundem ex agro Tuſculano ad Rempublicam adduxit parter & inſtruxit, vt ait Plutarchus. Conſul cum eodem Catone circa Mediolanum vt Liuius teſtatur, cum Gallis & Inſubribus & Boiis collatis ſignis pugnauit, vbi decem millia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit, quorum vide apud Liuium elegantes vtriuſque orationes lib 4 de bello Macedonico. Valerius Soranus poëta, quem Cic.in libris de Oratore doctiſſimum rogatorum appellat. Plutarchus verò virum philoſophum & eruditum dicit, ac interfectum à Cn. Pompeio fuiſſe. Valerius Antias ſcriptor hiſtoriæ ſæpe ab authoribus teſtis citatus, vt à Liuio. Valerius Procillus militauit ſub Cæſare, in Galliam miſſus legatus ad Arioui ſtum, vt eſt in Commentariis Cæſaris. Valerius Maximus hiſtoricus, ſcripſit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem. Militauit ſub Sext. Pompeio, vt ipſe de ſe teſtatur, vbi de inſtitutis antiquis loquitur. Valerius Flaccus poeta ſcripſit Argonautica. Quintilianus eum ſua ætate fuiſſe teſtatur his verbis, Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amiſimus. De Valerio Martiale, Vide MARTIALIS.

Valgus, Qui altrinſecus prominentes ſuras habet, & in diuerſum actas, quales canerii habent & lacertæ, authore Ariſtotele, qui Ægyptios huiuſmodi eſſe tradit in problematis eadem ratione qua capillum criſpum habent, & à calore intorum. Plaut. Milite 10,

Aut varum, aut valgum, aut compernam, aut petum, aut brochum.

Valgum, valgi, n. g. ſignificat obortum. Vnde valga ſuauia apud Plautum, obortiones ſunt oris, ad deriſionem. Nam ſuauium interdum eſt conformatio oris & labrorum ad ſuauiandum. Meretrices autem dum glorioſum militem ductabant atque captabant, per illuſionem tamen inter oſculandum os obtorquebant valgúmque reddebant, eum ex animo non baſiantes, atque ludificantes. Ex Turnebo.

Valgiter, Aduerbium antiquum. Petron. Arbit. Abroſo val. iger labello. Fulgent.

Valles, vallis, fœm.gen. vel hæc vallis, huius vallis {κοιλὰς, αὐλὼν, ἄγκος, πτυχὴ, φάραγξ, μετάληψις} Planities duobus lateribus incluſa, vt ait Feſtus: dicta quòd hinc atque hinc vallata ſit. Virg.lib.11. Æneidos,

Eſt curuo anfractu valles accommoda fraudi. Seruius ait valles plenum eſſe: ſed metri neceſſitate compellimur vt vallis dicamus. Statius, Vallis amplexu nemorum ſedet.

Caua vallis. Virg 2.Georg.

Concaua. Ouid 8.Metam.

Curua. Virg 2.Æneid.

Gelida. Virg.2. Georg.

Ima. Ouid.12. Metam.

Condenſa arboribus, Vide CONDENSVS.

Madidæ valles cliuoſæ Idæ. Ouid.1.Amor.eleg.14.

Opaca. Ouid.11 Metam.

Refuſæ valles. Silius lib.17.

Supina vallis. Liu.lib.6.ab Vrbe.

Tonſa. Virg 4.Georg.

Vmbroſa vallis. Virg.3.Georg.

Altas valles claudere inſidiis. Tibull.lib.1.eleg.4.

Oculta valle conditus. Silius lib.7.

Saxoſas inter decurrunt flumina valles. Virg eclog.5.

Fluere totis vallibus. Quintil.lib.5.cap.14, Sed vt latiſſimi amnes, totis vallibus fluat: ac ſibi viam, ſiquando non acceperit, faciat. De eloquentia.

Reducta in valle ſeceſuum nemus. Virg.6.Æneid.

Rauca vallis. Stat.4.Thebaid.

Alarum vallis. Catul.in Rufum 64,

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi ferrur

Valle ſub alarum trux habitare caper.

Vallecula, vallecule, pen.corr. {κοιλάδιον} Diminutiuum, vel vallicula, vt legitur apud Feſtum.

Vallus, valli, m.g. {χάραξ} Firmior palus, cui vitis alligatur. Virg.lib. 1.Georgicon,

Exacuunt alij vallos, furcáſque bicornes. Ibidem 2.Georgicon,

Quadrifidáſque ſudes, & acuto robore vallos.

Vallum, valli, {ἔρυμα, ἄρμα, χάραξ, χαράκωμα, σταυρὸς} munitio caſtrorum: quòd ex vallis, id eſt palis fiat. Cæſar 2.bel. Gall. Caſtra in altitudinem pedum duodecim, vallo, foſſáque duodeuiginti pedum munire iuber. Cic. ad Catonem lib.15.4. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis caſtri ſque maximis ſepſi.

Cæcum vallum, Vide CAECVS.

Non exuperabile vallum. Claud.2. in Eutrop.

Cingere oppidum vallo & foſſa. Cic. Attico, lib.108.

Circumiicere vallum, Vide CIRCVNICIO.

Diſiectum vallum. Silius lib 8.

Ducto vallo claudere locum. Tibul.lib.4.ad Meſſalam.1.

Ferre vallum & arma. Cic.2. Tuſc. Horat. Epod. 9.

Induere ſe acutiſsimis vallis aut ſtimulis, Vide INDVO.

Interſepire vibem vallo, Vide INTERSEPIO.

Munitáque ſunt palpebrę tanquam vallo pilorum. Cic.2.de Natura deorum.

Reſcindere vallum. Virg.9. Æneid.

Scinder

Scindere vallum ferro. Virg 9.Æneid.

Foſſa & vallo ſeptum tenere aliquem. Cic. Attic.lib.9.184.

Subruendo vallo inducit. Tacit.lib.13.

Pectinis vallum. Ouid.1.A mor.eleg.14, ad puellam cui capilli deciderant,

Non acus abrupit, non vallum pectinis illos.

¶ Vallus etiam maſculino genere dicitur. Tibul.lib.1.eclog.10.2, Non arces, non vallus erat. Cæſar 3.bel. Ciuil. Erat eo loco foſſa pedum xv. & vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem.

¶ Vallum ſignificat nonnunquam vannum. Varro 1. de Re ruſt. cap.52, His tritis, oportet è terra ſubiactari vallis aut ventilabris, quum ventus ſpirat lenis: ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream.

Vallaris, & vallare, pen prod. {κοπιαδικὸς} Quod ad vallum pertinet, vt Vallaris corona, qua donari ſolebat qui primus vallum hoſtium fuiſſet ingreſſus. Liu 10.bel.Pun. Qui imperatores, qui Conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus, vallaribúſque inſignes coronis. Idem 10.ab Vrbe.

Vallo, vallas {φάσκελον, φάσκελόω} vallare, Munire, firmare, & quaſi vallum facere. Plin.lib.15. cap.18, Non caſtra Punica ad tertium lapidem vallata.

Armis vallare aliquem. Valer.1.Argon.

-medióque in crimine patrem

Liquerit, ac nullis inopem vallauerit armis.

Muri nulli vallarant oppida. Lucan.lib.4.

Vrbs vallata vertice montis. Silius lib.15.

Munire & vallare contra feras. Plin.lib.10.cap.33.

Vallare ſepimento. Cic.1.de Legib. Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri & falſi iudicãdi ſcientia, & arte quadam inteiligendi quid quámque rem ſequatur: & quid ſit cuique contrarium.

Cumulus vallatus arenæ. Propert.lib 3.eleg.16.

Stiparus & vallatus. Cic.pro Murena, Catilinam interea alacrem, atque lætum, ſtipatum choro iuuenturis, vallatum indicibus atque ſicariis.

Monitis vallare aliquem. Silius lib.7.

-ſic caſtra relinquens

Vallarat monitis.

Munire & vallare ius. Cic.de Aruſp.Reſp.

Valor, Vide VALEO.

Valuæ, valuarum, {θύραι δίπτυχες} pluraliter tantùm, dicuntur quòd intus reuoluantur, ſúntque portæ geminas partes habentes. Cic.6.Verr. Confirmare hoc liquido iudices poſſum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vllo tẽpore fuiſſe.

Ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus eſt, & valuæ ambulationis. Cic.pro Domo ſua.

Strepitus ingens valuarum. Horat.2.Serm.ſat.6.

Apertæ valuæ. Ouid.1.Metam.

Bifores valuæ. Ouid.2.Metam.

Eburnæ valuæ. Ouid.4 Metam.

Stare ad valuas alicuius. Cic.3.Verr.

Cur valuæ concordiæ non patent. Cic.2.Philip.

Patefacere valuas. Ouid.4 Metam.

Valuulus, valuuli, pen.corr.male.gen. {λοβὸς} Concauitas illa folliculis fabæ & aliorum leguminum, in quam ipſa grana ſeparatim recipiuntur. Colum lib.6.cap.10, Interdum magis proſunt gramina conciſa, & his admiſta freſa faba. Lenes quoque valuulis exemptæ, & minutè molitæ miſcentur aquæ calidæ. Idem lib.2.ca.12, Feſtus, Valuuli, fabæ folliculi appellati, quaſi valliuoli, quia vallo facti excutiantur.

VANDALI, pen.cor. {ναυβάλαι} ſiue vt Plin.lib.4.cap.14. & Strabo lib. 7. placet, Vindelici, populi ſunt Germaniæ: qui vt ait Volaterranus, pauciis antè annis quàm Gothi Romam caperent, Gallias inuaſere. Inde in Hiſpaniam, traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia poſteà dicta eſt, occupauerunt.

VANGIONES, pen.corr. {οὐαγγίονες} inter populos Galliæ Belgicæ ponuntur, Coloniæ Agrippinenſi vicini. Plin.lib.4.cap.17. Lucan.lib.1, Et qui te laxis imitantur Sarmata brachiis Vangiones.

Vanitas, Vide VANVS.

Vannus, vanni, f. g. {λικμὸς} Vas vimineum latum, hoc eſt cribrum cereale, in quo propter capacitatem, ruſtici cogere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Columel. lib.2. cap. 21, Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur. Virgil.1. Georgicorum,

-& miſtica vannus Iacchi. Miſtica, inquit Seruius, quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines eius myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur.

Vanno, vannas {λικμάζω} vannare, Ventilare, vt ſic vannis quum frumenta purgantur. Hinc compoſitum Euanno, euannas, apud Varronem de Re ruſt lib.1.cap.52.

¶ Vanno, vannis, vannere, Dictum veteribus ventilare, à vanno. Lucill. ſatyr.lib.7,

Hunc molere, illam autem vt frumentum vannere cunnis. Idem libro 11,

Criſſauit, vt ſi frumentum clunibus vannat. Nonius.

Vanus, Adiect. {ψιλὸς, ἰκμὰς, κένος} à Vacuo, Idem ſignificat. Virgilius 1.Georgicorum,

-ſed illos

Expectata ſeges vanis eluſit aueuis. Seruius.

¶ Vanus, Stultus, quaſi mente vacuus, qui in rebus inanibus ſtudium collocat. Iuuen.ſat.3.4,

Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni. Seruius.

¶ Vanum, nec poſſibile, nec veriſimile, inquit Donatus. Terentius Eunuch.1.2,

Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palam eſt.

Vanum & inane. Cic.pro Plancio, Memini, neque vnquam obliſcar noctis illius, vbi vigilanti, adhuc mœrenti, vana quædam miſer atque inania, falſa ſpe inductus pollicebar.

¶ Vanus, Mentiens & infidus, leuia, inania quæ pro granibus & veris aſtutiſſimè componens. Virg.1.Æneid.

Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Vanus & mendax. Virg.lib 2.Æneidos,

-nec ſi miſerum fortuna Sinonem

Finxit, vanúm etiam mendacémque improba finget.

Vanus ingenio. Liu 5 bel.Maced.

Vanus & perfidioſus. Cic.pro Quintio, Neceſſe eſt iſte qui ſimi-eum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur.

¶ Author vanus. Liu.9.bell. Punic. Inde vanus author abſumpti Maſſaniſſæ ad regem redit.

Conuicia vana facere. Ouid.9.Metam.

Dulcedo vana. Ouid.55. Metam.

Error vanus. Lucret lib.1.

Fides vana, Falſa. Virg.4.Aeneid.

Fiducia vana pedum. Ouid.9.Metam.

Gaudia vana. Horat.2.epiſt.2.

Ictus vanus. Liu.4.bell Maced.

Imago vana. Horat.1.Carm.ode.24.

Incœptum vanum, Fruſtra. Liu.7.bel.Maced.

Ira vana. Valer.8.Argon.

Lex vana. Liu.2.ab Vrbe.

Linguæ vanæ mendacia. Ouid.3.Amor.eleg.10.

Metus vanus. Horat.1.Carm.ode 23.

Oratio vana. Cic.pro Roſcio Amer. Eius malitiam non viderunt, orationi vanæ credíderunt.

Perſuaſio vana. Quint lib.2.cap.2.

Precibus vanis ſollicitare aliquem. Ouid 9.Metam.

Ratio vana. Author ad Herenn.lib.2.

Somnia vana. Virg 6.Aeneid.

Spes vana. Quintil.lib.6.cap.4.

Spem vanam ſequi. Ouid. 14.Metam.

Timores vani. Valer.8 Argon.

Verba vana. Ouid.13 Metam.

¶ Vana, Neutrum plurale loco aduerbij Virg.11. Aeneid.

Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.

Vaneſco, vaneſcis, {ἀτμίζω} vaneſcere, Vanum fieri. Cic.2.de Legi. Animi labes, nec diuturnitate vaneſcere, nec manib. vllis elui poteſt Hoc eſt euaneſcere, aboleri.

Ceres ſterilem vaneſcit in herbam. Ouid.3.Amor.eleg.6.

In auras vaneſcere. Ouid.epiſt.1.

Vanitas, penul.corr. vanitatis, f.ge. {ἀνηφότης, ματαιότης,} Mendacium, fallacia, & lenitas. Cic.lib.3.Offic. Quod ſi vituperandi qui retinerũt quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis vanitatem adhibuerunt?

Vanitati opponitur Conſtantia Cic.2. de Nat. deor, Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia.

Manifeſtus vanitatis. Tacit.lib.13.

Simulatio eſt coniunctior vanitati quàm liberalitati. Cicero 1. Offic.

Leuitate, vanitate, malitia, excluſam diuinationem probo. Cic.2. de Diuinatione.

Blanda vanitas. Cic.de Amicit.

Adhibere vanitatem orationis Vide ADHIBEO.

Cedat veritas vanitati. Ci.3. Tuſc. Tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat.

Vti proſperitate rerum in vanitatem. Tacit.in vita Agricolæ.

Exitus vanitas. Tacit.lib.15.

Vanitudo, pen. prod. vanitudinis, f. g. {ἀνηφοσύνη,} Idem. Plaut. Cap.11.

Pol ego, vt rem, video, tu inuentus vera vanitudine

Qui conuincas.

Vano, vanas, {ἀπατάω,} vanare, Verbum antiquum: Fallere ſignificat. Actius Alcumena.

Sic illum vanans in angiportum deduxit. Nonius.

Vanidicus, pen.corr. Adiect. {ἀνηφόλογος} Qui vana dicit. Plaut. Trinũ.5. Cum probis potius, quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vaniloquus, pen.corr. Adiect. {ματαιόλογος,} Plaut. Amphit.4.

-ergo iſtoc magis

Quia vaniloquus, vapulabis, Liu.5.bel.Mac.

Genus vaniloquum. Silius lib.8.4.

Vaniloquentia, vaniloquentiæ, {κενεπρέπεια.} Liu.4.bel.Maced. Hac vaniloquentia primum Atithenum Prætorem Achæorum excitauit. Tacit.lib 3.

Vaniloquidorus, vaniloquidoti, pen prod. Iocoſa Plauti dictio in Perſa.18.

Vaniloquidorus virginiſuendonides.

Vapor vaporis, pen.prod.m.g. {ἀτμὶς, ἀτμὶς,} Exhalatio. Dicitur & vapos. Lucret.lib.6.

Peruolitant, permanat odor, frigúſque vapórque.

¶ Aquarum vapor. Cic.2.de Nat.deor. Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum. Earum enim quaſi vapor quidam aër habendus eſt.

¶ Vapor, pro Calore. Colum lib.5.cap.10, Scrobs imus ſummo patentior, vt laxius radices vagentur: & minus frigoris hyeme, minuſque vaporis æſtate per anguſtum os penetret.

Leuis flammæ vapor. Senec. Octau.5.

Vapor ſolis. Plin.lib.9.cap.10. de teſtudinibus, Vt ſolis vapore ſiccato cortice, non queant mergi.

Syderum vapor. Horat. Epod.3.

¶ Calidus vapor. Lucret.lib.2.

Calidus repduſque vapor. Lucret.lib.2.

Craſſus vapor. Stat.6.Thebaid.

Humidus vapor. Ouid.1.Metam.

Lentus vapor. Virg.5.Aeneid.

-lentuſque catinus

Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis.
Pinguis vapor. Senec. Herc. furen. 11.
¶Fero vapore efflat anhelo ore. Sat 10. Thebaid.
Niger vapor efflat anhelo ore. Sat 10. Thebaid.
Eiectare vaporem. Stat. 6 Thebaid.
Phœbus fiudit arua vaporibus. Ouid. 3. Metam.
Preſſerat ora vapor. Ouid. 2. Metam.
Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit. Cic. de Senect.
Torreri vapore. Plin. lib. 9. cap. 38, de purpuræ infectura, Ac modico vapore torreri. Idem lib. 13. cap. 4. Aſſiduo vapore torrentes.

Vaporo, vaporas, pen. prod. {ἀτμίζω, ἀτμιῶ, ἀτμίσω, ἀτμίζομαι,} vaporare, neutrũ verbum, pro Vaporem emittere. Plin. lib. 31. ca. 2, de differentiis aquarũ, Vaporant & in mari ipſo quæ Licinij Craſſi fuere.
¶Vaporare, {ἀτμιῶ.} Actiuum, Suffire. Plin. lib. 28 cap. 11.
Quidam inaſſari iocineris ſanie inungunt, aut felle capræ, carneſque eas veſci, & dum coquantur, oculos vaporari præcipiunt. Id quoque referre arbitrantur, ſi rutili coloris fuerint. Volunt & oculos ſuffiri, iocinere in ollis decocto. Hic vaporare & ſuffire pro eodem accepit. Virg. 11. Aeneid.
Succedunt matres, & templum thure vaporant. Budæus.
¶Vaporare, pro Calore temperare. Horat. 1. epiſt. 17.
-ſed vt veniens dextrum latus aſpiciat ſol,
Deinde ſubiungit,
Læuum diſcedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes, &c.
¶Vaporare, Arefacere, exugere. Colum. lib. 1. ca. 5. Quum plerique amnes æſtate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent. Idem lib. 2. cap. 16, Quòd ſolidiores glebæ diutius ſuſtineat & ſuſpendat, vt eæ ſolibus æſtiuis vaporatæ reſoluantur. Budæus.
Vaporandi verbum facit abſolutum Lucret lib. 6. his verbis,
Inuidia quoniam, ceu fulmine ſumma vaporant
Plerunque, & quæ ſunt aliis magis edita cumque. Lambinus.

Vaporatio, Verbale {θυμίασις, ἀτμίσμασις} Vaporis excitatio. Plin lib. 28. cap. 4. Gellius lib. 19. ca. 5, Quum aqua frigore æëris duratur & coit, neceſſum eſt fieri vaporationem, & quandam quaſi auram tenuiſſimam expimi ex ea, & emanare.

Vaporarium, vaporarij {ἀτμωτήριον} accipitur pro Tepidatio, ſiue hypocauſto. Cic. ad Qu. fr. lib. 3. 17, Vaporarium ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi.

Vaporiferus, penultima correpta, Adiectiuum {ἀτμοφόρος} Statius 3. Sylu 5,
Siue vaporiferas blandiſſima littora Baias.
Vaporiferæ fornaces. Stat. 1. Sylu. 3.

Vapidus, pen. corr. Adiectiuum, Id eſt multi ſaporis.
Pectus vapidum. Perſ. ſaty 5,
Pellicolam veterem retines, & fronte politus
Aſſutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem. Id eſt, veterum vitiorum pleno, & fraudibus tedolente.
Pix valida. Perſ. ſatyr. 5,
-Veientanúmque rubellum
Exhalet vapida læſum pice teſtilis obba. Vapida, id eſt, quæ odorem & vaporem indat vino, vt exponit Brixianicus. Vel, vt Nebriſſenſis, inſipida, & quæ vini ſaporem facit euaneſcere.
Vinum vapidum. Colum lib. 12. cap. 5, In vini vapidi, vt acre fiat, ſextarios duodequinquaginta, &c. *Vin pouſſé.*

Vapidè, Aduerbium. Vapidè ſe habere ſolebat dicere Auguſtus, pro Malè habere. Sueton. in eius vita cap. 87.

Vappa, vappæ {ἄβινα} Vini vitium quod ſponte deferbuit, & odorem ſaporémque amiſit, vtillud quod in exhauſto vaſe reliquum fuit, & euaporauit. Horat. 2. Serm. ſaty 3,
Qui veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis. Ibidem lib. 1. Saty. 5,
-abſentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta. Plin. lib. 14. cap. 20, Vitiúmque muſto quibuſdam in locis, iterum ſponte feruere: qua calamitate quum deferbuit, deperit ſapor, vappæque accipit nomen, probroſum etiam hominum quum degenerauerit animus.
¶Vappa pro homine ignauo vilíque aliquando ponitur, ac nugatore, & in quo nihil prudentiæ eſt. Horat. 1. Serm. ſat. 1,
-non ego auarum
Quum veto te fieri, vappam iubeo, aut nebulonem. Idem 1. Serm. ſatyra 2,
Fuſidius vappæ famam timet, ac nebulonis. Vappæ, inquit Acron, dicuntur perditi & luxurioſi. Nebulones verò vani & leues, vt nebula. Aliter Vappa dicitur ſtultus & inſulſus, qui nihil ſapit. Dicitur enim vinum vappa, quod perdidit ſaporem.
Perfida vappa, Vide PERFIDVS.

Vapulo, vapulas, pen. cor. {τύπτεσθαι} vapulare, Verbum neutrum paſſiuum, Cædi, verberari. Celſus ad Ciceronem. lib. 8. 1, Suſurrationes duntaxat veniunt, alius equitem perdidiſſe: quòd opinor certè factum eſt: alius ſeptimam legionem vapulaſſe. Propert. lib. 2. eleg. 13.
Non ego, ſed tenuis vapulat vmbra mea.
Corpus vapulat. Lucret. lib. 4.
Vapulare ferulis. Senec. in Apocolocyntoſi, Et proximo munere inter nouos auctoratos ferulis vapulare placet. Nouos auctoratos dicit, qui nuper conducti ſunt vt depugnent, qui pro auſpicio ferulis vapulabant, cùm ipſi ferro careterent, & alij gladiatores per ludibrium ferulis eos cederent, vt pueros ludimagiſtri. Turnebus.
Vapulare ſermonibus, pro Obloquutionibus ſuggillati. Cic. Attic. lib. 2. 29, Qui cùm ſe omnium ſermonibus ſentiet vapulare, & quum has actiones διαιρεθήσεσθαι videbit, ruere incipiat.
¶Vapula Papiria, Prouerbium eſt ortum à quadam ancilla, quæ libertate donata à Papiria hera ſua, patronam mox contempſit, ac manumiſſa & libertate freta, mox benemeritam iugratè aſpernata eſt. Ancilla enim illa continuò ſe liberam ſalutauit, cùm patronam ſalutare deberet (qui enim manumiſſi erant, mox manumiſſori, Salue patrone, dicere ſolebant,) & patronæ dixit per contemptum vapula Papiria. Plauti verba ſunt, Ideo dico, liberta ſalue, vapula Papiria. Annotauit Turnebus.

VARDVLI, Hiſpaniæ populi. De quibus Pomponius Mela lib. 3. Hodie Ligurica. & pars Vaſconiæ, vt in Melam ſcribit Oliuarius.

Varico. Varicoſus, Varicus, Vide VARIX.

Varius, Adiectiuum {ποικίλος, ἑτερόκλινος, παντοῖος, ἀδόκιμος, ἀνωμάλως} Multiformis, vel multorum colorum. Terentius Eunucho 4. 4,
-ita viſus eſt
Dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Plin. lib. 8. cap. 17, Nunc varias & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, ereberrimo in Africa, Syriáque. Varias dixit pro Pantheris.
¶Varium, ad multa transfertur. Cic. 1. de Finib. Varietas enim Latinum verbum eſt, ſíque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia, varium poëma, varia oratio, varij mores, varia fortuna: voluptas etiam varia dici ſolet, quum percipitur è multis diſſimilibus rebus diſſimiliter afficientibus voluptates.
Varius & multiplex & copioſus Plato. Cic. 1. Acad. Plato varius & multiplex & copioſus fuit.
Ferre ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita verſantur. Cic. 2. Offic. Varium & mutabile ſemper.
Fœmina. Virg 4 Æneid.
¶Æſtu variarum fluctuat. Virg. 4. Æneid.
Artes variæ. Virg. 1. Geor. g.
Caſus varij. Virg. 1. Æneid.
Colores varios mentitur lana. Virg. eclog. 4.
Diſputationes variæ & diuerſæ, & in omnem partem diffuſæ. Cic. 3. de Orat.
Gentes variæ linguis. Virg 8. Æneid.
Varium ius & diſpar conditio. Cic. 7. Verr.
Lepore vario diſtincta omnia. Lucret. lib. 5.
Lynces variæ. Virg. 3. Georg.
Opum variatum dues. Virg 2. Georg.
Oratio multa & varia & copioſa. Cic. 1. de Orat.
Sententiæ variæ & diſcrepantes. Cic. 1. de Nat. deor.
Sermone vario trahebat noctem. Virg. 1. Æneid.
Terra varia cariofáque, Vide Cariofa terra in CARIES.
Victoria varia. Liu 2. ab Vrbe.
Vuæ vel oliuæ variæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato cap. 73, Vbi vuæ varæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis vti valeant.
¶Varius, Qui varijs in facie diſtinctus eſt. Vnde locus Ciceronis apud Quintilianum lib. 6. cap. 4. in Iſauricum, Miror quid ſit quòd pateat tuus homo conſtantiſſimus, te nobis varium reliquit. Turnebus putat Iſaurico inconſtantiam obiici & flagra, quum ſeruilem in modum à patre loris cæſus fuiſſet. Quintil. lib & cap. eodem, M. Cælius Prætor, quum ſellam eius eutulem Conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam: dicebatur autem Conſul à patre aliquando cæſus flagris. Sic Plautus in prologo Pœnuli,
Ne & hîc varienetur virgis, & loris, Id eſt cædantur, & velut variis coloribus picturentur eorum terga vibicibus.

Varié, Aduerb. {ποικίλως} Variis modis Cic. ad Tyronem lib. 6. 6, Variè ſum affectus tuis literis.
Latè & variè diffundi. Cic. pro Seſtio, Numerus, vt dixi, huius generis latè & variè diffuſus eſt.
Varié valui. Plaut. Epid. 2, Hoc eſt, quod vulgus nunc dicit, nunc benè, nunc malè. Turnebus putat Plautum luſiſſe in ſeruos, quibus tergum loris redditur varium, vt pantherinum.
In variè ſe condentem, tale eſt epigramma Martial. lib. 8,
Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt:
Pars vulſa eſt: vnum quis putet eſſe caput?
Variè agere. Liu. 2. ab Vrbe.
Diſſerere variè de re aliqua. Tacit. lib. 1.
Variè decernere, & Coniunctis ſententiis, contraria. Cic. 6. Verr.
Poſteà decernitur ac non variè, ſed propè coniunctis ſententiis, vt laudatio quæ C. Verri decreta eſſet tolleretur.
Moueri variè. Cic. 2. de Diuinat. Perinde vt quæque ſtellæ in his finitimíſque partibus ſint quoque tempore, eámque vim variè mouent ab iis ſyderibus quæ vocantur errantia.
Variè copioſéque perſcripti ſermones. Cic. 2. Acad. Hic in omnibus ferè ſermonibus qui ab iis qui illum audierunt perſcripti variè, copioſè ſunt, ita diſputat vt nihil, &c.

Vario, varias, {ἀμοιβαῖα, ποικίλλω} variare, Varium facere. Virg. 1. Georg.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum. De ſole. Ouidius 2. de Remed.
Nam quoniam variant animi, variabimus artes.
Cælum variant ſydera, Id eſt, velut pingunt. Ouid. lib. 3. Faſtor.
Iámque vbi cæruleum variabunt ſydera cælum,
Suſpice.
Poſitu variare capillos. Ouid. de medicamine faciei, Idem 2. Metamorphoſeos,
Nec poſitu variare comas.
Otium variare labore. lib. 8. epiſt. 8.
Pectora variare dubijs cutis. Valer 3. Argon.
Sententiam variauit timor. Liu. 2. ab Vrbe.
Sonum variare. Plin. lib. 10, cap. 29, Deinde in vna perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.
Variantur acu tapetia. Martia. lib. 8.
Vices variare. Virg. 9. Æneid.
Virgis variari, Vide paulò antè VARIVS, Qui varis, &c.
Vocem variare & mutare. Cic. in Orat.
Variare & diſtinguere voluptatem. Cic. 1. de Finib. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem, vt poſtea variari voluptas diſtinguíq; poſſit, augeri amplificarique non poſſit. ¶Oratoris

¶Oratoris eſt orationem variare & diſtinguere. Cic. 2. de Orat.
Prodigialiter variate aliquid. Horat. de Arte.
Figuris variare. Quintil. lib. 6 cap. 1.
Variæ miſtura iocorum materiam aliquam. Martial. lib. 8.
¶Variant muſica de morte eius authores. Liu. 7. bel. Pun.
Variant Græcorum exempla. Plin. lib 12. cap. 14.
¶Variare, neutrum, vel neutraliter poſitum. Celſus lib. 3, Non in iis ſolùm in quibus ſemper ita ſe habet: ſed in iis quoque in quibus variat. Idem lib. 2. cap. 1, Ex tempeſtatibus optimæ æquales ſunt: ſiue frigidæ, ſiue calidæ: peſſimæ, quæ variant maximè. Budæus.
Diſſidet & variat ſententia. Ouid. 15. Metam.
Timores variant. Ouid. 2. Triſt.
¶Variare, pro Ambiguam rem eſſe. Liu. lib. 1. ab Vrbe, De ſuffragiis, Ibi ſi variaret, quòd rarò incidebat, vt ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur.
Variare dicuntur vuæ vel oliuæ, quum mutant colorem. Colum. lib. 12 cap 50. Quum primum baccæ variare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures ramen albæ, ſereno cælo manibus diſtringi oliuam oportebit.
¶Variatur, Impersonale. Liu. 2. bel. Pun. Ibi quum ſententiis variaretur, &c.

Varians, variantis, Particip. {ποικίλον.} Plin. lib. 7. cap. 42, Cætera exempla fortunæ variantis innumera ſunt.
Variantibus adhuc & acerbis vuis. Colum, lib. 4. cap. 20.
Varians cælum. Plin. lib. 14. cap. 2.
Formæ variantes. Lucret. lib 5.

Variatus, pen. prod. Aliud particip. {ποικιλτὸς, ἐξῳδισμένος} vt Figuris multigenis variatus. Lucret. lib. 2.
Veſtis variata figuris hominum priſcis, Tapete diuerſis hominum figuris pictum & variegatum. Catul. Argon. 49.
Varia ſententia. Cic. pro Milone, Itaque hoc iudices, non ſine eau fa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui patris vleiſcendi cauſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis non ſolùm humana, ſed etiam deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatum.

Variatio. Liu. lib. 4. bel Pun. Cæteræ centuriæ ſine variatione vlla Conſules eoſdem dixerunt.

Variatim, pen. prod. Aduerb. {ποικιλτὸς.} Gell. lib. 5. cap. 12, Ve enim particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas literas cum à litera media immiſſa dicitur.

Varietas, pen. cor. varietatis {ποικιλία, ποίκιλμα.} Plin. lib. 8 cap. 30, Oculis mille eſſe varietates, colorúmque mutationes.
Varietas criminum. Cic. 7. Verr. Neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos tenerem.
Florum omnium varietas. Cic. de Senect.
Varietate gentium conſtans prouincia. Cic. pro Fonteio.
Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum. Cic 2. de Orat.
Sententiarum varietas. Cic. 2. de Orat.
Surdus vocum varietates noſcere non poteſt. Cic. 2. de Diuin.
Varietas enim Latinum verbum eſt. Cic. 2. de Fini. Vide VARIVM AD MVLTA, &c.
Vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt maiores etiam varietates. Cic 1. Offic.
Incredibilis quædam varietas. Quint. lib. 2. cap. 8.
Multiplex varietas. Senec. epiſt 96.
Diſtinguere varietate inæquabili, Vide INAEQVABILIS.
Stella Iouis multas efficit varietates. Cic. 2. de Nat. deor.
Facere varietatem. Cic. 2. de Finib.
Habere varietatem. Cic. pro Corn. Balb.
Reficit animos ac reparat varietas. Quint. lib. 1 cap. 12.
Varietates, Maculæ illæ ſubrubræ quæ hyeme contrahuntur quũ crura ad ignem propius admouentur. Plin. lib. 20 cap. 9, Fios buillorum tritus crurum maculas varietatéſque igne factas emendat.

Varix, varicis, penult. corr. m. g. {φλέψ, ἰξία} Varices, venæ plus æquo intumeſcentes atque obtortæ, in temporibus, ventre, teſtibus, inguine, & potiſſimùm in cruribus. Plin. lib. 11. cap. 45, Varices in cruribus viro tantùm, mulieri raró. Horatius, Varice ſucciſo. Cic. 2. Tuſc. Quum varices ſecabantur C. Mario, dolebat. Celſus lib 5. de noxis in corpore loquens, Quum quid increuit, vt vena quæ intumeſcens in varicem conuertitur.
¶Varix, ſ. g. Quint. lib. 11. cap. vlt. vbi de Togæ forma loquitur, velandarum varicum gratia, Vide locum.

Varicoſus, penul. prod. Adiect. {φλεβώδης} Qui tumidiores habet huiuſmodi venas. Iuuen. Saty. 6,
Hæc de Comœdis te conſulit, illa Tragœdum
Commendare volet: varicoſus fiet aruſpex.

Varicus, Adiect. Qui longè diuaricat crura, metitúrque grandes paſſus. Ouidius,
Illa velut coniux vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fœcunda gradus. Hinc quòd apud Vitruuium baryca ædium ſpecies legitur, varica legi debet: laxitas enim columnarum efficit vt varica videatur. Turneb.

Varicula, pen. cor. Diminutiuum apud Celſ. lib. 5. cap. 26. de curatione vlceris.

Varico, varicas, pen. cor. vel varicor, varicaris, varicari, Tranſgredi eſt, quaſi varices tranſcendere, & currendo præterire. Tractum à medicis: qui quũ varices curare non audent, eas tranſgrediuntur, atque prætereunt. Quint. lib. 11. cap 3. de Geſtu pedum, Varicare ſupra modum & in ſtando de forme eſt, & accedente motu propè obſcœnum.

Varicator, Vlpian. in l. j. D. De præuaricatoribus. Præuaricator eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua.

Varro, pro ſtupido & bardo vſurpabatur, vocabulo à varris deflexo, qui perticas ſignificant. Lucilius apud Feſtum in voce Squaroſus,
Varronum ac rupicum ſquarola incondita noſtra. Ex Turnebo.

VARRO, {ἰυγξῆνον} poëta Romanus, quem Fabius Quintilianus, inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores enumerat, lib. 10. ca. 1, Eſt & Varro, cuius

meminimus in dictione TERENTIVS.
Varro ſanctiſſimus atque integerrimus. Cic 2. Philipp.
Habere theſauros Varronis. Brutus Ciceroni lib. 11. 10.

Varus, vara, varum, Qui pedes habet incuruos, & in ſe contractos, cuiuſmodi ſpadones & caſtratos videmus. Plaut. Mil. 10,
Aut varum, aut valgum. Idem Merc. 2, Canum, ventriloſum, bucculentum. Plin. lib. 11. cap 45, Nam & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, ſicut à cruribus vari. Horat. 1 Serm. ſaty 3
Varæ manus, Id eſt, incuruæ, inflexæ, diductæ ad corripiendum antagoniſtam. Ouid. 9. Metam.
Vara brachia, Diducta ad complexandum luctatorem aduerſarium. Martial. lib. 7.
Genius varus. Perſ. ſaty 6,
-geminos horoſcope varo.

Produeis genio. Varo, intorto, hoc eſt, non æquali, ſed diſſimili ingenio & inclinatione naturali præditos, quamus ſub eodem natos ſydere, eodémque momento temporis.

Varus, Subſtantiuum {λοφος} Vari apud Celſum lib. 6. cap. 5, Maculæ ſunt in facie, velenticulæ & ephelides. Vnde homines varij dicti. Vide VARIVS. Plin. lib. 23 cap. 4, Oleum amygdalinum purgat moſitie corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Idem lib. 28. cap 8, Lemigines tollit ac varos, omnéſque maculas.

VARVS, {ὄνομα ἐρεως} fluuius eſt, Narbonenſem prouinciam ab Italia ſeparans. De quo lege Strabonem lib. 4. ab initio, nomen retinet, Vulgò *Le var.*

Vas, vadis, vide VADIS Cic. 2. de Finib. Vadẽ te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno?
Iuſtus vas, Vide IVSTVS.
Vadem mortis accipere. Cic. 5. Tuſcul. de Dionyſ. Syracuſanorum tyranno. Quantopere verò amicitias deſideraret, declarauit in Pythagoreis duobus illis, quorum quem alterum vadem mortis accepiſſet, alter vt vadem ſuum liberaret præſto fuiſſet ad horam mortis deſtinatã: Venam ego, inquit, tertius vobis amicus adſciberer.
Vadem mortis accipere, Vide ACCIPIO.

Vas, vaſis, priore prod. neut. gen. {ἄγγος, ἀγγεῖον, ἀγγεῖα} tertiæ declinationis in ſingulari, in plurali ſecundæ. Martial. lib. 14,
Attica nimis ne ſpernas vaſa monemus. Apud Cic. 2. de Inuent.
Vaſa magnifica & precioſè cælata. Et pro Roſc. Amer.
Vaſa Corinthia & Deliaca. Et pro Mutena, Et expoſuit vaſa Samia. Idem 1. Tuſc. Nam corpus quidem vaſis vas eſt, aut aliquod animi receptaculum.
Vaſorum appellatio generalis eſt: dicimus enim vaſa & vinatia & naualia, inquit Vlpian. De auro & argento legato, l. Si gemma.
Æreum vas, Vide AES, aris.
Argentea vaſa. Horat. 2. Serm. ſat. 7.
Aſpera vaſa, Cælata. Iuuen. ſaty. 14.
Clodiana vaſa, Vide CLODIA.
Coquinaria vaſa, Vide COQVO, coquis.
Cupreum vas, Vide CVPRVM.
Olearia & ſalſamentaria vaſa, Vide Olearius in OLEA.
Pertuſum vas. Lucret. lib. 3.
Rimoſa & cuetta vaſa cadunt feneſtris. Iuuen. Saty. 3.
Samia vaſa. Plaut. Capt. 6. Vide OPVS.
Viatoria vaſa, Vide Viatorius, in VIA.
Vinarium vas. Cic 6. Verr. 54.
Vaſa vinaria, amphoras & cados intelligimus, authore Proculo.
De tritico, vino & oleo legato. l. Vinum.
¶Apponere in vaſis, Vide APPONO.
Colligere in vas, Vide COLLIGO.
Vaſa colligere. Cic. 6. Verr. Ille ex Sicilia caſtra iam mouerat, & vaſa collegerat. Hoc eſt repentè Diodorus profugerat.
Collocare vaſa in tabernam, Vide COLLOCO.
Conclamare vaſa. Cæſar. 3 bel. Ciuil. Scipio ſuſpicatus fore vt inuitus dimicare cogeretur, nocte neque conclamatis quidem vaſis flumen tranſiuit.
Ducere vaſa è luto. Quint. lib. 2. cap. 17.
Efferre ſine thecis vaſa. Cic. 6 Verr.
Incruſtare ſyncerum vas. Horat 1. Serm. ſaty. 3,
At nos virtutes ipſas inuertimus, atque
Syncerum cupimus vas incruſtare. Idem. 1. epiſt. 2,
Syncerum eſt niſi vas, quodcunque infundis aceſſit.
Pelliculare vas, Vide PELLICVLO, as, in Pellis.
Quaſſatis vaſis diffluit humor. Lucret. lib. 3.
Vaſa etiam omne inſtrumentum ſignificant, vt venatorium quoque apud Gratium, -nec ſibi turbam
Contraxit comitem, nec vaſa tenentia laté. Eo nomine ſupellex Liuio intelligitur, cùm ſcribit, Vaſa comitéſque meos. Turnebus.
¶Vaſum, vaſi, {ἄγγος, ἀγγεῖον} neutro genere dixerunt veteres, teſte Gellio lib. 13. cap. 22. Plaut. Truc. 3,
Aut aliquod vaſum argenteum.

Vaſculum, vaſculi, pen. corr. Diminut. {ἀγγεῖον.} Plinius lib. 15. cap. 18, Quædam vaſculis conſtant. Cato cap. 111. Si voles ſcire, in vinum aqua additaſit, nécne, vaſculum facito de materia hederacea.
Argenti puri vaſcula.

Vaſarium, vaſarij: vt veſtiarium, Chalcearium: hoc eſt vaſorum ſupellex. Cic. in Piſonem, Nóune ſeſtertiũ centies & octogies, quod, quaſi vaſarij nomine, in venditione mei capitis alcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti? Plin. lib. 7. cap. 49, Nec ſunt omnia vaſaria excutienda: mediæ tantum partis, inter Apenninum Padúmque ponemus exempla. Hîc per tranſlationem poſuit.
Vaſarium Cicero appellat id quod publicè dabatur magiſtratibus, vt muli, equi, & vaſa, & reliqua quæ magiſtratus inſtrumentum implerent. id quod patet ex eo quod idẽ dicit in l. Agraria contra Rullũ, de Decemuiris loquẽs quos Rullus creandoseſſe cenſuerat ad agros diuidendos. Intelligimus ergo vaſarij nomne pecuniam

publicè dati solitam magistratibus euntibus in prouincias, ex qua sibi necessaria compararent, id quod postea Augusti tempore Senatusconsulto constitutũ est: vt testatur Tranquillus in Augusto cap. 36. Hæc & plura Budæus in libro De asse.

Vascularius, Qui vasa argentea & aurea facit: Sunt enim inter autifices vascularij, cælatores, inauratores, & bractearij. in l. apud Labeonẽ, De præscript. verbis, Si quĩ emere argentẽ velles, vascularius ad te detulerit. Cic. 6. Verr. In regiam maximam palàm artifices omnes cælatores ac vascularios conuocari iubet, ipse suos complures habebat.

VASATAE, pen. prod. Vasatarum, f. g. {ὐασάτης} Vrbs Galliæ Narbonensis. Paulinus ad Ausonium,

Quisque superba ruæ contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas nõ dedignare Vasatas. Eam putauerim esse quæ vulgò dicitur *Pusa*.

VASCONES, pen. corr. {ὐασκωνες} Hispaniæ populi, versus Gallicum & Britannicum Oceanum, ad Pyrenæum siti. De quibus Plin. lib. 3, Hi à Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, vt humana carne vescerentur. Iuuen. Sat. 15

VASTUS, Adiect. {ἐκχανὴς, ὑπερμεγέθης, ἀπέραντος} dicitur quod modum amplitudinis excedit. Plaut. Amphit. 16. 1, Quis tam vasto impetet has fores toto conuolsit cardine? Plin. epist. 258, Quum diuersam partem prouincię circumirem, Nicomediæ vastissimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica opera, &c. assumpsit.

¶ Vastus, Desertus. Actius, Hanc vrbem ferro vastam faciet. Nonius.

Vastus locus à natura & humano cultu. Salust. in Iugurtha.

¶ Æquor vastum Virg. 2. Æneid.

Ager vastus ac desertus. Cic. 2. de Lege agrar.

In vastiorem altitudinem ac velut profundum inuehi. Liuius 1. bel. Maced.

Animus vastus. Salust. in Catil.

Antrum vastum. Virg. 1. Æneid.

Aper vastus. Claud. 3. Paneg.

Arma vasta. Virg. 10. Æneid.

Artus vasti. Virg. 5. Æneid.

Bellua vasta & immanis. Cic. 1. de Diuin.

Cædes vasta & fessus. Virg. 6. Æneid.

Campi vasti. Virg. 3. Æneid.

Certamine vasto tendunt. Virg. 12. Æneid.

Crater vastus. Ouid. 12. Metamorphoseos,

Forte fuit iuxtà signis extantibus asper
Antiquus crater, quem vastum, vastior ipse
Sustulit Ægides.

Feræ vastæ. Ouid. 2 Metam.

Figura vastior elephanto. Cic. 1. de Nat. deor.

Fluctus vasti. Virg. 1. Æneid.

Hiatu vasto immanis spelunca. Virg. 6. Æneid.

Homo vastus atque fœdus. Cic. 1. de Orat.

Ictus vasti. Virg. 5. Æneid.

Impetus vastus. Horat. 4. Carm. ode 14.

Vasta & agrestis India. Cic. 5. Tuscul.

Ira vasta. Ouidius 10. Metamor.

Iter vastum. Ouid. 18. Metamorph.

Lartarus vastus & canorus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Litera vastior. Cic. in Orat.

Locus vastus & ædificatus, contraria. Cic. in Parti.

Moles vasta Virg. 3. Æneid.

Molimen vastum. Ouid. 15. Metam.

Mundus vastus. Ouid. 1. Fasto.

Murmure vasto it mare. Virg. 1. Æneid.

Onus vastum. Ouid. 1. Fasto.

Oratio vasta atque hians. Autor ad Herenn. lib. 4.

Orbis vastus. Ouid. 2. de Arte.

Pondus vastum. Virg. 5. Æneid.

Rupes vastæ. Virg. 1. Æneid.

Silentium vastum. Tacit. lib. 19.

Sinus vastus. Virg. 4. Georg.

Solitudo vasta. Cic. in Somnio. Et Liu. 1. ab Vrbe.

Tellus vasta. Valer. 2. Argon.

Vires vastæ. Virg 5. Æneid.

Vorago vasta. Virg. 6. Æneid.

Vulnera vasta. Lucret. lib. 5.

¶ Vastus atque agrestis motu corporis per contemptum. Cice. 1. de Orat. Aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes vt etiã si ingenijs atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.

Vastè, {ἐκχανῶς} vastius, vastissimè. Aduerbium. Cic. 3. de Orat. Id assequemini, si verba externa cum consequentibus primis ita iungetis, vt neúe asperè concurrant, neúe vastius diducantur.

Vastè & rusticè. Cic. 3. de Orato. Sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi: non vastè, non rusticè, nõ hiulcè, sed pressè & æquabiliter, & leniter.

Vastius tumere, Vide TVMEO.

Vastitas, pen. corr. vastitatis, fœ. ge. {μέγεθος, ἀπειρία,} Magnitudo. Colu. lib. 3. Pari tamen in hac terra vastitate, belluas progenerari quis negauit? Idem lib. 5. cap. 1.

Vastitas odoris. Plin. lib 31. cap. 6.

Sterilis profundi vastitas soli. Senec. Herc. furen. 9. 17.

¶ Vastitas, Vastatio, {ἁρπαγὴ, διάφθορα} Actius, Propterea tot, tantáque habemus vastitates funerum. Cic. 1. in Catil. Tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium & vastitatem vocas.

Agrorum vastitas. Cic. 6. Verr, Audistis, &c. quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, quæ fuga oratorum, quam, &c.

Deflere iudiciorum vastitatem. Cic. de Clar. Orat.

Depellere vastitatem. Cic. pro Flacc.

Efficere vastitatem. Cic. in Pisonem.

Inferre vastitatem. Cic. de Arusp respons.

Reddere vastitatem. Liu. lib. 3.

Vastitudo pen. prod. vastitudinis, fœ. gen. {ἀφανάτωσις,} Vastatio. Cato cap. 141. Vti in morbos visos, inuisosque viduitatem vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibessis.

Vastities, pe. corr. vastitiei, pe. prod. f. g Idem, {ὐπόφθορμα,} Apul. Cui in primis tanti cõporis vastities horrori fuit.

Vastities, Separatio, Destructio. Plaut. Pseud. 3.

Harum mihi voluptarum omnium, atque itidem tibi
Distractio, diuisidium, vastities venit.

Vastificus, pen. corr. {ἀφανοποιὸς,} Adiect. Quod vastitatẽ affert. Cic. 2. Tuscul.

Herymanthiam hæc vastificam adiecit belluam. Ex poeta.

Vasto, vastas, {ἀναίσιμόπαιο, ἀναφανίω, ἀναιρέω, λυμαίνομαι,} vastare, Perdere, Destruere. Cic. ad Att. lib 9. 175, Primum consilio est, suffocare vrbem & Italiam fame, deinde agros vastare, vrere, pecunias locupletum non abstinere.

Vastare agros cultoribus. Virg. 8. Aeneid. Hoc est, abducendo cultores, vastos & desertos efficere. Seruius.

Agros vastare & exinanire. Cic. 5. Verr.

Iter alicuius vastare. Silius lib. 3.

Turbidus hic truncis, saxisque Druentia lætum
Vastauit ductoris iter.

Locum vastare & diripere. Cic. 4. in Catil.

Mentem vastare. Salust. in Catilin.

Omnia latè vastare. Virg. 4. Georg.

Vastare omnia ferro & incendijs. Cic. 1. in Catil.

Regiones vastare. Varinius Ciceroni, lib. 5. 10.

Humo magis ad vastandum, quàm ad vincendum paratus. Cic. Attico, lib. 8. 169.

Vastatus, pe. prod. Participium, {ἀναίσιμος,} Cic pro Sestio, 45. Lex erat lata, vastato atque relicto foro.

Fana vastata tumultu impio. Horat. 4. Carm. ode 4.

Pascua vastata. Claud. 3. de raptu Proserp.

Vastata vrbs defensoribus suis, pro spoliata. Liu. lib. 3. bel. Pun.

Vastatio, Verbale, {ἀναίσιμος, διάφθορα,} Liu. 7. ab Vrbe, Accessit ad eã cladem & vastatio Romani agri.

Possessionum vastatio. Cic. 2. In Catil. Ergo in vastatione omniũ tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

Defendere aliquid à vastatione. Plancus Ciceroni li 10. 15.

Vastator, pen. prod. Verb. {λυμεωτὴρ,} vt Troiæ vastator Achilles. Stat. 2. Achill.

Aper vastator Arcadiæ. Ouid. 9. Metam.

Ferus vastator. Ouid. 11. Metam.

Vastatrix, pen. prod. Verbale fœ. Seneca epist. 96. Luxuria terrarũ mariśque vastatrix.

Vasteico, vastesis, vastescere, Inhorrescere, vel deseri. Acc. Phœnissis: Iussit proficisci exilium quouis gentium

Ne scelere tuo Thebani vastescant agri. Vide plura apud Nonium.

Vates, vatis, com. gen. {μάντις, μάντις, σιωπόλος, θέσπις, θεόφραστος, σοφιστὴς,} A fando dictus est, quasi fates, Diuinator, sacerdos, & prophetа. Virg. 6. Aeneid.

Cunctantẽ & vatis portat sub recta Sibyllæ.

Plaut. Milit. 12. Bonus vates poteras esse, quum quæ sunt futura videas. Virg 6. Aeneid.

Quique pii vates, & Phœbo digna locuti. Cic. 1. de Nat. deor.

Præfagia vatum. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Interpretari effata incognita fatidicorum & vatum. Ci. 2. de Leg.

Pater vatum Latous. Stat. 1. Syl. 2.

Infana vates. Virg. 3. Aeneid.

Peritus vates. Ouid. 1. de Arte,

Pii vates. Virg. 6. Aeneid.

Præfagi vates. Silius lib. 16.

Sacer vates. Horat. 4. Carm. ode, 9.

Sanctissima vates præscia venturi. Virg. 6. Aeneid.

Terrifici vates. Virg. 5. Aeneid.

Vera vates. Claud. 2. Paneg.

¶ Vates, inquit Varro de ling. Lat. poetæ dicti sunt à viendis versibus. viere enim vincire est. Colum. in Præf. lib. 10. Ex voluntate vatis maximè memorandi. Id est, Virgilii.

Versus quos olim Fauni vatesque canebant. Cic. 1. de Diuin.

Sic honor & nomen diuinis vatibus. Horat. de arte,

Attonitus vates. Horat. 3. Carm. ode 19.

Coturnatus vates, Poeta Tragœdiarũ. Ouidius. 2. Amor. eleg. 184.

Lauriger vates. Stat. 1. Thebaid.

Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37, Herophilus medicinæ vates.

Vaticinor, pen. corr. vaticinaris, {μαντένομαι, θεσπίζω, θεοφορέω, θεσπιῳδέω, ποιητεύω, χρησμῳδέω,} vaticinari, Diuinare, quasi faticinare dictum, & fatum canere aut prædicere. Cic. ad Atticum, lib. 8. 155, Non multo inquam secus possum vaticinari. Idem 1. de Diuin. Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari furor vera soleat.

Per furorem vaticinari. Cic. 1. de Diuinat.

¶ Interdum pro ariolari, & quasi delirare ponitur. Cic. lib. 2 epist. famil. epist. 16. non procul à fine, Sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adolescente me. Eos ego fortasse nunc imitor, & vtor ætatis vitio.

Vaticinans, pen. corr. Participium, {θεσπίζων,} Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Iam nunc hæc à me iuuenum belloque, togaque.
Maximè dicta tibi vaticinante nota.

Vaticinatio, {μαντικὴ, θεοφορία, θέσπισμα,} Verbale. Cicero ad Atticum, lib. 8. 160, Nam pridie quidem quoquo modo porueram, scripseram ipse eas literas, quarum vaticinationem falsam esse cupio. Idem 2. de Natura deorum, Multa ex Sybillinis vaticinationibus, multa

multa ex Aruspicum responsis commemorare possum, &c.

Sortes quæ vaticinatione funduntur. Cic. 2. de Diuin.

Vaticinator, pen. prod. Verbale {χρησμῳδὸς.} Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1,

Vade tamen viuat vaticinator habet.

Vaticinus, pen. corr. siue vaticinius, Adiect. {μαντικὸς} Quod ad vatem pertinet: vt Liber vaticinus, vel vaticinius Liu. 5. bell. Pun. Is & in concione Senatusconsultum recitauit, & edixit vt quicunque libros vaticinos, precationésve, aut artem sacrificandi conscripsam haberet, eos libros omneis, literásque ad se ante Calend. Apriles deferret. Alij legunt vaticinios.

Vaticinius furor. Ouid 2. Metam.

VATICANVS, penul. prod. {ὐατικανὸς} collis in vrbe Roma, dictus. inquit Festus, quòd eo potitus sit Populus Romanus varium responso, expulsis Hetruscis. In eo autem colle sita est S. Petri basilica. Is denique collis non longè est à theatro Pompeij, vt Porphyrio scribit apud Horatium, 1. Carm. ode 20, -simul & iocosa

Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago. De Vaticano agro, colle, & deo sic scribit Gellius libro 16 cap. 17. Et agrum Vaticanum inquit & eiusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus à vaticinijs, quæ vi atque instincto eius dei, in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Aius, inquit, deus appellatus, aráque ei statuta est, quæ est in infima noua via, quòd eo in loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri simulátque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcircóque vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hactenus Gellius. Augustinus tamen Vagitanum dixit deum, tanquam infantium vagitibus præsidentem: vnde vagire dicuntur. Prima huius nominis semper producitur: secunda variatur: tertia semper est longa. Iuuenal. Saty 6,

Et Vaticano fragiles de monte patellas. In Sapphico Horatij paulo ante citato secunda corripitur.

Campus Vaticanus. Cic. Attico lib. 13. 288, Illum Vaticanum campum fieri quasi Martium campum.

Vatesco, vatesces {ἐμαίνομαι} vatescere, Desipere, derelinqui, horridum fieri. au. hore Nonio. Actius, Iussi proficisci in exilium quouis gentium, ne scelere tuo Thebani vatescant agri. Legendum fortasse vastescant.

VATINIVS {ὐατίνιος} quum esset dignitati Ciceronis semper aduersus, ita postea præualuere amicitia, vt duobus iudicijs publicis ab eo fuerit defensus. Author Valerius lib. 4. cap. 2. Hic quum esset impudentissimus, eleganter à Seneca describitur. Vatinius, inquit, assiduo conuitio depudere didicerat.

Vatinianus, pen. prod. Adiectiuum {ὐατινιανὸς.} vt Carmina Vatiniana. Catul de quodam, &c.

¶ Vatinianum odium, pro Capitali ac vehementer acerbo. Vatinius enim in quem acerrimè M. Tullius inuectus est, in tantum odium Populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagitijs, vt in prouerbium cesserit, odium Vatinianum. Catullus ad Caluum, 14,

Nitte plus oculis meis amarem
Iucundissime Calue, munere isto
Odissent te odio Vatiniano. Erasmus.

Vatius, vatij, masc. gen. Vatij sunt qui pedes extrorsus obtortos habent, iidem, vt arbitror, qui valgi. Varro lib. 2. de Re rustic. cap. 9. de canibus loquens. Sint cruribus rectis, aé potius varis, quàm vatiis. Id est, in se potius, & introrsus intortis, quàm extrorsus. Plin. libro 11. cap. 45, Volá homini tantum, exceptis quibusdam. Nauque & hinc cognomina inuenta Plauci, Plauci, Scauri, Passæ: sicut à cruribus vari, vatiæ, vatij: quæ vitia & in quadrupedibus. Legitur & Vatinij.

Vatrax, vatracis, o. g & Vatricosus, Adiect. Qui cruta vitiosa habet, teste Nonio. Lucilius, lib. 28, Vt si progeniem antiquam qua est maximus Quintus Vacax, qua vatricosus vatrax.

VAYNIA {ὐαυνία} Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua Ptolemæo authore lib. 3 cap. 1. Vulgò *Lonino*.

V B

Vber, vberior, vbertimus, Adiectiuum {πίων, ὐμπρος} Fertilis, pinguis, fœcundus Iuuen. Saty. 1,

Et quando vberior vitiorum copia? Scribitur & Huber, Vide HVBER.

Ætas vberior, Fœcundior. Ouid. 15. Metamorphoseos,

-neque enim robustior ætas
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla est. De iuuentute.

Aquis vberibus fœcundus specus. Ouid. 3. Metam.

Arua vberrima. Valer 1. Argon.

Dona vberiora promissis. Ouid. epist. 16.

Fœtus vberes. Horat. Carm. ode 15.

Genis grauidis vberibúsque effusæ lachrymæ. Ouid. ad Liuiam.

Guttis vberibus fient omnia. Lucret. lib. 1.

Honor vberior. Ouid. 2. de Nuce.

Ingenium vberius Ouid. 2. Trist.

Morus vberrima mueis pomis. Ouid. 4. Metam.

Regna vberrima. Virg 3 Æneid.

Ritu vberes lactis. Horat 2. Carm. ode 19.

Terris vberibus fertilis Vmbria. Propert. lib. 1. eleg. 21.

¶ Vber, veris, pen. corr. n. g. Substantiuum, pro Mamma. Vide etiam HVBER. Virg. 3. Æneidos,

-cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat.

Mammarum vbera. Lucret. lib. 5.

Distentum vber, Lacte plenum ad distensionem vsque. Ouid. 13. Metamor.

Distenta vbera lacte. Virg. eclog. 4.

Equina vbera. Horat. Epod. 8.

Grandius vber habet pecus vicinum. Ouid. lib. 1. de Arte.

Grauidum vber. Virg. 3. Georg.

Inania vbera. Ouid. 10. Metam.

Lactantia vbera. Ouid. 7. Metam.

Lactea vbera. Virg. 2. Georg.

Profusum vber, Lacte manans. Silius lib. 4.

Virgata vbera feræ Caspiæ. Senec. Herc. Oetæo, 2.

Ablatus vberibus. Plin, lib. 8. cap. 55.

¶ Admouere vbera alicui. Virg. 4. Æneid.

Alere fœtus vbere. Virg. eclog. 3.

Consumunt vbera vaccæ. Virg. 3. Georg.

Demittunt vbera vaccæ. Virg. 2. Georg.

Depulsus equus ab vbere matris. Virg. 3. Georg.

Distentis vberibus manat humor lacteus. Lucret. lib. 1.

Distentant vbera vaccæ, Multum implent lacte. Virg. eclog. 9.

Dare vbera alicui. Ouid. 4. Metam.

Ebibere vbera. Ouid. 6. Metam.

Exhausto vbere spumat mulctra. Virg. 3. Georg.

Potanda vbera infantibus. Iuuen. Saty. 6.

Pressare vbera palmis. Virg. eclog. 3.

Rapti ab vbere infantes. Virg. 6. Æneid.

Raptus ab vbere vitulus. Ouid 4. Fast.

Siccare distenta vbera. Horat. Epod. 2.

Sugere vbera, Vide SVGO.

Tendunt vbera capræ. Virg 3. Georg.

Tenta vbera, Distenta, plena. Horat. Epod. 16.

Trahunt vbera infantes. Lucan. lib. 3.

¶ Vber, pro vbertate posuit interdum Virgilius 1. Æneidos,

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.

Fertilis vbere campus. Virg 2. Georg.

Lætum vber. Virg. 3. Æneid.

Vber apum. Globus noui examinis ex ramo pendens. Palladius in Iunio cap. 7, Quum se agmina in ramo, aut loco quocunque suspenderint: si vnius vberis eductione pendebunt, noris aut vnum regem esse vniuersis, aut reconciliatis omnibus manere cõcordiam. Si verò duo, vel plura vbera suspendens se populus imitatur: & discordes sunt, & tot reges esse, quot velut vbera videtis, confitentur.

Vbertas, vbertatis {ἀδρότης, πότης, ὐλοφόρια} Fertilitas, fœcunditas: vt Opum vbertas. Silius lib. 15. Vide HVBERTAS.

Naturalis locorum vbertas. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Vbertim, Aduerbium {ἀφθόνως} Abundé. Catul. de coma Berenicis, 62.

Claud. de laudibus Serenæ, 22,

Quis tibi tunc per membra tremor? quantáque cadebant
Vbertim lacrymæ?

Hæc omnia de Vbere cum compositis suis, Vide in dictione HVBER.

Vbi, Aduerbium loci {οὗ, οὗ, ὅπου, ὅπη, ὅποτε, ἔνθα} significat in quo loco. Plin. lib. 12. cap. 14, Alexandriæ vbi thura interpolantur. Horatius 1. Serm. saty 4,

Non vbi vis coramve quibuslibet.

Interrogatiuè aliquando pronuntiatur. Terent. Eunucho, 5. 9,

Sed vbi est frater? &, præsto adest.

Vbi ego audierim? Plaut. Amph. 8.

Relatiuè nonnunquam. Virg 1. Æneidos,

-vbi Æacidæ telo iacet Hector. Plaut. Trucul. 4.

Infinitè aliquando. Plaut. Trucul. 18. Terent. Eunuc. 2. 5,

-fac sis nunc promissa appareant,
Siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos.

¶ Vbi, Postquam. Virg. 2. Æneidos,

Hæc vbi dicta dedit. Terent. And. 2. 2,

Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.

Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiã si per plures deos iurer, non oportet. Cic. pro Rab. Posth.

¶ Vbi primùm, Statim vt. Terent. Eunuc. 4. 1,

Hoc est signi, vbi primùm poterit, se illinc subducet scio.

¶ Vbi quando. Terent. Eunuch 3. 6,

Vbi fatias cœpit fieri, commuto locũm. Ibidem, 5. 9,

Vbi vis, accede.

Est vbi id isto modo valeat. Cic. 5. Tuscul.

Vbi vbi, compositum, pro Vbicunque. Cic. 2. Tuscul. Nunc vbivbi sit animus, certè quidem in te est. Terent. And. 4. 2,

Iam vbivbi erit, inuentum tibi curabo.

¶ Vbivbi gentium. Plaut. Asin. 7.

Vbivbi, Statim vt. Plaut. Merc. 18,

Vbi bi erit inuenta, mater redimet.

¶ Vbi loci, pro In quo statu. Plaut. Capt. 17,

Propemodum vbi loci ruæ fortunæ sint, facilè intelligis. Idẽ Merc. 24. Plin. lib 7. cap. 24. ad finem, Vt inanis mens quærat vbi sit loci.

¶ Vbi terrarum, pro Vbi. Cic ad Atticum, lib. 5. 97, Et si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, vbi terrarum essES, ne suspicabar quidem.

Vbi gentium. Idem. Plautus Merc. 7,

Vbi nam est is homo gentium?

¶ Vbi enim, More Græco interdum vsurpatur, vt ὅπου γάρ, quod significat cum enim. Lucretius,

-vbi enim propellere membra
Corripere è somno corpus, mutaréque vultum
Atque hominem totum regere ac versare videtur
Quorum nil fieri sine tactu posse videmus:
Nec tactum verò sine corpore: nonne fatendum est
Corporea natura animum constare animámque? Id est, cùm ista facere videamus animum nonne corporeus erit. Turnebus.

¶ Vbicunque, Id est in quocunque loco. Cic. ad Attic. lib 3 67, Vt te ante Calendas Ianuarias, vbicunque erumus, sistas.

Vbicunque sunt. Cic. 7. Verr. Omnes hoc loco ciues Romani, & qui adsunt, & vbicunque sunt vestram seueritatem deprecantur.

Vbicunque visum. Plin.lib.10.cap.4,Oua hic consectatur aquilæ aniditate maleficiatæ illa ob hoc vapit vbicunque visum.

Vbicunque opus sit obsequi. Terent.Heaut.3.3.

Vbicunque factum est,improbè factum est.Cic.5.Verr.

Vbicunque gentium.Cic.1.de Natur.deor. Nihil est enim virtute amabilius:quam qui adeptus erit, vbicunque erit gentium, à nobis diligetur.

Vbicunque terrarum.Cic.2.Philip.Qui vbicunque terrarum sunt ibi est omne Reip.præsidium. Horat.1.epist.3,

-vbicunque locorum Viuitis.

¶Vbinam gentium.Cic.in Catil.O dij immortales,vbinam gentium sumus? Seruius 1. Æn. de accentu huius dictionis, & aliis sic dicit,Pronuntiationis causa contra vsum Latinum,syllabis vltimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus attribuitur: vt huiusce, vbinam.

¶Vbiuis. Cic. Attic.lib.14.320, Qui mihi videntur vbiuis tutius, quàm in Senatu fore.

Nemo est quin vbiuis,quàm ibi vbi est,esse malit. Cic.Torquato libro 6 1.

Vbiuis gentium.Terent.Heeyr.3.1.

¶Vbique,pen.prod. In omni loco,vt Vbique terrarum, locorum, gentium. Virg.1.Æneidos,

-graces persoluere dignas

Non opis est nostræ Dido,nec quicquid vbique est

Gentis Dardaniæ.

VBII {οὔβιοι} inter Gallíæ Belgicæ populos ad Rhenum, Coloniæ Agrippinensi finitimi ponuntur.Plin.lib.4.cap.17.

V C

VCALEGON,penult corr. {Οὐκαλέγων} nobilis Troianus, qui tempore Troiani belli ob senium abstinebat armis, vt scribit Homerus lib.3. Iliad.Inde,vt scribit Seruius. Virg 2. Æneidos, rem domus ad personam transtulit,dum ait,

-iam proximus ardet

Vcalegon:Sigæa igni freta lata relucent.

VCIA {οὐκία.} Ptolemæo lib.2.cap.4. Plin.lib.3.cap.1.Vcia, Hispaniæ ciuitas.

V D

Vdo,vdonis, Vdones, de quibus Vlpianus titul. de aur.& arg.leg. his verbis, Alia causa est vdonum, quia vsum calceamẽtorum præstant: calceamenta sunt ex hircinis pilis contexta.Pro hac voce alij vndonum,alij odonum, alij oedorum legunt, perperam omnes vt Turnebo videtur.De vdonibus Martialis scripsit,lib.14,

Non hos lana dedit,sed olentis barba marici.

Vdus,vda,vdum {ὑγρὸς,ὑδατώδης} quasi sudum, à sudando, dicitur humidum.Virg.3.Georgicon,

Nigra subest vdo tantum cui lingua palato. Plin.lib.24.cap.15, Folia epiphoris imponuntur cum polenta supposito vdo linteolo.

Vdus aqua.Martial.lib.11.

Vdus osculis.Martial.lib.8.

Aleator vdus,Vino ingurgitatus,Bene potus. Martial.lib.5.epig. vltimo.

Campi vdi.Sil.lib 8.

Capilli vdi Ouid.5.Metam.

Genæ vdæ.Ouid.2.Fast.

Humus vda.Horat.3.Carm.ode 2.

Luminibus vdis respicieus Propert.lib.2.eleg.7.

Pomaria vda mobilibus riuis.Horat.1.Carm.ode 7.

Terra vda viret gramine.Ouid.2.Amor.eleg.6.

Vel vdum.Virg 3.Georg.

Via vda.Lucan.lib.3.

Vdo, vdas, vdare, Vdum seu humidum facere. Macrob. lib.7. Saturn. cap.12, Quæ vdanda sunt corporis,vino fouẽtur: quæ siccanda sunt, melle detergũtur.

V E

Ve {ἤτοι} disiunctiua coniunctio est,id significans quod Aut.Cicer. ad Atticum lib.6, Appius enim ad me ex itinere, bis, vel tertio, literas miserat.

Quum eam tempestas vetustásve consumpserit.Cic.1.de Leg.

Suaues grauéſve sententiæ.Cic.in Orat.

Omnia quæ sunt futuráve sunt.Cic.2.de Diuin.

Ne quid plus minúsve dicat.Cic.pro Flacco.

Geminata eleganter postponitur negatiué.Cic.Lent.lib.1.9, Peto à te vt id à me, néve in hoc reo, néve in aliis requiras. Idem 3.de Orator. Componere & struere verba sic, vt néve asper eorum concursus,néve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & læuis.

De hac particula vide Gellium lib.5.cap.12.

Vecors, vecordis, omn.gen. {ἄϕρων, ἀβούλητος, παραφρήσσων} quasi sine corde,qui,vt ait Festus, est mali, turbatíque cordis. Macrob.lib. 6.Saturn.cap.8,Vecors,& Vesanus, priuationem significant sanitatis & cordis.Ve enim particula tum intensionem significat,tum minutionem. Cic.1. Tusc.Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordésque dicuntur. Liu.4.ab Vrbe, Audita vox eius in concione stolida & propè vecors.

O vecors & amens.Cic.in Pisonem.

Audacia vecors.Liu.8 bell.Pun.

Furor vecors.Catul.ad Aurelium 15.

Iuuenes vecordes.Senec.Thebaid.1.

Libelli vecordes.Tacit.lib.2.

Libido vecors.Senec. Troade,4.

Mens vecors agitatur furiis.Ouid.in Ibin.

Rixam vecordem excitare.Catul,ad Rauidum,38.

¶Vecors,pro Dolosa & astura.Cic.in Tusc.l.Vecors Oenei partu edita,hoc est Deianira Oenei filia, dolosa & astura. Sic enim δόλωπις à Sophocle vocatur, à quo hunc versum conuertit Cicero. Interim notandum est partum hîc viris etiam tribui more Græcorum, apud quos etiam τίκτειν de viris vsurpatum reperitur.Turnebus.

Vecordissimus,Superlatiuum.Cic.pro Domo sua,Itaque istius vecordissimi mentem cura metúque terrebant.

Vecordia,vecordiæ {παραφροσύνη.} Terent.And.4.1,

Tanta vecordia innata cuiquam vt fiet,

Vt malis gaudeant, atque, &c. Sallustius, Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie vultúque vecordia.

Pulsat te vecordia.Ouid 12.Metam.

Vectiarius,Vecticularius,Vide VECTIS.

Vectibilis,Vide VEHO.

Vectigal,pen.prod.vectigalis,pen.prod.neut.gen. {τέλος,φόρος,ἀπαρχή} Quod ex vectura penditur.Vnde & à vehendo dicitur, quum ex fundis fruges in vrbem vehuntur.

Vectigal duplex est, publicum & priuatum, Vectigal publicum, Ex quibus vectigal accipit fiscus.Cic.pro Lege Manil.

Leuare agrum vectigali. Cic.de Clar. Orat. Totius agrum publicum vitiosa & inutili lege vectigali leuauit. Claud.3.Paneg.

Magna vectigalia.Horat.2 Serm.sat.2.

Abrumpere vectigalia,Vide ABRVMPO.

Augere vectigalia,Vide AVGEO.

Capere vectigal,Vide CAPIO.

Conseruare vectigal.Cic.pro L.Manil.Itaque neque ex portu,neque ex decumis,neque ex scriptura vectigal conseruari potest.

Constituere vectigal,Vide CONSTITVO.

Equidem iam non egeo vectigalibus, & paruo cõtentus esse possum.Cic. Attic.lib.12.141.

Exercere & Exigere vectigal, Vide paulo pòst, Pendere vectigal. Cic.pro Lege Manil.Quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ.

Exigere vectigalia.Cic.Qu fratri lib.1.1.

Imponere vectigal. Cic.pro Fonteio, Vectigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur, & pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confirmor & intuidiam.

Obsolescere & nitere dicuntur vectigalia,Vide OBSOLEO,

Pendere vectigal. Cic.pro Lege Manil. Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt.

Porrigere parua vectigalia.Horat 3.Carm.ode 16.

¶Vectigal, Priuatum esse dicitur, quod quisque sumit ex reditibus & fructibus.Cic.in Parad.Ex meo tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis. Paulus Iurisc.Cæsæ arundinis,vel pali compendium,si in eodem fundo vectigal esse consueuit,ad fructuarium pertinet. Cic.in Parad. Non intelligunt homines quàm magnum vectigal sit parsimonia. Cic.2.Offic. Vt bona valetudo voluptati anteponatur,vires celeritati:exteriorum autem,vt gloria diuitiis, vectigalia vrbana rusticis.Id est prouentus,reditus.

Instituere vectigal.Colum.lib 8 cap.2.

Vectigaliorum {φόρων} pro vectigalium,Genitiuus pluralis.Suet. in Augusto,cap.vltimo,Quantum pecuniæ in ærario & fiscis,& vectigaliorum residuis.

Vectigalis & hoc vectigale, pen.prod. {ὑποτελὴς,τελεσφόρος} Quod tributum pendit.Sic prouinciæ,agri,& ij qui tributa persoluunt,vectigales dicuntur.Cic.3 Offic.Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta Senatusconsulto liberauisset,vt eæ rursus vectigales essent.

Vectigalis,& Immunis,contraria,Vide IMMVNIS.

Vectigalis & stipendiarius.Liu Decad.3.lib.1, Vtrum Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, vt ipse fert, an vectigalis stipendiariúsque,& seruus populi Romani à patre relictus.

Liberare vectigales & stipendiarios.Cic.de Prouin.Cons.

Vectigales equi. Cic.2.Philip. Tum existimauit se suo iure, cum Hippia viuere,& equos vectigales Sergio mimo tradere.

Homo seu seruus vectigalis, qui domino suo pecuniam meret,vt vectigales equi solent. Columel.in præfat.lib.1. Ex mercenariis aliquem iam recusantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit, ignarum rei cui præfuturus est, magistrum fieri iubet.

Pecunia vectigalis,Quæ ex vectigalium reditibus prouenit. Cic. 3.Verr. Decem enim naues iussu L.Murenæ,populus Milesius ex pecunia vectigali Pop.Rom.fecerat.

Prouincia vectigalis.Cic in Pisonem.

Socij vectigales.Cic.3.Offic.

Facere vectigales.Cæsar 4.bell.Gal.Hos quum Sueui multis sæpe bellis experti propter amplitudinem grauitatémque ciuitatis, finibus expellere non potuissent,tamen vectigales sibi fecerunt,ac multo humiliores,infirmiorésque redegerunt.

Vectigalarius.Firmic.lib 3.cap.13 Erunt enim aut publicani, aut vectigalarij.id est qui vectigalia exigant.

Vectis,huius vectis,masc.g. {μοχλὸς, ὀχεῖλος} Dicitur quòd manibus peruectiendo veharur.Est enim palus è ferro siue ligno grandior, rusticis,& fabris cæmentariis ad multa necessarius. Cæsar 2.bel.Ciuil. Saxa quammaximè possunt, vectibus promouent, præcipitatáque muro in musculum deuoluunt. Cic.1 de Nat.deor. Quæ molitio, quæ ferramenta,qui vectes,quæ machinæ,qui ministri tanti muneris fuerunt? Horat.3 Carm.ode 26.

Demoliri signum,ac vectibus labefactare conantur. Cic.3.Verr.

Vectes (inquit Bud.) baculi sunt validi per mediam machinam traiecti,quibus manu ductis machina dum versatur,funem ductuarium aduoluit.Ab his vectibus Vectiarij dicti sunt homines,qui vectes versanda fucula manu ducunt. Vide SVCVLA.

Vectiarius,vectiarij,Qui torcularia premit vectibus. Vitruuius lib.6. cap.8,Ipsum autem torcular,si non cochleis torquetur,sed vectibus & prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur.Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

Vecticularius,Adiect. {πεζομάχος} Vnde Vecticularia vita ducitur eorum qui vectibus parietes perfodiunt alienos,furandi gratia. Cato,

Vecticu-

Vecticulariam vitam viuere,est repentè largiter habere,repentè nihil.Festus.

VECTIS {οὐϊκτώνης} Insula Britannici maris, vt scribit Ptolemæus lib. 2.capite 3.Vvight incolæ vocant, in qua sunt oppida Calbork & Neuport.

Vecto,vectas,Vectura, Vide VEHO.

VECTONES,penul.prod. {οὐϊττωνες} Hispaniæ populi,Vaccæis & Celtiberis proximi, vt scribit Plin.lib.3.cap.3. Horum meminit Lucanus libro 4.

Vectonésque leues,profugíque à gente vetusta,&c.

VEDRA {οὐήδρα} fluuius Britanniæ insulæ, Ptolemæo libro 2. cap.3. Vuere vulgò.

Vegeo,veges, vegui {ζωπυρέω} vegere. Nonius, Vegere pro vegetare, velegisti,vel vegetum est. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus.Vsitatius est nunc vigere.

Vegetus,vegeta, vegetum, pen.corr. {ἀκμαῖος} Quod sanum & incolume est: & ad corpus proprié pertinet. Gell.lib.2, Quid igitur, inquit, dicimus, quòd multos videmus esse pecuniæ cupidos, & eosdem cum corpore esse vegeto ac valenti? Suetonius de Cæsare cap. 45,Nigris,vegerísque oculis,valetudine prospera. Cic.ad Atticum lib.10.207, Tu,quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti,sed etiam grauedinem,ac vegetum nobis in Græcia fiste, & literarum aliquid interea.

Inter Vegetum & Vigens hoc interest: quòd vegetum sit incolume:Vigens forte.Nam vegetum corporis:vigens etiam animi possumus dicere.Ex Nonio.

Vegeta mens, Viua,integra: apud Ciceronem, lib.1.Tusc.l.Horum igitur aliquid animus est, nec tam vegeta mens, aut in corde, cerebróve aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat.

Vegetum ingenium.Liu.6.ab Vrbe.

Vegetus pulsus venarum, pro Vehementi, opponitur Languido. Valerius lib.5.

Præbere se vegetum & acrem ad aliquid faciendum.Cic.1.de Diuinat.Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acrémque præbeat:tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.

Vegetior & vegetissimus. Colum.lib.6.cap 20, Neque enim alio distat bonus taurus à castrato, nisi quòd huic torua facies est, vegetior aspectus,breuiora cornua. Plin.lib.18.cap.26,Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis,maximéque operosum est.

Veges,vegetis, Idem quod vegetus. Liu 1.bell.Pun. A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis ac vegetibus transitæ. Vetus exemplar habet vigentibus.

Vegeto,vegetas,pen.corr.vegetare, Fortificare,recreare, vegetum facere, conseruare, seu longo tempore sanum tueri. Gellius, Memoriæ vegetandæ gratia. Quod dicimus, bonæ memoriæ faciendæ gratia.

Vegetatio,Verbale.Apul.de Asino aureo,Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.

VEGETI,Asiæ populi,Murthanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armeniis vicini,vt scribit Pomponius Mela lib.1.

VEGETIVS,Flauius Renatus,comes Constantinopolitanus,scripsit ad Valentinianum principem libros quinque. Epitomen videlicet institutionum rei militaris, de commentariis Catonis Augusti, Traiani,& Hadriani principum, ac Frontini. Ex Raphaelis Volaterrani libro 22.

Vegrandis,& hoc vegrande {ἀσθενικός.} Festus,Vegrande significari aiij aiunt malè grande,vt vecors,vesanus, mali cordis, maléque sanus. Alij parum siue minutum:vt quum dicimus vegetande frumentum. Et Plaut.in Ciſtel.Qui nisi iteres,nimiũ is vegrandi gradu.Hactenus Festus. Varro lib.2.de Re rust.cap.2, Quòd quæ postea concipiunt,vegrandes fiunt atque imbecillæ.

Vegrande,Valde grande.Lucil.lib 26,Non idcirco extollitur,nec vitæ vegrandi datur.Nonius,Antiquum.

Farra vegrandia,Vide FAR.

Veha {ὄλβος} Via veteribus dicebatur,quòd per eam omnia veherentur.Varro 1.de Re rust.cap.2,A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant,propter vecturas.

Vehemens,pen.corr. vehementis, om.gen. {σφοδρὸς, βιαῖος, ἰσχυρὸς, καθαρὸς} Grauis,magnum,vrgens. Gellius lib.16.cap.5. & Macrob.lib. 6.Saturn.cap.8.Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. Nam vetus & vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compositum elisúmque est: alterum à mentis vi atque impetu dicitur. Terent.Andr.1.1,

-ne hæc quidem

Satis vehemens causa ad obiurgandum. Idem Heaut.3.1,

Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis.

Hoc genus & acrimoniam habet in se, & vehementissimum est. Author ad Herenn.lib.4.

Dea vehemens. Catull.ad Licinium,47. Coalescunt primæ duæ syllabæ in vehemens.

Exordium dicendi vehemens & pugnax.Cic.2.de Orat.

Inflammari acti & vehementi quadam incitatione. Cicero 2.de Orator.

Literæ vehementes,Acres,aceibæ. Cic.6.Verr. Literæ mittuntur isti à patre vehemẽtes, ab amicis item,videret quid ageret, de Diodoro quò progrederetur.

Lupus vehemens.Horat.2.

Metu vehementi commota mens.Lucret.lib.3.

Nimium & vehemens ferórque natura.Cic.in Vatinium.

Opera vehemente minister.Horat.1.epist.13.

Oratio vehemens & atrox,cui Oratio lenitatis & mansuetudinis opponitur.Cic.2.de Orat.

Palus vehemens.Colum.lib.4.cap.12.

Violentia vehemens.Lucret.lib 3.

Vitis vehemens.Colum.lib.3.cap.1.

Vsus vehemens.Horat.2.epist.2. Contrahuntur duæ primæ syllabæ breues in vnam longam.

¶Vehemens libro Columellæ 3. non solita frequentíque significatione pro luxuriante exuberantéque ponitur,vt cùm ab eo scribitur, Terræ densæ vehementem multáque materia frodentem. Nam ei opponit vitem rari farmenti. Ferum,Vnde etiam materiæ vehementissimæ reperiuntur, aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus. Hic vehementissimas materias dicit luxuriantes & maximas, in quibus & prolixissima dixit esse flagella & productissima farmenta.Fortasse etiam, inquit Turnebus, non dissimili notione & significatu Horatius dixit de nitidolo elegantíque vsu,

Vehemens & liquidus puróque similimus amni. Quòd ferax sit & fœcundus in producendis rerum vocabulis, sempérque aliquid aduehat,& vt amnis vehemẽs exundet.Hæc Turnebus contra aliorum interpretum sententiam.

Vehementia,vehementiæ {σφοδρότης} Acritudo.Plin.lib.13. cap.8, Flore candido cum vehementia odoris.

Vehementer,Aduerbium {σφοδρῶς, βιαίως, ἰσχυρῶς, καθαρῶς} Acriter, admodum. Cic.8.Philipp.Vehementer me agere fateor:iracundè,nego. Lucretius lib.4.

Quæ vehementer,acriter,animo fè fiunt.Cic.4.Tusc.

Quintum puerum accepi vehementer. Cic.Attic.lib.10. epist.5. Id est seuerè Ie l'ay bien tensé.

Admirari vehementer.Cic.4.Acad.

Aduersari vehementer.Cic.7.Verr.

De summa autem agi prorsus vehementer & seuerè volo. Cic.Attic.339. Id est summam mihi debitam volo acerrimè exigi, etiam sponsoribus appellatis.

Displicet vehementissimè.Cic.4.Acad.

Doler vehementer.Terent.Adelph.4.5.

Excusare vehementer.Cic 3.Verr.Me vehementer excusatum volo,non negligentia mea fore,&c.

Exercere se vehementer in aliqua re.Cic.1.Orat.

Expectare vehementer literas alicuius.Cic.ad Brut.lib.11.15.

Fefellit vehementer.Lent.ad Senatum,lib.12.15,Quæ res nos vehementer fefellit.

Infamire vehementer.Plaut.Mere.18.

Inuehi vehementer. Cic.6.Verr. Sed quid ego tam vehementer inuehor?

Minari vehementer.Cic.4. Verr. Nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur.

Pertinet vehementer ad rem aliquam.Varro 1.de Re rust.cap.55.

Repugnare vehementer. Cic.4. Acad. Idem 5.de Finib. Nam illud vehementer repugnat,eundem esse beatum,& multis malis oppressum.

Vindicatum seuerè ac vehementer.Cic.7.Verr. Fateor non modò in socios, sed etiam in ciues militésque nostros persæpe esse seuerè ac vehementer vindicatum.

Velim vehementer.Terent.Eunuch.5.9.

Veles,vel Vehis,Vide VEHO,vehis.

Vehia,vehiæ,Oscorum lingua plaustrum dicitur.Festus.

Veho,vehis,vexi,vectum {ἄγω,φέρω,ὀχέω} vehere, Proprie de naui, equo, cæterísque quadrupedibus & plaustris dicitur. A vehiare Osco verbo.Plaut.Mostel 9,

Magni sunt onerisquicquid imponas,vehunt. Idem Bacch.1,

Nam vt è naui vecta es,credo timida es aliquantum soror.

Curru vehere aliquem.Ouid epist.21.

Curru vehere.Cic.1.Tusc. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset.

Curru quadrigarum vehi. Cic.2.de Diuinat. Cursor ad olympia proficisci cogitans,visus est in somniis curru quadrigarum vehi manè ad coniectorem.

In curru vehi.Ouid.4.Trist.eleg.2.

Dorso cornipedis vehi.Senec.Hippol.6.

Equo vehi.Ouid.3.de Arte,

Parua vehatur equo.

Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus rursus apparuit. Cic.2.de Diuinat.

Naui vehimur.Lucret.lib.4.

Phaselis pictis vehitur circum sua rura.Virg.4.Georg.

Amne vehere.Ouid.2.Metam.

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus.Martial.lib.1. Cic. 1.de Nat.deor.

Vehunt per maria vasta ratibus.Plin.lib.12.cap.19.

Vehere fructus ex agris.Liu 1.bel.Pun.

Cibum ore vehit formica.Ouid.1.de Arte.

Carpenta vehebant matres Ausonias.Ouid.1.Fast.

Ventrem grauem vehere.Ouid.9.Metam.

Sex motibus vehi. Cic.de Vniuers. Ita totum animal mouebatur illud quidem,sed immoderatè & fortuitu,vt sex motibus veheretur.

Ætas vehit fortunam.Lucret.lib.3.

Bella vehere trans pontum.Senec.Shyeste,1.

¶Vehitur oratio tanquam in mari,per translationem.Cic.1.Tusc. Itaque dubitans,circunspectans,hæsitans,multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

Pretium vehendi.Ouid.2.Fast.

Vehens,vehentis,Participium {ἐπιῤῥώς} Cic.de Clar.Orat.Sed in te intuens Brute doleo,cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem,transuersa incurrit misera fortuna Reip.

Vectus {ὠχημένος} Aliud Participium,vt

Multa per æquora vectus.Catull,ad fratris tumulum,96.

Diuersa per æquora vecti.Virg 1.Æneid.

Apes vectæ liquidum trans æthera.Virg.7.Æneid.

Vectus vehiculo.Patercul.lib.2.

Vecto,vectas {ἐπιῤῥώω} vectare,Frequentatiuum.Gellius lib.16.cap.19, Dorso super fluctus edicto vectasse. Propert 3.eleg.3.

Corpora vectare carina. Virg. 6. Æneid.
Humeris vectari. Horat. Epod. ad finem.

Vectabulum, vectabuli, penult. corr. {ὄχημα} Idem quod vehiculum. Gellius libro 20 cap. 1, lumentum quoque non id solùm significat quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

Vectio, Verbale {ὄχησις, ἀγωγή.} Cic. 2. de Nat. deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Vector, vectoris, pen. prod. masc. gen. {ἐπόχος, ἐπιχήμενος, ὀχεύτης} Qui in aliena naui vel equo vel plaustro vehitur pretio. Quinitilianus In corpore proiecto, In nauim filij mei malè permutatus vector imponor.

Timidi & perterriti vectores. Cic. 3. de Nat. deor. Idémque cùm ei nauigauti vectores aduersa tempestare timidi & perteriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum, &c.

¶Vector, qui vehit. Ouid. 1. Fastorum,

Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.
Fulminis vector Aquila. Stat. 9 Thebaid.

¶Vectores, metaphoricòs pro Ciuibus. Cic. ad Attic. lib. 2 24. Malè vehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectoria nauigia, pro Maioribus. Cæsar 5. bell. Gal. Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis quibuíque nauigiis, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.

Vectarius, Adiect. {ὀχηματικὸς} vt Vectarius equus, Qui vehit, aptúsque est ad vehendum. Varro lib. 2. de Re rust cap. 7.

Vectibilis, & hoc vectibile, penult. corr. Verbale. Senec. 3. Nat. quæst. Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderosæ: & ipsius insulæ materia vectibilis.

Vectura, vecturæ, pen. prod. {κόμισμα.} Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7, Equi quod alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, &c. Cic. Attic. lib. 11, Misimus qui pro vectura solueret. Et 3. Verr. Longa difficilísque vectura.

Locare aut exercere vecturas nauium. Papin. in l. Si vrbana. D. De condict. indeb.

Facere vecturam, Vehendo parare sibi lucrum. Quint. in Pastu cadauerum.

Vectura, Merces vehendi. Vlpian. in l. Ex conducto. §. Item. D. Locati, Item quum quidam naue amissa vecturam, quam pro inuecto nauta acceperat, repeteret: rescriptum est ab Antonio Augusto, non immeritò procuratorem Cæsaris vecturam ab eo repetere, quum munere vehendi functus non sit. Idem in l. Siquis pro vxore. D. De donationibus inter virum & vxorem. Papinianus scripsit, vecturas vxoris & ministeriorum eius, virum itineris sui causa datas repetere non posse.

Vecturis viuere, Vide vellaturam facere, in VELLA.

Vehiculum, vehiculi, pen. corr. {ὄχημα, ἁμάξιον, ὄχος} In quo aliquid vehitur, quod cum quatuor totis Phryges traduntur inuenisse, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Cic. 7. Verr. Omnésque dij, qui vehiculis thensarum sciennes cœtus ludorum initis, &c. Idem in Pisonem, Nummus interea mihi Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet & manebit.

Camerata vehicula, Vide CAMERA.
Meritoria vehicula, Vide MEREO.
Anteire vehiculo, Vide ANTEEO.
Comparare furtorum vehiculum. Cic. 7. Verr.

Vehes, vehis, vel Vehis, huius vehis, fœm. gen. {ἅμαξιδιον} à vehendo, dicitur quantum fœni vel stercoris vna vectura in plaustris vel aliis instrumentis ferre possumus. Plin. lib. 36. cap. 15, Amplitudinem eauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Colum. lib. 11 cap 2, Satis erit in singula iugera veheis stercoris comportare numero decem & octo. Veheis autem stercoris habet modios octoginta. Sic lib. 11. cap. 2. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum x x. hæc erit vehis vna. Pinus autem v. & x x. pedum æquè ab vno expeditur, quę & ipsa vehis dicitur.

VEIA {νῆσις} Venefica quædam mulier cuius meminit Hora. Epod. 5,

Abacta nulla Veia conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus.

VEIOS {νῆσος} dicimus vrbem in Hetruria, quam Camillus cepit. Hæc insignis fuit bellorum frequentia cum Romanis. Vnde quum Nero domum ædificaret amplissimam, æditi fuerunt illi versus,

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat ista domus.

Veteres Veij. Propert. lib. 4. eleg. 11.

Veiens, veientis {οὐῆνς} Populus Veiorum. Cic. 1. de Diuin. Quum lacus Albanus præter modum creuisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem perfugisse, eúmque dixisse, ex fatis quæ Veientes scripta haberent, &c. Et paulo pòst, Quum autem Veientes bello fessi legatos ad Senatum misissent, &c.

Populi Veientum. Siius lib. 7.

Veiens, Adiectiuum {οὐηντικὸς.} Cic. 1. de Diuinat. Quid, quod in annalibus habemus. Veienti bello, &c.

Ager Veiens. Cic. pro Rosc. Amer.
Arui Veientis emptor. Horat. 2. epist. 2.
Solum Veiens. Stat. 4. Sylu. 5.
Veientina tribus, Vide TRIBVS.

Veientanus, pen. prod. Aliud adiect. {οὐηντανὸς.} vt Vinum Veientanum. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Gemma Veientana. Plin lib. 37. cap. 10, Veientana Italica gemma est Veiis reperta, nigram materiam dittinguente limite albo. De Veientana gemma scribit & Solinus cap. 8. sub finem.

Veius, trisyllabum. Idem quod Veiens. Propert. lib. 4. eleg. 11.

Fortè super portæ duc Veius astitit arcem.

VEIOVIS, pen corr. {μικρὸς ζεὺς} veteribus dicebatur deus, cui demptа atque detracta esset iuuandi facultas. Nam quosdam deos vt prodessent celebrabant: quosdam ne nocerét, placabant. De quibus abundè Gell. lib. 5. cap. 12, Vbi corrigendus est locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus quos vidimus codicibus. Arungus quo que habetur & Rubigus. Vbi Auerruncus legendum est. Cic. 3 de Nat. deor. Quid Veiouoi faciés? quid Vulcano?

Veiouem interpretatur Ouidius paruum louem. 3. Fast.

Vel {ἤ, εἴτε, οὔτε} coniunctio plerunque disiunctiua, vt, Vel scribam, vel ad te veniam. Plaut. Mil. 1. 4,

Vel adest, vel non. Virg. 1. Æneidos,

Quid taurum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

¶Vel, copulatiua. vt, Maximè me tibi amicum facit vel virtus vel doctrina tua. Terent. Eunuch. 2. 3,

-hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario Fac tradas.

Multorum vel honori vel periculo seruire. Cic. de Clar. Orat.

Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. Cic. Quintratri, lib. 2. 16.

¶Vel, pro Veluti, inquit Donatus. Terent. Heeyr. 1. 1,

Per pol quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores, Syra:

Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, &c. Idem Eun 3. 1.

¶Vel, pro etiam. Cic. ad Brut. lib. 8, Et quòd te tantùm amat, vt vel me audeat prouocare. Vide plura apud Nonium. Terent. And. 3. 2,

Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? Hic ironia est, teste Donato. Virg. 11. Æneidos,

Vel Priamo miseranda manus. In his duobus exemplis Budæus Vel pro Nam positum dicit. Idem 8. eclogа,

Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Terent. Heaut. 4. 6,

Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quam inuitus facias vel me hæc deambulatio

Quam non laboriosa, ad languorem dedit. Cic. Attic. Vt vel perire maluerit, quam perdere omnia.

¶Vel, pro Saltem. Terent. Phorm. 2. 1,

Postremò si nullo alio pacto, vel fœnore.

¶Vel etiam. Plaut. Menæch. 5, -vtere

Vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite.
-vel hercle enica,
Nunquam hinc feres à me. Plaut. Aulul. 3 1.

Vel maximè. Cic. 4. Acad. Statuere enim qui sit sapiens, vel maximè videtur esse sapientis.

Vel minimum. Cic. in Orat. Hoc in genere neruorum vel minimum, suauitatis autem est vel plurimum.

Vel mediocris. Cic. 2. de Orat. Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem maximæ.

Vel plurimum. Cic. 4. Verr. Nam quod in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor, &c.

Vel quod multo etiam minus est ferendum. Cic. 4. Verr.

¶Vel, in principio sententiæ positum, pro Nam, indignationi interdum seruiens, à Græcis tractum videtur, qui ἤ eodem fermè modo vtuntur. Quare miror quid Quintilianus his verbis lib. 9. intelligi voluerit, cap. de figuris, Alia, inquit, commendatio vetustatis, cuius amator vnicè Virgilius fuit,

Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus. & reliqua, quæ scripta sunt. 1. Æneidos, quasi scilicet simile sit illi,

Progeniem sed enim Troiano, &c. Quum tamen Cicero non semel vsus sit in eo sensu: a quo, vt opinor, Virgilius sumpsit potius quàm ab antiquitate obsoleta retulit. Cic. pro Flacco, Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis amplissimis vsos honoribus hoc Prætore circumuentos: cur hi neque in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? Ac si diceret, Quid impudentius quàm hoc dicere? Terent. in Andr 3. 2,

Vel hoc quis non credat, qui te norit abs te esse ortum? Budæus.

Velabrum, Velamen, Velamentum, Velaris, Velarium, Vide VELVM.

Velaturam facere olim dicebantur, qui in velabro homines vehebant mercede, vt author est Varro lib. 4. de Ling Lat.

Velatus, Vide velo, velas, in VELVM.

Veles, velitis, penult. corr. masc. gen. {γυμνὸς, γυμνήτης, ἀκροβολιστὴς} Miles leuissimè omnium armatus, qui & velatus & ferentarius dicitur. Refert Ælianus ordinem pedestrem in militia diuidi solitum trifariam: in armatos, quæ grauis armatura dicitur: & velites, qui leuissimè omnium armantur, vnde & expediti nuncupantur: non enim ocreas aut loricam induunt, sed tantùm iaculis & fundis vtuntur. In tertio ordine sunt peltati, à pelta paruo & leui scuto: hi mediì erant inter grauem armaturam & leuem. Liu 6. bell. Pun. Et vbi ad coniectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. Cic. de Claris Orat. Hastæ velitibus amentatæ. Ouid. in Ibin,

Vtque petit primo plenum fluentis arenæ,
Nondum calfacti velitis hasta solum.

Velites, quasi volites dicuntur, Cic. de Repub. Militari more veterum velocissimi, cum scutis leuibus, pedites ad hoc ipsum exercitati, iisdem miscendi, quos expeditos quasi volitantes, volites appellabant. Inde versa litera o in e velites. Vel ὅτι τὸ βέλος, Id est à iaculatione, eo quòd tela tantùm missilia secum gerant.

¶Veles scurra. Cic. Papirio, Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse non molestè tuli. Scurram velitem dicit, scurrá tironem, non veteranum, grauis armaturæ: vt enim si veles cum armato milite congrederetur, malè acciperetur, sic vt velitem scurram se verberatum esse iocatur à Papirio dicacissimo & acerrimo scurra. Turnebus.

Velitor, pen. corr. velitaris {γυμνάζω, ἀκροβολίζω} velitari, Digladiari, pugnare.

¶Velitari,

¶Velitari, ad verba interdum transfertur, pro Iurgari. Plautus Menæch. 17,

Nescio quid velitari estis inter vos duos. Gell. lib. 6 cap. 11, Cum inquinatissimis hominibus non est conuicio decertandum, neque in maledictis aduersum impudentes & improbos velitandum: quia tantisper similis & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas, atque audias.

Velitari labris, & velificari, pro Verbis contendere & altercari, & inter se rixari dixerunt veteres. Afranius,

Interea verba iactare, & labris
Inter se velitari, velificarier. Ex Turnebo.

Velitatio, velitationis, Verbale {γυμνασία, ἀκροβολισμὸς, λογομαχία} Pugna, digladiatio. Plaut. Rud. 13,

Equidem meam velitationem exerceo,
Nam omnia coruscа præ tremore fabulor.

Velitatio, inquit Festus, Est vltro citróque verborum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ. Plaut. Asin 7,

Verbis velitationem fieri compendio volo.

Velitaris, & hoc velitare, pen. prod. {γυμναστικὸς, ἀκροβολιστικὸς} Quod ad velites pertinet. Vnde velitaris pugna. Salust. in Iugurtha, Præterea ière sagittarij & cohors peligna cum veliturbus armis itineris properandi causa. Liu. 6. bell. Pun. Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro quale hastis velitaribus inest.

Velitatim, pen. prod. Aduerb. {κατὰ διασκεμμάτων} significat per saltus & interualla: quòd velites pugnando, saltibus vtantur. Sisenna lib. 1. Histor. Nos vna ætate in Asia & Græcia gesta ideirco continentia litteris mandauimus, ne veritatim aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Quidam legunt velicatim.

VELIA {νῆσις} Lucaniæ oppidum in Italia ad mare situm. Inde Velinus, pen. prod. A diectiuum. Virg. 6. Æneidos,

Inuice (nanque potes) portúsque require Velinos.

Velienſis, & hoc velienſe, Aliud adiectiuum. Cic. lib. 7. epist. Famil. eius initium, Amabilior mihi Velia fuit, &c. (nescio quid enim Velienses verebantur,) &c.

Velificum, Vide VELVM.

VELINA {ἕλινα} Regio in vrbe, Palatino monti coniuncta, in qua Valerij Publicolæ, & Victoriæ, deorúmque penatium ædes erant. Dicta Velina, quòd ibi pastores Palatini vellere lanam sint soliti, vnde Velinus lacus Plin. lib. 33. cap. 2 & Colum. lib. 8. cap. 16.

Velina tribus, Vide TRIBVS.

Velitaris, Velitatim, Velitor, Vide VELES.

VELITRAE, pen. prod. Velitrarum {εἰνάτραι} ciuitas Volscorum insignis fuit. Inde Velitrenus ager dictus, quem Volsci victis Romani ademerunt, vt scribit Liu. lib. 7. Inde etiam Velitterni, populi, Velitrarum incolæ dicti, quos commemorat Plin. lib 3. cap. 5. Ex ea vrbe Gentem Octauiam fuisse testatur Suetonius in Augusto. Refert Dionysius lib. 7. pestilentiam adeò Velitras esse depopulatam, vt ex decem partibus Velitternorum vix vna superfuerit.

Veliuolus, Adiect. Vide VELVM.

Vella, vellæ {κώμη} ab antiquis dicebatur pro Villa. vnde Vellaturam facere, quod Varro declarat his verbis, lib. 1. de Re rust. cap. 2, A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam non villam, quò vehunt & vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Vello, vellis, velli & vulsi, vulsum {πάλλω, μικρὰ δίζω, σπάω, σπῶ, ἐκσπῶ} vellere, extirpare: vt Vellere herbas.

Radicitus vellere, vel cum radice. Colum. lib. 11. cap. 3. Plin. lib. 12. capite 12.

Ex patellis vellere emblemata. Cic. 6. Verr. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, &c.

Tondere, radere, & vellere. Sueton. de Cæsare, cap. 45. Circa corporis curam morosior, vt non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam. Hoc est pilum sibi ad radicem velli iuberet: quod nonnullæ mulierculæ facere solent ne amplius renascatur.

¶Arbos solo vellitur ruptis radicibus. Virg. 3. Æneid.

Barbam vellere, Prouerbium est, ait Erasmus, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus. Horat. 1. Serm. saty. 3,

-barbam tibi vellunt
Lasciui pueri.

Capillos albos à stirpe vellere. Propert. lib. 3. eleg. 24.

Comam vellere. Martial. lib. 2.

Herbas vellens dentibus. Ouid. 8. Metam.

Munimenta vellere, sepulchra, vallum, Eruere, proiicere in terrā. Liu. 2. ab Vrbe. Idem 6. bell. Pun. Aræ foci, dēum delubra, sepulchra maiorum vulsa, temerata ac violata. Idem 10 ab Vrbe.

Pectora velluntur secreto morsu, Lacerantur mœrore. Hoc est, tacita torqueor mœstitia. Stat. 5. Sylu. 2.

Pisces vellere ex æquore, Extrahere è mari. Horat. 2. Serm. saty. 3.

Poma vellere manu. Tibul. lib. 3 eleg. 5.

Pontem vellere. Virg. 8. Æneid.

Postes vellere à cardine. Virg 2. Æneid.

Signa vellere castris. Virg. 4. Georg.

Spicula vellere. Virg. 10. Æneid.

Spinas vellere. Cic. 4 de Fin. Deinde ea quæ requirebant orationem ornatam & grauem, quàm magnificè sunt dicta ab illis? quàm splendidè de iustitia, de fortitudine, &c. de ipinis vellétium vt Stoici, &c.

Vulsus, Participium {πεπωλμένος} Vulsa corpora à Quintiliano in Procemio lib. 8. dicuntur, Corpora siquis vulsa, inquit, atque fucata mulierbriter comat, fœdissima sunt ipso formæ labore.

Tela vulsa pectore. Lucan. lib. 5.

Vulsura vulsuræ, pen. prod. {πάλσις} Ipsa vulsio. Varro 2. de Re rust. cap. 11, Quàm demptam & conglobatam, alij vellera, alij vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, ptius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam.

Vellico, vellicas, pen. corr. {νύσσω} vellicare, Frequenter vellere: quod proprié fit quum extremas corporis partes vellimus, & pressando infestamus. Propert. lib. 2. eleg. 5. Plaut. Mostel. 10,

Vidén' pictum vbi ludificatur cornix volturios duos?
Cornix astat: ea volturios duo vicissim vellicat? Quintil. lib. 6. cap. 1. Ex pædagogo se vellicari respondit. De puero scente.

¶Vellicare, per translationem ponitur pro Criminari, mordere, lacerare. Plaut. Merc. 7,

Contemplent, conspiciant, nutent, nictent, sibilent, vellicent,
Vocent, molesti sint. Gellius lib 4 cap. 15, In quibus plura inscitè aut malignè vellicant. De Sallustij scriptis. Cic. pro Cornel. Balbo,

More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant.

Absentem vellicare. Horat. 1. Serm. saty. 10.
Beneficium vellicare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 28.
Vellicare opus alicuius. Varro lib 3. de Re rust. cap. 16.

Vellicatus, huius vellicatus, pen. prod. {κνῖσμα.} Plin. lib. 28. cap. 6, Extremitates corporis vel aurium vellicatibus perstringi. Vetustum exemplar omittit hanc dictionem vellicatibus.

Vellicatio, Verbale. Senec. de Vita beata, Quum non tantùm laserationes. sed etiam vellicationes effugerit. Item 3. de Ira: metaphoricè accipit pro molestiis, Detrimenta, iniurias, conuitia, vellicationes contemnamus.

Vellicatim, pen. prod. Aduerbium. Sisen. hist. lib. 1, Nos vna ætate in Græcia, & Asia gesta litteris idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus. Ex Nonio. Vide Velitatim in VELES.

Vellus, velleris, pen. corr. neut. gen. {τὸ κῶας} Lana ex ouibus detonsa. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 11, Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne flocci intereant. Dies ad eam rem fumuntur feroni, & eis id faciunt ferè à quarta ad decimam horam: quoniam sole calidiore tonsa ex sudore eius lana fit mollior & ponderiosior, & colore melior. Quam ademptam & conglobatam, alij vellera, alij vellumina appellant ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam. Vide paulo antè VELINA.

Ouis aurea vellus. Ouid. 6. epist.
Attum vellus. Ouid 7. Metam.
Ferina vellera, Ferarum pelles. Ouid. 11. Metam.
Fulua vellera. Ouid. epist. 6. Intelligit vellus aureum.
Hirsuta vellera feris leonis. Ouid. 2. Fast.
Milesia vellera, Vide MILETVS.
Stamina facta de nigro vellere. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Niuea vellera. Virg. 4. Æneid.
Pereta vellera illuuie. Virg. 3. Georg.
Pullum vellus. Ouid. 4. Fast.
Splendentia vellera lanæ niueæ. Sil. lib. 15.
Succida palliolo vellera quinque petit. Martial. lib. 11. epig. 28.
¶Tenuia vellera foliis depectant Seres. Virg. 2. Georg.
Infuscare vellera, Vide INFVSCO.
Inquinare vellus murice, Vide INQVINO.
Mollire vellera. Ouid. 6 Metam.
Mutare vellera luxu, Vide MVTO.
Stratis velleribus iacebat. Virg. 7. Æneid.
¶Vellera pro froudibus. Ouid. de nuce,

At simul induimus nostris sua vellera ramis, &c.

Velo, velas, Vide VELVM.

VELOCASSES, Populi sunt Galliæ citra Rhodomagum, quibus etiam olim Rhotomagum attributum erat, hodie *Vilcaßinenſes* appellati, qui & hoc tempore bipartiti sunt in Normanos & Francos velocasses. Normani inter Andelam & Heptam fiti sunt, vbi oppidum est Gisortium, & castellum Andeliacum: Velocasses Franci incolunt inter Eptam & Æsiam. Sic enim Vibius Sequester appellat fluuium Galliæ, quem hodie *Isaram* appellamus, à quo & oppidum Pons Isaræ nomen habet. Horum populorum meminit Cæsar lib. 2. belli Gallic.

Velox, velocis, pen. prod. Adiectiuum {ὠκὺς, ταχὺς, θοὸς, σπουδαῖος, ταχέως ἐχων, σπουδαιότατος, λαμπρὸς ἐν τῷ δρόμῳ} Celer: à volando, quasi volox. Plin. lib. 8. cap. 34, Velox saltu, venatu viuens.

Ferro velox. Stat. 3. Thebaid.
Ad facinus velox. Claud. 1. in Ruff.
Ad præmia velox. Ouid. 1. de Ponto eleg. 3,
¶Achilles velox, Vide ACHILLES.
Æui velocis memor, Id est citò transeuntis. Senec. Herc. fur. 3.
Alæ veloces. Claud. 1. in Ruff.
Animus velox. Horat. 1. epist. 2.
Annus velox. Stat. 5. Thebaid.
Cerui veloces. Virg. 5. Æneid.
Crura velocia. Ouid. 1. Metam.
Equi veloces. Ouid. 8. Metam.
Horæ veloces. Ouid. 2. Metam.
Iaculum velox. Virg. 3. Georg.
Ingenium velox. Ouid. 8. Metam.
Ingenium velox ac mobile. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Membra velocia. Sil. lib 17.
Oculo veloci percurrere aliquid. Horat. 2. Serm. saty. 5.
Pila velox. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Procella velox. Horat. 3. Carm. ode 27.
Victoria velox. Horat. 1. epist. 19.
Nihil est annis velocius. Ouid. 10. Metam.
¶Velox, pro Velociter. Virg. 5. Æneidos,

-ille ictum venientem è vertice velox
Præuidit, celeríque elapsus corpore cessit.

Velocitas, pen. corr. velocitatis {τάχος, ταχύτης, ὠκύτης} Celeritas. Cic. 2. de Fin. Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt, vt vires, valetudo, velocitas, pulchritudo?

Pernicitas & velocitas. Cicero 5. Tuscul. An dubitas quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimísque sen-

sibus, adde etiam, si libet, pernicitatem & velocitatem.
Pernix velocitas, Vide PERNIX.
Velocitas corporis, celeritas appellatur. Cic 4. Tusc.
Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. Cic. 1. Offic.
Concertare velocitate nandi, Vide CONCERTO.
Exercitata studio velocitas. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cogitationum velocitas. Plin. lib. 7 cap. 12, Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit.

Velociter, pen. corr. Aduerbium {πυρὸ, πυρίνε, ἀελλὲ, πορπαλίμως} Celeriter. Cicero de Vniuers. Quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus: & quum superabat, superari videbantur.
Auferre aliquid velociter. Ouid. 4. Fast.
Currere velocius. Ouid. 10. Metam.
Peruolare in aliquem locum velocius. Cic. in Somnio Scip. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Velum, veli {ἱστίον, ἰστὸς, ἱστοπέτασμα, πτερὸν, πτερύγιον} Tegmen, à volo, volas, nonnulli deriuant, quòd vela ventis aptata, volitare videantur. Varro à velleribus, quod ex olim velleribus fierent. Cic. in Orator. à vexillum, per contractionem. Vide AXILLA. Plin. lib 12. cap. 19, Vehunt per maria vasa ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio vlla adiuuet.
Tenor velli. Lucan. lib 5.
Carbasina vela, Vide CARBASVS.
Ferruginea. Lucret. lib. 4.
Fugacia. Ouid. epist 13.
Linea. Lucret. lib. 4.
Nautica. Horat. 2 Serm. Saty 3.
Nubeis tenzotia velis. Virg. 1. Æneid.
Notantia. Lucan. lib. 8.
Parua. Horat. 4. Carm. ode 15.
Passa, Vide Passus in PANDO.
Rufa. Lucret. lib. 4.
Tumida. Horat 2. epist 2.
¶Abeuntia vela prosequi oculis. Ouid. epist. 5.
Æquare vela, Vide AEQVO.
Aptare classem velis, Instruere & disponere classem ad nauigandum. Virg 3. Æneid.
Attipere tellurem velis. Virg. 3. Æncid.
Cadunt vela. Virg 3. Æneid.
Leuibus velis cadentia castra. Valer 2. Argon.
Contrahere vela, Vide CONTRAHO.
Turgida vela contrahere. Horat. 2. Carm. ode 10.
Deducunt vela nauæ. Ouid. 3. Metam.
Deserta vento vela. Senec. Agamemn. 6.
Dirigere vela in medio freto. Ouid 1 Fast.
Dare vela, Ventis se committere & nauigare. Quintil. lib 10. cap. 3.
Date vela rerorsum, pro in diuersum mutare sententiam, vitæque instituum. Horat. 1. Carm. ode 34. A nauigantibus, qui cursus errorem ventis velis corrigunt.
Dabant vela in altum. Virg 1. Æneid.
Dare vela ventos. Virg. 4 Æneid.
Laeta vela pelago dare. Senec. Troad 4.
¶Vela dare suæ famæ, per transflationem, pro Celebrem facere famam suam. Martial. lib. 8.
Ingenio vela dare. Ouid. 3. Fast. ad Bacchum.
Ducere vela. Cæsar lib 2. bell. Ciuil.
Nauigia velis cuncta. Plin. lib. 9. cap 15.
Facere vela, idem quod Vela dare. Cic. 7. Verr. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperauit.
Nauis fertur velis ventóque. Lucret. lib. 4.
Flectere viam velis. Virg 5. Æneid.
Implere vela ventis. Virg 7. Æneid.
Inflata vela secundis Notis. Senec. Agamemn. 2.
Intendere vela ventis secundis. Virg. 3. Æneid.
Intendunt vela Zephyri secundi. Virg. 5 Æneid.
Intenta vela theatris. Lucret. lib 4.
Humida vela legit nauita, Colligit. Virg. 1. Georg.
Minuere velis. Virg 6. Æneid. Aut per vela: & est septimus. Aut velis obsequitur, & est datiuus.
Obducere velum, Vide OBVCO.
Obtendere velis rem alicuius. Cic. Quint. frat. lib. 1. 1, Mulcis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.
Pandere tota vela. Quintil. lib 6. cap. 1.
Quærebam igitur virum panderem vela orationis statim. Cic. 4 Tuscul.
Alas velorum pandere. Virg. 3. Æneid.
Permittere vela ventis. Quint. Triphoni, in præfat. Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur. Hoc est, Editionis ancipitem euentum, vt cunque cadet, experiamur. Erasmus.
Æquatis velis procedit classis. Virg. 4. Æneid.
Soluere vela. Virg 4 Æneid.
Subducta vela, Amota, & ad malum ligata. Silius lib. 6.
Pleno subit ostia velo. Virg 1. Æneid.
Subnectere totum velum antennis. Ouid. 11. Metam.
Tendunt vela Noti. Virg. 3. Æneid.
Concaua vela tenet ventus. Ouid, epist. 6.
Trahere vela, Contrahere. Virg. 4. Georgicon,
-ni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram. A nautis ducta metaphora, qui vicini portui aut littori vela contrahunt.

Auræ vocant vela, Auræ secundæ & leues inuitant ad nauigandum Virg 3. Æneid.
¶Velis equisque, id est omnibus neruis, omni conatu Cic ad Qu. frat. lib. 2 16. Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe exeitante, cursu corrigam tarditatem tum equis tum velis Verus ex platæ legit tum verò quadrigis. Idem lib. 3. Offic. Cum his velis equisque (vt dicitur) si honestum tui ac retinere sententia est, decertandum est. In his exemplis respexit Cicero ad veriusque pugnæ genus equestre, ac nauale. Ex Erasmo. Hieronymus Ferrarius in suis annotationibus in Philippicas de hoc prouerbio loquens corrigit locum, & legit, Viris equisque, idque confirmat tum libris manuscriptis, tum aliorum etiam scriptorum authoritate: etiam illo argumento, quòd res militaris equis potius & viris administratur, quàm equis & velis.
Remis, velisque. Idem cum priore significat. Inde trãslatum quòd quum nauis simul & remigio, & velo impelleretur, summum est nautarum conatus. Cic. lib. 3 Tusc. Terra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicam) remisque fugienda. Plaut. Asin. 5.
Remigio, veloque, quantumque poteris, festina & fuge. Erasmus.

Velsico. velificas. pen. corr. {ἱστίον πετάννυμι} velificare, vel Velficor, velificaris. velificari, deponens, Vela facere, siue dare vela, & nauigare. Plin. lib 9. cap 33, Nauigant ex his veneriæ: præbentéque concauam sibi partem, & alteram auræ opponentes, per summa æquorum velificant. Propert. lib. 4. eleg. 10,
Nauta per vndanas velificabar aquas.
¶Velificari honori suo per translationem. Cic 1 de Leg. Agraria, Quod siquis vestrum spe dubitat, se posse turbulenta tatione honori velificari suo: primùm me Consule id sperare desistat. Hoc est euadere ad summos honores non virtute, & majorum gloria, sed violenta quadam ratione, vt solet fieri ab iis qui quascunque fortunas experiuntur velis in altum elatis.
Velificari, Vela in altum extendere, quod fugientes & simulantes facere solent: unde pro simulare & fugere ponitur, nisi quis malit accipere, pro Fortunam temerè experiri, & nullo consilio aliquid facere, quod solent qui vela ventis expandunt. Cælius ad Ciceronem lib 8. 10, Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligentes & cau: & perscribas, ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Velificatus hic alij exponunt gratificatus.

Velificatus, pen. prod. Participium. Propert. lib. 2. eleg. 29,
Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernos velificata lacus.
Velificatus Athos. Iuuenal. Satyr. 10 Id est transnauigatus, seu per quem naues suis velis nauigauere. Xerxes enim bellum Græcis illaturus, eum perfodi curauit. Vnde est illud Catulli,
Per medium classis barbara navit Athon.

Velificatio, Verbale. Cic. ad Lentulum. lib. 19. Quum verò id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem coeperis.

Velificus, pen. corr. Adiectiuum, vt Velificus cursus, qui velis fit. Plin. lib. 13. cap. 11.

Velifer, pen. corr. Adiectiuum, vt Carina velifera. Ouid. 15. Metamor. Propert. lib. 3 eleg 9.
Malus velifer. Valer. 1. Argon.

Veliuolus, pen. corr. Adiectiuum, Mare dicitur veliuolum, quòd velis volatur. Virg 1. Æneid.
Rates veliuolæ Ouid 4. de Ponto eleg 5.
Veliuolæ naues, Quæ velis volant, apud Ennium teste Seruio.
Veliuolantes naues. Cic. 1. de Diuinat.
Aduenit, & fera veliuolantibus
Nauibus' compleuit manus littora. Ex poeta.

Velo velas {κρηδέμνω, στεπτοῖζω} velare, Tegere, operire. Plin. in Paneg. Quare non alia maior imperator Augustæ gloria tua, quàm quòd agentibus tibi gratias, nihil velandum est, nihil omittendum.
Amictu croceo velari. Ouid. 3 de Arte.
Caput velare. Cic. pro Domo sua.
Corpora velantur lino. Silius lib 3.
Corpus velat masculoso vellere Ouid 3 Metam.
Corpora pecudum velantur fuluis seus. Virg. 3 Georg.
Fronde festa velamus delubra deûm. Virg. 2. Æneid.
Humeros velare ostro. Virg. 7. Æneid.
Penna latus velat. Ouid. 2 Metam.
Tempora velat myrto. Virg. 5 Æneid.
¶Adimentis extrinsecus aliquid velare. Tacit. lib. 12.
Scelus scelere velandum est. Senec. Hippol 5.
Velare, Ligare. Pomponius, Reste velet gulam. Plaut. Amph. 4,

Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. Id est supplicter orant.

Velans, Participium {κρηδέμνων.} vt Squamæ velantes artus. Ouid. 4. Metamorph.

Velatus, penult. prod. Participium {κεκρηδεμμένος} Ornatus vitta: siue. Virg. 11. Æneidos,
Iámque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ. Vbi Seruius, Velati, instructi, & ornati: id est in manibus ramos oliuæ tenentes.
Filo velatus T. bul. lib. 1. eleg. 5.
Molliter velata ostro. Stat. 5. Sylu. 1.
¶Velatus, V. stitus. Plautus,

Muliebri velatus toga. Vnde velari, authore Festo, appellabantur vestiti & inermes, qui exercitum sequebantur, quique in mortuorum militum locum subsitituebantur. Hi postea mutatis literis velites dicti sunt, qui & ferentarij ab auxilio ferendo.
Pennis nigris velata monedula Ouid 7. Metam.
Antennæ velatæ. Virg. 3. Æneid.
Capite velato, Tecto & operto. Cic. 2. de Nat. deor.

Comæ

Comæ velatæ. Virg 3 Æneid.
Iuuencus auro & vittis velatus. Virg. 5. Æneidos, Tale est illud 9. Æneidos,
Et flatum ante aras aurata fronte iuuencum. Hoc est cornibus auratis. Vittis, id est sertis rosaceis caput cingentibus.
Nauis velata infulis ramisque oleæ. Liu. Decad 3. lib. 10, Scipio profectus ab Vtica, portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, quum velata infulis ramisq; oleæ Carthaginensium nauis occurrit. Decem legati erant principes ciuitatis, qui cùm ad puppim prætoriæ nauis accessissent, velamenta supplicum portigentes, orantes, implorantésque fidem & misericordiam Scipionis, &c.
Tempora velata corona. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 14.
¶Corporis velanda, pro Pudendis dixit Plinius epist. 110. lib. 6.

Velaris & hoc velare, penult. prod. Quod pertinet ad vela. Plin. lib. 13. cap. 9, Lignum intus grandis firmaque duritiæ, ex quo velares detonant annulos.

Velamen, pen. prod. velaminis, pen. corr. n. g. {ἱστοπέτασμα} Res qua aliquid velatur, id est tegitur. Virg 1 Æneidos.
Et circum textam croceo velamen acantho.
Mollia velamina Ouid. 15 Metam.
Fulgentia auro velamina. Ouid. 6. Metam.
Detrpere velamina ex humeris Ouid. 6. Metam.
Cærula velamina induitur. Ouid. 14. Meram.
Ponere velamina, Deponere, exuere. Ouid 2. Fast.
Mollia velamina ponere de corpore. Ouid. 4. Metam.
Scisso velamine reregit vultus. Lucan. lib 8.

Velamentum, velamenti {σκέπασμα} Idem. Liu. 4. bell. Pun. Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum portigentes orare, vt reciperent sese.
Velamenta & infulæ. Tacit lib. 19.
Celsus lib. 7. cap. 18. Tunicas testiculos ambientes velamenta testiculorum vocat, & tunicas vlcerum & tuberculorum. Budæus.

Velarium, velarij {σκεπαστήριον} Velaria dicebantur vela quibus theatra tegebantur. Stat. lib 1. Sylu. 6,
Iam velaria linteæ pluebant. Sic legit Calepinus: vbi nunc legimus, Iam bellaria adorea pluebant.
¶Velaria, Loca abdita quæ velis clauduntur. Iuuen. Saty. 4,
-sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus
Et pægma, & pueros inde ad velaria raptos.

Velabrum, velabri, pen. prod. {βήκαιρον} à velo, velas, Locus Romæ in quo vela obtenebantur sub quibus olearij & alij venditabant. Plaut. Capt. 8,
Quasi in Velabro olearij. Cic. Bruto 15, In eóque fuit maiorum exemplum fecerus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in Velabro facere soletis. Alij à vehendo, velabrum dictũ volunt: quòd cùm paludibus mons Auentinus à reliquis esset disclusus, eò ex vrbe quadrante soluto per paludes illas aduehebantur. Horat. lib. 2. Saty. 3,
Cùm scurris fartor, cum velabro omne macellum,
Manè domum veniant.
Velabra, Festo ventilabra sunt, vocabulo quasi imminuto curtatóque exrrita videlicet syllaba. Annotauit Turnebus.

Velabrensis, Adiect. {βουκαίριος.} Martialis lib. 11,
Altera non deerunt tenui versata fauilla,
Vel Velabrensi massa recocta foco.

Velut, veluti, pen. corr. {ὥστε, καθάπερ} Aduerbia similitudinis, imaginem & similitudinem quandam alicuius rei innuunt, subiunctiusque verbi Sum iunguntur, & ferè si præsens præcedit, præterito imperfecto. vt, Incedis veluti rex esses. Aliorum verò verborum potentialibus potius: vt Incedis veluti rex incederet. Et, Facis veluti vir probus faceret. Cic. 2. de Nat. deor. Bestiæ quæ gignuntur in terra veluti crocodili. Idem 2. de Fin. Non elogia monumentorum id significant, veluti hoc ad portam. Horat. 1. Carm. ode 12,
Cresit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli. Sic 2. Serm. saty. 3,
-hoc veluti virtute paratum
Speranit magnæ laudi fore.
Conatum Clodij refutabo velut hesterno die. Cic. de Arusp. resp.
Velut, & ita. Colum. lib. 3, cap. 95, Nos quoque pari ratione velut Olympicarum equarum, ita fortissimarum aminearum vitium semi nibus electis largæ vindemiæ spem capiamus.

Vena, venæ {φλέψ, φλεβὸς, φλὴξ} Conceptaculum sanguinis misti confusique cum spiritu naturali, in qua plus sanguinis, minus spiritus. Dicta quòd per eam sanguis veniat. Plin. lib. 21. cap. 37, Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. His innatant venæ, id est sanguinis riui. Cic. 2. de Nat. deor. Sanguis per venas in omne corpus diffundirur, & spiritus per arterias.
Vena pro Arteria. Ouid. 10. Metamorphoseos,
-saliunt tentatæ pollice venæ. Cic. de Fato, Si cui venæ sic mouentur, is habet febrim, &c. & is febrem non habet? Celsus. Periculosissimum tum est, si venæ quæque ibi vehementer agitantur.
Capita venarum. Cels. lib 2. cap. 10, Ipsius quoque venæ, si forte præcisa est, capita comprimuntur, neque sanguinem mittunt.
Ora venarum, sanguinem solita fundere, si subitò suppressa sunt, aut aqua inter cutem, aut rabes sequitur. Cels. lib. 2. cap. 7.
Percussus venarum. Plin. lib. 7. cap. 51.
Pulsus venarum. Plin lib. 2. cap. 97, Quoniam & in corpore, extremæ pulsum venarum, id est spiritus magis sentiunt.
Alba vena. Celsus lib. 4. cap. 1, A renibus singulæ venæ colore albæ ad vesicam feruntur, ἀρτηρίαις Græci vocãt, quod per eas inde descendentem vrinam in vesicam destillare concipiunt.
¶Caua vena, Vide CAVVS.
Venæ seminales. Lactan De opificio Dei cap. 12, Vena in maribus, quæ semen continet, duplex est, paulò interior quàm illud humoris obscœni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, itémque testes:

ita & venæ seminales duę, in vna rantùm cõpage cohærentes. Ipsum semen quidam putant ex medullis tantùm, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrescere.
Trepidæ venæ. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Derectique patent nerui, trepidæque sine vlla
Pelle micant venæ.
Vacuæ venæ. Horat. 2 Serm. saty. 4.
Vitales venæ. Lucret. lib 2.
¶Abrumpere venas, Vide ABRVMPO.
Abscindere venas, Vide ABSCINDO.
Astringit hiantes venas calor. Virg. 1. Georg.
Calentes venæ fibrarum. Lucan. lib. 1.
Concidere venæ dicuntur, quando deficiunt vires. Celsus lib. 3. cap. 5, Si protinus venæ concidunt, & sæpius eodem die, si inter plures accessiones, subinde vis corpori deest.
Venas concitat & resolut sol, & balneum, & exercitatio, & metus & ira, & quilibet alius animi affectus.
Conquieuerunt venæ. Celsus lib. 3. cap. 4, Illud magis ad rem pertinet scire, num oporteat cibum dari quum iam bene venæ cõquieuerunt, an etiamnum manentibus reliquiis febrium.
Sanguis detractus venis Lucret. lib. 3.
Exoluere venas. Tacit. lib. 16.
Ferire venam, est apud Celsum lib. 2. cap. 10. pro eo quod Græci dicunt φλεβοτομεῖν, id est venam secare.
Ferire venam inter iamna pedis. Virg. 3. Georg.
Imbra vena veneno. Cic. 2. de Diuinat.
Incidere venam, quod medici phlebotomare dicunt. Cic. in Pisonem. Medico quem tecum eduxeras imperasti, vt venas hominis inciderer.
Libido terra inflauit venas. Horat. 1. Serm. saty. 2.
Inflatus venas laccho. Virg. eclog. 6.
Intercidere venas, Vide INTERCIDO, pen. prod.
Hiatus tenues venarum laxat cruor. Stat. 10. Thebaid.
Marcent venæ. Lucan. lib. 4.
Micant venæ, Vide MICO.
Mouentur venæ inæqualibus interuallis. Celsus lib. 3. cap. 6.
Mouet ægri venas conspectus medici. Celsus lib. 3. cap. 6.
Nigrescunt sanguine venæ Ouid. 2 de Arte.
Venæ naturaliter ordinatæ. Celsus lib 3 cap. 6, Sed his non omnia credere, ac protinus quidem scire non febricitare eum, cuius venæ naturaliter ordinatæ sunt, tepórque talis est, qualis esse sanis solet.
Pallent amisso sanguine venæ. Ouid. 2. Metam.
Pertundere venam. Iuuenal. Saty. 6.
Reficere venas cadentes vino. Seneca de Benef. lib. 3 cap. 9.
Reuulsæ venæ. Senec Oedip. 12.
Saliens vena sanguine. Virg 3 Georg.
Subeunt & quiescunt venæ. Cels lib 3. cap. 6. Nonnunquam etiam incipiente febre subeunt & quiescunt venæ: vt imbecillus is videri possit, cui facilè adhuc grauis inst ax accessio.
Submittunt se venæ. Cels. in procem. lib. 1, Tum requirunt etiam quare venæ nostræ modò submittant se, modò attollant.
Tangere venas alieni. Persius Saty. 3.
Plenus tumuerunt guttura venis. Ouid. 3. Meram.
¶Periculũ inclusum in venis & visceribus alicuius. Cic. 1. in Catil.
¶Venæ arborum. Plin. lib. 16. cap. 38, In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque sunt, Differimen earum facile. Venæ fauiores, candidioréque, pulpæ fissilibus insunt. Ideò fit, vt aure ad caput trahis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphij sentiatur, penetrante rectis meatibus sono: vnde deprehenditur an torrata sit materies, nodisque concisa.
¶Venæ marmoris: vt Picturata lucentia marmora vena. Stat. 3. Sylu. 8.
Silicum venæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 11
Silicis venis abstrusus ignis. Virg. 1. Georg.
¶Venæ, per translationem in terra dicuntur subterranei meatus, per quos vnda manat, aut alius liquor. Hirtius 4. bell. Alexand. Omnia enim littera naturaliter aquæ dulcis habere venas.
Vena perit fœcundæ aquæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.
Venæ auri & argenti. Cic 2. de Nat. deor. Adde etiam reconditas auri argentíque venas, infinitámque vim marmoris. Ibidem, Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras.
Argenti aurique venas sequi. Lucret. lib. 6.
Accipimus tenue argentum, venæque secundæ. Iuuen. Saty. 9.
Venas lapidicinarum & metallorum inquirere. Vlp. in l. Si cuius rei. §. Inde est quæsitum. D. De vsufruct.
Vena, pro membro virili. Martial. lib. 11. epig. 17, Ad lectorem,
O quoties rigida pulsabis pallia vena,
Sis grauior Curio Fabricióque licet! Subaudi, Legens meos versus impudicos.
¶Vena, pro Ingenio hominis ad aliquid scribendum apto. Iuuen. Satyra 7,
Sed vatem egregium cui non sit publica vena, &c. Hoc est ingenium vulgare, & rude, commune cum aliis.
Venam appellant indolem, & vim genuinam ingenij: transflatione ducta vel à fontibus, quorum alij angustiore vena manant, alij tanta, vt flumen ingens efficiant: vel à metallis, quorum etiam venæ nõ genere tantùm, sed & copia differunt. Simillimum est quod ait Vlpianus lib. 11. cap. vlt.
Vena & ingenium. Horat. de Arte,
-ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium.
Benigna vena ingenij. Horat 2. Carm. ode 18.
Tenuis & angusta ingenij vena. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Venas cuiusque generis hominum tenere, quod aliàs dicimus, vniuscuiusque naturam pernoscere & ingenium. Cic. 1. de Oratore,

Acuto homine nobis opus est,& natura, vsúq; callido, qui sagaciter perquisiget quid sui ciues, inque homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit,cogitent,sentiant,opinentur,expectent.

Prioris venæ æuum,Id est seculum ferreum.Ouid.1.Metam.

Venosus,pen.prod.Adiectiuum {φλεβώδης} Quod venas permultas habet. Plin.lib.24.cap.10,Folia ei plantaginis, nisi angustiora essent,& magis laciniosa, conuexáque in terram, aliàs etiam venosa similiter. Idem lib.20.cap.8,Satiuum autem serin,quod est minus & venosius.

Venosus liber,pro Aspero,duro & horrido.Perf.Saty.1.

Venabulum, venabuli, pen.corr. {κοντάριον} Telum venationi aptum,acie longissimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Martialis lib.14,

Si delecta geres longo venabula rostro,

Hic breuis in grandem comminus ibit aprum. Virg.4.Æneidos,

Retia rara plagæ, & lato venabula ferro. Plin.lib.7. cap.56, Piscum venabula inuenisse dicunt.

Cornea venabula lato ferro.Ouid.epist.4.

Venabula Dorica.Martialis,

Dorica quam certo venabula dirigit ictu. Intelligo Laconica. Iuuentus enim Laconum montes venatu assiduè lustrabat venabula gerens. Nemo autem ignorat eos Dorici generis fuisse: vel potius à Doride,in qua est Pindus mons optimæ ferax materiæ ad hastilia, sunt Dorica vocata venabula. Certè Dorica etiam erat armatura certi cuiusdam suisque generis, vt ab Hesychio refertur, & Doricum pro Græco audiri potest.Ex Turnebo.

Splendida venabula.Ouid 8.Metam.

Infigere sagittarum venabula prætereuntibus,Vide INFIGO.

Intrant vrsos venabula,Vide INTRO.

Subeunt latum venabula pectus.Lucan.lib.1.

Transfuerberati venabulo.Cic.Mario lib.7.1.

VENAFRVM.pen.prod. {ἐνάφρον} ciuitas Campaniæ oleis abundans. Author Plin.lib.3. cap.5. & Acron grammaticus apud Horatium, 2. Carm.ode 6,

-viridisque certat

Bacca Venafro.

Venafranus,pen.prod Adiectiuum {ἐναφρικός} vt

Agri Venafrani.Horat.3 Carm.ode 5.

Oliua Venafrana.Horat.2.Serm.saty.4.

Venalis,& hoc venale,Vide VENEO.

Venaticus,Venatus,Vide VENOR.

Vendico,vendicas,pen.corr. {προστιθέμαι, ἀξιοπιστέμαι} vendicare, Avenum fit,quasi conueniens sibi dicere, & quod vulgò dicitur, *sibi appropriare*: Hoc est sibi proprium facere & assumere. Plin.epist.47. Quam curam etiam si non mandasses,vendicassem. Id est, vltro suscepissem. Cic.1.Offic.Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vendicat,partem amici.

Aliquid pro suo vendicare.Curtius lib.10.

Sibi assumere & vendicare.Cic.1.Offic.Quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare.

Dicere suum, Vendicare suum, vel Confirmare suum esse: idem significat. Cic. pro Archia, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnei verò suum esse confirmant.

Arua vendicare.Ouid.1.de Ponto eleg.4.

Cæterarum rerum partem aliquam sibi quisque vendicat. Cicero in Orat.

Laudem alicuius rei sibi vendicare.Ouid.4.de Ponto eleg.1.

Vendicare sibi cognomen. Plin lib 13.cap.19. Sed circa Carthaginem punicum malum cognomen sibi vendicat. Vetus exemplar habet cognomine.

Nomen aliquid sibi vendicare.Quintil.in Procem.lib.1.

Vendicare à. Cic.pro Sylla, Sed me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore. Hoc est liberare, asserere. Curtius lib. 4,Vendicare ab vltimo dedecore nomen gentémque Persarum. Et sine præpositione,apud eundem lib.9, Itaque fame duntaxat vendicatus exercitus, tandem in Gedrosiæ fines perducitur. Sed in his locis non ab re contenderit quis legendum vindicare per tertiam vocalem.

Existimationi hominum se vendicare.Cic.5.Verr.

Vendicatio, Verbale. Vlp.in l.3.D.De rei vendic. Marcellus lib.4. digestorum scribit: Qui gregem habebat, &c. Et hæc vtique gregis (inquit) vendicatione continebuntur.

Vendo,vendis,vendidi,vēditum,pen.corr. {πωλῶ,πραθῆναι, πραθήσομαι, ἀποπιπράσκω, ἀποδίδομαι} vendere, Ex venum & do compositum. Cic. pro Quintio, Eum non ita commodè posse eo tempore quæ proscripsisset,vendere.

Malè vendere,aut Rectè,contraria.Cic.5.Verr.Si hubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: vt aut malè vendendum intelligas, si processit: aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere.

Quàm optimè vendere. Cic.3.Offic.Cætera sine insidiis agere,& quoniam vendat,velle quàm optimè vendere.

Vendere auctionem, inquit Turnebus, in oratione pro Quintio ea dicendi forma dictum arbitror,qua à Cæsare vendere sectionem. Estque vendere auctionem, auctionari, & res in auctione vendere. Hæc ille.

Aduersione vendere vel per Aduersionem, Vide Aduersio in ADVERSVS.

Merces suas vendere.Ouid.5.Fast.

Prædia vendere.Horat.2 Serm.saty.7.

Beneficia vendere.Cic.ad Acilium,lib.3.37.

Suffragia vendere.Iuuenal.Saty.10.

¶Cum ablatiuo cōstruitur,si pretium exprimatur, Plaut.Trin.14, Talento inimicum mihi emi,amicum vendidi.

Patriam vendidit auro.Virg.6.Æneid.

Quanto pretio vendidisti,dicimus:non,quanti pretij.

Vendere pretio.Cic.7.Verr.

Grandi pecunia vendere.Cic.pro P.Sestio.

Magno vendidit,dixit Varro,quum ait,Vendiderunt propter penuriam magno. Cic.5.Verr. Quæro si ipse excogitare non poterat quemadmodum plurimo venderet.

Aliquid quàm plurimo vendere.Cic.3.Offic.

Cum genitiuis tanti,quanti,pluris,& minoris.Cic.3.Offic.Vendo meum non pluris quàm cæteri, fortasse etiam minoris: quum maior est copia.

Pluris aliquid vendere.Horat.2.Serm.saty.3.

Vendere trans Tiberim. Gellius, Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant,aut trans Tiberim peregrè vænum ibant. Eo significari puto,inquit Turnebus, legem venditionis & conditionem iniquiorem, vt extra fines qui venditus est seruiat, non in agro Romano, cum Transtiberina regio extra agrum Romanum proprie dictū esset,& in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, censeretur, & iam Etruriæ attribueretur. Atque hoc venditionis genus atrocius erat & durius, quod Græci πολιὸν ἐπὶ ἰξαγωγῇ dicebant, quod erat hac conditione vendere, vt extra fines mancipium educeretur, & seruiret. At verò eius transtiberinæ regionis, quæ vrbis pars erat, magnâ ferè partem Iudæi, qui Romæ se infuderant, occupauerant, quod quodam loco à Philone in Gaium recoidor relatum esse. Quinetiam quòd ea vrbis pars esset infrequentior, minúsque culta, & à Iudæis ignotis,& omnibus inuisis,humilisq; & sordida plebecula rātum incoleretur, ferè in ea pleraque viliora immundiora & sordidiora fiebant,& administrabantur,pelléque animalibus fœtidæ diripiebantur. Hinc illud Martialis,

Et detracta cani transtiberina cutis. Et Iuuenalis,

-nec re faſtidia mercis

Vllius subeant ablegandæ Tiberim vltra. Qui sulphurata vendebant eam etiam partem habitabant.Martialis,

Hoc quod transtiberinus ambulator,

Qui pallentia sulphurata fractis

Permutat vitreis. Hæc ex Turnebo.

¶Vendere,pro Laudare,Commendare. Cic.Attic.lib.13.269,Ligarianam præclarè vendidisti.posthac quicquid scripsero, tibi præconium deferam.Metaphora sumpta de iis, qui quod vendere cupiūt, prius laudant,quo libentius ematur.Ex quo illud Horat.li.2.epist.2, Laudat vænales,qui vult extrudere,merces. Vendidisti,inquit,præclarè orationem meam pro Q.Ligario hoc est,ita meam orationem laudasti, vt alij tuam authoritatem tuúmque iudicium secuti, eam probare cœperint, æquè atque ij qui venditori suas merces laudāti fidem adhibentes,bonum sæpe putant esse,quod vitiosum est. Infrà 276,Ligarianam præclarè authoritas tua commēdauit.scripsit enim ad me Balbus,ac Oppius,mirificè se probare. Præconium deferam: præstat in tralatione.nam præcones in auctione vendebant.dicit igitur præconium, id est vendendi curam. Quum aliquid,inquit,à me scriptum emittere voluero, rogabo te, vt id antè quàm emittatur, tua authoritate commendes: vt scilicet alij deinde probent, quod à te tali viro prius esse laudatum senserint.

¶Vendere, pro Locare,Vide Bona prædia,in BONVS.

Venditor,pen.corr.venditoris,Verbale {πραθήσομενικὸς} Cic.3.Offic. Vt nequid omnino,quod venditor nolit,emptor ignoret. Idem in Topic. Feci quod sæpe liberales venditores solent, vt quum ædes, fundúmve vendiderint,&c.

Mercatores prouinciarum ac venditores nostræ dignitatis. Cic. Post redit.in Senatu.

Venditrix,pen.corr.venditricis.Aliud verbale,f.g.Scęuola in l.Mulier. D.De leg.commissor. Die statuto emptor testatus est se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse soluere: & sæculum cum pecunia signatorum signis obsignauit:defuisse autem venditricem,&c.

Venditio,Verbale {πραθήσις,πρᾶσις} Cic.pro Rosc.Amer.Ostendit,si sublata sit venditio bonorum,illum pecuniam grandem amissurum.

Proscriptiones venditionésque fieri.Cic.pro Rosc.Amer.

Ascribere aliquid in venditione capitis cuiuspiam.Cic.in Pison.

Rescindere venditionem,Vide RESCINDO.

Venalito, venditas, pen.corr. {πραστιλίω, ἀλαζονίσμαι} venditare,Frequentatiuum,Venale habere,inquit Budæus.Plaut.Curcul.9, Ibi sunt homines qui ipsi sese venditant. Cic. ad Attic.lib.1.9, Tusculanum venditat,vt si possit,emat Pacilianam domum.

¶Venditare, Frequenter vel passim vendere. Colum.lib.8.cap.18. Cato tutor Luculli grandi ære piscinas venditabat. Cic.4. Verr.Listius omnia decreta,imperia, literas peritissimè & callidissimè venditabat.id est passim vendebat.

Asse venditare aliquid.Catull.ad Vibennium.

¶Venditare,Ostentare,tracta ab institoribus metaphora,qui merces suas ostentare præcupidè solent. vnde Venditare se alicui, Est per assentationem,operam suam vltro spondere, quasique venalem ostentare.Budæus. Cic.ad Attic.lib.8.epist vlt. Non me igitur is dicit, sed sermo hominum qui ad me à Philotimo scribitur. is enim me ab optimatibus ait conscindi.Quibus optimatibus,dij boni,qui nunc quomodo occurrunt?quomodo autem se venditant Cæsari!Id est, sese in clientelam Cæsari dedunt, & in eius partes adiungunt. Liu.3.ab Vrbe, In foro volitare, per illos se plebi venditare: donec collegæ quoque,&c.

Ingenium venditare,& memoriam ostentare. Author ad Herennium lib.2.

Venditatio, venditationis, Verbale {ἀλαζονεία} Ostentationem significat.Cic.de Amic.Quanquam à multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Idem 2.Tusc.ul. Quinetiam mihi quidem laudabiliora videtur omnia quæ sine venditatione & sine populo teste fiunt. Sic Plin.lib.29.cap.1,Ostentatio artis & portentosa scientiæ venditatio manifesta est.

Venditarius, Adiect. {πωλητικὸς} Qui vendere solet.Plaut Stich.4,

Neque

Neque aliud quicquam nisi quod hoc habeo pallium,

Præter vnam linguam quoque etiam venditariam.

Vendax,vendacis,pen. prod.om.gen. {ψευστὴς} Qui facilè seu libenter vendit. Cato de Re rust.cap.2,Patrem familiās vendacem & non emacem esse oportet.

Vendibilis,& hoc vendibile, pen.corr. {ὠνητὸς} Quod facilè vendi potest. Cic.2.de Leg.Agrar. Accedent salicta ad Minturnas, adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea,multarum deliciarum,& magnæ pecuniæ.

Vendibilis aspectu. Plin.lib.14.cap.3.

Fundus vendibilis. Horat.1.epist.18.

Puella vendibilis. Ouid.3.Amor.eleg.11.

Vendibilis,Vulgaris,& vulgo gratus. Cic.de Amic. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facilè vincebat. Id est fauorem populi captantem. Idem de Claris Orat.vendibilis orator.

Venenum,veneni, pen.prod. {ἰὸς, φάρμακον,δηλητήριον} Dictum quòd citò per venas eat, siue salubre, siue noxium. Caius de Verb.signif.l. 236 Qui venenum dicit, adiicere debet vtrum malum, an bonum: nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur,quod adhibitum,eius naturam cui adhibitum est,mutat.Quum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt:apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. Vide etiam Martianum in l.3 D.Ad l.Cornel.de sicariis.

Celeritas veneni. Cic.pro Cælio, Ex hac igitur domo progressa ista mulier,de veneni celeritate dicere audebit.

Ferax venenorum Iberia.Horat.epod.5.

Indicia & vestigia veneni, in Cic.pro Cluent. Omnia præter ea quæ solent esse indicia & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt.

Acre venenum. Lucret.lib 4.

Atrum venenum,Vide ATER adiectiuum.

Blandum venenum desiderat. Silius lib.3.

Ceruarium venenum,Vide CERVVS.

Crudele venenum nostræ vitæ.Catul.ad Rufum 72.

Dira venena. Horat.epod.5.

Gelida venena, Valet.6 Argon.

Lene venenum.Cic.ad Attic.lib.2.36.Sed ita lenibus vti videbantur venenis,vt posse videretur sine dolore interire.

Nigrum venenum, Virg 4.Æneid.

Piceum venenum. Ouid 2.Metam.

Portentifica venena. Ouid.14.Metam.

Rapidum & velox venenum. Gell.lib.17.cap.16.

Somnifera venena.Ouid.9.Metam.

Torpens venenum. Lucan.lib.9.

Violentissimum venenum. Gell.lib.17.cap.16.

¶Adfusum vulneri venenum. Tacit.lib.1.

Agere venena membris,E membris expellere. Virg.2.Georg.

Ardente veneno coquitur cruor. Ouid.9 Metam.

Cæco veneno correptus,Occulta peste.Lucret.lib.6.

Deprehendere venenum. Cic.pro Cluentio, Quum manifestò venenum deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei parauisset,&c.

Expugnare venenum.Plin.lib 28.cap.10.

Extinguere venenum. Plin.lib 22.cap.23.

Hebetat venena omnia.Plin.lib.25.cap 4.

Facere malum venenum. Cic.pro Cluentio, Qui venenum malū fecit,fecerit.

Imprimere venenum dicitur serpens,repulsu dentium. Vide IMPRIMO.

Inficere veneno pocula,Vide INFICIO.

Infundere alicui venenum. Cic.11.Philipp.Athic nuper sororis filio infudit venenum,non dedit.

Inspirant venenum morsibus. Virg.4.Georg.de apibus.

Interimi veneno,Vide INTERIMO.

Lædere summa humilt veneno,Obloqui principibus.Maledictionibus carpere meliores.Lactantius.Srat.1.Thebaid.

Impia sub dulci melle venena latent. Ouid.1.Amor.eleg.8.

Lecta venena Ponto. Virg.eclog.8.

Necare veneno. Cic.pro Cluent. Oppianicum veneno necatum esse,quod ei datum sit in pane per M.Aselium.

Eo deniq; veneno C.Oppianicum fratrē necauit. Cic.pro.Cluēt.

Occidere aliquem veneno. Cic.pro Rosc.Amer.

Occisus veneno. Quintil.lib.6.cap.1.

Parare venenum alicui. Cic.de Clar.Orat.Venenum quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminantur.

Polluere ora veneno.Matt lib.1.

Prebere venenum. Cic.1.Tusc.Veréque ei qui venenum præbuerat,mortem est eam auguratus quæ breui consecuta est.

Prætincta humus valido veneno. Ouid.7.Metam.

Spargere venena.Cic.2.in Catil.Hi pueri tā lepidi ac delicati,&c. ficas vibrare,& spargere venena didicerunt.

Suffusa lingua est veneno. Ouid.2.Metam.

Dolos veneni timere. Catul.ad Furium,20.

Tincta labido feruenti veneno. Pers.sat.3.

Tollere aliquem veneno. Cic.pro Cluēt. Obiectum est C.Virbiū Capacem ab hoc A.Cluentio veneno esse sublatum.

Corpus tumet omne veneno. Ouid.3 Metam.

¶Venenum.Cic.in Orat.Quum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Hoc est magica arte,vel alia malefica. Budæus.

¶Venenum,pro Colore. Virg.2.Georgicon,

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Seruius.

¶Venenum,pro Medicamento,vel vnguento. Lucan.lib.8,

Summota est capiti tabes,raptóque cerebro

Exiccata cutis putrisque effluxit ab alto

Humor,& infuso facies solidata veneno est. Hoc est medicamento,quale est oleum cedrinum,myrrha, aloe, & huiusmodi aromatibus. De capite Pompeij exsecto loquitur.

Venenarius {φαρμακεὺς} Qui venenum parat, aut conficit. Suetonius in Nerone,cap.33,Britannicum,&c. veneno aggressus est. Quod acceptum à quadam Locusta venenariorum indice,quum opinione tardius cederet,&c. Apulcius. Qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit,sua custodit.

Veneficus, venefici, m.g. & venefica, venefice, pen.corr. {φαρμακεὺς} Qui vel quæ venenum conficit, & qui incantationibus & cæteris malis artibus vtitur: Cic.3.Offic.Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis,&c.

Veneficum audes appellare cum virum qui tuis veneficiis remedia inuenit? Cic.13 Philipp.

Barbara venefica. Ouid.epist.6.

Veneficus, pen.corr.Adiect. {φαρμακευτικός} vt Veneficus aspectus,Veneno inficiens. Plin.lib.28 cap.3,Hominum monstrificas naturas & veneficos aspectus,plenius diximus in portentis gentium.

Veneficium,veneficij {φαρμακεία.} Plinius, Hæc arbor ante atrij fata, omnibus veneficijs remedio est. Cic.de Clar.Orat.Idque veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebant.

Veneficium capitale fuit,quæsiuit autem de eo nō prætor modò, verumetiam iudex quæstionis,qui prætor interdum erat:in quo Budæus,vir alioqui bene doctus,satis manifesto errore videtur esse lapsus in suis adnotationibus.criminalibus enim, vt appellant,in causis,prætor prætorem vrb.neminem quæsiisse, cúmque tum, nomine commutato,iudicem quæstionis esse dictum, tradidit. capitale fuisse veneficium,indicat exilium Oppianici,de veneficio condemnati: cuius mentio fit in oratione pro Cluentio:& in eadem, cùm futurū ait Cicero,si Cluentius veneficij reus damnetur, vt patris sepulcro priuetur. clarissimè autem hoc significatur Instit. iuris ciuilis lib.4, Quod autem à Budæo scriptum est, prætorem vrb. vbi de criminibus quæreretur,solum cognouisse: aperté falsum esse dico.non modò enim solus non quæsiuit prætor vrb. sed nec omnino quæsiuit. ipse ius dicebat:quod, quærere, non est. quærebant cæteri collegæ, cum iis iudicibus, quos prætor vrb. & sortitus, & subsortitus esset. exemplorum plena sunt omnia:vnam, quæ multorum exemplorum loco sit,rationem afferam. Accusat Verrem Cicero in suis libris acerbissimè.præturam vrbanam totam exagitat. obiicíne vnquam, quòd in caussa capitali contra leges aliquid commiserit? nunquam certé.neque dubium,quin Verr.si potestatem illam prætor habuisset,multa fuerit inique facturus. Addidit idem Budæus, prætorem vrb.cum quæreret,iudicem quæstionis esse dictum.hoc certe nemo (de veteribus loquor:hos enim sequor) vnquam tradidit:mirórque, cur hoc illi,qui suæ sententiæ testem non haberet,placuerit affimare.sed vt opinor,error ex errore fluxit. nam cùm, prætorem vrbanū quærere de criminibus,iā sibi persuasisset:quod omnino falsum est: sequi videbatur,vt idē quæstionis index appellari posset.Leges,quibus veneficiū vindicaretur,Romæ per annos multos nullæ fuerunt. anno demum vrbis conditæ 672.C.Valerio Flacco M.Claudio Marcello coss.de veneficiis esse quæsitum,legémque latam. Liuius lib. 52,scriptum reliquit. Cornelia postea fuit,L.Syllæ: quam bello ciuili confecto, dictator tulit, cùm vnus omnia tenerer. de quo scriptum est in oratione pro Cluentio. Huius autem legis pœna capitalis non ad veneficos tantùm,sed ad eas etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamēta publicè vendidissent.omnésque prorsus, nemine excepto, viri, mulieres,liberi,serui,hac lege in iudicium vocabantur. Permissum autem esse reo,vt ex illius voluntate,clam, aut palam, à iudibus sententiæ ferrentur,ex ea qua de proximè meminimus,oratione cognoscitur. eadémque lege de corruptis iudiciis quæsitum,eadem declarat oratio. Secuta est consularis Iulia,C.Cæsar.s.nec tamen deinde ex lege Iulia,sed ex Cornelia,quanquam vetustior fuerit, iudicia sunt administrata:puto, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat.sed interdum aliquid tantum addebat: vt vniuersa pene iudicij ratio à priore lege penderet. propterea Corneliam potius,quàm Iuliam,posteriores iurisconsulti nominarunt. Ex libro Pauli Manurij de legibus Romanis.

Damnatus veneficij.Tacit.lib.12.

Venenifer,pen.corr.Adiect. {φαρμακοφόρος.} Ouid.3.Metam.

Iámque venenifero sanguis manare palato Cœperat.

Veneno, venenas, pen. prod. {φαρμακεύω} venenare, Veneno inficere. Lucret.lib.6,

Vt spatium cœli quadam de parte venenet.

Venenatus, pen. prod. {φαρμακευτὸς} Participium: siue Nomen ex Participio:vt Anguis venenatus. Ouid.in Ibin.

Caro venenata. Cic.2.de Nat.deor.

Colubris venenatis vallata Hydra. Lucret.lib.5.

Loco venenato mista litera. Ouid.2.Trist.

Morsus venenatus, Plin.lib 8.cap.58.

Munera venenata. Cic.13 Philipp.

Pabulum venenatum. Plin.lib.8.cap.27.

Sagitta venenata.Cic.2.de Nat.deor.

Sanies venenata. Colum.lib.7.cap.5.

Spiritus venenatus. Author ad Heren.lib.4, Iste quotidie per forum medium,tanquam iubatus draco serpit,dentibus aduncis,aspectu rabido,spiritu venenato,&c.

Telum venenatum. Cic.pro Quintio,Et si qua in re,id quod parati sunt facere,falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum iecerint,medicinæ faciendæ locus non erit.

Vipera venenata ac pestifera. Cic.de Arusp.resp.

Virga venenata.Ouid.14 Metam.

Veneo,venis,venui,& sæpius venij per syncopen, venum {πωλοῦμαι} venire,Vendi. Componitur ex venum, & eo is teste Diomede. Alij Væneo per æ diphthongum scribunt Quod venditur, in nominatiuo ponitur: & is à quo venditur, in ablatiuo cum præpositione: &

pretium in ablatiuo sine prepositione. Cicero pro Roscio Amerino, Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt. Idem de Aruspicum responsis, Atque ei sese, cui totus veniebat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Varro, Veneunt propter penuriam magno. Plautus Menæch.

Quibus hic pretijs porci veneunt. Horat.1.Serm.sat 5,

-venit vilissima rerum

Hic aqua. Ibidem, lib.2.sat.2.

-quia vendat auro Rara auis.

Si ex edicto possederit, quæro cur bona non venierint. Cic.pro Quintio.

Malo compilari, quàm venire. Cic.2.de Orat.

Aduersione venire, vel per aduersionem. Vide Aduersio in ADVERSVS.

Veniit ei olea. Cato cap.144.

Venire quamplurimo. Cic.ad Mariũ, lib.7 2, Sed homo acutus ei mandasti potissimùm cui expediret illud venire quam plurimo.

Vencor, Passiuum antiqui protulerunt. Plautus, apud Diomedem, Egóne illi veneat?

Venum ire, & Venum ibit dicimus pro Vendi. Sallustius in Iugurtha, Quippe cui omnia venum ire in animo hæserat. Liu.3.ab Vrbe, Familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venũ ierei. Claudiah.1.in Eutropium,

Omnes pœnituit pretij, venúmque redibat,

Dum vendi patuit.

Dari venum, Vendi. Claud.1.in Ruff.

Venalis, & hoc venale, pen.prod. {αἰνητὸς, πρόκιμος, θητὸς} Quod vendendum est, vel venditioni expositum. Cic.lib.3 Offic. Venales quidem se hostes non habere dixit. Plin.lib.6.cap.22. Fluminis vlteriore ripa merces ponitur inxta venalia tolli ab his, si placet permutatio. De Taprobanes insulæ incolis.

¶Venalis, Sordidus, auarus, qui pecuniæ gratia seipsum vendit. Sallust.in bello Iugurth. Ornatum venalem, & citò perituram! Dicum Iugurthæ de Roma.

¶Venalis, Qui vel pecuniæ vel alterius gratia aliquid facit, aut aliquò it. Mart.lib.5.

Quum vocor ad cœnam, non tam venalis vt amẽ,

Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur?

Venalis ascriptor, Qui pretio emitur, & pecunia cõparatur. Cic. pro Domo sua, Deniq; ille nouitius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, quum M.Papirij sui fratris testamento esset & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit.

Amicæ venales ad munus. Propert.lib.2.eleg.17.

Animæ venales. Silius lib.15.

Campus venalis. Lucan.lib.1.

Dextram venalem in prælia adferre. Silius lib.5.

Eloquium venale. Stat.4.Syl.5.

Habere fidem venalem. Cic.5.Verr.

Proponere fidem venalem. Cic.4.Verr.

Iura venalia auro. Propert.lib.3.eleg.13.

Lingua venalis. Lucan.lib.1.

Otium non gemmis, neque purpura venale, nec auro. Horat.2. Carm. ode 16.

Pueri venales. Cic.pro Quintio, Quum veniissent ad vada Volaterrana quæ nominantur, vident perfamiliarẽ Næuij, qui ex Gallia pueros venales ibi adducebat.

¶Venales, Si nihil addas, serui nouitij intelliguntur, qui ad vendendum sunt expositi. Seruorum enim alij nouitij sunt, alij veteratores. Quintil.lib.2 cap.2. Item quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: vt vrbem Romam accipimus: & venales, nouitios: & Corinthia æra: quó sint vrbes aliæ quoque, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium. Vide RETICVLVM, Saeculus in modum retis, in RETE.

Venaliter, pen.corr. Aduerbium apud Senecam de Benef.2, vbi dicit, Si mentio fiat de beneficiis quæ in aliquem contulerimus, vt modestè extenuemus, idque nõ venaliter. Alij legunt vernaliter, sed perperã.

Venalitius, Adiectiuum, Idem {ὠνικὸς,} Plin.lib.35.cap.18. Hoc est, insigne venalitiis gregibus. Id est, venditis seruis.

Familia venalitia. Paulus in l.Sed si vir § vlt.D.de donat.int.vir.& vxor. Quòd si familiam domesticam vxoris aut venalitiam pauit, contrà puto obseruari debere.

Merces venalitiæ. Vlpian.in l.Si seruus seruum.§ Si nauem.D.Ad legem Aquiliam. Si nauem venalitiarum mercium perforasset quis.

Venalitium, Corpus ipsum, vel venditio, vel locus vbi nouitij venduntur. Venuleius De edilitio edicto, l.vlt. Nam quicunque ex venalitio nouitiorum emptus alicui ministerio præpositus sit, statim eum è veteratorum numero esse.

Venalitius, venalitij, m.g. {ὠνητὰς} Venditor. Cic.in Orat. Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Aphricanos & Lælios multi venalitij, mercatoréſque superarunt. Maioragius in Oratorem Ciceronis. Sed cur Cicero, quum mercatores dixisset, adiunxit etiam venalitios, qui seruos emere atque venundare solent? An non etiam venalitij mercatores sunt? Non certé. nam Afucanus. D. de verb.signif. l.Mercis.ait, Mercis appellatione homines non contineri: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari. vbi Alciatus ait: Venalitiarios esse, qui vulgò *reuenditores* vocãtur, qui mercatores dici non possunt. Et mangones etiam esse venalitiarios, quoniam venalitia, id est seruos venales expositos ipsi emere præoccupant, vt carius vendant. Dicuntur autem mangones, quòd homines agant in manum, id est in potestatem. Interdum etiam venalitij dicuntur, ipsi serui qui venduntur: vt Plin.lib.35.cap.18, Hoc est in signe venalitiis gregibus. Hæc Maioragius.

Venalitiarius, venalitiarij, m.g. {σωματέμπορος, ἀνδραποδοκάπηλος} apud Varronem & Plinium dicitur mango, & nouitiorum seruorum negotiator. Africanus in l.Mercis appellatione. D.de verb.signifi. Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari ait. Vlpianus in l. Præcipiunt. D.de Ædilit.edict. Quia ergo venalitiarij sciunt, facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolãt veteratores, & pro nouitiis venduñt.

Vitam venalitiariam exercere. Vlpian.in l.Suos autem seruos. §. vlt. D.De legatis tertio. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Haloander, venalitiariam, sine substantiuo.

Veneror, pen.corr. venerans {εὐλογῶν, εὐφημῶν, προσκυνῶν} venerari, à venia & orando compositum est: viderur, quasi veniam orare, hoc est colere. Cic.6.Verr. Quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verùm etiam osculari solent. Idem 1. Tusc. Eiúsque inuentori & principi gratias exultantes agunt, cúmque venerantur vt deum.

Colere, precari, venerari. Cic.1.de Nat.deor.

Laudibus gratissque aliquem venerari. Tacit.lib.12.

Deos venerari. Virg.1.Georg.

Deos augustè omnes, sanctéque veneramur. Cicero 3. de Natura deorum.

Lapidem è sepulchro venerari. Cic.pro Plancio.

Memoriam alicuius venerari. Tacit.in vita Agricolæ.

Numina magna venerari. Virg.3. Æneid.

Pacem veneramur amantes. Propert.lib.3.eleg.5.

Templa venerari. Virg 3. Æneid.

¶Venerari, pro Orare & precari. Plaut.Rudent.

Venus, veneror te, vt omnes miseri lenones scient. Horat.lib.2. satyr 2.

Ac venerata Ceres, &c. Vide plura apud Lambinum in hunc Horatij locum.

Venerans, pen.corr.Particip. {εὐξάμενος.} vt Suppliciter venerans aram. Virg.12. Æneid.

Carmina venerantia aliquem. Ouid.2. Trist.

Venerandus, Aliud participiũ {σέβασμα, αἰδέσιμος, σεβάσιος, σεπτὸς, σεβάσμιος.} Cic.2.de Lege Agrar. Non eos in deorum immortalium numero, venerandos à nobis & colendos putatis? Martialis lib.1, Veneranda palatia.

Amicus venerandus. Horat.1.epist.19.

Cani venerandi. Senec.Herc.fur.13.

Dux venerandus. Ouid.1.Fast.

Effigies veneranda. Valer.5.Argon.

Sacra veneranda. Silius lib.7.

Vox veneranda. Lucan.lib.2.

Veneratus, pen.prod. {σεβάσιος, αἰδέσιος} Participium. Virg.3.Æneid.

Cursúsque dabit venerata secundos.

Ceres venerata. Horat.2.Serm.sat.2. Hoc est, Rogata, & venerata passiua significatione posuit, vt Virgilius,

Cursúsque dabit venerata sacerdos. Porphyr.

Veneratio, verbale {αἰδὼς, αἰδεσιμότης.} Cic.1.de Natura deor. Nam & præstans deorum natura hominum pietate coleretur, quum & æterna esset & beatissima. habet enim venerationem iustam quicquid excellit. Plin.lib.8.cap.1, Religio quoque syderum, solísque ac lunæ veneratio.

Prosequi aliquid veneratione. Vide PROSEQVOR.

Venerator, penult.prod. {σεβέμενος} Aliud verbale. Ouid.2.de Ponto eleg.2,

Ille domus vestræ primis venerator ab annis.

Venerabilis, & hoc venerabile, pen.corr. {ἐπαινετὸς, ἐπαινετός, σεβάσιος, σεβάσμιος} Qui cultu & veneratione dignus est. Plin.in epist. Vir grauis, & ipsa senectute venerabilis. Idem de Viris illust. Anguis è sedibus eius elapsus venerabilis, non horribilis.

Deeus formæ venerabile. Lucan.lib.8.

Dies venerabilior late. Horat.2.Serm.sat.5.

Exemplum venerabile morum. Ouid.ad Liuiam.

Ius venerabile. Stat.5.Syl.1.

Melos venerabilis. Mart.lib.1.

Nomen venerabile amicitiæ. Ouid.1.Trist.eleg.7.

Templum venerabile. Ouid.2.de Remed.

Venerabiliter, pen.corr. Aduerbium. Macrob.lib.7.Saturn.cap.11. Scipius his dictis venerabiliter assensus, obticuit.

Venerabundus, Adiectiuum {κατασεβάσιος} Venerans. Liu.5.ab Vrbe, Nanque delecti ex omni exercitu iuuenes, purè lautis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam regina Iuno assignata erat, venerabundi templum iniere.

VENERIS portus {ἀφροδίτης λιμήν} Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum. Author Pomponius Mela, lib.2. Strabo Aphrodisium nominat, Veneris templum Ptolemæus.

VENETI, pen.corr. {ἐνετοὶ} Galliæ Lugdunensis populi, author Plin. lib.4.cap.18, Sunt & Veneti, Italiæ populi, Troiana stirpe orti, vt author est Cato: quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari apposita, & omnis ora circum finum maris, post Istriam vsque ad hostia Padi. Tradit Liu.1.ab Vrbe, Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant: venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeísque qui inter mare alpéſque incolebant, pulsis, Henetos Troianósque eas tenuisse terras, & in quem primùm egressi sunt locum, Troia vocatur: pagóque inde Troia nomen est, gens vniuersa Veneti appellati. Hactenus Liuius. Alij à Gallis eiusdem appellationis originem traxisse dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora Oceani Gallici incolentes, quos Cæsar nauali prælio superauit. *Vennes en Bretagne.* In hac Italiæ regione sunt vrbes illustres, Verona, Vicentia, Patauium, & Venetiæ ciuitas, & Virunus placida & amœna. Mela lib.2.cap.4, Veneti (inquit) colunt togatam Galliam. Fuerunt igitur Veneti, teste Mela, Galli togati. Sanè etiam hodie toga veste vtuntur Veneti. Ea regio vsque ad Rubiconem nunc dicitur *la marcha Treuisana.*

VENETIAE, Venetiarum {ἐνετία} ciuitas insignis, quam Veneti inhabitãt: quę anno à natali Christi, anno quinquagesimoquarto supra

ipra quadringentesimum condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit.

Venetiæ etiam alia ciuitas in nostra Gallia, nempe in ea parte quę à Britonibus incolitur, de qua Cæsar in suis commentariis multa: est autem maritima. *Vannes* vulgò dicitur.

Venetus, possessiuum, pen.corr. {ἐνετὸς} quod è Venetiis est: vt Veneti ciues. Propert.lib 1.eleg.11,

Quantum Hispanis Veneto diffidet Eridano.

Venetus color (vt ait Vegetius) cæruleus dicitur, qui color est marinis fluctibus similis. Scribit Lampridius Heliogabalum comedisse pisces coctos conditura veneta: quasi in marina aqua cum colore suo. A quo colore auriga rum factio, Veneta nominatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani diebantur. Vegetius lib.4. de Re militari scribit naues veste veneta esse induendos, & vela nauium exploratoriarum colore veneto esse tingenda. Hic color etiam thalassicus, id est marinus dicitur. Græci enim θαλασσινον mare appellant. Idem à colore ferri, ferrugineus dicitur.

Veneta factio. Suetonius in Vitellio, cap.14.

Venia, veniæ {συγγνώμη, συγχώρησις} Remissio culpæ, & condonatio erroris, inquit Valla. Quintilian in Gladiatore, Peccaui, veniam pero.

Venia, Beneficium, indulgentia, permissio. Virgil.1.Æneid.

Orantes venitam, & templum clamore petebant. Cic pro Archia, Quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam. Id est indulgeatis, concedatísque mihi hoc. Nam apud hunc vix vnquam indulgentia reperitur. Terent.And.5,3,

Da veniam.p.fine te hoc exorem. Hæc duo pro vtroque posuit, id est da veniam: sine vt hoc, etiam si improbum sic, abs te impetrem. Et Cum venia tua dixero: hoc est, Siquid erro, tamen cum pace tua, & (vt isti loquuntur) cum licentia tua dixero. Hactenus Valla libro 4.

Exitij venia. Tacit.lib.12.

Facilior venia. Quintil.in Procem.lib.1.

Impetrabilis venia. Tacit.lib.20.

Accipere veniam pro aliquo, Vide ACCIPIO.

Afferre veniam tristitiæ. Plin.lib.25.cap.1, Ac nobile illud Nepenthes, oblitionẽ tristitiæ veniámque afferens. Id est, immunitatem vacationémque à tristitia.

Audire attentè, bonáque cum venia. Cic.pro Rosc.Amer.

Bona venia me audies. Cic.1.de Nat.deor. Vt molestè ferrem tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leues, ne dicã in tam inepras sententias incidisse.

Carere venia. Horat.de Arte.

Concedere veniam alicui. Lucan.lib.3.

Bona venia dixerim, Vide BONVS.

Dare veniam alicui. Cic. pro Lege Manil. Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda quod reliquerunt. Idem 8.Ph lipp. veniam & impunitarem dãdam puto.

Veniam ad vos, si mihi Senatus det veniam. Author ad Herennium lib.4.

Qui tulissent acerbius veniam illi dari. Cic.Appio, lib.6.12.

Dare veniam homini impudenter petenti. Cic.Att.lib.5.110.

Dici alicuius veniam dare, Vide DO, das.

Dare veniam scriptis, Vide DO, das.

Dare veniam in aliquem Tacit.lib.12.

Dare veniam excusationis. Cic.2.de Orat. Vix vt mihi tenuis quædam venia daretur excusationis, quòd, &c.

Da nobis hanc veniam vt. Cic.1.de Orat. Sed cum, &c. dabis hanc veniam mi frater vt opinor, &c. vt eorum quibus, &c. Ibidem, Date nobis hanc veniam, vt ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini.

Dare veniam ad ignoscendum. Cic.in Pisonem, Cui nó apud Senatum, non apud vllum ordinem, &c. noo in Italia maximorum scelerum venia vlla ad ignoscendum dari possit.

Datur etiam venia concinnitati sententiarum. Cic.in Orat.

Dare veniam culpæ. Ouid.epist.7.

Dare veniam excusationis, Veniam aduocandi petere, Excusare sed ad aduocatione, vt vulgus loquitur. Plin.Iunior lib.5.epist.8.ad Capitonem.

Dare necessitati veniam. Cic.2.Offi.

Expetere bona venia, Vide BONVS.

Exposcere veniam dicendi. Tacit.lib.12, Veniam dicendi ante alios exposcit.

Habere veniam, pro Ignoscere, apud Quintil.lib.11.cap.1.

Impetrare veniam culpæ vel errati. Cic.pro Ligario, Quum à te non solùm liberationem culpæ, sed errati veniam impetrauisset, Vide IMPETRO.

Impetrare veniam aliquid faciendi. Plin.lib.12.cap.19.

Impetrare veniam pro aliquo. Tacit.lib.12.

Impetrare veniam edicti. Modest.in l.vlt.D.de in ius vocand.

Inuenire veniam supplicij, Vide INVENIO.

Legere cum venia, Excusando si quid minus probabile occurrat. Quintil.lib 10.cap 1.

Minuere veniam. Quintil.lib.6.cap.3.

Negare veniam alicui. Ouid.10.Metam.

Orare veniam. Virg 4.Æneid.

Petere veniam. Cic 7.Verr Hæc si tibi tuus parens diceret, posses abeo veniam petere? posses, vt tibi ignosceret, postulare?

Petere veniam in prætertum. Tacit.lib.11.

Si mihi veniam quam peto, dederit, vtar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid à meipso. Cic. Att lib.9.188.

Ab Ioue pacem ac veniam peto, precórque abeo vt, &c. Cic.pro Rabirio perduel.reo.

Petere veniam aduocandi, Excusare se ab aduocatione. Plin. Iunior lib.5 epist. ad Capitonem.

Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit; nefarium est facinus ignoscere. Cic.pro Murena.

Poscere deos veniam. Virg.4.Æneid.

Precari veniam. Seneca Medea, 8.

Rogare veniam. Ouid.6.Metam.

Venia sit. Plin.lib.12.cap.1, Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit.

Venia sit dicto. Plin.epist.101.lib.5.

Tribuere veniam, Vide TRIBVO.

Veniale, Venia dignum. Macrobius lib 7.Saturn.cap.vlt. Si venialis erit ista translatio. Seruius in illud 4 Æneid.

Ego te quæ plurima fando, &c. Expurgat obiecta, remouens à se crimen ingrati: & veniali vitæ statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum.

VENILIA, Nympha: vxor fuit Fauni, & soror Amatæ Latini regis cõiugis, mater Turni. Virgil.10. Æneid.

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

¶Veniliam item antiqui Neptuni coniugem appellarunt, à veniendo, inquit Varro lib.4.de Ling.Latin. quam eandem & Salaciam appellauerunt, ad naturam nimirum maris respicientes, cuius fluctus modò ad terram veniunt, modò in salum abeunt. Meminit huius & Augustinus lib.7. de ciuit. Dei.

Venio, venis, veni, ventum {ἔρχομαι, ἥκω, παραγίνομαι} venire, Notæ significationis. Cic.pro Cælio, lib.2.11, Obuiæ mihi velim sint tuæ literæ; quæ me eruditant de omni Rep.ne hospes planè veniam.

Venire ab. Plaut. Amphit.3,

Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu.

Ab aliquo venire. Cic.pro Rosc.Comœd. Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur.

Angiporto venire, pro Ab angiporto. Plaut.Asin.12.

Supplicem venire ad aliquem. Cic.Att.lib.16.3.43, Nunquam putaui fore vt supplex ad te venirem.

Ad vrbem venire. Cic.ad Tironem, lib.16 3, Quanquam magni ad honorem nostrum interest, me quamprimum ad vrbem venire: tamen peccasse mihi videor qui à te discesserim.

Missus in hanc vrbem venio. Ouid.3.Trist.eleg.1.

Ad cœnam venire. Horat.1.epist.7.

Venire de. Cic.Attico lib.5.100, Veruntamen cùm de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Præt, se alacres obtulerunt.

De auctione venire, & quo die. Cic.ad Att.lib.12.233.

Ex Arabia venerunt legati. Plin.lib 12. cap.14.

In solitudines venire. Cic. Cælio lib.2.15, In easdem solitudines tu ipse (vt arbirror) venies, in quibus nos contedisse audies.

Assiduè veniebat iuter densas fagos. Virg eclog.2.

Omnes qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorant. Cic. Qu.frat.lib.1 1.

Domum venisti ad tuos penates. Catull.ad Veranium, 9.

¶Satis venire duobus. Virg.7.Æneid.

Se satis ambobus Teucrísque venire, Latinísque.

¶Venire, Accidere. Cels.lib.7.cap.27, Solet verò sub eiusmodi victu venire, vt aluus non reddatur.

¶Venire, Crescere. Virg.lib.1.Georgicon,

Hîc segetes, illic veniunt fœlicius vuæ.

Arbores quædam veniunt sua sponte. Virg 1.Georg.

Sponte venite ex arboribus fapores, pro Prouenire. Plinius lib. 12.cap.1.

¶Venire, Portari, Deferri. Plin.lib 35.cap.6, Species sinopidis tres: rubra, & minus rubens, & inter has media. Et paulo pòst. Eius quæ ex Africa venit, octoni asses.

¶Venire pro Afferri, de literis dictum. Cic.ad Brutum, lib.11 24, Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, non cerairis.

Commeatus venire, qui afferantur, dicimus per metonymiam. Quintil.lib.6.cap.6.

¶In orationem venire. Quintil.lib.9.cap.4, Horum pedum nullus non in orationem venit. Id est ingreditur orationem.

Venies ad illud quod refert tua: hoc est, Tandem vel postea ad leges. Plaut.Pers.15. Terent.Heaut.2.3,

Mane, hoc quod cœpi primum, enarrem, ô Clitipho:

Pòst istuc veniam.

Ad digitos venire, Vide AD præpositionem.

Ad Archesilam, Carneadémque veniamus. Hoc est De Archesila loquamur. Cicero 4. Acad. Et pro Rosc.Amer. Vt ad fabulas veniamus.

¶In aciem venire, Vide ACIES.

Alicui venire aduersum, sic obuiam. Plaut.Most.5.

In adoptiua sacra venire. Cic.pro Domo sua, Neque amissis sacris paternis in hæc adoptiua venisti.

In amicitiam venire aliquorum. Liu.5.bel.Pun. Liberos eum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, &c. Cæsar 6.bel.Gall.

In arbitrium venire, ac potestatem alicuius. Cic.3.Verr. Hac conditione, siquis de populo redemptor accessisset, &c. tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebat, qui sibi ereptam prædam arbitraretur.

In arma venire. Lucan.lib.3.

Intra arma aliena venire, hoc est, Intra præsidia & alienas manus. Cic.ad Att.lib.8.159, Neque enim eos solos arbitrabamur capi qui in armatorum manus incidissent: sed eos nihilominus qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena venissent.

Sub aspectum venire. Cic.2.de Orat. His autem formis atque coporibus, sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est.

Ad aures alicuius venire, Audiri. Horat.de Arte.

Ad aures meas venit, te, &c. Cic.pro M.Marcello, Mulier est, muliebris vox mihi ad aures venit.

Ad aures vox venit. Virg. 2. Æneid.
Alicui auxilio venire. Liu. 9. ab Vrbe.
In bona alicuius venire. Ouid. 1 Triſt eleg. 5.
Quod venit in buccam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7, Tu velim ſæpe ad nos ſcribas: ſi rem nullam habebis, quod in buccam venerit ſcribito. Prouerbialiter dictum, pro Quicquid occurrit & in mentem veniet.
In calamitatem venire. Cic. pro Roſc. Amer. Hoc verò eſt quod ferri non poteſt, ſi & in hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem & multitudinẽ: & quòd ea ſtudioſè coluit, id erit ei maximè fraudi.
In caſum venire. Cic. pro Cluentio. Poſtremò, in eum caſum veneram, vt omnis mearum fortunarum ſtatus vnius iudicij periculo contineretur.
In certamen venire. Cic. 5. Tuſc. Mulieres verò in India, quum eſt cuiuſque earum vir mortuus, in certamen iudiciſumque veniunt.
In certamen cum aliquo venire. Cic. de Clar. Orat. In patrocinio ſicilienſi maximè in certamen venit deſignatus Ædilis cum deſignato conſule Hortenſio.
Venire in certamen virtutis. Cic. 5. de Finib. Qui omnes motus fortunæ, mutationéſque rerum & tẽporum leues & imbecilles fore intelligant, ſi in virtutis certamen venerint.
Clamor à populo venit ad aſtra. Ouid. 3. Faſt.
In cognitionem Senatus venit hæc res. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In colloquium ad aliquem venire. Liu. 5. bel. Pun.
In computationem venire. Plin. lib. 6. cap. 33.
Cõmoda veniunt hinc. Cic. 1. de Inuentione, Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt.
In complexum alicuius. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1, Si in veſtrum complexum venero, ac ſi & vos, & me ipſum recuperaro, ſatis magnum mihi fructum videbor percepiſſe. Cæſar 3. bel. Ciuil. Ipſe grauiſſima hyeme in nauibus excubabat, neque vllum laborem aut munus deſpiciens, ſi in Cæſaris complexum veniret. Id eſt vt à Cæſare complecteretur & amaretur.
In computationem venire, Vide COMPVTO. Plinius libro 6. cap. 33.
In concionem venire. Cic. 3. Verr. Poſtridie manè homines in cõcionem veniunt, quærunt quid optimum factu ſit.
In conſeſſum venit cæres. Plin. epiſtol. 302. Hoc eſt, nota eſt & manifeſta.
In cõſilium alicuius venire, pro Obremperare eius conſilio. Cic. ad Att. li. 10 192, Ventendúmne ſit in conſilium Tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit.
In conſpectum alicuius. Cic. de Finib. Réque ex vtraque parte audita, pronuntiaret eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent, & in conſpectum ſuum venire veruit.
In conſpectum ad aliquem venire. Planeus ad Ciceronem, libro 10. 23. Legatos fide Lepidi dimiſſos, ad me in conſpectum venire veteueram.
In conſuetudinem. Cic. 2. de Inuent. Deinde quædam in conſuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt.
In conſuetudinem benignitatis. Cic. in Piſonem, Vt Senatus is, qui in eam iam benignitatis conſuetudinem venit, vt eos qui bene Remp. geſſerint, nouis honoribus afficiat.
In contemptionem. Cæſar 5. bel. Gall.
In contemptum. Idem. Cæſar 3. bell. Gall.
In contentionem. Cic. pro Quintio, Quod niſi ex Publicio narratum Næuio eſſet, non tam citò res in contentionem veniſſet.
In contentionem, vtrum. Cic. 2. de Diuin. Venit enim iam in contentionem, vtrum ſit probabilius, &c.
In controuerſiam vel contentionem venit causes. Quintilian. lib. 3. cap. 6.
In contentionem de accuſando. Cic. 1. Verr. Neque ferè vnquam venit in contentionem de accuſando, qui Quæſtor fuiſſet, quin repudiaretur.
In contentionem honoris. Cic. Aut eq. iret in exilium, Eos in contentionem honoris venire, qui officiis ſe ſuperari æquiſſimo animo tulerunt?
In controuerſiam. Cic. 4. Verr. Nam hoc animo prouidebat, cùm tanta hæreditas in controuerſiam veniſſet.
In crimen. Terent. Heey. 3 1. Hoc eſt accuſari.
In cruciatum. Cæſar 1. bel. Gall.
In deditionem. Cæſar 6. bel. Gal.
In deliberationem venire. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Venire deſuper. Virgil. de machina illa Troiani equi,
-venturáque deſuper vrbi. Id eſt ſuperuentura vrbi, & eam oppreſſura. Turnebus.
In deſyderium venit res aliqua. Liu. 3. ab Vrbe. Id eſt deſyderatur.
Dies venit legi. Cic. ad Att. lib. 4. 8. Venit legi dies, Terentius interceſſit.
Ad digitos, Vide AD.
In diſceptationem. Liu. 9. bel. Maced.
In diſcrimen, In periculo eſſe. Cic. pro Roſc. Amer. Quum omniũ nobilium dignitas & ſalus in diſcrimen veniret.
In diſcrimen exiſtimationis. Cic. 1. Ver. Itaque ſemper hi diligentiſſimè, laborioſiſſiméque accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.
In diſquiſitionem. Liu. 6. bel. Pun.
In diuitias venire. Plaut. Capt. 19,
At nunc liber in diuitias faxo venies.
Ad quem dolor veniat, ad eundem neceſſe eſt interitum venire. Cic. 3. de Nat. deor.
In dubium. Cicero ad Att. lib. 16. 343, Præſertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæſaris in dubium ventura videantur.
In dubium de voluntate, &c. Cic. ad Att. lib. 11. 223, Alij capti, alij

intereluſi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus ſcilicet, cùm ſe expedierint, & vnà eſſe cœperint: ij autem ipſi, qui ſua voluntate ad Fuſium venerũt, nihil poſſunt, niſi timidi exiſtimari. Terent. Adelph. 2. 2,
Etiam de ſorte venio in dubium miſer.
In dubium venire de ciuitate. Cic. pro Cecin. Itaque homo timidus imperitúſque, qui neque animi, neque conſilij ſatis haberet, nõ putauit eſſe tanti hereditatem, vt de ciuitate in dubium venire.
Quid ſit factum, in dubium venit. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Emolumentum ad eum ex ea re venit. Cic. pro Cluentio, Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuiſſe concedebat.
Epiſtola mihi venit, Allata eſt ad me. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10.
In exemplum venire. Ouid. 4. Faſt.
Ad extrema venire. Liu. 2. ab Vrbe.
In faciem pacis veniretur. Tacit. lib. 13.
Fama mihi venit. Virg. 4. Æneid.
In familiaritatem alicuius. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 15, Quod verò in C. Marij ſuauiſſimi doctiſſimq́ue hominis familiaritatem veniſti, non dici poteſt quàm valde gaudeam.
Tarda venit dictis, difficiliſque fides. Ouid. 3. Faſt.
Tardè & cum difficultate adhibetur fides verbis.
In fidem alicuius venire. hoc eſt Seſe dedere. Liu. 6. bell. Pun.
Ad finem venire dicitur res aliqua. Liu. 5. bel. Punic. Quum maximè Capua circumuallaretur, Syracuſarum quoque oppugnatio ad finem venit.
In flammam venire. Cic. ad Attic. lib. 16. 339, Veniendum eſt igitur vel in ipſam flammam: turpius eſt enim priuatim cadere, quàm publicé. Id eſt, conincere ſe oportet in periculum.
Ad fœdus veniunt amantes. Ouid 2. de Arte.
In fœdera venire. Virg. 4. Æneid.
Feliciter hæc res tibi venit, pro Euenit. Cic. ad Tironem, lib. 16. 21, Emiſſe te prædium vehementer gaudeo, fœlicitérque rem tibi iſtam venire cupio. Vetus exemplar legit euenire.
Fortuna læta mihi venit. Virg. 11. Æneid.
Fulgor venit ab æthere. Virg. 8. Æneid.
Gradibus venire ad virtutem. Cic. 1. de Nat. deor. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te veniſſe gradibus.
In gloriam ſummam. Cic. ad Attic. lib. 2. 35, Edicta eius & concliones deſcribunt & legunt: aouo quodam genere in ſummam gloriam venit.
Hæreditate vẽnire dicitur res aliqua. Cic. 1. de Inuent. Sed neque emiſti, neque hæreditate venit, neque domi natus eſt, neque donatus eſt.
Hæreditas mihi venit à patre. Cic. 3. Verr. Quum eius filio, prætore Sacerdote, hæreditas à propinquo permagna veniſſet.
Hyems venit. Cic. ad Att. lib. 5. 106, Ea ſi venerit, nec illi antè in meam prouinciam tranſierint, vnum vereor, &c.
Sub iactum telorum venire. Liu. 7. bel. Pun.
Cum impetu venire. Cic. 2. de Fin. Si cum tanto impetu in Græciam veniſſet.
Inimicus ei venit, pro Eſt illi inimicus. Cic. pro Roſc. Amc. Videt omnes qua de cauſa huic inimicus veniat: ſciũt huiuſce pecunia te adductum eſſe.
Ad inimicitias venire. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 20, Ad inimicitias res veniſſet, &c. cum Æſernino Samnite Pacideianus comparatus videret.
Venire ad interdictum, pro Venire in ius ad prætorem. Petronius, Vt ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret. Meminit Turnebus.
Ad internecionem venire. Liu. 6. bel. Maced.
Intrò venire, Vide INTRO.
In inuidiam ex gratia venire. Plin. de Viris illuſt.
In iudicium venire. Cic. ad Att. lib. 2. 16, Quid verius quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit?
In iudicium venit fama eius. Cic. pro Quintio, Demõſtrabant de re iudicium fieri oportere, vt aut vterque inter ſe, aut neuter ſatisdaret: non neceſſe eſt famam alterius in iudicium venire.
In laudem venire. Quintil. lib. 2. cap. vlt.
Liuor venit in artus, Membra contrahunt liuorem. Ouid. 10. Met.
In locum ſummum venire. Cic. 3. de Legib. Ex his autem qui magiſtratum cœperunt, quod Senatus conſulto efficitur, populares ſanè neminem in ſummum locum, niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria.
Lues rabida venit membris. Virg. 1. Æneid.
Lues miſetanda venit arboribus. Virg. 3. Æneid.
Ad manum venire. Quintil. lib. 2. cap. 11.
In manus alicuius. Cic. 3. Offic. Neque enim quicquã de hac parte poſt Panætium explicatum eſt, quod mihi quidem probaretur de iis quæ in manus meas venerint.
In manus hominum libros venire dicimus. Quintil. Triphoni.
Maturè venit ipſe, Vide MATVRVS.
In mediũ. Cic. 4. Verr. Venient in medium: dicent quid ſtatuerint.
In mentem venit, pro Succurrit. Terent. Eunuch. 2. 2,
Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi. Idem Phorm. 4. 3,
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum. Cic. ad Thermum, lib. 2. 17, Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar quòd in Ciliciam proficiſcebar, exiſtimaui me ad te oportere ſcribere.
In mentem quemadmodum. Cic. pro Roſc. Amer. Et ſimul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huiuſce depinxeris.
In mentem huius rei. Cic. 5. de Fin. Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hîc diſputare ſolitum.
In mentem venit, quid. Cic. 1. Verr. In mẽtem tibi non venit, quid negotij ſit cauſam publicam ſuſtinere?
In mentem venit vt. Plaut. Mil. 2. 0.

Minus

Minus in Senatum venit, Vide Minor in PARVVS.
Mœror ſummus venit ad eum morte fratris. Cicero pro Quintio, Vt ad quem ſummus mœror morte ſua veniebat, ad eundem ſummus honos quoque peruueniret.
Mores eò venere. Plin. lib. 23. cap. 1.
In morem venire. Ouid 2. de Ponto, eleg. 7.
Ad naſum venire. Plin. lib. 15 cap. 28, Multóque celerius talia ad naſum veniunt, quàm pinguia. Hoc eſt, aſcendunt, & nares feriunt.
Nauibus venire. Liu. 1 bel. Pun.
Ad nihilum venire. Cic. 2. Tuſc. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, ſeneſcat, breuíque tempore ad nihilum ventura videatur.
Ad nimium venire. Plin. lib. 26. cap. 4.
Ad nomen venire. Plin. lib. 10. cap. 70, Spectatur in piſcinis Cæſaris, genera piſcium ad nomẽ venire, quoſdam ſingulos. Hoc eſt quũ vocantur.
In notitiam. Plin. lib. 7. cap. 1, Quis enim Æthiopas, antequam cerneret, credidit, aut quid non miraculo eſt quum primùm in notitiam venit.
In notitiam venire, Vide NOTITIA.
Nox venit. Propert. lib. 1. eleg. 8.
In numerum oratorum. Cic. 1. de Oratore, Sed ſunt quidam aut ita linguæ hæſitãtes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu moſúque corporis vaſti atque agreſtes, vt etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Id eſt dici oratores, ſiue Pro oratoribus haberi.
In Obliuionem. Cic. in Salluſtium, Tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: vt etiam ſi fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem.
Obuiam venire. Cic 4. Tuſcul.
Alacris obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum. Ex poeta. Idem ad Attic. lib. 2. 16, Eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus puer.
Obuia mihi venit turba. Propert. lib. 2 eleg. 30.
Sub oculos venire. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 5.
In odium venire, Vide ODIVM.
In officium oratoris venire. Quint. lib. 2. cap. vlt.
Opportunè venire, Vide OPPORTVNVS.
Optatò venire, Vide Optatò in OPTO.
In ordinem Senatorium. Cic. 3 de Leg. Nam quum omni vitio cæterę lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitij particeps.
Venire in ora, pro honorifico omnium ſermone celebrari. Horat. lib. 1. epiſt. ad Iul. Florum,
-Romana breui venturus in ora. Interdum ad vitium ac vituperationem pertinet, vt apud Catullum ad Rauidum, An'ne vt peruenias in ora vulgi? ſic Liuius lib. 2, Timorem iniecit ne in ora hominum pro ludibrio abiret.
In ora virũm venire. Propert. lib. 3. eleg. 9.
In otium. Cic. ad Att. lib. 1. 4, Omnem ſpem delectationis noſtræ, quàm, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus.
Ad pactionem venire. Cic. ad Att. lib. 9 18i, Ego, ſi Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore.
Paratè venire, Vide PARO.
In partem alicuius. Liu. 6. ab Vrbe, Parum eſt ſi cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius venis, niſi partem petendo totum traxeris?
In partem impenſæ. Cic. ad Terentiam lib 14. 2, Illud doleo quæ impenſa faciẽda eſt, in eius partem miſeram & deſpoliatam venire.
In partem elocutionis memoria ac pronuntiatio veniunt. Quintilian. in Procem. lib. 1.
Paſſu ingenti venire. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
In periculum venire. Terent. Adelph. 2 2. Cic. 3. Verr. Neque adhuc cauſam vllam excogitare potuit, quamobrem commiſerit, aut quid euenerit, vt in tantum periculum veniret.
In periculum ne. Cic. pro Murena, Venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipſo parta ſunt, amittat.
Pèropportunè venire, Vide PROPPORTVNVS.
Plaga venit vehementior. Cic. 2. Tuſc. Sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venſtque plaga vehementior.
Pœnæ veniunt crudeliratí alicuius. Liu. 3. ab Vrbe.
In populos venire. Ouid. 6. Metam.
In poſſeſſionem. Cic. 3. de Lege Agr. Etiámne ſi vi eiecit? etiámne ſi clàm, ſi precariò venit in poſſeſſionem?
In poſſeſſionem Reipublicæ venire. Cic. ad Attic. lib. 7. 128, Quid cenſes, aiebat, facturum eſſe ipſum, ſi in poſſeſſionem Reip. venerit, cùm hæc Quæſtor eius infirmus & inops audeat dicere?
In poteſtatem alicuius. Cæſar 4. bell. Gall.
Ad potum, vel prandium venire. Plin. lib. 9. cap. 15. Cicero pro Cluentio, Quum ad illud prandium crudior veniſſet.
Prope exitium, vel prope ſpem venire. Liu. 5. bel. Pun. Ibidem, lib. 6.
Proſperè venit. Plaut. Pſeud. 8.
In prouerbium. Liu. 10. bel. Mace. Vulgatũ illud, quia verum erat, in prouerbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales debere eſſe.
In prouerbij conſuetudinem. Cic. 2. Offic. Id quod à noſtris hominibus ſæpiſſimè vſurpatum, iam in prouerbij conſuetudinem venit, Largitionem fundum non habere.
Ad pugnam venire. Horat. 1. Serm. ſat. 5.
Pulchritudo corporis venit ex, &c. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Venire in quæſtionem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Rabies venit canibus. Virg. 3. Georg.
In religionem venit illi hæc res. Cic. 2. de Natura deorum, Gracchus cùm comitia nihilominus peregiſſet, rémque illam in religionem populo veniſſe ſenſiſſet, ad Senatum retulit.
In rem præſentem, Vide IN præpoſitionem.
Riſus veniunt. Ouid. 1. de Arte. Tunc veniunt riſus, &c.
Rumor venit. Terentius in Prologo Hecyr.
In ſecreta venire. Ouid. 13. Metam.
Segetes veniunt, Id eſt proueniunt. Virg. 1. Georg.
In eum ſermonem, vt, &c. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3 5, Veni in eum ſermonem, vt dicerem libenter me ad eam partem prouinciæ primum eſſe venturum.
In ſermonem hominum, & viruperationem. Cic. 6. Verr. Nunquã enim ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet, commiſiſſet vt propter eum in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret.
In ſermonem alicui venire. Cicero Att. lib. 14. 299, In ſermonem ſe poſt Idus Martij, præterquam Lepidi, veniſſe neminì.
In ſermone. Cic ad Att. lib. 11. 230, Neque eum rogati, ne me quidem: ſed quaſi ita ſit, quoniam in ſermone iam veniſti, poteris eam mouere vt alicui committat, cuius extra periculum huius belli fortuna eſt. Quidam legunt, in ſermonem.
In ſocietatem laudum alicuius. Cic. ad Att. lib. 14. 315, A te autem peto, vt me hanc, quaſi falſam hereditatem alienæ gloriæ ſuas cernere, méque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare.
Venire in ſolum. Cic. 1. de Nat. deor. Hinc quodcunque in ſolum venit, vt dicitur, effingis atque efficis: id eſt quicquid eſt in rerum natura. Prouerbium eſt: vt enim ea demum nobis eſſe videntur, quæ ſenſibus comprehendimus, velut quæ vel tangimus, vel cernimus: ſic cùm omnia propè ferat ſolum, id ſolùm eſſe exiſtimamus quod in eo videmus, & omnia quæ ſunt in rerum natura eo ſuſtineri putamus: proinde quod in ſolum, valet quicquid eſt, quicquid accidit, quicquid eſſe offert, quicquid euenit. Varro hoc prouerbium etiam vſurpauit, Libet mi epigrammata facere, & qui nomina non meminì, quod in ſolum mihi venerit ponam, Id eſt quodcunque nomen ſeſe mihi obtulerit, & in buccam venerit. Meminit Turnebus.
In ſortem prouinciæ. Liu. 8. bell. Pun.
Spes venit ex merito. Ouid. epiſt. 2.
In ſpem. Cic. 2. de Orat. Nonnullam in ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere. Cic. ad Atticum lib. 9. 186.
In ſpem ventum eſt, Imperſonale. Liu. 2. ab Vrbe.
In ſpem, quòd. Brutus ad Cic. lib. 11. 13, In ſpem venerant, quòd neq; Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici poſſe credebant.
Subſidio. Cic. ad Att. lib. 6. 116, Ad méque legati eius, & Quæſtor, & amici literas mitterent, vt ſubſidio venirem.
Ad ſummum venire. Cic. 2. Tuſc. Atque oratorum quidem laus ita ducta, ab humili venit ad ſummum.
Cum ſupplemento. Liu. 9. ab Vrbe.
Venire ſuppetias, & proficiſci ſuppetias, locutiones elegantioris ſunt ſeculi & oris. Oppius, Oppidíſque ſuppetias profectus eſt: Iterum, Nuntiabantur auxilia magna equitatúſque oppidanis ſuppetias venire. Turnebus.
In ſuſpicionem venire. Cic. 2. de Inuent. Si id non poterit ſiquatur in ſimilem antè ſuſpicionem venerit.
Venire in ſuſpicionem de morte alicuius. Cic. ad Brut. 6.
Venire alicui in ſuſpicionem furti. Pomp. in l. pen. D. de condict. cauſ. dat. Cùm ſeruus tuus in ſuſpicionem furti Attio veniſſet.
Tædio venire. Plin. lib. 31. cap. 2.
Veni in tempore. Terent. And. 4. 5.
In tutelam ſuam venire. Cic. de Clar. Orat. Quum is hoc probare vellet, M. Curium, quum ita heres inſtitutus eſſet, ſi pupillus antè mortuus eſſet, quàm in ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato hæredem eſſe non poſſe.
In vacuum venire, Vide VACVVS.
Ad vadimonium venire. Cic. pro Quintio, Ad vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ & neceſſitudines veteres intercedebant.
A vero venit cauſa, Id eſt vera eſt cauſa. Ouid. 5. Faſt.
Viam venire. Cic. 2. Philipp. Quis qui neſcieriet veniſſe eam tot dierum tibi viam gratulatum?
Vigor venit membris. Virg. 4. Georg.
In vitam venire. Cic. 1. de Leg.
In vnitatem. Plin. lib. 33. cap. 2.
In vſum venire. Plin. lib. 24. cap. 11, Nec rhus Latinum nomen habet, quum in vſum plurimis modis veniat.
In vſum alicuius rei venire. Plin. lib. 8. cap. 48.
Vſus venit. Terent. Heaut. 3. 2,
Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnificè, Chreme,
Tractare poſſim.
Mihi vſu venit. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3 8. Idem ad Att. lib. 7. 1. 4, Nunc venit idem vſu mihi, quod tu tibi ſcribis, quoties exortior.
¶ Ad agendum venire. Quintil. lib. 4. cap. 1.
¶ Venient ad te comeſſatum. Plaut. Perſ. 16.
Venio oratum. Cæſar 7. bel. Gall.
Venire emptum. Cic. 4. Verr. Tamen ad iſtum venerunt emptum locum illum ſenatorium, non ſolùm veteres, ſed etiam noui.
Venit denſum. Plaut. Aulul. 7. Et apud Terent. Eunucho, 4. 6. Venit ereptum.
¶ Venibo, Futurum antiquum pro Veniam. Pomponius Geminis, Sero eſt, ſexta, ſi tibi placet, venibo. Nonius.
¶ Venitur, pen. prod. Impersonale. Plin. epiſt. 190, Venitur ad me: conſurgo. Cic. pro Quintio, Ad me ventum eſt.
Venitur & ventũ eſt in diſcrimen, Impersonaliter. Cic. 8. Philip. Nam ſi maximum in diſcrimen venietur, aut libertas pacta eſt victori, aut mors expoſita victo. Idem 2. Offic. Et quum res agatur, in

discriménque ventum sit, expe..re rem, & consilium ex tempore capere posse.
Ventum in aciem. Tacit. in libello de Germanis.
Vt ventum ad cœnam est, &c. Horat. 1. epist. 7.
Iuxta seditionem ventum. Tacit. lib. 5.
Prope seditionem ventum. Tacit. lib. 19.
Ventum gaudeo. Plaut. Cistel. 2,
Quod ille dixit qui secundo vectus est mari,
Ventum gaudeo ad te ecastor.
Causas veniendi discere. Virg. 6. Æneid.
Causas veniendi poscere. Virg. 1. Æneid.
Veniri. Vlp. in l. 1. in princip. D. de quæst. Ad torméta seruorum ita demum veniri oportet, quum suspectus est reus.

Veniens, venientis, Participium { ἐρχόμενος. } vt Classis veniens ad littora. Virg 3. Æneid.
Ætas veniens. Ouid. 6. Fast.
Annus veniẽs, Cic. ad Qu. frat. lib. 3 20, Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, etsi sumus sine timore.
In annum venientem curas extendere. Virg 2 Georg.
Dies veniens, Dies decedens, contraria. Virg. 4. Georg.
Virtus veniens in pulchro corpore, Crescens. Seruius. Virgil. 5. Æneid.

Venturus, pen. prod. Aliud participium { ἐλευσόμενος. } Vt Æui venturi inscius. Virg 8. Æneid.
Bella ventura. Virg 3. Æneid.
Doloris venturi signa. Ouid. epist 18.
Hyemis venturæ memores. Virg. 4. Georg.
Mali venturi prima fauilla. Propert. lib. 1. eleg. 94.
Senectæ venturæ memor. Ouid. 3. de Arte.
Videre ventura. Virg. 2. Æneid.
Præscia venturi vates. Virg 6. Æneid.

Ventio, ventionis, Verbale { ἔλευσις. } Plaut. Trucul. 11,
Quid tibi huc venio est? Hoc est, Ad quid huc venis?

Vento, ventas, Frequentatiuum: A quo
Ventito, ventitas, pen. corr. { πάντοτε ἔρχομαι } ventitare, Alterum frequentatiuũ: vt, Sæpius ventitare in agrum. Plin. lib. 18. cap. 5. Cic. ad Marium, lib. 11. 27, In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum venitares, horáſque multas fæpe suauissimo sermone consumeres? Catull. ad seipsum, 8, Quum ventitabas quò puella ducebat.

Venor, venaris, pen. prod. { ἀγρεύω, θηρεύω, κυνηγέτην, ἀγρεύσασα, θηρεύσας } venari, Feras indagare, feris insidiari. Cic. 2. de Nat. deor. Canum tanta alacritas in venando. Idem ad Cælium, lib. 2. 10, De pantheris, per eos qui venari solent agitur mandato meo diligẽter.
Apros venari. Virg. eclog. 10.
Canibus venari leporem. Virg 3. Georg.
Venari pisces. Plin. lib. 16. cap. 1.
¶Venari, per translationem, pro Artificio quodã & solertia quærere: vt Venari laudem, gloriam, &c. Cic. ad Atticum, lib. 16. 334, Bene igitur tu qui διδύσασιας venaris, relinquis patriam. Vetus exemplar loco venaris legit Bene.
Amores venari. Ouid. de Medicamine faciei.
Laudem modestiæ in aliqua re venari. Auth. ad Heren. lib. 4.
Viduas auaras venari fructis & pomis. Horat. 1. epist. 1. Id est, Capiare & decipere, ac velut irretire aut inescare cibis delicatis & munusculis, vt res earum tibi vendices.
Venari imperio alicuius. Cic. ad Att. lib 6. 11, Illud autem alterũ, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publicè venari.
Venari de verbis alterius. Plaut. Milit. 14.
¶Venari apros in mari, Prouerbium in eos qui frustrà aliquid conantur & operam perdunt. Plaut. Asin. 3.
¶Venandi, venando, venandum, Gerundia. vt Studio venandi lassus. Ouid 3 Metam.
Tempora longa ponere venando. Ouid. epist. 18.
¶Venatum, venatu, Supina. vt Ire venatum. Virg. 4. Æneid.

Venatus, huius venatus, pen. pro. { θήρευμα, θηρεύματα, ἀγρεύσασα. } Plaut. Rud.
Hunc qui cepi in venatu meo. Plin. lib. 8. cap. 16, Quos venatus, aucupia, piscatúsque alebant. Cic. 5. Tusc. Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.
Apti saltus venatibus. Ouid. epist. 5.
Assiduus venatus. Virg. 9 Æneid.

Venatio, venationis, verbale { θήρα, θηρεύματα, κυνηγία, κυνηγεσία. } Idem. Cic. 2. de Fin. P. scatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis vitanris eruditatem, &c.
Venatio, Spectaculum venatorium. Venatores enim serui instituebantur docebantúrque, non ad feras per saltus indagandas, vt Accursius existimauit, sed ad voluptatem populi, vt in oculis eius feras in arena conficerent. Vt enim ludus erat gladiatorius, id est schola in qua ad gladiaturam instituebantur: sic venatorius ludus, in quo ad venationem bestiarij exercebantur. Tranquillus in Claudio cap. 21, Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Id est, quinquies instaurata, aut quinquplici ferarum immissione edita. Idem in Domitiano cap. 4, Spectacula magnifica assiduè, & sumptuosa edidit. Nam venationes gladiatoréſque & noctibus ad lychnos: nec virorũ modò pugnas, sed & fœminarum. Cic. lib. 2. Offic. Prodigi sunt, qui epulis & visceratiombus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmq; apparatu, pecunias profundunt. Idem epist. fam. lib. 7. epist. 1, Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quũ aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur?
Proscribere venationem. Cic. Att. lib. 16 333, Itaque se scripturum aiebat, vt venationem etiam quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent.

Venator, pen. prod. venatoris { ἀγρεύτης, θηρευτὴς, θηρητὴς, κυνηγὸς, κυνηγέτης } Qui venatur. Cic 2. Tusc. Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.
Venator adest nostris consiliis, cum auritis plagis. Per translationem. Plaut. Milit. 10.

Venatrix, pen. prod. Verbale f. { κυνηγέτειρα. } Virg. 1. Æneid.
Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederárque comam diffundere ventis.
Pharetræ venatrices. Claud. 7. Paneg.
Turba venatrix canum. Valerius 3. Argon.

Venaticus, pen. cor. Adiect. { ἀγρεύτικὸς } Quod ad venationem pertinet: vt Venaticus canis. Plaut. Milit. 5. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Canum duo genera: vnum venaticum, & pertinet ad feras bestias ac syluestres: alterum quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem. Cic. 6 Verr. Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & perustigabant. Canum autẽ venaticorũ elegantissimè excogitata nomina habes apud Ouid. 3. Metam.
Catulus venaticus. Horat. 1. Epist. 2.
Parasiti venatici. Plaut. Capt. 3.

Venatorius, Aliud. adiect. Idẽ { θηρευτικὸς, κυνηγετικὸς. } Plin. epist. 63, Inest huic computationi sumptus suppellectilis, sumptus atrienſium, topiariorum, fabrorum, atque etiã venatorij instrumenti. Apud Martialem lib. 14. Culter venatorius.

Venosus, Vide VENA.

Venter, ventris, m. g. { γάστηρ, γαστὴρ, κοιλία, νηδὺς } Qui à pectore ad pubem terminatur, tam in animalibus brutis quàm hominibus. Iuuen. satyr. 4,
Montani quoque venter adest, abdomine tardus. Plin. lib. 9. cap. 50, Atritu ventrium pisces coeunt. Pers. in Prolog.
Magister artis, ingeníque largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
¶Venter, Stomachus. Iuuen. satyr. 5. Ventre nihil noui frugalius. Plin. lib. 19. cap. 5, Cibos salubres ac lenes pluribus modis existimant, qui perfici humano ventre non queant, sed non intumescant.
¶Venter, Aluus. Cels. lib 3. cap. 18, Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem eius antè soluẽdum esse: vbi à superiore cõprimendum.
Fluxiones ventris sistere. Plin. lib. 23. cap. 5.
Fluor ventris. Celsus lib. 4. cap. 16.
Inflatio ventris, Vide INFLO.
Orificia ventris, Vide ORIFICIVM.
Proluuies ventris fœdissima. Virg 3. Æneid.
Rabies improba ventris, Dira fames. Virg. 2. Æneid.
Solutiones ventris. Plin. lib. 24. cap. 10. Et lib. 27. cap. 10.
Vitium ventris. Cic. pro Cælio, Nulla luxuries repenetur, nullî sumptus, nullum æs alienum, nulla conuiujorum ac lustrorum libido, quod quidem vitium ventris & gutturis non modò non minuis ætas hominibus, sed etiam auget.
¶Albus venter. Pers. sat. 3.
Astrictus venter. Cels. lib. 2. cap. 1.
Auarus venter, Insatiabilis. Vide paulò post, DONABAT.
Carnosus venter, Vide CARO.
Fusus venter. Cels. lib. 2. cap. 1.
Grauidus venter. Ouid. 10. Metam.
Grauidus venter iusto pondere. Ouid. epist. 15.
Grauis venter. Ouid. 9. Metam.
Improbus venter. Senec. Thyeste, 5.
Inanis venter. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Intentus venter. Cels. lib. 4. cap. 9.
Liquidus venter, Vide LIQVOR.
Mollis venter. Horat. epod. 8.
Pestifer venter serpentis. Ouid. 1. Metam.
Planus venter. Hoc est, sine rugis. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Summus venter. Cels. lib. 4. cap. 13.
Tumidus venter cæleſti pondere. Ouid. 3. Fast.
Tumido ventre cucurbitã, Propert. lib. 4. eleg. 2.
Vacui ventris furor. Iuuen. sat. 15.
Vorax venter. Vide paulo pòst PLACARE, &c.
¶Auferre aliquid in ventrem. Cic. 2. de Orat.
Compleuit sua tempora maturus venter. Ouid. 11. Met.
Comprimere ventrem & Soluere, contraria. Cels. lib. 3. cap. 18.
Contrahere ventrem, Vide CONTRAHO.
Contractus venter. Cels. lib. 2. cap. 8.
Crepat mihi venter, Vide CREPO.
Crescit in ventrem cucumis. Virg. 4. Georg.
Distringere ventrem. Cels. lib. 4. cap. 15.
Donabat auaro ventri quicquid quærierat. Horat. 1. epist. 16.
Duci ventre, Inseruire ventri & gulæ. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Emollire ventrem difficilem. Plin. lib. 22. cap. 13.
Exinanire ventrem. Cels. lib. 4. cap. 12.
Si venter est quasi fermentatus, pinguis, atque rugosus. Cels. lib. 2. cap. 8.
Fluit venter. Cels. lib. 2. cap. 8.
Iudurescit venter. Cels. lib. 4. cap. 12.
Inflatur venter. Cic. 2. de Diuinat.
Intumuit venter ab vnda. Ouid. 1. Fast.
Liquare ventrem. Cels. lib 4. cap. 12.
Mersæ res in ventrem. Iuuen. sat. 11.
Metiri ventrem lino. Cels. lib. 3. cap. 21.
Mollire ventrem. Cels. lib. 2. cap. 12.
Mouere ventrem, Vide MOVEO.
Petere ventrem. Cic. pro Murena.
Placare ieiunia voracis ventris. Ouid 15. Metam.
Placat iratum ventrem esca. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Prosluit venter. Cels. lib. 2. cap. 8, Si venter omnibus horis, & cum somno, & sine hoc prosluit.

Resoluere

Resoluere ventrem. Cels. lib. 3 cap. 16.
Resolutus venter. Cels. lib. 2. cap 8, Si sanguis è naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto.
Sistere ventrem. Plin. lib. 20. cap. 23. & lib. 21. cap. 19.
Soluere ventrem & Comprimere, contraria. Cels. lib. 3. cap. 18.
Suppressus venter. Cels. lib. 4. cap 15.
Tenere ventrem. Cels. lib. 4. cap. 19. Hoc est sistere fluxum vẽtris.
Turbare ventrem. Cels. lib. 1. cap. 6.
Turbatur venter semine sumpto. Plin lib. 22. cap. 22.
Vacare luxuriæ ventríque. Claud. de Nupt. Honorij & Mariæ.
Cupidine ventris victa pietas. Ouid. 15. Metam.
Vitiati ventris tumescunt pondera. Ouid. epist. 11.
Ventrem facere dicitur paries, qui vetustate collabens, curuaturam quadam veluti ventre extra fundamenti limites eminet. Alphenus in l. Siquando. §. 1. D. Si seruitus vend. Siquando inter ædes binas paries esset, qui ita vẽrem faceret, vt in vicini domum semipedem, aut amplius procumberet, agi oportet, ius non esse illum parietem ita projectum in suum esse se inuito.
¶Venter apud Iurisconsultos plerunque accipitur pro fœtu, qui in ventre continetur. Vide Pandectarum lib. 25. tit. est, Si mulier ventris nomine in possessionem missa sit. Et ibidem Vlpian.
¶Ventrem peiferre, pro Esse grauidam. Columel. lib. 6. cap. 24. de vaccis.
Mulier ventre vacuo, incerto, pleno, præterito, apud Papinianum in l. Ventre. D. De acquirenda vel omit hæred.

Ventriculus, ventriculi, pen. corr. m. g. Diminut. { γαστέριον, κοιλία, ἔντερον } Corn. Cels. lib. 4 cap. 1, Ventriculus autem qui receptaculũ cibi est, cõstat ex duobus teigoribus: ísque inter ileaem & ieeur positus est, vtroque ex his paulùm super eum ingredienre. Iuuen. sat. 3,
-vacua & plana omnia dicas
Infra ventriculum.
Porta ventriculi. Cels. lib. 4. cap. 12.
Ventriculus cordis. Cic. 2. de Nat deor. Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calefeit primùm ipso ab spiritu, deinde cõtagione pulmonum, ex eáque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cui similis alter adiúctus est, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit.

Ventriosus, pen. prod. Adiect. { φαγέσαρ } Qui magnum habet ventrem. Plaut. Asin. 8,
Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Idem Merc. 12,
Canum varum ventriosum.

Ventrosus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Idem { γαστρώδης. } Plin. lib. 14. cap. 21, Ventrosa ac patula minus vtilia.

Ventralis, & hoc ventrale, pen. prod. Adiect. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 8, Sed in ventrem receptæ sint, soluitur vis earum ventralis humoris alluuione, qua fiunt diluriores.

Ventrale, ventralis, pen. prod. n. g. { ὠσχάγειον } Vestimentum ventrem contegens. Plin. lib. 8. cap. 48, Patris mei memoria cœpere amphimal la nostra, sicut villosa, & etiam ventralia. Cælius Calcagninus legendum putat neutralia, intelligíque vestes neutra parte villos habentes.
¶Ventrale Vlpianus accipit pro semicincto sub quo habentur loculi, quibus nõ solùm sudariola, sed leues etiam nummulos in quotidianũ vsum gestare solemus, vt in l. Diuus, in principio. D. De bonis damnat. Nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vẽdicare debebit: sed vestem qua is fuerit indutus aut nummulos in ventrali, quos victus sui causa in promptu habuerit. Vbi alij codices legunt nummulos inuentrales.

Ventilo, ventilas, pen. corr. { κινῶ, κινίζω } ventilare, Ventum excitare vt aliquid ardeat vel coquatur. Propert. lib. 4. eleg 3,
Hanc Venus vt viuat ventilat ipsa facem.
Carbasa ventilantur aura. Stat. 4. Sylu. 3.
Faces accensas ventilare. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Frumentum ventilare. Ventilabro expurgare. Plin. lib. 18. cap. 30.
Aura ventilat iubas. Silius lib. 16.
Flatus ventilat incendia. Silius lib. 17.
Vinum ventilare & refrigerare. Colum. lib. 12. cap. 30.
Ventilare, sine adiecto, est excitare auram ad calorem temperandum. Suet. in Augusto, cap. 82, Æstate apertis foribus ac sæpe in peristylo sahente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat.
¶Ventilare. Per manus versare, è digitis eximendo. Apuleius, Adhæc ego insperato lucro diffusus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam. Iuuen. sat. 1,
Ventilet æstium digitis sudantibus aurum.
¶Ventilare concionem aliquam. Cic. pro Flac. Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium conetio ventilata.

Ventilatio, verbale { κίνημα. } Plin. lib. 23. cap. 1. Innocentiores, quæ decerpræ diu pendendere: qua ventilatione etiam vtiles fiũt stomacho, ægrísque. De vuis.

Ventilator, pen. prod. Verbale { κινητὴς, κινήμενος } Qui frumentum ventilat. Colum. lib. 2. cap. 10, Faba quæ longius emittetur, pura eò peruenier quòd ventilator eam iaculabitur.
Ventilator naturæ. Cic. 1. de Nat. deor. Non pudet igitur physicũ, id est speculatorem, ventilatorémque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? Vetus codex habet venatorémque, &c.
¶Ventilatores apud Quintil lib. 10. cap 7, Sunt præstigiatores, qui vt ventilatores grana quæ purgant, sic ventũ proiiciunt, ita rem quã retinent manibus eiicere videntutitra enim ait, quo vsu constat mitra illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint vltro venire in manus credas, & quæ iubenter decurrere.

Ventilabrum, ventilabri, pen. prod. { λικμητήριον } Instrumentum quo aliquid ventilatur. Colum. lib. 2. cap 10, Nam quum aceruus paleis granísque mistus in vnum fuerit coõgestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur.

Ventito, Vide VENITO.

Ventosus, Vide VENTVS.

Ventus, venti, masc. gen. { ἄνεμος, πνεῦμα, αὔρα, ἰωὴ, ῥῆγος } à Venio sit: proprie est cum impetu veniens aër: quùm nihil aliud sit ventus, quàm aër cõmotus atque agitatus Vitruuius, Ventus est aëris fluẽs vnda cum incerta motus redundantia. Cic. 2. de Nat. deor. aër effluens huc & illuc ventos efficit. Idem 2. de Diuinat. Placet enim Stoicos, eos anhelitus terræ, qui frigidi sunt, quum fluere cœperint ventos esse.
Ocyor ventis. Virg. 5. Æneid.
Domus peruia vento. Ouid 2. Metam.
Accessus ventorum. Vide ACCEDO.
Cursus ventorum. Catull. in Camerium, 57.
Paces ventorum. Lucret lib. 5.
Cæca potestas venti. Lucret. lib. 3.
Prælia ventorum. Virg. lib. 1. Georg.
Rabies fœua ventorum. Ouid. 5. Metam.
Turbo venti. Virg. 9. Æneid.
Vis fera ventorum. Ouid. 15. Metam.
Vires validæ ventorum. Lucret. lib. 3.
Aduersus ventus. Ouid. epist. 6.
Aërij venti. Catull. Argon. 59.
Grauis ventus. Vide paulo pòst, SALVBRIS, &c.
Igneus ventus. Seneca Thyeste, 1.
Inanis. Virg. 10. Æneid.
Iniorioſi venti. Horat. epod. 17.
Insanus. Stat. 6. Thebaid.
Langoidus. Seneca Here. Oetæo, 6.
Leuis. Virg. 2 Æneid.
Loquax. Lucan. lib. 5.
Magnus, Vide MAGNVS.
Mobilis. Ouid. epist. 5.
Mitior ventus. Ouid. 13. Metam.
Nigris ventis aſperæ æquora. Horat. 1. Carm. ode 5.
Niualis. Virg 3 Georg.
Pertinax ventus. Vatro de Re rust. lib. 1. cap. 59.
Pluuius. Horat. 1. Carm. ode 17.
Proteruus. Horat. 1. Carm. ode 20.
Rapax. Ouid. 1. de Arte.
Rapidus. Virg 6 Æneid.
Sæuus Ouid. 12. Metam.
Salubris ventus. Cels. lib. 2. cap. 1, Nam ferè ventus vbique à mediterraneis veniens regionibus, salubris: à mari grauis est.
Secundus ventus, Prosper, minimè contrarius. Cic. ad Catonem lib. 15. 3, Et existimabam M. Bibulum proconsulem, qui circiter Idus Sextiles ab Epheso, in Syriam nauibus profectus erat, quod secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse.
Septentrionales & Septentriones venti. Colum. lib. 11. cap 2. Cic. ad Att. lib. 9 173, Ex ea die fuere septentrionales venti: naues quibus vsus non est, omnes aut præcidisse, aut incendisse dicunt.
Tenuis. Virg. 3. Æneid.
Tepidus. Ouid. 7. Metam.
Vagus. Horat 3. Carm. ode 29.
Trux. Stat. 10. Thebaid.
Tumidus. Seneca Medea, 8.
Validus. Ouid. 6 Metam.
Vanus. Catull. Argon. 59.
Vehemens ventus & immoderata tempestas. Cic. pro Roscio, Amerino.
Violenti venti summa vis. Lucret. lib. 5.
Abire in ventos, Vide ABEO.
Absentes venti, Vide Absens, in ABSVM.
Accipiunt ventos à tergo carinæ. Ouid. 12. Metam.
Accipiunt naues à terho ventos, Vide A præpositionem.
Admouit te ventus oræ Siculæ. Virg 3. Æneid.
Agentes frigora venti. Virg. 1. Georg.
Agit nubes ventus. Virg. 1. Georg.
Agit nubila ventus. Virg. 1. Georg.
Agitur carina suo vento. Ouid. epist. 21.
Actus discordibus ventis. Ouid. 4 Metam.
Agitari ventorum vi. Cic. pro Cluentio.
Opponere à vento, Vide A vel AB præpositiones.
Aspirare ventos alicui. Virg 5. Æneid.
Iram de cælo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, ventósque aspirat eunti.
Bacchans ventus. Horat. 1. Carm. ode 25.
Circunflari à ventis inuidiæ, Vide CIRCVNFLO.
Claudit ventos carcere Hipporades. Ouid. 4 Metam.
Carcer clausus ventorum. Virg 1. Æneid.
Cohibentur in antris leues venti. Ouid. 15. Metam.
Committere vitam ventis, Nauigare. Virg. 10. Æneid.
Magni commorunt æquora venti. Lucret. lib. 2.
Concipere ventum, Vide CONCIPIO.
Odioso vento concita æquora. Ouid epist. 18.
Concrescunt imbres gelidis ventis. Ouid. 9 Metam.
Concurrunt prælia ventorum. Virg. 2. Georg.
Confligunt rupto turbine aduersi venti. Virg. 1. Georg.
Consurgunt venti ab atro vespere. Virg. 5 Æneid.
Coorti venti. Lucret. lib. 2.
Crepitabat leni bractea vento. Virg. 6 Æneid.
Custodit ventos Æolus. Ouid. 11. Metam.
Deprælíantes feruido æquore venti. Horat. 1. Carm. ode 9.
Dare comam diffundere ventis. Virg 1. Æneid.
Dant cursum venti. Virg. 3. Æneid.
Placata maria dant venti. Virg 3 Æneid.
Operam dat ventus, Prosper est. Plaut. Milite, 16.

Dare se vento. Cæsar 3.de bell.Gall.
Dare verba in ventos. Ouid.1.Amor.eleg.6.
Ire ventis. Horat.epod.9.
Enertere æquora ventis. Virg.1.Æneid.
Expectare ventum. Cic.Torqueor vtrum ventum expectem,&c.
Explorare omnes ventos. Virg 3.Æneid.
Facientes frigora venti. Ouid.1 Metam.
Fauentes venti cælo pelagóque. Ouid.epist.2.
Ferens ventus. Virgil 3 Æneid.
Expectet facilémque fugam ventósque ferentes. Id est, bene flantes, propitios. Seruius.
Ferri miuriosis ventis. Horat.epod.17.
Nauis fertur velis ventóque. Lucret.lib.4.
Ferunt omnia ventis nimbisque. Virg 1 Georg.
Frangunturque venti. Plin.iunior lib.2 epist.17 ad Gallum, Cryptoporticus, vt tenet Solem, sic Aquitonem inhibet, submouétque, similiéque Africum sustit,atque ita diuersissimos ventos, alium alio latere frangit & finit.
Furentes venti. Virg.10 Æneid.
Glomeráque ferens incendia ventus. Virg.2.Georg.
Habere ventum. Cic.Fam.15.
Impellunt ratem venti. Silius lib.17.
Impulsa ianua animoso vento. Ouid.1.Amor.eleg.6.
Impendens ventus. Virg.1.Georg.
Increbrescit ventus, Vide INCREBRSCO.
Secundis ventis intendere vela. Virg.3.Æneid.
Vtilibus ventis intrare vrbem. Ouid.13.Metam.
Luctantes venti, Vide LVCTOR.
Mouere ventos tenui flabello. Ouid.1.de Arte.
Nanciscí ventum. Cæs.lib.4.de bell.Gall.
Nascitur ventus, Vide NASCOR.
Fauentibus ventis nauigare æquor. Ouid.15 Metam.
Perpessus ventos & imbres. Virg.2.Æneid.
Petere vrbem aliquam vento. Virg.2 Æneid.
Ponunt venti. Virg.7.Æneid.Id est quiescunt,desinunt.
Folle premere ventos. Persius sat.5.
Profundere verba ventis Lucret.lib 4.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. Virg 5.Æneid.
Pugnantes venti. Lucret.lib.6.
Putari vento & imbri. Virg 4.Æneid.
Flamine ventorum pulsæ nubes. Catul Argon.59.
Quassata classis ventis. Virg.1.Æneid.
Quiescunt venti. Plin.iun lib 2.epist 17.ad Gallum.
Vita recessit in ventos. Virg.4.Æneid.
Sæuit mare ventis Seneca Troade 10.
Secare ventos. Virg 4.Æneid.de Mercurio volante.
Secundante vento. Tacit.lib 2.
Sequi vrbem aliquam aut regionem vento. Virg.4.Æneid.
Silent venti. Seneca Medea 8.
Solutum æquor pace ventorum. Stat.3.Thebaid.
Vitalis ventus spargitur per pulmonis raritatem. Lactant. De opif.Dei,cap.11.
Sternere ventos,Placare. Horat.1.Carm.ode 9.
Placidi strauerunt æquora venti. Virg 5.Æneid.
Erit ventus,spirabit ventus. Virg 1.Georg.
Surgentes venti. Virg 1.Georg.
Temperat ventos Æolus Ouid.epist.10.
Tenuis unt æquora venti emissi. Ouid.11.Metam.
Trahitur vento nubes. Virg 4. Georg.
Turbantes æquora venti. Lucret.lib.2.
Veniens à mediterraneis regionibus ventus. Celsus lib.2.cap.1.
Verrentes æquora venti. Lucret.lib.5.
Vesanientes ventus, Catull ad Thallum,22.
Verbera ventorum vitare. Lucret.lib.5.
Vocatis ventis prona petit maria. Virg 5.Æneid.
Volunt mare venti. Virg 3.Æneid.
Crudelibus ventis vti. Ouid.epist 10.

¶Ventus secundus,pro secunda fortuna, per translationem. Cic. ad Att.lib.2 16.Quid si etiam Cæsarem,cuius nunc venti valde sunt secundi,reddo meliorem?

¶Ventus,pro Procella & turbine in Repub. Cic.in Pisonem, Neque tam sui timidus, vt qui maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam,&c. pertimuisceremalios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas.

Colligere concionum ventos,hoc est Rumores, & sententias,aut deliberationes Cic.pro Cluentio,Condemnato Oppianico, statim L Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putauit,vt ex inuidia senatoria posset crescere,quod eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabantur.

Ventum populasé quærere in re aliqua, Populi plausum & secundum rumorem,fauoremque inanem expiscari. Cic pro A.Cluentio, Verùm omnes intelligimus in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum.

Ventus textilis,pro veste ventosa & tenuissima,æquanéque propemodum subtilitate ventos. Petronius Arbiter,

Æquum est induere nuptam ventum textilem. Turnebus.

Ventulus, ventuli, pen. corr.m.ge.Diminutiuum {αἰκμέλιον.} Terent. Eunucho 3.5.

Cape hoc flabellum,& ventulum huic sic facito dum lauamur.

Ventosus,pen.prod.Adiect. {ἀνεμώδης, αἰκμώδης, φασώδης} Vento plenum: vt ventosa regio.

Ventosus aër. Plin.lib.2. cap.18. Ouid.2.Amor.eleg.9. ad Cupidinem.

Tu leuis es,multóque tuis ventosior alis.

Æquora ventosa. Virg 1.Georg.
Alæ ventosæ. Virg.12. Æneid.
Aurææ ventosæ. Ouid.de Medicamine faciei.
Concha ventosa,Vide Concha pro tuba,in CONCHA.
Cursus ventosus. Horat 2.epist.1.
Dies ventosus.Paul.in l.Qui occidit §.in hac act.D,Ad legem Aquil.Siquidem die ventoso id fecit,culpæ reus est.
Equi ventosi,Celeres. Ouid.4.Fast.
Follis ventosus,Virg.8.Æneid.
Fornax ventosa. Cato cap.38.
Mare ventosum. Horat 3 Carm.ode 4.
Mens ceruorum ventosa.Lucret.lib.3.
Murmur ventosum auræ.Virg eclog.9.
Potentia ventosa Neptuni. Ouid.2. Amor.eleg.16.
Qualitas ventosa cæli. Colum.lib 3 cap.1.
Status ventosus cæli. Colum.lib.7.cap 3.
Vndæ ventosæ.Ouid.epist.18.

¶Ventosus, Inanis. Plin.in Paneg. Superbiebat ventosa & insolens natio. Cicero 11 Philipp. Nam extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est,minimè vestræ grauitatis,minimè huius ordinis.

Gloria ventosa Virg.11.Æneid. Id est Inanis iactantia.

Ventosus homo, dicitur leuis & inconstans.Horatius 1. epistol 8. Brutus ad Cic.libro 11.9, In primis rogo te ad hominem ventosissimum Lepidum mittas.

¶Ventosus,per translationem, Mobilis. Horat.lib.1.epist.ad C. Cilnium,

Non ego ventosæ plebis suffragia venor. Liu.lib.42,Quoddã ventosum ingenium præcipites ad omnia nouanda agebat.

Plebs ventosa. Horat 1.epist 20.

Rario ventosa fauoris. Claud.de bello Getico.

Venuculus pen.cor.vel vt in quibuldam exemplaribus legitur Veniculus, aut venusculus Adiectiuum. vt Venucula vitis, Venusculum far,Colum.lib.3.cap. 2. Item quarum vuæ temporibus hyemis durabiles vasis conduntur,vt venuculæ,& nuper in hos vsus explorataæ,numisianæ.Et in eodem cap.17.Plin.li.14.cap.2, Veniculam inter optimè deflorescentes & ollis aptissimam, Campani malunt sticulam vocare,alij staculam, Tarracina numisianã, oullas vires propias habentem,sed totam perinde ac solum valeat. Col.lib.2. ca.6. Fa quod vocatur venuculum rutilum, atque alterum candidum, sed vtrunque maioris ponderis quàm Clusinum. Quo in loco vermiculum legit Ruellius, fortasse exemplo Plinij adductus qui libro 22.ca 25.ait in farre vermiculum esse teredini similem,qui deinbus vitiaris medeatur. Nescio tamen an venaculum melius legi debeat. ait enim Plinius far aliorum vernaculum dici.

VENVLVS pen.cor. Turni legatus ad Diomedem, vt scribit Virgilius in procœmio lib.8.Æneid.

Venum {παρὰ τὸ πωλεῖσθαι} à Venio, quasi Venium, vsurpatur pro supino verbi Veneo. Liuius,Se venum à primoribus datos. Gell. lib.7. cap.4.Venum solitos ire pileatos.Id est vendi. Vide VENEO.

Veno exercere, Id est promercale habere, apud Tacitum, teste Budæo.

Venundo venundas,pen.prod.venundedi, venundatũ, {ἀπεμπολίω,} venundare,pen.cor.Plin.li.35. Octogintà talentis venundatas. Propert.lib 3.eleg 19,

Tuque ô Minoa venundata Scylla figura.

Venundatio venundationis,Verbale, {ἀπεμπόνησις} Permutatio rerum & contractus ex conuenientè prouenientes.

VENVS {ἀφροδίτη,πάφος,κυθέρεια} Iouis filia à nostris (vt scribit Cic. de Nat.deor.) sic dicta, quòd ad res omnes veniret, atque ex ea potius venustas,quàm Venus ex venustate. Sic ibidem lib.3. Venus quia venit ad omnia Augustinus de ciuitat.dei lib.6.cap.9 Venus ob hoc dicitur nunc upata,quòd sine eius vi fœmina virgo esse non desinat. Græci ἀφροδίτην, quòd è spuma maris è testibus Saturni proiectis sit nata. Concha insidentem finxerunt,quòd,vt legitur apud Stobeum, mulierem doceat præter omnia cura sub tecto,ac silentium. Hæc Venus amorum,gratiarumque, ita pulchritudinis & deliciarum, & voluptatum omnium dea est. Cicero Veneres plures fuisse declarat lib.3. de Nat. deor. his verbis, Venus prima Cæio & Die nata, cuius fit delubrũ videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata, & Diona, quæ nupsit Vulcano: sed ex ea & Marte natus Antheros dicitur. Quarta Syria Cyróque concepta,quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.

Regina Guidi Paphique Venus. Horat.1.Carm.ode 30.

¶Venus pro Libidine. Terent.Eunuch.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Dicuntur hæc sub persona Chremecis adolescentis rustici, qui sobrius oderat meretrices, pòst idem potus non abhorret. Cibus enim & potus irritamenta sunt libidinis.Eleganter autem Cererem pro cibo,Bacchum pro vino,Venerem pro libidine dixit,continenter in figura persistens. Ardent amantes,& frigent quæ languent. Erasmus.

¶Venerem,quàm coitum dixisse magis decet, ait Quintil.lib.8. cap.6. Plin.lib.24 cap.9,Ad venerem impetus inhibent.

Frigidus in venerem senior. Virg.2. Georg.

Pronum genus in venerem. Ouid.6 Metam.

Rudis ad furtum veneris Ouid.epist.16.

Concordia veneris. Ouid.13.Metam.

Sagittæ veneris. Lucret.lib.4.

Spes veneris inconcessa. Ouid.9.Metam.

Stimuli veneris. Lucret.lib.4

Studiosa veneris iuuentus. Horat.2.Serm.sat.5.

Voluptas damnosa veneris. Ouid.1.de Ponto eleg.12.

Vsus Veneris alienus. Celsus lib.3.cap.21,Vbi conualuit aliquis,diu tamen alienus ei veneris vsus est.

Alma

Alma Venus Virg.1.Æneid.
Aurea Venus. Virg.10. Æneid.
Auspicata venus. Catul.de Acme & Septimio 42.
Non casta Venus Seneca Hippol.2.
Cytherea Venus Horat.1.Carm.ode 4.
Damnosa Venus Horat.1.epist.19.
Decens Venus.Horat.1.Carm.ode 18.
Diua Venus.Virg.2.Æneid.
Externa venus.Ouid.14 Metam.
Fœmineam venerem refugere.Ouid.10.Metam.
Formosa Venus. Virg.eclog.7.
Furtiua venus.Ouid.1.de Arte.
Idalia Venus.Virg.5.Æneid.
Ignaua venus,Quæ otio delectatur.Ouid.2.Amor.eleg 18.
Illicita venus Stat.8.Thebaid.
Impia venus.Concubitus incestus.Seneca Thyeste 6.
Læta venus.Horat.3.Carm.ode 21.
Marina venus.Horat.4.Carm.ode.11.
Nefanda venus. Virg.6.Æneid.
Nuda venus.Ouid 3.de Arte.
Paphia venus, Vide PAPHOS.
Parabilis venus.Horat.1.Serm.saty.2.
Prisca venus.Horat 3.Carm.ode 9.
Rara venus.Celsus lib.3.cap.27.
Turpis venus. Senec.Octauia 4.
Tuta venus,Non prohibita legibus.Ouid.1.de Arte.
Volgiuaga venus.Lucret.lib.4.
Vtilis venus.Celsus lib.1.cap 3.
Vtraque venus.Ouid.3.Metam.
-Venus huic erat vtraque nota. De Tiresia,qui & mas fuerat & fœmina.

¶Abstinere venere, Vide ABSTINEO.
Abundare venere, Vide ABVNDO.
Telis veneris ictum accipere.Lucret.lib.4.
Admittere venerem curis, Vide ADMITTO.
Furtiuam venerem agitare cum aliqua.Firmic.lib.5.cap.11.
Amat otia venus.Ouid.1.de Remed.
Ardescere venere.Lucret.lib.5.
Auertere venerem & stimulos amoris,Virg.3.Georg.
Carere fructu veneris.Lucret lib.4.
Facere sibi modum veneris in aliqua.Ouid.4 Metam.
Sancta venus habitat in paruis tectis.Senec.Hipp.2.
Inhibere venerem, Vide INHIBEO.
Iungi per veneris res.Lucret.lib.5.
Languentis veneris irritamentum.Iuuen.sat.11.
Nosse venerem, Vide NOSCO.
Perrumpere nodos venetis.Lucret.lib.4.
Muneribus veneris potens,Formosus.Horat.Carm.ode 16.
Ruens in me venus.Horat.1.Carm.ode 19.
Soluere corpora in venerem.Virg.4.Georg.
Temperare venere.Celsus lib.4.cap.24.
Vacare veneri.Senec.Agamem.3.
Vendere venerem.Tibull.lib.1.eleg.4.
Concessa venere vti.Horat.1.Serm.saty.4.

¶Venus.Stella quæ aliàs Lucifer dicitur.Cic.2.de Nat.deor.Infima est quinque errantium terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem Hesperos.

Venus,pro Amica.Virg eclog.3,

Parta meæ veneri sunt munera, &c.

¶Venus,Pulchritudo,Venustas,Ornatus,Elegantia. Quint.lib.6. cap.4,Quod cum gratia quadam & venere dicitur.Plaut.Stich.5,
-profectò
Amœnitates omnium venerum & venustatum affero.
Veneres dicendi.Quint.lib.10.cap.1.
Exornare narrationem gratia & Venere.Quintil.lib.4.cap.2.

¶Venus,pro Taiorum iactu Venerio.Suet.in Augusto cap.71,Talis enim iactatis vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium cõferebat:quos tollebat vniuersos,qui Venerem iecerat.

Venerius, Adiectiuum,siue Venerens {ἀφροδίσιος, ἀνεμώδης} Quod ad Venerem pertinet: vt Venerius nepotulus apud Plautum in Milite 22, Et apud eundem Veneria sacerdos,in Rudente 9.

Homo venerius,Veneri consecratus. Cic.pro Cluent. Cúmque item vt in Sicilià permulti venerei sint, sic illi Larini in Martis familia numerarentur. Idem 7.Verr.Iste autem homo venerius,& affluens omni lepôre & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit.

Venereus, Iactus tali.Cic.1.de Diuinat. Quatuor tali iacti casu, venereum efficiunt. Num etiam centum venereos, si quadringentos talos iecerit,casu futuros putas?

Voluptates venereæ.Cic.4. Tusc. Et vt turpes sunt qui efferunt se lætitia tum quũ fruuntur venereis voluptatibus,sic flagitiosi,qui eas inflammato animo concupiscunt.

Pyra veneria,apud Col.lib 5.cap.10.& lib.12.cap.10.

Vti rebus venereis. Cic.de Senect.

Venustus,Aliud adiectiuum {σεμνὸς,σπουδαῖος,ὑπέρχαρις εὔχαρις, ὑπερφυὴς ἄγαν, ὑπερφυὴς δίκην} A venere dicitur, teste Cicerone 2.de Nat.deor.

Homo venustus.Catul.ad Varum,29.Idem de Passere.3.

Lugete ô Veneres,Cupidinésque,

Et quantum est hominum venustiorum.

Soror venusta. Catull.de Gellio,84.

Vultus venustus,Ingenuus,elegans.Terent.And.1.1,
-& vultu Sosia

Adeò modesto,adeò venusto,vt nihil suprà.

Gestus corporis venustus.Cicero de Claris Orat. Gestus & motus corporis ita venustus,vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur.

¶Venustum esse,quod cum gratia quadam & venere dicatur,apparet,inquit Quintil.lib.6 cap.4.Cice.ad Trebonium,lib.15.21,Primùm quod tibi facerum videtur quicquid ego dixi, quod alij fortasse non item: deinde quòd illa siue faceta sunt, siue sic fiunt narzante te venustissima.

Sed obsecro te,ita venusta habeantur ista,non vt.Cic.in Par.

Venustus & vrbanus.Cice.1.de Orat. Sed cùm omnium sis venustissimus & vrbanissimus, omnium grauissimum & severissimum & esse & videri,quod isti contigit vni,id mihi vix ferèdum videbatur.

Sermo vrbanus & venustus.Cic pro Domo sua.

Sententia dulcis & venusta.Cic.de Claris Orat.

Venustum ad aspectum.Cic.in Orat.Vt quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam,idem ad aspectum etiam sit venustum.

Pulcher magis quàm venustus.Suet.in Nerone, cap. 52.' Suffauo capillo, vultu pulchro magis quàm venusto.

Venustulus,pen.cor.Adiect.diminutiuũ.{ὑπέσκωπτος} Plaut. Asin.5,
-compellando blanditer,

Oscúlando,oratione vinula,venustula.

Venustas,venustatis,fœ.ge. {κοσμιότης, εὐχαριστία} Pulchritudo propriè mulierbris,& dignitas:item gratia dicẽdi, amabilísque suauitas.Plaut.Pœn.4.

Pulchrũ & celebrẽ,& venustatis diem plenum. Terent. Hecy.5. 4, Antiquámque adeò ruam venustatem obrines. Cic.6.Verr.Erant ænea præterea duo signa non maxima, verùm eximia venustate, virginali habitu atque vestitu.Idem 1.Off. Venustatem muliebrem ducere debemus,dignitatem virilem.

Ex venere venustas dicta est.Cic.2 de Nat.deor.

Venustas & pulchritudo corporis fecerni non potest à valetudine,Cic.1.Off.

Vultus multa affert tum dignitatem tum venustatem.Cic.in Orat.

Vsus & venustas.Cice.1. de Nat. deor. Cùm artificium effingitis, fabricámque diuinam,quàm sint omnia in hominis figura non modò ad vsum, verùm etiam ad venustatem apta describere.

Festiuitas & venustas dicendi. Cice. 1. de Orat. Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit, in quo quid tibi iuris ciuilis exercitato profuerit,non intelligo,dicendi eis egregia, summa festiuitate,& venustate coniuncta profuit.

Subtilis venustas atque vrbanitas.Cic.lib.1.de Orat.

Commendatur expositio venustate.Quintil.lib.4. cap.2.

Lepore & venustate affluens.Cice.7. Verr. Iste autem homo venerius & affluens omni lepore,& venustate.

Agere cum dignitate & venustate.Cic.1.de Orat.Tum ea demum vestire atque ornare oratione, pòst memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate.

Venustè, Aduerbium {σεμνῶς} Cælius ad Ciceronem, lib.8. 4.Qua in re mihi videtur illud perquàm venustè excidisse.

VENVSIA {ἀφροδισία} Colonia inter Lucaniam & Apuliam, Horatij poetæ patria,qui inde Venusinus,pen.prod.dicitur.Venusiæ meminit Plinius lib 3.cap.11.

Colonus Venusinus.Horat.2.Serm.saty 1.

Syluæ Venusinæ.Horat.1.Carm ode 28.

Vepallidus, Adiectiuum, Male & miserè pallidus, vel aliquantum pallidus. nam ve in compositione interdum auget, interdum minuit,vt in his,Vesanus,Vecors,Vegrandis.Hor.lib.1.Satyr.2,
-vepallida lecto

Desiliat mulier,&c. Sic restituit Lambinus.

VERRA, æ, fluuius, vel torrens potius è Cebennis montibus descendens,& Biterrinorum(quod oppidum est in diœcesi Bœterrẽsi) mœnium quartam partem alluens,ibique ad eam eius loci portam,quæ Portaletum dicitur, Obri sese coniungens, Bœterris in mare Mediterraneum haud procul Narbonem procurrit: nomine à vepribus inter quos & lœaturit & labitur deducto.Gallicè,Vebre.

Vepres,vepris {ἄκανθα} tam in singulari, quàm in plurali, generis masculini est secundum Probum, & fœminini secundum Priscianum: Rubus, siue spina, aut etiam spinarum septum vel sepes dicitur:quòd vehementer prehendat. Ouid.5.Metamorphoseos,

Aut leporis qui vepre latens hostilia cernit

Ora canum. Col.lib.11.cap.3.Hunc veprem manifestum est interiminon posse.In quo capire ipiram, sentem, & veprem pro eodem accipit.Cic.5.Tusc.Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis,indagaui sepulchrum.Hor.1.Epist.17,

Cõtra vepres,& pruna ferant,& corous,& ilex.

Hirsuti secuerunt corpora vepres.Virg 3.Georg.

Sparsi rorabant sanguine vepres Virg.8.Æneid.

Incendere vepres.Virg 1.Georg.

Vepricula,vepreculæ,penult. corr.Diminut. {ἀκανθιδίον} Cic.pro Sest. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub.conaretur arrodere.

Veprerum,vepreti,pen.prod. {ἀκανθῶδες} Locus vepribus plenus. Col. lib.4.cap.32,Fluminum ripis & limitibus ac vepretis commodius, quàm mediis agris deponitur.

Ver, veris, n. g. {ἔαρ, εἶαρ, ῆρ} Anni pars temperatior,à Veniendo dictum,quòd tum venire,id est oriri & crescere incipiunt virgulta, & frondes ac flores arborum atque herbarum.

Ver in tres partes diuiditur,Nouum,adultum,& præceps. Vide ADVLTVS.Virgil.1.Georg.

Vere nouo,gelidus canis quum montibus humor.

Liquitur. Vbi Seruius, Vere nouo, & anni initium accipimus, & primam partem veris.

Primo vere;Id est nouo.Plin.lib.10.cap.29.

Veris initium,quando.Cic.7.Verr. Quum autem ver esse cœperat,cuius initium ille non à Fauonio neque ab aliquo astro notabat, sed quum rosam videret, tum incipere ver arbitrabatur.

Aquosum.Stat.4.Sylu.4.

Benignum.Seneca Thyeste 9.
Breue.Ouid.1.Metam.
Imbriferum.Virg.1.Georg.
Nidificum.Seneca Medea 9.
Nimbosum.Iuuen.Saty.4.
Purpureum.Virg.eclog.9.
Tepidi veris tempora.Ouid.5.Fast.
Vdo vere madent terræ Virg 3.Georg.
Adoleferit ver,Vide ADOLEO.
Agere ver.Virg.2.Georg.
Appetit ver, Vide APPETO.
Incipiente vere,Vide INCIPIO.
Ineunte vere,Vide INEO.
Rubens.Virg.1.Georg.
Tepens.Ouid.3.de Arte.
Ver sacrum.Sisenna li.4.hist. Quondam Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.Festus,Ver sacrum vouendi mos fuit Italis:magnis enim periculis vouebant adducti,quæcunque proximo vere nata essent apud se animalia,immolaturos.Sed quum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant. Vide Liuium Decad.3.lib.2.& Decad.4.lib.4.
Ver tanquam adolescentiam significat,ostenditque fructus futuros:reliqua tempora demetendis frugibus,aut percipiendis accommodata sunt.Cic.de Senect.
Vernus,Adiect. {ἔαρινος, ἐαρικὸς} Quod est veris, vt Verni flores,Vernum æquinoctium.Plin.lib.10,cap.31.
Aura verna.Ouid.epist.6.
Flos vernus.Tibul.lib.2.eleg 1.
Rosa verna.Propert.lib 3.eleg 5.
Sol vernus.Ouid 3.Trist eleg.12.
Species verna diei,Formositas temporis verni.Dies enim hic tempus significat.Lucret.lib 1.
Tempus vernum.Horat.de Arte.Cic.de Senect.Breue enim tempus ætatis ſaris est longum ad bene honesteque viuendum. sin processeris longius,non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent præterita verni tepori suauitate æstatem autumnúmque venisse. Idem 5 Tuscul.Verno tempore tepefactis frondescunt.
Vernum,ni,pro Verno tempore,vel Vere.Plin.lib.19.ca.3 Ibidem cap. 5.In hoc mirum,imas eius radices crescere hyeme:verno aut quum apparuerit viola,minui ac contrahi.
Verno,vernas, {βλαστάνω} vernare,Pullulare:quòd ipso vere omnia renascí & succrescere conspiciantur.Martial.lib.2.,
Quum tibi vernarent dubia lanugine malæ. Id est, pilos emittere incipierent.Columel.lib 9 cap.9.,Apes,inquit,curam postulant diligentiorem,quum vernant & exundant nouis fœtibus.
Ager vernans passere arguto.Martial.lib.9.
Arbores vernantes.Plin.lib.22.cap 22.
Humus vernat.Ouid.7.Metam.
Nemus vernat.Seneca Herc.Oetæo 4.
Sylnæ vernantes.Seneca Herc.Oetæo 4.
Cælum salubre & vernans,Salubre & mite,omnibúsque tam gratum quàm quod verno tempore videmus.Plin.lib.7.cap.2.
¶Vernare,Splendere Plin.lib 8.cap.27,Anguis hyberno situ membrana corporis obducta,fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidúsque vernat.
Vultus vernabant lanugine.Claud.7 Paneg.
Vernant auiculæ. Plautus,
Dum auiculæ vernant. Quippe verno tempore omnia lætari videntur.
Auis vernat indocili gutture,Lætatur,lasciuit. Ouid.3.Tri.ele.12.
Vernatio,vernationis {βλάστησις}Cutium vetus quo serpentes exuuntur: quoniam id Veie faciunt.Notum enim est serpentes quotannis verno tempore exuere membranam corporis,hyberno situ obductam. Plin.lib. 30. cap.3, Anguinæ verberationis membrana cum oleo tedáque resina calefacta.Sic.lib.29.cap.5,Membrana siue senectus anguium vecuatione exuta cum cancro masculo trita.
Veracitas, Vide VERVM.
Verædus,opinio est verædum equũ esse, qui vehat rhedam:sed Turnebus equum putat,qui neque rhedam,neque cisium trahat,sed vice tamen rhedæ sit.Id adeò ex Martiale & Ausonio coniicere licet:
Ille enim inquit,
Parcius vtaris moneo rapiente verædo
Prisce,nec in lepores tam violentus eas. Non,vt opinor,qui venabatur, rheda vectabatur: sed & equum esse non rhedam sequens versus indicat,
Decidit ex cursus nec rediturus equo. Ausonius etiam apertissimè id indicat,his verbis,
Non cisium,aut pigrum cautus conscende verædum
Non tibi sit rhedæ,non amor acris equi. Iterum,
Vel celerem mannum, vel ruptum terga verædum. Vbi in equis viatoriis numeratur verædus Sed & in antiquo lexico exponitur πόλος. Isidorus tamen verædos esse dictos ait, quòd veherent rhedas, vel quod per vias publicas currãt, per quas & rhedas ire solitum erat.Ex Turnebo.
Veratrum,veratri,penul.prod. {ἐλλέβορος} Herba,quæ & helleborum dicitur,teste Plin.lib.25.cap.5.Perf.saty.1,
non hic est Ilias Acci
Ebria veratro. Lucret.lib.4.
Præterea nobis veratrum est acre venenum:
At capris adipes, & cothurnicibus augent, Vide HELLEBORVM.
Veratrum album.Celf.lib.2.cap.13.
Veratrum nigrum.Celf.lib.2.cap.12.
Verax, Vide VERVM.
Verbascum, {φλόμος} Herba quæ Græcis,inquit Plin.phlomos dicitur.cuius apud eúdem duas species videbis expressas, nostra lingua Bolionem album aut nigrum vocamus.Vide Plin.lib.25.cap.10.
Verbena.verbenæ,pen.prod. {ἱερόστονος} Propriè,vt ait Seruius,herba sacra,sumpta de loco sacro Capitolij,qua coronabantur fœciales & pater patratus fœdera facturi,vel bella indicturi. Plin.lib.22.ca.2, Siquidem authores imperij Romani, conditorésque imranensum quiddam & hinc sumpsere,quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere,& in sacris, legionibúsque verbenæ. Certè vtroque nomine idem significetur, hoc est gramen ex arce,cum sua terra euulsumque semper & legati,quum ad hostes,clarigatúmque mitterentur,id est,res captas clarè reperitum:vnus vtique verbenarius vocabatur.Plaut.Trucul.9.
Fer huc verbenam mihi,thus,& bellaria. Virg.12.Æneidos,
-& verbena tempora vincti. Multis ſtatim ab radice trepidaneis angulosíque cauliculis,coma subtus incana,&c.Ruellius.
¶Verbenas abusiuè vocamus omnes frondes sacratas, vt est laurus,oliua,myrtus.Terent,And.4 4,
-ex ara hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne. Nam myrtum fuisse Menander testatur.Hæc Seruius.
Verbenas Donatus ait esse omnes herbas & frondes festas ad aras coronandas,ex aliquo loco puro decerptas,quasi herbenas.Cic. 6.Verr. Dies ille quo ego Ennam quum venissem,præsto mihi facendores Cereris eum iusulis ac verbenis fuerunt.
Pingues verbenas adolere.Virg.eclog 8.
Velare capita verbena Propert.lib.4 eleg 3.
Cæstis verbenis vincta ara.Horat.4.Carm.ode 11.
Vincti tempora verbena.Virg 12.Æneid.
Verbenarius,Adiectiuum.Suet.in Caligula. Alterum qui se periturum ea de causa vouerat, cunctantem pueris tradidit verbenarum infulatúmque.Sic restituit ex veteribus libris,cùm verberatum mendosè exeudatur. Turnebus.
Verbenaca,verbenacæ,pennult prod. {ἐρεσιμον} Herba eadem quæ & verbena dicitur.Plin.lib.25.cap.9,Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet quàm hierobotane.Aliqui perperàm,nostri verbenacam vocant.Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus.Hac Iouis mẽsa verritur,domus purgantur,lustrantúrque.Genera eius duo sunt,Foliosa quam fœminã putãt: Mas rarioribus foliis. Rarioli vtriusque plures,tenues,cubitales,angulosi.Folia minora quàm querci,angustioráque,diuisuris maioribus, flos glaucus, radix longa, tenuis,Nascitur vbique in planis æquosis.
Verbenaca nomen in Latinis scriptoribus non rarum, qua ratione firmatum sit non apparet: proindéque verbenatam dici debere Turnebus putat, cùm præsertim verbena gramen ex arce cum sua terra euulsum significet,quod gramen sacrum putabant,& ἐρεσιμον, id est verbenata sæpe sumeretur, & verbena fieret, &, vt ita dicam, verbenaretur. Quo factum est vt verbenata etiam verbena diceretur, cùm verbena propriè omnem herbam sacram significaret: sed & ramos quibus aras ornabant, aut adolebant.Virgilius,
Verbenásque adde pingues & mascula thura. Hæc Turnebus.
Verber,verberis,pen.corr.n.g. {μαστὶξ,πληγὴ,μάστιγξ} Instrumentum (inquit Valla lib.6.)longum & exile,qualis est virga,baculus,fustis, lora,flagellum,fecula,arundo,& siquid est simile. Terent.And.1.2, Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam vsque ad necem.
Virg.3.Georgicon, -illi instant verbere torto,
Et proni dant lora. Cic.7.Verr.;Ne catenæ,ne verbera,ne secures, ne cruciatus sociorum,&c.Martial.lib.14,
Sordida si fluuo fuerit tibi puluere vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.
Surdo verbere hominem cædit conscientia.Iuuenal.Saty.13,
-cùm tamen hostu
Euasisse putes,quos diu conscia facti
Mens habet attonitos?& surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum? Surdo verbere,hoc est,occulto,tacito, nec ab aliis audito vel intellecto, quum interius à conscientia flagellatur. Tortorem vocat animum, quia tortoris præstat officium.Malos enim sua punit & torquet conscientia.
Ictu verberis increpuit equos.Ouid.14.Metam.
Crudi verbere lacerauit mea terga Ouid 2.Fast.
Crudo verbere mugit forum.Stat 1.Sylu.1.
Sæuire verbere.Ouid.2.Metam.
Recto verbere sæuus scorpius, ictu caudæ erectæ.Lucan.lib.9.
¶Verbera nonnunquam pro ipsa verberatione,siue pro ictibus accipimus.Terent.Heaut.2.3,
Tibi erunt parata verba,huic homini verbera. Liu.2.ab Vrbe,Inde ostentare tergum fœdum recentibus vestigiis verberum.
Densa verbera.Statius 6.Thebaid.
Inania verbera Claudian.in Ruffinum.
Sæua verbera.Virg 3.Georg.
¶Accipere verberibus,Vide ACCIPIO.
Animaduertere verberibus,Vide ANIMADVERTO.
Castigare verberibus,Vide CASTIGO.
Coërcere aliquem verberibus,Vide COERCEO.
Deterreri verberibus. Cic.5 de Fi.Videmus igitur vt cõquiescere ne infantes quidem possint: quum verò paulùm processerint,lusionibus vel laboriosis delectantur,vt ne verberibus quidem deterreri
Ferre{verbera in aliquem.Ouid.1.Amor.eleg 7. (possint.
Ferre verbera alicuius.Quintil.2.de Arte.
Formidare verbera.Stat.5.Sylu.3.
Multare aliquem verberibus.Tacit.lib.1.
Necare aliquem verberibus.Cic.in Pisonem.
Negare se verberibus.Tibull.lib.2.eleg 3.
Pati verbera.Tibul.lib.3.eleg.4.
Lenta verbera pati.Virg.3.Georg.
Præbere manus verberibus.Ouid.1.de Arte.
Scindentia verbera pectus.Silius lib.1.

Sonant

Sonant sæua verbera.Virg.6.Æneid.
Stare ad verbera.Ouid.1.Amor.eleg 6.
Subeunt verbera manus teneræ.Ouid.Amor.eleg 13.
Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahũtur.Cic.Antequàm iret in exilium.
¶Radiorum verbera.Lucret.lib.1.
Ventorum verbera vitare.Lucret.lib.5.
Linguæ verbera,Obiurgationes Horat.3.Carm.ode 12.
Verbero,verberas,pen.corr. {πατάσσω,ἐμμαστίζω,μαστίγοω,αἰκίζω,βάπτω}
Verberare,Verbere cædere.Liu.2.ab Vrbe,Sunt qui patrem authore eius suppetij ferãt cum cognita domi cauta verberasse, ac necasse.Cicero 7.Verr. Quæ quum apud te diceret,virgis oculi verberabantur.
Pendere,pulsari & verberari.Cic.5.Verr.Videtis pendere alios ex arbore,pulsari autem alios & verberari,portò alios,&c.
Vngula sonante vrbem verberat equus Horat.epod.16.
Manifesto verberari,Vide MANIFESTVS.
Ora verberat manu.Propert.lib.2 eleg.10.
Verberare vebem tormentis.Cic.8.Philip.Quid ille vt faceret inducias? ante consules, ocuiósque legatorum tormentis Mutinam verberauit:opus ostendebat,munitionémque legatis.
Verberat alas,hirundo.Plaut.Bacchi.1.
Aquila verberat æthera alis.Virg.11.Æneid.
Ictibus auras verberare Idem 5.Æneid.
Verberari sole,luna,imbre,ac ventis.Plin.lib.14.cap.21.
Aër verberat etiam interiorem partem Lucre.lib.4.
Vmeæ verberatæ grandine.Horat 3.Carm.ode 1.
¶ Verberare, de verbis etiam dicitur: quoniam vt testatur Nonius, verberare non solùm à verberibus dictum,sed etiam à verbis. Plaut.Amphit.4,
Hinc enim mihi dextera vox aures vt videtur,verberat.
Aures sermonibus verberatæ Iacit.in vita agricolæ.
Verberare cog.rationis conuitio,pro Lacessere Q. Cicero ad Tironem,li.16 26,Verberari te cogitationis tacito dumtaxat conuitio.
Aliquem iniuria verberare.Cic.4. de Fin.
Verberito,verberitas,pen.corr.verberitare,Sæpe verberare.Festus,Verberitare idem Cato frequentiatiuè ab eo quod verbero dixit.
Verberatus,huius verberatus,pen prod.m.g. {μαστὶξ} Ipsa verberatio. Plin.lib.31 ca.3,Si etiam expressa in altum,aut è sublimi derecta,verberatu corripiat aëra De quatitate aquarum.
¶Verberatus pro Impulsu.Cic.li.7,Si non propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte iutauimus,eoldem nos inimicos.
Verberatio,verberationis,Verbale {μαστιγόω} Qv.Cicero ad Tironem l.b.16 27, Mitificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.
Verberabilis, {τυπτὸς} verberabilior,verberabilissimus.Plaut.Aulul.10, Verberabilisme etiam rogitas,non fur,sed cultur.
Verbereus,Adectiuum {τυπτὸς} Quod est dignum vt verberetur.Plaut. Perf 6,
Ain'verò verbereum caput? Idem Pseud.14,
-ted video Eccum verbereum statuam.
Verbero,pe.cor verberonis,mal.g. {μαστιγίας} Qui est verbere dignus. Plaut.Amph.4,
Ain'verò verbero. Ibidem 7,
-tũn'me verbero
Audes herum ludificarier?
Verbum,verbi { ῥῆμα, μῦθος,λόγος,ὄνομα } à verberatu, quod verberato lingua intra palatum aëre,omnis oratio promatur. Varro à veritate deducit,quòd verum nos loqui oporteat. Terent.And.5.2,
Verbum si addideris. Idem Hecy 3.1,
Fortasse vnum aliquod verbum intor eas iram hanc cõcinerit. Cic. 2.de Orat.Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis,toties eius verbi litteræ sunt cogitatione conquirendæ. Idem in Topicis,Verba sunt rerum notæ.
Verbum voluptatis,non habet dignitatem.Cic.2.de Fin.
¶Verba istæc sunt. Terent Phorm.3.2,
Idem hoc tibi,quod bene promeritus fueris,conduplicauerit. D. Verba istæc sunt.
Verba & ineptiæ. Cic.in Pis.Existimatio,dedecus,infamia,turpitudo,verba sunt atque ineptiæ.
Verbo tenus disserere. Cic.3.de Legibus, Veteres verbo tenus acutè illi quidem, sed non ad hunc vsum populatem, atque ciuilem de Rep.disserebant.
Ora pertia verbis. Ouid.5 Metam.
Ambage nouorum verborum obscurum carmen. Ouid.14.Meta.
Asperitas verborum,Ouid.14.Met.
Bonitas verborum. Cicero in Bruto,Orator autem viuis eius æqualibus proximus optimis numerabatur Curio propter verborum bonitatem, vt antè dixi,& expeditam ac profluentem quodam modo celeritatem.Paulo antè dixerat:Itaque in Curione hoc verissimè iudicari potest, nulla re vna magis oratorem commendari, quàm verborum splendore & copia. Apparet igitur, verborum splendore & bonitate rem eandem significari,vt copia & celeritate, Vide Bonitas,in BONVS.
Collocatio verborum.Quintil.lib.1.cap 10.
Comprehensio verborum, Vide Periodus & Verborum comprehensio,in COMPREHENDO.
Concinnitas verborum Cic.in Orat.
Copia verborum.Quintil lib.1.cap.8.
Copia cassa verborum.Lucret.lib.4.
Delectus verborum,o.igo est eloquentiæ.Cic de Clar.Orat.
Derivatio verborum.Quint.lib 3 cap.7.
Doctrina verborum. Vide vera & absoluta eloquentia,in ELOQVOR.
Electio verborum.Quint.lib.1.cap.12.
Elegantia verborum.Quint.lib.1.cap.8.
Grauitas verborum. Quintil.lib.1.cap.3.
Iaculatio verborum, Vide Iactatio in IACIO.
Immutationes verborum,vide Immutatio in IMMVTO.
Latitudo verborum. Cic.lib.2 de Orat. Fusius neruos in dicendo C Fimbrig,quos tamen habuit ille,non assequitur oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur. Nerui,sunt robur orationis Oris prauitas,oris contorta deformitas. Verborum latitudo, vasta ac rustica literarum expressio.
Magnificentia verborum.Quint.lib.3.cap.8.
Maiestas verborum.Cic.in Orat.
Murmura verborum.Ouid.10.Metam.
Splendor verborum. Cic. in Brut. Vide paulo antè BONITAS verborum.
Summa verborum.Ouid.13.Metam.
¶Balba verba.Horat.1.Serm.saty.3.
Blanda verba, Vide BLANDVS.
Canina verba Ouid.in Ibin,
Latrat & in toto verba canina foro.
Castrense verbum, Vide Castrensis in CASTRVM.
Certa verba, vide CERTVS.
Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum.Cic 1.de Nat.deor.
Compesita verba,vide COMPONO.
Confusa verba.Ouid 2 Metam.
Consulta verba, Vide Consultus in CONSILIVM.
Contumeliosissimum verbum. Quint.lib.2.cap.12.
Durum verbum,.mlolens & humile.Cic.de Claris Orat.
Examinata exiliter verba,vide Examinatus in EXAMINVS.
Exactanria verba.Ouid.5.Metam.
Expressa & sensu tincta verba.Quint.lib. 4.cap.2.
Exquisita verba.Quint.lib.4.cap.2.
Grandia verba.Persius saty 3.
Grauia verba,plena,sonantia,iuncta,facta,cognominata,non vulgata,superlata,in primisque translata, nec in singulis verbis, sed in continenti vsus soluta.Cic.in partit.
Grauissima verba.Quint lib.6.cap.3.
Horrida verba. Cic.in Brut. de Catone, Antiquior est huius sermo,& quædam horridiora verba,ita enim tum loquebatur, hoc est incompta,breuia,non operosa,vt ait Gell.lib.10.cap 3.
Inania verba, Vide INANIS.
Incompta verba.Gell.lib.10.cap.3.
Indignantia verba.Ouid.6.Metam.
Indomita verba Senec.Agamem.13.
Ingentia verba,Magnifica.Ouid.13.Metam.
Inopinata verba,Vide INOPINANS.
Inornata verba.Horat de Arte.
Verbum inquinatum, abiectum, non aptum, durum, longè petitum.Cic.de Optimo genere Orat.
Insolens verbum, Vide INSOLENS.
Intrepida verba.Seneca Hippol 5.
Inuersa verba, Vide INVERTO.
Lenia verba Ouid.2. Amor eleg.1.
Libera verba Propert.lib.4 eleg 12.
Luctifica verba.Seneca Theo.1.
Luculentiora verba, Vide Luculentus in LVX.
Lugubre verbum, Vide Lugubris in LVGEO.
Magnifica verba,Vide Magnificus in MAGNVS.
Mala verba, Vide MALVS.
Medentia verba.Stat.2.Sylu 1.
Minantia verba.Ouid 5 Metam.
Natiua verba,Vide Natiuus in NASCOR.
Nauticum verbum, Vide Nauticus in NAVIS.
Nitida verba, Vide Nitidus in NITEO.
Nostratia verba, Vide Nostras in NOS.
Noua fictáque verba.Horat.de Arte.
Nuntia verba.Valer.1.Argon.
Nupta verba, Vide NVBO.
Obscura verba.Seneca 1.Theb.
Obsoleta & Barbara verba, Vide Obsoletus in OBSOLEO.
Quantia verba,Lata & magna.Silius lib.8.
Perabsurda verba,Vide PERABSVRDVS.
Perplexa verba.Seneca Hippol.8.
Præmuntia verba eladis,Ouid.3 Metam.
Profana verba.Ouid.3. Trist.eleg.5.
Propria,vsitata verba,noua,prisca,inusitata.Cic.in Orat.
Propria,significantia,& non sordida verba. Quintilianus libro 4. capite 2.
Sæua verba.Horat.Epod.12.
Sesquipedalia verba.Horat.de Arte.
Simulata verba.Virg.1.Æneid.
Singultantia verba.Stat.5.Sylu 5.
Sobria verba,Vide SVBNOTO.
Solantia verba.Ouid.11.Metam.
Solennia verba.Ouid.10.Metam.Vide SOLENNIS.
Sonantia verba.Plin.iunior lib.1.epist.16.
Speciosis verbis aliquid narrare.Paterculus lib.2.
Splendidio,ibus verbis vtebatur Curio.Cic.in Bruto.
Suadentia verba.Stat.11.Theb.
Suspensa semper & obscura verba.Tacit.lib.1.
Tristia verba.Horat.2.de Arte.
Vana verba.Ouid.13.Metam.
Violenta verba.Ouid.3.Metam.
Vulgaria & quotidiana verba.Quint.lib.4.cap.2.
Aberrare verbo aut nutu.Cic.de Aruſp.resp.
Abstinere verbis, Vide ABSTINEO.
Absit verbo inuidia, Vide ABSVM.

Accedit verbum ad aures, Vide ACCEDO.
Accidit in te istud verbum, Vide ACCIDO.
Accipere verbum, & verbis, Vide ACCIPIO.
Accommodare alicui verba. Quint. lib. 6. cap. 1.
Addere verba. Silius lib. 13.
Appellare viros erat ardor, & addere verba.
Verbum non amplius addam. Horat. 1. serm. saty. 1.
Addere periuria falsis verbis. Ouid. 11. Metam.
Addigere in verba, Vide ADIGO.
Affari aliquem blandis verbis. Stat. 1. Achil.
Anhelata verba, Vide ANHELO.
Aptare verba rebus. Quint. lib. 3. cap. 8.
Arripere verba de foro, Vide ARRIPIO.
Aucupari verba, vel vim verborum, Vide AVCVPOR.
Aucupari verba tumoris. Senec. Thebaid. 2.
Auferre alicui vsum verborum. Ouid. 14. Metam.
Cadentia verba tollere, Vide CADO.
Capta verbis puella, Decepta. Ouid. 1. de Arte.
Cauillari verba alicuius. Tacit. lib. 1.
Claudere verba pedibus. Horat. 2. Serm. sat 1.
Claudere verba modis impatibus, Scribere elegias. Ouidius 4. de Ponto eleg. 16.
Coagmentare verba, Vide COAGMENTO.
Cogere verba in pedes, Carmina scribere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13.
Cogitare ad verbum, Vide COGITO.
Conflictari verbis, Vide CONFLICTO.
Conitere verbum in interdictum, Vide CONICIO.
Conferere verba Stat. 2, Syl. 1.
Consistere cum aliquo verbis, Vide CONSISTO.
Consuescere verbis idoneis, Vide IDONEVS.
Contendere inter se verbis, Vide CONTENDO.
Verbis grauibus confici ab aliquo & trucidari. Cic. de Aruſp. reſp.
Commemorare verbis, Vide COMMEMORO.
Tabellis verba committere, Scribere in tabellis. Ouid. 9. Metam.
Commutare verba, Vide COMMVTO.
Compellere aliquem amicis verbis, Virg. 2. Æneid.
Compeſcere verba, Seneca Medea 3.
Complecti vno verbo, Vide COMPLECTOR.
Comprehendere verbis, Vide COMPREHENDO.
Concipere verba, Ouid. 10. Metam.
Tum verò Paphius plenissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit.
Concipere verba iusiurandi. Tacit. lib. 20.
Conferre verba in pauca, Vide CONFERO.
Conferre verba ad rem, Vide CONFERO.
Fictis verbis contendere. Ouid. 13. Metam.
Continuare verba. Quintil. lib. 4 cap. 1.
Conueniunt vtriusque verba, Vide CONVENIO.
Credere verba alicui, Vide CREDO.
Sum decepta tuis & amans, & fœmina verbis, Ouid. 2. epiſt.
Deprimere verba. Quintil. lib 6. cap. 3.
Deſunt verba animo. Ouid 3. Metam.
Dicere exuſantia verba. Ouid 9. Metam.
Nouissima verba dicere. Virg 4. Æneid.
Precantia verba dicere. Ouid. 7. Metam.
Dictata ab aliquo verba. Ouid. 19. epiſt.
Dare verba alicui. Ouid. epiſt 15. Vide DO, das.
Dare verba vētis, Verba in vanū fundere, vel obliuiſci. Oui. epi. 2.
Dare verba in ventos. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Domare horrida verba, Reticere verba magnifica. Tibu. li. 1 ele. 5.
Ducere verbum ex verbo. Quint. lib. 1. cap. 6.
Effingere verba alicuius. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Non vltra verba ac voces errare. Tacit. lib. 17, Quartam & duodeuicesimam legiones, paucis seditionis autoribus, non vltra verba ac voces erraſſe, & breui in officio fore. Similem sensum eleganter enūciat Curtius per intra, Vtinā, inquit, Philotas quoque intra verba peccaſſet. Et intra verba deſipere, Celso est, nō vltra verba deſipere.
Nil opus est verbis. Lucret 5.
Exasperare rem verbis. Quint. lib. 4 cap. 2.
Exaudi verba mea. Seneca Hippol. 1 2.
Exponere rem verbis. Lucret. lib. 1. Idem lib. 3.
Exprimere verbum de, vel è verbo, Ad verbum transferre. Teren. in Prolog. Adelph. Cic. 4. Academ. Nec definiri aiebant neceſſe esse quid esset cognitio, aut perceptio, aut (si verbum è verbo volumus) comprehenſio.
Facere multa verba, Vide MVLTVS.
Rata verba alicuius facere. Ouid. 4. Metam.
Facere verba mortuo, Prouerbialis locutio. Terent. Phorm. 5. 9, Id est operam ludere, Vide MORIOR.
Fingere verbum aliquod. Quint. lib. 1. cap. 1.
Flectunt animos verba precantia. Ouid. 2. Metam.
Formare rectè verba. Quint, lib. 1. cap. 12.
Frangere alicuius verba indomita. Seneca Agamem.
Fundere verba. Ouid. 7. Metam.
Hortari aliquem verbis. Horat. 2. Epiſt. 2.
Iacere verba. Ouid. 15. Metam.
Mitissima verba iactare alicui. Ouid. 2. Metam.
Inceſſere aliquem amaris verbis. Silius lib. 11.
Incidere verba ceris. Ouid. 9. Metam.
Incluſa verba pectore. Valer. 4. Argon.
Includere verba verſu, Vide INCLVDO.
Incluſa modis verba. Stat. 4. Sylu. 4.
Inculcare verba Græca, Vide INCVLCO.
Incurrere verbis in aliquem, Vide INCVRRO.
Infarcire verba, Vide INFARCIO.
Ingerere verba & & vocem, Vide INGERO.

Inhærere verbis. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Interponere verbum vllum, Vide INTERPONO.
Interpretari verbum priſcum & inſolitum, Vide INTERPRETOR.
Iterare verba, Vide ITERVM.
Iungere verba, Vide IVNGO.
Iurgari verbis. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Iurare in verba alicuius. Horat. Epod. 15.
Iurare in verba aliqua, Vide IVRO.
Iurare conceptis verbis, Vide IVRO.
Labi verbo. Plin. iunior lib. 2. epiſt. Ne verbo quidem labitur.
Lenire aliquem mollibus verbis. Horat. Epod. 5.
Loqui diserta verba. Propert. lib. 3. eleg. 23.
Meditata verba loqui. Stat. 2. Sylu. 2.
Modesta verba loqui. Ouid 3. Amor. eleg. 13.
Miniſtrat verba vinum. Horat. 1. epiſt. 15.
Modulanda verba fidibus. Horat. 2. epiſt. 2.
Mouent aliquem blanda verba. Ouid. 6. Metam.
Mouere odia verbis. Virg. 2. Æneid.
Niti verbis Quint. lib. 3 cap. 6.
Notare verba memori animo. Ouid. 14. Metam.
Nuda verba. Plin. iunior lib. 4. epiſt ad Paternum, Ex quibus tamen si nonnulla tibi paulò petulantiora videbuntur, erit excusatio nis tuæ cogitare summos ilios & grauissimos viros qui talia scripserunt, non modò lasciuia rerum, sed verbis quidem nudis abstinuisse. nudis, id est, nulla circumlocutione verecundiam tectis.
Nuncupare verbis, Vide NVNCVPO.
Obuoluere vitium decoris verbis. Horat. 2. Serm. saty 7.
Onerantia verba lassas aures. Horat. 1. Serm. saty 10.
Pareite verbis malè ominatis. Horat. 3. Carm. ode 14,
Peccare verbo aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.
Perdere verba, Fruſtra loqui. Seneca 1. Theb.
Dicerem iucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Cic. Lucceio lib. 5. 15.
Perdere verba non proficientia. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2.
Perhibere verba, Vide PERHIBEO.
Perferre verba alicuius ad alium. Ouid. 19. epiſt.
Permittere verba, rehortari. Cic. 4. Verr.
Pingere verba. Cicero in Brutum, Schemata quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorem, eáque non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis sententiis. Pingendis, hoc est, ornandis, distinguendis. Vnde Latini colores, & Græci χρώματα vocant ipſas exornationes. Hinc Cicero libro secundo ad Atticum scripsit, librum suum totum Iſocratis μιμούμενον, atque omnes eius diſcipulorum aculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta consumpſisse. Vide PIGMENTVM.
Posita verba in vsu quotidiano. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Portare verba alicuius. Ouid 2. Metam.
Premere aliquem verbo. Cic. 1. Tuſc.
Profundere verba ventis. Lucret. lib. 4.
Promittere verbis. Quint. lib 4. cap. 1.
Prosequi aliquid verbis antè præparatis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Recitare verba ex codice. Cicero 7. Verrina, Si hæc edicta non ex ipsius tabulis totidē verbis recitare poſſem, sicuti faciam, da quæso scribæ recitet ex codice.
Redarguere verba alicuius. Virg. 11 Æneid.
Reddere verba, Reſpondere. Ouid. 9. Metam.
Reddere verbum verbo. Horat. de Arte.
Verbum pro verbo reddere, Idem. Cicero de Optimo genere Orat. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter se contrarias, Æſchinis, Demoſthenisque: nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque seruaui.
Eisdem verbis, siue ad verbum reddere quod cogitanimus. Cic. de Claris Orat. Quint. lib. 10. cap. 6.
Relinquere verbum ambiguo. Lucret. lib. 4.
Imperfecta verba relinquere. Ouid. 1. Metam.
Repetere verba. Ouid. epiſt 19.
Reſpondere verbum verbo. Terent. Phorm. 1. 4.
Retentare intermiſſa verba. Ouid. 1. Metam.
Retenta verba dolore. Ouid 10. Metam.
Regantia verba mittere Ouid. epiſt. 19.
Socianda verba chordis. Horat. 4. Carm. ode 9.
Sordent verba. Stat. 5. Sylu 5.
Spernere verba alicuius. Ouid. 5 Metam.
Sumunt verba ius ab authoribus. Quint lib. 1. cap. 4.
Trahere verba. Silius lib. 8 cap. 16.
Verba de verbis trahere. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Transferre totidem verbis. Cic. ad Attic. l. b. 6. 115, Itaque istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli.
Translata verba ea dico, quæ per similitudinem ab alia re aut suauitatis, aut inopiæ causa transferuntur: mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex aliqua re consequenti. Hæc Cicero in Oratore. vbi etiam immutata vocat quæ hîc mutata. Sensus est: Differentia est inter translata & mutata verba. Translata sunt, quæ similitudine quadam ab alia re dicun. ur. Idque duabus potiſsimum de cauſis fit: vel propter suauitatem, vel propter inopiam. Suauitas sentitur vel in verbo quod significantius sit: vt incenſus ira, inflammatus cupiditate, lapſus errore: vel in verbo quod sit decentius, vt lumen orationis, claritas generis, concionum procellæ, flumen eloquentiæ. Inopia, quum nullum proprium nomen habemus, cogit nos aliunde transferre: vt durum hominem dicimus, & fructus laborare, & agros sitire. Quoties autē nihil horū in translatione erit, semper erit improprium. Mutata verba dicuntur, in quibus pro verbo proprio ponitur aliud, quod idem significet: vt anima

arma pro bellis, Bacchus pro vino, Ceres pro frugibus. Dicimus totam Italiam esse commotam, pro omnibus Italis Italiam ponentes. Vide Transferre aliquod verbum, in TRANSFERO.
Audacius translatum verbum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Verbis grauibus trucidari ab aliquo. Cic. de Aruſp. reſpon.
Vexare aliquem verbis. Lucret. lib. 5.
Vincere verbis aliquid, Versibus deſcribere. Virg. 3 Georg.
Et semel emiſſum volat irreuocabile verbum. Horat. 1. epiſt. 19.
Volutare secum verba alicuius. Ouid. 1. Metam.
Verbis grauibus vulnerari ab aliquo. Cic. de Aruſp. reſp.
Minoribus verbis vti. Ouid. 6 Metam.
Petulantibus verbis vti. Ouid. Epiſt. 15.
¶Verbum, Prouerbium, vulgare dictum. Plau. Moſtel. 10. Terent. Adelph. 5. 3,
Non æquum dicis, non-nam verus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia. Idem And. 25.
¶Verbum pro Tota sententia. Terent. And. 5. 3,
Olim istuc olim, quem ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum verè in te accidit. Idem Eun. 1 2,
Vtinam istuc verbum ex animo ac verè diceres. Idem Adelph 5. 8.
Quid istuc verbi est? Plaut. Ciſtel 7 Hoc est, quid sibi voluit hæc verba.
¶Bona verba quæso, Vide BONVS.
¶Verbis meis salutem ei adscribito: hoc est, meo nomine. Plaut. Bacch. 15,
Scribe salutem tuo patri verbis meis. Cic. ad Attic. lib. 16. 336,
Atticæ, quoniam hilarula est meis verbis suauium des.
¶Verbum sat est. Plaut. Bacch. 19,
Tu aurum rogato, cæterum verbum sat est. Idem Trucul. 12.
¶Verbi gratia, & verbi causa, quod & exempli gratia dicitur in eandem significationem. Cic de Fato, Siquis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. Sic. 5 de Fin. Verbi gratia, Propter voluptatem nos amemus, Idem 4. Verr. & 1. Tuſcul. Lucret. libro 3.
Ad verbum, Vide AD.
In hæc verba, Vide IN.
In verbo, Inter loquendum. Virg. 6. Aeneid.
Tantum effatus, & in verbo veſtigia torſit. Hoc est, simul cum vltimo verbo auertit.
¶Verbum, Pars orationis grammaticæ, in qua omnis vis orationis est. De qua abundè apud Grammaticos. Quintil. li. 9. ca. 4, Verbo ſensum claudere, si compoſitio patiatur, optimum est.
Verbigero, verbigeras, penultima correpta, {διαλέγομαι} verbigerate, Verba facere. Apuleius, Nimis multa est oratio, si velimus memorare quæ ego contra reſponderim, quandiu & quoties inter nos verbigeratum sit.
Verbalis & hoc verbale, penultima producta, {ῥηματικὸς} Quod à verbo deſcendit. vt lector à lego, doctor à doceo. Dictio Grammaticis familiaris.
Verboſus pen. pro. Adiectiuum, {πολυήμων, πολυήμονος, πλεονασμός} Quod verbis abundat. Cic. Matio. lib. 7. 3, Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles.
Commentarij verboſi. Gaius in l. j. D. de orig. iuris.
Forum verboſum. Ouid. 3. Triſt. eleg. 12.
Leges verboſæ. Ouid. 1. eleg. 15.
Loci verboſiſsimi. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Loquela verboſa. Cacill. in Cæcilium, 51.
Simulatio verboſa. Cicero pro Murena, Non solùm iſta veſtra verboſa simulatio prudentiæ, sed etiam ipſa illa domina rerum sapientia.
Verbolè penult. producta, Aduerbium, {πολυῤῥήδως} Multis verbis. Cic. pro Murena, Satis verboſè. sed quid poſtea? Et Mario lib. 7. 3, Hæc ad te scripſi verboſius.
Adhibere diſcrimina verboſius. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Exponere aliquid verboſius. Quintil. lib 3. cap. 11.
Verboſitas, penultima correpta, verboſitatis. Firmitus libro 6. cap. 11, Theriſtes fuit debilis, ridiculus, & garrula verboſitate ſemper impatiens.
VERCELLAE, {ἱερὰ ὄνομα} Vrbs Italiæ Tranſpadanæ, in regione vndecima Taurinis vicina, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 17. Silius lib. 8.
Vercellæ, fuſciſque ferax Pollentia villi. Vulgò *Vercell en Piedmont.*
Vere. Vide VERVS.
Verecundia, verecundiæ, Pudor. {αἰδώς, αἰδοῦς, αἰδώ, αἰδοῦνος, αἰσχύνη, αἰσχυντία, αἰσχυνσία} Licèt Donatus pudorem esse dicat mali facti: verecundiam recti & honesti Cicero pro Quintio. Homo timidus, virginali verecundia. Idem 1. Offic. Verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ. Sic in Part. it. Custos verò virtutum omnium, dedecus fugiēs, laudémque maximè conſequens, verecundia est.
Sine verecundia nihil poteſt esse rectum, nihil honeſtum. Cicero 1. Offic.
Timiditas imitatur verecundiam. Cic. in Partit.
Verecundia & pudor. Cicero 4 de Finibus, Hoc ſolum animal natum est pudoris & verecundiæ particeps.
Verecundia ætatis Liu. 1. ab Vrbe.
Adducere in verecundiam. Liu. 1. ab Vrbe.
Cepit eum verecundia, Vide CAPIO.
Tardatus verecundia. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Verecundia in rogando. Cic. ad Quintum fra. lib. 3. 17.
¶Verecundia, pro Modeſtia. Plin. epiſt. 7 lib. 2, Cauſas ſumma fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit.
A Verecundia, id est præ verecundia, Vide A vel AB,
Verecundus, Adiectiuum, {αἰσχυντηλός, ἀναίδυμων} Pudens. Plautus Aſinaria 15,
Decet verecundum esse adoleſcentem.
Verecundus vt. Cicero 1. de Legib. Innocentes ergo & verecundi sunt vt bene audiant, & vt rumorem bonum colligant, erubeſcunt: pudici etiam loqui de pudicitia.
Verecundus in re aliqua. Cic. 12. Philip. Verecundiorémque coràm putamus, in poſtulando fore, quam fuerit tum cùm miſit mandata ad Senatum?
Impudens & Verecundus contraria. Cic. 2. de Orat. Haberis sermonem bene longum hominis vtinam, non impudentis: illud quidem certè, non nimis verecundi.
Verecundus & parcus in transferendo, cui Audax opponitur. Cic. in Orat. Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus. & in priſcis reliquiſque ornamentis & verborum & ſententiarum demiſſior.
Color verecundus. Horat. Epod. 17,
Decor verecundus. Stat. 2. Sylu. 1.
Inimicus verecundus. Cic. 2. Philip. Tu autem eo liberior, quòd ea in te admiſiſti quæ à verecundo inimico audire non poſſes.
Oratio caſta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Cicero in Orat.
Pudor verecundus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4.
Puellæ verecundæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.
Robor verecundus. Ouid. 1 epiſt 4.
Verecunda tralatio, Minus dura. Cicero ad Tironem libro 16. 17, Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt, vt sit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio.
Verba parum verecunda. Quintilianus libro 10. capite 1. Id est, obſcœna.
Vita verecunda. Ouid. 2. Triſt.
Vultus verecundus. Ouid. 14. Metam.
Verecundum vt dicere. Quintil. lib 7 cap. 10.
Verecundè, Aduerb. {αἰσχυντηρῶς.} Cic 5. de Fin. Tum illi timidè, vel potius verecundè, Facio, inquit, equidem.
Verecundè & Conſtanter, contraria. Cicero 2. de Finibus, Cyrenaici quidem non recuſant, veſtri hæc verecundius, illi fortaſſe conſtantius.
Verecundè ac modeſtè. Liu. 6. bel. Pun.
Gratulari alicui nimis verecundè. Cic Mario lib. 7. 2.
Verecundius hæc de re iamdudum loquor. Cicero primo de Oratore.
Verecunditer, Aduerbium antiquum. Pomponius Macco, Virginem præteriens vidit duos senes, vnum verecunditer non ducentem diſcipulum, verùm ſcalpentem nates Nonius.
Verecundor, verecundaris, verecundari, pen. prod, {αἰσχύνομαι, ἐγκαλύπτομαι} Verecundia teneri. Plaut. Trin. 8,
-verecundari neminem
Apud mensam decet. Cicero 2. de Oratore, Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, & ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit.
Verecundantur. Cic. Hortenſio, Hi noſtri amici verecundantur capti ſplendore virtutis. Ex Nonio.
Veredus, Vide VERAEDVS
Veredarius, Sidonius Apollinaris lib. 5. epiſt. in epiſt. ad Aumaſtum. Hi sunt, qui inuident tunicatis otia, ſtipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas, &c.
Vereor, vereris, pe. pro. veritus sum {αἰδέομαι, αἰδέσομαι, αἰσχύνομαι, δέδια, δείσομαι, ὑποπτεύομαι} vereri, Timere: propiè liberorum est qui honeſti gratia mouentur. Dictum, vt quidam volunt, quaſi valde reor, quia ea quæ timemus, multifacere ac diu cogitare ſolemus. Cicero pro Plancio, Is patrem vereatur vt deum. Idem de Senectute, Vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt, memoriam noſtri piè inuiolatéque ſeruabitis.
Vereri & metuere aliquem. Author ad Herennium lib. 4, Licentia est, cùm apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen, &c.
Metuebant eum serui, verebantur liberi. Cic. de Senect.
Bella vereri. Ouid. 5. Triſt. eleg. 11.
Caritatem annonæ vereri. Cicero 5. Verr. Et quod caput est rei frumentariæ, campus Leōtinus, cuius antea ſpes hæc erat, vt quum obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vereрēre.
Conſpectum patris vereri. Terent Phorm. 2. 2.
Culpam vereri. Cic. 1. de Orat. Perge verò Craſſe, inquit, Mutius: iſtam enim culpam quam vereris ego præſtabo.
Pauperiem veritus. Horat. 1. epiſt. 10.
Reprehenſionem doctorum vereri. Cic. in Orat.
Verbera vereri. Ouid. epiſt 19.
¶Vereri cum datiuo. Cicero quarta Academica, Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adſciſcam, & comprobem.
Vereri noanihil ab aliquo, Ne malum afferat, siue nobis inferat. Terent. And. 3. 4,
Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te ne faceres idem
Quod vulgus seruorum ſolet, doliis vt me deluderes.
Vereri ab aliquo ſupplicium. Author ad Herennium, Ergo & metūs periculi horrabatur eùm interimere, à quo ſupplicium verebatur.
Vereri de aliquo. Cicero de Senectute, Et quod modò Carthagini malè iamdiu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio, de qua non antè vereri deſinam, quàm illam exciſam cognouero.
Vereri à Timere cur differat. Liu. 9. bel. Maced. Veremur quidem vos Romani: ſed ita vultis, etiam timemus: sed plus veremur & timemus deos immortales.
Magis vereor, Vide MAGIS.
Vereor dicere. Terent. And. 2. 1.
Tūne id veritus es? Cic. Qu. frat. lib. 1. 3.
Vereor ne, Terent. Phorm. 5. 8,
Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebamini

Ne non id facerem quod recepissem semel? Cic. ad Cornificium, lib.12.19. Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus esses, verebar vt redderetur.

Vereor ne non sit obligatus. Martianus in l. Si mulier. §.ij. D.De iure dotium.

Non vereor ne meæ vitæ modestia parū valitura sit in posterum contra falsos rumores. Marius Ciceroni lib.11.28.

Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operā perdidisses. Cic.1.de Orat.

Vereor num. Caius in l. Potior. D. Qui potior. in pign. hab. Sed vereor, num hîc aliud sit dicendum.

Vereor quid sit. Terent. And. 1.4.

Sed quidnam Pamphilum Exanimatum video? vereor quid sit.

Cic. ad Attic lib.7.12.7.

Vereor quorsum. Terent. And 1.2,

Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas

Verebar quorsum euaderet.

Vereor vt, pro Vereor ne non. Terent. Hec. 1.2,

Sed firmæ hæ vereo vt sint nuptiæ. Idem Phorm. 5.8. Cic. 2. de Lege Agr. Hoc quia vos fœdus non iusseritis, vererur Hiempsal vt satis firmum sit & ratum.

Addo illud, quòd vereor tibi ipsi vt probem. Cic. Attic. lib. 6. 111.

¶ Vereor genitiuo iunctum, qui vice accusatiui sit apud veteres. Afranius,

Optandum vxorem quæ non vereatur viri. Vide plura apud Nonium.

Verens, verentis {φοβερὸς} Particip. siue Nomen ex Participio.

Timens. Cic. ad Papirium lib 9. 16, Qui te ad scribendum incitauit, verentem ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset.

Verens plagarum Colum. lib. 6. cap 2, Sed non inertes huius pecudis mores, qui sunt verētes plagarum & acclamationum. De bobus.

Verendus, Aliud Particip. {αἰδεσιος} vt

Augusta grauitate verendus. Ouid. 9. Metam.

Maiestas verenda. Ouid. 4. Metam.

Patres verendi. Ouid. 3. de Ponto eleg. 1.

Senex verendus. Claud. 2. Paneg.

Verenda, verendorum, plur. nu. neut g. {αἰδοῖα} Dicuntur corporis partes, quæ non nisi cum verecūdia nominātur. Plin. Iunior epist. 14. li. 3, Repentè cum ferui circunsistunt, alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam, fœdum dictu, verenda contundit.

Veretrum, veretri, pen. prod. n g. {αἰδοῖον} Membrum virile. Sueto in Tiberio ca. 62, Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam, vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repentè veretris deligatis, fidicularum simul vinæque tormento distenderet.

Veretilla, à virorum pudendo conchas quasdam vocat Apuleius propter similitudinem.

VERGILIÆ, vergiliarum {πλειάδες} Stellæ sunt quæ & Pleiades, & Instītor vestis dicūtur. ita appellatæ, quòd earum exortu Ver finem faciat, seu quòd circa æquinoctium vernum sit earum ortus matutinus. Sunt autem septem in Tauro locatæ, quarum signo exorientē, ætas significatur, occidente hyems ostenditur. Earum exortus fit circa quintum Idus Maias, distans ab æquinoctio verno vndequinquagesimo die. Plaut. Amphit 4,

Nec Iugula, nec Vesperus, neque Vergiliæ occidunt. Plin. lib. 16. cap. 25, Concipiuntur Vergiliarum exortu. Cic. 2. de Nat. deor.

At propter læuum genus omni ex parte locatas

Partas Vergilias tenui cum luce videbit. Ex poëta. Virg 1. Geor.

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,

Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton. Vbi Seruius, Pleiades signum est ante genua Tauri, quòd ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. Vnde Græcè Pleiades dicuntur ἀπὸ τῶ πλέειν, Latinè Vergiliæ, à verni temporis significatione quo oriuntur.

Occasus Vergiliarum, Vide Occasus in OCCIDO. pen. corr.

Vergiliæ terrestres, Vermiculi noctu lucentes, qui & Cicindelæ dicuntur, & Lampyrides. Plin. lib. 18 cap. 26. in fine, Lucentes per arua Cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus, Græci verò Lampyridas Ibidem cap. 27, Iam Vergilias in cælo notabiles caterua fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans, Cur cælum intueris agricola? Cur sydera quæris rustice? iam te breuiore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas, eásque vespere, & ab opere dissungēti ostendo: ne possis præterire. miraculo solicito. Vidésne vt fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secúmque lucem habeat & noctem? Paulo pòst, Cur etiam nunc alius spectas, ipsúmque cælum scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eæ diebus proueniunt, durántque fœdere syderis huiusce: partúmque easillius esse certum est.

Vergo, vergis {φίγγομαι, ῥέπω, συμπείθω, παπαιτέω} versi, vel secundum Diomedem verxi, versum, vergere, neutrum verbum, & nonnunquā deponens, significat Declinare. Virg. 12. Æneidos,

Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum. Lucan. lib. 1, Nec polus adueni calidus quā vergitur Austri.

Vergere ad. Cicero 11. Philip. Et eius auxiliū ad Italiam vergere, quàm ad Asiam malusse mus. Cæsar 1. bel. Gallic. Vergit ad Septentriones.

Ad imum vergere. Horat. de Arte.

Vergere in. Cic. 2. de Natura deorum, Vt omnibus eius partibus in medium vergentibus, id autem medium, infimum in sphæra est, nihil interrumpat.

In senium vergi. Stat. 4 Sylu. 4.

Ætas vergit. Tacit lib. 2.

¶ Venenum vergere alicui, Actiuè, pro, Miscere, fundere. Lucret. libro 5.

Vergens, Participium ¶ συμπείθων } Lucan. lib. 2,

Iliris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

Annis vergens. Tacit. lib. 13.

Anni vergentes in senium. Lucan. lib. 1.

Vergente iam die ingressus Senatum, &c. Id est inclinato. Suet. in Othone, cap. 7.

Dies vergens in noctem. Seneca Thyeste. 9.

Ora Hecates vergentia in tres partes. Ouid 1. Fast.

VERGOBRETVS, vergobreti, Summus erat apud Heduos magistratus qui creabatur annuus, & vitæ necisque in suos habebat potestatem. Cæsar bell. Gall. lib. 1.

Veriafrum oleum. Scribon. Larg 268 & 269.

Veridicus, Verisimile, & Veritas, Vide VERVS.

Vermis, huius vermis, masc gen. {σκώληξ} A vertendo dicitur, quòd sese torquendo vertat, & ita repat. Plin. lib. 19. cap. 18. Vulgò verò si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucretius libro 2,

Quippe videre licet viuos existere vermes Stercore de tetro.

Vermiculus, vermiculi, penul. corr. Diminut. {σκωλήκιον} Plin. lib. 10. cap 62, Iam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2.

Verminosus, penult. prod. Adiectiuum {σκωληκώδης} Quod vermes habet. vnde Verminosæ aures, quæ intus vermes habent. Plin. lib. 17. cap. 10, Præter alia vitia, etiam verminosa fiunt. Idem lib. 20. cap. 14.

Vermiculor, pen. corr. vermicularis {σκωληκίζομαι, τυπθηρίζομαι} vermiculari, Dicuntur arbores, in quibus vermes in cortice generantur. Est igitur vermiculari, vermiculis infestari. Plin lib. 17. cap. 24, Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idque aues eaui corticis sono experiuntur.

¶ Vermiculari {κατεργάζομαι} Minuta opera facere. vnde κατεργασία, Vermiculata opera dicūtur, quæ paruis tesselis infinitiis apta atque conserta sunt. Plin. lib 35 cap. 11. Nec tantùm vt parietes toti aperiantur, vetùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum & animalium cruftis. Budæus.

Vermiculatum, est minutis segmentis elaboratum, veluti vermiculis exilibus concinnum. Cic 3 de Oratore,

Quam lepidè lexeis compostæ, vt tessellulæ omnes

Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato. Vide Nonium.

Vermiculans pulsus. Vide Formicans, in FORMICA.

Vermiculatio {σκωλήκωσις} Verbale, Est quum enatis vermiculis & bestiolis segetes, arboréve infestantur. Plin. l. b. 17. cap. 11, Neque vermiculationi obnoxium.

Vermina, verminorum, neut. gen. plur. numer. {στρόφος} Dolores corporis, qui quodam minuto motu intestina quasi vermes scindere videntur. Hic dolor Græcè στροφὸς dicitur. Hæc Festus. Plinius, Magi eo vermina & dysenteriam curari putant.

Vermina sæua. Lucret. lib. 5,

Donicum eos vita priuarunt vermina sæua. Id est, sæui dolores.

Vermino, verminas, pen. corr. {σκωληκάω} verminare, Vermes habere. Cornelius Celsus, Nihil est perniciosius pueris dum verminant: Sipontinus. Seneca 30 lib 2. Natur. quæst. cap. 31. Malorum serpentum & aliorum animalium, quibus mortifera vis ineft, quum fulmine icta sunt venenum omne consumitur. Vnde, inquit, scis? In venenatis corporibus vermis non nascitur. Fulmine icta, intra paucos dies verminant.

Verminate quoque significat cum quodam pruritu scabendi molestare. Martial. lib. 14. de auriscalpio,

Si tibi morosa prurigine verminat auris,

Arma damus sortis apta libidinibus.

¶ Verminari, pro Torqueri, A vermibus deductum verbum, quòd facilè se torqueant. inquit Nonius. Varro, Septimo, inquit, mense verminari cœpit, partum putauit propinquum.

Verminatio, verminationis, Verbale {σκωληκίασις} Morbus præsertim iumentorum, Plinius libro 28. capite 1, Isidem sanari dimissis in fauces iumentorum verminationes notum est. Iidem libro 30. capite 15.

Verminatio, Capitis dolor, vbi intus videtur arrodi cerebrum. Senec. epist. 96. Quod oculorum, auriúmque tormenta, & cerebri æstuantis verminationes?

Verminatio pro actiori punctione doloris, in qualibet corporis parte. Seneca epist. 79. Omnium istorum prima verminatio vexat, impetus mora exinguitur. Loquitur de podagra, chiragra & morbis articularibus.

Verna, vernæ, commu. gen. {οἰκογενὴς, οἰκογενής} Seruus domi nostræ natus ex ancilla nostra aut seruo. Plautus Amphit. 4. 25. Idem Milit. 10,

Quid, nutrici non missurus quicquam quæ vernas alit? Cælius Ciceroni, libro 9. 15, Belli enus verna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, &c.

Turba vernarum. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Lactei vernæ. Martial lib. 5. Domitius legit lutei, id est, sordidi.

Procaces vernæ. Horat. 2 Serm. saty. 6.

Puer verna. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Tuberes vernæ, Vide TVBER.

¶ Vernas veteres appellabant, qui vere sacro fuerant nati: & habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. Plaut. Amph. Hic, qui verna natus est, quæritur. Et Iterum, Cum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditas. Nonius.

Vernula, vernulæ, penult. corr. Diminutiuum. Mart. lib. 14,

Siquis plorator collo tibi vernula pendet. Iuuen. Saty. 10,

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Vernaculus, pen. corr. Adiectiuum, Omne quod domi nostræ nascitur, vel in nostra patria, vt ait Valla lib. 1.

Res quotidianæ & vernaculæ. Cic. 3 de Orat.

Vernacula lingua dicitur, vel seruilis, vel plebeia, qua tanquam communi ac naturali omnes vulgò loquuntur: linguam maternam hodie vocamus.

Ver-

Vernaculæ volucres: cui aduenæ opponuntur. Varro 3. de Re rust. cap. 55, Præterea volucres quum partim aduenæ sint, vt hirundines & grues: partim vernaculæ, vt gallinæ & columbæ.

Vernacius mos, Id est domesticus vel patriæ.

Vernaculum consilium. Plaut. Pœn. 1.4.

Vernaculi artifices. Liu. 7 ab Vrbe. Id est domestici.

Antiqua & vernacula festiuitas. Cic. Pæto. lib. 9. 15.

¶ Vernaculum {ἴδιον} Proprium ac peculiare. Plin. lib. 14. cap. 2, Potissima nobilitas datur vuis peculiaribus atque vernaculis Italiæ.

¶ Vernaculum. Quod à nobis domestica consuetudine vsurpatur. Cicero de Claris Orat. Nec scio quo fapore vernaculo Idem 5. Ver. Non vt solemus in defensionibus dicere, crimen domesticum ac vernaculum.

¶ Vernaculum {γηγενὲς} aliquando dicitur quod est veris. Plin. lib. 17. cap. 22, Vernacula putatio dicētis per ramos vitium crimbus circunuectit arborem, crinésque ipsos vuis. Quo in loco non putarim vernam significari putationem, sed eam quæ tum esset illic vulgaris. Mox enim sequitur, Gallica in tradūces porrigitur, &c.

¶ Vernaculi, Malis moribus homines. Seneca de Benefic. 6. Alter apud proximum circulatorem reledit: & quum vagus atque erro vernaculis congregatur, transeuntem Platonem quem non quæsierat, inuenit.

Vernilis, & hoc vernile, penul. prod. {δουλικὸς} Idem quod seruilis, siue scurrilis.

Blanditiæ verniles. Tacit. lib. 18, Quanuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. Hoc est seruilibus, & adulatoriis, & vt ait Rhenanus in Castigationibus in Tacitum.

Dictum vernile. Tacit. lib. 10. Hoc est scurrile, procax.

Vernilitas, pen cor. vernilitatis {βωμολοχία} Scurrilitas. Plin. lib. 34. cap. 8, Puerum subdoræ ac furcaræ vernilitatis.

Vernilitatem vocant quicquid contrarium est ingenuitati. Senec. epist. 96, Hæc seu leuitas est, seu vernilitas, punienda est promittendi facilitate. Loquitur de protecuia peredi quod impertatum notis.

Imbui vernilitate. Quint. lib 1. cap. 11.

Seruilis vernilitas. Quint. lib 1 cap. 11.

Verniliter, penul. cor. {κωμικῶς} Scurriliter, seu adulatoriè: à vernis quibus hæc vitiōsi ars est. Cæcilius Venatore, Credo miaus tandem hoc fit verniliter. Nonius.

Vernaliter, pen. cor. Aduerb. {δουλικῶς} Id est seruiliter. Horat. 2. Serm. saty. 6, - neenon vernaliter ipsis

Fungitur officiis. Quod alij luxuriosè, alij pro adulatoriè exponunt, quibus hæc viuendi ars est.

Vernatio, Verno, Vernus, Vide VER.

Verò, Discretiua coniunctio {δή, γε μὲν, οὖν τοι} vt Achilles quidem fortis fuit, Vlysses verò astutus.

Verò, his dictionibus solet iungi, Neque, nec, cum, age, sanè, iam, enim, at, quasi, ceu, nunc. vt Neque verò, nec verò, cum verò, age verò, sanè verò, tā verò, enim verò, at verò, quasi verò, ceu verò. Cum quibus particulis raro Autem particula iungi solet.

Asn' verò, indignantis. Plautus in Amphit. Act. 1. scen. 1,

Asn' verò verbero?

At verò nos docti, scilicet à Græcia, hæc & à puericia legimus & discimus. Cic. 2. Tusc.

Aut verò, pro Aut etiam. Cic. in Verrem Act. 5, Quem tibi hominem inuitis diis immortalibus, aut verò deum tantis religionibus eorum violatis auxilium futurum putas? Budæus.

Verò cum pronomine Ego, non tam discretionem interim significat, quàm (vt Hermolao placet) confirmationem, pro quinetiam, vel etiam. Plinius in præfatione totius operis, Proinde occupātibus locum faueo: ego verò & posteris. Sic legit Hermolaus.

Ego verò, Sæpe veluti in respondendo adhibetur, significátque profectò, vel certè, vel potius sic Græcum. Cic. ad Attic. lib. 3. epist. 13, Nam quòd scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi verò mēs integra est. Idem, Quod laudas quia obliuisci me scripsi antè facta & dicta nostri amici, ego verò ita facio. Idem ad Volumnium lib. 7. 3 4 4, Quas si vt volumus, excepetimus: ego verò multam salutem & foro dicam & curiæ.

Ego verò, Aliter. Cic. ad Quint. fra. lib. 1. 3, Quum enim te desydero, frattrem solum desydero. Ego verò suauitatie propè frattrem, proxpè æqualem, obsequio filium, consilio parentem.

Eia verò Plautus,

Here tuus vbi amatō est? TR. eia verò quasi non sit intus.

Est verò ita. sed tamen huic amœnitati quam ex Quintio sæpe audio Cic. 2 de Legib.

Et verò. Cic. ad Q. fra. lib. 1. 1, Tibi & fuit hoc semper facillimum, & verò esse debuit.

Et verò etiam. Cic. ad Atticum lib. 16. 3 4 2, Qua quidem voluntate esse erga Atticum sæpe præsens & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Iam verò. Plin. lib. 18. cap. 6, Latifundia perdidere Italiam, iam verò & prouincias.

Id verò. Terent in Prologo Eunuchi,

-sed eas fabulas factas prius

Latinas scisse fese, id verò pernegat. Pro Id demum.

Ille verò, pro Imò verò, vel ille etiam. Cic. 2. de Diuin. Idem pro Cælio, Nihil igitur illa victimas redoleti? nihil hominū famæ? nihil Baiæ denique ip æ loquūtur? Iliæ verò non loquūtur lo. ūm, verum etiam personant.

Ille verò, Ille certè. Cic. Attico, De Lepido verò & Tullio, quòd quæris, illi verò non dubitant quin Cæsari præsto futuri, in Senatūmque venturi sint.

Ipse verò, ille verò. Cic. 2. de Nat. deor. Ipse verò aër, qui natura maximè frigidus, minimè est expers caloris: ille verò & multò quidem calore admixtus.

Ita verò, sanè vero, Ironicè. Plautus,

Ita vero: vt tu ipse me dixisse dicītes. Hoc est, mirum quin tibi

hoc dicam, vt postea me accuses proditi arcani. Terentius in Eunucho 1. 2,

Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores. Budæus.

Mirum verò, per ironiam dictum. Terent. And. 4.4,

- ha he: Mirum verò impudentem mulier fiēri facit meretrix.

Cic. pro Flacco, Mirandum verò est homines eos, &c. Hoc est, Nequaquam mirari debemus.

Nisi verò. Cic. in Verr. act. vltima, Nisi verò existimatis, &c. Quasi dicat, Nihil minus est credibile.

Non verò, Vide NON.

Nunc verò, Vide NVNC.

Nunc verò iam, Vide NVNC.

Sed verò, vt At verò. Cicero pro Cluentio, Sed ea verò sic agit vt prorsus reticere nullo modo possit.

Tu verò, similem vsum habet quem Ego verò. Terentius in Eunucho 4. 4,

Quem tu verò videre velles Phædria.

¶ Legitur & cum nominibus. Terent. Eunuch 3. 5,

Illa illico vbi accepit, læta verò ad se abducit domum.

¶ Verò in principio epistolæ. Cic. ad Attic. lib. 5. 88, Ego verò & tuum in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis.

¶ Verò, authore Donato, particula est, quæ ironiam aliquando iuuet. Virg. 4. Æneidos,

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis

Tuque puérque tuus. Cic. ad Lentulum lib. 1 9, Est verò probandum qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate absuerit. Budæus.

¶ Verò, ironicōs, cum accusatiuo aliquando. Cicero 13. Philipp. Turpem verò actionem qua defenditur amplissimi authoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. Hic manifesta est ironia.

¶ Verò, permittentis est, & concedentis. Cicero de Claris Orat. Tum Brutus, De isto postea: sed tu inquit, in me intuens, orationes nobis veteres explicabis? Ego verò, inquam, Brute, sed in Cumano, &c Terent. Heaut 3.2,

Eho laudas qui heros fallunt? c. in loco, ego verò laudo. Cicero 1. de Fin. Vtinam igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet, &c. Tuo verò id quidem inquam arbitratu.

¶ Nec verò, Nec etiam. Cic. de Vniuers. Nihil potrò igni vacuum videri potest, nec verò tangi quod careat solido. Idem de Oratore, Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis ætas, nec verò locus aut tempus, &c.

¶ Verò, expletiua vel ornatiua est aliquando. Terent. Eunuc. 5. 4, Id verò est quod ego puto mihi palmarium

Me reperisse. Vbi ait Donatus, Nisi ornatiuum esset Verò, nihil significaret.

¶ Verò, pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuchi 5 3, -moue verò ocyus

Te nutrix.

Vero, veras, Vide VERVS.

VERO, Fluuius Celtiberiæ, à quo populi Verones dicti sunt, circa eum habitantes.

VEROMANDVI {βαμβάδυκες} Galliæ Belgicæ populi, quorum meminit Plinius libro 4. cap. 17, Et Cæsar bel. Gal. lib. 2, Vulgò *Vermandois*.

VERONA, penult. prod. {βίεγονα} Vrbs Venetiæ à Gallis olim condita, duce, vt quidam opinatur, Brenone, à quo Brenona primùm, deinde mutatis consuetudine literis, Verona appellata. Galli enim quorum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas domi dissensiones cogerentur, in Italiam venere: expulsíque inde Euganeis, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condidetunt. Veronam magna ex parte alluit fluuius omnium amœnissimus Athesis, qui ex Tridentinis Alpibus ortus non longè à fossa Clodia Padō miscetur. Clara hæc vrbs solo, ac frugum & fructuum omnium hubertate, tum alumno Catullo poëta. Quid. 3. Amor. eleg 14,

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. Hinc fiunt adiectiua Veronius, & Veronensis.

Iuuenum Veronensium flos. Catull. de Cælio & Quintio 95.

Verpus, verpi, m. g. {λευκὸν δέρμα, φαλὸς} Medius digitus est: à verrendo pudice dictus.

Verpus, Homo renudatam glandem habens, vt in re fœdissima. Qua de causa & à Plauto deglupta mœnas probrosissimè dicitur: & Iudæi ob eam partem nudatam & rectā, apellæ, recutiti, verpi per summam contumeliam vocabantur. Sic & φαλὸς à Græcis etiam vsurpatur. Catullus,

-verpus præposuit Priapus ille. Ex Turnebo.

Verpi dicti sunt Iudæi, quod sanguinis fluxum patientes, hoc digito verrendo podici vtuntur, vel potius quia sunt recutiti: vnde & apellæ dicuntur. Iuuen. sat. 14, - eadem nisi sacra colenti

Quæsitum ad fortem solos deducere Verpos.

¶ Verpam, F. g. {ψωλὸν} mentulam innuit. Martial. lib. 11,

Iam nisi per somnum non artigis: & tibi Meui

Incipit & medios meiere verpa pedes. Catul. ad Memmium 26,

-nam nihilo minore verpa Es farctus.

Verra, Ara fuit Romæ, ad quam orabant ne Agrippæ nascerentur.

VERRES C. {βλίτυρι} perfunctus Quæstura & Prætura vrbana, patre C. Verre, & prætextato filio, & filia nupta, successit in Sicilia prætor C. Sacerdoti: atque in ea libidinosè aut auaricè versatus, decedens tardem succedente Metello repetūdarum reus à Siculis postulatus est. Qui M. Tullium ad accusandum descendere compulerunt, iam pridem ipsis necessitudine copulatum, quum Quæstor in Sicilia fuisset. Autor Asconius Pædianus.

Verrea, verreorum, {βλίτυρα} Festa siue sacra à Verre instituta. Cicero 4. Verr. At verò præclarum diem repostuisti, Verrea vt agerent, & vt ad eum diem, quæ sacris epulísque opus essent, in compiures annos lōgarentur.

Verres, verris, masc. gen. {τριμέλες} Porcus masculus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 4. de sue loquens. Castrantur verres commodissimè anniculi, vtique ne minores quàm semestres: quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales. Horat. 3. Carm, ode 22,

Imminens villæ tua pinus esto,
Quam per exactos ego lætus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Verrem ad hominem masculum transtulit Plaut. Milit. 14.
- nisi huic verri affertur merces,

Non hic feminio suo quanque porculenam partiturus est.

Verrinus, pen. prod. Adiect. {τριμελικὸς} Quod est verris. Plin. lib. 18. cap. 10. Simili modo verrinum iecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. Ibidem cap. 9. Adipe verrino confici.

Verriculum, verriculi, pen. cor. {σαγήνη} Rete piscatorium, quod trahendo è vado educitur.

Seruius in illud Æneid. 1.

Verrúntque per auras. Verrere (inquit) est trahere, à rete, quod verriculum dicitur. Vide Euerriculum, in Euerro. Val Max. lib. 4. ca. 1. De septẽ sapientibus, A piscatoribus in Milesia regione verriculũ trahentibus quidam iactum emerat.

Verriculatus, pen. prod. Adiect. {σαγηνοειδὴς} Ad verriculi formam factum. Col. lib. 2. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis: atque iis vel rostratis vel denticulatis medium culmum secant. Nisi quis malit legere verticulatis aut potius vermicelatis. Alij legunt vericulatis, alij veruculatis.

Verro, verris, verri, & versi, versum {ἐλκύω, σαίρω, γεμίζω} verrere, Trahere. Virg. 1. Æneid.

Ni faciat, maria ac terras cælúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verránteque per auras.

Venti verrentes æquora. Lucret. lib. 5.
Nautæ verrunt cærula. Virg. 3. Æneid.
Remi verrebant freta. Ouid. 3. Amor. eleg 7.
Remis vada liuida verrunt. Virg 6. Æneid.
Cauda verruntur arenæ. Ouid. 10. Metam.
Diripiunt verrúntque dapes. Valer. 4. Argon. De Harpyiis.

¶Verrere, Mundare, quòd trahendo sordes mundentur. Apud Plaut. in Merc. 7.

Verre ædes. Iuuenal. Saty. 14.

Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. Cic. in Para. Qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, &c.

Versus, Participium {στεμφιλίζω} Virg 1. Æneid.
- & versa pruinis infectibitur hasta.

Spumant freta versa lacertis. Idem 5. Æneid.

Verruca, verrucæ, pen prod. {θύρα} Locus in monte editior. Cato in libris Originum. Maturum censeo, inquit, si rem seruare vis, faciundum vt quadringentos quos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam vrbi occupent, imperes, horterisque. Ex Gellio lib. 3. cap. 7. vbi verrucam locum editum, asperúmque interpretatur.

¶Verruca, {ἀκροχορδόνιον, πάθος} Caruncula eminens in corpore sine pruritu. Plin. lib. 20. cap 12. Ocimum verrucas misto atramento sutorio tollit. Horat. 1. Serm. Saty. 5.

Maculæ & verrucæ gemmarum. Plin. lib 37. cap. 3.
Verrucæ fessiles. Plin. lib. 37. ca. 2. Verrucæque non eminentes, sed fessiles. Id est, *plates*.

Verrucula, verruculæ, pen. cor. Dimin. {ἀκροχορδόνιον} Colum. lib. 7. cap. 6. Caper cui sub maxillis binæ verruculæ colo dependent, optimus habetur.

Verrucosus, pen. prod. Adiect. {ἀκροχορδονώδης} Homo verrucis plenus, & varias eminentes partes habens. Verrucosa loca, Inæqualia, & diuersas partes eminentes habentia. Pers. Saty. 1.

Sunt quos Pacuuiúsque & verrucosa moretur Antiopa, &c. Hoc est aspera, non perpolita.

Orator verrucosus. Cic. de Claris Orat.

Verrucaria, verrucariæ {ἀλικτήριον} Herba quæ verrucas tollit. Plin. lib. 21. cap. 21. Verrucas eum sale tollit succus è folio: vnde nostri verrucariam herbam appellauere, aliis cognominari effectibus dignio-rem.

Verruncо, verruncas, verruncare, Vertere, inquit Festus, vnde Auerruncо compositum: de quo vide suo loco. Cic. 1. de Diuin.

Per propinqua hæc bene verruncent populo. Ex poeta.

Versicolor, Versiculus, Versipellis, Verso, versas, Versúra, Versus, Participium, Nomen, Præpositio, Aduerb. Vide VERTO, vertis.

Versus à verto Particip. Vide VERTO.

Versus, Particip à Verro, Vide VERRO.

Versutus, Versutiloquus, Vide VERTO.

Vertagus, Canis nomen, dictus veluti Ferrahus, à fera scilicet trahenda ad dominum, g in vicem elementi h. transeunte, vt in tragula, quàm à trahendo nomen habere grammatici affirmant. Martialis,

Non sibi sed domino venatur vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert. Gratius poëta vertraham appellare videtur, etsi tempus syllabæ mutet,
Et pictam macula vertraham delige falfa. Ex Turnebo.

Vertebra, Vertebratus, Vertex, Verticillum, Verticulum, Vertigo, Vide VERTO.

Verto, vertis, verti, versum {διαστρέφω, δίνη, δινέω, εἰλέω, ἑλίσσω, πολέω, πρέπω, τρέπω, στρέφω, στροφόω} vertere, A Vere dicitur: quia Vere annus incipit verti. Terent. Heaut. 5. 1.

Retundam, redigam, vt quò se vertat nesciat.

Omnia vertere, pro Euertere & corrumpere. Cic. 1. Offic. Translatum videri potest ab iis qui segetem vertunt. Ex Budæo.

In Africam se vertit Auster. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Agrum vertere, pro Subigere. Plin. lib. 18. cap. 6.
Animam vertere, pro Reddere anhelitum. Plaut. Merc. 4.

Arces vertere. Virg. 1. Æneid. Hoc est euertere.

Arma vertere aduersus Carthaginenses Romani. Lius 4. belli Punici.

Arma vertere in aliquem. Liu. 5. bel. Pun.
In auaritiam verterat. Tacit. lib. 20.
Aures ad pacem vertere. Propert. lib. 4. eleg. 14.
Beneficium vertere in grauissimam iniuriam. Plin. in Paneg.
Dulcia se in bilem vertunt. Horat. 2. Serm. Sat. 2.
In bonum vertere Quintil. lib. 1. cap 1, Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia?
In bonum vertere auspicia. Liu. 10. ab Vrbe.
In bonum vertere detrimentum. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Verrere eadem, valet exhaurire: quæ enim exhauriuntur vertuntur. Plautus,

-amicæ vter vtrubi accumbamus?
Quanuis de subito vel eadus verti potest. Lucil.

Vertitur Oenophoris fundus sententia nobis. Et apud Horatium, Inuertunt aliphanis vinaria tota. Turnebus.

Cælum vertitur. Virg. 2. Æneidos,

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Id est in aliam faciem commutatur: quod more suo explanat sequentibus. Seruius.

Causas secundorum & aduersorum vertere in deos. Liuius 6. bel. Punic.

Causa vertitur in eo, pro Consistit. Quintil. lib. 3. cap. 13.

Certamen vertitur. Cic. ad Attic. lib. 8. 166, Brundusij autem omne certamen vertitur huius primi temporis.

In cinerem vertere. Ouid. 2. Metam.
In consuetudinem vertere. Tacit. in Dialogo de Orat.
In contrarium aliquid vertere. Quint. lib. 3. cap. 11.
In contumeliam suam vertere quod alius gesserit. Cæsar 1. belli Ciuilis.

Crateras vertere, pro Potare. Virg. 9. Æneidos,

-fusíque per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Hemistichium Enniani. Seruius.

Crimen reus citra accusationem in aduersarium vertit. Quintil. 7. cap. 3.

In crimen vertere quod gloriæ esse debet. Liu. 10. belli Maced.
Culpam vertere in gloriam. Plin. epist. 171.
Culpam omnem belli à publico consilio in Annibalem vertentes. Liuius 10. belli Pun.

Cursum vertere aliquò. Virg 3. Æneid.
Dies vertitur. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Nunc vtcunque potes fato gere saucia morem:
Et deus, & durus vertitur ipse dies.

Discrimen vertitur. Quintil. lib. 6. cap. 1.

In discrimine verti dicuntur res. Liu. 6. ab Vrbe,

In dorsum vertere, pro Retupinare. Plin. lib. 9. cap. 10.

Eiocutionem vertere. Plin. epist. vltima, lib. 2.

Equos vertunt ad mœnia. Virg. 11. Aeneid.

In facies omnes se vertere, Varias formas & species referte. Idem 12. Aeneid.

Intra fines hos vertuntur omnia. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 10.

Plura suspicari non possum, hæc noui, alia quæ possunt accedere non cerno. Multa tempus afferre, & preparata multa esse scio, sed intra fines hos, quecunque acciderint, vertentur.

In fugam vertere aliquem, Cogere vt fugiat. Liuius 10. belli Punici.

In gaudium renuntiata verterunt. Liu. lib. 5. Decad. 5.

Glebas vertere vomere. Lucret. lib. 1.

Ad gloriam vertere. Tacit lib. 13.

Gradum vertere. Ouid. 8. Metam.

In horrorem versum facinus. Liu. 4. ab Vrbe,

In ignorantiam verti. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.

Impetum cæli cum admirabili celeritate moueri vertique videmus. Cic. 2. de Nat. deor.

Inuidiam in aliquem vertere. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Ad inuidiam vertere. Tacit lib. 13.

In inuidiam vertit se gloria. Liu. 2. ab Vrbe

In iocum aliquid vertere. Plin. lib. 21. cap. 31.

Iras in aliquem vertere. Liu. 1. ab Vrbe,

Iram vertere ab aliquo in alium Horat. Epod. 10.

Iter vertere aliquò. Virg 5. Aeneid.

Iter retrò vertere. Liu. 8. bel. Pun.

Laudem vertere in crimina. Ouid. epist. 8.

In laudem vertere. Tacit. lib. 4.

In licentiam vertere libertatem. Liu. 7. bel. Pun.

In ludibrium vertere. Tacit. lib. 12.

In lupos vertere homines. Plin. lib. 8. cap. 22.

Ad luxuriam vertere vsum alicuius rei, pro Conuertere, redigere, applicare. Plin. lib. 15. cap. 4.

Malo vertere. Tacit. lib. 5

Terror facilis vertere mentes. Lucan. lib. 2.

Mœnia vrbis ab imo vertere. Virg. 5. Æneid.

Mœnia vertere ferro. Lucan. lib 3.

In morem vertere. Tac. lib. 20. Quod tum in morem verterat.

Oculos ad sydera vertit. Silius lib. 4.

In se oculos omnium vertere, Facere vt omnium oculi in se conuertantur. Liu. 7. ab Vrbe.

In odium vertere. Tacit. lib. 4.

Ora vertere huc & illuc. Horat Epod. 4.

Orbes totius luminis ad aliquem vertere, Toruè aspicere. Ouid. 2. Metam.

In peiorem partem sunt versa & mutata omnia. Cic. pro Roscio Amerino.

Periculum vertere in aliquem. Liu. 2. bel. Maced.

In per-

In perniciem alicui vertere dicitur res aliqua. Hoc est verti. Liu. 9. bel. Maced. Hæc quæ augendæ amplitudinis eius causa facta erant, exemplò in inuidiam, mox etiam in perniciem adolescenti verterunt. Id est versa sunt. Tacit. lib. 2. Astúsque hostium in perniciem ipsis vertebat.

In perniciem vertere rem aliquam. Plin. lib. 18. cap. 1. Ipsum quoque quo viuitur aërem in perniciem vertimus.

In vnius potestate ac moderatione verruntur omnia. Cic. 2. Verr. Prælium eò versum est. Liuius lib. 4.

In priuatum vertere pecuniam, Liu. 8. bel. Maced. Auri & argenti quum vim magnam habuissent, nihil in publicum relatum, omne in priuatum versum.

Vertitur eadem quæstio in pluribus iudiciis. Hoc est, agitatur. Paulus in l. Si cum vno. D. de except. rei iudicat.

Quò me vertam, nescio, vel non habeo. Locutio, qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. 1. De Latinis verò quò me vertam nescio, ita mendosè & scribuntur & veneunt. Idem 5. Verr. Quid esse reliqui potetat et qui per hanc iniuriam non modò frumentum omne amittere, sed etiam omne instrumentum vendere cogeretur? quò enim se verteret non habebat.

Quoquò te verteris, Id est in quãcunque partem respexeris. Cic. in Parad. Ipsum quidem illud peccare, quoquò verteris, vnum est.

Superstitio instat & vrget, & quò te cunque verteris persequitur. Cic. 2. de Diuinat. Id est quocunque.

Rationem vertere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Vertit hic rationem, & id quod probare non potest, fingere conatur.

Regnum in formam prouinciæ verterat. Tacit. lib. 19.

In religionem vertere, Vide RELIGIO. Liuius 5. ab Vrbe.

In rem suam. Vlpian. in Lprima. ad l. Iuliam peculatus, Lege Iulia peculatus cauetur, nequis ex pecunia sacra religiosa auferat, neue intercipiat, néue in rem suam vertat.

Vertere Rempublicam in meliorem statum. Tranquillas in Augusto, cap. 23.

In eo res vertitur. Liu. 1. ab Vrbe

Tribus in rebus ferè vertitur omnis virtus. Cic. 2. Off.

Res vertitur in periculo. Plautus Mene. 4, Hoc est, periclitatur.

Vertitur res in meo foro. Plautus Most. 15,

Vbiego video rem verti in meo foro. quantum potest

Facio id quod plurimi, quibus res timida aut turbida est. Id est, de mea re agi, & in meam cerniceni cuncta ruere. Vide Erasm. Chiliad. tertiæ, Centu. 6. 2. vide etiam interpretes Plauti.

Salus mea in eo vertitur. Liu. 3. ab Vrbe

Ad se vertere partem alicuius rei, pro Accipere sibi. Cic. 2. Ver. 31.

Vertere se in aliquem, pro Celare fecreta noftra eum, cui ea detegere solebamus, & alteri aperire. Liu. 10. bel. Maced.

In locum aliquid vertere. Plin. lib. 21. cap. 31.

Iras in aliquem vertere. Liu. 1. ab Vrbe.

Iram vertere ab aliquo in alium. Horat. Epod. 10.

Iter vertere aliquò. Virg. 5. Æneid.

Iter retrò vertere. Liu. 8. bel. Pun.

Laudem vertere in crimina. Ouid. epist. 8.

Sententiam vertere retrò. Virg 10. Æneid. Id est mutare.

Sententia vertitur. Virg. 1. Æneid. Vide SENTENTIA.

Seria vertere ludo. Horat. de Arte.

Sese in faciem alterius vertere, Mentiri alterius formam, & simulatè effingere. Plaut. in Argumento Amphit 1.

Vertere sese in hirundinem. Plaut. Epid. 5.

Solum exilij causa vertere, id est, Sedem aut locum mutare. Cic. pro Quintio. Vide SOLVM soli.

Spes ciuitatis in eo vertitur. Liu. 4. ab Vrbe,

Ad spem vel in spem vertere. Liu. 9 bel. Pun. Idem 6. ab Vrbe

Stimulos sub pectore vertit Apollo. Virg. 6. Æneid.

¶Vertere stultitiæ aliquid alicui, pro Stultè factum esse interpretari. Plaut. Capt. 6.

Stylum in tabulis vertere, Id est scripta inducere & delere. Cic. 4. Verr. Vertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem euertit suam. Budæus.

Non in supplicio crimen meum vertitur Cic. 7. Verr.

Facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant. Tacit. libro 5.

Tempus hyemis vertitur, vel mutatur æstate. Columel. libro 7. capite 7.

Terga vertere, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe

Terra in aquam se vertit. Cic. 3. de Nat deor.

Terram vertere, Arare. Virg. 1. Georg.

Terram vertere aratro. Horat. 1. Serm. saty. 1.

Terram bidentibus vertere. Colum. lib. de Arborib. capite 12. Bidentibus terram vertere vtilius est quàm aratro.

Terram vertere ferro. Virg 1. Georg.

Vitio vertere. Horat. 1. Serm. sat. 6. Plaut. Epid. 3,

Quis erit, vitio qui id non vertat tibi?

In voluntate Philippi id totum vertitur. Liu 7. bell Maced.

In voluptatem gulæ vertere pœnas montium. Plin lib. 19. cap. 4.

In vsum publicum vertendæ erant pecuniæ. Liu. 4 bel. Maced.

Vultus vertere ad ora alicuius Ouid 7. Metam.

¶Vertere fabulas, Platonem, Aristotelem: pro Transferre, traducere in aliam linguam. Cic. 1. de Fin. Quanquam si planè sic verterem, Platonem aut Aristotelem, vt verterunt nostri poetæ fabulas, malè credo mereter de meis ciuibus.

In Latinum Græca vertere. Quintil. lib. 10. cap. 5. Ibidem, & conuertere & transferre pro eodem posuit.

Comœdiam à Gellius libro 2. capite 23. A quo istam comœdiam verterat.

De Græcis multa vertere. Cic. 2. Tusc. Verti enim multa de græcis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret latina oratio.

Vertere ex Græcis. Terent. in Prologo Eunuchi.

Ex Græco in Latinum sermonem vertere annales. Liuius 9. bell. Punici.

¶Vertere, pro Fallere, à piscibus qui dum assantur verruntur, inquit Turnebus. Plautus.

Vel qui ipsi vertant, vel qui aliis subuersandos præbeant, Id est qui fallant, vel fallendos præbeant. Plaut. Asinar.

Vorses quo pacto iubet.

Vertere pollicem damnantis, erat, vt Premere fauentis: & in muneribus gladiatoriis qui eum qui succubuerat aduersario, occidi iugulariique volebat, pollicem vertebat, vt munerarius. Iuuenalis,

-& verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. Et Prudentius de Vestalibus, quæ gladiatores Romæ in eminenti podio spectabant -pectúsque iacentis
Virgo modesta iubet conuerso pollice rupi.

¶Vertere, pro Verti, absolutè. Liu. lib. 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. Id est verti.

In præsagium vertit. Tacit. lib. 11.

Bene vertere, pro euenire. Gell. lib. 1. cap. 13. Virg. 9. eclog.

Hos illi (quod nec bene verrat) mittimus hœdos. Id est, quæ res eius in perniciem vertatur, id est vt malo omine hoc munus accipiar, inquit Seruius.

Bene tibi vertat hæc res, pro Vtinam res prosperè tibi succedat. Plaut. Aul. 30, -nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene fœlicitérque vortat, ita di faxint, inquito. Terent. Adel. 2. 1.

Minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat malè.

Vertunt res malè, Malè cedunt, malè exeunt, malè habent. Plautus Persa. 13,

Si malus aut nequam est, malè res vertunt quas agit.

Malè tibi vertat, Imprecantis. Terent. Phorm. 4. 3.

¶Vertere, Versuram facere. Plaut. Cure. 9,

Vel qui ipsi vertant, vel qui alij subuersandos præbeant.

¶Vertitur, Impersonale, pro Disceptatur. Liu. Decad. 4. lib. 9, Multæ & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem continerent, erant: vtrùm restituerentur quos Achæi damnauerant, néc ne: iniquè, an iure occidissent, quos occiderat. Vertebatur & vtrùm manerent in Achaico concilio Lacedæmonij.

Vertens, participium {ἑλίσσων} Cice. in Arato,

Annua conficiens vertentia tempora cursu.

Vertens annus. Cic. in Somn. Quum autem ad idem vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandémque totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint, tum ille verè verteus annus appellari potest, in quo vix dicere audeo, quàm multa hominum seculia teneantur. Propertius lib. 4. eleg. 2,

Sed quia vertentis fructum periecimus anni. Vide ANNVS.

Mensis vertens, ea ratione qua etiam Vertens annus. Plautus Perf. 16.

Vertendus, Aliud participium {στρεπτέος} vt

Aquæ vertendæ, Nauigandæ. Ouid. 1. Amor eleg. 9.

Versus, Aliud similiter participium {ἐστραμμένος} Cic. pro Rosc. Amer.

Videte nunc quàm versa & mutata in peiorem partem sint omnia.

Acies retro versa, Vide ACIES.

Amor versus in tædia. Ouid. epist. 3.

Fas versum atque nefas. Virg. 1. Georg.

Equis versis animosus Parthus Horat. 1. Carm. ode 19.

Versis armis pugnare, est muratis armis pugnare. Caper Grammaticus, Inuersis armis pugnasse gladiatores non est dicendum, sed versis, id est transmutatis: sic non inuersis pannis agitasse aurigas, sed versis. Turnebus.

Gradu verso discedere. Ouid 4. Metam.

Hostes versi fuga. Virg 3. Georg.

Leges abolitæ & funditus versæ. Tacit. lib. 3.

Mens mea versa est cum fortuna. Ouid 4. de Ponto eleg. 9.

Regna ab imo versa. Seneca Hippol. 4.

Sententia retro versa. Virg. 10. Æneid.

Versa vice, Vide VICIS.

Versus ciuitatis status, Euersus, mutatus. Tacit. lib. 1.

¶Versus, Propensus. Liuius 10. bel. Maced. Totus in Persea versus pater cũ eo cogitationes eius rei, &c. Vide VERTERE se in aliquem.

Versus animi, numẽ. Tacitus, Qui versus animi modò numen paueſcere, modò minis aduersantis populi terreri.

Verso, versas {στρεβλόω, ἑλίσσω} versare, frequentatiuum, Frequenter vertere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Versati & adulti pisces, & postero die appositi. Plin. lib. 14. capite 8. Vuæ ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur. Cic. in Pisonem, In quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium verteret orbem, fortunæ rotam pertimescebat.

Versare aliquem, pro Deludere. Plautus Persa. 23, Idem Bacchid. 16,

Ego versabo illum hodie, si viuo, probé.

Animum versat cupido regni, vel pauor. Liu. 1. ab Vrbe, Idem lib. 5. bel. Pun. Hoc est exagitat, variis cogitationibus angit.

Animum versare in omnes partes. Virg. 4. Æneid.

Animum versare per omnia. Idem 4. Æneid.

Animum muliebrem versare in omnes partes: Precibus & minis tentare vt faciat quod volumus. Liu. 1. ab Vrbe.

Animos militares versare. Curtius, Interim qui Persas solicitarent mittuntur: hinc spe, hinc metu militares animos versabat.

Authores versare, Frequenter euoluere. Horat. in Arte.

Bellum versare. Cic. 5. Verr. Quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum te prætore versatum est?

Causas versare. Cicero in Oratore, Sed ita vt rerum explicatór prudens seuerus, grauis non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret.

Consilia secum versare pectore. Virg. 1. Æneid.
Cura, quæ nunc te coquit & versat. Cic. de Senect.
Dolorem corde versans. Stat. 1. Thebaid.
Dolos versare. Virgilius 11. Æneid. Id est tractare. Seruius.
Dolo versari, Agere dolo. Vlpian. in l. Si fideiussor. §. 1. D. Mandati vel contrà.
Versare dolo, pro Euertere. Virg. 2. Æneid. Seruius.
Hominem regere ac versare. Lucret. lib. 3.
Mentem suam versare ad fraudem. Cic pro Cluent. Ad omnem malitiam & fraudem versare mentem suam hæc secum cogitans cœpit.
Versare pecuniam, pro Tractare. Suet. in Galba. cap. 9.
Versari in turbinem. Seneca lib. 3 de Ira, cap. 6.
Versare suam naturam & regere ad tempus. Cic. pro Cælio.
Sors omnia versat. Virg. eclog 9.
Oues versare, pro Pascere. Virg. 10 eclog.
Pectora versat illis pudor. Liu. 2. ab Vrbe,
Amor versat pectora Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Eandem rem multis modis sæpe versare. Cic. in Orat.
Se versare. Cic. 3 Verr. Versat se, quærit quid agat.
Se in vtranque partem versare. Cic 4. Verr. Itaque æstuabat dubitatione: versabat se in vtranque partem non solùm mente, verumetiam corpore.
Se huc atque illuc versare. Cicero 5. de Fin. Id quæres, inquam, in quo verum respondebo, verses te huc atque illuc necesse est.
Sese versat animus. Cic. de Vniuers. Seseque ipse animus versans, diuinus, sempiterno, sapientíque vitæ inducit exordium.
Snes occultas versaret animo. Tacit. lib. 18.
Terram versare, Arare, fodere. Virg. 1. Georg.
Vultus versare in omnia. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.
¶ Versare, Animo voluere, considerare. Horat. in Arte,
Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Virg. 5 Æneidos,
Hinc illuc vinculorum immensa volumina versat, Id est considerat, vt ait Seruius.
Secum in animis versare. Liu 3 ab Vrbe.
Versare in corde, Cogitare. Plaut. Trinum. 5.
Verba versare. Cicero 4. de Fin. Homo igitur acutus, causam non obtinens repugnante natura, verba versare cœpit.
¶ Versare testes. Quint. lib. 5. cap. 7, Multũ domi antè versandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt. De testibus.
Versare aliquid, Tractare. Quint. lib. 7. cap. 4. Finitio plerunque legibus iisdem, quibus coniectura versatur.
Pecunias non ex fide versare, Non fideliter tractare. Sueton. in Galba, cap. 9.

Versor, versaris {ἐπιστρωμαι, καταστρωμαι, πολεύω, ἐμπλέκω, ἀναστρέφομαι, στροβέομαι, σύνειμι, δίνω, στρέφω} versari, Deponens, In aliqua re assiduum esse. Cicero pro Milone, Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur valentum aduersari.
Versari ad, Vide AD.
Ad solarium versari, Vide AD.
Versari in turbinem. Senec. lib. 3. De ira, cap. 6. Pars superior mundi & ordinatior, ac propinqua syderibus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem, omni tumultu caret.
Ante oculos alicui versari. Cic. 7. Verr. Versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis.
Imago versatur nobis ante oculos. Lucret. lib. 2.
Versatur circa res omnes rethorice. Quint. lib. 2. cap. 16.
Cum aliquo versari. Cæs. 1. bel. Gallici, Cum his in præliis versabantur.
Versari cum animis. Cice. 1. de Diuin. Qui quia vixit ab omni æternitate, versatúsque est cum innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum sunt, videt.
Nobiscum versari iam diutius non potes. Cic. 1. in Cat.
Inter aliquos sine dedecore versari. Cic. Attico, lib. 10. 197.
Inter manus versari. Cælius ad Ciceronem, lib. 8 3. Genere tamen quod ad nos pertineat, & διὰγκωνίαν quãdam vt versetur inter manus, habeat.
Hostis intra mœnia versatus est. Cic. Post reditum in Senatu,
In acie versari. Cic. 1. Off. Temerè autem in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est.
In angustiis. Cic. 2. de Fin. In magnis interdum versatur angustiis.
In animis versatur timor. Cic. 1. de Finib. Itaque non ob ea solùm incommoda, quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multo etiam magis quod cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere.
In artibus ingenuis versari. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3.
In sordida arte versari. Cic. 1 Off.
Præclarissimè in consiliis, ac administratione Reipublicæ versari Quint in Procem. lib. 1.
Versatur cupido in corde meo, apud. Plaurum in Pœnulo, 3. Et Mostel. 4.
In discrimine. Cic. pro Quintio, Ea res enim nunc in discrimine versatur, vtrúmne possit se contra luxuriem, ac licentiam, rusticana illa atque inculta parsimonia defendere: an deformata atque ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati, petulantiæq; addicatur.
Vbi aliqui legunt in discrimen: nam vtrunque eleganter efferri potest.
In errore. Plin. epist. 55.
In errore verborum versari. Cic pro Cecinna. Eos enim verè posse dicere esse deiectos, annon? Quum voluntas & consilium & sententia interdicti intelligatur, imprudentiam summam aut stultitiam singularem putabimus in verborum errore versari?

In inanitate Cice. 3. Tusc. In summa inanitate versatur, consectatúrque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ.
In labiis primoribus modò versabatur mihi. Plaut. Trin. 13.
In loco aliquo. Cic. 7. Verr. Versabatur in Sicilia longo interuallo alter.
In loco difficili versari, pro eo quod vulgò dicitur *In difficultate esse*. Cic. de Nat. deor. Difficili in loco versor. Id est hic locus est difficilis explicatu. Idem 3. de Nat. deorum, Inuita in hoc loco versatur oratio.
In malis. Terent And. 4. 1.
Versari in memoria hominum & sermone. Plin epist. 25.
In mente & cogitatione aliqua versari. Cic. pro Cluent. Quæ pecunia simulatque ad eum delata est, homo impurissimus statim cœpit in eiusmodi mente & cogitatione versari, nihil esse suis rationibus vtilius, quàm Oppianicum condemnari.
In munere suo versari, Suo munere fungi. Cic. de Fato, Non enim credo nullo percepto aut cæteros artifices versari in suo munere, aut eos qui diuinatione vtantur, futura prædicere.
In oculis animóque versatur mihi hæc res. Cic. 7. Verr. Nunquam tibi populi Rom. absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis, in oculis animóque versata est?
In ore vulgi, atque in communibus prouerbiis versatur illius nequitia. Cice. 3. Verr. Vos illud vellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem, tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse versatam.
Nefas in pectore versare. Virg. 4. Æneid.
In periculis amicorum versatur labor meus. Cic. pro l. Manil. Et meus labor in priuatorum periculis cattè integréque versatus, ex vestro iudicio fructum amplissimum est cõsecutus. Vide INTEGER.
In publico versatus. Tacit. lib. 15.
In quæstione aliqua versari Cic. 4. Tusc. Stoici mihi videntur in hac quæstione versari acutissimé.
In quæstu & compendio versari. Cic. 5. Verr.
In vitæ ratione versari. Cic. pro Font.
In re aliqua versari. Cic. 4 Acad. Itidem si de officio multísque aliis de rebus, in quibus versatur, exercitatúsque sit, nescire se dicat.
In re aduersa versari. Plaut. Pseud. 11.
In rebus & vsu versari. Cic. Trebiano, lib. 6. 10.
In rebus exulceratis versari. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1. Vt in rebus multò antè, quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à Consularibus exagitatis, & in summam inuidiam abductis, ita versamur.
In amoris rota versari. Plaut. Cistel. 5.
In salute atque auxilio ferendo versari. Cicero pro Quintio, Eos porrò qui defendere consuerunt, vides accusare: & ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ anteà versabantur in salute atque auxilio ferendo.
In summa seueritate versari. Cic. 4. in Catil.
In subselliis vtrísque versari. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. Deinde vetatus in vtrísque subselliis, oprima & fide, & fama, iam ante hanc commutationem Reip. petitioni sese dedit.
In suis summis versari. Cic. pro Rosc. Comœd. Roscio cur tanti fuerit causam requiro. egebat? imò locuples erat. debebat? imò in suis summis versabatur. Id est, multas pecunias habebat, & nihil debebat. Hæc Budæus. Alij legunt nummis.
In tenebris versari. Cic. pro Plancio,
In timore ruinæ. Cic. Attico libro 2. 19. Sed ita tamen vt nihil minus velim quàm Pomponiam & puerum versari in timore ruinæ.
In magna varietate. Cic. Torquato, lib. 6. Quod maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quàm homines aut volebant, aut opinabantur.
In vestigatione veri versari. Cic. 1. Off. Quæ omnes artes in veri vestigatione versantur.
In vicinitate. Cic. 4. Acad. Nam qui summum bonum dicunt id esse si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in vicinitate versari.
In vita versatur inscitia. Cic. 4. Acad. Deinde ita teneri, si sciens falleret: quòd inscitia multa versaretur in vita.
Versatur malum alicubi. Plaut. Mostel. 4,
Quod malum versatur domi meæ?
Dolo versari, pro Dolo agere. Vlpianus in l. Si fideiussor. D. Mandat. vel contra.

Versatus, penul. prod. Participium {διαβὰς} vt
Fuso versato ducere stamina. Ouid. 4. Metam.
Versatio, Verbale {δίαστος} Plin. lib 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.
Versatilis, & hoc versatile, pen. corr. {δυατὸς} Quod huc & illuc versatur: siue quod idoneum est vt versetur. Plin. lib. 36. capite 18, Idem molas versatiles Volsiniis inuentas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis.
Versatilis acies. Curtius lib. 4. Adeóque aciem versatilem posuit vt qui vltimi stabant ne circuirentur, verti tum, & ad frontem circumagi possent.
Versatile ingenium Liu lib. 9. bel. Maced. de Catone, Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum dixeres, quodcunque ageret.
Versatile mundi templum. Lucret. lib. 5,
At vigiles mundi magnum & versatile templum, &c.
Versabilis & hoc versabile, pen. cor. Senec. de Tranquilli. vitæ, Omnem eruditionem scito versabilem esse.
Versabundus, Quod in gyrum vertitur. Lucret. lib. 6,
Versabundus enim turbo descendit, &c.
Versorius, Adiectiuum. vt versoriam capere, id est reuerti. Plautus Trinum. 14,
Periisse ducis, cape versoriam, recipe te ad herum.

Verso

Versoria, inquit Turnebus, est apud comicum Plautum funis quo vertitur velum. Nam eos fere non possum, subdit idem, qui recentem illam pixideculam nauicularioram atauorum memoria inuentam explicant. Verba sunt Plauti,
Hic ventus nunc secundus est, cape modo versoriam. Alio loco, Cape versoriam, recipe te ad herum. Meam confirmat sententiam quod ab eodem scriptum est in Epidico,
Vrcunque in alto ventus Epidice, ex imo velum vertitur. Hæc ille.
Versus, huius versus, {στίχος, ὕπος,} Carmen dicitur, quod dum fit, verba ipsa variè huc atque illuc vertantur. Cice. pro Archia, Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat. Idem 5. Verr. De qua muliere versus plurimi supra Tribunal & supra Prætoris caput scribebantur. Virg 2. Georg.
Necnon Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus in cõptis ludunt, risuque soluto. Id est, carminibus (inquit Seruius) Saturnio metro compositis: quòd ad rhythmum solum vulgares componere consueuerunt.
Versus, orationis est vitium. Cic. in Orat.
Versus fauorum. Plin. lib. 11. cap. 10.
Versus remorum, pro Ordine, &c. Liuius lib. 5. Decad. 5.
¶ Æterni versus, Qui nunquam peribunt. Lucret. lib. 1. 25.
Canori versus. Horat. 2. epist 2.
Catenati versus ex pluribus asperrimè cocuntibus inter se syllabis. Quint. lib. 1. cap. 1.
Parum clari versus, Subobscuri, non faciles intellectu. Horat. de Arte.
Concinnior versus. Horat. 2. epist 1.
Confragosi versus. Quint. lib. 1. cap. 1.
Diserti versus. Martial. lib. 6. epigr. 14. in Laberium.
Duri versus. Horat. de Arte.
Inculti versus & malè nati. Horat. 2. epist. 1.
Inertes versus. Horat. de Arte.
Inopes rerum versus Horat. de Arte.
Intercalaris versus, Vide INTERCALO.
Laboriosus versus, Vide LABOR, laboris.
Lasciuus versus. Martial. lib. 10. epig. 64. ad Pollam.
Lepidus versus. Catul. ad Flauium, 6.
Longi versus, Vide LONGVS.
Malus versus. Cic. in Pisonem.
Scaber versus. Macrob. lib. 6. Saturn. ca. 3, Nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quòd versus eorum scabri nobis videntur.
Solutus versus. Quint. lib. 1. cap. 8.
Suauidicis versibus edere aliquid. Lucr. li. 4.
Teres versus. Ouid. ad Pisonem.
¶ Amplecti cuncta versibus. Virg. 1. Georg.
Componere versus. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Numerum & versum conficere. Cic. 3. de Or. In ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt.
Contendere alternis versibus. Virg eclog. 7.
Famosis versibus coopertus. Hor. 2. Ser. sat. 1.
Deducere versum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Dicere versus. Virg. eclo. 5.
Dicere aliquid versu. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Ornatissimis atque optimis versibus de re aliqua dicere. Cic. 1. de Orat.
Dictare versus. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Ducere versus, Scribere. Ou. 5. Trist. eleg. 13.
Edere aliquid versibus. Lucret. lib. 1.
Effutire leues versus. Horat. de Arte.
Euoluere molles versus, Legere lasciua carmina. Oui. 2. Trist.
Exponere versibus aliquid. Horat. de Arte.
Facere versus. Cicero 7. Verr. Versus qui in istius cupiditatem facti sunt.
Factitare versus. Horat. de Arte.
Fingere versus Horat. de Arte.
Fundere versus. Cic. 3. de Orat. Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore.
Illustrare aliquid versibus. Lucret. lib. 1.
Includere versu verba, Vide INCLVDO.
Iuuenari teneris versibus. Id est, iuueniliter lasciuire & loqui versibus mollibus, suauibus & delicatis. Horat. de Arte.
Lædere aliquem tristi versu. Hor. 2. Ser. saty. 1.
Ludere incomptis versibus. Virg 3. Georg.
Ludenti versu nectere carmina. Oui. ad Pison.
Oblinere aliquem atris versibus. Hor. 1. epist. 20.
Perscribere versum puris verbis. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Persequi versu aliquid. Virg 3. Georg
Positi comodè versus. Quint lib. 6. cap. 3.
Pronuntiare versus. Cicero 1. de Orat. Qui etiam coniectis in os calculis, summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat.
Si versus pronuntiatus est syllaba vna breuior aut longior, exibilarur, exploditur. Cic. in Parad.
Ructari sublimes versus. Horat. de Arte.
Scribere versus. Horat. 1. Serm. saty. 9.
Scribere versibus. Cic. Lentulo, lib. 1 9. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis.
Soluere versus Quint. lib. 1. cap. 9.
Surgit pagina versu. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Tornari versus. Horat. de Arte.
¶ Versus, Linea vulgò vocatur. Plin. in epist. lib. 3 ad Macrum. Idem lib. 4. Non paginas tantum epistolæ, sed etiam versus, syllabasque numerabo. Cic. pro Rab. Post. Glaucia solebat homo impurus, sed tamen acutus populum monere, vt quum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet.

¶ Versus, Species quædam motus est, cuius multa genera tripudiatores frequentant. Plaut. Scicho,
Si isthoc vorsu me vicceris, aliome prouocato. Monuit Turnebus.
¶ Versus, pro Cantu. Plin. lib 10. cap. 29. Meditantur aliæ iuniores. versúsque quos imitentur, accipiunt. De lusciniis.
¶ Versus in agricultura, Varro. lib. 1. de Re rust. cap 10, In Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possint. Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Colum. lib. 2. cap. 2, Bubus eum autem per prosciissum ingredi oportet, alternísque versibus obliquum tenere aratrum.
¶ Versus remorum, pro Ordine. Virg. 5. Aeneid. Gallicum vulgus dicit *rane*, vel *rangee*.
Versus arborum, pro Ordinibus. Virg. 4. Georg.
Versus fauorum. Plin. lib. 11. cap. 10.
Versus foliorum. Plin. lib. 15. cap. 29.

Versiculus, pen. corr. Diminutiuum, {στιχάριον,} Carmen, aut linea quam vocant. Cicero ad Brutum, 14, Breues tuæ literæ, breues, dico, imò nullæ: tribúsne versiculis his temporibus Brutus ad me? idem 2. de leg. Quæ præsertim vno versiculo Senatus puncto temporis subla tæ sint. Idem ad Atticum, lib. 13. 264, Epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis, ad familiareis missas à Corintho.
Molliculi versiculi ac parum pudici. Catul. ad Aurelium, 16.
Transuersus versiculus. Cic. Attic. lib. 5. ep. 1. Nunc venio ad transuersum illum extremæ epistolæ tuę versiculum. Quum pagina versibus recto ordine subsequentibus completa nihil vltra capit: tum, siquid eiusmodi superest, quod multorum verborum non sit, scribere solemus de transuerso.
Scribere versiculos. Horat. Epod. 11.
Euntes mollius versiculi. Horat. 1. Serm. saty. 10.

Versifico, versificas, pen. corr., {ἐποποιέω,} versificare, Versus facere, Quint. lib. 9. cap. 4. Nam & versificandi genus est omnibus sermonibus vnam legem dare.

Versificatio, Verbale, {ἐποποιία,} Quintil. lib. 9. cap. 2. Abusiuè in versificationis ac sermonum imitatione seruatur. Ibidem. cap. 4.

Versificator, pe. pro. versificatoris, {ἐποποιός,} Qu. lib. 10. cap. 1. Versificator, quàm poeta melior Cornelius Seuerus.

Versificus, pen. corr. Adiectiuum, Solinus cap. 16. Studium musicum inde cœptum quum Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos in versificum ordinem transtulissent.
¶ Versus Præpositio, accusatiuum requirit, & semper postponitur. Cic ad Marium, lib. 11. 27, Et initio belli Ciuilis quum Brundusium versus ires ad Cæsarem, veniisti ad me in Formianum. Idem. 1. de Diuinat. Quum Aretium versus castra mouisset.
¶ Habet quandoque adiunctam præpositionem, vt Ad Occidentem versus, In forum versus: & tunc est aduerbium, vt Vallæ placet. Cice. de Amicit. Is primum instituit in forum versus agere cum populo. Veteus exemplar habet versibus. Liu. 1. ab Vrbe Deductus in arcem, in lapide ad Meridiem versus consedit.
¶ Versus aliquando aduerb. vt Sursum versus, Deorsum versus. Cato, cap. 156.
Quum gradatim sursum versus reditur. Cic. in Orat.
Et idem quasi sursum versus retroque dicatur. Cic. in Partit.
¶ Sursus versus. Lucret. lib. 2.
¶ Versum ad eum. Plaut. Epid. 5,
Cœpi rursum versum ad illas pauxillatim accedere.
Quoquo versus, Id est In vnamquamque partem & quocunque. Varro 1. de Re rust. cap 10. Cæsar. 7. bel. Gal.
Dimitti quoquo versus legationes.
Vtroque versus, Id est in vtranque partem. Gellius. lib. 5. cap. 12.
Vndique versus. Gel. lib. 12. cap. 13, Quum verò omnes terras omnifariam & vndique versus circunfluat, nihil citra eum est.

Versura versuræ. pen. prod. {ἔστροφα,} A, verto vertis dicitur. quum aliquid vertitur: hoc est conuersio. Varro li. 1. de Re rust. cap. 46. Propter eius modi res, admiranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam folijs, propter eorum versuram, quod sit anni tempus dici possit, vt olea, & populus alba, & salix. Horum enim folia quum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse.
Vorsura per o, pro Versura ferè semper apud Comicos.
¶ Versura {ἀγρεπὰ,} Scriptoribus agriculturæ dicitur, quum boues in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur, vertunturque. Col. lib. 2. cap 2. Ibidem, ca. 18.
Versura, pro sulco ipso. Colum. lib. 2. cap. 2. sub finem, de bulbuco, Sed nec in media parte versuræ consistat: detque requiem in summa, vt spe cessandi totum spacium bos agilius enitatur.
¶ Versura, Flexus ipse angulorum in ædificijs & parietibus exterior, vt est apud Vitruuium, lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 6. ad finem. Ibidem cap. 11. & cap. 12.
¶ Versura soluere, & versura dissoluere. Terent. Phorm. 5. 2,
-in eodem luto hæsitas, versura solues.
Geta: præsens quod fuerat malum, in die abijt: plagæ crescunt.
Nisi prospicis. Id est, Debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore. Simili conditione atque ij solent qui vt syngraphã vnam dissoluant, & vna cautione se liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. Indies enim deteriorem conditionem suam faciunt, quod frugi homines non solent. Hæc Budæus. Cicer. 1. Tuscul. Ego verò illi maximam gratiam habeo qui me ea pœna multauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere.
Versuram facere. Cic. ad Atticum, lib. 5 110, Salaminij cùm Romæ versuram facere vellent, non poterant, quod lex Gabinia verabat. Idem 4. Verr. Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse qui pecuniam Verri dedissent. Id est multis de causis pecuniã fœneraticiã sumpsisse. Hæc Budæus. Versurã facere

vel soluere(vt inquit Donatus)est creditorem mutare,& fœnus fœnore dissoluere. Festus,Versuram facere, mutuam pecuniam sumere, ex eo dictum est, quòd initio qui mutuabantur ab aliis , non vt domum ferrent, sed vt aliis soluerent , velut verterent creditorem. Cic. pro Flacco , Negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romæ. Idem pro Fonteio, A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt?

Ab Epicuro versura facienda est. Seneca epist.19.sub finem.

Versutus,penul.prod. Adiectiuum {ἐπικοπὲς} Quod vertitur. Plaut. Epid.8.

Versutior es quàm rota figularis.

Versutus {γόης, καρδιλόπος,καθέτηρος,πανοῦργος,βωλόβακος, σκολιόβακος, σφοδρὸς, πανεπάδων.} Qui inconstanti quodam animi motu huc atque illuc vatiè & simulatè fertur. Festus , Versuti dicuntur quorum mentes crebrò ad malitiam vertuntur.Cic.lib.3.de Nat. deor. Versutos eos appello,quorum celeriter mens versatur.Cic. 2.de Finibus Sed omnia callidé referentem ad vtilitatem , acutum , versutum , veteratorem , &c. Et paulo pòst , Is enim qui occultus & tectus dicitur, tantum abest vt se indicet,perficiet etiam vt dolere alterius improbè facto videatur. Quid enim est aliud esse versutum? Ouidius 11. Metamorphoseos,

Versutus & callidus. Cic. 3. de Nat.deor.Et Chysippus tibi acutè dicere videbatur,homo sine dubio versutus & callidus.

Versutus in differendo. Cic.3.de Fin. Neque enim qui defendunt eam,versuti in differendo sunt : nec qui contradicunt causam difficilem repellunt.

Versutus ingenij Plin.lib.7.cap.12.

Malitia , est versuta & fallax ratio nocendi. Cicero 3.de Natura deorum.

Versuta & simulata tristitia.Cic.post red.in Senatu. Nam ille alter Cesonius Caluentius ab adolescentia versatus est in foro , cùm eum præter simulatam versutámque tristitiam nulla res commendaret.

Versutè,penult.prod.Aduerbium { πανούργως} Callidé.Cic.de Claris Orat.Nihil,vt ita dicam,subdolè,nihil versatè,quod ille non viderit, nisi subtiliter dici,&c.

Versutè & subtiliter dicere.Cic.in Orat.

Hoc si vobis versutius , quàm mea consuetudo defendendi fert, videbitur,sic existimetis,&c.Cic pro Cecinna.

Versutiloquus,penult.corr. Adiectiuum {καρδιολόγος}Qui versutè loquitur.Cicero 3.de Orat Num non vis huius me versutiloquas malitias.Videtis enim & versutiloquas,& expectorat,ex coniunctione facta esse verba,non nata.

Malitiæ versutiloquæ.Cic.in Orat. Habeo istam ego perterricrepam.Iidémque , Versutiloquas malitias.

Versipellis , & hoc versipelle { ἀλλοφρόπελλος } Quod facilè vertit pellem,hoc est vultum,& quomodolibet faciem mutat: vnde pro astuto & callido simulatore poni solet.Plaut.Amph.3,

-eccum Iuppiter
In Amphitruonis vertit sese imaginem,
Omnéque eum esse censent serui,qui vident:
Ita versipellem se facit quando lubet. Idem Persa,6,
Ne vbi capillus ve.sipellis fuat , fœdè semper seruias. Lucilius, At libertinus tricorius Syrus iste ad mastigias , quicum versipellis fio,& commuto omnia.Plin.lib.8. cap. 22. Homines in lupos verti, rursúmque restitui sibi , falsum esse confidenter existimate debemus,aut credere omnia quę fabulosa tot seculis comperimus.Vnde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum vt in maledictis versipelles habeant,indicabitur.

Versicolor,penult.corr.versicoloris, pen. prod. om. ge. {χλανιδηφὸς , ποικιλοχρώματος} Apud Iurisconsultos dicitur quod mutat colorem.Vel etiam quod variis coloribus constat: quasi eos mutare inuicem videatur, vt est cauda pauonis,& collum columbæ,& aqua maris. Vide Vallam lib.6.cap.53.& Paulum.D.de aur & arg.legat.l. Pediculis. § Labeo.Liuius scribit Punico bello interdictum fuisse mulieribus ne versicoloribus vestibus vterentur , id est coloris varietate distinctis.4.bel.Maced.Cic.3.de Finib.Plumæ versicolores columbis.

Pluma versicolor.Propert.lib.3.eleg.7.Cic 3.de Fin.

Cultu versicolore decens.Ouid.5.Fast.

¶Versicolores maculæ, Non quæ mutant colorem , sed quæ diuersorum sunt colorum.Plin.lib 36.capite 6 , Versicolores quidem macu'as,& in totum marmorum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriæ interpres primus & rarò attigit.

Versicolor & numerosa varietas.Plin.lib.9 cap.17.

Versicoloribus armis, apud Virgilium Seruius exponit depictis: per quod bellicosus ostenditur 10.Æneid.

Vertebra,vertebræ,penult.corr.siue Vertibulum,vertibuli, pen. corr. {σφονδυλεὺς } Vbi summæ ossium partes non æqualiter finiunt , sed quibusdam crassioribus nodis conglobatæ , & subtringuntur facilius neruis,& tutius vertuntur,inquit Sipontinus.Plin. lib.11.cap. 1, Imbricatis flexilibus vertebris.

Pedum crurúmque resolutæ vertebræ Senec.in Controuers.33.

Vertebratus,penul.prod.Adiectiuum { σφονδυλοειδὴς} In vertebræ morem ornatus.Plin.lib.11.cap.37 , Sed quibus ceruix è multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.Idem lib.34.cap.8.

Vertibulum,vertibuli,pen. corr. neut.gen. Idem quod Vertebra. Lactant.de opific.Dei cap 5. Summas eorum partes crassioribus nodis conglobauit,vt & subtringi neruis facilius , & verti tutius possent: vnde sunt vertibula nominata.

Vertex , verticis, penult.corr. m.g. { σφῦρα} à vertendo , & Vortex, vorticis apud antiquos iuxta Quintilianum lib.1.cap.de Orthographia,qui primum Aphricanum per e vertices dixisse docet. Vertices propriè dicuntur contorti venti, ac rotati : à quibus fit qui typhon vocatur,id est vibratus.Vertice (inquit Apuleius in Cosmo) torquetur humus arida & ab imo erigitur ad summum.Lucret. lib.

1.59.de ventis,Vertex tortus.Lucan.lib.3.126.

Vicinum inuoluens contorto vertice pontum.

Infanus vortex.Virg.1.Georg.

Turbineus vortex.Ouid.8.Metam.Vide TVRBO.

Verticem { πυγμάν,λαιψηρὰ} Quintilianus libro 8. cap.2. docet esse contortam in se aquam, vel quicquid aliud simliter vertitur. Virg. 1.Æneidos,

Ingens à vertice pontus. Liuius 8.bel.Pun.

Caui vortices.Stat.9 Thebaid.

Densi vertices. Ouid.6.Fast.

Rapidus vortex.Virg.1.Æneid.

Vnda exæstuat vorticibus.Virg.3.Georg.

Crebro vortice tortus Halys.Ouid 4 de Ponto,eleg.10.

Voluit flumen vortices.Horat.2.Carm.ode 9.

Spumoso vertice syluas inuoluunt amnes.Claud.8.Paneg.

¶Vertices dolorum { ἰυγὲς } dixit Cicero ex quodam poeta , 2. Tusc.pro vertigine,rotationéq; quæ in doloribus circunuagit,lancinatque præcordia :

Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices,

Nunc serpit ardor.

Absorptus vertice amoris.Catul.ad Mallium,63.

Vertex capitis { κορυφὴ, κάρηνον } etiam dicitur:propter flexum capillorum. Testis est Quintil.lib.8.cap.2. Inde , A vertice ad calcem, id est à principio ad finem. Plin.libro 7.in Præf. Quandiu palpitans vertex, summæ inter cũcta animalia imbecillitatis indicium. Idem lib.11.cap.37.Vertices bini homini tantùm.

Ab imis vnguibus vsque ad verticem summum. Cicero pro Roscio Comœdo,

Criniger vertex.Claud.1.Paneg.

Crinitus vertex.Stat.9.Theb.

Intonsus vertex.Stat.6.Theb.

Nudo vertice fulua cæsaries.Virg.11.Æneid.

Rasus vertex.Iuuen.Saty.12.

Summo vertice intrabant humiles postes.Ouid.8.Metam.

Supposito vertice ferre aliquid.Ouidius 3.Amor. eleg.12.Idem 2. Metamorphoseos,

Vacuum verticem plus nimio attollens gloria. Horat. 1. Carm. ode 18.

Sublimi feriam sydera vertice.Horat.1.Carm.ode 1.

Obstipare verticem,Vide OBSTIPO.

Palpitat vertex,Vide PALPITO.

Iunctura verticis rupit grauiictu.Ouid.12.Metam.

Conspicuum latè tollere verticem.Horat.3.Carm.ode 16.

Ictus veniens à vertice.Virg 5.Æneid.

¶Vertex arboris { κορυφὴ } Plin.lib.12.cap.1,Arbor numeroso vertice.Vide NVMERVS.

Celso vertice quercus.Virg 3 Æneid.

Numerosus vertex.Silius lib.6.

¶Arcis vertex.Lucret.lib.6.

¶Vertex montis { ἄκρον , ἄρπη, ἀκροβυξ , ἀκροφύσια } etiam dicitur eminentissima montis pars: quòd quæ ibi nascuntur, partim in dexteram,partim in sinistram vertantur.Virgil.1.Æneid.

-geminíque minantur
In cœlum scopuli:quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent. Martial.lib.1. -planus vertex.
Saxi vertex.Virg 4.Æneid.
Ignes qui ex Ætnæ vertice erumpunt.Cic.6.Verr.
Actius vertex.Silius lib.1.
Altus vertex saxi.Virg.2 Æneid.
Excelsus vertex montis.Virg.5.Æneid.
Niuali vertice attollens se Apeninus.Virg.12..Æneid.
Summus vertex.Virg.2.Æneid.
Vmbrosus vertex montis.Silius lib 5.

¶Vertices { πόλοι } Altissimæ cœli partes , quas Græci polos dicunt:quòd circa hos mundus rotetur.Virg 1.Georg.

Hic vertex nobis semper sublimis:at illum
Sub pedibus Styx atra videt manésque profundi. Plin.lib.2.cap.15.

Terra à verticibus duobus,quos appellauerunt polos.Cic.2.de Nat. deorum,

Extremúsque adeò duplice de cardine vertex

Dicitur esse polus, Ex poeta.

Cœli vertex.Virg.1.Æneid.

Vertex montis, &c. Putat hunc significatum Quint. lib. 8. cap.2. sumptum esse à summitate capitis.

¶Vertices,Cardines,circa quos fores vertuntur.

Verticem,pro Aquilone posuit Virgil.in Georgicis,lib.2.

Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit.

Verticosus,penult.prod. Adiectiuum { ἰκτερώδης } Liuius 1. bel. Pun. Quidam verticoso amni delati in hostes,ab elephantis obtriti sunt. Alij legunt verticoso.

Verticulum,verticuli, pen. corr. } σφόγξ } Instrumentum quod fuso adhibetur vt facilius vertatur.

Verticulas , ἄτρακτος, inquit Festus,quum dixit Lucilius , articulos intelligi voluit.

Verticillum,verticilli:siue verticillus,Diminutiuum { σφόγγος} Plin. lib.37 cap.2,In Syria quoque fœminas verticillos inde facere & vocare harpaga,quia folia & paleas,vestimúque fimbrias rapiat.

¶Verticilla,insecti species,inquit Budæus.

Verticillatus, pen. prod. Adiectiuum { σφογγογραφὴς } Celsus lib.8 cap. 1.Superius autem humeri caput rotundius quàm cætera ossa,verticillatis scapularum ossibus inseritur. Legitur & verticulatus. Hoc etiam vertibulatus dici potest , quoniam vertibulum & vertebra pro spondylis accipiuntur:& vertebratum.Budæus.

Verticordius,Adiectiuum.Val.Max.lib. 8. cap.1. De Sulpitia, Quum Senatus censuisset vt Veneris verticordiæ simulacrum consecraretur,

retur , quo facilius virginũ mulierumque mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur,&c.

Vertigo,pen.prod.vertiginis,fœm.gen.{δῖνος,δίνησις} Conuersio,rotatio.Plin.lib.8.cap.40, de cane inuadente elephantum , Hinc & illinc artifici dimicatione qua maximè opus esset, infestans atque eutans,donec assidua rotatum vertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa.

Molli vertigine membra rotare.Claud.2.in Eutrop.7.

Rerum vertigine attonitos.Hoc est,mutatione.Lucan.lib.18.

Vertigo cæli,apud Plinium,teste Budæo.Plin.lib.2.cap.3. Tantæ molis rotare vertigine assidua.Ibid.cap 8.Æterna mundi vertigine.

Torta vertigo,Vide Tortus,in TORQVEO.

¶Vertigo { ἴκτερος,σκώληξ } Morbus capitis,qui ex frigidis & lentis humoribus è cerebro defluentibus oritur,ita vt sic affecti,occasione parua succidant. Dicta quòd ob oculos eorum verticosa quædam & rotatilia circumagi videantur.Plin. libro 20.capite 17. Vertigines à partu cum femine cucumeris & lini pari mensura trinum digitorum , vini albi tribus cyathis discutit. Idem libro 7. capite 6,A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebræque.Iuuenal.saty.6.

VERTVMNVS, Deus,qui præest rebus contrahendis, ac permutandis: vel ab amne verso dictus,vel ab eo, quòd anni verterentis poma percipiat.De hoc plura Propertius lib.4 Hor.libro 1. epist. ad Libium fuum,

Vertumnum,Ianumque liber spectasse videris. Propterea autem, quòd hic Deus ad omnes figuras ac formas opportunus erat , credebatur etiam omnes hominum immutare ac varie afficere.itaque mobili ingenio & inconstantes natos homines , iratis Vertumnis natos dicebant,vt Horat.Satyr 7.lib.2,

Vertumnis , quorquot sunt,sanus iniquis. Ex Lambino.

Verũ, indeclinabile in singulari, in plurali hæc verua { ὀβελὸς } Instrumentum ferreum cum cuspide quo carnes ad ignem torrere solemus.Virg 2.Georgicon,

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.

Pruna subiicient veribus.Virg 5.Æneid.

Salignis veribus transfixa exta.Ouid.2.Fast.

Veru natum est vere.Plaut.Rudent.

Nanque hoc quidem vere natum est veru, ita in manibus consenescit. Metaphora est à fructibus & floribus vernis , qui fugaces sunt & in diem,cum gestui fructus & autumnales spe in totum durent annum. Igitur rubiginosum veru dicit more florum vernorum in manibus consenescere.Ex Turnebo.

¶Veru,Telum ad veru similitudinem factum.Virgil.7. Æneidos, Et terreni pugnant muerone,verúque Sabelli. Plautus Trucul.11.

Veru,dicitur à Græcis ὄβελος.

Veruculum,veruculi,pen.corr. Diminutiuum { ὀβελίσκος } Plin. lib 33, cap.6 , E superiori catino destuens in inferiorem , & ex eo sublata veruculis ferreis , atque in ipsa flamma conuoluta veruculo, vt sit modici ponderis.De spuma argenti.

Verũina,quatuor syllabarum obeliscum significat,id est paruum veru,& tanquam vericulum.Plaut.Bachid.

Si tibi machæra est,nobis verũina est domi
Qua quidem te faciam,si tu me irritaueris,
Confossiorem soricina mænia.

Se enim minatur eum veru confossurum : nec enim cæsim ferit veru,sed punctim,nec obtruncat sed confodit. Turnebus.

¶Verũina,Iaculi genus longum , quod aliqui verutum nominãt. Caius Bassus Satyr.

Verũina confodiende , non te nauci facio. Ex Fulgentio.

Verutum,veruti,penult.prod. { πάλος } Veruta(inquit Festus)pila dicuntur,quòd velut verua habent præfixa.Nonius, Verutum esse telum breue & acurum.Cæsar.5 bel. Gal. Transfigitur scutum Pulfioni,& verutum in balteo defigitur.Liu.ab Vrbe 10. Quibus plerisque in scuta,plerisque veruris in corpora ipsa fixis,sternitur cuneus.

Sic ibidem,2.

Tenue verutum.Silius lib.3.

Fixus super inguina Tyrio veruto.Silius lib.10.

Verutus,pen.prod. Adiectiuum { παλφέρης } Verutis armatus. Virg. 2. Georgicon,

Assuetúmque malo Ligurem,Volcósque verutos.

VERTORICE , Oppidum est Hispaniæ Bæticæ , vt scribit Plinius libro 3.capite 1.

Vertumnus,Vide VERTO.

Veru,Vide VERTO.

Veruactum,veruacti { νέατος,νεωστὶ} Terra quæ interdum requieuit, & vere proscissa:quia vere actum aruum,id est versum est. Plin.lib. 18.cap 19 , Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt Quod vere semel aratum est, à temporis argumento veruactum vocatur. Var.lib.1.de re Rust.cap.44, Illud quoque multum interest, in rudi terra,an in ea feras quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis:an in veruacto,quæ interdum requierit.Colum.lib. 1. cap.3. 8.amplissima veruacta.Idem lib.11.cap 2. Quæ mense Ianuario veruacta fecimus,nunc vltima parte Martij sunt iteranda.

Veruculum,Vide Veru in VERTO.

Veruex,veruecis , pen.prod.m.g.Mas est inter oues: cui inuersi siue adempti sunt testiculi.Plaut. Capt.13. Qui patroni nomen induut veruecisectatio.Cic.2 de Leg. Quod genus sacrificij Iare veruecibus fiat.

Veruecem hominem amantem vocauit Plaut.in Mere.11.

Veruecus, Adiectiuum, Ad similitudinem veruecis factum. Plaut. Cap.16,

Vos ite intrò,interibi ego ex hac statua veruecea volo
Erogitare,meo minore quid sit factum filio. Id est, seruo qui veluti imago veruecis est , hoc est sine ratione & prudentia , non aliter quàm veruex.

Veruecinus,pen.prod.Adiect.Quod ex veruece est.

VERVLANI pen.prod. { ὑπερκάνιοι } populi sunt Italiæ , Tusculanis & Velitternis vicini,vt scribit Plinius lib 3 cap.5.

Verùm { ἀλλὰ, ἀλλὰ τὸ ὄντι } Coniunctio , idem quod Sed significat. Terent.Eunuc.2.3,

Si certum est facere,facias:verùm ne post conferas
Culpam in me.

Verum incœpriua aliquando particula,non relatiua. Terent. And.4.5,

Quémne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?
O hominem audacem p. verùm vidi Cantharam
Suffarcinatam. Virg eclog.3,

Verùm id,quod ex multo tute ipse facebere maius.

¶Verùm pro tamen,vel at.Plaut.Amphit.4,

Verùm vivtes factus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.

Verùm hoc(vt dixi)nihil ad me.Cic.2.de Orat.

Verùm vt aliud ex alio incidit.Terent.Heaut.3 3.

¶Verum etiam { ἀλλ' ὅτι καί } vt Sed etiam.Cic.pro Cœlio,36.Non modò agendo,verumetiam cogitando possit sustinere.

Verum enim. Terent.Adelph 2.3.Cic 3.de Orat. Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita quandoquidem in ea versatur oratior,&c.

Verum enimuero.Terent.Adelph 2.3.

Abs quiuis homine , quum est opus , beneficium accipere gaudeas:Verum enimuero id demum iuuat , si quem æquum est benefacere,is facit.Cic.5. Verr.Verum enimuero quum esset H-s. binis, aut etiam ternis quibusuis in locis prouinciæ , duodenos sestertios exegisti.

Verum hercle vero conuellere illos cogito.Plaut.Cure.8.

¶Veruntamen { ἀλλ' ὅμως } Idem quod tamen. Cic.7. Verr.Consilium capit primò stultum , veruntamen elemens. Idem pro Quintio.Qui societatem cum Sex.Nquio fecerit,viro bono, veruntamen non ita instituto , vt iura societatis , & officia certi patrisfamiliàs nosse possit.

Et si tum nemo erat admodum copiosus , veruntamen versus ab his admisceri orationi,&c.Cic.2.Tusc.

Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.Cic.Consil.lib.12.29.

Veruntamen siqua reliqua spes est.Cic 1 Verr.

¶Veruntamen interdum ad reuocationem & continuationem sententiæ,non aduersantis iure vsurpatur.Cic in Verrem, Atque ego plus oneris habeo , quàm qui cæteros accusarunt (si onus id est appellandum,quod cum lætitia feras & voluptate) veruntamen hoc ego amplius suscepi,quàm cæteri. Turnebus.

¶Veruntamen , Absolutè positum,sed ita vt aliquid subaudiendum sit.Cic Attic.lib.12.2.41.Scire cupiam velim,& appelles procuratores si tibi videtur : quanquam quid ad me? Veruntamen. Subaudi:appelles procuratores.Eidem lib.13.261. Tuas literas hodie expectabam,nihil equidem vt ex iis noui: quid enim? Veruntamen,subaudi:expectabam.

¶Veruntamen non semper habet vim aduersandi , sed quandoque concedendi , vt apud Ciceronem ad Atticum libro 4. epist. 6. Non mehercule possum , & Philoxeno ignoico , qui reduci in carcerem maluit. Veruntamen idipsum mecum in his locis commentor , vt ista improbem,&c. Quasi dicat , Sed ne longior sim , ne te multis teneam , vt indicem tibi animum meum , ego nunc mecum ipse rationem quæro , qua ista improbem. Hæc Paulus.

¶Veruntamen pro Inquam.Cice. Attico, lib.1.6. Quum essem in Tusculano,&c.veruntamen quum ibi essem,&c.

Verus Adiectiuum { ἀληθὴς,ἀψευδὴς,ἐτήσιος,ἐτήσιμος,νηφάλιος, κράζυγος , νηφερὸς, νηφαλὴς.} Solidum,syncerum , nõ falsum significat. Terent. Heaut.3.1, Videre verum,atque ita vti res est,dicere- Idem And.3.1,

Actum est,si quidem hæc vera prædicar.

Verum & falsum contraria.Cic.4.Acad.Interesse oportet vt inter rectum & prauum,sic inter verum & falsum.

Magis verum,Vide MAGIS.

Procul à vero.Ouid.5.Trist.eleg.7.

Maiora vero.Tacit.lib.19.Sua quisque facta extollentes,falsa,vera,aut maiora vero miscebant.

Minora vero. Tacit.lib.17.Quidam minora vero,ne tum quidem obliti adulationis.

Propius vero. Tacit.libro 1.Propius vero Tiberium ac Liuiam illum meru,hanc nouercalibus odiis suspecti,&c.

Simile vero.Cic.ad Cassium,lib.12.5. Id autem eo facilius credebatur, qua simile vero videbatur.

Verba similima veris.Ouid epist.21.

Verius vero.Martial.lib.8.

¶Conscia numina veri.Virg.2.Æneid.

Ignorantia veri me decipit.Ouid.7.Metam.

Insolens veri,Qui verum non amat.Senec.Hip.2.

Notitia veri fallique.Lucret lib.4.

Patiens veri.Curtius lib 10.

Prouidus augur veri.Ouid 12.Metam.

Similitudo veri.Cic.4. Aca. Cùm possit sine assentione ipsam veri similitudinem non impeditam sequi.

¶Mordax verum Pers.Saty.1.

¶Abdere verum,Vide ABDO.

Abhorrere à vero,Vide ABHORREO.

Abesse à vero,Vide ABSVM.

Auersus à vero,Vide AVERTO.

Cernere verum,Vide CERNO.

Concedere veris,Veritati non aduersari.Hor.2.Ser.sat.3.

Confundere vera falsis,Vide CONFVNDO.

Conuertere se ad verum, Vide CONVERTO.

Dicere verum.Horat.1.Serm.saty.1.

Verum vis dicam? Terent.And.4.2.

Ars differendi,& vera ac falsa diiudicandi.Cic.2.de Orat.

Distinguere falsum vero. Horat. 1. epist. 10.
Mersum latebris educere verum. Claud. 7. Paneg.
Examinare verum Horat. 2. Serm. saty 2.
Exequi vera. Tacit. lib. 11. Neque falsa prompserim, & vera exequi pudet.
Fatebor tibi cuncta vera. Virg. 2. Aeneid.
Iacere vera aut vana, Vide IACIO.
Intendere vera. Tacit. lib. 2. Hoc est augere.
Inuoluens obscuris vera. Virg. 6. Aeneid.
Latet in occulto verum. Cic. in Orat. Sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, aut quo iudicio meum dirigerem, quàm id quodcunque mihi quamsimillimum veri videretur, cùm ipsum illud verum in occulto lateret.
Perspicere quid in quaque re verum sy acerumque sit. Cic. 2. Off.
Referre vero. Ouid 3. Metam.
Remissere falsa veris. Horat. de Arte.
Verum sit Cic. pro Domo sua, Eiectio nusquam est. verum sit.
Quum plus vno verum esse non possit. Cic 2. de Orat.
Verum sit velim. Plaut. Rud. 20, Persj. c. verum sit velim.
¶ Verum, pro Æquum, rectum. Horat. li. 1. epist 2. ad Mecoenatem. Meriti se quenque suo modulo, ac pede verum est. id est æquum est, par est, rectum est Lambinus.
¶ Verum, vel Verum id est, Responsio. Plaut. Merc. 18.
Quantum intelligo, & hanc malè habet Demipho. p. id verum.
Idem Asin. 13,
Scio, captiones metuis. p. r. verum.
Falsa vincere veris. Lucret. lib. 4.
¶ Verum modò, pro Modò sit verum. Plaut. Casin. 17.
¶ Verum, Irridentis interrogatio. Terent. Eunuch. 5. 7,
Siquidem istuc impunè habueris p. r. verum? p. a, reddam hercle. p. r. credo. Donatus.
¶ Verùm, aliquando non est nomen, sed aduerbium confirmantis, id est verè, teste Donato. Terent. Adelp. 4. 2, me quæritis? s. verùm. c. perij.
¶ Verus & germanus. Cic. 6 Ver. Inter hunc & illum Numidicum verum & germanum metallum interesse.
Simulatus, fucatus, Syncerus & verus, contraria. Cic. de Amic.
Causam veram exponere. Lucret. lib. 3.
Color verus, Natiuus, non adulteratus. Terent. Eunu. 2. 5.
Color verus, corpus solidum, & succi plenum.
Consilium verum. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Fama vera. Virg 4. Georg.
Homo verus, Veridicus. Terent. And. 2. 5 Donatus.
Labor verus. Virg. 12. Aeneid.
Disce puer virtutem ex me verumque laborem,
Fortunam ex aliis. Vbi Seruius, Verum laborem, quem per me ipsum suscipio, non qui ex aliorum virtute imperatoribus ascribi consueuit.
Laus vera. Terent. Eunucho, 5 4.
Nuntius verus. Virg 6. Aeneid.
Nuptiæ veræ Terent. And. 1. 1.
¶ Verus, pro Æquo & iusto. Cic. pro Murena, At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato, negat verum esse alicui benevolentiam cibo, negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi vo uptatibus oportere. Et in Sallustium, Ita igitur egit, vt nihil non æquum ac verum duxerit quod ipsi facere collibuisset. Et pro Domo sua, Sed quid ad re, qui neges esse verum, quenquam vlli Reipub. extra ordinem præfici? Vbi peræram in plerisque libris pro verum, Iuris, legitur. Virg. 12. Aeneid.
Verum fœdus. Horat. 1. epist 7. ad Mecœnatem,
Metiri se quenque suo modulo ac pede verum est. Vtitur & Liuius & Iurisconsulti interdum. Budæus.
¶ Verior & verissimus. Cic. 4. Acad. Sed me hercule vt quidem nunc se causa habet, etsi hesterno sermone lab. facta est, mihi tamen videtur esse verissima.
Crimina verissima dicere in aliquem. Ou. 4. de Ponto, eleg. 14.
Imago mortis verissima Ouid. 5 Trist eleg. 8.
¶ Verius, pro Aequius & iustius. Cic. Antequam iret in exilium, Nam neque maius est defendere vnum, quàm populum: neque verius à singulis, quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructum.
Verè Aduerbium {ἀληθῶς} quod dicitur In rei veritate. Terent. Eun. 3 5,
Tum pol ego is essem verè qui assimulabar. Idem Heaut. 1. 1,
Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur.
Honestum quod propriè vereque dicitur, id in sapientibus est solis. Cic. 3. Off.
Verè & falsò, contraria. Cic. pro Murena, Quum graue est verè accusari in amicitia, tum etiam si falsò accuseris, non est negligèdum.
Verè & fictè, etiam contraria. Cice. pro Domo sua, Maiores nostri qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt.
Nullum amans verè. Catul. ad Furium, 11.
Verissimè. Cic. 4. Verr. Laudatem illam ciuitatem, id quod verissimè possem.
Non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor. Cic. Att. lib. 5. 109.
Verax veracis, pen. prod. om. ge. {ἀληθὴς,} Veridicus. Cice. 1. de Diuinat. Multis scelis verax fuisse id oraculum. Ibidem. Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.
Saga verax. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Vates verax. Ouid epist. 22.
Veridicus pe. cor. Adiectiuum, {ἀληθόγλωσσος, ἀληθόμυθος,} Qui vera dicit. Cic. pro Flacco. Veridicas adiungis causas inimicitiarum.
Cantus veridici. Catul. Argon. 59.
Dicta veridica. Lucret. lib. 6.
Oraculum veridicum. Catul. Argon. 59.
Os veridicum. Lucret. lib. 6.

Veriloquium veroliqui, {ἀληθολογία,} Cic. in Topicis, Multa enim ea notatione sumuntur: ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant id est verbum ex verbo veriloquium.
Verisimilis & hoc verisimile, pen, corr. {εἰκὸς, ἐοικὸς,} Idem quod simile vero. Cic pro Roscio Amer. Eriam tum quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratore, Terent. Heaut. 5. 2,
Est ver similis.
Narrationem iubent ver similem esse & apertam & breuem. Ci. 2. de Orat.
Verisimile. Cic. 1. de Nat. deor. Hæc ego nunc physicorum oracula fundo, vera an falsa nescio: sed verisimili tamen similiora quàm vestra. Verus exemplat legit veri tamen.
Verisimilior & verisimillimus. Plin lib. 5. ca. 22. Quod est verisimilius, quàm quia cadendo stipidium sonum ve faciant Cic. 1. de Inuent. Verisimillimum mihi videtur quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neque insipientes homines solitos esse versari.
Volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile Cice. 4 Acad.
Non est verisimile vt. Cic. pro Ros. Ame. Non est ita pr. fectò iudices, non est verisimile vt Chrysogonus horum literas adamarit aut humanitatem.
Non verisimile est quàm sit in vtroque genere & creber & distinctus Cato. Cic. de Claris Orat.
Non sit verisimile. Terent. And. 1 3,
-fabulæ
Mihi quidem hercle non fit verisimile, atque ipsis commentum placet.
Facere verisimile. Plaut. Pseud 6.
Verimonia verimoniæ, {ἀλήθεια,} Idem quod Veritas, sed antiquum. Plau. Truc. 4,
planius qui antehac amato: summus
Habitus est, ittunc ad amicam vitius verimonia referre.
Veritas pen. corr. veritatis, {ἀλήθεια,} Vera ratio, res vera. Cic. 2. de Inuent. Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Idem pro Cælio. O magna vis veritatis quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam contraque fictas omnium insidias facilè se per seipsam defendat!
Veritas & imago, contraria. Cic. 5. Tusc. Quum autem animum abista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris.
In veritate, id est secundum verum iudicium. Quintil lib 10. ca. 1. Quis in veritate tumens potest que ne minima quidem, cauè fiducia partis, memoriam artis speraueriti?
Ex veritate. Tacit. lib. 4.
Fori veritas. Quintil. lib 6 cap. 1.
Morum veritas. Quintil lib 6 cap. 2.
Vir bonus & simplicis veritatis amicus. Cic 1. Offic.
Cultor veritatis. Cic 1. Offi. Sun. his alij multum dispares simplices & aperti, &c. veritatis cultores, fraudis inimici.
Expertes veritatis homines. Cic. 2. de Orat.
Fides veritatis. Quintil. lib. 3 cap. 8.
¶ Cana veritas, Vide CANVS.
Infracta veritas. Tacit. lib. 17.
Ita veritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. Cic. Attico, lib. 3. 66.
Incorrupta fides nudáque veritas. Horat. lib. 1. Carm. ode 24.
¶ Accommodare se asserorem veritatis. Vide ACOMMODO.
Adducere ad veritatem, Vide ADDVCO.
Veritate adductus, Quia veritas postulabat. Cic. ad Acilium lib. 13 32, Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate, & necessitudine, tum etiam veritate.
Contaminare veritatem mendacio, Vide CONTAMINO.
Infirmare veritatem, Vide INFIRMVS.
Iuueri veritatem, Vide INVEOR.
Limare veritatem in disputatione. Cic. 2. Offic. Subtilitas illa cum veritas ipsa limatur in disputatione.
Limata veritas, ait Budæus, id est, subtilitate philosophica disputata & exquisita.
Niti veritate, Vide NITOR.
Obscurare veritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Proferre aliquid in lucem veritatis. Cic. 1. de Orat. Et illa cõmentatio inclusa in veritatis lucem proferenda.
Reuocare rationem ad veritatem. Cic. 3. Offic. Nihil contra inutilius ei qui id iniustè consecutus sit inuenio, cùm ad veritatem cœpi reuocare rationem.
¶ Veritas, pro Iustitia. Cic. pro Deioraro, Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt: ad motum animi, & ad omnem impetum dicendi, contentionemque leuiora. Veritatem pro iustitia posuit. Budæus.
Vero veras, {ἀληθεύω,} verare, Verum dicere. Gell. li. 18. ca. 2. Ex Ennio in XIII Annalium, Satin' vates verant ætate in agenda?
¶ Verare, Vera representare, Sidonius,
Quoties verba Graia carmine verat.
Verutum Vide Veru in VERTO.
Vesanus vesana, vesanum, pe. pro. {ἀκρόγλωσσος, παραφρόνιμος, μανιώδης,} Vecors, crudelis, furiosus. Plaut. Trin. 2,
Spurcificum, in. manem, intolerandum, vesanum. Vesanus, Malè sanus, inquit Festus. Macrobius lib. 6. Saturnal. cap. 8. Vecors & Vesanus priuationem significant sanitatis & cordis. Ve enim particula, tum intensionem significat, tum minutionẽ. Cic. 2. de Inuent. Virum tandem per deos atque homines magis verisimile est vesanum remigem, an aliquem nostrum. Idem pro Domo sua, Hæc furiosa vis vesani Trib. pleb.
Vesanus & furiosus. Cicero pro Domo sua, Ac primum illud à te homine

homine vesano & furioso requiro, quæ te tanta pœna.
Acies vesana, Vide ACIES.
Amor vesanus. Propert. lib. 2. eleg. 16.
Fames vesana. Virgil. 9. Æneid.
Alibi, Et malesuada fames, dixit,
Flamma vesana. Catul. de Cælio & Quintio. 95.
Leonis vesani stella furit. Horat. 3. Carm. ode 29.
Vires vesanæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Vesanio, vesanis, pen. prod. vesaniui, vesanitum {μαίνομαι} vesanire, Insanire, sæuire. Catul. ad Thallum, 22,
-velut minuta magno
Deprehensa nauis in mari vesaniente vento. Budæus.
Vesania, vesaniæ {παραφροσύνη, παραφροσύνη} Vecordia. Plin. lib. 35. cap. 11, Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlysses simulata vesania bouem cum equo iungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens.
Discors vesania vos agit. Horat. 2. Serm. saty 3.
VESCIS {ἐδώδιμος} Ptolemæo authore lib. 2. cap. 4. Hispaniæ ciuitas: alio nomine Vesci, & Fauentia Plinio dicta lib. 3 cap. 1.
Vescor, vesceris, pen. corr. {ἐσθίω, ἐδομαι} vesci, Cibo vti. Festus, Vescor, Pascor. Cic. 2. de Nat. deor. Dij nec esceis, nec potionibus vescẽtur. Ibidem, 98. Est enim omne quo vescuntur homines, penus. Idem in Orat. Quæ est autem in homines tanta perueritas, vt inuentis frugibus, glande vescantur?
Vesci ex manu. Plin. lib. 9. cap. 8, Simili modo ex hominum manibus vescens, præbénsque se tractandum.
Vesci auidè. Plin. lib. 11 cap. 53.
Foliis vescatur amaris. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Lacte, caseo, carne vescor. Cic. 5. Tuscul.
Pyris vesci. Horat. 1. epist. 7.
Munere terræ vescimur. Horat. 2. Carm. ode 14.
Atro sanguine vesci. Virgil. 3. Æneid.
Aura vesci, Vinere. Virg 3 Æneid. Vesci pro vti, teste Nonio.
Auris vitalibus vesci. Lucret. lib. 5.
Vesci voluptatibus. Cic. 5. de Finib. Itaque vt quisque optimè natus institutúsque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus.
¶ Vescor, cum accusatiuo. Plin. lib. 10. cap. 38, Aues nonnullæ vescuntur ea quæ rapuere pedibus. Idem lib. 8. cap. 50. Si caprinum iecur vescantur.
¶ Vesci, pro Videre apud veteres. Actius Athamante, Priusquam infans esses, tui oculi vescuntur. Nonius.
¶ Vescendo esse, pro Bonum esse quod comedatur, Aprum esui. Plin. lib 15. cap. 18, Alexandrinæ ficus vix sunt vescendo. Sic enim legendum iuxta Hermolaum. Idem. lib. 21. cap. 16, Radix eius vescendo est decocta. De scolymo.
Sus ad vescendum hominibus apta. Cic. 2. de Nat. deor.
Vescendus, Participium. Plin. lib. 20. cap. 5, Coctas dysentericis vescendos dedere. De ceris.
Vescus, inquit Festus, fastidiosus. ve enim pro pusillo vtebantur. Lucretius vescum dicit edacem, cùm dixit, Nec, mare quæ impendet vesco sale saxa pereſa. Hactenus Festus. Significat autẽ ille, vescum salem, seu sale à Lucretio dictum, quia saxa peredat, & minuat, & consumat. Gell. lib. 16. Vescum, quod ex ve particula, & esca copulatum est, vtriusque diuersæ significationis vim capit. Aliter enim Lucretius vescum salem dixit, ex edendi intentione: aliter Lucillius vescum appellat eum edendi fastidio. Turneb.
Vescum, Nimis obscurum. Lucil. libro 26. Quàm fastidiosum ac vescum eum fastidio viuere. Vide plura apud Nonium.
Vescum, Quicquid ad escam pertinet, & quicquid edule est, ab edendi intensione. Vnde Lucretius lib. 1. vescum salem appellat. Virgil. 4. Georgicon,
Verbenáque premens, vescumque papauer. Id est quo vescimur. Seruius.
Vescæ salicum frondes, quoniam escis iumentorum sunt accommodatæ. Virg. 3. Georgicon,
Nec vescas salicum frondeis, vuámque paluſtrem. Sipontinus minutas intreperatur. Seruius verò siccas & teneras: verùm ab Hermolao reprehenditur. Pius in Lucretium tuetur partes Seruij.
¶ Vescum, Parum & minutum. Vnde & apud Marsos, lingua vernacula quum dicunt maluam vescam, intelligunt de ea quam paruam vocamus. Ouidius 3. Fastorum,
Nunc vocor ad nomen vegitandia farra coloni
Quæ malè creuerunt, vescáque patua vocant. Plin. lib. 7. cap. 20,
Corpore vesco fuisse, sed eximiis viribus Titanum.
Vesculus, vescula, vesculum. pen. corr. Diminutiuum {ἄσημος} Male curatus & gracilis, vt ait Festus.
VESEVVS, penul. prod. {ὑποκαίω} Mons iuxta Sarnum fluuium non longè à Neapoli, bonitate vini celebratus, qui semper emittit fumum & ignes sicut Ætna in Sicilia. Hic mons amœnissimus olim habitus agris, excepto vertice, qui (vt ait Strabo libro 5.) cinerosus est, & cauernosus, petris exustus, quas color indicat igni abrosas fuisse. Virgilius. 2. Georgicon,
-& vicina Vesuuo
Ora iugo. Hic (vt quidam volunt) dictus est Vesuuius, & per syncopam Vesuius appellatur à conflagratione (nam vesuiæ, fauillę dicuntur) qui Tito imperante, ruptus in vertice tantum emisit incendij, vt regiones vicinas incenderet. Alij (vt Seruius) dicunt Vesuium esse montem Campaniæ: Vesuium verò Liguriæ sub montibus. De Hoc Vesuuio monte, Martialis lib. 4,
Hic est Pampineis viridis Vesuuius vmbris, &c.
Insanus Veseuus. Stat. 4. Syl. 8.
Prorupti Veseui Ischialis apex. Valer 4. Argon.
Vesica, vesicæ. pen. prod. {κύστις, κύστη} Folliculus in quo vrina colligitur infra aluum à priore parte. Plin. lib. 11. cap. 37, Vesica, membrana constat, quæ vulnerata cicatrice non solidescit. Cice. 2. de Finib. Tanti autem morbi aderant vesicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem possit accedere. Ouid. 15. Meram.
Difficultates vesicæ. Plin. lib. 30. cap. 8.
Disploſa sonat vesica. Horat. 1. Serm. saty. 8.
Venfica per n, Caper profecti censet: quod non sit sine vento.
Vesicula, vesiculæ, pen. corr. Diminutiuum {κυστίδιον} In herbis etiam dicitur. Cic. 2. de Diuin. Et pulsium aridum florescere brumali ipso die, & inflatas rumpi vesiculas, & semina malorum quæ in his medijs inclusa sint, in contrarias parties se vertere. Lucr. lib. 6,
-quum pene animæ vesicula parua
Sæpe ita dat pariter sonitum disploſa repentè.
Vesicaria, vesicariæ {κλυκιμόβολος} Herba quæ vesicæ medetur. Plin. lib. 21 cap. 31, de strychno loquens, Quorum alterum, cui acuti coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, & alij callion. Nostri autem vesicariam, quoniam vesicæ & calculis prosit. Frutex est furculosus verius quàm herba, folliculis magnis, latíssque, & turbinatis, grandi intus acino, qui matureſcit Nouembri mense.
Vespa, vespæ {σφὴξ} Animal parumn volatile, api simile: quod vesperi muscas venetur in cibum. Vide Plinium de hac abundè tractantem, lib. 11. cap 21. Varro 3. de Re rust. cap. 16. Vespa quæ similitudinem habet apis, neque socia est operi, & nocere solet morsu, quam apes à se secernunt. Cic. 5. de Finibus, Cornibus vt videmus boues, vespas aculeis, fuam denique cuique naturam esse ad videndum ducem.
¶ Vespa, pro vespillone. Festus lib. 19. Vespæ dicũtur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.
VESPESIANVS {βεσπασιανός, ἐυεσπασιανός} Imperator Romanus, cuius vitam vide apud Suetonium.
Vesper, vesperis, pen. corr. masc. gen. vel Vesperus, vesperi {ἑσπερος}
Stella quæ Venus dicitur, quòd sole iam occiduo & prima omnium ex stellis lucere vesperi conspiciatur, dicta quasi hesperus: nam eam stellam hesperum Græci vocant, & vltimam partem diei. Statius libro 10. Thebaidos,
-sed vesper opacus
Lunares iam ducit equos.
Vesper diei. Salust. in Iugurtha.
Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper. Cic. in Arat.
Surgente vespero, &c. Horat. 2. Carm. ode 9.
Frigidus vesper. Valer. 4. Argon.
Puro similis vespero Horat. 3. Ode 19.
Serus vesper. Virg. 1. Georg.
Processit vesper Olympo. Virg. eclog. 6.
Ab atro vespere consurgunt venti. Virg. 5. Æneid.
¶ Vesper, Vespertinum tempus. Plaut. Bacchid. 23,
Hic vesper est, vos sequimini. Cic. Attico, lib. 12. 24 1, Quumque manè me in syluam abstrusi densam & asperam, non exeo inde ante vesperum.
Primo vespere. Cæsar 2. bel. Ciuil.
Nescis quid serus vesper vehat, Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin prouerbialis, sicut sunt & alij plerique. Quo salubriter admonemur, ne præsentium successuum prosperitate sublati futuri curam abiiciamus. Neque vlla de re securi simus, prius quàm exitum viderimus. Apparet Maronem ad patœmiam alluſisse, quum ait libro primo Georgicon,
Denique quid serus vesper vehat. Liu. Decad. 5. lib. 5, In secundis rebus nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti cedere fortunæ, quum quid vesper ferat incertum sit. Hæc Erasmus. Ouid 1. Trist. eleg 2,
Nunc Zephyrus fero vespere missus adest.
Ad vesperum, Vide AD.
Vsque ad vesperum contentius ambulare. Cic. 5. Tuscul.
Perportare ad vesperum. Cic. 3. Philip. Atque ibi se occultans perportauit vsque ad vesperum.
Epistolam quum à te auidè expectarem ad vesperum. Cicero Attico, lib. 2. 23.
Declinat in vesperum dies, Vide DECLINO.
In vesperum parata, Vide IN præpositionem.
¶ Vesperæ, vesperæ, pen. corr. pro eodem dicitur. Plaut. Curcul. 2,
Si media nox est, siue est prima vesperæ. Cic. 2. Catil. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. Stat. 5. Thebaid.
Flexo in vesperam die. Tacit. lib. 1.
Inumbrante vesperæ vniuersum Flauiani exercitus robur aduenit.
Propinqua vesperæ Tribunus venit. Tacit. lib. 15.
Vesperi, siue vespere, Aduerbium. Id est principio aduentus noctis. Cic. ad Matium, lib. 11. 27, Nam quum in Tusculanum vesperi venissem. Et ad Att. libro 11. 220, Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martij, vespere.
Ad octauum Iduum Martij vespere. Cic. Att. lib. 11, 220.
Heri vesperi. Cic. 2. de Orat. Cùm ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi veniſſet Cæsar de Tusculano suo, &c.
Pridie vesperi. Cic. 1. Acad. Nunciatum est nobis à M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi, &c.
Prima vesperi. Cæsar. 1. bel. Ciuil. Castigatiores codices habent vespera.
Vesper, vespera, vesperum etiam dicitur {ἑσπερος.} Vnde quum vesperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. libro 10. capite 12, His horæ rigandi matutina atque vespera. Idem, Matutina atque vespera. Idem, Matutinum tempus atque vesperum.
Vespertinus, pen. prod. Adiectiuum {ἑσπερινὸς} Quod fit vesperi. Cic 2. de Natura deor. Tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo. Horat. 1. epist. 6.
Acies vespertina, Vide ACIES.
Cantus vespertini. Plin. lib. 10. cap. 21.

Forum vespertinum. Horat. 1. Serm. saty. 6.
Hospes vespertinus. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Literæ vespertinæ. Cic. ad Att. lib. 13. 28 1, Antemeridianis tuis literis heri statim respexi, nunc respondeo vespertinis.
Regio vespertina occidentalis. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Vespertinis, Ablatiuus. Plin. lib. 30. cap. 10, Perunctos matutinis vespertinisque liberari. Hoc est, manè & vesperi.

Vespero, vesperas, penul. corr. {ἑσπερεύω} Vesperare, Vesperam fieri. Gellius lib. 17. cap 8. Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id dici vbi iam vesperauerat. Id enim est tempus ibi cœnandi frequens.

Vesperascit {ἑσπερασία} In tertiis tantùm personis. Terent. Heaut. 2, 3,
-portant quid rerum. CLINhei mihi.
S. Aurum, vestem, & vesperascit, & non nouerunt viam.
Vesperascente cælo. Æmylius Probus in Pelopida, Quum Athenis interdiu existent, vt vesperascente cælo Thebas possent peruenire.
Vesperascente die. Tacit. lib. 18.
Vesperatus dies. Solin. cap. 16.

Vesperalis, & hoc vesperale, pen. prod. Solinus cap. 14. Igitur. Macedoniam præcingit Thracius limes: Meridiana Thessaliæ Epirotæ tenentur. Vesperali plaga Dardani sunt & Illyrij: quâ Septentrione tenditur, Pæonia ac Pelagonia protegitur. Vesperalem plagam dixit pro Occidentali.

Vespern3, vespernæ {δεῖπνον} Cœna apud veteres dicebatur. Nam vt Festus ait, cœna vocabatur, quod nunc est prandium: Vesperna quam nunc cœnam appellamus quod conuiuium, non nisi aduentante nocte inibant prisci.

Vespertilio, vespertilionis. m. g. {νυκτερὶς} Animal mediæ cuiusdam inter auem & murem speciei, vt mus alatus dici possit: appellatus autem ob id quòd vespere se ad volatum proferat. Plin. libro 10. cap. 61. Volucrum animal parit vespertilio tantùm, cui membrana ceu pennæ. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera admouens geminos volutat amplexa infantes, fecumque deportat. Eidem coxêdix vna traditur, & in cibatu culices grauissimi. Vide Macrob. lib. 7. Saturn. cap. vlt. Author Philomelæ 8.
Strix nocturna sonans, & vespertilio stridunt.
Vespertilionem viri eruditissimi explicant apud Iurisconsultos qui interdiu exiliter videt, noctu acri sit acie. Ego potius putem eum esse, qui interdiu more vespertilionis latitet, noctu prodeat, quod fugitiuos quosdam fecisse olim non dubium est. Ne enim in dominum vel in nostros incideret, interdiu sese abdebant, cùm foras exirent noctu, vt vespertiliones. Aliis tamen in libris vespillo legitur. Turnebus.

Vesperugo, vesperuginis, f g. {ἑσπερυγὶς} Idem quod Vesper, stella. Venus dicta, æmula Solis & Lunæ: quæ quum Solem præcedit, dicitur Lucifer, vt alter Sol. Et ante ortum Solis apparet in Oriente. & in occasu Solis refulgens, Vesper appellatur, quasi vicem Lunæ reddens: videturque in Occasu statim postquam Sol occidit. Plautus Amph 4,
Nec Ingula, nec Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Vespillo, vespillonis, masc. gen. {νεκροφόρος} Viliis cadauerum funerator, qui vespertino tempore eos efferre solebat, qui funebri pompa duci propter inopiam non poterant, vt ait Sipontinus. Martial. libro 1,
Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus. Idem libro 2. Vide DIAVLVS. Sueton in Domitiano, capit. 17. Corpus eius populari sandapila per vespillones exportatum.
¶ Vespilio, vespillonis, in antiquo lexico est sepulchrorum violator, quem Græci τυμβωρύχον vocant, quod intelligetur per antiphrasim quasi non sepeliat, sed nudet, cùm vespillo funerare soleat. In latino græco lexico reperi vispellio & vespillo, vbi etiam exponitur ille νεκροδαίστας, hic νεκροφόρος: Ita ille funerator est, hic cadauera portat. Verba sunt Turnebi.

VESTAE {ἑστιὰς} duæ à veteribus memorantur: altera Saturni mater, altera eiusdem dei filia. De qua Ouidius 6. Fastorum,
Ex ope Iunonem, memorant, Cererémque creatas
Semine Saturni tertia Vesta fuit. Confundunt tamen has poetæ, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de marte Saturni intelligêdum est. Quando verò virginem nominant, de filia eius, quam ignem esse voluere. Idem Ouidius, ibidem.
Huius simulacrum Romani Pesinunte allatum in æde Victoriæ, quæ est in palatio, posuere: & virgines ei sacrarunt, quę ignem perpetuum conseruarent: hæ si stuprum commisissent, viuæ defodiebantur. Si verò ignis fuisset extinctus, nequaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, sed accensa per fomites ex Sole flamma, purus & cælestis ignis eliciebatur.
Vesta ἀπὸ τῆς ἑστιᾶς, id est à foco, in quo ignis alitur, dicta est. Est enim Vesta, quasi focus vrbis appellata, ait Cicero de Legib. libro 2. Nam quum pro terra, siue deorum matre accipitur, à vestitu denominatur, quòd variis herbis ac floribus vestita sit terra, vt diligentissimè animaduerit Sipontinus: vel quia vi sua stet. Ouid. 6. Fastorum, Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.
Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. Cic. 4. in Catil.
Ignis extinctus lachrymis Vestæ. Cic. pro Fonteio, Prospicite ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus vigiliisque seruatus, sacerdotis Vestæ lacrymis extinctus esse dicatur.
Æterna Vesta. Horat. 3. Carm. ode 5.
Canæ penetralia Vestæ. Virg 5. Æneid.
Mater Vesta. Virg. 1 Georg.
Potens Vesta. Virg. 2. Æneid.
Sancta Vesta. Claud. de bello Gildon.

Vestalis pen. prod. Adiectiuum {ἑστιὰς} Cic. 2. de Legibus, Virginésque Vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.
Incesta Vestalis, Vide INCESTVS.
Ara Vestalis. Lucan. lib. 1.
Festa Vestalia. Ouid. 6. Fast.
Foci vestales. Lucan. lib. 1.

Vester, vestra, vestrum {ὑμέτερος} Pronomen possessiuum. Terent. And. 4. 5.
-cuium puerum hîc apposuistî? dic mihi.
M. Tu nescio? D. mitte id quod scio: dic quod rogo.
M. Vestri. D. cuius nostri? M. Pamphili. Idem Eun. 5. 9,
Non cognosco vestrum tam superbum.
Omnium vestrum bona, pro Omnia vestra. Cic. Attico, lib. 11. 24.
Vt iam omnium iudicio constituta esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victoriæ.
Vestrum est dare, vincere nostrum. Ouid. 4. Fast.

Vestras, vestratis, om. gen. Pronomen patriũ. Vide Vallam lib. 2. cap. 5.

Vestibulum, vestibuli, pen. corr. {πρόθυρον, προστῶον, αὐλεῖον, πρόδομος}
Locus ante ianuam domus, per quem à via ad ædes itur. Gell. libro 16. capite 5. Cæcilium Gallum in libro De significatione verborum quæ ad ius pertinent, ita tradidisse affirmat, Vestibulum esse dicit, non in ipsis ædibus, nec partem ædium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem à via aditus, accessusque est ad ædes. Siquidem olim, quibus ampliores domos habere licebat, ij ante ianuam locum reliquebant, qui medius inter viam & fores domus esset: qui locus erat statio salutatorum. Vide etiam Macrobium lib. 6. Saturn. cap. 8. Plaut. Mostel. 10,
Viden' vestibulum ante ædes, & ambulacrum cuiusmodi? Cic. Attico, libro 4. 72, Discessimus in vestibulum. Virg 6. Æneidos,
-cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat?
Vestibulum dictum est (inquit Seruius) vel quòd ianuam vestiat, vt videmus cameram duabus sustentatam columnis: vel quoniam Vestæ consecratum est. Vnde nubentes puellæ limen non tangunt Lucan. lib. 2,
Trasslata vetuit contingere limina planta. Singula enim domus, sacrata sunt diis; vt Culina diis Penatibus: Maceries quæ ambit domum Hercleo Iouî. Ideirco alio loco, Vestibulum, vt Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatem: sed fit pro capru ingenij. Alij dicunt ab eo quòd nullus istic stet. In limine enim solus est transitus: quo modo velanus dicitur nõ sanus: sic vestibulũ, quasi nõ stabulũ.
Ante ipsum vestibulum, primóque in limine. Virg. 2. Æneid.
Astare vestibulo. Virg. 7. Æneid.
Vestibulum templi. Liu. 1. ab Vrbe.
Primus aditus & vestibulum templi vel ædium. Cic. 4. Verr. At quo loco? celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Iouem, in primo aditu vestibulóque templi. Idem pro Cecinna. Non modò limine tectóque ædium tuarum, sed primo aditu vestibulóque prohibere quempiam.
Balnearum vestibulum. Cic. pro Cælio, Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent.
Vestibulum curiæ & Senatus. Liu. 2. ab Vrbe, Cic. pro Milone. Insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso Senatus.
Priuatum vestibulum. Ci. de Arusp. resp. Nunc sanctissimam partem, ac sedẽ maximè religionis priuato dicunt vestibulo contineri.
Vestibulum sepulchri Cic. 2. de Legib. Quod autem ἀφέδρων, id est vestibulum sepulchri bustúmve vsucapi verat.
Vestibulum cubilum gallinaceorum, columbariorum, apum. Col. lib. 8. cap 3 Sic ibidem, cap. 4. Idem lib. 8 cap. 8. Idẽ lib. 9. cap. 7.
¶ Vestibulum Siciliæ, pro Ingressu. Cic. 7. Verr. Monimentum scelcris audaciæque siue voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ præterfectione omnium, qui vltrò citróque nauigarent.
Vestibulum & aditus ad rem aliquam. Cic. in Orat. Vestibula nimirum honesta, aditúsque ad causam faciet illustres.
Ingredi vestibulum alicuius artis. Quint. libro 1. cap. De vitiis & virtut. orat.

Vesticeps, pen corr. vesticipis, pen. corr. {γαστὴρ} Puer iam pubes, vt ait Budæus. Gellius lib. 5. cap. 19. Iúsque iurandum à Qu. Mutio Pontif. Max. conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Vestis enim aliquando barbam significat. Vnde aurea vestis, Virg. 8. Æneid.
Vesticontubernium verbo iuncto dixit Petronius de iis qui sub eadem veste cubant. Quid, inquit, vesticontubernium facis? Monuis Turnebus.

Vestigium, vestigij {ἴχνος, σῆμα, ἴχνιον} Pedis impressio, id est signum quod à pede relinquitur. Virg. 3. Georg.
Et gradiens ima verrit vestigia cauda. Plaut. Cistel. 10. 30.
Sed is hac, aut hac, socij video vestigium in puluere.
¶ Vestigium, Ima pars pedis. Gellius lib. 5. cap. 14. Ego stirpem ingentem vestigio pedis hærentem reuulsi. Virgilius 5. Æneidos,
-vestigia primi
Alba pedis frontémque ostentans arduus albam.
Aduersis vestigiis cõtra nostra vestigia stãt antipodes. Ci. 4. Acad.
A vestigio ad verticem, Vide A præpositionem.
¶ Vestigiorum articulis & vnguibus amplissimis villaticum canem esse eligendum docet Col. lib. 7. cap. 12.
Carnosum vestigium, Vide CARO.
¶ Vestigium equi excussum vngula Plin. lib. 28. cap. 20.
¶ Vestigium corporis, Impressio. Cic. 6. Verr. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus. Ibidem, 5. Præsertim quum in lectulo decumanæ mulieris vestigia viderent recentia.
¶ Cæca vestigia, Obscura & perplexa. Virgil. 6. Æneid.
Certa vestigia. Quintil. lib. 1, cap. 1.
Errabunda vestigia. Virgil. 6. eclog.
Fœda vestigia. Virg. 3. Æneid.
Irrita vestigia, Vide IRRITVS.
¶ Consequi vestigiis. Cic. pro Cluentio. Asinius cum Aiulio Romam est profectus: hos vestigiis Oppianicus consecutus est.
Delere pedum vestigia. Strat. 1. Achil.

Exci-

Excipere vestigia fugientis. Curtius lib. 4.
Facere vestigia in loco aliquo. Cicero pro Rab. Posthum. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri atque in hoc foro vestigium facere liceat. Idem pro Cecinna, Virum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar atque deiiciar. Virg. 2. Georg.
Fallere vestigium dicitur locus lubricus. Curtius, Et prærupta saxa vestigium subinde fallentia. Budæus, Vide FALLO.
Taciturna vestigia ferre gradu suspenso digitis. Ouid. 1. lib. Fast. *Cheminer sur le bout des doigts sans faire bruit.*
Ferre vestigia per ignes. Propert. lib. 1. eleg. 5.
Figere ebria vestigia. Claud. 1. de rapt. Proserp. 4.
Firmare vestigia. Virgil. 3. Æneid.
Flectere vestigia aliquò. Ouid. 1. Meram.
Flectere vestigia, Decedere. Stat. 9. Thebaid.
Hærere vestigio suo non posse. Liu. Decad. 3. lib. 1.
Hærere in vestigio. Plin. lib 8. cap. 30.
Impedire vestigia cursu. Virgil. 5 Æneid.
Implere vestigia alicuius. Plin. epist. lib. 8. 13.
Imprimere vestigium. Cic. pro Cecin. Nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse.
Vestigiis flagitiorum totam Italiã imprimere. Vide FLAGITIVM.
Communia vestigia, Vide COMMVNIS.
Inflectere vestigia cursus sui. Cic. 2. de Nat. deor. Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt.
Ingredi vestigiis patriis, Vide INGREDIOR.
Inhærere vestigiis prioribus, Vide INHAEREO.
Insistere vestigia certa viæ, Deprehendere, Inuenire. Luer. lib. 1.
Insistere in vestigio. Cic. 3. de Orat. Post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum in quo ille postremum institisset.
Insistere vestigiis. Cicero 3. de Orat. Quibus vestigiis primùm insisti, in his ferè soleo perorare. Per translationem, Vide INSISTO.
Insistere alienis vestigiis. Quintil. in procem. lib. 1.
Insistere vestigiis laudum suarum, Vide INSISTO.
Instare vestigiis alterius, Vide INSTO.
Interdicere vestigiis, Vide INTERDICO.
Lustrare vestigia alicuius, Vide LVSTRVM.
Mouere vestigium, hoc est pedem, Discedere, abire. Curt. lib. 10.
Mouere se vestigio, Vide MOVEO.
Obterere vestigia, Vide OBTERO.
Occumbere in vestigio. Tacitus, Pugnacissimus quisque in vestigio, multi palantes occubuere.
Permulcere vestigia lymphis liquidis, Lauare pedes. Catul. Argon. 59.
Persequi vestigia alicuius, Vide PERSEQVOR.
Persequi aliquem vestigiis ipsius, per ipsius vestigia. Hoc est scripta quæ reliquerat, reum facere. Cic. 3. Verr. Ex istis eriam tu rebus effugere te posse confidis, cùm te non opinione, sed tuis vestigiis persequamur, quæ & in tabulis publicis expressa & recentia reliquisti?
Ponere vestigium. Cic. 3. Philipp. Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia?
Ponere vestigia summa arena. Virg. 3. Georg.
Falsa vestigia ponere. Ouid. 2. Metam.
Ponere vestigium, per translationem: pro Attingere, vt ait Erasmus. Cic. 5. de Finib. Quacunque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.
Libera per vacuum posui vestigia. Horat. 1. epist. 20.
Premere vestigia alicuius, Pressius sequi. Tacit. lib. 2, Neque bellum vltra, modò se patris patruúque vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent. Virgil. 6. Æneid.
Premere vestigia leuiter, Ita progredi vt vix vestigia appareant. Cic. pro Sestio, Quanquam non est omittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leuiter ad exigui prædicationem temporis: sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam.
Relinquere vestigium auaritiæ. Cic pro Murena, Asiam istam refertam, & eandem delicatam sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit.
Admisso sequitur vestigia passu. Ouid. 1. Metam.
Retro sequi vestigia. Virgil. 2. Æneid.
Sequi certa vestigia. Quintil. lib. 1 cap. 1.
Contracta sequi vestigia vatum. Horat. 2. epist. 2.
Tenuia vix summo vestigia puluere signat. Silius lib. 4.
Spargere vestigia fugæ. Curtius lib. 5. ad finem.
Spectantia retrorsum vestigia. Horat. 1. epist. 1.
Stare in vestigio. Author ad Heren. lib. 2.
Stringit canis vestigia leporis. Id est, pedes radit. Ouid. 1. Metam.
Tenere vestigia inconcussa, In sententia sua perseuerare. Lucan. lib. 2.
Titubata vestigia. Virgil 5. Æneid.
Torquere vestigia. Virgil. 3. Æneid.
Trahere ebria vestigia. Propert. lib 1. eleg 3.
Turbare incerta fugæ vestigia, Non ire recto itinere, sed confundere & modò huc modò illuc flectere, ne possis per vestigia deprehendi, & vt qui persequuntur, reddantur incerti. Lucan. lib. 8.
¶ Omnibus vestigiis indagare, Id est Vbique quærere & diligenter. Cic. ad Att. lib. 2. 22, De publico quæ ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eáque etiam velim omnibus vestigiis indagata, ad me afferas.
¶ Vestigiũ, pro reliquiis, signo, monumento, siue indicio aliquando ponitur. Cic. pro Fonteio, Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. Virg. 4. eclog.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.
Breuia quædam demonstranda vestigia. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Vestigium & index. Cic. 7. Ver. Cuius rei, neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset vlla.
Amoris vestigia. Cic. Fabio Gallo, lib. 7. 25. Virg 4. Æneid.
-agnosco veteris vestigia flammæ. Flammæ, id est amoris.
Annulorum vestigium, Id est Argumentum quòd annuli tũc fuerint, vt interpretatur Budæus. Plin. lib. 33. cap. 1, Ita quadringentis XLVII. à condita vrbe gestum est, & primum annulorum vestigium extat.
Nullum vestigium ciuitatis. Cic. Planco, lib. 10. 1, Nec leges vllæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulachrum aliquod, ac vestigium ciuitatis.
Dignitatis vestigium. Cic. Plancio, lib. 4. 14, Ne vestigium quidẽ vllum est reliquum nobis dignitatis.
Fortitudinis, humanitatis, & consilij vestigia. Cicero pro Corn. Balb.
Iudiciorum vestigia. Cic. pro Rosc. Ame. A quibus miror, ne quod iudiciorum esset vestigium, non subsellia quoque esse combusta.
Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. Tacit. lib. 1.
Vestigia antiqui officij remanent. Cic. pro Rosc. Amer. In qua mutiere Iudices etiam nunc, id quod omnes semper existimauerunt, quasi exempli causa vestigia antiqui officij remanent.
Olfactus vestigium nullum habere. Plin. lib 11. cap. 37.
Profectæ pecuniæ vestigium. Cic. pro Cluentio. Dico quam pecuniam Cluentius dederit, vnde dederit, quemadmodum dederit: vnum denique aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostende.
Violatæ religionis vestigium. Cic. 6. Verr. Nihil in religiosissimo fano præter vestigia violatæ religionis, nomẽque P. Scipionis reliquit.
Manent sceleris vestigia nostri. Virg. 4. eclog.
Extant expressa sceleris vestigia. Cic. pro Rosc. Amer. Hæc cùm sint omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia vbi, quâ ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum.
Stirpis vestigia ostendere. Curt. lib. 9.
Tumoris vestigium. Plin. lib. 11. cap. 51.
Indicia & vestigia veneni. Cic. pro Cluentio.
Non enim vidisses fratrem tuum: non eum quem reliqueras: non eum quem noras, &c. ne vestigium quidem eius nec si nulachrum, sed quandam effigiem spiritus mortui. Cic. Qu. frat. lib. 1. 3.
¶ Vestigium, pro Nota quæ rei formam & qualitatem ostendit. Cic. 1. de Nat. deorum, Ita fit vt deus ille quem mente nosemus, atque in animi notione, tanquam in vestigio volumus reponere nusquam prorsus appareat. Budæus.
¶ Vestigio temporis. Cæsar 2. bel. Ciuil. Id est Statim, confestim. Cic in Pisonem, Atque eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti.

Vestigo, vestigas, pen. prod. {ἰχνεύω, ἰχνηλατῶ, σῆθω, σιζύω} Vestigare.
Quærere diligenter, quasi vestigia indagare. A vestigiis. tanquam indiciis dictum. Cic. 3. de Orat. Ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desiderata delectatione vestiges. Virgil. 12. Æneid.
-vestigáque virum.
Iter alicuius vestigare. Stat. 11. Thebaid.
Causas rerum vestigare. Cic. 2. de Orat. Nam & coniuncta quærimus, &c. & causas rerum vestigabimus, &c.
Vestigare atque odorari voluptates omnes. Translatio à canibus venatoriis qui vestigia ferarum odorantes, ipsas consequuntur. Cic. post Reditum in Senatu. Hi voluptates omnes vestigant atque odorantur.
Altè vestigare oculis. Virg 6. Æneid.
Oculis & naribus ecam vestigare. Colum. lib. 8. cap. 17.
Vestigare odore. Plin. lib. 8 cap. 18.

Vestigator, pen. prod. vestigatoris, Verbale {ἰνδευτὴς, σιζυτὴς} Venator, à vestigiis ferarum dictus, vt author est Varro de Ling. Lat. Colum. lib. 9. cap. 8. Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in editiore syluæ fronde confidet, vel à vestigatore præparato vase ceconditur. Vlpian. in l. Quæsitum. §. Si in agro. De fundo instructo.

VESTINI, pen. prod. {ἑστῖνοι} Populi Italiæ Sabinis & Picentibus vicini, vt scribit Plin. lib 3. capit. 5, Apud eos olim fiebant casei laudatissimi. Mart. lib. 13.
Si sine carne voles ientacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.
Vestina iuuentus. Silius lib. 8.
Aquæ Vestinæ. Lucan. lib. 2.

Vestis, huius vestis, fœm. gen. {ἱμάτιον, σκεπάσμα, στολὴ, ἐσθὴς, εἷμα, ἔνυμα, ἔνδυμα} A velando: quod corpus velet, dicit. Seu à vellere, quod est vniuersæ ouis lana, vt ait Varro de Lingua Latina, libro 4, Estque generale indumentum tam virile, quàm muliebre, & scenicum, etiam si tragicum & citharœdicum sit. Plautus Curc. 10,
Et aurum & vestem omnem, suam esse aiebat, quicquid haberet.
Vestis. Quibusdam nationibus sua cuiq; propria vestis est: vt Parthis sarabaræ, Gallis linæ, Germanis rhenones, Hispanis striges, Sardis mastrucæ. Sarabaræ sunt fluxa ac sinuosa vestimenta: de quibus legitur in Daniele: Et sarabaræ eorum non sunt immutatæ. & Publius: Vt quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt. Apud quosdã autem sarabara nuncupantur capitũ quædã tegmina,

qualia videmus in capite magorum picta. Linæ saga quadra & mollia sunt: de quibus Plautus: Lina cooperta est textrina Gallia. Rhenones sunt velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicum, atque intortis vil'is adeo hispida, vt imbres respuant: quas vulgò *reptos* vocant, eo quòd longitudo villorum quasi reptat: de quibus Sallustius: Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones à Rheno Germaniæ flumine, vbi his frequenter vtuntur. Mastruca vestis Germanica ex pelliculis ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, cum Sardorum mastruca mutauit. Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eo quòd, qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformantur. Dignoscuntur & gentes ita habitu, sicut & lingua discordes. Persæ brachia & crura linamentis, caput tiara tegunt. eminent apicibus fastigiatis Alani, horrent & malis recti cum latrantibus linguis Scoti. fagati sunt Alamani, lineari Indi, gemmati Persæ, ferieati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes non solùm in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vendicant: ve videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum, stigmata Britonum. circuncidunt quoque Iudæi præputia: perrundunt Arabes aures: flauent capitibus intextis Getæ: nitent Albani albentibus crinibus: Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis: sine equis inertes extant Alani. Isidorus de etymologiis.

Obtentu vestis caput velata mulier. Senec. Herc. fur. 6.

¶ Aurea vestis. Virg. 8. Æneid.

Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis. Seruius. Vestis, hoc est barba. vnde econtrà inuestes dicimus imberbes. vnde est, Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuenta.

Bombycina, Vide BOMBYX.

Casta. Valer. 1. Argon.

Commoda ad cursus. Ouid. 2. Fast.

Conchyliata, Vide CONCHYLIVM.

Cymatilis, Vide CYMA.

Eximia. Lucret. lib. 4.

Flura. Stat. 1. Achill.

Laciniata, Vide LACINIA.

Linea. Cic. 7 Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, vestemque lineam, gemmas alij & margaritas.

Longa. Quint. lib. 11. cap. 1.

Lugubris, Vide LVGEO.

Madida cocco, Vide MADEO.

Melitensis. Cicero 4 Verr. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, &c. Syracusis exportasse.

Ira legit Budæus pro eo quod pannum vocamus. Vt sit vestis Melitensis, Pannus in Melita insula factus. ad quod exemplum dicere possis Vestem Rotomagensem, pro panno Rotomagensi.

Muliebris. Cic. 6. Verr.

Nexilis. Lucret. lib 5.

Nocturna. Horat 1. Serm. saty 5.

Obsoleta, Vide OBSOLEO.

Olida, Vide OLEO.

Ostrina, Vide Ostrinus in OSTRVM.

Papauerata, Vide Papaueratus in PAPAVER.

Pexa, vide PECTO.

Phryxianæ, vestes sunt, quæ Phryxæi velleris crispos & eminentes villos imitantur. Plinius, Togas rasas phryxianásque. Sic enim legendum, non phrygianas vt hactenus. Senec. de benefic. Inuenlam alium poetam apud quem præcingantur, & spissis aut phryxianis prodeant. Turnebus.

Picta. Virg. 9. Æneid.

Pretiosa. Cic. 2. Philipp. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, &c.

Purpurea. Cic. 1. de Diuin. Cæsar cùm immolaret illo die quo primùm in sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit, in extis bouis optimi cor non fuit.

Sacrificia. Silius lib 3.

Seruilis. Cic. in Pisonem, Nocte intempesta crepidatus veste seruili nauem conscendit.

Sinuosa. Ouid. 5. Metam.

Stragula vestis. Vide Stragula.

Tenuissima vestis. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Trita Horat. 1. epist 20.

Vilis vetúsque. Ouid. 8. Metam.

¶ Abscindere vestem humeris. Virg. 5. Æneid.

Abscissa planxi mea pectora veste. Ouid. epist. 12.

Ardentes murice vestes. Valer. 3. Argon.

Læsis de vestibus auferre maculas. Ouid. 3. Fast.

Cingere vestem ad pectora. Ouid. 6 Metam.

Commutauerunt inter se vestem, Vide COMMVTO.

Concinnare vestem, Vide CONCINNO.

Plebeia in veste cubare Lucret. lib. 2.

Decrescunt puero vestes. Stat. 2. Sylu. 1.

Deducere vestem ab ore. Ouid 3. Metam.

Deducere vestem à pectore. Ouid. 6. Metam.

Defluxit vestis ad imos pedes. Virg. 1. Æneid.

Demissa vestis. Horat 1. Serm. saty 2.

Deponere vestes humeris. Ouid. epist. 18.

Discindere vestem. Silius lib. 16. 88. Terent, Adelph.

Ire in longis vestibus. Ouid. 6. Fast.

Scissa veste ire. Virg. 12. Æneid.

Explicare vestem. Cic. 1. de Orat. Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque posito argento, &c.

Exuere vestem. Lucret. lib. 4.

Gerere vestes. Ouid. epist. 13.

Illitæ vestes. Senec. Herc. Oetæo, 4.

Illitæ vestes auro atque purpura. Senec. Hippol. 4.

Illusæ auro vestes, In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxit, ait Seruius. Virgil. 2. Georgicon,

Induere vestem, Induere sibi vestem, & Induor vestem, & veste, Vide INDVO.

Induere vestes humetis. Ouid. epist 20.

Infringere vestes. Ouid. 9. Metam.

Arte laboratæ vestes. Virg. 1. Æneid.

Lacerare vestem. Ouid. 11. Metam.

Laniare vestem ab ora summa. Ouid. 5. Metam.

Madens sanguine vestis, Vide MADEO.

Fibula rasilis mordebat vestem summam. Ouid. 8. Meram.

Mutare vestem, Vide MVTO.

Auratis mutauit vestibus artas. Ouid. 8. Metam.

Nitentes vestes. Senec. Herc. Oetæo, 4.

Obnubitur caput atra veste. Silius lib. 11.

Perfusæ vestes ostro. Virg. 5. Æneid.

Tenuem perscindere vestem. Tibul. lib. 1. eleg. 10.

Pictæ vestes auro. Valer. 3. Argon.

Picturatæ vestes auri subtegmine. Virg. 3. Æneid.

Prætexuit vestem ostro. Silius lib. 8.

Recinctas vestes induta. Ouid. 7. Metam.

Rescindere vestem. Cic. pro Cælio, Fores effregit? restituentur. refecidit vestem? resarcietur. Terent. Adelph. 1.

-vnde Cicero hæc verba accepit, habet,

Discidit vestem?

Resoluere cinctas vestes. Ouid. 1. Metam.

Retecta veste nudare papillas. Catul. de coma Beren. 61.

Saturatæ murice vestes. Ouid. epist. 13.

Squalentes puluere vestes. Lucan. lib. 8.

Stabant sorores atris cum vestibus. Ouid. 6. Metam.

Purpuream vestem aurea subnectit sibula. Virg. 4. Æneid.

Subsura talos tegit instita veste. Horat. 1. Serm. sat. 2.

Succincta vestem puella. Ouid. 10. Metam.

Sumere vestes, induere. Senec. Medea, 10.

Pretiosas sumere vestes Ouid. 1. de Arte.

Virilem vestem sumere. Horat. 1. Serm. sat. 2.

Suspensæ in littore vestes. Lucret. lib. 1.

Funerea veste tegere corpus. Ouid. 3. Fast.

Vili veste tegi. Ouid. epist. 21.

Tincta vestis rubro cocco. Horat. 2. Serm. sat. 6.

Bibulas vestes trahit vnda. Valer. 1. Argon.

Variata figuris vestis. Catul. Argon. 59.

Niuea velarus corpora veste. Ouid. 10. Metam.

Pura cum veste venire. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Virgineæ vestes auro. Silius lib. 4.

¶ Veste caput velare. Cels. lib. 4. cap. 2, De curationibus morború qui nascuntur à capite, Considerandum est quæ causa dolorem excitarit. Scalor: aqua frigida multa perfundere caput expedit, &c. At si frigus nocuit: caput oportet perfundere aqua calida marina, vel cestè falsatum caput vehementer perfricare: deinde calido oleo implere: veste velare. Vestem hoc in loco Budæus interpretabatur Pileolum, *vn Bonnet*.

¶ Vestis, pro Pilo & lanugine, seu prima barba. Lucret. lib. 5.

Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas

Tempore, & impubem molli pubescere veste.

¶ Serpentis vestis, Leberis, Vernatio, & pellis exuuiæ. Luer. lib. 4.

Vieta vestis arauei. Lucret. lib. 3.

Vesticula, pen. cor Diminut. Parua vestis. Paulus in l. Cum de lanionis. §. Quidam. D. de fund. instruct. &c. Quum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & vesticulam habuerat. Sic habent Pandectæ Florentinæ. Haloander legit vestispicam.

Vestio, vestis, vestiui, vestitum { δύνω, ἱματίζω, περιβάλλω, στέλλω, σκεπάζω } vestire, penult. prod. Vestem induere. Plautus Casin. 2,

Vir te vestiat, tu virum despolies. Terentius Heaut. 1. 1.

Ancillæ tot me vestiant?

Ali & vestiri ab aliquo. Cic. pro Roscio Amer.

Ex suo corpore contra frigus vestiri. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Spoliis ferarum vestire corpus. Luc. lib. 5.

Vestiri pilo. Plin. lib. 9. cap. 13.

Parietes tabulis vestire. Cic. 6. Verr. His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur.

Agrum vineis vestire. Colum. lib. 3 cap. 4.

Colles vestit vitis. Colum. lib. 3. cap. 2.

Sepulchrum vepribus vestire. Cic. 5. Tusc.

Vestire lumine. Cic 2. de Nat. deor.

Æther vestit campos purpureo lumine. Virg. 6. Æneid.

Ebor atria vestit. Lucan. lib. 10.

Hortum vestit morus. Plin. epist. 17. lib. 2.

Hyems vestit montem gelu. Claud. de bello Get.

Iuuentas vestit malas lanugine. Luer. lib. 5.

Segetes vestit iter. Claud. 1. de raptu Pros.

Reconditas exquisitásque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio. Cic. de Claris Orat.

Vestitus, pen. prod. Participium. } ἱματισμένος } Propert. lib. 2. eleg. 16.

Candidè vestitus, Vide CANDIVS.

Malè vestitus, Vide MALVS.

Peruenire ad aliquem locum cum hominibus malè vestitis. Cicero in Pisonem,

Mediocriter vestitus, Vide MEDIOCRIS.

Citharœdus optimè vestitus. Author ad Heren. lib. 4.

Vestitus vestem Plaut. epid. 5. Liu. 8. bel. Maced. Permissu Consulis postero die in castra tyrannus venit, vestitus comitatúsque vix ad priuati modicè locupletis habitum.

Genas vestitus, Barbarus. Senec. Herc. Oetæo, 3.

Agri vestiti messibus. Ouid. 4. Fast.

Montes vestiti syluis. Liu. 2. bel. Maced. Cic. 2. de Nat. deorum, Montes vestiti atque syluestres.

Oculi vestiti membrana: hoc est, operti, muniti, contecti, velati. Cic. 2. de Nat. deo. Natura primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit, quas primùm perlucidas fecit, vt, &c.

Ripæ vestitæ gramine. Colum. lib. 8 cap. 5.

Terra vestita floribus, arboribus, frugibus, &c. Cicero 2. de Natura deorum.

Tori vestiti gramine. Ouid. 1. Fast.

Vuæ vestitæ suis frondibus. Propert. lib. 3. eleg. 13.

Vestitus, huius vestitus, pen. prod. m. g. { ἵματισμα, σκεπασμός } Verbale, Vestis ornatus, & ipta vestis contectio. Plaut Epid 12,

-quia vestitum atque ornatum immutabilem. Cic 3. de Finib. Pulcherrimo vestitu & ornatu regali.

Fœditas vestitus. Cic. 12. Philip. Quando eius obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus?

Victus vestitúsque necessarius. Cic. pro Quintio.

Vestitu nimio indulges, Vide INDVLGEO.

Immutare vestitum, Vide IMMVTO.

Asper vestitus. Cicero pro Sestio, Vestitus asper nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca, &c.

Orationis vestitus. Cic. de Clar. Orat. Concinnitas illa crebritásque sententiarum pristina manebat: sed ea vestitu illo orationis, quo consueuerat, ornata non erat.

Montium vestitus densissimi. Cic. 2. de Nat. deor.

Riparum vestitus viridissimi. Cic 2. de Nat. deor.

¶ Vestitus, pro Vestimentis. Plin. lib 8. cap. 12, Euanthes tradit, ex gente Antæi cuiusdam sorte electum ad stagnum quoddam regionis eius duci, vestitúque in quercu suspenso tranare, atque abire in deserta. Et paulo pòst ait, Addit quoque Fabius eandem recipere vestem.

Vir muliebri indutus vestitu. Cic. Att. lib. 1. 8.

Vestitor, pen prod. vestitoris. Verbale. vt Vestitores diuinorum simulachrorum apud Iulium Firmicum lib. 3. cap. 12. & cap. 14 Deorum vestitores.

Vestimentum, vestimenti { ἱμάτιον, ἱματισμός } Idem quod Vestis. Vlpianus De auro & argento legato, l. Vestimentum id est quod detextum est, etsi defectum non est. Id est, si sit consummatum quod in tela est. nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur. Quisquis igitur vestem legauerit, neque stamen, neque substamen legato continebitur. Vestimentorum sunt lanea omnia lineáque vel serica vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternèdi, iniiciendi, accubandíve causa parata sunt: & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt insitæ picturæ, claúsque qui vestibus insuuntur. Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Virilia sunt quæ ipsius patrisfamiliàs causa parata sunt, veluti togæ & tunicæ, palliola, vestimenta stragula, amphitapa & saga, & reliqua similia. Puerilia sunt quæ ad nullum alium vsum pertinent, nisi ad puerilem: veluti togæ prætextæ, alicuiæ chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus. Muliebria sunt quæ matrisfamiliàs causa parata sunt quibus vir non facilè vti potest sine vituperatione: veluti stolæ, pallæ, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quàm ornandi causa sunt comparata: plagulæ penulæ. Cómunia sunt quibus promiscuè vtitur mulier cum viro: veluti si eiusmodi penula pallúmve est, & reliqua huiusmodi, quibus sine reprehensione vel vir vel vxor vratur. Familiaria sunt quæ ad familiam vestiendam parata sunt: sicut saga, tunicæ, penulæ, lintea, vestimenta stragula & cætera similia. Vestis etiam ex pellibus constabit. Item pelles caprinæ & agninæ vestis erunt, quum & tunicam, & stragulam pelliceam nonnulli habeant.

Cruor in vestimentis. Author ad Heren. lib. 2.

Aridum vestimentum, Vide AREO.

Affers purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd vnis vestimentis tandiu lautus es. Cic. pro Flacco.

Funebre vestimentum. Cic. 2. de Legib. Sex. Ælius L. Acilius non satis intelligere se dixerunt, sed suspicari, vestimenti aliquod genus funebris.

Pretiosa vestimenta. Horat. 1. epist. 19.

Detrahere nudo vestimenta, Vide NVDVS.

Mutare vestimentum. Cic. pro Milone, Malo autem cùm in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est, domum venit, calceos & vestimenta mutauit.

Vestiarium, vestiarij { ἱματοφυλάκιον } Locus in quo vestes vel seruantur vel venduntur. Plin. lib. 15 cap. 8, Vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia, amurca aspergi.

Vestiarij nomine aliquando vestitus intelligitur. Columel. lib. 1. cap. 8, Ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Scæuola in l. Annua. D. de ann legat. Quæsitum est an mortua mante conditio apposita defecisse videatur, & per hoc neque vestiaria neque cibaria his debeantur. Respondi secundum ea quæ proponerentur, deberi.

Vestiarius, Adiect. { ἱματικός } vt Vestiaria area, In qua vestes reponuntur & conseruantur. Cato cap. 11.

Vestiarius. vestiarij, Qui vestes facit aut vendit. Vlpian. in l. Quicunque. §. 2. D. De institore actionis. Sed & eos institores dicendos placuit, quibus vestiarij, vel lintearij dant vestem circumferendam & distrahendam: quos vulgò *circumtores* appellamus.

Vestispicus, vestispicij: & Vestispica, vestispicæ, pen. corr. { ἱματοπώλης } Seruus siue ancilla custodiens vestes: quòd frequenti diligentia vestes inspiciant: inquit Nonius cum Varrone de Lingua Lat. Plaut. Trinum, 5, -ducitur familia tota,

Vestispicor, vestor, auri custos. Afranius, Noui non inficiam ancillulam vespere vestispicam.

Vestissimus, Adiect. { ἱματιοπέστατος } Quod est optimè vestitū. Colum. lib. 7 cap. 3. Id pecus, quòuis ex omnibus animalibus vestissimum, frigoris tamen impatientissimum est. De onibus.

VESVIVS, pen. cor. { βέσσιος } mons Liguriæ iuxta Alpes vt notat Seruius. In huius radicibus imis exoritur Padus fluuius vt Pomponius scribit lib. 2. Virg. 10. Æneid. -multos

Vesulus quem pinifer annos Defendit.

Vesuuius, siue Vesevus & Vesuius per syncopen { βέσσιον } mons prope Neapolim, & pomis & conflagratione insignis. Colum. lib. 10. cap. 14, Fontibus & Stabiæ celebres, & Vesuiana rura. Vide VESEVVS.

Vesuuius, pen. prod. Adiect. { βεσσούιος } vt Apex Vesuuinus. Stat. 3. Syl. 5.

Incoodia Vesuuina. Stat. 5 Sylu. 3.

Veter, veteris. pen. corr. { παλαιός } Adiect. trium generum, Senex. A quo Veterior comparatiuum, & veterrimus. Ennius apud Priscianum,

Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. Actius, Veter fatorum terminus sic iusserat.

Veterior, Comparatiuum { παλαιότερος. } Plaut. Bacch. 13,

Senem illum ego tibi dedo veteriorem soror,

Lepidè vt lenitium reddas.

Veterrimus, pen. corr. Superlatiuum { παλαίστατος } Trebonius ad Ciceronem, Pio nostro veterrimo, verissimóque amore. Cic. 1. de Nat. deor. Vt etiam veterrimi poetæ qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur.

Veterrimus liberorum. Tacit. lib 5. Hoc est maior natu.

Veterrimus author. Liu. 2. ab Vrbe.

Veterrimus hostis. Liu. 8. bel. Pun.

Veterrima societas. Liu. 4 ab Vrbe.

Veterrima quæque, vt ea vina quæ vetustatem ferunt, esse debèt suauissima. Cic. de Amicitia.

Veteramentarius sutor { παλαιοραπτικὸς ῥάπτης. } Suet. Vide VETVS.

Veteranus, Veterator. Vide VETVS.

Veterinus, pen prod. Adiect. { κτήνεος } Veterina animalia dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere possunt: quasi veterina, quòd ad vehrem onus relegatum gerant. Plin. lib. 11. cap. 46. Vngulæ veterino tantum generi renascuntur. Sic lib. 17. cap. 23, Nanque vt veterina à iugo, & canes à cursu voluta ratio iuuat. Lucret. lib 5,

Et genus omne quod est veterino semine partum.

Veterinarius, veterinarij, masc. gen. { κτηνοτρόφος } Qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit: qui apud nos cóseuerit etiam illa locanda domi nutricare ad quæstum. Colum lib. 1. cap. 1, Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœni sector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius & probus pastor.

¶ Veterinarius { κτηνίατρος } Medicus veterinorum. Colum. lib. 6. cap. 8, Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas veterinarij vocant.

Veterinarius, Adiect. { κτηνικός } vt Veterinaria medicina. Columa lib 7 cap 3.

Veternus, veterni, m. g { λήθαργος, καθύπνος } Morbus ex nimio otio perpetuum somnum inducens. Plaut. Menæch. 19,

Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?

Veternum etiam dicitur.

Funesto veterno arcere aliquem. Horat. 1. epist 8.

¶ Veternus, pro Pigritia aliquando ponitur. Virg 1. Georg.

Nec torpere graui passus sua regna veterno. Columel. lib. 7. cap. 5,

Veterno consenescere.

Veternus ciuitatem occupat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6, Nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset.

¶ Veternus. Nimia dormitio. Plin. lib. 8. cap 36, Primis diebus bis septenis tam graui somno vri prementur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt.

Veterno pigrior. Martial. lib 3.

Olidum veternum. Catullus ad Colonism, 17.

Sicu & veterno macerate vites dicitur muscus. Columella lib. 4. cap. 16.

Veternosus, pen. prod. Adiectiuum { καθυπνώδης } Qui graui somno premitur, inquit Festus. Plin. lib 20. cap. 4, Liuori verò recenti corticem cum melle veternosis autem quàm acerrimos mandere.

Veternosum Eunuchum vocat Terent. in Eunuch. 4. 4,

Quia segnis est & quasi veternum patitur, Hic est vetus, vietus, veternosus, senex.

Veternosum, Caro hydropicum appellat, quum inquit, Veternosus quamplurimùm bibit, tam maximè sitit. Festus.

Veternosa curat quæ exedum vocatur. Plin. lib. 24. cap. 19.

Veto, vetas, vetaui, vetatum, pen. prod. & vetui, vetitum, penult. corr. { κωλύω, παραγγέλλω } vetare, Prohibere, & ne aliquid fiat, imperare. Terent. Phorm. 4 4,

Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui

Negotij incipere. Ibidem. 5. 6,

Ait esse vetitum, intrò ad heram accedere. Cic 5 Verr. Vetatte Volcatius tuæ tuorúmque deliciæ, mentionem mácipis facere. Virgil. 1. Æneid.

Quippe vetor fatis.

Vetare & prohibere. Cæsar 7. bel. Gall.

Vetare & Iubere, contraria. Cic. 2. Legib. Lex vera atque princeps apta ad iubendum & ad vetandum ratio est recta summi Iouis.

Lex peregrinum vetat in murum ascendere. Cic. 2. de Orat.

Eum salutí desperare vetuit. Cic. pro Cluent.

Tu me incognito assentiri vetas. Cic. 4. Acad.

Bella vetare. Virg 2. Æneid.

Vetor plura loqui. Ouid.2.Metam.
Vetari aliquid prouerbio. Cic. de Amicit. Præposteris enim vtimur consiliis,& acta agimus,quod vetamur veteri prouerbio.
Vetare, Ol esse. Horat.1.Serm.
-ridentem dicere verum
Quid vetat? Hoc est, quid obest quo minus etiam qui ridet, verum dicere possit,& serio agere? Vel etiam Quid prohibet? Virgil. 10.eclog.

Vetans, vetantis, Participium { κωλύων. } Cic.2.de Legib.Ita principem legem illam & vltimam,mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis,aut vetantis dei.
Deo vetante agere aliquid.Propert.lib.4.eleg.1.

Vetitus, pen.corr.Particip. { κεκωλυμένος. } Virg.6 Æneid.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitósque hymenæos.
Adulterium vetitum. Ouid 3.de Ponto,eleg.3.
Æquor vetitum.Ouid.2.Metam.
Alea vetita legibus. Horat.3.Carm.ode 24.
Amor vetitus Ouid.1.de Arte.
Arma vetita. Virgil.9.Æneid.
Chorum vetitum fames. Ouid.15 Metam.
Concubitus vetitus. Ouid 10.Metam.
Crimen vetitum. Ouid.2 Trist.
Libido vetita. Ouid.9.Metam.
Nefas vetitum. Horat.1.Carm.ode 3.
Probrum vetirum. Ouid.10. Metam.

Vetitum, vetiti, pen.corr.Substantiuum { κωλυθέν } Id quod prohibetur. Ouid 3.Amor.eleg 4,
Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. Virg.10.Æneid.
Quæ contra vetitum discordia?
Iussa ac vetita. Cic.1.de Leg.Sed verò intelligi sic oportet & hæc & alia iussa ac vetita populorum,vim non habere ad rectè facta vocandi,& à peccatis auocandi.

Vetaturus, pen.prod. { κωλύσων } Participium futuri temporis,non Vetiturus. Valla lib.1.

Vetatio, vetationis { κώλυσις } Verbale, non vetitio, authore Valla libro 1.

VETONES, pen.prod. Populi in Hyspania teste Plin.lib.25.cap.8. Qui herbam betonicam inuenerunt. Alij Vettones scribunt, alij Vectones. Lucan.lib 4,
Vectonesque leues,profugíque à gente vetusta.
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

VETVLONIVM { ἑτουλώνιον } seu Vetulonia.Hetruriæ,quam Mæonij tenuerunt,vrbium erat caput:de qua Silius lib.8,
Mæoniáque decus quondam Vetulonia gentis. Hodie *Viterbo.*

Vetus,veteris,pen.corr.om.g. { παλαιὸς,πρόπαλαι,ἔτους } Antiquũ & multorum annorum, mensium aut dierum significat, secundum id cui adiectum est. Plaut. Trucul 6,
Vetus est maceria. Idem Amphit.3,
Veterem atque antiquam rem nouam ad vos perferam. Gell.lib. 16.cap.5 & Macrob.lib 6.cap 8,Ve particula tum intensionem significat,tum minutionem. Nam vetus,& vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compositum elisúmque est,alterum à mentis vi atque impetu dicitur.
Vetus & vsitatus. Cic.pro Cecinna,At verò hoc quidem iam vetus est,& maiorum exemplo multis in rebus vsitatum.
¶Veteres nostri,pro Maiores nostri. Plin.lib.36 cap.7. Onychem etiam tum in Arabię montibus,nec vsquam alibi nasci putauere veteres nostri.
Veteres,senes,& antiqui differunt, Vide ANTIQVVS.
Adagium vetus:hoc est iamdiu vsurpatum, & à veteribus etiam dictum. Plaut.Amphit.15.
Ætas vetus. Horat.de Arte.
Amicum veterem agnoscit. Virg 3.Æneid.
Amores veteres cantare. Ouid.epist.15.
Auorum veterum effigies. Virg.7.Æneid.
Calceos veteres vendere. Quintil.lib.6.cap.4.
Exceptio vetus & vsitata. Cic.1.de Orat.
Fagi veteres. Virg.3.eclog.
Fama vetus. Horat.2.Serm.sat.1.
Hospita vetus. Cic.4.Verr.
Infamia vetus. Ouid.2.Metam.
Malorum veterum memor. Ouid.13.Metam.
Memoria vetus. Tacit.lib.5.
Miles exercitatus & vetus. Cic.2.Tusc.
Paterna,magna,vetus,& iusta necessitudo.Cic.Planco in epistolis ad Atticum,lib.16.341.
Patientia vetus. Tacit.in vita Agricolæ.
Querela vetus. Virg 1.Georg.
Senes veteres. Tibul.lib.1.eleg.8.
Tussis vetus. Colum.lib.6 cap.10.
Verbum vetus. Terent.Adelph.5.3.
Vexator vetus. Cic.pro Sestio,Alter vnguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores ætatulæ suæ,&c.
Virorum veterum monimenta. Virg.3.Æneid.
Credendum est veteribus & priscis (vt aiunt) viris. Cicero de Vniuers.
¶Vetus,ad vituperationem aliquando refertur: pro Carioso, & quasi rancido. Terent. in prologo Heaut.22,
Tum quod maleuolus vetus poeta dictitat
Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.
¶Regnandi vetus. Tacit.lib.5.

Vetulus, pen. corr. { γεφύτιον } Adiectiuum diminutiuum. Cicer. ad Trebatium, lib.7.16, Sero sapiunt. Tu tamen mi vetule non sero, primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti. Idem ad Attic.lib.13.28.4, Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam vetulam sanè & multarum nuptiarum.
Arbor vetula. Cic.5.de Fin. Itaque & viuere vitem & mori dicimus: arborémque & nouellam & vetulam & vigere & senescere.
Cornix vetula. Horat.4.Carm.ode 13.
Equus vetulus, cui contrarium Tener. Cic.de Amicitia, Num quando amici digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus.
Falernum vetulum. Catull.ad puerum suum,24.
Gladiator vetulus. Cic.pro Quintio, Alphenus,Interea cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnabat.
Vinum vetulum. Colum.lib.10.

Vetula, vetulæ, pen. corr. Substantiuum f. g. Martial.lib.4 epigr.5.ad Fabianum,
Nec potes algentes arrigere ad vetulas.
Vetulæ edentulæ. Plaut.in Mostellar.Act.1.scen 3.
Vetulæ edentulæ,quæ vitia corporis fuco occultant. Nisi quis malit distinctim sic legere,Vetulæ,edentulæ,&c.
Turpis vetula,hoc est Infamis. Iuuenal.sat.6,
-vtile portò
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Vetustus, Adiectiuum { παλαιρὸς, παλαιγενὴς } Idem quod vetus. Cic. Acilio,lib.13.37,Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Idem,Ratio vetustum hospitium est. Idem,Ratio vetustæ disciplinæ. Idem de Clar.Orat.Sed multo tamen vetustior, & hortidior ille quàm Scipio.
¶Amicitia vetusta puer puero iunctus. Ouid.4.de Ponto, eleg.3.
Gens vetusta Virg.9.Æneid.
Lucus vetustus. Ouid.8.Metam.
Mos vetustus. Ouid.2.Fast.
Spatio vetusto ætatis fessa domus. Lucret.lib.3.
Templum vetustum. Virg.2.Æneid.
Vetustissimus in poetica arte. Plin.lib.25.cap.2.
Vetustissimum quenque militum nomine vocans. Tacit.lib.17.
Vetustissimus liberorum. Tacit.lib.2.Hoc est maximum natu.
Vetustus, Qui verbis vetustis & priscis vtitur. Cic.in Bruto, de Lælio: Sed multo tamen vetustior & hortidior ille, quàm Scipio.
Vetustior,id est verbis vetustioribus, & magis priscis vtitur. Horridior, verbis horridioribus. Mox enim sequitur: Et quum sint in dicendo variæ voluntates,delectari mihi magis antiquitate videtur, & lubenter verbis etiam vti paulò magis priscis Lælius. Sic in eodem Bruto. Lucius Mummius vocatur antiquus,quòd verbis antiquis veteretur.

Vetustè, Aduerbium { παλαιῶς } vetustius,vetustissimè. Plin.lib.27.cap. 7,Vetustissimè in vsu est. Hoc est, etiam diutissimè conseruatum, adhuc in vsu est.

Vetustas,vetustatis,pen.prod. { παλαιότης. } Plin.lib.11.cap.35,Nix vetustate rubescit.
Ad vetustatem, Vide AD præpositionem.
Vetústas rerum.vel authorum. Liu.1.ab Vrbe.
Iudicium vetustatis. Quintil.lib.1.cap.5.
Historia nuntia vetustatis. Cic.2.de Oratore,Historia verò testis temporum,lux veritatis,vita memoriæ,magistra vitæ, nuntia vetustatis,qua voce alia nisi oratoris,immortalitati commendatur?
Vetustatis exempla oratori nota esse debent. Cic.1.de Orat.
Vetustas possessionis. Cic 2.de Lege agrar.Qui agrum Reccntoricum possident,vetustate possessionis se,non iure: misericordia Senatus,non agri conditione defendunt.
Municipium vetustate antiquissimum Cic.3.Philipp.
Vetustas & consuetudo. Cic.Bruto,lib.11.16,Magna vetustas,magna consuetudo intercedit.
Magna est vis vetustatis & consuetudinis. Cic.de Amicit.
Alta vetustas. Silius lib.1.
Annosa vetustas. Ouid.5.Trist eleg.2.
Anteacta vetustas. Lucret.lib.3.
Arcana mundi vetustas. Stat.4.Theb.
Deserta vetustas. Horat.2.epist.2.
Edax vetustas. Ouid.15.Metam.
Exacta vetustas. Claud.1.in Eutrop.
Inuidiosa vetustas. Ouid.15.Metam.
Longinqua æui vetustas. Virg 3.Æneid.
Nimia vetustas. Cic.de Claris Orat.Nimia vetustas nec habet eã quam quærimus,suauitatem,nec est iam sanè tolerabilis.
Obsoleta vetustas. Quint.lib.4.cap.1.
Spatiosa vetustas. Ouid.15.Metam.
Tabida vetustas. Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Tarda vetustas. Ouid.12.Metam.
Vitiosa vetustas. Claud.de phœnice,3.
¶Vetustate abiit memoria. Liuius 2.ab Vrbe.
Acceptum ab omni vetustate, Vide AB.
Adepta vetustatem, Vide ADIPISCOR.
Adiuta impulsu ventorum vetustas, Vide ADIVVO.
Capere vetustatem, Vide CAPIO.
Coaecscit ætas vetustate. Cic.de Senect.
Delet vetustas famam operis. Ouid.1.Metam.
Euanescit vetustate vinum. Cic.2.de Diuin.
Exolescere vetustate. Quint.lib.1.cap.6.
Extrusa vetustas nouitate. Lucret lib.3.
Exuitur vetustas anguibus. Ouid.3.de Arte.
Facit peritiores vetustas. Cic.pro Domo sua.
Fallunt vetustatem vites aliquæ. Plin.lib.14.cap.2.
Interdũ enim vetustas vlcus occupat, inducitúrque ei callus,&c. Celsi.lib.5.cap.26.
Induere vetustatem, Vide INDVO.
Scripta ferent vetustatem, Ad posteros perueniet. Ouid.5.Trist. eleg.10.
Probatus vetustate. Author ad Heren.lib.4.

Res

Res ab nostra memoria propter vetustatem remotæ. Cicero 1. de Inuent.
Ex vetustate sumere verba. Quint.lib.10.cap.1.

Vetero, veteras, penult.corr. { παλαιῶ } veterare, Vetus fieri. Celsus lib 3 cap.12, In his autem febribus quæ veterauerunt, vtilis fames non est.

Vetustesco, vetustescis { παλαιῶμαι } vetustescere, Idem. Colum.lib.1. cap.7,Apotheca recte superponentur his locis, vnde plerunque fumus earum exoritur,quoniam vina celerius vetustescunt,quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt.

Veterasco, veterascis { παλαιόομαι } veterascere, Idem. Columel.lib.12. cap.15, Aprior est tamen furculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fuerit veterascere, si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas.
Inter vetustiscere & veterascere quid interfit Nigidius commentator grammaticus lib.10.explanauit: Dicemus quæ vetustate deteriora fiunt vetustiscere: Inueterascere, quæ meliora. Cic. ad Hirtiũ lib.7.Cùm enim nobilitas sit nihil aliud quàm cognita virtus, quis in eo,quem veterascentem videat ad gloriam,generis antiquitatem desideret? Refert Nonius.

Veterator, pen.prod veteratoris { πανοῦργος, παλίμβολος, παλίμφατος, πλάνος } Authore Donato,est homo astutia vetus,& in omni re callidus: à multarum (inquit Festus) rerum gerendarum vetustate. Terent. Heaut 5.1,
-idem isthuc mihi
Venit in mentem c. veterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici & sæpe commutata seruitute astutus & vafer euasit: vt ait Budæus.
Veterator & Nouitius, contraria. Vlpian.in l. Præcipiunt.D De Ædilitio edicto: Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro nouitio veneat.
¶Veterator,& ad liberos homines transfertur.Cic.2.de Finib.Acutum,versutum, veteratorem, facilè vt excogitet quo modo occultè fine teste,sine vllo conscio fallat. Idem de Claris Orat.Eius æqualis P. Cethegus, &c. In causis publicis nihil, in priuatis satis veterator videbatur. Hæc Budæus.Cic.ad Qu.fratr.lib.2.15,veterator magnus.
¶Veterator aduocatus dici hodie potest, qui diu ac multum in foro versatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes,omnes prehensiones, nexúsque lubrici litium certaminis tenet, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte, bellissimè insidias disponere, atque etiam prouidere nouit: sed is propriè,vt vno verbo absoluam, qui eam se artem scire atque exercere profiteur, qua arte causa inferior, superior euadere, vel reclamante æquo bonóque possit. Budæus.

Veteratorius, Adiect. { πανουργικὸς } Subdolum,& impostorium. Cic.de Clar.Orat.de C.Macro oratore loquens.At in inueniẽdis cõponendísque rebus mira accuratio,vt non facilè in vllo diligentiorem magiorémque cognouerim, sed eam vt citius veteratoriam quàm oratoriam diceres.
Veteratoria,& Perspicua dicere opponuntur.Cic.3.Verr.

Veteratoriè, Aduerb. { πανουργικῶς. } Cic.in Orat. Ille enim summissus, quòd acutè & veteratoriè dicit,sapiens iam.
Veteraria, videtur Seneca vocare apothecas frugum veterum, epist.115,Aspice veteraria nostra, & plena multorum seculorum vindemiis horrea. Alij legunt ventaria,sed nullo sensu.

Veteranus,pen.prod.Adiect Idem quod vetus.
Veteranus hostis.Liu.1.bel.Pun.
Veteranum pecus.Colum.lib.6.cap.2.
Veterana vitis.Colum.lib.3 cap.15.
Veterana mancipia à nouitiis distinguuntur. Veterana enim, quæ anno continuo in vrbe seruierunt. Nouitia intelliguntur quæ anno nondum seruierunt. Hæc Martianus de Publicanis & vectigalibus.
¶Veterani milites sunt qui per viginti annos in legione vel vexillatione militauerunt, teste Budæo.Cicero ad Atticum,lib 14.303, Vides tamen tyranni satellites in imperiis,vides eiusdem exercitus, vides in latere veteranos. Idem 2. Tusculan.Ergo hæc veteranus miles facere poterit,doctus vir,sapiens facere non poterit?
Comparate firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum. Cic.3.Philipp.
Incitare veteranos ad aliquid. Cic.1.Philipp.Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissimè cauerat, non ad conseruationem earum rerum quas habebant, sed ad spem nouarum prædarum incitabantur.

Veteramentarius sutor, Qui veteres calceos reficit. Sueton. de Vitell. cap.2.

Vexillum, vexilli { σημαίνω, σημεῖον } quasi paruum velum, vt ait Seruius, Signum quo in exercitu,aut classe imperatores vtuntur. Cæsar 2.bell. Gall.Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret. Cicero tamen in libro de Orat. Docet velum à vexillo factum per contractionẽ,vt à paxillo palus, à taxillo talus. Vide AXILLA.
Nauale vexillum.Claud.1.Paneg.
Conuellere vexilla. Tacit lib.1.
Sub vexillo mitti.Cæsar 6 bell.Gall.
Vexillum continebat homines centum octoginta sex,teste Liuio lib.8.ab Vrbe, Vide TRIARII.
Fortunæ vexilla submittere.Stat 4.Sylu.2.

Vexillarius, vexillarij, m.g. { σημειοφόρος } Antesignanus.Liu.8.ab Vrbe, Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat.

Vexillatio, vexillationis, Cohors militum dicebatur, qui confectis & emeritis stipendiis sub vexillis etiamnum habebantur,vsque dum commoda & agros acciperent. Nam hæ vexillationes dicebantur. Sueton.Excepta Germanitiorum vexillatione. Tacitus,Ne dimissis

quidem finem esse militiæ:sed apud vexillum retentos alio vocabulo eosdem labores referre. Alæ etiam equitum, Vegetio vexillationes dicuntur. Turnebus.

Vexo, vexas { κακίω, ὀχλέω, πρήσσω, πρυχόω, σκύλω, σπερμόομαι, ὠθίζω, σείω } vexare, A veho, vehis: Nunc huc nunc illuc vehementer agitare. Gellius lib.2.cap.6.Qui fertur & raptatur, atque huc atque illuc distrahitur,is vexari propriè dicitur. Cato ex oratione quã de Achæis scripsit, Quúmque Hannibal terram Italiam lacerarer atque vexaret. Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut sæuitiæ genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpessa sit. Hactenus Gellius, cui succinit Macrob.lib.6. Saturn.cap.7. Cicero in Verrem 2,Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit,vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. De Sicilia loquitur. In quem locum Asconius, Nimirum vexauit, ingentis calamitatis vtum significat. Nam & ipse suprà sic ait, Populatæ,vexatæ,funditus euersæ prouinciæ. Virgilius 6.eclog.
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates. Hactenus Asconius.
Diripere & vexare. Cic.3.Verr.Quæ oppida tu diripienda & vexanda curasti.
Populari & vexare. Cicero 5.Verrina, Prouincia populata atque vexata.
Vexare ac spoliare. Cic.pro Fonteio,Hæ sunt nationes quæ quondam tam lõgè ab suis fedibus, delphos vsque ad Apollinem Pythiũ, atque ad oraculum orbis terræ vexandum, ac spoliandum profectæ sunt.
Vastare & vexare. Cic.1.in Catil. Quum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt.
Violare & vexare diuina & humana. Cicero pro Sestio, Qui omnia diuina & humana violarint, vexarint, perturbarint, euerterint.
Agros vexare.Cæsar 4.bell.Gall.
Annonam attentare & vexare vel maximè Dardanarij solent.Vlpian.in l.6.D.de extraord.criminib.
Contumeliis & probris vexare aliquem. Cic. pro Quintio, Multis vexatus contumeliis,plurimis iactatus iniuriis,non turpis ad te, sed miser confugit. Et pro Flacco, Splendidissimum atque ornatissimum ciuitatis suæ,probris omnibus maledictíssque vexare possent?
Infomnia me vexant. Ouid.3.Trist.eleg.8.
Mœnia vexantur malis. Catul.Argon.59.
Ventus vexat montes flabris. Lucret.lib.1.
Pestilentia vexaci. Colum.lib.7.cap 7.
Pœna suorum scelerum vexari. Cic. pro Domo sua, Ac primum illud à te homine vesano ac furioso requiro, quæ te tãta pœna tuorum scelerum flagitiorúmque vexet, vt hos tales viros,&c.
Pudorem vexare. Lucret.lib.3.
Querelis ingratis vitam vexare. Lucret.lib.6.
Solicitudo vexat impios. Cic.1.de Legib.
Verbis vexare aliquem. Lucret.lib.5.
Vitia vexare nos dicuntur,quia animum iactant, distorquent, agitant,infestant. Sallust.in Catil.At me quum ab reliquis malis moribus dissentirem,nihilominus honoris cupido eadem quæ cæteros, fama atque inuidia vexabant.
Quin & vitia ipsa vexant mores, vt est apud eundem Sallustium in eodem opere.
Vrbem trepidam vexat legionibus. Claud 3.Paneg.
Vxorem alterius vexare. Cic.pro Domo sua, Quid enim vos vxor mea misera violarat quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis?

Vexatus, pen. prod. { κακωθὲις } Participium. vt Iure vexatus. Cic.3. Philipp.Tyberium Canutium, à quo erat honestissimis contentionibus & sæpe & iure vexatus,&c.
Bello audacis populi vexatus. Virg 4.Æneid.
Febre vexatus. Plin.epist.134,Atque etiam febriculis vexatus.
Comæ vexatæ. Ouid.1.Amor.eleg.14.
Vexata domus vetustate,apud Plin.epist.116.lib.6.
Vexata vindemia nimbis continuis. Mart.lib 1.
Vita vexata per multa pericula.Propert.lib.2.eleg 29.
Vnda vexata ingenti Noto.Senec.Here.fur 12.

Vexatio, vexationis { κάμωσις. } Cic.4 Tusc.ul.Affl.ctatio, ægritudo cũ vexatione corporis. Idem 5.Verr.Is in te non expilatione Asiæ, vexatione Pamphiliæ,squalore & lachrymis Siciliæ conciterit? Liu.8. bel.Maced. per vexationem & contumelias L. Scipionis petituros inimicos.
Impunita & libera vexatio. Cic.1.in Catil.Tibi vexatio,direptióque sociorum impunita fuit,ac libera.
Virginum vexatio. Cic.4.in Catil.Cùm verò mihi proposui regnantem Lentulum,&c.tum lamentationem matrumfamiliãs, tum fugam virginum atque puerorum.

Vexator,pen.prod.vexatoris { κακωτὴς. } Cic.6 Verr. Neque solùm spoliata illa patiere,sed etiam eorum spoliatorem, vexatorémque defendes? Idem de Aruspr.resp.Tam crudelis mei,tam sceleratus Reipub.vexator esse potuisset?
Veteres vexatores ætatulæ suæ.Cic.pro Sestio.
Direptor & vexator vrbis. Cic.3 Philipp.
Vexamen, vexaminis, Quod vexat, & molestia afficit. Lucret. libro 5,
Aut cecidisse vrbes magno vexamine mundi.

V F

VFENS, Vfentis { οὖφις } Fluuius qui labitur per Pontinas paludes,

quietiam Ausentum à quibusdam dicitur. Plin.lib.3.cap 5. Virg.7. Æneid.

-gelidúſque per imas
Quærit iter valles, atque in mare voluitur Vſens.

Vſentinus, pen.prod. Adiectiuum {ὁμωνύμως} Vt Vſentina tribus. Liu. 9.ab Vibe, Vide TRIBVS.

V I

Via, viæ {ὁδὸς, τέρμα, πάτος, κέλευθος} Dimidius actus quo poteſt ire vehiculum. Via (inquit Paulus) conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt: alioquin iter ſit, non via.

Via, abuſiuè, pro omni loco per quem habere iter omnibus licet. Plin. Quum de via vocaſſem. Terent. Eunucho, 3.2,

-haud conuenit
Vnà ire amica cum, imperatorem in via. Horat.1.Serm.ſat.9,
Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos.

Anguſta viarum. Virg 2. Æneid.
Anguſta & lubrica viarum. Tacit.lib.19.
Flexus viarum. Lucret.lib.3.
Iguarus viæ. Virg.1 Georg.
Impatiens viæ. Ouid.6.Metam.
Inſidiator viæ, Vide INSIDIAE.
Meta longarum viarum. Virg.3.Æneid.
Opaca viarum. Virg.6.Æneid.
Refectio viæ. Vlp.in l.2.D Nequid in loc.publ.fiat, &c.
Spatium viæ. Ouid 8.Metam.
Strata viarum. Virg 1.Æneid.
Strata viarum decliua pedibus volgi. Lucret.lib.1.
Viæ vrbis. Cic.6 Verr Cæteræque vrbis partes vna lata via perpetua, multiſque tranſuerſis diuiſæ, priuatis ædificiis continentur.
Tres viæ. Cic.12.Philipp. Tres ergo vt dixi viæ, à ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.
Appia via imbuta ſanguine latronis, Vide IMBVO.
Caupo de via Latina. Cic.pro Cluent.
Inter vias, Vide INTER præpoſitionem.
Viæ trium ſunt generum. Vlpianus in l.2. D. Nequid in loco publico. §. Si quis, Viarum quædam publicæ ſunt, quædã priuatæ, quædam vicinales. De quibus vide ordine alphabetico.
¶ Maris tuta via. Ouid.11.Metam.
¶ Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directæ. Cic.2.de Nat.deor. Ouid.2 Metam.
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.

Vocis via Ouid.6 Metam.
Tenuata via vocis. Ouid.14.Metam.
Via, Ipſe eundi actus. Cic.1.Philipp. Quum de via languerem, & mihimet diſplicerem. Ouid.2.Metam.
Poteſt enim quidquam eſſe abſurdius, quàm quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere? Cic.de Senect.
Via aliquorum dierum. Cic.5 Verr. Video quot dierum via ſit.
Via perpetua iis aliquò profecturis optari ſolebat, qui maximo habebantur odio, quibus verbis petebant à Diis immortalibus, vt nunquam illi in ea loca redirent, ſed quanto magis iter facere pergerent, tanto magis è conſpectu ſe eriperent. Cic.in Piſonem, Oſtendens quantum foret odium ipſius in animis ciuium, ob res improbè ab eo in Conſulatu geſtas: An inquit, quod tibi proficiſcenti euênit, vt omnes exercrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent? Tale eſt illud Turpilij apud Nonium in titulo De mutata declinatione: Age, age, egredere, atque vtinam iſtuc perpetuũ itinet ſit tibi. Vulgò dicimus, *Iamais ne puiſſe in reuenir.*
¶ Via, per tranſlationem, pro ratione & modo aliquid faciendi.
Trade viam litigandi. Cic.1.de Legib. Altè verò, & vt oporteat, à capite frater repetis quod quærimus: & qui aliter ius ciuile tradunt, non tam iuſtitiæ, quàm litigandi tradunt vias.
Si quã via eſt. Virgil 6.Æneid.
Eſſe duces, ô ſi qua via eſt. Id eſt, Si eſt ratio, Si quoquomodo fieri poſſit. Ibidem,
Aut tu, ſi qua via eſt, ſiquam tibi diua creatrix Oſtendit, &c.
Via ac ratio. Cic.2 Verr. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim.
Via & arte dicere. Cic.de Claris Orat. Antea nemineм ſolitum via nec arte, ſed accuratè tamen & de ſcripto pleroſque dicere.
Accedundi via. Terent. Heaut.3.3.
Dicendi via. Quint.lib.4.cap.5.
Morum via. Stat.3.Sylu 3.
Via ad. Cic.2.Offi. Præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſiquis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet.
Via vti. Cic.ad Att.lib.2.24.
Æquoreæ viæ. Ouid.epiſt.18.
Æſtuoſa & puluerulenta. Cic. ad Att.lib.5.101, Nunc iter conficiebamus æſtuoſa & puluerulenta via.
Alta ruptis collibus. Senec.Hipp.10. Vide ALTVS.
Anceps. Ouid.14.Metam. Vide ANCEPS.
Aperta, ſimplex & directa. Cic.1.de Finib.
Arctæ viæ. Stat.9.Thebaid.
Ardua. Ouid.2.Metam. Vide ARDVVS.
Aſſueta. Ouid.epiſt.18.
Audax. Ouid.2.de Arte. de Dædalo.
¶ Breuis. Virg.eclog.9.
Breuior, & multò lucidior via, ſubaudi docendi. Quintil.lib.3. cap.11.
¶ Cæca via. Ouid.2.Amor.eleg.11.
Celebris via, Vide CELEBRIS.

Certa via. Cic 11. Philipp. In Syriam patebat via certa, neque longa.
Deciuis. Ouid.7.Metam.
Deteriorem viam fieri ſic accipiendum eſt: ſi vſus eius ad commeandum corrumpatur, hoc eſt, ad agendum vel eundum: vt quum plana fuerit, cliuoſa fiat: vel ex molli aſpera: aut anguſtior ex latiore: aut paluſtris ex ſicca. Hæc Vlpianus in l. 2.D.Nequid in loco publ.&c.
Deterrima. Cic.ad Att.lib.9 180, Curſem huc illuc via deterrima
Difficilis via ciiu s. Ouid.3.Amor.eleg.12.
Facilis. Virg 1.Georg.
Facilior & apertior. Quint.lib 3 cap.6.
Habilis via. Vlpian.in l.2.D. Nequid in loco, &c. Siquis cloacam in publicam viam immitteret, ẽxque ea re minus habilis via per cloacam fieret: teneri eum Labeo ſcribit.
Illuſtris & lata, Vide ILLVSTRIS.
Implicitæ viæ errore, Variis circuitionibus in errorem ducentibus confuſæ. Lucan.lib.8.
Inepta, Vide INEPTVS.
Inexplicabiles viæ continuis imbribus, Vide INEXPLICABILIS.
Inoffenſa, Vide INOFFENSVS.
Inuia. Virg 3.Æneid.
Irremeabiles. Senec.Herc.fur.7.
Latebroſa, Vide LATEO.
Liquidæ viæ. Viæ in aquis. Lucret.lib.1.
Longa, Vide LONGVS.
Lubrica via plagæ. Hoc eſt, hiatus vulneris humectatus ſanguine. Stat.2.Sylu.1.
Militaris. Cicero 12. Philipp. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi? Vide MILES.
Obſeſſio militaris viæ. Cic.in Piſonem.
Mollis. Senec.Herc.fur.6.
Mollior & magis trita. Quint.lib.1.cap.6.
Molliſſima, Vide MOLLIS.
Patentior, Vide Patens in PATEO.
Perpetua via, Vide paulò ante, VIAE vrbis.
Præcipites viæ. Ouid.2.Metam.
Prima. Plaut.Mil.5,

-dummodo nunc prima via
Inducamus, vera vt eſſe credat, quæ mentibimur. Barbari dicunt *Primo ictu*, Hoc eſt ſtatim, primo ipſo congreſſu.

Priuatæ viæ, ſunt quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter antè accipi poſſunt: vel eæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, ita vt ad agrum alterius ducant. Vel eæ quæ ad agros ducunt: per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de via Conſulari: & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. Hæc Vlpian.in l.2.D.Nequid in loc.public.&c.
Prona. Ouid.epiſt.17.
Publicas vias dicimus (ait Vlpianus in l.2.D Ne quid in loco publico) quas Græci βασιλικὰς, noſtri Prætorias, alij Conſulares vias appellant.
Sera nunquam eſt via ad bonos mores. Senec.Agamem.4.
Simplex via mortis. Virg.3.Georg.

Nec via mortis erat ſimplex, ſed vbi ignea venis
Omnibus acta ſitis, miſeros adduxerat artus. Vbi Seruius. Nec moriebantur ex vſu, id eſt ſecundum naturalem ordinem, non tantùm fuga animæ, ſed etiam corporis reſolutione. Eſt autem Saluſtij qui ait,

Ne ſimplici quidem morte mouebantur.

Subita. Ouid.epiſt.16.
Sublimis. Ouid.1 Metam.
Tecta via. Lucan.lib.4.
Terrena via. Vlpian.in l.1 D.de via public. Siquis ſub ſpecie refectionis deteriorem viam facit: impunè vim patietur, propter quod neque altiorem, neque longiorem, neque latiorem, neque humiliorem viam ſub nomine refectionis is qui interdicit, poteſt facere: vel in viam terrenam, glaream inijcere: aut ſternere viam lapide, quæ terrena ſit: vel contrà, lapide ſtraram, terrenam facere.
Tranſuerſa via, Vide paulò ante VIAE vrbis.
Tremenda. Claud.de bello Getico.
Trita. Cic.de Clar.Orat. Vt eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret, quam maiores eius, ei tritam reliquiſſent.
Trita humano pede. Tibull.lib.4.eleg.12.
Tritiſſima & celeberrima via. Senec.de vit.beat.cap.1.
Tuta frequenſque. Ouid.1.de Arte.
Vda. Lucan.lib.3.
Velatæ viæ. Ouid.3.Amor.eleg.12,

Et per velatas annua pompa vias. De Iunonis feſto.

Vicinales ſunt viæ quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas eſſe quidam dicunt. Vlpian.D.de locis & itineribus publicis l. Viæ vicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero ſunt. Sed inter eas & cæteras vias militares hoc intereſt, quòd viæ militares, exitum ad mare, aut in vrbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Harum autem vicinalium viarum diſſimilis eſt conditio. nam pars earum in militares vias exitum habet, pars ſine vllo exitu intermoritur.
Vrbicæ viæ, quibus opponuntur ruſticæ. Vlpianus in l.2.D.Nequid in loc.publ.&.
¶ Accelerare viam, Vide ACCELERO.
Accipere viam. Quint.lib.5 cap.14.
Adiuuare temeraria via, Vide ADIVVO.
Affectare viam, Vide AFFECTO.
Affectare viam Olympo. Virg.4.Georg.

Aggredi

Aggredi alia via. Terent. And.4.1.
Occultas vias agere. Virg.3.Æneid.
Errore viæ actus. Virg.7.Æneid.
Perennes agitare vias. Senec.Hippol.9.
Ambulare per vias tutas. Ouid.1.Fast.
Anticipare viam. Stat.6.Thebaid.
Aperire viam, eſt ad veterem altitudinem latitudinémque reſtituere. Vlpian.in l.1.D.de via public.
Aperit viam vis. Virg.10.Æneid.
Aperire viam alicui. Virg.11.Æneid.
Patulas vias aperire Silius lib.16.
Calcanda omnibus via lethi. Horat.1.Carm.ode 28.
Capere viam animo, Vide CAPIO.
Carpere viam. Virg.3.Georg.
Celerare viam. Virg.5.Æneid.
Clamare de via, Vide CLAMO.
Claudere vias, Vide CLAVDO.
Incendia obiecta claudunt vias. Stat.2.Thebaid.
Coarctatur via, diffunditur, pateſcit. Plin.iun.lib.2.epiſt.17.ad Gallum, Modò occurrentibus ſyluis via coarctatur, modò latiſſimis pratis diffunditur, & pateſcit.
Coarctata via. Vlpian.in l.1.D.Nequid in loc.publ.&c.
Commeare viam ſcrupuloſam, Vide COMMEO.
Committere ſe viæ, Vide paulò poſt, DARE ſe in viam.
Commonſtrare viam, Vide COMMONSTRO.
Commutare viam, retróque reuerti. Lucret.lib.1.
Concinnare viam, Vide CONCINNVS.
Conficere viam. Cic.de Senect. Volumus ſanè, niſi moleſtum eſt, Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris: quam nobis quoque ingrediendum ſit, iſtuc quò perueniſti, videre quale ſit.
Conſternere viam frumento, Vide CONSTERNO.
Conſtruere vias. Lucan.lib.2.
Corripere viam, Accelerare. Virg.1.Æneid. Vide CORRIPIO.
Corrumpere viam publicam. Vipianus in l. 2. D. Nequid in loc. public.&c.
Indociles vias curricylympha, Id eſt vias quas nemo illi monſtrauit. Propert.lib.1.eleg.2.
Decedere de via. Cic.pro Cælio, Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderit Cælius ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe.
Declinare ſe extra viam, Vide DECLINO.
Declinare de via ad dextram. Cicero 5. de Finibus, Vide DECLINO.
Regione viæ declinare. Lucret.lib.4.
Deducere in viam. Cic.1 de Legib.
Deducere de via, Vide DEDVCO.
Deerrantes via equi. Senec.Hippol.10.1.
Demonſtrare rectam viam. Quint.lib.2.cap.6.
Depelli recta via. Quint.lib.2.cap.17.
Deferere viam virtutis. Horat.3.Carm.ode 24.
Deterit pedes via longa. Tibul.lib.1.eleg.9.
Detorquere viam ad amnem. Valer.5.Argon.
Dare viam alicui per fundum ſuum. Cic.pro Cecinna.
Dare viam, per tranſlationem. Virg 11.Æneid.

Et te, ſi qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi. Id eſt, Si voluntatem noſtram fortuna comiteſur. Seruius.

Dat aura viam. Ouid.epiſt.7.
Dare viam ad ſcientiam. Cic.1.de Diuin. Et non, ſi ſignificant futura, nullas dant vias nobis ad ſignificationum ſcientiam.
In viam dare ſe vel Committere ſe viæ. Cic. Terent.lib.14.12. Idem lib.16.6.
Ducit via. Virg.eclog.9.
Triſtis via ducit ad Manes. Senec. Herc.fur.19.
Via ducens ad villam. Vlpianus in l. 2. D. Nequid in loco publico.
Ire viam. Virg.3.Georg.
Ire atque redire viam. Virg.6.Æneid.
Longam viam ire. Virg.4.Æneid.
Fallaces vias ire, Non tutas. Ouid.2.Amor.eleg.11.
Fœlici via ire. Ouid.1.Fast.
Negata via ire. Horat.3.Carm.ode 2.
Via qua itur. Cic.6.Verr. Fanum eius eſt in agro, propter ipſam viam, quo Aſſoro itur Ennam.
Errare via. Virg.2 Æneid.
Tota via errare, Prouerbium in eos qui vehementer aberrant. Terent. Eunuch.2.2,

Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Tranſlatum à viatoribus, qui nonnunquam ita ſolent aberrare à via, vt non ſine diſpendio quidem, tamen quò tendebant perueniant: nonnunquam ſic aberrant, vt longè diuertant, & in diuerſum tendant. Eraſmus.

Euadere viam. Virg 2.Æneid.
Excedere noua regione viarum. Virg.2.Æneid.
Exigere viam dicuntur magiſtratus, quum viciniam cogunt munire quam diligentiſſimè ſumptu facto. Aſconius in Prætura vrbana, in fine.
Viam facere, Eſt locum, vbi non erat via, aperire, Vide FACIO.
Tellus icta fecit viam in Tartara. Ouid.5.Metam.
Facere viam ruina. Lucan.lib.1.
Facere ſibi viam. Quint.lib.5 cap.14.
Fallit via euntes. Virg.9.Æneid.
Fert via. Virg.6.Æneid.
Findere vias pectore, dicuntur natantes. Ouid.epiſt.18.
Findit ſe via in ambas partes. Virg.6.Æneid.
Fit via vi, rumpunt aditus, &c. Virg.2.Æneid.
Flectere viam velis. Virg.5.Æneid.
Habere docendi viam. Cic.in Bruto, Volo igitur huic ſumptio

omnem, quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationem eſſe notam, quæ quidem res duplicem habuit docendi viam.
Ignorare viam gloriæ. Cic. Quod ſi ita putas, totam ignoras viã gloriæ.
Illuminare vias igni. Stat.12. Thebaid.
Innumeras vias errore implet Dædalus. Ouid.8.Metam. De Labyrintho.
Incedere via & per vias, Vide INGEDO.
Inchoare viam, Præire. Stat.10. Thebaid.
Includere viam, Vide INCLVDO.
Indagare viam inuſitatam. Cicer. in Orat. Reprehendent, quòd inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus.
Inducere viam, Vide INDVCO.
Inire viam, redire viam. Cicero pro Murena, Vide INEO, inis.
Ingreſſus viam hâc. Stat.4.Sylu.4.
Ingredi vulgarem viam. Quint.in Procem.lib.1.
Sceleris viam ingredi. Luc.lib.1.
Ingredi viam viuendi, Vide INGREDIOR.
Inſiſtere viam agendi aliquid, Inſtituere artem. Seruius. Virgil.3. Georg.
Inſiſtere viis, Vide INSISTO.
Inſtaurare vias. Stat.5. Thebaid.
Rectam inſtas viam, Vide INSTO.
Intercludere vias omnes ſeditionum, Vide INTERCLVDO.
Inuadere viam, Vide INVADO.
Inuaſit vias phaſelus in æquore. Stat.5.Sylu.1.
Inuenire viam, Exitum reperire. Virg.3.Æneid.
Languere è via, Vide LANGVOR.
Laxauit viam bellis. Claud 2.in Ruffinum.
Leuare viam ſermone, Vide LEVES.
Mittere è via, Vide MITTO.
Moliri viam, Vide MOLIOR.
Moliri vias vetitas. Silius lib.4.
Monſtrare viam. Cic.3. Offic. Quid enim eſt aliud quàm viam erranti non monſtrare (quod execrationibus publicis ſancitum eſt) &c.
Monſtrare viam paruo tramite. Lucret.lib.6.
Vitæ via monſtrata eſt per carmina. Horat.de Arte.
Iter viæ propoſitum morari. Ouid.epiſt.15.
Munire viam. Cic.pro Murena. Vide MVNIO.
Munire diuerſas vias. Quintil.lib.3.cap.1, Diuerſas tamen vias munierunt.
Mutant vias tempeſtas, & humor cæli. Virg.1.Georg.
Noui viam, Vide NOSCO.
Noſcere vias pecuniæ. Cic.ad Qu.frat. Omnes vias pecuniæ nouerunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt.
Obſtirmare viam, Vide OBFIRMO.
Obliquare vias in denia campi. Stat.6.Thebaid.
Obſepire viam. Cic.pro Murena.
Obſeſſa via, Vide OBSIDEO.
Pandere viam, Vide PANDO.
Panditur via ſalutis. Virg.6.Æneid.
Patuit via in cælum. Senec. Medea, 12.
Parefacta via. Senec. Herc.fur.1.
Patefacere viam auaritiæ. Cic.5.Verr.
Patefacere viam ad opes. Cic.3.Philip. Vide PATEFACIO.
Pergere viam. Cic.pro Plancio, Qui antequam de meo aduentu audire potuiſſent, quum tum abeſſent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Planciúmque pertexi.
Perſequi vias. Cic.Figulo, lib.4.13, Et in ipſius conſuetudinem, quã adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo, & certè omnes viæ perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, peruenirí poſſe.
Præbere viam alicui. Ouid.11.Metam.
Præcipitare viam. Ouid.5.Metam.
Præſtare alicui faciliorem viam. Quint.lib.7.cap.2.
Procedere viam. Cic.ad Atticum lib.6 16, Etſi te hæc legente, alia quantum tamen viæ proceſſero.
Recta via proficiſci. Cic.Quint.frat.lib.3.17, Ex eo loco recta Vitularia via profecti ſumus in Fuſidianum fundum.
Progredi viam. Cic.1.de Diuin. Itaque vt ex ipſo audiebam, perſæpe reuertit ex itinere, quum iam progreſſus eſſet multorum dierum itinere.
Purgare viam, refectionis portio eſt. Purgare autem propriè dicitur, Ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſuper-eſt. Vlpianus.
Quærere viam vitæ, Rationem rectè viuendi. Lucret.lib.2.
Rapere viam aliquò, Currere. Silius lib 8.
Redire in viam, per tranſlationem. Cic. 12. Philipp. Quod ſi errãtum P.C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam. Vide REDEO.
Reduci alio flexu ad rectam viam. Quint.lib.2.cap.17.
Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reducunt. Vlpian.D. de Via publica, l. Prætor ait.
Scindere viam. Virg.10.Æneid.
Secare viam. Virg.6.Æneid. Id eſt, tenere. Seruius.
Compita ſecta in ternas vias. Ouid.1.Fast.
Sequi viam aliquam in re aliqua. Cicero 4. in Catilinã, Si eritis ſecuti ſententiã C. Cæſaris, quoniam hanc is in Rep. viam, quæ popularis haberur, ſecutus eſt.
Sternere viam lapide, Vide paulò ante TERRENA VIA.
Strauit viam per mare Xerxes. Lucret.lib.3.
Trahere vias medendi. Celſus in Præfatione lib.1.
In via eſſe. Cic.Tironi, li.16.2. Iam ad id biduũ quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuò ad reditum dies quinque.
Saltu viam ſuperare. Virg.3.Georg.

Via per Macedoniam est. Cic. de Prouinc. Consul. Via illa nostra quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespontum militaris.
Tendere vias in deuia campi. Stat. 6. Thebaid.
Directis viis tendere. Luc. lib. 4.
Tenere vias omnes amoris. Plaut. Trin. 10.
Tentare viam. Virg. 3. Æneid.
Illicitas tentare vias. Valer. 1. Argon.
Tentanda via est. Virg. 3. Georg.
Terere viam. Ouid. 1. de Arte.
Tradere viam quandam & rationem. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Tradere viam optimarum artium alicui. Cic. 2. de Diuin. Quærenti mihi, multúmque & diu cogitanti, quanam re possem prodesse quamplurimis, nequando intermitterem consulere Reipub. nulla maior occurrebat, quàm si optimarum artium vias traderem meis ciuibus.
Clauſtra viarum transit vox. Luc. lib. 4.
Veloci via tradere. Senec. Medea 4.
Venire viam. Cic. 2. Phil. Qui nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum.
Vorare viam, Citò conficere. Catul. ad libellum, 33.
Vti via. Cic. Att. lib. 2. epist. 19. Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem quæ aut eà gessit: vtor via. Hoc est, neque in hanc partem, neque in illam declino, interiacet quædam quasi via, qua ego vtor.
¶Via pernolgata, Consuetudo. Terent. Heaut. 1. 1.
Vians, huius viantis, Adiectiuum. Solinus cap 42. Latrones puteos arenis operiebant, vt temporaria fraude subductis aquis in fame & siti iter submoueret accessus viantium.
Viator, pen. prod. viatoris {ὁδίτης, ὁδοιπόρος} Qui iter facit. Cic. de Fato, Hoc enim modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse dicitur cur ab eo spoliaretur. Iuuen. sat. 10, Cantabit vacuus coram latrone viator.
Non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur. Cic. pro Milone.
Nisi siquid ex prætereunte viatore exceptum est, scire nihil possimus. Cic. Att. lib. 2. 26.
Aridus viator. Virg. 4. Georg.
Fessus viator. Horat. 1. Serm sat. 5.
Lassus viator. Catull. ad Mallium, 63.
Siccus viator. Ouid. 4. de Ponto, eleg 10.
Sitiens viator. Ouid. 3. Amor. eleg. 5.
Cautus præcingitur ense viator. Ouid. 2. Trist.
Viator exceptus à latronibus. Cels. in Præf. lib. 1.
¶Viatores etiam dicebantur, qui magistratibus parebãt: eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magistratus, & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat. Colum. in Præfac. Illis temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur: & quum consilium publicum desyderabatur, à villis accessebantur in Senatum: ex quo qui eos euocabant, viatores nominati sunt. Cic. de Senect. A villâ in Senatum arcessebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt.
Mittere viatorem. Cic. in Vatinium, Miserisse viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret.
Viatores, in factionibus circi ludisque dicebantur, qui ministri curisicabant huc illuc vltrò citrò iussu agitatorum, si qua forte re egerent, ac illus præsto semper erant. Horum mentio est in epigrammate isto, quod è priscis ritulis Turnebus eruit. M. Vispanio Pullonisterori. M. Vispanio Nigroni, viatori, &c.
Viatorius Adiectiuum, {ὁδοιπορικός,} Quod ad viam pertinet. Vnde viatorium, quod per viam deferebatur: vt Cubilia viatoria. Plin. lib. 16. cap. 10. Idem lib. 37. c. 2.
Viarius Adiectiuum, {ὁδιάζος,} vt, Lex viaria. Cælius Ciceroni lib. 8. 6. Leuissimè enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemque Viariam non dissimilem Agrariæ Rulli, &c. Id est, de viis muniendis vel faciendis.
Viaticum viatici, pen. corr. {ἐφόδιον} Quicquid iter agẽdi causa necessarium est, siue cibus, siue pecunia ad victum expẽdenda. Plaut. Capt. 7.
Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi. Horat. 1. epist. 18,
-aut eistam effactam, & subducta viatica plorat.
Velim videas & quid viatici, & quid instrumenti satis sit. Cic. Attic. lib. 12. 249.
Equidem video mihi quoque opus esse viaticum. Cicero Attic. lib 15 329.
Collecta viatica multis ærumnis. Horat. 2. epist. 2.
Habere viaticum. Cic. Attic. lib. 7. 136, Qu. Titinius viaticum se neget habere.
Latgum & liberale viaticum, Vide LIBER liberi.
Viatica cœna, Quæ datur abituro. Plaut. Bacch. 1.
Viaticulum, viaticuli, pen. corr. Diminut. Vlpian. in l. Si longus, in fine. D. De iudiciis, Ne si ei non dederimus actionem, futurum sit, vt impunè fraudem patiatur, & egestate Romæ laboret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinauit.
Viaticor, pen corr. viaticaris {ὁδοιπορέω} viaticari, Viaticum parare. Plaut. Menæh. 7,
-quum inspicio marsupium,
Viaticati hercle admodum æstiuè sumus. Dictum est ex eo quòd plura alimenta hybernis solent prouidere milites, quàm æstiuis: & quòd æstate qui iter faciunt, paucioribus diebus quò volunt perueniunt, & de æstatis frugibus inter eundem se interim tolerant, cùm interim hyeme idem nuda tellure facere nõ possint, & ea tempestate lagenam & potionem potius, quàm cibum & obsonium quærãt. Nam in lagena est æstiuum viaticum. Hæc Turnebus.
Vibex, vibicis, pen. prod. fœm. g. {μώλωψ, πελιδνωμα, φλυκτίς} Signum verberis in humano corpore remanens, quòd vi fiat, vt ait Festus. Plaut. Mostel. 12,
Malam rem prius cauendam multo esse, quàm vt meum

Tergum subiicism culcitram vibicibus. Plinius lib. 30, Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ouium recentibus impositis, obliterantur.
VIBIVS Virius {ὑΐβιος, ὕβριος} Capuæ deditionem elegantissima oratione dissuadet apud Liuium 6. bel. Pun. Fuerat enim author Campanæ defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem sibi consciuit ante deditionem, & multis ciuibus Senatoribus, vt idem quoque facerent, persuasit.
Vibrissæ, seu Vibrici, sunt pili in naribus hominum: dicti quod iis euulsis caput vibretur. Festus.
Vibro, vibras {πάλλω, κραδάω, κραδαίνω, σείω} vibrare, A vi deductum, significat Mouere & quasi vi agitare. Virg. 2. Æneid.
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Cic. 2. Offi. Quam hastã L. Sylla quum vibrasset Dictatore propinquo suo. Idem 2. in Catil. Sicas vibrare, & venena spargere.
Bipennem vibrare. Lucan. lib. 3.
Hastam vibrauit gelidis viribus. Silius lib. 10.
Iaculum vibrare excusso lacerto. Ouid. epist. 4.
Spicula v. brare. Virg. 11. Æneid.
Telum vibrare. Lucan. lib. 4.
¶Vibrare dicitur mare, hoc est micare, & intremiscere, vt ait Budæus, siue contremefieri. Cicero 4. Acad Quódque nunc quia à sole collucet, albescit & vibrat, dissimiléque est proximo ei contnenti.
Tremere & vibrare. Plin. lib. 2. cap. 8, de Terræmotu & hiatibus, Nec simplici modo quatitur vnquam, sed tremit vibrátque.
Vibrant fulmina. Cic. in Orat. Demosthenes cuius nõ tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris cõtorta fertentur.
¶Lambos truces vibrare. Catul. in annales Volusij, 34.
¶Vibrare, Neutrum, Id est trepidare. Valer. 8 Argon.
Quum subito ingentem media inter nubila flammam
Conspicit: & sæua vibrantes luce tenebras. Id est quas illuminabat & vibrare faciebat lux oculorum serpentis pernigilis.
Vibrans, vibrantis, Participium {πάλλων, σείων, κραδαίνων.} vt
Draco vibrans linguas multifidas Valer. 1. Argon.
Lingua vibrante minarum serpens. Lucret. lib. 3.
Vibrans sonus, Aures feriens, vel Tremulus. Plinius libro 10. cap. 29.
Supercilio vibrante loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5.
Incitata & vibrans oratio. Cic. de Claris Orat. Et erat oratio cùm incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita.
Vibrantes sententiæ. Quint. lib. 10. cap. 1, Summa in Archilocho vis elocutionis, tum validæ, tum breues, vibrantésque sententiæ. Id est inciratæ.
Vibratus, pen. prod. Participium præteritum {πεπαλμένος.} vt vibrata hasta.
Fulgor vibratus ab æthere. Virg. 8. Æneid.
Fulmina vibrata iactat Iuppiter. Ouid. 2. Metam.
Membra vibrata vertigine. Claud. 2. in Eutrop.
Sibila vibrata per auras. Silius lib. 3.
Spicula vibrata per auras. Ouid. 8. Metam.
Tela vibrata lacertis. Ouid. 12. Metam.
¶Vibratum, pro Crispo. Virg. 12. Æneid.
-& fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhâque madentes. Id est crispatos calamistro, inquit Seruius. Colum. lib. 10,
Candida vibrato discrimine, candida thyrso est.
Viburnum, viburni, Genus fruticis. vnde Virg. 1. eclog.
Verum hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Vicarius, Vide VICIS.
Vicatim, Vide VICVS.
Vicenarius, vicenaria, vicenarium {εἰκοσαετικός} Vicesimus. Plautus Pseud. 5,
Tum lex me perdit quina vicenatia. Vbi interpres, Videtur lex lata vt si cuipiam crederentur supra viginti quinque minæ, redhibitio nulla esset, nec debitor quicquam deberet. Alij quina vicinaria, centum interpretantur.
Vicenus, pen. prod. Adiectiuum {εἰκοστός} Idem. Plin. lib. 10. cap. 53, Plus vicena quina incubanda subiici vetant. De ouis. Colum. lib. 8. cap. 3, Viceuas amphoras percipient.
Vicennium, vicennij, Viginti annorum spatium. Modestinus in l. Calcularij. D. de administrat. rerum, &c. Vide Expungere rationes, in EXPVNGO.
Vicies, Aduerbium {εἰκοσάκις} pro Vigecies. Cicero Attico, lib. 4. 7, Æstimarunt H-S vicies.
Bis & vicies. Cic. Attico, lib. 11. 209.
Centies vicies duceni. Colum. lib. 3. cap. 2.
Vicesimus, pen. corr. {εἰκοστός} pro Vigesimus. Cic. Cornificio, lib. 12. 15. Alteio vicesimo die.
Ætas vicesima. Ouid. ad Pisonem.
Vicesima, vicesimæ {εἰκοστή} Vectigal, seu triburum, quum de vicenis vnum penderetur. Cicero ad Atticum lib. 2. 31, Et eo magis quod portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam, quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum esse periturа.
Vicesimarius, Adiectiuum, vt Vicesimarium aurum, quod ex vicesima colligebatur. {εἰκοστικός.} Liuius 7. bel. Pun. Aurum vicesimarium, quod in sactiore ærario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. Id est aurum quod ex vicesima colligebatur. Erat autem vectigal, quemadmodum decima.
Vicentia {Vicenza} Venetiæ oppidum, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 19. Tacit. lib 19, Possessa ipso transitu Vicentia. Sic enim Plinius atque Ptolemæus vocant: nõ Vincentia. Quidam & Vicetiam ex scriptione, quæ in agro Veronensi reperta est, vt annotat Rhenanus in suis Castigationibus in Tacitum.

Vicia

Vicia, viciæ {βίκιον} Genus leguminis, à viaciendo dicta. Plin. lib. 18. cap. 15, Et vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: vno sulco sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quàm deoccatur. Sationis eius tria tempora. Varro 1. de Re rust. cap 31, Vicia dicta à vinciendo, quòd item capreolos habet vt vitis, quibus quum surrexit vestigium serpit ad scapum lupini, aliúmve quem, vt hæreat, eum solet vincire.
Fœtus tenues viciæ. Virg. 1. Georg.
Pabularis vicia, Vide PABVLVM.
Serere viciam. Virg. 1. Georg.
Viciarius, Adiectiuum {βικιακός} Quod ad viciam pertinet. vt Cribrum viciarium, in quo vicia expurgatur, apud Columellam libro 8. capite 5.
Viciarium, substantiuum {ὀμπνιόν.} Columella lib. 11. cap. 2, Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inspergenda, quinetiam viciatia diligenter facienda. Vbi rectius legitur vitiaria, vtique à vite.
Vicinia. Vicinus, Vide VICVS.
Vicis, vicis, vicem, vice: Pluraliter, vices, vicibus. Rarissimè autem leges vicis, vici {ἀμοιβή, ἀναπλήρωσις} Est alternatio, siue vicissitudo. Quintil. lib. 6. cap 5, Iudices vel præsidentes magistratus appellandi sunt frequenter, vt loquendi vices seruentur.
Belli vices. Stat. 9. Theb.
Colloqui vices. Ouid. epist. 20.
Vices feriarum, Plinius, Nihil est in opere naturæ quod non aliquas vices feriarum velit.
Inuersæ vices. Propert. lib. 1. eleg. 14.
Alia vice. Liu. 1. ab Vrbe, Ita duo deinceps reges alius alia vice, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Id est, vnus vna vice, & alter alia. Videtur tamen hoc accipi pro tempore: vt sit, Alius alio tempore, quod posterius loquendi genus doctissimis est vsitatum. Vetus tamen exemplar legit, alius alia via, &c.
Alterna vice. Plin. Iunior lib. 9. ad Caninium epist. 33, Ex hoc stagno in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno.
Benigna vice. Horat. Epod. 13. Hoc est felici mutatione aut vicissitudine.
Grata vice. Horat. 1. Carm. ode 4.
Stata vice. Curtius lib. 9.
Sua vice. Curtius. lib. 7.
Suam cuiusque vicem. Liu. 3. ab Vrbe, Quum priores Decemuiri ita seruassent, vt vnus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vicem per omnes iret.
¶Alternare vices. Ouid. 15. Metam.
Disponere varias vices operum. Tibul. lib. 1. eleg 9.
Diuidere vices professionum. Quint in Procem. lib. 1.
Efficere vicem alicuius rei. Plin. lib. 23. cap. 4.
Exercere vices. Virg. 9. Æneid.
Exhibere vicem alicuius rei. Plin. lib. 23. cap. 7.
Explere vicem olei. Plin. lib. 31. cap. 2.
Fértque refértque vices incerta fors. Lucan. lib. 2. Hoc est, fortũna mutat prosperа aduersis, & contrà.
Habere vicem obsonij Plin. lib. 15. cap. 19.
Implere destinatas vices. Curtius lib. 4.
Mutat terra vices. Horat. 4. Carm. ode 7.
Peragit vicem nox. Ouid. 4. Metam.
Permutatis vicibus stationum, expletis redituris, traditis. Curtius libro 8.
Repræsentare vicem olei. Plin. lib. 28. cap. 10.
Reuocare vicem. Senec. Herc. fur. 13.
Seruare vices. Virg. 9. Æneid.
Sortiri vices. Virg. 3. Æneid.
Sumere prisanam in vicem vini. Celsus lib. 4. cap. 6.
Variare vices. Virg. 9. Æneid.
Voluere vices. Virg. 3. Æneid.
Alterna vice, Vide Alternus in ALTER.
Alternis vicibus, Euripi reciprocationibus nunc vltrò, nunc citrò. Senec. Herc. fur. 6.
Per vices, Vide præpositionem PER.
Vicibus, Per vices. Plin. lib. 8. cap. 32, Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibúsque ad terga redeuntes De ceruis.
Vice versa. Vlpianus de Stipulationibus. lib. 45. Pand. l. 1. §. Siquis simpliciter, Et vice versa si interrogatus sub conditione, respondeit purè, &c.
Sermonum vice. Virg 6. Æneid.
Vicibus annorum. Colum. lib. 2. cap. 9.
Annua vice, Vide ANNVS.
¶Vicem pro Officio quoque dicimus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ne sacræ regiæ vicis defererentur, flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit.
Demandare vicem suam alicui, Vide DEMANDO.
¶Vice, pro Loco accipitur: vt Vice mea, Vice tua: pro Tuo & meo loco. Horat. in Arte,
Vtar vice coris, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Plin. lib. 8. cap. 46, Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur.
Nulla est enim persona quæ ad vicem eius, qui è vita emigrarit, propius accedat quàm hæres. Cic. 1. de Legib.
Vice alicuius solicitus. Curtius lib. 7.
Pro, Vice mea, tua, &c. Plautus ferè semper accusatiuum posuit.
Vicem meam, tuam, &c. vt in Capt. 10,
-neque vllum pol de hac re negotium est
Quàm malè occidam, oppetémque pestem, heri vicem mei. Id est Pro hero meo. Ibidem 7,
Vt eum redimat & remittat huc nostrum amborum vicem. Idem Rud. 19. Videntur Cicero & Liuius sic etiam locuti. Liu. lib. 4. bell. Maced. At enim cum Philippo Argiui senserunt: remittimus hoc tibi ne vicem nostram iraseris. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Quanquã ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximè beneficiis ornatus, in te potissimùm fractam illam, & debilitatam vim suã contulit, nostram vicem vltus est ipse per sese. Id est, in sese pœna afficiendo occupauit officium nostrum, inquit Budæus.
In vicem. Colum. lib. 3. cap. 14.
Cedere in vicem alicuius rei, Vide CEDO.
Pungi aliena vice. Liu. 1. ab Vrbe.
Fungi vicibus alicuius. Propert. lib 4. eleg. 12.
Mutua vice fungi. Paulus in l. Certum. D. Si certum pet. Pedius nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur, an vocabulis quibusdam demonstrentur: quatenus mutua vice fungantur, quæ tantundem præstent.
Implere vicem alterius, Vide IMPLEO.
Obtinere vicem veri. Curt. lib. 8.
Pensare vicem, Vide PENSO.
Præstare vicem alterius. Ouid. 3. de Arte.
Recitare vicem. Cic. pro Sestio, Sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem amplissimi beneficij, vicem præsentis officij, testimonium præteriti temporis.
Reddere vicem lunæ. Plin. lib. 2. cap. 8.
Sumere prisanam in vicem vini. Cels. lib. 4. cap. 6.
Vicem solis supplet, Loco solis est. Plin. epist 10. lib. 5.
Vicem duorum vt vnus homo sustinere difficile est. Paulus in l. 52 plures. D. De pactis.
¶Vices vitare, Id est pugnas: quia per vicissitudinem pugnabatur, vt Salustius docet. Virg. 2. Æneid. Seruius.
¶Vice mundi eis sumagi, Ad similitudinem mundi. Suet. in Nerone, cap. 31.
¶Vice, pro Instar, vt Vice Sardanapali, Quemadmodum Sardanapalus. Cic. ad Attic. lib. 10 197. Quod si me fefellerit, feram sicut multi clarissimi homines in Rep. excellentes tulerunt, nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori censueris, quàm exilio Themistocleo, qui, &c.
Carinæ vice inuersæ, Id est in modum. Plin.
Teli vice sæuit nuda manus. Iuuen. Saty. 15.
Fingere nomina vice poetæ. Cic. 2 de Leg.
¶Vices, Pœnæ, & incommoda. Horat. 1. Carm. ode 28,
-viceſque superbæ Te manent ipsum. Terent. Heaut. 4. 5.
Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem
Miseret me.
Vicem nostram dolere, Est propter incommoda priuata dolere. Vicem autem publicam, est quod vulgò dicunt, Zelo Reip. Est autem figurata locutio, vt docet Priscianus de constructione. Quintil. lib. 4. Si iudex aut sua, aut Reip. vice commouetur.
Irasci vicem alterius, Vide IRA.
Mœstus non suam vicem, sed propter ipsum periclitantium fratrum. Curtius lib. 7. Alia exemplaria habent non ob suam vicem.
Mihi vni necesse erit & meam & aliorum vicem pertimescere? Cic. pro Domo sua.
Valde & meam & vestram vicem timeam necesse est. Brutus Ciceroni, lib 11. 19.
¶Vices appellantur pœnæ, quæ in sceleratos pro admissis regerun tur, vt inquit Porphyrio in illud Horatij, Epod. 5,
Venena, magnum fas, nefásque, non valent
Conuertere humanam vicem.
¶Reposcere & reddere vicem. Martial. lib. 8,
Capiet forsitan, aut vicem reposcat. Plin. epist. 9. lib. 2, Reddam vicem, si reposcet. Id est par beneficium.
Reddere vicem meritis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Exigere vices alterius. Propert. lib. 1. eleg. 12,
Hæc erit illarum contempti pœna doloris:
Multarum miseras exigit vna vices. Hoc est, vna puella quã perditè amas, exigit à te pœnas quas multæ propter te passæ sunt, volentes abs te amari, sed abs te repulsæ & contemptæ.
Simplici vice. Horat. 4. Carm. ode 14, -& arces
Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer plus vice simplici. Vult intelligi in vastandis his non tantam illis cladem intulisse, quantam ipsi dederant, sed duplam: hoc est eam non simplici vice reddidisse. Porphyrio.
Vicarius, Adiectiuum, Qui vicem alicuius gerit, siue obtinet, & in eius locum successit. Liu 9 bell. Pun. Quando igitur adolescens quid sentires non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cui tu arma equumque, & cætera instrumenta militiæ tradas.
Corpus vicarium. Quint. Declamat. 16.
Pœna vicaria. Quint. Declamat. 16.
Seruitus vicaria. Quint. Declamat. 8.
Vicaria opera, Mutuo data. Quint. Vicariam operam ei impendi.
Vicariam fidem, operæ nostræ supponere. Cic. pro Rosc. Amer. Propterea quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur.
Manus vicarias polliceri. Quint. in Gladiatore, ad finem.
Vicaria mors, Quæ pro altero subitur. Quint. in Gladiatore.
¶Vicarius, Dicitur etiam seruus qui alterius serui vices gerit, Qui seruo maiori in familia seruit. Plaut. Asin. 9,
-cui datum est 11. Sticho vicario ipsi
Tuo. 11. vah delenite apparas: mihi scio vicarium esse,
Neque esse seruum in heri ædibus qui sit pluris quàm ille est. Cic. 3. Verr. Peculia omnium, vicarisque retinentur. Paulus de Noxalibus act. l. Si in re, Si seruus tuus naucm exercuerit: eiúsque vicarius, & idem nauta in eadem naui damnum dederit.
¶Miserrimi laboris vicarius. Apuleius de Asino aureo lib. 8. non procul à fine.

Vicarius alieni iuris. Cic.pro Cecinna, Qui legitimè procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia nõ sit, absit́ve Reip.causa quasi quãdam penè dominus, hoc est alieni iuris vicarius.

Alienæ dominationis vicarius. Brutus Cic.16.

¶Dare vicarium. Cic.12. Philip. Quod si in bello dari vicarij solerent, libenter me, vt Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

Inuenire vicarium. Cic pro Sylla, Tamen hoc regnum appellabitur cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest, longè abest regni suspicio.

Succedere vicarium munneri alterius. Cic 5. Verr. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarij quidem successerint, Vide SVCCEDO.

Succedere vicarium diligentiæ alterius. Colum. lib. 11. cap. 1.

Subtrahere vicarium diligentiæ alterius. Cic. pro Murena, Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ.

Vicarius alicuius esse alteri. Quintil. in Gladiatore.

¶Vicarij etiam interdum sunt, qui in vicem aliorum exitio pestíque deuouentur, vt in eorum caput expetant ea mala, quæ aliis erant euentura, vt in carmine deuotionis, Eósque vicarios pro me fiẽ magistratúque meo, & pro populo Romano exercitibus legionibúsque nostris do, deuoueo. Ex Turnebo.

Vicissim, Aduerbium { ἀμοιβαδὸν, ἐναλλὰξ, ἀπαλλὰξ, παλιλλὰξ, ἐπικαταμοίρας } Per vices. Terent. Eunuch. 4.7. -vti fortes decet
Milites, domíque foráque fac vicissim vt memineris. Virg. eclog. 5,
Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus. Cic. 2. de Nat. deor. Quòd si haberem aliquid quod liqueret, tamen te vicissim audire vellem, quum ipse tam multa dixissem.

Terra vno tempore florere, dein vicissim horrere potest. Cic. 2. de Nat. deor.

Fari vicissim. Virg 6 Æneid.

¶Vicissim { ἀμοιβαίως } Secundo loco, siue econtrario. Cice. de Amicit. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortassẽ nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Terent. Heaut. 4 3,

- sed nunc Clinia, da te mihi vicissim:
Nam amici quoque res est videnda.

Si fiat ea genera diuinandi vera, de quibus accepimus, quæque colimus, esse deos: vicissímque si dij sunt, esse qui diuinent. Cicero 1. de Diuinat.

Expecto quid ille tecum, quid tu vicissim. Cic. Atti. lib. 16. 333.

Mutuari ab aliquo, & ei vicissim reddere aliud quippiam. Cicero de Fato.

Expetiri vicissim. Virg eclog. 3.

Vicissatim, pen. prod. { ἀμοιβαδὶς } Aduerbium, Idem: sed antiquum est. Plaut. Pœnulo 2,
Ad argumentum nunc vicissatim volo
Remigrare. Idem Sticho 9.

Vicissitudo, pen. prod. vicissitudinis, fœ. gen. { ἀντιπαραβολὴ, ἀντιμεταστροφὴ σημείων } Alternatio, Mutatio, ex alio in aliud, inquit Cic. lib. 5. Tusc. Idem de Amicit. Nihil est enim remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius. Terent. Eun. 2. 2,

hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos, omnium rerum heus vicissitudo est.

Vicissitudo & mutatio ex alio in aliud. Cic. 5. Tusc. Inde est indagatio nata intiorum, & tanquam seminum, vnde essent omnia orta generata, &c. quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio?

Dierum ac noctium vicissitudines. Cic. 1. Tusc. Vt quum videmus speciem primum candoréque cæli, deinde conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum atque noctium.

Diurnæ nocturnæque vicissitudines. Cic. 1. de Inuent. Verùm ad vtilitates quoque rerum omnium, sunt accommodatæ & diurnæ nocturnæque vicissitudines nulla in re vnquam mutatæ quicquam no euertunt.

Laberis ac voluptatis vicissitudo. Cic. pro Murena.

Ad actionis suauitatem, quid est vicissitudine, & varietate & commutatione aptius? Cic. 3 de Orat.

Tædium auferet vicissitudo. Cic. 3. de Orat. Horum vicissitudines efficient, vt neque ij sentiantur qui audient, fastidio similitudinis: nec nos id quod faciemus, opera dedita facere videamur.

Vicissitas, pen. corr. vicissitatis, fœm. gen. { παραλλαξις } Idem, sed antiquum. Actius Phœnissis,
Vicissitatémque imperandi tradit. Nonius.

Victima, victimæ, pen. corr. { ἱερεῖον, σφάγιον } Quæ post victoriam dextra victrice immolabatur. Ouid. 1. Fastorum,
Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur. Cic. ad Attic. lib. 1. 8, Ego enim te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.

Deuota victima. Horat. 3. Carm. ode 23.

Impatiens victima. Lucan. lib. 1.

Maxima victima taurus. Virg. 2. Georg.

Victima melior, Cùm prima hostia non litabatur, aut effugerat, & succidaneæ hostiæ immolabantur ad deos placandos, meliores dari dicebantur. Virg. 12. Æneidos,
Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Quo & prouerbium Græcum pertinet ὑπὲρ τὸν ἀμείνω θύειν. Turnebus.

Sacra victima. Iuuenal. Saty. 12.

¶Niuea victima cadet ante aras. Senec. Agamem. 6.

Litare victimas, Vide LITO.

Mactata victima. Senec. Octau. 4.

Mactare victimam gratiorem. Cic. pro Flacco, Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum coniugúmque vestrarum trucidatos incendio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quàm, &c.

Præbere se victimam alicui. Cic. 2. de Fin. Neque potrò ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul ceteridisset in prælio, séque continenti genere tertiam victimam Reip. præbuisset.

Victimarius { ἱερεῖον πάσσων } Qui victimas vendebat. Plin. lib 7. cap. 12, Et Scipioni in sermo Serapione victimarij negotiatoris, vili mancipio. Verustum exemplar manu scriptum hîc aliter legit & distinguit, necnon pro Victimarij negotiatoris, Suarij legit.

Victimarius, Victimarum minister, qui in sacrificiis victimas ligabat, culerum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ sacris erant necessaria. Valer. lib. 1. cap. 1, Libros Petilius prætor Vrbanus ex authoritate Senatus, per victimarios facto igne in conspectu populi cremauit. Liu. 10 bell. Maced Libri in comitio igne à victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

Victito, Vide VIVO.

Victoria. Victoriatus. Victrix, Victus, Participiũ, Vide VINCO.

Victus, victus, victui, m. g. Vide VIVO.

Victus, victi, m. g. { κόσμος } Pars vrbis est, quæ ex multiplicatis domibus fit: & ex pluribus vicis vrbs constat. Diuiditur enim vrbs in vicos, quasi in membra minora. Cic. pro Milone, Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Horat. 1. epist. lib. 2. 1,

Deferat in vicum vendentem thus & odores.

Vicus ex domibus constat, inquit Varro. Vicus Ciprius, vicus Africus, vicus sceleratus, &c. vici Romæ fuisse dicuntur quadraginta. Horat. Satyr. 9. lib. 1,

- cum quidlibet ille

Garrirer, vicos, vrbem laudaret, &c.

Ædificare vicos. Vide AEDIFICO.

Sceleratus vicus Ouid. 6. Fast. Vide SCELVS.

Omnibus vicis statuæ factæ sunt. Cic. 3. Offi.

Vicus ruri, siue rusticus dicitur, quum plures simul villæ, quæ pagi dicuntur, hoc est plures rusticanæ domus coniunctæ sunt, & aliquo spatio remotæ ab vrbe, dummodo non sint clausæ mœnibus. Cic. ad Terentiam, lib 14. 1, Quod ad me mea Terentia scribis, te vicum venditurum, quid obsecro te (me miserum) quid futurum est? Idem ad Atticum lib. 1. 2, Quod si assequor, Crassum diuitiis suis pero atque omnium vicos & prata contemno.

Concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Cicero Attico, lib. 5. 104.

Conscribere seruos ex omnibus vicis concitatos. Cicero pro Domo sua.

Magister vici. Martial. lib. 10. 79.

Vicanus, vicani, pen. prod. { κώμητης } Qui in vico rustico habitat. Cic. 1. de Diuinat. Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos aruspices, non de circo astrologos. Ex Poeta. Idem pro Flacco, Timolites ille vicanus, homo non modò nobis, sed nec inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus.

Viculus, viculi, pen. corr. m. g. { κωμίδιον } Diminutiuum, ac capitur pro pago & rusticanis domibus.

Vicatim, Aduerbium, per vicos. Sisen. hist. lib. 3, Cùm complures menses barba immissa & intonso capillo, lugubri vestitu populum vicatim flens vnà cum liberis circumiret. Nonius.

Vicinus, vicini, & Vicina, vicinæ, penult. prod. { γείτων, κωμήτης, ὁμόσκηνος, πάροικος } Qui vel quæ eundem locum colit, & prope domum nostram habitat. Cic. Attico, lib. 8. 150. M. Lepidus vicinus noster.

Anniuersarij vicini; Vide Anniuersarius in ANNVS.

Bonus vicinus. Horat. 2. epist. 2.

Finitimus ac vicinus. Cic. pro Sylla.

Vicinus proximus. Cic. Attico, lib. 2. 29, C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis.

Vicinus interior. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 2, Et mediocri me dolore putas affici, quum audiam qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Cn. Octauius? Nam si te interioribus vicinis tuis Ciliensi & Cyriaco antéponis, valde magnum facis.

Vicinus, pen. prod. Adiectiuum, vt Vicinum malum, Id est proximum. Plaut. Merc. 16. Virg. 9. eclog,
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Vicina & finitima rhetoricæ dialectica. Cic. in. Orat.

Iurgia vicina. Horat. 2. epist. 2.

Mala sunt vicina bonis. Ouid. 1. de Remed.

Oppidum vicinum. Horat. Epod. 5.

Partus vicinus. Stat. 1. Achil.

Pecoris vicini contagia. Virg eclog. 1.

Terra vicina mihi. Ouid 3. Trist. eleg. 4.

Villa vicina. Horat. 1. Serm. saty. 5.

Vrbes vicinæ. Virg. 1. Georg.

Vicina ad pariendum. Cic. 3. Verr.

Vicinior comparatiuus. Ouid. 6. Fastorum;

Ni conuexa foret, parti vicinior esset.

In vicino sunt terræ, Vide IN.

Vicinitas, pen. corr. vicinitatis { γειτνία, γειτνίασις } Vicinorum propinquitas, & aliquando vicinorum multitudo. Terent. Heaut. 1. 1,

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas, &c. Cic. 6. Verr. Signum quòd erat notum vicinitati, buccina datur. Idem pro Rosc. Amer. Cantu vocum & neruorum & tibiarum, nocturnísque conuiuiis tota vicinitas personet.

Vicinitas & confinium. Cic. 2. Offic. In omníque re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, &c.

Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur. Cic. pro Cluentio, Patet huiusce Iudices, homo non solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis virtute, æstimatione, nobilitate facile princeps.

Versari in vicinitate. Cic. 4. Acad. Nam qui summum bonum dicant id esse, si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in vicinitate versari. Id est parum abesse à nomine

mine voluptatis: vel qui potius voluptatis quàm virtutis studiosi dicantur.

Syluæ vicinitas. Plin. lib. 4. cap. 16.

Nominis vicinitas. Plin. lib. 21. cap. 18.

Virtutibus ac vitijs vicinitas quædam est. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Artium studiorúmque quasi finitima vicinitas. Cic. de Clar. Orat.

Vide Exuiscerare gratiam alicuius, in EXVISCERO.

Nares non sine causa vicinitatem oris fecutæ sunt. Cicero 2. de Natura deorum.

Cum ciuibus vicinitas. Cic. 5. de Finib. Serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòst vicinitatibus cum ciuibus.

Amicitiæ, consuetudines, vicinitates Cic. post red. ad Quir.

Mihi cum eo vicinitas & magnus vsus est. Cic. pro Cluent.

Meretricia vicinitas. Cic. pro Cælio, Curte in ittam vicinitatem meretriciam contuhisti?

Vicinia, viciniæ { γειτνία } Locus vicinus, seu ipsa vicinitas. Plautus Milit. 6,
Certò ædepol scio vidisse, hic proximæ viciniæ, &c. Cic. 1. Tuscul.

Iuvle in vicinia nostra Auerni lacus. Horat. 1. epist. 17,

Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota.

Dies vicinia. Ouid. 3. Fast.

Hîc viciniæ, & Hinc viciniæ, Vide HIC & HVC aduerbia.

Vrbis vicinia. Colum. lib 7. cap. 3.

Ad viciniam lactis accedens agnus. Plin. lib 31. cap. 3.

Solis vicinia mollit ceras. Ouid. 8. Meram.

Ex aliqua rei vicinia. Quintil. lib. 3 cap. 10. vel 8 vt alij distinguũt.

Est tamen diuersarum rerum quædam vicinia. Quinc. lib. 8. cap. 3.

Vicinia cum. Quint. lib. 8. cap. 6, Est enim huic tropo cum synecdoche quædam vicinia.

Virtutum vitiorúmque vicinia. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Vicinia rauca reclamat. Horat. lib 1. epist. 18. ad Scæuam.

Vicinium, Substantiuum, ueu g. Senec. de breuitate vitæ, In vicinio verfatur inuidia, simplicius longè posita mutamur.

Vicinalis, & hoc vicinale, penult. prod. { γειτνιακὸς } Quod ad viciniam pertinet. vt Vicinales viæ, Vide VIA.

Vicinalis vsus. Liu. 1. bell. Pun.

Vicatim, pen. prod. Aduerb. { κωμηδὸν } Per varios vicos. Horat. Epod. 5,
Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis petens
Contunder obscœnas anus.

Conscribere homines vicatim. Cic. pro Sestio.

Vicatim, Per varios vicos vrbis. Cic. Attic. lib. 4. 72, Ille vehemens fuere: post hunc furorem, nil nisi cædem inimicorum cogitare, vicatim ambire: seruis aperte spem libertatis ostendere.

Videlicet, pen. corr. { δηλονότι, δηλαδὴ } Aduerbium confirmandi est, teste Donato, significat idem quod videre licet: quod scilicet, scire licet: & ilicet, iic licet. De hoc sic Valla, Scilicet & videlicet, idem significare videntur quod certè: sed habẽt vsum suum & præcipuum per amaritudinem quandam cum dentis permistam. Nonnunquam post relativum, sicut solet poni Quidem: nonnunquam & ante, vel sine relatiuo. Et hi sunt ferè modi vtendi his duabus dictionibus apud doctissimos: apud quos vix reperias illum vulgo vsitatissimum modum, quum ea quæ confusè dicta sunt, per singula postea exponimus: quale esset, Quatuor sunt virtutes, scilicet, vel videlicet, prudentia, iustitia, fortitudo, modestia. Hactenus Valla lib. 2.

Maluit videlicet homines peccare quàm deos. Cic. 4. Verr.

Quidam magnus videlicet vir & sapiens. Cic. 1. de Inuent. 3.

Sapiens videlicet homo cum primis nostræ ciuitatis. Cicero 2. de Oratore.

Videlicet, cum irrisione. Cic. 2. Philipp. Tuus videlicet salutaris Consulatus, perniciosus meus. Sic 4. de Fin. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio, quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum, in curiam.

Videlicet, sine irrisione: pro Nimirum, certè, nam, enim. Terentius Heaut. 3. 2,

- hic de nostris verbis errat videlicet,

Quæ hic fumus locuti. Idem Heaut. 3. 2. Cic. 2. de Legib. Castè iubet lex adire ad deos, animo videlicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis.

Videlicet. cum relatiuo. Cic. 2. de Fin. Hæc natura videlicet vult saluam esse se. Idem 2. de Legib. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque iegis putauit esse, persuadere aliquid, &c.

Et videlicet. Cic. Attic. lib 13. 263, Spurium Mumium putaram in decem legatis fuisse, & videlicet: etenim, &c. Id est, & videlicet puto ita esse.

Vt videlicet. Cic. pro Cluentio, Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Idem in Orator. Aristoteles dicit rhetoricam quasi ex altera parte resi, ondere dialecticæ: vt hoc videlicet inter se differat, &c.

Tu videlicet. Cic. 2. de Finib. Hæc quum loqueris, nos barones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides.

Nihil videlicet est eorum. Cic pro Plancio.

¶Videlicet, pro scilicet, sine nempe. Cic. pro Sestio, Veniſse tempus iis qui in timore fuissent, comparatos videlicet dicebat, vleiscendis.

Videlicet igitur. Cic 5 Verr. Videlicet non Turpioni lucrum datum, sed Petronis pecuniæ ereptæ. Verus exemplar legit gloriarur.

¶Videlicet, quod est videre licet, vel videas licet, suæ originis casum interdum retinet. Plaut. Sticho,
Videlicet parentis illum fuisse senem. qui dixerit. Iterum,
Videlicet illum fuisse nequam adolescentem. Idque est tanquam videre licet. Turneb.

Video, vides, vidi, visum { ὁράω, βλέπω, ἀτενίζω, ἐπιβλέπω, ἀθρέω, θεωρέω, θεάομαι } videre, Oculorum actio & officium est. Cic. 7. Verr. Iam hoc

ipso istum vestitu Siculi ciuésque Romani permulti sæpe viderunt. Ouid 9. Metamorphoseos,
Vidisset lachrymas, vultus vidisset amantis.

Cernere & videre. Cic. pro Milone.

Venire, videre, & visere. Cic. Pæto lib. 10. 23, Sed ramen constitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam.

Abiens absentem auditque videtque. Virg. 4. Æneid.

Magis vidi, Vide MAGIS.

Parum videre, Vide Prospicio parum, in PARVM.

¶Videre oculis. Terent. Eunu. 4. 4,

- hunc oculis suis

Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria. Idem Adelph. 3 2,
Certè hisce oculis egomet vidi. Cic. 3. Catil. Vt eos penè oculis videre possemus.

Clarius oculis videre, Vide CLARVS.

Vultu placido videre aliquem Tibul. lib. 2. eleg 4.

Oculis somnum videre, Vide SOMNVS.

Diem videre. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1, Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos & meum reperiero, satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis & meæ.

Aliquid animo videre. Cic. 4 Acad. Etsi nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus animos nostros per corpus irrumpere.

Somnia videre, Somniare. Ouid 9. Metam.

¶Video, de visu per intomnium. Tacit. lib. 2. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, vidítque se operarum.

¶Causas videre, Intelligere. Lucret. lib. 1.

Insidias alicuius videre Ouid. 1. de Arte.

Spem videre. Terent. Heaut. 4 1.

Vitium videre in aliquo. Ouid. 1. Amor. eleg. 19.

Videre quippiam ingratum, hoc est videre aliquid quod nobis non placeat. Ouid 2 Metam.

Manifesta videre. Lucret. lib. 1.

¶Videre, ferè pro vnà esse vel congredi. Cic. Lentul. lib 1. 9. Quippe qui etiam Rauennæ Crassum ante vidissem, abeóque in me esset incensus. Idem ad Atticum lib 6. 113, Ego (vt spero) prope diem te videbo.

Videre aliquem, Conuenire, Alloqui. Cic. Attic. lib. 4. epist. 11, Graviter se facturum cum Aquilio, confirmauit. Videbis ergo hominem. Et lib. 12. 24 1, Septimium vide, & Lænatem, & Statilium.

Vidit hic annus Ventidium, Vide ANNVS.

¶Videre, pro Vigilare. Terent. Eunuc. 1. 1,

-& prudens, sciens,

Viuus, vidénsque pereo. Vbi Donarus, videre pro vigilare posuit: vt etiam Virgilius, quum de Sileno dicit, 6. eclog,

-iámne videnti

Sanguinis frontem moris, & tempora pingit. Ergo viuus, non mortuus: videns, non dormiens.

¶Vide, stomachantibus cõuenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui. Terent. Phorm. 2 3,
Auaritia vide quid facit. Sic in Adelph. 5. 1,
Illud sis vide exemplum disciplinæ.

Vide modò, inquis non me hercules. Cælius Cic. lib. 8. 2.

Vide vt incedit. Plaut. Aulul. 4. Ironia.

¶Me vide, phrasis comica: pro, Ad me aspecto, certum id habeto. Terent 2. 2,
Atque istuc ipsum nihil periculi est, me vide. Idem Phorm. 4 4,
Fient. me vide.

¶Videre, Præuidere, prænoscere. Cic. in quadam epist. An tu non videbas mecum simul quàm illa crudelis esset futura victoria? Idem 10. Philip. An verò, siquid esset quòd à M. Bruto timendum videretur, Pausa id non videret? aut si videret, non laboraret?

Videre animo. Cic. Torquato lib. 6. 3, Summa tamen eadem est, & idem exitus, quem ego tam video animo, quàm ea quæ oculis cernimus.

Videre futura & diuinare. Cic. Cassio, lib. 15. 15, Sed sunt ea consequuta, vt magis mirum sit accedere illa potuisse, quàm nos non vidisse ea futura, nec homines cùm essemus, diuinare potuisse.

Ventura videre. Virg. 2. Æneid.

Videre in futurum. Liu. 6. ab Vrbe.

Videre alicui prandium. Cic. Attic lib 5. epist. 1, Anteecesserat Statius, vt prandium nobis videret. hoc est paratum, curaret. Sic ad eundem lib 14. epist. penult. Quare talaria videamus, quiduis enim potius quàm castra. Id est paremus talaria, vt hinc abeamus.

¶Videre, Attendere, curare aut intelligere, cognoscere & perficere. Terent. Heaut. 4. 2,
Nisi aliquid video, ne esse amicam hâc gnati rescisca senex. Idem Andr. 2. 2,
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. Cic. 1. Verr. Inclamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum. Idem ad Tironem, lib. 16. 3. Nauem idoneam vt habeas, diligenter videbis vnum illud mi Tiro videto, si me amas. Et ad Atticum, lib. 2, Tu ista omnia vide & gubernа.

Sed id quoque videbimus Cic. Attic. lib. 2. 22.

Videre & consyderare. Cic. 7. Verr. Quamobrem te quoque Hortensi, quia monendi locus est, ex hoc loco moneo, videas etiam atque etiam, & consyderes quid agas, quò progrediare, quem hominem & qua ratione defendas.

Videre & intelligere. Cic. Cecinnæ, li 6. 5, Non mihi fumo, vt plus ipse prospiciam, quàm te videre atque intelligere mihi persuaserim.

Videre de. Cic. 4. de Fin. De summo bono, mox, vt dixi, videbimus.

¶Hoc vide, Præmonentis, & consulentis. Terent. Heaut. 2. 3,
Hoc videsin mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus.

Vide ne. Cic. 1. Tusc. Illud angit, vel potius excruciat, discessus ab omnibus his, quæ sunt bona, in vita, vide ne a malis dici verius

possit. Idem 4.Acad. Vide quæso etiam atque etiã, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum,à reipso minuatur authoritas.
Vide quantum fallare.Cic.1.de Fin.
Videat quid de illis respondeat.Cic.3.Verr.
Vide quid agas,Non terrentis est,sed excitantis.Teren.Phorm.
Vide quid agas,prima coitio est acerrima.
Vide vt.Terent.Heaut.4.1,
At vide, vt satis modò contemplata sis. Id est, caue ne non satis. Alij non habent vide.
¶Videro,pro Cauebo,& attentè considerabo. Teren.And.2.6,
Ego istæc rectè vt fiant videro. Cic.pro Cælio,26,Videro hoc posterius. Idem 6.Verr. Compone hoc quod postulo de argento : de reliquo videro.
Valdè videro.Cic.Attic.lib.9, Valdè videro,& considerationis vtilitati nostræ consulnero.
Viderit Epicurus de hac re:Id est videat,hoc est,Huius rei illi cura sit,vel huius opinionis rationem reddat, non ego,inquit Valla in Raudensem Sic Videris,viderimus,videritis,viderint. Cic.4.Acad. Epicurus hoc viderit,& multa alia. Idem ad Brutum 2, Sed de hoc tu videris. Et pro Quintio, Viderint,inquit,ista officia viri boni:de me ista considerent.
Quid concupiscas,tu videris : quod concupieris certè habebis. Cic.5.Philipp.
¶Videbitur,Impersonale.Plaut.Asina.12,
Da mihi istas viginti minas:vides me amantem egere.
2.1.Videbitur.
Videndum est ne.Cic.1.Offic.Videndum est ne non satis sit iustos ei,&c. Terent.Hecy.5.1,Id est prouidendum,cauendum.
¶Videor,pro Speciem offero,speciem habeo,& præ me fero.Terent.Eunucho 5 2,
Parum perspexisse eius videre audaciam. Idem Heaut.3.1,
Videre verum atque vti res est dicere.
Meruit formosa videri.Ouid.4.Metam.
Mihi videris.Cic.1.Acad.Tu verò inquam, Varro,bene etiam meriturus mihi videris de tuis ciuibus.Horat.1.epist.7.
Videtur,pro Placet,cum infinitiuo.Cic.1.Offic.Quum Pompilio videretur vnam dimittere legionem,&c.
¶Videor, pro eo quod barbarè dicitur, *Videtur mihi quòd*. Cic. ad Senatum,lib.15.2,Eóque vos studiosius feci certiores, quòd in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis,ingenij, fidei,beneuolentiæque erga vos perspexisse.Virg.3.Æneid.
Siquid est in me,quod iam sperare videor, quoniam, &c. Cicero 2.de Orat.
Mihi videor.Cic.ad Terentiam,lib.14.2, Quod de domo scribis, hoc est de area,ego verò tum denique mihi videbor restitutus, si illa erit nobis restituta.
Nónne vobis videtur animus is qui plus cernat & longius, videre se ad meliora proficisci : ille autem cuius obruitur sit acies, non videre?Cic.de Senec.
Videre videor iam diem illum, quum hinc egeas. Terentius Adelph 33.
Profugiet aliquò militatum.Cic.ad Tiron.lib.16.21,Videor enim videre ementem te rusticas res,cum villico loquentem.
Videor enim mihi videre hanc vrbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem. Cic.4.in Catil.
Videor mihi perspicere primùm ipsius animum, qui plurimum potest,propensum ad salutem tuam.Cic.Figulo,lib.4.13.
Videtur ita mihi,ita censeo. Plaut. Cistel.10. Terentius Phorm. 2 4, -mihi
Sic hoc videtur,quod te absente hic filius
Egit,&c.
Mihi videtur dici posse,valere libertatem. Vlpian.in l.Fideicommissa libertas,in principi.D.De fideicom.libert.
Vt videmur.Cic.Attic.lib.5.106,Stamus animis: & quia consiliis, vt videmur,bonis vtimur,speramus.
Si videtur,Si placet.Cic ad Terentiam,lib.14.7, Si tibi videbitur, villis iis vtere quæ longissimè aberunt à militibus.Idem ad Fabium Gallum,lib.7 24.
Quibus videbitur.Cicero,Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo. Hoc est quibus tibi videbitur dandas esse. Idem pro Rabirio, perduel.reo,Fit senatusconsultum, vt C.Marius,L.Valerius Consules adhiberent Tribunos plebis, & Prætores quos ei videretur.
Magnopere videtur,Vide in MAGNVS.
¶Videri fecisse.Illud memorabile,inquit Budæus,quòd in sententiis ferendis non reum crimen admisisse pronuntiabant, sed admisisse videri.Id quod à Cicerone significatur.7.Verr.quo in loco Verri obiicit,quòd fugitiuos bellum molientes in Italia comprehensos de consilijsque sententia damnatos,ipse pòst pœnæ exemerit.O præclarum (inquit) Imperatorem comprehendi iussit: quis non permescat?causam dicere dominos:quid seruis tam formidolosum? fecisse videri pronuntiauit: ortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse.Quid deinde sequitur? verbera atq; ignes: & ad metum cæterorum,cruciatus & crux hisce omnibus suppliciis sunt liberati. Sic Plin.lib.14.cap.13. Cn.Domitius iudex pronuntiauit mulierem videri plus vini bibisse, quàm valetudinis causa, viro inficiente:ac dote mulctauit. Cuius rei exemplum est in cap.pri. Ad Turpil Quæri (inquit Martianus) possit: si ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temerè videtur accusasse:an calumniatorem pronuntiasse videatur. Idque non in iudicando modò prisci, sed testificando etiam obseruabant.Cuius instituti originem ex Academicorum opinione emanasse,Cicero docere videtur circa finem Academicarum quæstionum, nimirum lib. 4, De Academicis enim loquens, qui scientiam ex catalepsi ortam, è rebus humanis tollebant,ita inquit: Quam rationem, maiorum etiam comprobat diligentia : qui primùm iurare ex sui animi sententia quenque voluerunt : deinde teneri, si sciens falleret, quòd inscientia multa versaretur in vita. Tum qui testimonium diceret, vt arbitrari se diceret etiam quod ipse vidisset: quæque iurati iudices cognouissent, ea non vt esse facta,sed vt videri, pronuntiarent.Ex eo more est illud Vipiani tractatu De iure fisci,in l.Quum quidam capitis reus emancipasset filium vt hæreditatem adiret : rescriptum est, non videri in fraudem fisci factum,quod acquisitum non est.De testimonij dicédi more exemplum est in oratione Cic.pro Cecinna,Iste vester testis ausus est dicere,fecisse videzi eum,de quo ne cuius rei argueretur quidem scire potuisser.
¶Visus sum.Plaut.Aulul.31,
Certò enim ego vocem hîc loquentis modò me audire visus sum. Terent.Andr.1 5,
Id mihi visus est dicere,abi citò,& suspende te.
Visus sum mihi cum Galba ambulare.Cic.4.Acad.
¶Visus sum videri.Plaut.Curc.6.
¶Visum est illi.Plaut.Epid.12,
Quid si seruo aliter visum est? Cic. ad Attic. lib.5. 105, Sextius ad me scripsit quæ tecum esset de mea domestica & maxima cura loquutus.quid tibi esset visum.
Cælitibus non ita visum est.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.
Dis aliter visum.Virg.2 Æneid.
Superis visum.Virg.3.Æneid.
Visum est faciendum,vel vt facerem.Seruius ad Cic.lib.4.12.
¶Videri pro nihilo.Cic.2.de Fin.Quæ quum Aristoni & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo,&c.Id est,nihili æstimata ab eis.
¶Videbis,pro Videbit quis.Virg.4.Æneidos,
-mugire videbis
Sub pedibus terram,& descendere montibus ornos.
¶Penè videre est.Propemodum videri potest.Horat.1.Serm.sat.2.
Videre licet. Cic.1.Offic. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales,quàm quadam gloria ductos.
¶Viden',pro Vidésne.Terent.Eunuch 2 2,
Viden' me ex eodem ortum loco? Cic.ad Attic.lib.13.277.
¶Vide sis,pro Vide si vis.Persius Saty.1,
-vide sis ne maiorum tibi sorte
Limina frigescant. Sumptum à comicis, vt Apagesis,in qua dictione tanquam per hyphen legenda sit poeta mediam corripuit. Terent.Heaut.2 3.
¶Videndi,videndo,videndum,Gerundia.Virg.ecloga 1,
Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
Auidus videndi.Ouid.10.Metam.
Copia rara videndi.Tibul.lib.2.eleg.3.
Insatiabilis cupiditas veri videndi.Cic.1.Tusc.
Dare se videndam populo.Ouid.3.de Arte.
Offerre se videndum alicui.Virg 2.Æneid.
¶Videndo gerundij modus à passiuo.Virg.3.Georgicon,
Carpit enim vires paulatim,vrstque videndo
Fœmina,nec nemorum patitur meminisse nec herbæ. Hoc est dum videtur,vt aiunt Seruius & Valla.
¶Visu,Supinum.vt Deformia visu.Ouid.3.de Arte.
Facilis visu Virg.3.Æneid.de Polyphemo.
Ferum visu dictúque.Silius lib.1.
Miserabile visu.Virg.1.Æneid.
Terribiles visu formæ.Virg.6.Æneid.
Tenuis visu.Stat.8.Theb.
Videndus,Participiũ { *βλεπτέος*. } vt Cuncta videnda sunt animo.Ouid. 3.Trist.eleg.4.
Probra videnda meis oculis Ouid.3 Amor.eleg.13.
Visus,visa,visum,Participium { *ὀφθείς*. } Terent.Heaut.3.2,
Visa verò est,quod dici solet,aquilæ senectus, Idem Hecy.3.1,
Matris vox visa est Philumenæ. Vbi Donatus,Omnia hæc quæ sensu percipi possunt,visa dicimus.
Non magnopere visus,Vide MAGNVS.
Oculis meis visa est.Ouid.3.de Ponto,eleg 3.
Formæ visæ correptus imagine.Ouid.3.Metam.
Imago visa mihi ante oculos.Virg 2.Æneid.
Visa est pedum via.Terent.Phorm.2.2.
Factum est periculum,iam pedum visa est via.
Visos vultus agnoscere.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.
Sensibus visa.Lucret.lib.4.
Viso est opus.Plaut.Capt.5.
Visurus,pen.prod. { *ὀψόμενος* } Participium futuri temporis.
Visuros,Ad videndum missos, dixit Sallustius, teste Quintil.lib. 9.cap.3.
Abies casus visura matinos.Virg.2.Georg.
Dies belli visura tumultus.Lucan.lib.1.
Visum, visi { *ὄφθμα* } pro eo quod videmus : vt Referre visa. Ouidius 3.Fastor.
Turpia visa.Propert.lib.2.eleg.6.
Visum,visi { *φάσμα,φάντασμα* } Somnium,& nocturnum,siue etiam diurnum phantasma, quod etiam vigilantibus apparet. Virgilius 4.Æneidos,
Hoc visum nulli,non ipsi effata sorori est. Cic.1.Acad.Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *φαντασίαν*,nos visum appellemus. Idem 1.de Diuinat.Huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione vacua.
Visum est enim tale obiectum dormienti, vt id quod euenit, naturæ vis,non opinio erroris effecerit.Cic.2.de Diuin.
Somniorum visa.Cic.1.Tusc. Quamobrem siue sensus extinguitur,mórsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert.
A dormientibus multa significata visis.Cic.in Top.
Si deus ista visa nobis prouidendi causa dat,non vigilantibus potius det quàm dormientibus.Cic.2.de Diuin.

Visus,

Visus,huius visus,m.g. { *ὄψις,ὄψεως,ὀπτασία*. } Plin.lib.8.cap.22, Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius.
Orbus visus.Orbus oculorum.Silius lib.13.Visus genitiuus est.
Visus est potentia obtuitus.Quintil.lib.1.cap.3,An potest esse vlla tam perpetua discentis intentio,quæ non vt visus oculorum obtuitu continuo fatigetur?
Acer visus,Vide ACER Adiectiuum.
Alacres visus, Oculi.Serenus cap.13,
Summa boni est alacres homini contingere visus,&c.
Connexus visus,Vide CONNECTO.
Hebes visus.Senec,Herc.fur.9,
Hebetésque visus vix diem insuetum ferunt.
Inocciduis visibus stellatus Argus, Hoc est oculis nunquam dormientibus.Stat.6.Theb.
Inoffensi visus.Claud.de raptu Proserp.2,
-& latè peruius humor
Ducit inoffensos liquido sub gurgite visus. Hoc est oculos, quos nihil remoratur,aut impedit,quin acie transmissa deprehendant interiora laticum.
Puri visus dempta caligine,Oculi.Serenus cap.13.
Toruus visus.Stat.10.Theb.
¶Abducere visum,Vide ABDVCO.
Decipere visus alicuius.Senec.Herc.fur.9.
Deprendere aliquid visu.Valer.1.Argon.de Lyneeo.
Dirigere visus aliquó.Claud.1.in Eutrop.
Ducere visus per omnia.Stat.1.Sylu.3.
Effugere visus alicuius.Ouid.3.Fast.
Fallere visum.Plin.lib.9 cap.50.
Imago dubia fallit visus meos.Senec.Agamem.10.
Ferre visus per membra alicuius, Contemplari membra. Stat.4. Sylu.6.
Flectere visus aliquó.Stat.10.Theb.
Fugere visus alicuius.Ouid.2.Fast.Id est non videri.
Habere visum illustrem,Vide ILLVSTRIS.
Immoto visu hærere.Stat.5.Theb.
Hebetat visus mœror.Senec.Herc.fur.12.
Intercludere visus prospectu.Stat.6.Theb.
Lassari inani visu.Valer.1.Argon.
Marcens visus,Deficiens,Languidus.Senec.Agamem.8.
Metiri aliquid visu.Stat.10.Theb.
Mouere visum.Lucret.lib.6.
Obliquare superbos visus.Stat.1.Achil.6.
Perstringere visum.Quintil.lib.10.cap.1.
Præbere vultus alicuius visu.Stat.2.Achil.
Premere visus alicuius,Claudere oculos.Stat.2 Sylu.1.
Prendere aliquid visibus, Assequi oculorum acie.Stat.4.Sylu.2.
Satiare lumina longo visu.Stat.4.Sylu.6.
Sparsus visus per omnia.Stat.5.Theb.
Subdere aliquid visu oculorum.Lucret.lib.5.Visu,pro visui.
Vmbratus visus.Silius lib.13.
¶Auferre visus agris,Obscurare agros.Stat.11.Theb.
Visus,huius visus,in eadem significatione,pro apparitionibus vt vocant.Plin.lib.7.cap.22,Nam Cymbriæ victoriæ Castorésque Romani qui Persicam victoriam ipso die quo contigit nuntiauere, visus,& numinum fuere præsagia. Liu.lib.6.bell.Pun.Nocturnos visus dixit.
¶Visus,Id quod videtur.Virg.3.Æneidos,
Ritè secundarent visus.
Acerbo visu defixus.Valer.8.Argon.
Obstupuit visu Æneas.Virg.5.Æneid.
Tremefactus visu.Virg.2.Æneid.
Subito turbatur Scipio visu.Silius lib.13.
Immundo somnia visu.Horat.1.Serm.saty.5.
Nocturnus visus. Tacit.lib.12.
¶Visus,Species.Cic.1.de Nat.deor. Ex quo existit & illud multa esse probabilia quæ quanquam non perciperentur, tamen quia visum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.
Visio,visionis,Verbale { *ὅρασις,ὀπτασία,ὄψις* } Id quod videtur. Cic.4.Acad.Nec potest is cui est viso veri falsique communis,vllum habere iudicium,aut vllam omnino veritatis notam. Idem 2.Tusc. Falsáque eius visione ac specie moueri homines dico vehementius.
Aduentitia viso,Vide ADVENIO.
¶Visio,Phantasia etiam dicitur. Quintil.lib.6.cap.2, Quas phantasias Græci vocant, nos sanè visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, vt eas cernere oculis ac præsentes habere videamur.
Inanes visiones,Vide INANIS.
Visor,visoris,Verbale.m.g. { *ὁρατής* } Visores,pro inspectoribus exploratoribúsque. Tacit.lib.16,Nec missis visoribus, per quos nosceret an vera adferentur.
Viso,visis,visi,visum { *ἐπισκοπέω,ἐπισκέπτομαι,ἐσοράω* } visere,pen.corr.Ad videndum ire. Terent.Andr.4.2,
Ego hanc visam. Liu.3.ab Vrbe,Ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos.
Orbem peregrinum visere.Ouid.1.Metam.
Reginam visere.Horat.1.Carm.ode 57.
Aliquem longo interuallo visere.Cic.Attic.lib.12.
Quum laxati curis sumus, spectare aliquid volumus & visere.
Cic.1.Tusc.
Viso ad.Terent.Heeyra,3.2,
Nunc ad eam visam.
Viso ecquid.Plaut.Bacchid.2,
-nunc Mnesilochum,
Quod mandaui, viso ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera sua Compulerit.
Viso si.Terent.Eunuch 3.4,
Idque adeò visam si domi est.
Vise redierit ne iam,an nondum domum.Terent.Phorm.2.4.
¶Viso, Ad videndum venio,interprete Donato. Terent. And.3.3,
Id viso,tune,an illi insaniant. Id est ob id viso te.
¶Viso,iúctum cũ venio, aut Eo,is,significat Video Plaut.Rud.4,
Nunc huc ad Veneris fanum venio visere. Terent.Hecyra,1.2,
-nostra illico
It visere ad eam,admisit nemo.
Idem significat iũctum cum Gratia,Causa,Studio, & huiusmodi. Terent.Hecyra,
Ne mittas quidem visendi causa quenquam. Virg 2.Æneidos,
Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit. Cic.5.Tusc. Qui nec plausum, nec lucrum quærerent,sed visendi causa venirent,studioséque perspicerent quid ageretur, & quomodo.
¶Visitur,pen.corr.passiuum. Cic.6.Verr. Idem opinor artifex eiusdemmodi Cupidinem fecit illum qui est Thespiis,propter quem Thespiæ visuntur.Nam alia visendi causa nulla est.Idem 1.Offi.
Visendus, Participium { *θεατός*. } Cic. pro Lege Manil. Eam quoque rem Populus Romanus non modò vidit,sed etiam studio omnia visendam putauit.
¶Visendus,Nomẽ ex participio: vt visendæ magnitudinis arbor, hoc est spectabilis & admirandæ.Plin.lib.16,cap.44,Vicina luco est ilex,& ipsa nobilis trigintaquinque pedum ambitu caudicis,decem arbores metiens singulas,magnitudinis visendæ. Idem lib.10.cap. 29,Vpupa crista visenda plicatili. Idem lib.11.cap.49,Ceu planè visenda res esset,principem terrarum insidere portentis. Cic.in Vatinium,Epulum,omni apparatu,ornatúque visendo.
Visito,visitas,pen.corr. { *ἐπισκέπτομαι* } visitare, Frequentatiuum à Visere. Plaut.Curc.7. Cic.5.de Fin. Is quum arderet podagræ doloribus,visitasséque hominem Carneades Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret,&c.
Visitatio,visitationis,Verbale { *ἐπίσκεψις*. }
Visibilis,& hoc visibile,penul.corr. { *ὁρατός* } Quod videri potest Plin. lib.11.cap.37, Oculi ceu vasa quædam visibilem animi partem accipiunt,atque transmittunt.
Vidua { *χήρα* } viduæ, Dicta est quasi valde idua, ab Iduum die quì mensem diuidit:hoc est à viro diuisa.Plaut.Stich.1,
Quæ tandiu vidua viro suo caruit. Cic.pro Cecinna, Cognitor viduarum.
Auaras viduas venari.Horat.1.epist.1.
Viduo,viduas { *χηρόω,χηρώσω* } viduare.Priuare.Colum.lib.4.cap.2,Siue enim caput ipsum demortuum est,duo viduantur statumina,& mox viuiradices rotidem substituendæ suat, quæ numero suo rationem cultoris onerant.
Dexteram viduare ense.Senec.Hippol.8.
Orni viduantur foliis.Horat.1.Carm.ode.9.
Penates viduare.Stat.2.Theb.
Vrbem viduare ciuibus.Virg.8.Æneid.
Viduatus,pen.prod.Participium { *χηρωθείς*. } vt
Manuum viduata porrenta, Mostra manibus priuata. Lucret.li.5.
Coniux viduata tedis.Senec.Medæa,8.
Leges viduatæ iudice.Claud.8.Paneg.
Regna viduata lumine,Tartara.Silius lib.3.
Viduus,vidua,viduum { *χήρος* } Priuatus.Horat.1.Carm.ode 10,
Voce dum terret,viduus pharetra
Risit Apollo. Cic.2.Tusc.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias. Ex poeta.
Ager viduus pecudibus.Colum.lib.2.cap.15.
Anni vidui.Stat.1.Sylu.2,
-viduos vt transmittare per annos. Id est vt nunquam nubas.
Arbor vidua. Plin.lib.13 cap.4, Huius arbore excita viduas pòst sterile fœre fœminas.Horat 4.Carm.ode 5,
Et vitem viduas ducit ad arbores. Id est coniungit vites arboribus tanquam maritum mulieri viduæ.
Alibi dicit,Altas maritat populos.
Cubile viduum,Vide paulo pòst,Toro viduo iacere.
Domus vidua.Ouid.1.Fast.
Lectus viduus.Lucantis,
In somnis viduo tum primum frigida lecto.
Lecto viduo discedere,Iterum nubere.Ouid.epist.1.
Manus vidua.Ouid.in epist.Penelopes ad Vlyssem.
Nomen viduum sua fama, Nuduni & sine elogio. Plin. libro 3.in Prœmio.
Noctes viduas exigere,Dormire sine coniuge.Ouid.epist.18.
Noctes viduas iacere.Catul.ad Hauum,6.
Pectus viduum amoris Ouid.3.Amor.eleg.9.
Puellæ viduæ.Ouid.2.Fast.
Solum arboribus viduum.Colum.lib.2.cap.2.
Thalami vidui.Valer.2.Argon.
Toro viduo iacere,Sine coniuge.Ouid.epist.15.
Viduus vir.Plaut.Merc.20.
Plures viri sunt vidui,quàm nunc mulieres.Ouid.epist.8.
Virgines viduæ,Innuptæ.Senec.Agamem.3.
Vitis vidua.Catul.in Carm.nupt.57.
Viduitas, pen.corr.viduitatis { *χηρεία*. } Cic. pro Cecinna, Ebutius iste qui iandiu Cecennia viduitate ac solitudine alleretur. Liuius 1.bell. Macedon.lib.10,In viduitate relictæ filiæ singulos filiós paruos habentes.
Viduitas,Priuatio.Plaut.Rud.17,
Nunc demum est, quum omnium copiarum atque opum, auxilij, præsidij Viduitas nos tenet.
Viduertas,viduertatis { *συμφορά* } apud Catonem,cap.141,calamitas dicitur,teste Festo.
Vidulum, viduli, pen.corr. vel Vidulus,viduli { *φυλακτήριον* } Locu-

Ius in quo aliquid seruatur. Plaut. Epid 2,
-vbi ergo est, nisi si in vidulo
Aut si in mellina attulisti? Idem Menæch. 2 2,
Rectè obsignatum in vidulo est marsupium. Cælius Rhodig lib. 4. cap. 7, Obiter verò adiiciatur illud: operimentum pudendo um dici quandoque mellinam, quandoque verò etiam vidulum: vnde & vetus Plauti fabula Vidulariæ titulo circumlata olim est. Sed & nũmariam rhecam signat vidulus. Hæc ille. Porro siue bulga fuerit scortea, sacculúsve, siue follis, certè constat in Labracis lenonis vidulo apud Plautum infusse auri argentíque plurimum, & insuper cistam in qua inerant Palæstræ puellæ, crepundia, & ornamenta valde multa.

Plautus in Rudente Act. 4. scena. 4,
Siquidem hic lenonis eius est vidulus quem suspicor. Paulo pòst Gripus piscator & Palæstra sic colloquuntur:
G. Audi nunc iam Palæstra atque Ampelisca hoc quod loquor.
E. Istne hic vidulus, vbi cistellam tuam inesse aiebas? P. is est.
G. Perij hercle ego miser, prius quàm planè aspexit, illico
Eum esse dixit. Aliquot pòst versibus Palæstra ipsa nominatim recenset quid rerum suarum inesset in cista, idque verbis non paucis. Ibidem Act. 5. scen. 3,
G. Siquis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum vt veniat. Paulo pòst,
G. Quid perdidisti? L. vidulum cum auro atque argento multo.
G. Ecquid meministi in vidulo quid infuerit?
L. Nummi octingenti auri in marsupio primùm infuerunt.
Præterea centum mnæ Philippicæ in pasceolo seorsus.
G. Profectò est huius vidulus. perge alia tu expedire.
L. Talentum argenti commodum magnum inerat in erumena,
Prærerea sinus, epichysis, canthatus, gaulus, cyathúsque.

VIENNA {ἰουδίκον} Austriæ ciuitas inclyta, omnium vibium, quas Danubius fustinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia, clarissima. quam Vianam Plinius nominasse videtur lib. 3. cap. 24, vt placet Hermolao. Est & Vienna {εὐίεννα} Allobrogum illustris ciuitas in Gallia Narbonensi cuius meminit Mela lib. 2. in descriptione Galliæ Narbonensis.

VICO, vies, vieui, vietum {νυίζω} viere, pen. prod. Alligare, inflectere: quia vietis virgis ligare possumus quidlibet. Vnde vimina, & vasa viminea, teste Festo. Varro de Lingua Latina, lib. 1. Viere, inquit, est vincire. Vnde apud Ennium, Ibant viere Veneream corollam.
Viere, In obliquum flectere. Plaut Menæch.
Vides tu illi oculos viere, vt viridis exoritur colos? Varro 2. de Re rust. cap. 23, Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt scirpeas, vallos, crates.

Vietus, pen. prod. Adiect. Mollis, languidus, sine vi, & naturalibus priuatus viribus, vt ait Festus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59, Ne quum humorem amiserint, gertinaci vento mala vieta fiant. Id est flaccida, rugosa. Cic. de Senect. vietum & caducum.
Vietus homo Terent. Eunuch. 4. 4,
Hic est vetus, vietus, veternosus senex. Vbi Donatus, Vietus, mollis fl. accidúsque, & flexibilis corpore. Vade & vimina & vimenta, & vites, & vietores dicuntur: & viere, religare dicitur: quia vietis virgis magis eligare possimus quidlibet.
Vieta vestis apud eund. Tela flexibilis & mollis. Lucret. lib. 3.
Vieta membra. Horat. Epod. 12,
Qui sudor vietis & quàm malus vndique membris
Crescat odor. Hoc est rugosis, & vetustate confectis, inquit Acron. At Porphyr. necessitate contortis. Hìc penultimam noue corripuit Horatius.
Vietus locus. Cato cap. 9, Salicta locis aquosis, vietis, vmbrosis, propterque amnes ibi seri oportet.
Exiguum & vietum cor. Cic. 2. de Diuinat. Vel suspicari contractum aliquo morbo bouis exile & exiguum, & vietum cor, & dissimile cordis fuisse.
Ficus vieta. Colum. lib. 12 cap. 15.

Victor, pen. prod. victoris, masc. g. Qui vasa vinaria religat, stipátque, vt ait Budæus. Vip. in l. Si seruus seruum. §. vlt. in fine, D Ad leg. Aquil. Item si victori locaueris lacum vino plenum curandum: & ille cùm pertuderit, vt vinum sit effusum, &c.

VIGEO, viges, vigui {ἀκμάζω} vigere, pen. prod. Viuere, potentem esse, siue in vigore esse, & viriditatem quandam habere. Cic. 3. Tusc. Quandiu in illo opinato malo vis quædam insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem. Festus, Viget, dictum videtur à vi agendo, sed non in hostilibus rebus, verùm his quæ celerrimo, concitatóque animo ad bonam tendunt frugem. Cic 5. de Finib. Vt necesse sit omnium rerum, quæ natura vigeant, similem esse finem, non eundem. Cælius ad Cic lib. 8 1, Tui policiti libri omnibus vigent.
Inter vegetum & vigens hoc interest: quod vegetum sit incolumes vigens forte. Nam vegetum corporis: vigens, etiam animi possumus dicere. Nonius.
Florere & vigere. Cic. 11. Philip. Nihil semper floret, ætas succedit ætati, diu legiones Cæsaris viguerunt, nunc vigent Pansæ.
Viguit vsque ad nostram ætatem. Cic. 1. de Nat. deor. Hæc in philosophia ratio contra omnia disserendi, vsque ad nostram viguit ætatem.
Summo in honore vigere. Lucret. lib. 4.
Immensum viguit. Tacit. lib. 3.
Viuere & vigere. Cic. 2. de Nat. deor. Quòd si ea quæ à terra stirpibus continentur, arte naturæ viuunt & vigent.
Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet. Cic. in Somnio Scip.
Viget apud eum hæc res. Cic. 1. Tusc. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget.
Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam studia rei militaris. Cic. pro Cælio.
Vigere animo. Cic. ad Attic. lib. 4. 72, Nos animo duntaxat vige-

mus etiam magis quàm cùm florebamus.
Miles vigeat assiduo certamine. Tibul. 4, ad Messalam, 1.
Vigere corporibus. Liu 2. ab Vrbe.
Libertate vigere. Claud. de bello Getico.
Memoria vigere, Pollere & valere. Cic. 2. de Orat. Qui memoria vigent, sciunt, &c.
¶Animus post mortem sentit & viget. Cic. pro Sestio.
Animus viget lætitia. Lucret. lib. 3.
Curæ tibi vigent, animíque viriles. Valer. 1, Argon.
Vt eorum & in bellicis & in ciuilibus vigeat industria. Cicero 1. Offic.
Inuidia & crimina vigent. Horat. 1 Serm. saty. 3.
Leges vigent Lycurgi. Cic. 1. Tusc. Fuit hæc, gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant.
Nomen viget Pythagoreorum. Cic. 1. Tusc. Multáque sæcula post ea sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alij docti viderentur.
Purpura vigebat eo tempore, Quod vulgus dicit, In cursu erat. Plin. lib. 9 cap 39.
Regnum viget consiliis. Virg. 2. Æneid.
Vires vigent. Lucret. lib. 5.
Vrbes vigent populis. Stat. 3 Sylu. 5.

Vigens, vigentis, Participium {ἀκμάζων, ἀκμάσας.} Cicero 2. de Finib. Quòd rationem habeant à natura, mentémque datam & acrem & vigentem.
Vigens & Vegetum differunt, Vide VEGETVM.
Animus vigens. Stat. 1. Sylu. 4.
Herbæ vigentes rore Lucret. lib. 2.
Mens vigens. Lucret. lib. 1.

Vigesco, vigescis {ἐπαυξάνω} vigescere, Inchoatiuum. Catul. ad Sepitum, 43, Iam læti studio pedes vigescunt.

Vigor, vigoris, pen. prod. {ἀκμή, ἀκόνη} Firmitas, robur, integritas. Plin. libro 7. cap. 25. Animi vigore præstantissimum arbitror. C. Cæsarem Dictatorem. Liu. 1. ab Vrbe, Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus æquos?
Constat vigor membris. Lucan. lib. 3.
Habilis vigor venit membris. Virg. 4. Georg.
Crudo vigore asper equus. Silius lib. 3.
Experrectus vigor. Columel. in Præfat. lib. 1, Et nullius momenti ducimus perituram quenque villicum facere: vel si nescium, certè vigoris experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiscat.
Vtius vigor. Ouid. 1. Trist. eleg 5.
Animi vigor. Ouid. epist. 15.
Ingenij vigor. Ouid 8 Metam.
Gratus in ore vigor. Ouid. 12. Metam.

Vigesimus, pen. corr. Adiect. {εἰκοστὸς} Quod & vicesimus dicitur. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. Vno & vigesimo die.
Annus vigesimus. Propert. lib 3 eleg. 28.
Ab illo tempore annum iam tertium & vigesimum regnat. Cic. pro Lege Manilia.

Vigesima, vigesimæ {εἰκοστὴ} Tributum seu exactio, sicut decima. Plin. in Paneg. His vigesima reperta est, tributum tolerabile.

Vigesimarium autem à Liuio dicitur {εἰκοσταῖος} quod ex vigesimis exigebatur, Vide VICENVS.

Vigesſis, huius vigessis, com. g. {εἰκοστάς} Viginti assium. Martia. lib. 12, Amphora vigessis, modius datur ære quaterno. Alia exemplaria habent vicenis.
Ebrius & crudus nil habet agricola. Id est viginti assibus amphora venditur.

Vigil, vigilis, pen. corr. com. gen. {γρήγορος, ἄγρυπνος} Qui non est torpens, quales sunt dormientes.
Animus vigil. Stat. 1 Achil.
Auris vigil. Stat. 2. Achil.
Aurora vigil. Ouid. 2. Metam.
Canum vigilum excubiæ. Horat 3. Carm. ode 16.
Curæ vigiles, Ab effectu, quòd homines dormire non sinant. Ouid. 3. Metam.
Custos vigil. Ouid. 3. de Arte.
Custodia vigil. Ouid. 12. Metam.
Flamma vigil. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
Ignis vigil, Qui semper lucet. Virg. 4. Æneid.
Lucernæ vigiles. Horat. 3. Carm. ode 8.
Oculi vigiles. Virg. 4. Æneid.
Sensus vigiles angit dolor. Stat. 5. Theb.
Vigil, Nocturnus custos. Plaut. Amphit. 4,
Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. Cic. 6. Verr.
Clamor à vigilibus, fansque custodibus tollitur.
Castrorum vigiles. Lucan. lib. 7.
Sol & Luna vigiles mundi. Lucret. lib. 5,

Vigilant enim & excubant pro mundo: sol quidem interdiu, luna noctu.
Excubiis vigilum obsidere portas. Virg. 6. Æneid.
Tertius vigil, Vide Abrupta quies, in ABRVMPO.
Cædere vigiles, Vide CAEDO.

Vigilo, vigilas, pen. corr. {γρηγορέω, ἀγρυπνέω, ἐγείρομαι, ἰάσυω, νήφω} vigilare, Notæ significationis. Terent. Eunucho, 2. 1,
Vigilabis lassus. Cic. 2. in Catil. Tardissimè autem Lentulus, credo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilarat.
Vigilare vsque ad lucem. Terent. Eunuc 2. 2.
Vigilare ad multam noctem. Cic. in Somnio Scip. Me & fessum de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior quàm solebat somnus complexus est, Vide AD.
Vigilare de multa nocte, Idem. Cic. ad Quint. fratrem, libro 2. 16, Ego verò ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam, quod sæpe viatoribus quum properant, euenit: vt si serius quàm voluerint fortè surrexerint, properando etiam citius quàm si de multa nocte vigilassent, perueniant quò velint. Vetus exemplar omittit multa.

Noctes

Noctes vigilare ad ipsum manè. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Dolores mei vigilant sine fine. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.
¶Vigilare, Vigilanter prouidere, inquit Seruius: siue studium & diligentiam adhibere. Virg. 1. Georgicon,
Quid tempestates Autumni, & sydera dicam?
Atque vbi iam breuiórque dies, & mollior æstas,
Quæ vigilanda viris?
Vigilare pro re alterius. Cic. 2. Offic. Vigilantem pro re alterius eos ipsos qui aut consulunt, aut defendunt rogantem, &c. Idem 6. Philipp. Quamobrem Quintes, consilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis.
In seelus aliquod vigilare. Stat. 5. Theb.
Studiis vigilare fenestris. Propert. lib 2. eleg. 3.

Vigilor. pen. corr. vigilaris {ἀγρυπνοῦμαι} Passiuum, Noctes vigilantur amaræ. Ouid. 12,
Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ.
¶Vigilatur, Impersonale. Martial. lib. 12,
Otia nie, somnúsque iuuant, quæ magna negauit
Roma mihi: redeo si vigilatur & hic.

Vigilans, pen. corr. vigilantis, Participium {ἀγρυπνῶν.} Terent. Andr. 5. 6,
-num ille somniat
Ea, quæ vigilans voluit?
Amor vigilans. Ouid. epist. 19.
Curis vigilantibus excita, Quę homines dormire non patiuntur. Ouid. 2. Metam.
Stertis vigilans. Lucret. lib. 3.
¶Vigilans, Prouidus & intentus. Plin. epist. 17. lib. 2, Vir exercitatus & vigilans. Cic. 2. Verr. Perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur.
Vigilans & acutus. Cic 1. de Lege Agrar.
Vigilans, sobrius, & industrius. Cic. pro Cælio.
Vigilans, bonus, & fortis. Cic. pro Rosc. Amer. Vnum hoc dico, nostri tibi nobiles, nisi vigilantes & boni, & fortes, & misericordes erunt.
Oculi vigilantes, Intenti in re aliqua Virg 5 Æneid.

Vigilandus, Aliud participium {γρηγορητέος.} vt Nox vigilanda cum fletu. Tibul. lib. 1. eleg. 2. Vide paulo antè, Vigilare, Vigilanter prouidere. Quintil. lib. 11. cap. 3, Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda.

Vigilatus, pen. prod. {ἀγρυπνηθεὶς} Similiter participium: vt
Nox vigilata. Ouid. 4. Fast. Ouid. 2. Tristium,
Vigilati labores.
Nox conuiuio vigilata. Tacit. lib. 13.
Carmen vigilatum, Lucubratum, & nocte vigili compositum. Ouid. 4. Fastorum,
Primus amans carmen vigilatum nocte negata
Dicitur ad claufas concinuisse fores.

Vigilantia, vigilantiæ {γρήγορσις} Diligentia. Cic. ad Attic. lib. 8 13, Sed hoc πάρεργον horribili vigilantia, celeritate, diligentia est, planè quid futurum sit nescio. Terent. Adelph. 3 3,
Vigilantiam tuam tu mihi narras? Cic. Curio, lib. 7 31, Mirifica vigilantia.
Vigilantia & solicitudo animi. Hermogenianus in l. 1. D. De muner. & honor. Personale munus est, quod cum corporibus, cum labore, solicitudine animi ac vigilantia principaliter existit.

Vigilanter, Aduerbium {ἀγρύπνως} Cum diligentia & solicitudine. Cic. pro Murena, Quem L. Murena pater huiusce vehementissimè vigilantissiméque vexatũ, repressum magna ex parte, nõ oppressum reliquit. Plancius ad Ciceronem, lib. 10. 33, vt vigilanter nerusséque nos, qui stamus in acie, subornes.

Vigilax, pen. corr. vigilacis, penult. prod. {ἀγρυπνητικὸς} Adiectiuum, pro Vigilante. Colum. lib. 7. cap. 12, Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis quàm temerarij. De canibus, Vide Curax in CVRA.

Vigilia, vigiliæ {ἀγρυπνία} pro vna, vel etiam multis noctibus insomnibus traductis: vt quod tempus somno traducendum erat, alicuius rei diligentiæ impendamus. Cicero 5. de Finib. Vigilias suscipere. Et 4. Tusculan. Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ, qui dolere se aiebat, siquando opificum antelucana esset victus industria?
Affecta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebantur. Liu. lib. 6. belli Macedon.
Agere, siue agitare vigilias, Vide AGO.
Certare vigiliis ac labore, Vide CERTO.
Maior vigilia. Cic. in Parad. Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.
¶Vigilia, & frequentius Vigiliæ, vigiliarum {φυλακή} Excubiæ dicuntur: sed tamen hoc inter se differunt, quòd vigiliæ sunt tantùm nocturnæ: excubiæ autem tam nocturnæ quàm diurnæ. Diuidebantur autem in quaterna horarum spatia, ita vt prima, secunda, tertia, & quarta vigilia diceretur. Cic. 6. Verr. Præcipitur, & negotium datur Quæstoribus & Ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ædes sacras. In 3. in Catil. Interim tertia fetè vigilia exacta, quum iam pontem, &c. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 7, Quum puer tuus ad me secunda ferè vigilia veniisset, isque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset.
Inire vigilias. Tacit. lib. 23.
Incuriosæ vigiliæ. Tacit. lib. 2.
¶Vigiliæ {φυλακὴ} Ipsi custodes qui vigilant. Salust. & ab incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam. Cic. pro Milone, Si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta iuuentus, quæ tuum corpus domúmque custodit, contra Milonis impetum armata est. Idem 1. in Catilinam, Senséstine illam coloniam meo iussu, meis præfidiis, custodiis vigiliísque esse munitam?
Circumire vigilias. Salust. in Iugurtha.
Deducere vigilias. Salust. in Iugurtha.
Manere in vigilia vibis, aut alterius rei, per translationem. Cicer. in Pisonem, Neque enim me stante & manente in vibis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, vnquam se illi Remp. delere posse duxerunt. Idem 1 Philipp. Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam Consulari ac Senatoria: nec verò vsquam discedebam, nec à Rep. deiiciebam oculos.
Vigilia & prouidentia sua reddere aliquem vacuum metu. Cic. 7. Philip. Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, vt vacuum pop. Rom. metu nostra vigilia & prouidentia reddamus.
Tradere suam vigiliam alteri. Cic. ad Brutum, lib 11. 24, Sed, vt mones, frænum momordi, etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, sed ita vt ne desim constantiæ meæ. Allusit Cicero ad vigilias militares. nam qui in castris, exploratorum & excubiarum partes noctu obeunt, sua vigilia vbi perfuncti sunt, alij aliis vigiliam quasi per manus tradunt.
¶Vigilia. pro eo die qui festum diem præcedit, in quo mos erat vigilare in sacrificiis faciendis, & sacris hymnis cantandis. Plautus Aulul. 2,
Is adolescentis illius est aunculus,
Qui illam stupratt noctu Cereris vigiliis.

Vigilium, etiam neutri generis apud antiquos. Varr. Endymion. Animum mitto speculatum tota vibe, vt quid facerent homines cùm experrecti sint, me faceret certiorem, siquis melius operam superet, vt eius consilio potius vigilium administrarem nostrum, qui videt alium ouantem extremo noctis tempore. Hæc Nonius.

Vigiliarius {φρίξελος} pro excubitore. Senec. epist. 58, Quid interest vtrum super aliquem vigiliarium ruat aut mons aut tutris.

Viginti {εἴκοσι} Nomen numerale, indeclinabile. Cic. 3. de Orat. Annóque natus vnum & viginti nobilissimum hominem & eloquentissimum in iudicium vocarim. Idem pro Plan. Quæ, si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum Consulum recidissent.

Vigintiuiri, pen. corr. {εἰκοσάνδρους} Nomen magistratus apud Romanos, vt Triumuiri. Cic. Attic. lib. 2. 21, Vbi nemo fit præter me, qui quenã quam ex viginti viris vnum esse saluum velit.

Vigintiuiratus, Munus quoddam in republica gubernanda, cui qui præerant, viginti viri dicebantur. Sallust. Vtque munere capessendo viginti uiratus foleretur. Viginti autem viri erant, vt hoc declaretur, Triumuiri capitales, Triumuiri monetales, & Quatuoruiri curatores viarum vibis, & Decemuiri, qui hastam centumuiralem cogebant. Dio lib. 53. huius rei author est, cuius authoritate freti hoc de viginti virisaffirmare non temerè, tutóque possumus. Monuit Turnebus.

VIGOR, vigoris. Vide VIGEO.

Vilis, & hoc vile {εὐτελὲς, ἄνωνον, φλαῦρος, ἀφαυρὸς, εὐκατάφρονητος, εὐκαταφρόνητος} Quod parum valet. Plaut. Trinum. 3,
-neque quicquam hic vile nunc est,
Nisi mores mali.
Vilis & Pretiosus contraria. Cic. 2. de Finib. Non minor, inquit, voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis.
Vile & vulgare. Cic. pro Rosc. Amer. Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius, &c.
Quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus. Cic. 5. Tusc.
Vilis & leuis. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1, Semper eos putaui si vulgares essent, viles, si temporis causa constituerentur, leues.
Vile habere aliquid, Parui facere. Salust. in Catil. Alimenta vilia. Ouid. 5. Trist. eleg. 9.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Horat. 1. epist. 1.
Pars vilissima rerum, opes. Lucan. lib. 3.
Seruulus vilis. Cic. 3. Offic. Quærit, si in mari iactura facienda sit, equíne pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli vilis.
Supellex vilis. Virg. 1. Georg.
Vestis vilissque vetústque. Ouid. 8 Metam.
Vilis vobis honor meus. Cic. pro Flacco.
Gratia vilis. Ouid. 2. de Arte.
Honos vilis studiis. Stat. 5. Sylu. 3.
Vilis oratio, cui opponitur Accurata. Quintil. lib. 8. cap. 3.
¶Vile, dicitur quod paruo pretio emitur. Cic. 5. Verr. Frumentum quoniam vilius erat, ne emisses.
Vilis amicorum est annona bonis vbi quid deest. Facilè possunt haberi amici, quibus multa desunt. Acron. Horat. 1. epist. 12.
Aqua vilis. Propert. lib. 3. eleg. 15.
Aqua rerum vilissima. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Qua vilia. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Vile pretium. Martial. lib. 1,
O mihi curarum pretium non vile mearum.
Pretium non vile laboris. Ouid. epist. 17.
Proiecta vilior alga. Virg. eclog. 7. Horat. 2. Serm. saty 5,
Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.
¶Vile, pro Abundanti. Virg. 1. Georgicon,
Si verò viciámque seres, vilémque fabellum. Seruius, nam omnẽ quod abundat, vile est. Ibidem,
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis.
¶Vili, Ablatiuus, verbis pretij solet addi. Plaut. Epid. 2,
Istanc quam emit, quanti eam emit? 1. vili. Martial. lib. 12,
Instructam vili veudis Amene domum.
¶Istoc vilius. Terent. Adelph. 5 9,
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò. M. istoc vilius. Vbi Donatus, Quasi, nihil minus. Negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale: cum ἰωνέστερον, qua subauditur Quicquam, & Non Dabo.

Vilius {ἰωνέστερον} vilissimè, Aduerbia, Minoris & minimi pretij.

Plinius lib. 18. cap. 6, Quicquid per aſellum fieri poteſt, viliſſimè conſtat.

Viliſſimò. Idem. Scænola, Si fiſco aliquid debebatur, & res ſtipulatoris viliſſimò diſtracta eſt, &c. Budæus.

Vilitas, pen corr. vilitatis { ἰωνία } cui opponitur Caritas. Cic. pro Lege Manil. Tanta repentè vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, vnius ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma hubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. Idem pro Domo ſua, Subrò illo ipſo die cariſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta eſt.

Vilitas lui. Currius lib. 5, Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui conpelluntur ignaui.

Vileſco, vileſcis { ἰωνιζομαι } vileſcere, Vile fieri. Hinc Euileſco, apud Suetonium.

Vilito, vilitas, Vilem facio, vt Nonius ait. Turpil. Lindia,

Quin moneam, quin clamem, & quærat tua vicia, quæ te vilitant.

Villa, villæ { οἰκησις, κώμη, χωρίον } Domus extra vrbem ædificata, caſa villatica, & ſuburbana domus. Plin. lib. 18. cap. 6, Modus hic probatur, vt neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Villæ deſcriptionem habes in epiſtolis Plinij 41. & 101.

Villa ruſtica, Eſt ea pars villæ, quam villicus, colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo aut continendo.

Villa vrbana, quæ & Prætorium dicitur, ea pars eſt quam deminus ſibi recepit: itaque quia elegantius, amœniúſque ædificari ſolet & inſtrui, ideò vrbana vocatur, quaſi vrbani nitoris & elegantiæ plus quàm ruſticæ. Varro libro 1. de Re ruſt. cap. 13, Fructuoſior eſt certè fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villæ ruſticæ erant maioris, quàm vrbanæ, quæ nunc ſunt pleræque contra. Columella villam tripartitò diſtribuit, partem vnam vrbanam, ruſticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Budæus.

Villa dicta eſt (inquit Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2.) quòd à villico in eam conuchuntur fructus, & euchuntur quum væneunt.

Frumenta aut in agris aut in villis ſunt. Pollio Cic. lib. 10. 33.

Otium domus eſt quæ nulli mearum villarum cedat. Cic. Lep. 6.

Aqua non longè à villa bellè ſanè fluens. Cic. Qu. frat. 3. 17.

Anſer erat minimæ cuſtodia villæ. Ouid. 8. Metam.

Culmina villarum fumant. Virg. eclog 1.

Aperta villa. Cic. Qu. fratri, lib. 2 12, Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui.

Minuſcula villa Vide Minor in PARVVS.

Optima villa. Cic. pro Roſc. Comœ. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa.

Parua villa. Cic. 2. de Leg. Hoc ipſo in loco cùm anus viueret, & antiquo more parua eſſet villa, vt illa Curiana in Sabinis.

Pleniſſima villa, Populoſa. Horat. 1. Serm. ſaty. 5.

Suburbana villa Catul. ad Fundum, 41.

Eſſe in agro, & ali ad villam. Cic. pro Roſc. Amer.

Contexere villas, Vide CONTEXO.

Incluſæ in paucis villis, Vide INCLVDO.

Villula, villulæ, penult corr. Diminutiuum { οἰκημάτιον. } Cic. ad Atticum, lib. 2. 153, Ego Arpini volo eſſe pridie Calen. deinde circum villulas noſtras errare. Eidem, lib 1. 245, Villula ſordida & valde puſilla. Catul. ad Furium, 23.

Proxima Campano villula. Horat. 1. Serm. ſaty 5.

Villanus, villani, pen. prod. maſc. gen. { ἀγροτικὸς } Villani (inquit Budæus) dicuntur, quòd villæ (vnde villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint, quarum rerum veſtigia non obſcura multis in locis extant: quod tamen nomen loquentium inſcitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula ſimplicitas confundit.

Villaticus, pen. corr. Adiectiuum { ἀγροτικὸς } Quod ad villam pertinet. vnde Villatica paſtio, dicitur alimentum quod pertinet ad animalia quæ ruri nutriuntur, veputa, pecudes, aues, pifces. Sic dicitur Villaticus canis, qui in villa tenetur. Columel. lib. 7. cap. 12. Plinius lib. 23 cap. 1, Aiunt ſiquis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutáſque fieri villaticas alites.

Villicus, villici, pen. corr. { ἐπιτρόπος } Villæ gubernator: vel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curam habet. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2, Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus à villa. Colum. lib. 11, Villicus ſemper caueat ne improuidus ab opere vincatur. Horat. 1. epiſt. 14.

Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.

Villicus quid à colono differat, Vide Colonus in COLO.

Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico ſit. Cic. 1. de Orat.

Sy'uarum & agelli villicus. Horat. 1. epiſt. 14.

Dominus villico delectatur. Cic. 5. Verr.

Cuſtos ac villicus. Cic 5 Verr. Putat ſe bonum in arationibus, fructibuſque ſuis habuiſſe cuſtodem ac villicum.

Villicus procurator. Cic. Attico, lib. 14. 3. 4, Quum Piliæ noſtræ villam ad Lucrinum, villicóſque procuratores tradidiſſem.

Villica, villicæ, penul. corr. { οἰκονόμος } Vxor villici. Colum. lib. 12. cap. 1, Nec tamen inſtituendo villicam, domeſticarum rerum villico remittimus curam, ſed tantummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. Martial. lib 1,

Pinguis inæquales onerant cui villica menſas.

Villico, villicas, pen. corr. { ἀγραυλῶ } villicare: & Villicor, villicaris, villicari, Deponens, Rusticari, vel in villam animi cauſa ſecedere. Pomponius Ergaſtulo, Longè ab vrbe villicari, quo herus rarenter venit, non villicari, ſed dominari, mea eſt ſententia. Afranius Suſpecta, In Arpinos iam quantum potes explodam hominem vt villicetur. Plinius lib. 18. cap. 6, Exercitúſque ducebant Senatu illis villicante.

Villicatio, villicationis { ἀγραυλία } Ruſtica negotiatio, vel villæ diſpenſatio. Columel. libro 11. cap. 1, Qui ſuſceperit officium villicationis.

Villaris, & hoc villare, pen. prod. { ἀγροτικὸς } Idem quod villaticus. Plin lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio ineſt.

Villico, villiconis, maſc. gen. { ἐπιτρόπος } Idem quod villicus, vel præfectus villicationis. vt eſt apud Apuleium in Apologia, qui & Epiſtates dicitur.

Villum, Vide VINVM.

Villus, villi, m. g. { τρίχωμα, λάχνη } Pilus. Martialis lib. 14,

Calfaciunt villi pallia veſtra mei. Cic. 2. de Natura deorum, Quarum animantium aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Ouid. 3. Metamorphoſeos,

Et niueis Leucon, & villis Aſbolus atris.

Albentes villi. Ouid. 11. Metam.

Cani villi arborum, Vide CANVS.

Mollibus villis albi greges. Virg. 3. Georg.

Soluris villis mantile. Ouid 4. Faſt.

Touſis villis mantilia. Virg 4. Georg.

Vdis villis merſatur aries. Virg. 3. Georg.

Conficere & contexere villos ouium. Cic. 2. de Nat. deor. Quid enim oues aliud afferunt, niſi vt earum villis confectis atque contextis, homines veſtiantur?

Villoſus, pen. prod. Adiect. { λαχνώδης } Villis plenus.

Cauda villoſa. Plin. lib. 7. cap. 2. Et lib. 8. cap. 38.

Genua villoſa. Plin. lib. 12. cap. 17.

Guttura villoſa colubris. Ouid. 10. Metam.

Pectus villoſum. Columel. lib. 7. cap. 12, Nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villoſóque pectore. Virgilius 8. Æneidos.

Pelles villoſæ. Ouid. 12. Metam.

Radice villoſa arbor, quæ & capillaris dicitur. Plin. lib. 12. cap. 12.

Terga villoſa leonis. Silius lib. 16.

Veſte villoſa tegere corpus. Tibul. lib. 2. eleg. 3.

Vrſa villoſa. Ouid. 13. Metam.

Vimen, viminis, pen. corr. neut. gen. { ῥάβδος, ἰτέα, λύγος } Omne virgultum molle, & ad ligandum aptum, quaſi vincimen. Columel. lib. 4. cap 30, Nec refert cuius generis vimen ferас, dum ſit lentiſſimum. Cæſar 6. bel. Gall. Alij immani magnitudine ſimulachra habent: contexta viminibus membra viuis hominibus complent.

Denſus vimine ſpecus. Ouid. 3 Metam.

Fœcundæ viminibus ſalices. Virg. 2. Georg.

Vimina ſiunt ex populorum virgis, vlmi, & ſanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli intortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinent. Colum. lib. 4. cap. 13, Si viminibus ſalicis aut vlmi ligaueris. Sic lib. 9 cap. 15.

Viminibus laris factæ feneſtræ. Varro 3. de Re ruſt. cap 9.

Actæum vimen, Atticum, nam Attica regio prius Actæa dicebatur ab Acteo, qui primus Athenis regnauit. Ouid. 2. Metam.

Aſpera ruſci vimina. Virg. 2. Georg.

Breue vimen. Martial. lib. 4.

Fruticoſa vimina. Ouid. 6. Metam.

Lentum vimen, Molle & flexuoſum. Virg 3. Æneid.

Lento vimine texta aluearia. Virg 4. Georg.

Querno vimine texunt crates. Virg. 12. Æneid.

Spiſſo vimine quali. Virg. 2. Georg.

Detexere aliquid viminibus. Virg 2 eclog.

Vimineus, Adiectiuum { εὐτυκὸς } Quod eſt ex vimine, vt Vaſa vimnea. Plaut. Epid. 2,

Vimenei faſces virgarum. Colum. lib. 8. cap. 3, Vimineos qualos ſuperimponant. Cæſar 3. bel. Ciuil. viminea tegumenta.

Crates viminеæ. Virg 1. Georg.

Viminalis, & hoc viminale, pen. prod. { ἰτεοφόρος }; Quod eſt ad ligandum aptum, ſeu quod pertinet ad vimina. Plin. lib. 17. cap. 20, Hæc eſt viminalium cultura. Columel. lib. 4. cap. 30, Quare ſalices viminales.

Viminalis collis dictus eſt Romæ, quòd ibi viminum ſylua fuit. Plin. lib. 17. cap. 1. In colle Viminali C. Aquilij.

Vinaceus, Vinarius, Vide VINVM.

Vinca, vincæ, Herba à vinciendo dicta. Plin. epiſt. 17. lib. 2, Adiacet geſtationi interiore circuitu vinca tenera & vmbroſa, nudiſque etiam pedibus mollis & cedens. Vbi corruptè legitur vinea facili lapſu literæ c in e.

Vinca, peruinca { ἁπμαγὶς } Nomen herbæ. Plinius lib. 21. cap. 11, Vinca peruinca ſemper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circundata. Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando ſuppler.

Vincio, vincis, vinxi, vinctum { δέω, διαπλέκω, πλέκω, ἁρμόζω, ἁρμόττω, πλοκὴν } vincire, Conſtringere. Virg. 1. Æneidos,

Purpureóque alte ſuras vincire cothurno. Plaut. Menæch 3,

Homines captiuos qui catenis vinciunt.

Vincire & conſtringere liberos populos. Cic. pro Domo ſua, Tu liberos populos L. Piſoni vinctos conſtrictóſque tradidiſti.

Catenis vincire aliquem. Ouid. 15. Metam.

Dolia vincire plumbo. Cato cap. 39.

Guttura alicuius vincire. Ouid. 10 Metam.

Lacertos vincire auro. Tibul. lib. 1 eleg. 9.

Manus vinxerat poſt terga. Virg. 11. Æneid.

Tempora vincire floribus, Coronare. Acro. Hora. 4. Carm. ode 1.

Vitta vinxit comas. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Vincire præſidiis locum, pro tenere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 136, Cæſarem quidem L. Cæſare cum mandatis de pace miſſo, tamen aiunt acerrimè delectum habere, loca occupare, vincire præſidiis.

Mentem vincire Lyæo. Propert. lib. 3. eleg. 5.

Vinciri & conſtringi amicorum cuſtodiis. Cic. 2. Tuſc. Si turpiſſimè ſe illa pars animi geret, quam dixi eſſe mollem, ſi ſe lament is muliebriter lachrymiſque dedet, vinciatur, & conſtringatur amicorum propinquorumque cuſtodiis.

Fœdere certo vinciri. Proper. lib. 3. eleg. 29.

Legibus vincire. Cic pro Marcello, Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt.

Vincire luno. Celſus lib. 7. cap. 19.

Vincire numeris membra orationis. Cic. 3. de Orat. Sæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt, quæ tamen ipſa membra ſunt numeris vincienda.

Vinctus, Participium { δεδεμένος } Conſtrictus.

Vinctus & aſtrictus. Cic 6. Verr.

Aſpicite religatum aſperis vinctumque ſaxis. Cicero 2. Tuſculanarum.

Tradere alicui aliquem vinctum. Cic. 5. Verr.

Nodis aheneis vinctus poſt tergum. Virg 1. Æneid.

Compede vinctus foſſor. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1.

Præcordia vincta ferto, Vide PRAECORDIA.

Lauro vinctus caput. Ouid. 11. Metam.

Vincti inter ſe orbes. Cic. in Arato,

Vincto pectore virgo: Id eſt tenui & gracili. Terentius Eunucho 2. 3,

-quas matres ſtudent

Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.

Vinctum, & Diſſolutum contraria. Cic. in Orat. Alterum eſt minus vinctum, vt de induſtria factum appareat: alterum nimis diſſolutum, vt peruagatum ac vulgare videatur.

Nexu vincti, Vide NECTO.

Fides vincta teſte numine, Iureiurando obligata. Ouid. epiſt. 19.

Vincta amicitia inter aliquos. Plaut. Ciſt. 2.

¶ Vinctus, pro Seruo & compedito. In compedibus enim vincti ferui ad agriculturam deſtinabantur. Plin. epiſt. 16. lib. 3. Nam nec ipſe vſque vinctos habeo, &c.

¶ Vinctus, pro Coacto. Horat. 2. Serm. ſaty. 7,

-ſi nuſquam fortè vocatus

Ad cœnam, laudas ſecurum holus: ac velut vſque

Vinctus eas, ita te fœlicem dicis. Id eſt, quaſi ad alienam cœnam ſemper eas coactus.

Vinctura, vincturæ, pen. prod. Plin. lib. 16. cap. 37. Patiúntque baltheo corticis vincula: & aliæ virgas ſequacis ad vincturas lentiíæ. De falcibus.

Vinctio, vinctionis, Arnob. lib. 2. aduerſ. gent. Neque eſſe omnino diſſolutionis expertes: ſed voluntate Dei regis ac principis vinctione in perpetua contineri.

Vinctus, huius vinctus { δεσμὸς } Ligamen. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 8. Et vindemia facta denique diſcat pendere in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant ceſtum.

Vinculum, vinculi, pen. corr. { δεσμὸς, δῆμα, ἰμὰς, ζώστρα, ἐμμὰς } Ligamen. Dicimus & Vinclum, vincli, per ſyncopen. Colum. lib 3. Salix humida loca deſyderat, geniſta etiam ſicca, vtræque tamen circa vineam ſeruntur, quum palmitibus idonea præbent vincula.

Digitorum vincula. Ouid 9. Metam.

Arcta vincula. Virg 2. Æneid.

Fabrilia vincula Ouid. 1. Amor. eleg. 9.

Immania vincula. Valer. 7. Argon.

Irreſoluta vincula. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Iuncea vincula. Ouid. 4. Faſt.

Linea vincula. Virg. 5. Æneid.

Spinea vincula. Ouid. 2. Metam.

Stuppea vincla. Stat. 3. Sylu. 2.

Tenacia vincula. Virg. 4. Georg.

Tenaciſſimum vinculum. Plin. iunior. libro 4. epiſt. 15. ad Fundanum, Quum ſit ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum morum ſimilitudo.

Abducere vincula ab aliquo loco, Vide ABDVCO.

Abripi in vincula. Cic. Verr. 6.

Abrumpere vincula alicui. Horat. 4. Carm. ode 7.

Addere manus alicuius in vincla. Ouid 1. Amor. eleg. 7.

Adhibere vincula captis. Ouid. 3. Faſt.

Adimere vincula canibus. Ouid. 8. Metam.

Aptare vincula collo. Ouid. 10 Metam.

Arcebant vincula palmas. Virg. 2. Æneid.

Aſtringere vincula. Ouid. 11. Metam.

Capere aliquem vinclis. Virg. 4. Georg.

Circundare vincula collo. Ouid. 1. Metam.

Coniicere in vincula. Cic. pro Deiotar.

Corpora conſtricta vinculis. Cic. 1. de Orat. Si corpora capta ſint armis, aut conſtricta vinculis, tamen ſuum ius, &c.

Contendere vincla, Vide CONTENDO.

Copulare vinculo, Vide COPVLO.

Demere alicui vincula. Ouid. 3. Faſtor.

Demere vincla pedibus. Ouid. 3 Met. Calceamenta ſoluere.

Dilaniare vincula. Ouid. 10. Metam.

Effugere vincula. Horat 2. Serm. ſaty 3.

Emittere ex vinculis. Cic Tuſcul. 1.

Euadere vincla. Silius lib. 7.

Excidere vinclis, Euadere vincula. Virg. 4 Georg.

Exuta pedem vinclis Dido. Virg. 4 Æneid.

Exuuæ vinclis palmæ. Virg 1. Æneid.

Digitorum vincula frangere. Stat. 6. Theb.

Gerere vincla. Ouid. 4. Metam.

Firma vincula impediunt manus. Ouid. 1. Faſt.

Impediri vinculis, Vide IMPEDIO.

Imponere vincla, & Soluere vincla, contraria. Propertius libro 3 eleg. 20.

Impoſita capiti vincla, coronæ, diadema, vel ſimile quippiam. Senec. Thyeſte, 6. Impoſita capiti vincla venerando gere.

Indere vincula. Tacit. lib. 11.

Iniicere vincula, Vide INIICIO.

Innectere vincla gutturi. Horat. Epod. 17.

Innectere vincula cæſis ſyluis. Lucan. lib. 2.

Intendere vincula collo, Vide INTENDO.

Leuare vincla alicui. Virgil. 2 Æneid.

Ligare vincla. Silius lib. 11.

Minacia vincla collo ligabantur. Ouid. 1. Metam.

Nectere vincula alicui. Virgil. 6. eclog.

Secantibus vinclis præſtricta manus. Seneca Troade, 6.

Recuſantes vincla leones. Virg. 7. Æneid.

Retinere in vinculis. Salluſt. in Catilin.

Rumpere vincula. Virg. 2. Æneid.

Soluere vincula. Ouid. epiſt. 17.

Tendere vincula alicui. Virg. 4. Geor.

Tenere vinculis aliquem. Virg 4. Georg.

Grauibus vinclis teneor coercita. Ouid. epiſt. 14.

¶ Vincula, vinculorum { πέδαι } per tranſlationem, Carcer in quo noxij vincti ſeruantur. Venuleius l 224. D. De verb. ſignif. Vinculorum appellatione, vel priuata, vel publica vincula ſignificantur: cuſtodiæ verò, tantùm publica cuſtodia. Cice. 7. Verr. In vincla coniectus eſt. Ibidem, Quid ſi aufugiſſet? ſi vincla rupiſſet?

Abſolutus vinculis, Vide ABSOLVO.

Coercere vinculis. Calliſtrat. in l. Succurritur. D. Ex quibus cauſis maiores, &c.

Dicere cauſam ex vinculis, Vide DICO, dicis.

Mandare æternis vinculis, Vide MANDO, mandas.

Aliquem vinculis & verberibus, atque omni ſupplicio exercuciatum necare. Cic. pro Lege Manilia,

In vinculis eſſe, In carcere eſſe vinctum. Plin. lib. 7. cap. 34.

¶ Amicitiæ vincula rumpere. Luc. lib. 3.

Vinculis amoris eſſe cum aliquo coniunctum. Cicero pro Plancio, Eſt quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.

Vincula concordiæ. Cic. 2. de Finib. Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ ſunt vincula concordiæ.

Vincula coniunctionis cum aliquo. Cic. ad Att. lib. 6. 113. Dixerim me vel plurima vincla tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſi ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt vt ego ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim.

Connubialia vincla. Stat. 5. Thebaid.

Ingalia vincla, Fœdus matrimonij. Virg. 4. Æneid.

Iugali vinclo ſociare ſe alicui. Virg. 4. Æneid.

Vincula iuris. Cic. 3 de Finib. Et quo modo hominum inter homines iuris eſſe vincula putant, ſic homini nihil iuris eſſet cum beſtiis.

Reuellere vincula iudiciorum. Cic. pro Cecinna, Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæque communis.

Legum certa vincula. Quinc. lib. 5. cap. 10.

Quæſtionis vinculum. Quinc. lib. 2. cap. 4.

Arctiſſimum ſocietatis vinculum, Vide ARCEO.

¶ Vinculum ad. Cic 3 Offic. Nullum enim vinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt.

Aſtrictus vinclis. Cic. 4. Acad.

Aſtrictus certis legum vinculis. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Aſtringere Galliam vinclis, Vide ASTRINGO.

Copulatus locus vinculo quæſtionis. Quinc. lib. 2. cap. 4.

In vinculis habere. Quintil. lib. 7. cap. 4.

¶ Vincla, pro negotiis. Horat. 1. epiſt. 7.

-ille Philippo

Excuſare laborem, & mercenaria vincla.

Vinco, vincis, vici, victum { νικάω, κρατέω, ὑπερκρατέω, ὑπερφέρω } vincere, Superare, ſuperiorem diſcedere. Plaut. Perſa, 6,

Fateor ſi ita ſim. ſiam abi, viciſti. Cic 3. in Catil. Mihi viuendum eſt cum illis quos vici ac fubegi. Idem ad Atticum lib. 8. 151, Malo cum Pompeio vinci, quàm cum iſtis vincere.

Vinci & expugnari. Cic. in Parad. Sapientis animus magnitudine conſilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus vt mœnibus ſeptus, vincetur & expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli poteſt?

Vincere ac vinci vultu eodem. Liu. 7. ab Vrbe,

Vinci à voluptate. Cic. 1. Offic. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, cum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate.

¶ Vincere, pro Obtinere, probare. Cic. pro Cluentio, Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum. Ibidem, Si docco non ab Habito, vinco ab Oppianico. Budæus.

Vincere aciem ferri. Plin. lib. 19. cap. 1.

Amor vincitur donis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 5.

Amor omnia vincit. Virgil. eclog. 10.

Animum vincere Plaut. Trinum. 6,

Tu ſi animum viciſti potius, quàm animus te, eſt quod gaudeas.

Animum diuitiis parem, munere vincere. Senec. de Beneficiis, libro 1. cap. 8.

Animus omnia vincit. Ouid. 2. de Ponto, eleg 7.

Bello vincere. Lucan. lib. 1.

Carminibus vincere aliquem. Virg. eclog 4.

Victa cauſa. Cicero pro Deiotaro, Sed tamen cùm ad Cælium mitteba, verùm cauſam illam victam eſſe neſciebat?

Certamine pedum vicerat omnes. Ouid. 12. Metam.

Cibum vincere, Concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53.

Clementia vincitur lachrymis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 8.

Crimina vincere. Martial. lib. 1.

Cursu vincere ceruum, vel cochleam tarditudine: In celetes & tardos dicitur. Plaut. Pœnulo, 7.
Cursu vincere comites. Ouid. 1. Trist. eleg 9.
Difficultates locorum vincere. Cæsar 4. bell. Gall.
Dolor vicit virum inuictum. Ouid. 13. Metam.
Expectationem vincere, Facere præter expectationem & spem aliorum. Cic. 7. Verr. Expectare facinus quàm multis improbum, vincam tamen expectationem omnium.
Falsa vincere veris. Lucret. lib. 4.
Fame vinci. Ouid. 6. Fast.
Fata sua vincere. Virg. 11. Æneid.
Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem ve genitor. Vbi Seruius, Vici mea fata, id est naturalem ordinem vita longiore superauinamque hic ordo est, vt sint parentibus superstites filij.
Furorem vincere ratione. Ouid. 7. Metam.
Gloria vincere aliquem. Cic. pro Deiotaro,
Miles vicit hostem. Ouid. 2. Trist.
Iudicio aliquid vincere. Cic. pro Rosc. Comœdo, Itáne verò? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio ferres tuum: suo nomine petiit: quod abstulit sibi, non exegit.
Labor omnia vincit Improbus. Virgil. 1. Georg.
Licitatione vincere. Paulus in l. Locatio, D. De publicanis. Locatio vectigalium quæ calor licitantis vltra modum solitæ conductionis instauit, ita demum admittenda est, si fidemussores idoneos & cautiones is qui licitatione vicerit, offerre paratus sit. Budæus legit, Licitationem vicerit. quomodo Olympia vincere Plinius dixit libro 10.
Magnitudinem alterius rei vincere. Cicero in Somnio Scip. Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè vincebant.
Memoriam vicit vita istius. Cic in Sallustium, Quòd si vita istius memoriam vicerit, aliam P. C. non ex oratione eius, sed ex moribus spectare debetis.
Montes vincere ascensu. Claud. 6. Paneg.
Moribus vincere aliquem. Proper. lib 3. eleg 6,
Funalia vincunt noctem flammis. Virg. 1. Æneid.
Numero vincere, ætatibus & authoritate. Cic. 11 Philip. Nunc vigent Panſæ, vigét Hircij, vigent Cæsaris filij, vigent Plauci, vincunt numero, vincunt ætatibus, nimirum etiam authoritate vincunt.
Officio vincere omnes. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4, Sallustius officio vincet omnes.
Opinionem omnium vincere. Cic. 4. Acad.
Pectora dura vincuntur molli prece. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Nulla vinci ratione. Cic. 4. Tuscul. Sæpe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.
Seipsum vincere. Cassius Ciceroni, lib. 12. 13, Quod maximus consularis maximum Consulem teipsum vicisti, & lætamur, & mirati satis non possumus.
Vicit sententia lenior, vt vnde culpa esset orta, ibi pœna consisteret. Liu. 8 bel. Pun.
Sponsione vincere. Cicer pro Quintio, Num quid est causæ C. Aquili, quin si longè aliter possedit, quàm prætor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsione vicerim?
Viribus vincere aliquid, Virg. 6. Æneid.
Vno te vicimus. Cicc. Sulpitio, lib. 4 4, Vno te vicimus, quod de Marcelli collegæ tui salute paulò antè, quàm tu, cognouimus.
¶ Vicimus, vicistis, Nostra est causa, Vestra est ratio. Cic. ad Atticum, lib. 14 318, Cui si esse in vrbe turò licebit, vicimus. Et 3. Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum esse, vicisti.
Vince & vale. Cic. Bruto, lib. 11. 25.
Viceris. Teren. And 5. 3.
Adducti qui illam ciuem hic dicant. viceris. Vbi donatus, Viceris, verbũ est eius qui vix sibi extorquet vt abiiciat curam, & proprium patribus, ac familiare iratis.
¶ Cura vincendi Ouid. epist. 15.

Victus Participium, {νικηθείς,} vt
Victi & subacti populi. Cic. pro Fonteio, Aut si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum: vt velint isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solent, &c.
Galli victi filere solent: canere victores. Cic. 2. de Diuin.
Bellis victi. Stat. 12. Thebaid.
Natura victus. Cic. 2. de Finib. Itaque idem natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c.
Prece victus. Horat. Epod. 17.
Somno victus. Liu. 9. ab Vrbe.
Viribus victa virgo. Ouid. 1, de Arte.
Voluptate victus. Cic. 1. de Finib. Et qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod sentiunt non esse faciendum.
Vulnere ingenti victus. Virg. 10. Æneid.
Clementia illius victa est nostro vitio. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Corpora victa sopore. Ouid. 1. Fast.
Fœmina victa dolo diuûm duorum. Virg. 4. Æneid.
Hostis victus terra marique. Horat. Epod. 9.
Ira victa per preces. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8.
Opes victæ. Cic. 7. Verr. Hic primum opes ipsius ciuitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt.
Patientia victa vitiis. Ouid 3 eleg. 10.
Pietas victa furore. Horat. 3. Carm. ode 27.
Pudor victus amore. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Reus victus. Cicer. 3. Verr. Ne actor quidem est is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occultè surripi, aut impunè eripi possit.
Terga victa dare. Ouid. 7. Metam.
Vrbes victæ. Horat 3. Carm. ode 15.

Victus. Virgil 9 eclog.
Nunc victi tristes, quoniam fors omnia versat.
Hos ille (quod nec bene vertat, mittimus hœdos. Seruius.
Victi, id est impotes voti. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: sic victos contrario voti impotes, qui non possunt facere quod volunt.
Victus, A proposito prisino recedens. Virg. 2. Æneid.
Hic verò victus genitor se tollit ad auras. Seruius.

Victor, victoris pen prod. {νικητὴς, νικητῆρος, νικητῆρι, νικητῆρα} Qui vicit. Cæsar 2. bell. Gall. Qui ab Decumana porta, ac summo iugo collis nostros victores flumen transire conspexerant.
Multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt. Cic. Marcello, lib. 4. 9.
Belli victor. Stat 9. Thebaid. 125.
Omnium gentium victor. Cic. in Pisonem, Neque enim me stante & manente in vibis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio omnium gentium victore, &c.
Hostium victor. Horat. 1. Carm. ode 6.
Ille exterorum bellorum hostiumque victor. Cicero de Aruſp. respon.
Cruentus victor. Lucan. lib. 5.
Ferus victor. Horat. 2. epist. 1.
Violens victor. Horat. 1 epist. 10.
Currus victor, Triumphalis Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Victrix, victricis, pen. prod. f. g. {νικήτρια} Quæ vicit. Cic. ad Brutum, 10, Erat victrix Respub. cæsis Antonij copiis, ipso expulso.
Libidinis victrix. Cicero pro Cluentio, Tum verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit victrix sinæ, non libidinis.
Arma victricia, pro Victoribus, & iis qui armis vicerunt. Virgilius 3. Æneidos,
Res Agamemnonias, victriciáque arma secutus,
Fas omne abrumpit. Vbi Seruius, Omnia nomina à verbo venientia, quum in Or exeunt, masculina sunt, vt Victrix. Neutra verò non faciunt nisi tantùm ex numero plurali. Vnde est Victrica.
Athenæ victrices. Cic. 1. Tusc ul.
Carenæ victrices. Horat. 4. Carm. ode 4.
Dextra victrix. Ouid. 1. Fast.
Lauri victrices, Quibus victores seu triumphantes coronabantur. Virg 8. eclog.
Libido victr x. Seneca Thyeste, 1.
Literæ victrices, Victoriam nuntiantes. Cicero ad Atticum, lib. 5. 109. Quo autem die Cassij literæ victrices in Senatu recitatæ sunt, id est Non. Octob. eodem meæ tumultum nuntiantes.
Manus victrix. Cice pro Sestio, Quum subitò manus illa Clodiana, in cæde ciuium iam sæpe victrix, exclamat, incitatur.
Palmæ victrices. Ouid. ad Pisonem,
¶ Victrix, Voti compos, Virg. 7. Æneid.
-cœli conuexa per auras.
Iunonem victrix affatur voce superba. Seruius.

Victoria, victoriæ {νίκη νίκης, νικητήριον, νίκημα} Plaut. Tru. 6,
Hic sunt quas habet victorias. Cic. ad Brutum, Facilius in timore benigni, quàm in victoria grati reperiuntur. Idem pro lege Manilia, Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperijs, nõ offensionibus belli sed victoriis, non stipendijs sed triumphis est traducta.

VICTORIAM dea in vetustas pinnatam & aligeram pinxit, vt è cœlo deuolantem ad eos quos suis ornare successibus veller, hinc Auson. Tu quoque ab æthereo præpes victoria lapsu. Et Prudentius, Marmoreo in templo rutilas victoria pennas
Explicet, & multis furgat famata talentis. Id eo scribit, quòd aureæ & auratæ victoriæ plerunque ponerentur, quas & quędam simulachra interdum suis manibus sustinebant. Cic. 3. de Natur. deor. Idem victoriolas aureas, & pateras, coronásque quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat. Puella aurem formabatur, vt Prudentius ait, pennigera, pexo crine, nudo pede suspenta, strophio reuincta, sinu vestis fluitante. Ex Turneb.
Victoria & triumphus. Cic. pro Murena. Finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse.
Victoria natura insolens & superba est. Cic. pro M. Marcello.
Victoriæ compos. Paterc. lib. 2.
Facies victoriæ. Tacit. in vita Agricolæ.
Agilis victoria, Vide AGILIS.
Clementissima victoria. Paterc. lib. 2, Victoria fuit clementissima, nec quisquam interemptus nisi paucissimi, & hi, qui deprecari quidem pro se non sustinerent.
Cruenta victoria, Vide CRVENTVS.
Facilis victoria de madidis, &
Blæsis atque mero titubantibus. Iuuenal, Saty. 15.
Immanis victoria, id est valde magna, Vide Facere emolumentum, in EMOLVMENTVM.
Læta victoria. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Pulchra & spectabilis victoria. Tacit. in vita Agricolæ.
Velox victoria. Horat. 1. epist 19.
¶ Adipisci victoriam. Cæsar bell. Ciu. lib. 5. Turpe sibi existimabat tot rebus gestis, tantisque exercitibus deuictis, tam claris victoriis partis, à reliquis aduersariorum ex fuga collectis, se cruentam adeptum existimari victoriam.
Cedere victoriam. Paterculus lib 2. At illi quum pro absente dimicassent duce, egrè summissis armis cessere victoriam.
Cessit illi victoria, Vide CEDO.
Cohonestare victoriam, Vide COHONESTO.
Concedere victoriam. Tacit. lib. 5.
Concelebrare victoriam, Vide CONCELEBRO.
Conclamare victoriam, Vide CONCLAMO.

Con-

Consequi victoriam. Cic pro Cælio, Qui cùm ex Reip. causa iam esset mihi quidem molestum, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus.
Consistit victoria, Vide CONSISTO.
Constituere victoriam, Vide CONSTITVO.
Constat victoria. Cæsar bel. Gall. lib. 7.
Corrupta tories victoria. Tacit. lib. 20.
Defertie victoriam. Liu. ab Vrbe, lib. 5.
Differre victoriam. Liu. de bell. Pun. Illa cunctatio distulisse modò victoriam videri potuit: hic error vires ademisse ad vincendum.
Dare victoriam. Liu. ab Vrbe, lib. 5.
Edere victoriam. Tacit. in vita Agricolæ.
Eripere victoriam. Sallustius in Iugurtha.
Excidit victoria è manibus, Vide EXCIDO.
Exercere victoriam. Sallustius in Catil.
Extorquere victoriam, Liuius de bell. Pun.
Habere victoriam. Liu. de bel. Pun. Quod primum esset, confessionem se hostium habere, nequaquam pares eos esse sibi breui & victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore euentu eos secum, quàm spe pugnaturos.
Habere victoriam in manibus. Liu. 10. bel. Pun.
Inquietare victoriam. Tacit. lib. 19. Hoc est, Inquietabant.
Interpellare victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib. 4.
Morari victoriam Liu. de bel. Pun.
Nascitur victoria. Cæs. bel. Ciuil. lib 4.
Ortus victoria. Cæsar bel. Ciuil lib 3.
Parere victori um. Cæsar bel. Ciuil. lib. 5.
Parare victoriam. Tacit. lib. 13.
Porrendere victoriam. Liu. de bel. Pun.
Reportare victoriam. Cice. pro l. Manil. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriæ non victoriam reportarent.
Retinere victoriam Sallust. in Iugurtha.
Spectare victoriam Quint. lib. 5 cap. 12.
Stat victoria. Liu. 3. bel. Pun. Multorúmque sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit.
Victoriam in manibus esse. Sallust. in Catil.
Tradere victoriam. Quintil. lib. 7. c. 2.
Transferre victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib 4.
Tribuere victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib 4.

Victoriatus, victoriati, penul. prod. Genus nummi. Plin. libro 33. cap. 3. Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic numinus ex Illyrico aductus, mercis loco habebatur. Est autem signatus victoria, & inde nomen. Quintil. lib. 6 cap 4. Dicente quodam victoriato se vno in Sicilia quinque pedes longam muænam emisse. Cic. pro Fonteio, 8 Crodimum Porcium, & Numium ceinos victoriatos Nulch ilone serene * Vmbinos, & victoriatos mille,

Victoriosus, penul. prod. Adiectiuum {νικητικὸς} Qui varias siue plures victorias reportauit, qua dictione vsus Cato, teste Gellio lib 4. capite 9.

Vincibilis, & hoc vincibile, pen. corr. {νικητὸς} Quod facile vincitur. Terent. Phorm. 1. 4,
Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optumam. Colum lib. 3 cap. 12. Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem.

VINDELICIA {Οὐινδελικία} Prouincia Europæ, sicuti à Ptolomæo lib 3, scribitur. Est autem inter Rhetiam, quam habet ab Occasu & Noricum ab Oriente. Eam Lycius amuis disterminat à Rhetia, Enos fluuius diuidit à Norico. A Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis fuit Augusta Vindelicia.

Vindelici, penul. corr. {Οὐινδελικοὶ} Populi, de quibus diximus in dictione Vandali. Horat. 4. Carm. ode 4.

Vindelicus, pen. corr. Adiect. {Οὐινδελικὸς} vt
Spolia Vindelica. Claud. de bel. Getico,
Saltus Vindelici. Claud. de bel. Getico,

Vindemia, vindemiæ {τρύγησις, τρύγητος} Quasi vinidemia, à vino demendo. Virg. 2. Georgicon,
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Vindemiæ fructus. Vlpianus in l. Fructus esse constat D. Solut. matrimonio.
Vindemia mellis. Plinius, Prima mellis vindemia melior. Idem lib. 11. cap. 14. & cap. 15.
Vindemia oliuarum. Plin. lib. 15. cap. 1.
Coactæ vindemiæ. Id est, collectæ. Vlpian. in l. Fructus esse constat. D. Sol. matrim. Si coactis vindemiis altera die diuortium intercedat.
Pendens vindemia. Iulianus in l. Qui pendentem. D. de action. empt. & vend. Qui pendentem vindemiam emit, si vuam legere prohibeatur à venditore, aduersus eum, &c.
Si mulier percepta vindemia ittatim fundum viro in dotem dederit, &c. Vlpianus in l. Fructus esse constat. D. Solut. matrim.
Vindemiam & vindemias inter se differrere vult Seruius. his verbis, Quum vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: quum plurali, multorum. vt Messem, messes: hyemem, hyemes. hæc enim semel tantùm annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt vindemiam esse totius orbis generaliter, vindemias singularum partium: vt plus significet singularis, quàm pluralis nmmerus: sicut plus est quum dicimus, Per terram pluit, quàm Per terras: tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras aliquas significamus. Virg. 2. Georg.
-spumat plenis vindemia labris.
Administrare vindemias, Vide ADMINISTRO.
Modicas vindemias colligere. Plinius Iunior libro 9. epistola 28. ad Romanum:

Vindemiola, vindemiolæ, penultima correpta, Diminutiuum {τρυγήδιον} Cicero ad Atticum, libro 3. 6. Ego omnes meas vindemiolas cò referro, vt illud subsidium senectuti parem. De fructu studiorum intelligit.

Vindemio, vindemias {τρυγάω} vindemiare, Vindemias colligere. Plin. lib. 14. cap. 1. Nouissimas vindemiant.

Vindemiator, penultima producta, vindemiatoris {τρυγητὴς} Qui vinum legit. Columella libro 3. cap. 21. Vindemiatorum aleam subeat. Idem libro quarto, capite 17. Et fructus commodius legitur à vindemiatore.
¶ Vindemiator, , Sydus quod tertio Nonas Martij apparet. Columella libro 11. capite 2. dicit illud septimo Calendas Septembris exoriri. Plinius libro 18. capite 31. Cæsari & Assyriæ bella quæ Vindemiator appellatur. Hoc sydus ita dictum putant, quæ sæpe vindemias faciat, hoc est, vuas immaturas exurat, vel nimis pluuius infestet, vt iam amplius aliam vindemiatorum operam non postulent vites.
Vindemator, penultima producta, per syncopen, teste Porphyrione. {τρυγητὴς} Idem.
Durus vindemiator. Horat 1 Serm. saty 7.

Vindemitor, penultima correpta {τρυγητὴς} Idem Ouidius 3. Fastorum,
Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur, visus effugiéque suos:
At non effugiet vindemitor. Seneca,
Carpebat raras serus vindemitor vuas.

Vindemiatorius, Adiectiuum {τρυγητικὸς} Quod ad vindemiam pertinet. Varro 3. de Re rust. cap 2. Nihilo magis torcula vasa vindemiatoria, aut senius olearias, vt trapeta.
Quali vindemiatorij. Vlpianus in l. Instrumento. D. De instructo vel instrumento leg.

Vindemialis, & hoc Vindemiale, penul. prod. Macrob. lib 7. Saturn. cap. 7. Nuper in Tusculano meo fui, quum vindemiales fructus pro annua solemnitate legerentur.

Vindex. vindicis, penultima correpta {ἐκδικητὴς, πρωτοβὴς, ἀμυντῆρας, πυθάρχης} communis generis, Vltor. vel vltrix iniuriæ. Cicero pro Flacco, Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, & moderatrix officij Curia. Et ad Brutum, 17. Quid hoc mihi prodest, &c. si vindex illius mali, author extitit alterius, fundamentum & radices habituri altiores, si patiamur?
Vindex & oppressor dominationis. Cicero ad Brutum, 16. Petitur vt vindices atque oppressores dominationis salui sint?
Vindex & vltor. Col. lib. 7. cap. 12 de cane.
Facinorum & sceleris speculator & vindex. Cicero 3. de Natura deorum, Furiæ, deæ sunt speculatrices, credo, & vindices & facinorum & sceleris.
Fraudis quæ vindex. Horat. 4. Carm. ode 9.
Sceleruin vindex. Lucan. lib 9.
Linguæ magnæ vindex, Vindex superbiæ. Horatius 4. Carm. ode Iustissimus vindex. Ouid 3. de Arte.
Carcer nefariorum vindex. Cic. 2. in Catilinam
¶ Vindex, Defensor, & asserter. Cicero ad Atticum libro 2. in Tusculanum & Pompeianum valdè me delectant, nisi quod me illum ipsum vindicem artis alieni, aere non Corinthio, sed hoc circum foraneo obruerunt. Coniuratio Catilinæ propter æs alienum facta est, odio maximè creditorum. rectè igitur vindex, & feruator creditorum Cicero, quia coniuratos occiderat.
Vindex honori. Plaut.
Vt tu honori maiorum vindex esses: quod est eorum honorem contaminares & violares, & tolleres. Quod sumptum ab his, qui quid vindicant suúmque asserunt, & manum iniiciunt, proindeque alteri auferunt: nisi quis honori vindex fieres exponat honorem manumitteres & liberares, ne tuis tanquam addictus seruiret, & in familia esset: qui sensus in Plauto nec infulsus est, nec à significatione alienus. Turnebus.
Extirpisti tu vindex nostræ libertatis. Cic. Octauio.
Æstis alteni. Cic. ad Att. lib. 2. 16.
¶ Pœna vindex. Catull. Argonaut. 9.
Vires vindices. Ouid. epist. 9. 3.

Vindiciæ, vindiciarum pluraliter, Festus, Vindiciæ appellantur res eæ de quibus controuersia est: de quibus Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur quæ ex fundo sumptæ, in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius vindiciam esse ait, ab eo quòd vindicantur res ex controuersia. Hactenus Festus. Vindiciæ, id est seuerentiæ, vt dicunt aliqui, aut verius assertiones rei & adiudicationes, vt loquuntur: vbi nescit iudex si duo sint, vtrius sit vel, si sint plures, cuius. Nihil nanque aliud est vindicia, quàm assertio quæ si à seruitute est in libertatem, dicitur vindicia secúdum libertatem: si verò à libertate in seruitutem, dicitur vindicia secundum seruitutem pronuntiari. Vnde Prætor dicitur decernere vindicias secundum libertatem, quando in libertatem asserit. Item dicitur dare vindicias secundum seruitutem: quando pronuntiat assertionem eiusmodi. Hęc verò omnia latissimè declarat Budæus, his verbis, Vt autem ad vindicias veniamus. Liuius 3. ab Vrbe, de filia Virginij loquens, ita inquit, Hanc vir ginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens, pretio ac ipe pellicere adortus postquã omnia pudore septa animadverterat, ad crudelem superbámque vim animum conuertit Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret: neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias: quòd pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse ratus. Item paulo pòst, Aduocat puellæ quum Virginium Reipub. causa dixissent abesse biduo affuturum si nuntiatum ei sit: iniquum esse abtentem de liberis dimicare postulant, vt rem integram in patris aduentum differat lege ab ipso lata vindicias dari secundum libertatem. Vindicias secundum libertatem dare, & Liuius & Pomponius intellexerunt decernere, vt interim dum pater puellæ accersitur, dúmque ipsa

ſtatus ſui quæſtionem patitur, in poſſeſſione ipſa ſui ac libertatis eſſet. Vt, vindicias poſtulare ſecundum libertatem pro eo quod eſt poſtulate vt interim libertate potiretur. Quod autem ſequitur de Bruto qui vindicias ſecundum libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui, Vindicij, non Vindicis legendum eſt, ex eodem Liuio, libro ſecundo: Præmium, inquit, indici pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille primùm dicitur vindicta liberatus: quidam vindictæ quoque nomen ab illo tractum putant, Vindicio illi nomen fuiſſe. Poſt illum, ſeruatum vt qui ita liberati eſſent, in ciuitatem accepti viderentur. Itidem Plutarchus in Publicola. Vindiciarum nomen non à Vindicio, vt Accurſius putauit, ſed à vindicando tractum eſt: id quod ex Liuio intelligi ſatis poteſt, Appius, inquit, quum virginem non defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem locum ſeditionis quærere diceret, non præbiturum ſe illi eo die materiam, ius eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum, à M. Claudio petiturum vt decederet iure ſuo, vindiciaſque puellam in poſterum diem pateretur. Vindicari puellam Liuius pro Vindicias puellæ ſecundum libertatem dari dixit, hoc eſt aſſeri interim in libertatem, & in poſſeſſione libertatis eſſe vſque in poſterum diem. Idem paulo pòſt, Ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis Hactenus Budæus.

Nunc ſubiciam verba Aſconij Pædiani in Verrinas Ciceronis: Lis vindiciarum eſt, inquit, quum litigatur de ea re apud Prætorem cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor, & ideò qui eam tenet, ſatisdat pro præde litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi fatisfaciant nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum de qua iurgium eſſet, rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario certæ pecuniæ aut æſtimationis, quam amittat ni ſua ſit hereditas de qua contendit. Cic. 3. Verr. Si habuiſſet, inquit, iſte edictum quod anté iſtum & poſtea omnes habuerunt Prætores, poſſeſſio Minutiæ genti eſſet data. Siquis teſtamento ſe hæredem eſſe arbitraretur quod tum non extaret, lege ageret in hæreditatem: aut prædes litis vindiciarum quumiſaris acciperet, ſponſionem faceret: ita de hæreditate certaret. Hoc opinor iure & maiores noſtri & nos ſemper vſi ſumus. Quæ verba Pædianus exponens, ita inquit, Aut peteret vt poſſeſſor eſſet, aut acciperet ab aduerſario ſatis pro præde litis vindiciarum: & ipſe ſponſionem faceret, & ira de hæreditate certaret. Fortaſſe autem non prædes apud Ciceronem, ſed præde legendum eſt. Ex ſuprædictis ſatis, vt opinor, apparet vindiciarum litem eam eſſe qua cõtrouerſæ rei poſſeſſionem fiduciarum petimus, interea dum lis de re ipſa, aut de poſſeſſione diſceptatur. Huiuſmodi enim poſſeſſio, quam Pædianus intelligi ex Cicerone voluit, non iuſta & abſoluta eſt poſſeſſio, ſed fiduciaria, & veluti depoſitaria, rationibus reddendis fructib. obnoxia. Hæc Budæus.

Vindiciæ, inquit Feſtus appellantur res eæ de quibus controuerſia eſt: aut potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt. Sic ferè ſenſum in eo conſtituendum credit Turnebus & ſententiæ eius exemplum Catonis conuenit, quod ipſe profert, Prætores ſecundum populum vindicias dicunt. Sed & vindiciæ dicebantur quę ex agro afferebantur in ius vindicandi cauſa: etiam vindicium in ſingulari dicebat rem Seruius, de qua controuerſia erat ab eo quòd vindicabatur.

Vindiciam ferre, eſt ſententia decretóque obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias, qui rem obtinebat; ſed ſi vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnum luebat. Iex enim erat, Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue litis arbitros tres dato, eorum arbitrium fructus duplione damnum decidito. Significant & Vindiciæ manus correptionem κατακρατὴς à Clemente vocatur, à Chariſio χειρισμὸς, quòd manus brachiale caperetur, qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat ſcribens, Vindiciæ correptione manus in re atque loco præſenti apud Prætorem fiebant. Sunt & Vindiciæ libertas Chariſio authore, qui ἀνυπευθυνίαν explicat. Ex Turnebo.

Vindiciis ac ſacramentis petere. Cic. pro Milone, Eum denique cui nulla lex erat, nullum Ciuile Ius, nulli poſſeſſionum termini: qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris exercitu ſignis inferendis petebat. Clodius, inquit, non iam aliquo iuris colore quæſito alienas inuadebat poſſeſſiones, vt calumniatores & litigioſi ſolent, ſed vi armata apertáque, & tanquam hoſtili prælio. Ex quibus verbis apparet vindicias & ſacramentum, & vindicationis formulam, qua in iure manu conſertum vocabant, ſimiles quodammodo inter ſe ac cognatas actiones formulaſque fuiſſe. Budæus.

Vindicias ſecundum libertatem poſtulare, vel dare, Vide ſuprà in VINDICIAE.

Vindiciæ, pars vna iuris, pro iure ipſo. Lucil. apud Feſtum,

Nemo hîc vindicias, neque facra, aut numina retur. hoc eſt, Nemo hic ius vllum eſſe putat, aut vlla ſacra, aut numina. Turnebus.

Vindico, vindicas, penult. corr. {ἐπιδικάζω, πιμπράω, ἀμύνω} vindicare, Vleiſci, caſtigare, punire. Cic. 2, de Lege, Grauiter olim iſta vindicabat vetus illa Græcia: longè prouidens, &c. Idem de Amicitia, Talis improborum conſenſio non modò excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt.

Dolus malus legibus erat vindicatus. Cic. 3. Offic.

Acerrimè maleficia vindicare. Cic. pro Roſc. Amer.

Mortem vindicare alicuius. Plin. lib. 10. cap. 43.

Necem alicuius vindicare. Ouid. 6. Faſt.

Offenſas ſuas vindicare enſe. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8.

Peccata moribus & iudiciis vindicare. Cicero ſecundo de Inuention. Tum leges quoque & iudicia demonſtranda ſunt, per quæ potuerit id peccatum, quòd ſponte ſua reus priuatus ſit, moribus & iudicio vindicari.

Peccatum in altero vindicare. Cic. 5. Verr. Omnia poſtremò quæ vindicaris in altero, tibiipſi vehementer fugienda ſunt.

Seditionem vindicare. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

In aliquem ſcelera alterius vindicare. Cicero 5. Verrina, Atque in eam fraudem viderut mihi diuinitus incidiſſe, nõ ſolùm vt eas pœnas quas proximè metuiſſet, ſolueret: ſed vt illa etiam ſcelera eius in Catbonem & in Dolabellam vindicarentur. Gell. lib. 11. cap. 18. ex ſua lege in fures duplici pœna vindicandum exiſtimauit.

¶ Vindicare ſe ab aliquo, pro Vlciſci. Senec. de benefic. lib. 6. cap. 5. Quum idem homo beneficium mihi dedit, & poſtea fecit iniuriam: vtrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare.

Vindicare ſe de aliquo. Cic. pro Deiotaro, Præſertim quum is vnus eſſet, qui poſſet de abſente ſe vendicare?

¶ Vindicari, Paſſiuè. Cic. pro Cæcin. Fateor, hoc interdicto Prætoris vindicari, ſi voluntas & æquitas valeat. Vetus codex habet, Hoc interdictum Prætoris violari.

In poſterum diem vindicari, Vide paulo antè in VINDICIAE.

Vindicatum eſt, Imperſonale, pro Animaduerſum eſt. Cicero 7. Verr. Fateor non modò in ſocios, ſed etiam in ciues militéſque noſtros pertæpe eſſe ſeuerè ac vehementer vindicatum. Budæus.

¶ Vindicare, Liberare, aſſerere. Cic. Attic. lib 7 epiſt. 2. ſub finem, Itaque vſurpatu vetus illud Druſi, vt ferunt, Prætoris in eo qui eandem liber non iuraret: me intos liberos non addixiſſe, prætertim quum adeſſet nemo, à quo rectè vindicarentur. Addixiſſe (inquit Paulus Manutius) iuſſiſſe, pronuntiaſſe. Vindicarentur: ſub. in libertatem. quòd præter ipſum alios quoque adeſſe oporteat, qui vindicarent. Aderant enim coram Prætore dominus, ſeruus, vindex, teſtes, ſcriba: neque ſine his iuſta erat addictio liberorum in hoc genere manumiſſionis Senſus eſt. Druſus Prætor, quum is quem manumiſſerat eadem libet non iuraret quę ſeruus iuraurat, negauit ſe manumiſiſſe. negabo ego quoque: quoniam iſtos, quos memores beneficij putauit futuros, improbos ingratoſque experior.

¶ Vindicare & liberare. Cic. pro Rabirio perduell. reo, An verò ſeruos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta liberauit: nos à verbetibus, ab vnco, à cruciis denique terrore, neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt: idem ad Quint. fratrem, libro 3. 17. Tę quemitem ab eo vindico & libero.

Ab interitu vindicare. Plin. in Paneg.

A labore vindicare. Cic. pro Sylla, Sed neque honoris, neque ætatis excuſatio vindicat à labore. Id eſt aſſerit, tuetur, immunem præſtat.

Aliquem à magnitudine doloris vindicare. Cic. 2. Tuſc.

A moleſtia, ſupplicio, & impetu libidinum vindicati: pro Liberari. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 4. Te ſatis innocentia tua & miſericordia hominum vindicat hoc tempore à moleſtia. Liu. 1. ab Vrbe, Cicero 1. de Finib. Sapientiámque eſſe ſolam quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicet.

Ab obliuione & ſilentio hominum vindicare. Cic. 2. de Orat. Vel me hercule etiam vt laudem eorum iam prope ſeneſcentem, poſſem, quantum ego ab obliuione hominum atque à ſilentio vindicarem.

Senectutem à ſolitudine vindicari iuris Ciuilis ſcientia. Cicero 1. de Oratore.

Vindicare à ſe, pro ſibi. Liu. lib. 4. Decad. 5. Victoriæ vtique de Antiocho rege maiore parte à ſe vindicata.

Aliquem à vitiis omnibus vindicare. Cicc. de Senect. Et ſenectus eſt natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare.

In libertatem vindicare, pro Aſſerere. Aſinius ad Cic. libro 10. 31. Deinde qui & me, & Rempub. vindicare in libertatem paratus ſim. Cic. in Parad. In libertatem vindicari vult?

Solui terroribus, & in libertatem vindicari. Cicero 1. de Natura deor. His terroribus ab Epicuro ſoluti & in libertatem vindicati.

Vindicare libertatem, Defendere vel vlciſci. Cæſar 7. bel. Gallici,

Vindicare ſe ad ſuos. Cic. pro Rabirio Poſth. Hoc quidem ſemel ſuſcepto atque contracto, perpetienda illa fuerunt vt ſe aliquando ad ſuos vindicaret.

Vindicare ſe exiſtimationi hominum. Cic. 5. Ver. Pro dij immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet, aut quamuis nocens, qui modò iudicia Romæ fore putaret, non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum vindicaſſet?

¶ Vindicare data, Compenſare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.

Vindicatio, vindicationis, Verbale {ἐπίδικον} Vltio, Vindicta. Cic. 2. de Inuent. Vindicationem, per quam vim & contumeliã defendendo, aut vlciſcendo propulſamus à nobis & à noſtris, qui nobis eſſe chari debent, & per quam peccata punimus.

Vindicta, vindictæ {ἐπίδικος, πιμπρᾶν, ἀμύνω} Id eſt animaduerſio pro delicto. Paulus in l. Quod Reipub. De iniuriis. Quod Reipub. vindicandæ cauſa ſecundum bonos mores ſit: etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat, ſed ad vindictam maieſtatis publicæ reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur.

Suſcipere vindictam legis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.

¶ Vindicta, libertas, ſiue virga qua ſerui libertate donabantur. Nam faciendi liberi tres partes ſunt, Vna, vt cenſu liber fieret. cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Siquis conſentiente vel iubente domino nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis vinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ vindicta vocabatur, ſcilicet virgula quam Prætor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolennia. atque ideò illa virgula vindicta vocabatur. Plin. epiſt 136. Spero, imò confido facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumiſiſti. Tertia pars faciendi liberi eſt, ſiquis ſuprema voluntate, in teſtamenti ſerie ſeruum liberum ſcripſerit. Cic. in Topicis, Si neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber: neque eſt vlla earum rerum non eſt igitur liber. Horat. 2. Ser. ſaty 6,

quem ter vindicta quatérque

Impoſita haud vnquam miſera formidine priuet. Vbi Acron Vindicta, id eſt virga qua percutiebantur ſerui dum liberi fiebant.

Liberare vindicta. Tacit. lib. 13. Cic. pro Rabi. perd. reo.

VINDIVS {ἐυδένδρος,} Edulius, Egdubeda, Orroſpeda, Hiſpaniæ Tarraconenſis inſignes montes ſunt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, vulgò *montes de Oca y de Aſturias.*

Vinea vineæ, {ἄτιον, ἄμπελος, ἀμπελών, ἀμπελὼν} Locus vitibus conſitus: vel ipſa vitis. Cic. 2. de Lege agrar. Ingeraccę vbi inſtitui vineæ poſſunt. Col. lib. 3. cap. 2. Ideo non eſt vineis apta, vix etiam arbuſto.

Brachiata, Vide BRACHIVM.

Caluata, Vide CALVA.

Campeſtris. Colum. lib. 12. cap. 21.

Capitata, Vide CAPVT.

Collina, Vide COLLIS.

Compluuiata, Vide COMPLVVIVM.

Culta. Tibul. lib. 1. eleg 10.

Imputata. Horat. Epod. 16.

Macerrimæ vineæ. Col. lib. 8. cap. 1.

Paluſtres vineæ. Colum lib. 12. cap. 21.

Conſtituere vineas. Columel. lib. 3.

Decuſſate vineas. Colum. lib. 12. cap. 53.

¶ Floret vinea. Ouid. 5. Faſt.

Fodere vineam. Colum. & Var. lib. 1, cap. 31.

Frequentare vineam. Colum.

Induunt ſe vuis vineæ, Vide INDVO.

Jugare vineas, Vide IVGVM.

Limitare vineas. Plin. lib. 17. cap. 22.

Occare vineas. Colum. lib. 11. cap. 2.

Ordinare vineam paribus interuallis, Vide Ordino in ORDO.

Palare vineas. Columel. lib. 11. cap. 12.

Pampinare vineas, Vide PAMPINO.

Ponere vineas. Colum. Et nos Publi Siluine magno animo vineas ponamus, &c.

Pubeſcit vinea. Virg. 2. Georg.

Purgare vineam. Catull. Argonaut.

Steinere vineam. Colum. Factis ſulcis optimè ſternitur.

Verberatæ grandine vineæ. Horat 3. Carm. ode 1.

¶ Vinea, Inſtrumentum bellicum lignis compactum, inquit Liuius, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, coratibuſque contexitur. latera quoque vimine ſepiuntur, ne laxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant. Plautus Milite, 5. ad eum

Vineas, plureſque agam. Cic. ad Catonẽ, lib. 15. 4, Aggere, vineis, turribus oppugnari, vſuſque multis tormentis. Idem 8. Phil. Condę vineæ ſunt, pugnatur acerrimè.

Vinearius Adiectiuum, {ἀμπελικὸς,} Quod eſt vineæ, vel quod ad vineam pertinet: vt Collis vinearius. Colu. lib. 5. cap. 6.

Vineaticus penul. corre. Aliud adiectiuum, {ἀμπέλινος,} Idem, vt

Falces vineaticæ. Varro. 1. de Re ruſt. cap. 22. Colu. lib. 4. cap. 1. Vnum tamen atque alterum reprehendiſſent, quippe ſeminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. Cato. cap. 11. Ferramenta, falces vineaticas ſex.

Vinealis & hoc vineale. penul. prod. {ἀμπέλινος} Quod eſt aptum ad vineam. Colum. lib. 3. cap. 12, Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiue commemorabimus Iulij Græcini conſcriptam velut formulã, ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

Vinetum, Vinitor, Vinoſus, Vide VINVM.

VINTIVM, {οἰνῖτις,} Neruiorum in Alpibus litoreis vrbs, Ptolemæo lib. 3. cap 1. vulgò *mont Viſol*, Veſulo monte.

Vitum, vini, {οἶνος} Martialis lib 3,

Reſinata bibis, vina Falerna fugis. A vi deducitur, vt nonnulli volunt, quòd vim inferat menti. Ouid. 1 de Arte,

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Vinum nullarum vitium, & ingentium vitium, contraria. Celſ. lib. 3. cap. 19.

Vinum cui nihil ætatis acceſſit. Celſ. lib. 2. cap. 26.

Vinum in dolio placens. Senec. ad Lucilium epiſt. 36, Ariſton aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quàm hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim bonum fieri, quòd recens durum & aſperum viſum eſt: non pati ætatem, quod in dolio placuit. Id eſt (ait Budæus) quod muſteum adhuc, & à lacu recens, maturum iam potui viſum eſt. Vina quippe in doliis nouę, craſcere non ſinebant antiqui, ſed in amphoras & cados diffundebant. Inde illud Iuuenalis ſaty 5,

Ipſe capillato diffuſum Conſule potat. & Horatij lib. epiſt. 5,

Vina bibes iterum Tauro diffuſa. Id eſt, Tauro Conſule inuecterari cœpta. Vide vinum diffundere, in DIFFVNDO.

Vina pluraliter. Cicer. 3. Verr. Vina cæteráque quæ in Aſia facilè comparantur. Alibi ſæpe.

Languidus vino, Vide LANGVOR.

Certamen mite vini. Tibul. lib. 3. cleg. 6.

Media ætas vini, Vide AETAS.

Pernicies vini, lymphæ. Catullus ad puerum, 24.

Plenus vini, Ebriоſus. Cice. Poſt redtum in Senatu, Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma.

Infirmi ſaporis vinum, Vide INFIRMVS.

Vini ſapores quatuor, Dulce, acutum, lene & auſterum.

Violentia vehemens vini. Lucret. lib. 3.

Ad vinum, Inter conuiuium & ſympoſia. Vide AD præpoſitionem.

Ad vinum diſertus. vide ibidem.

Regna vini ſortiri ea:is, Vide Talus pro ludo in TALVS.

¶ Achaicum vinum, quod à Phliunte oppido Achaiæ & Phliaſium ab Antiphane prædicatum eſt. Hermol. Barbar.

Aeratophorum vinum, id eſt purum. Varro.

Aigleuces vinum, Vide in AIGLEVCES.

Albanum vinum, Vide ALBANIA.

Album vinum, Vide ALBVS.

Allobrogicum vinum, Vide ALLOBROGES.

Annitianum vinum, ab Annitio. Cic. de Clar. Orat.

Aſperum, Vide ASPER.

Atrum, Vide ATER.

Auſterum, Vide AVSTER.

Autoceras vinum, dicitur quod eſt exile ita vt dilui non debeat.

Beliſſimum vinum. Colum lib. 12. cap. 19.

Cœcubum vinum, Vide COECVBVM.

Calenum, Vide CALENVM.

Calidum. Ouid. 15. Metamorphoſeos.

Cibarium, Vide CIBVS.

Circumcliſtium vinum, Vide CIRCVNCISITIVS.

Collina vina, Vide COLLIS.

Defrutum vinum, Vide DEFRVTVM.

Dilutum vinum. Martial.

Raram diluti bibis vnciam Falerni.

Doliare vinum. Vlpianus, De periculo & commodo rei venditæ, l. prima, Si doliare vinum emeris, nec de trahendo eo quicquam conuenerit, id videtur actum vt ante euacuarentur, quàm ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria. Doliare vinum dicitur ad differentiam vini pendentis. Vide Catonem ca. 148. quæ ſit lex vino in doliis, & oleæ pendenti.

Vinum vetuſtate edentulum. Plaut. Pœn. 5. Hoc eſt quod vim ſuam amiſit.

Factum vinum. Colum.

Fœcatum vinum, Vide FOECATVM.

Falernum vinum, Vide FALERNVS.

Firmiſſimum. Virg. 2. Georg.

Forte. Columel.

Fuſcum. Martial. lib. 2.

Condantur paruo fuſca Falerna vitrò.

Gaurana vina, Vide GAVRVS.

Hippocraticum vinum, Latinè Aromatites. Vide Aromatites, in AROMATA.

Hornum, Vide HORNVS.

Indigena, Vide INDIGENA.

Ignitius, Vide IGNIS.

Inueteratum. Plin. lib. 14. cap 2.

Larga aut Liberа vina. Hora. 3. Car. ode 18. & de Arte.

Lene vinum. Cicer. 5. Tuſcul. Tanquam lenia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectant.

Maarathrites vinum, Vide MARATHRVM.

Marcida. Stat. 1. Syl. 6.

Mellitites. Plin. lib. 14. cap. 9. & 36. cap. 19.

Merum, Vide MERVS.

Molle vinum, quod caret aſperitate & defæcatum eſt. Virgilius 2. Geo. gicon.

Mucidum. Vide MVCOR.

Myrrites, Vide MYRRVS.

Nectareum. Martialis,

Attica nectarеum turbatis vina falernum:

Nouitium vinum, Vide NOVVS.

Nouum & vetus vinum, contraria. Cic. de Clar. Orat. Vt ſiquis falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nouo vt proximis Conſulibus natum velit: nec ruſſus ita vetere vt Opimium, aut Anitium Conſulem quærat.

Oenanthinum vinum, Vide OENANTHE.

Omphacium vinum, Vide OMPHACIVM.

Operarium vinum, Vide LORA.

Opianicum, ab Opio, qui primus vineas bene colere docuit. Cic. pro Cluent.

Opimianum, ab Opimio, qui primus vinum diutiſsimè ſeruare docuit.

Paſſum vinum, Vide PASSVM.

Peculiare, Vide PECVLIVM.

Pendens, Vide PENDEO.

Præfaminum vinum, quòd præfationibus expiatur. Cato cap. 142.

Pramnon vinum, Vide PRAMNIVM.

Proticum vinum, quod primum in lacum ex torculario defluit. Columel.

Protropum vinum, Vide PROTROPVM.

Purum. Ouid 7. Metamorph.

Quietum vinum eſt, quod extra ebullitionem poſitum quietem nactum eſt. Ex Doleto.

Reſinatum, Vide Reſinatus in RESINA:

Rubens. Ouid. 5. Faſtor.

Sicum vinum, quod Latini Sapam appellant. Vide SAPA.

Signinum vinum, Vide SIGNINI.

Spurcum, Vide SPVRCVS.

Surrentinum, Vide SVRRENTVM.

Tenue, Vide TENVIS.

Toruum, Vide TORVVS.

Turbulentum, id eſt cui fæx permiſta eſt. Doletus.

Vapidum, Vide Vapidus, in VAPOR.

Vehemens, id eſt generoſum. Celſ.

Vetulum, Vide VETVS.

¶ Abſtinere vino, Vide ABSTINEO.

Abſumere vinum, Vide ABSVMO.

Acere vinum dicitur, Vide ACIDVS.

Adhibere vinum ægroti:s, Vide ADHIBEO.

Carere vino, Vide CARE O.
Circuncidere vinum, Vide CIRCVNCIDO.
Coacescit vetustate vinum. Cic. de Senec.
Collectaneus vinum. Plin. Et collecto iam vino differentia in cella.
Conciunare vinum, Vide CONCINNVS.
Corrigere vina, Vide CORRIGO.
Defæcatum vinum Vide DEFAECO.
Diffusum vinum ex œnophoro. Cice. 2. de Finib. Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro, vt ait Lucilius. Vetus exemplar pro œnophoro legit hirsiphon.
Dant animos vina. Ouid. 12. Metamorph.
Eliquatum vinum à fæcibus. Columel. lib. 12. cap. 27.
Euanescunt vetustate vina. Cicero 2. de Diuin. De vino aut falsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate.
Expletus dapibus vinóque sepultus. Virg 3 Æneid.
Feruida vina exfurdant subtile palatum. Horat. 2. Serm. saty. 8. Vide EXVRDO.
Vinum facit ingenium. Ouid. 7. Metam.
Vinum facit somnum. Ouid. 1. Fast.
Ferre vetustatem dicuntur vina, Vide FERO. Cice. de Amicitia, Veterrima quæque, vt ea vina quæ vetustatem ferunt, esse debent suauissima.
Fugiens vinum. Cic. 3. Offi. Vide FVGIO.
Fundere vina pateris. Virgil 5. Æneid.
Liquentia vina fundere. Virgil. 5. Æneid.
Graues vino somnóque iacebant. Ouid epist. 14.
Impulsus vino Quintil. lib. 4. cap. 2.
Incalescere vino, Vide INCALESCO.
Infuscare vinum, Vide INFVSCO.
Inuergere vina, Vide INVERGO.
Dulci mala vino lauere. Diluere & abstergere curas anxias dulci vino. Horat. 3. Carm. ode 12.
Leuare vino curásque sitimque. Ouid 12. Metam.
Liquare ex vino. Celsus lib. 5. cap. 28.
Madent membra vino, vide MADEO.
Nimio marcescere vino. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Medicata suffitione vina, Vide MEDICO.
Merlus vino & madens. Id est, ebrius. Senec. epist. 84.
Miscere vinum aqua, Vide MISCEO.
Nutrire vinum, Vide NVTRIO.
Olere vina. Horat. 1. epist. 20.
Vina parant animos. Ouid. 1. de Arte,
Pellere curas vino. Horat. 1. Carm. ode 7.
Pressa vina. Horat. Epod. 13.
Languidiora vina promere. Horat 3. Carm. ode 21.
Horna dulci vina promens dolio. Horat. epod. 2.
Reponere vina mensis. Virgil. 7. Æneid.
Sepulti vino conticuere, Sopiti & obruti vino. Virgil. 9. Æneid.
Sepulta vbs somno vinóque. Virgil. 2. Aeneid.
Quies sequitur vina. Ouid 3 Fast.
Soluti somno vinóque procubuere. Virgil. 9. Æneid.
Subtrahere vinum. Celsus lib. 3. cap. 2.
Sumere vinum meracius. Cic. 3. de Nat. deor. Vt si medicus sciat cum æg. otum, qui iussus sit vinum sumere, meracius sumpturum, statimque perniturum, magna sit in culpa.
Transire ad vinum, Vide AD præpositionem.
Ventilare vinum, Vide VENTILO.
Vti largiore vino, Vide LARGIOR largiris.
Vinum de cupa. Cicero in Pison. Panis & vinum à propola & de cupa.
Vinum de dolio. Cicero in Bruto, Si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet?
¶ Vinum, Liber appellatur per translationem, à Libero patre. Cicero 2. de Nat. deor. Quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.
¶ Vina, pro Poculis. Virgil. 1. Æneid.
Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Hoc est, implent pocula: vsque ad marginem. Hunc versum legimus etiam libro 7. Idem libro 9.
Inter lora, rotásque viros, simul arma iacere,
Vina simul.

Villum, villi {ὀλίγον} Diminutiuum: sicut ab vnus, vllus Terent. Adelp. 5. 2.
-interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.

Vinacea, vinaceorum, vel per i vinacia {σίμφυλα, γήγαρτα} Substantiuum plurale neutrum, significat grana vuæ iam pressæ, & etiam nondum pressæ. Significat etiam interdum lignosa illa semina quæ sunt in acinis, Id est vuæ granis. Columel. lib. 11. cap 2. Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea quæ acinis celantur, iam infuscata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. Idem lib. 6. cap. 3, Licet etiam si sit leguminum inopia, & eluta & siccata, vinacia quæ de lora eximuntur, cum palcis miscere. Cato cap. 7, Hæc in ollis, ollæ in vinaceis conduntur.

Vinaceus, masc. gen. pro eodem {σίμφυλον} Cato capite 25. Vinaceos quotidie recentes fucernito. Columel. libro 3 cap. 1. Humido loco sciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, sed callosi & angusti, frequentísque vinacei.
Vinacei illuti Catoni de Re rustica dicuntur, è quibus non est facta lora. Lora enim fit vinaceis aqua perfusis, id est lotis. Turnebus.

Vineacea, vineaceæ, vel vinacea potius, Idem {γήγαρτον} Colu libro de Arboribus, cap. 4, Vitem quam ponis, fac vt ad Orientem spectet adminiculo religata. In imo scrobe lapides circa pondo quinque ita ponito ne vitem premant, sed tamen iuxta radices sint. Præterea post hæc vineaceæ heminam vuæ albæ in nigra, vuæ nigræ in alba ponito, atque ita scrobem vel sulcum cú stercorata terra ad medium completo. Plin. lib. 17. cap. 22, Circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horunce.

Vinaceus, Adiect. vt Acinus vinaceus. Cicc. de Senect. Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur à terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cererarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus, tantos truncos racemósque procreat.

Vinalia, vinaliorum {πότνια} Tam secundæ quàm tertiæ declinationis: Feriæ IX. Cal. Maij degustandis vinis instituræ, vt ait Plin. lib. 18. 29, Sunt & altera Vinalia, quæ aguntur ad XIII Cal. Septembris, vt ipse paulo pòst dicit.
Festa Vinalia quæ X Calend. Maij. fiebant, ab Æneа institura fuisse docet Ouidius 4. Fast.

Vinarius, vinarij {οἰνοπώλης} Vini venditor. Vnde Lampridius scribit Alexandrum Romanum imperatorem constituisse corpora vinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. Plautus Asin. 9.
Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, &c. Idem Pœnulo, 14.
Vinarius, pro Vinoso & ebrioso, Vlpianus in l. Ob quæ. De ædilitio edicto, Item aleatores & vinarios non contineri edicto quosdam respondisse Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. Ibidem, in l. Ædiles. Vtputa si imitatione conseruorum apud emptorem talis factus est, aleator fortè, vel vinarius, vel erroneus fit. Budæus.

Vinarius, Adiectiuum {οἰνηρός} Quod ad vinum pertinet: vt Taberna vinaria. Plin. libro 14. cap. 13, In quibus erant claues vinariæ cellæ. Idem libro 24. capite 1, Qua de causa & in saccos vinarios additur polenta.
Vinarij lacus. Columella libro 12. capite 18. Horatius 2. Serm. Saty. 8,
-inuertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidius, Balatróque.
Saccus vinarius. Vide SACCVS.
Vas vinarium. Cic. 6. Verr. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, &c.
Crimen vinarium, Id est Portorium vini exportandi gratia soluendum, quòd à Fonteio constitutum in Gallia fuisse accusatores eius dicebat. Cic. pro Fonteio, Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi inuidiosissimum & maximum esse voluerunt.

Vinalis, & hoc vinale penultima producta, Macrobius libro 7. Saturnal. capite 7. Sed & si qua vinalis fortitudo in homine resedit, hanc diluit & exinguit.

Vinetum, vineti penultima producta {ἀμπελών, οἰνόφυτον} Locus vbi multitudo vitium consita est, hoc est vbi multæ vites, vel multæ vineæ sunt. Columella libro 3. capite 4, Cui vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possis agrum vineis vestire. Cicero 2. de Natura deorum, Nec verò ira refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit. Idem 2. de Legibus, Sacerdotes vineta virgetáque & salutem populi auguranto.
Læta vineta. Lucret. lib. 2.
Madentia vineta. Stat. 3. Sylu. 5.
Vinetum restibile, quod singulis annis repastinatur, id est restituitur. Colum
Conferere vinetum. Colum. cap. 11.
Infestantur vineta Austris & Eurис. Vide INFESTVS.
Instituere vineta. Colum, lib 3 cap. 2.
Ordinare vineta. Colum, lib. 4. cap 27.

Vinipotor, pen. prod. vinipotoris {οἰνοπότης} Potator vini. Plin. lib. 14. cap. 14, Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra ona fœtum ederent. Vetus exemplar legit potore.

Vinitor, pen. corr. vinitoris {ἀμπελουργὸς} Rusticus vinearum cultor. Col. lib. 2. Separandi sunt aratores à vinitorib. Cice. 5. de Fin. An ea quæ per vinitorem anteà consequebatur, & per seipsam curabit?
Maturæ vinitor vuæ. Virg. eclog. 10. Sed fortè refertur ad vocem custos, vinitor custos vuæ maturæ. Vide locum. Badius vindemiatorem interpretatur, Manceinellus custodem vineæ.

Vinitorius, Adiectiuum {ἀμπελουργικὸς} Quod est vinitoris. Columella libro 4 capite 25. Est autem sic dispositа vinitoriæ falcis figura.

Vinolentus, Aliud Adiectiuum {ἕξαυτος, πάφατος, οἰνόφλυξ, οἰνοπώτης} Ebrius, qui vino se ingurgitauit. Plautus Aulul 23,
Te eam compressisse vinolentum virginem. Cicero 4. Acad. Dormientium & vinolentorum & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium, sicorum, sanorum
Somnia vinolentorum. Cice. 1. de leg. Agr. Hæc per deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum somnia?
Incidere in vinolentiam vinolentorum. Cic. 5. Tusc.
Vinolentus furor. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25. Si fum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnémque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet.
Medicamina vinolenta. Cic in Pisonem.
Bacchatur vinolentus. Cic. in Oratore. 54. Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

Vinolentia, vinolentiæ {οἰνοφλυγία} Ebrietas. Cicero in Topicis. Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur puerilia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania.
Amor, iracundia, ægritudo, vinolentia. Cic. 2. de Inuent.
Vinolentia subiecta est ægrotationi. Cicero 5. Tusc. Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua similia.
Furiosa vinolentia. Cicero 2. Philip. Quid furiosam vinolentiam tuam proferam?

Vinosus, pen. prod. Adiect. {οἰνόδης, οἰνοπότικος} Cupidus vini dicitur, vt ait Valla lib. 1. Plinius ait ideirco vinosos dici homines, quòd soli animalium nõ sitientes bibũt. Sic legit Calepinus: vbi nũc sic legimus lib.

lib. 23. cap. 1. Vino debemus homines, quòd &c. Ouid. 3. Fastorum,
-vinosior ætas.
Hæc erat, & gratuitæ munera vitis amans.
Vinosus, Ebriosus. Plaut. Curc. 2,
Quid opus est verbis? vinosissima est.
Coniuia vinosa. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Senex vinosus. Ouid. 3 de Arte.
Vinosus succus (vt author est Plin. lib. 15. cap. 28.) propriè est moro, pyro, myrto. Idem lib. 13. cap. 19. & lib. 23. cap. 6. inter mali punici genera, vinosa quædam appellat, quæ aluum sistunt & stomachum.
Vinosus sapor. Plin. lib. 12. cap. 13.
Vinosus fructus. Col. lib. 5. cap. 10.
Vinosa mordacitas ad linguam, Hoc est, Quæ haud secus ac vinum lingnam ferit. Plin. lib 21. cap. 18.

Vinulus in P. auto Mollis est, ex vini diminutione. Cùm enim vinum quod generosum non esset significabant, vinulum & villum appellabant, vnde adiectiuum vinulus est factum. Turnebus. Locus Plauti est Asin. 5.

Viocuri, Viarum curatores. Varr. Publius & Cosconius quòd ab his dicuntur viocuris ædificati. Idem alio loco, Quis enim non videt, vnde aurifodinæ & viocuros? In antiquo lexico scribitur, Viaculus, δδοιποιητικὸς ὀνος, sed vel viarius, vel viocurus in eo scribendum censeo. Turnebus.

Viola, violæ, pen. corr. {ἴον} Notæ significationis. Dicta, vt quidam volunt, per antiphrasim, quasi minime violata: vel quòd non violandæ vel à vi olendi, quanuis aliqui per diminutionem, à Græco ἴον violam dictam velint. Plin. lib. 21. cap. 6. Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes, vt olus satæ. Ex iis verò quæ sponte apricis & macris locis proueniunt purpureæ, latiore folio staum ab radice carnosa exeunt, &c. Abundè de violis in hoc capite tractat. Ibid. cap. 11. Horum prima Ver nuntium, viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme necat. Postea quæ appellatur purpurea. Proximè flammea, quæ & phlox vocatur, syluestris duntaxat. Cicero 5. Tusculan. An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere?
Fuscæ violæ. Claud. 2. de raptu Proserp.
Mollis viola. Virg. 5. eclog.
Nigræ violæ. Virgilius 10. eclog.
Pallentes violæ. Virgilius 2. eclog.
Tinctus viola pallor amantium. Horat. 3. Carm. ode 10.
Tondere violas manu. Propert. lib 3. eleg 13.

Violarium, violarij {ἰωή} Locus vbi nascuntur violæ, inquit Seruius. Virg. 4. Georg.
-irriguumque bibant violaria fontem.

Violaceus, adiectiuum {ἰοειδὴς} Idem quod purpureus, qui in violæ florem tendit. Plin. lib. 9. cap. 29. Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit, Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat. Idem libro 35. capite 16. Violaceus color.

Violarius, violarij {ἰοβαφὴς} Violacei coloris infector. Plaut. Aulul. 15, Hammearij, violarij, carinarij.

VIOLANTILLA, Græcè Ianthis, nomen mulieris Iolant. Budæus.

Viol|o, violas, penult. corr. {βιάζω, βιάζομαι, βιάομαι, βιάω, βιαίζω, ἐκβιάζομαι, ὑβρίζω, παραγορεύω} Violare, Corrumpere, polluere, Quasi vim inferre. Et proprie de virgine dicitur.
Violare, ad alia transfertur: vt Violare amicitiam. Cicero pro Cluentio, A me tamen, vt æquum est, omnia cautè, pedetentimque dicentur, vt neque fides huius defensionis relicta, neque cuiusquam aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur.
Amores alicuius violare. Tibull. lib. 1. eleg. 3.
Aras cælicolûm violauit mea dextera. Sil. lib. 17.
Aurum cibis violare. Stat. 1. Thebaid.
Bello violari. Cic. Cæsari in epist. ad Att. lib. 9. 18.
Corpus manu. Cic. Post reditum in Senatu, Fortissimi atque optimi viri Tribuni plebis sanctissimum corpus non solùm tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectúmque vidistis.
Corpus vulnere. Virg. 11. Æneid.
Cubile alicuius. Catull. ad Ianuam, epigram. 62.
Dignitatem. Cic. ad Lent. lib. 1. 6.
Eburnostro. Virg. 12. Æneid.
Existimationem alicuius. Cic. ad Qu. Philip. lib. 13. 74.
Famam probris flagitiisque violare. Cic. 3. Verr. Quum apud exteras nationes imperij nominisque nostri famam, tuis probris flagitiisque violaris.
Fidem violare. Ouid, epist. 7.
Fidem coniugij. Plin. lib. 10. cap. 34.
Fœdus. Liu. 8. bell. Pun.
Fœdera communia pacis violare factis. Lucret. lib. 5.
Hospites. Cæsar 8 bell. Gall.
Iura. Cic. in Somnio Scip. Eorum animi qui se voluptatibus dedi derunt, earúmque quasi ministros præbuerunt, impulsíque libidinum voluptatibus obedientium, deorum & hominum iura violauerunt. Idem 2. de Legib. Sanctè vota reddunto, pœna violati iuris esto.
Ius sanctum. Cic. pro Rosc. Amer.
Loca religiosa. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, Nisi fortè de locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, plutibus verbis tibi respondendum putas.
Numina verbo violare. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Parentes. Cice. 3. de Fin. Vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu, &c.
Puellam violare. Tibul. lib. 1 eleg. 6.
Rempub. Cice. 1. Tusc. Vel in Rep. violanda fraudes inexplicabiles concepissent.
Sacra. Cic. de Arusp. resp. Qui sacra Bonæ deæ quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solùm aspectu virili, sed flagitio stupróque violarit.

Nubes violant serenam speciem mundi. Turbant & obscurant serenitatem aëris, Lucret. lib. 4.
Suspicione violata virtus. Liu. 2. ab Vrbe,
Syluam violare securi, Cædere. Ouid. 3. Metam.
Violare venas. Celsus lib. 7. cap. 12.
Verbo ius legationis violare. Cic. pro Lege Manil. Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt.
Virginitatem. Cic. 3. de Nat. deor.
Vitam patris. Cic. in Parad.
Voce aliquem violare. Cic. pro Domo sua, Sed tametsi nihil de me tulisti, quo minus essem nõ modò in ciuium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores. Pop. Rom. collocauerunt, tamen ne eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus Consulum superiorum tot vides Iudicijs Senatus, Pop. Rom. totius Italiæ honestatum?

Violens, pen corr. {βιάζων} pro Violentus, teste Budæo apud Horat. libro 3. Carm. ode vlt.
Dicar qua violens obstrepit Aufidus, &c.

Violatus, penult. prod. Participium {βιασθείς} Liuius 2. ab Vrbe,
Ab arcu violatus. Ouid. 3 de Ponto, eleg. 5.
Fletu genas violata Diana. Stat. 9. Thebaid.
Corpus violatum nullo crimine. Silius lib. 17.
Iura violata mariti. Ouid. 2. de Arte.
Leges violatæ. Claud. 2. in Eutrop.
Potestas violata. Lucan. lib. 3.

Violandus, Aliud participium {βιαστέος} vt
Fœdera clam violando. Tibull. lib. 1. eleg 9.

Violatio, violationis, Verbale {βιασμὸς} Liu. 9. bel. Pun. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi, furorem obiecit.

Violator, penult. prod. violatoris {ὑβριστὴς} Verbale masc. Liu. ab Vrbe, lib. 4. Hiecine est, inquit, raptor fœderis humani, violatórque gentium iuris?
Templi violator. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.

Violabilis, & hoc violabile, penult. corr. Adiect. {βιαστὸς} Qui violari potest. Stat. 5. Thebaid.
Cor violabile leuibus telis. Ouid. epist. 21.
Numen non violabile. Virg 2. Æneid.

Violentus, Aliud adiect. {βιαίως, βιαιότατος, βιαιότατος, αὐτόστομος, αὐτόστομος} Qui vim facit. Col. lib. 5. cap. 5. Superest reliqua illa cultura prostratæ vineæ, quæ nisi violentissimo cæli statu suscipi non debet.
Violentus & furens. Cic. 2. Philip. Necesse est, quanuis sis, vt es, violentus & furens.
Tranquillus & Violentus, contraria. Claud. 8. Paneg.
Aer violentior incubuit puppibus. Lucan. lib. 5.
Amnis violentior influit in mare. Virg. 4. Georg.
Aper violentus. Ouid. 8. Metam.
Aura cæli violentior. Statius 9. Thebaid.
Ense violento fortiter vti. Ouid. epist. 11.
Fames violenta. Lactant. in Phœnice.
Homo vehemens & violens. Cic. 5. Philip.
Impetus alicuius furentes & violenti. Cic. de Arusp. resp.
Ira violenta. Ouid. 8. Metam.
Ira violentior surgit. Silius lib. 4.
Lues violenta. Valerius 5. Argonaut.
Mors violenta. Tibull. lib. 1. eleg 3.
Opes violentæ. Cice. 1. Philip. Non opes violentas, & pop. Rom. minimè ferendam potentiam: sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.
Pectora violenta, Superba. Virg. 10. Æneid.
Tela violenta sumere. Ouid. 11. Metam.
Tempestates violentissimæ. Cic. pro Cluent. Populum Rom. sua sponte esse placatum hominum seditiosorum vocibus, vt violentissimis tempestatibus concitari.
Venti violenti. Lucret. lib. 5.
Vis violenta leonum. Lucret. lib. 3.
Vires violentæ ætis, Duritia ferri vel æris. Lucret. lib. 5.
Violentior æquo. Ouid. 3. Metam.

Violenter, Aduerb. {βιαίως} vt vult Acron, Liu. 5. ab Vrbe, Quia solennia ludorum, quos intermitti nefas est, violenter diremisset.
Violenter gerere Consulatum, pro Crudeliter. Plin. epist. 9.
Inuadere Violenter. Col. lib. 7. cap. 12.
Tolerare violenter, pro Aegrè & inuitò. Teren. Phor. 5. 1.
Violentius. Ouid. 1. de Arte,

Violentius facere. Vlp. in l. Quemadmodum. §. pen. D. ad leg. Aquili. Si quid tamen magistratus aduersus resistentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia.

Violentia violentiæ, {βία, ὕβρις, ὑπερφόρησις,} Plin. lib. 2. cap. 47, In Narbonensi prouincia clarissimus ventorum est Circius, nec vlli violentia inferior. Idem lib. 17. cap. 2. Sed tanta plerunque violentia, vt auferat tecta.
Vinolétorum violentia. Cic. 5. Tusc. Ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè discedit.
Vultus violentia. Ouid. 1. Metam.
Aeris violentia. Lucret. lib. 3.
Effrænata violentia. Cice. 12. Philip. Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam.
Vehemens violentia vini. Lucret. lib. 3.
Gliscit violentia. Virg. 12. Aen.
Opprimi impetu violentiæ. Cic. Antequam iret in exilium.
Prospicere violentiam inimicorum. Ci. Antequam iret in exilium.

VION Valentia, {εὐαλκτία,} Apulorum vrbs, authoræ Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Biuona, Hippo Plinio.

Vipera viperæ, pen. cor {ἔχις, ἐχίδνα,} Genus serpentis. Dictum quòd vi pereat. De quo Plinius abundè multis locis, maximè verò lib. 10. cap. 62. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis,

dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit ova vnius coloris, & mollia vt pisces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ carditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente.

Parua neca morsu spatiosum vipera taurum. Ouid. 2. de Rem.

Vipera venenata ac pestifera. Cic. de Arusp. resp. Etiámne in sinu atque in delicijs quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt.

Læsa vipera ignaro pede. Ouid. 2. de Arte.

Breuibus viperis implicata crines Canidia. Horat. Epod. 5.

Vipereus Adiect. {ἐχιδνεῖος,} vt Carnes vipereas edere. Ouid. 2. Metam.

Crinis vipereus. Virg. 6. Aen.

Felle vipereo linere spicula. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Cruore vipereo madent tela. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.

Dentes viperei. Ouid 3. Metam.

Nodis vipereis nexa brachia. Ouid. 4. Metam.

Viperinus pen. prod. Aliud adiect. {ἐχιδνῶδες,} Plin. lib. 11. cap. 53. Scythæ sagittas tinguntviperina sanie & humano sanguine. Cic. 2. de Fin. Morsus viperinus.

Cruor viperinus. Horat. Epod. 3.

Vipiones pen. pro. {μυοσίφωνες,} sunt minores grues: sicut pipiones, minores columbi. Plin. lib. 10. cap. 49 In Balearibus insulis & Bureo accipitrum generis in honore menſarum est: item vipiones, sic enim vocant minorem gruem.

Vir viri, m. g. {ἀνὴρ} Respectum sexus habet. Plin. lib. 10. cap. 63. Viros auidiores veneris hyeme, fœminas æstate Hesiodus prodidit.

Soboles virûm. Lucret. lib. 4.

Vir, respectum ætatis aliquando dicit. Plinius, Quod non modò in puero siue adolescente, sed etiam in viro admirationè dignum videretur.

Genus acre virûm. Virg. 2. Georg.

Gens effræna virûm. Virg. 3 Georg.

Inuicta vis viri. Stat. 3. Thebaid.

Ingentis spiritus vir, Vide INGENS.

Roboris magni vir. Seneca. Thebaid. 1.

Ingenij iucundi & elegantis vir. Quint. lib. 5. cap. 13.

Magnæ famæ vir. Ouid. 2. Metam.

¶ Absurdus vir, Vide ABSVRDVS.

Acres viri. Virg. 11. Æneid.

Ademptus vir, Vide ADIMO.

Adolescens vir, Vide ADOLEO.

Agrestes viri. Horat. 3. Carm. ode. 1.

Amplissimus & ornatissimus vir, Vide AMPLVS.

Audax vir. Silius lib 3.

Bellatores viri. Sil. lib. 1.

Bonus vir & prudens. Horat. de Arte.

Bonus vir & sapiens. Horat. 1. epist. 7.

Bonus vir, Vide BONVS.

Cœlestis vir, Vide CAELVM.

Censorius vir, Vide CENSEO.

Ciuilis vir. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Clari viri. Quint. lib. 1. cap. 1.

Clarorum virorum animi. Horat. 2. epist.

Clarissimus vir. Cic. Curioni, lib. 2.

Comis & bonus vir. Quin. lib. 6. cap. 2.

Consularis vir, Vide CONSVL.

Egregius sanctusque vir. Iuuen. Saty. 13.

Excellens vir. Cic. Lentulo. lib. 1. 7. Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum.

Exterus vir. Ouid. epist. 15.

Ferox vir. Sil. lib. 12.

Forti vir. Ouid. 13 Metam.

Fortis vir ad arma. Ouid. 2. Fast.

Grauis vir. Quint. lib. 1. cap. 2.

Ignoti noua forma viri. Virg. 3. Aen.

Illustris vir, Vide ILLVSTRES.

Iniustus vir. Ouid. 2. Fast.

Insignis vir pietate. Virg. 1. Aen.

Instructissimus vir, Vide INSTRVO.

Intemperans vir, Vide INTEMPERANS.

Inuictum virum vicit dolor. Ouid. 13. Metam.

Iurisperiti, an militaris viri laus maior. Quint. lib. 2. ca. 4.

Iustus vir & tenax propositi. Horat. 3. Carm. ode. 3.

Lectissimi viri atque ornatissimi, Vide LEGO legis.

Literati viri, Vide LITERA.

Magnus vir. Ouid. 3. Metam.

Maximus vir, Vide MAGNVS.

Memor, gratus, & bonus vir. Cic. Curioni, lib. 2. 5.

Mendax vir. Virg. 8. Aen.

Molles viri. Horatius Epod. 1.

Nefandus vir. Virg. 4. Aen.

Princeps vir. Ouid. ad Liuiam.

Sanctus vir. Seneca Hippol. 12.

Solers vir. Ouid. in Ibin.

Subtilis vir. Quint. lib. 3. cap. 11.

Veloces viri. Ouid. 10. Metam.

¶ Cadere in virum, Vide CADO.

Compellare virum blandè, Vide COMPELLO.

Congelare virum, Vide CONGELO.

Diuidere in viros, Vide IN præpositionem.

Per hos viros saluaris profesſio increuit, Celsus libro. 1. in Prœmio.

¶ Vir, pro Virilitate Catull. 58, Itaque vt relicta sensit sibi membra sine viro, &c. Id est, postquàm. Atys virilia sibi abscidit.

Vir Fortis, qui præsenti fortique animo est præditus. Terent

Adel. 4. 2.

Laudo Ctesipho, patrissas abi, virûte iudico. Idem Eunucho 1. 2. Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Cic. 2. Tusc. Si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse.

Vir & homo. Cic. 2. Tusc. Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferè sine causa necessaria voluit. Idem pro Flacco. Si ciuitas per viros bonos grauesque homines querelas ad vos detulisset. Et ad Quint. frat. lib. 2. 13. Sed quum veneris, virum te putabo: si Salustij Empedoclea legeris, hominem non putabo.

¶ Vir, Maritus. Terent. And. 3. 3. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.

Matura viro filia. Virg. 7 Aen.

Durus vir. Ouid. 3. Amor. eleg 4.

Periurus vir. Ouid. epist. 10.

Viduus vir. Ouid. epist. 8.

¶ O digno coniuncta viro. Virg. eclog. 8.

Dare nuprum viro, Vide NVBO.

Expertæ virum puellæ. Horat. 3 Carm. ode 14.

Meruit illa virum dote, Vide MEREO.

Nupta viro puella. Ouid. epist. 15.

Sæuo nupta viro. Horat. 3. Carm. ode 10.

Vir, de brutis etiam dicitur. Virgilius eclog. 7,

Vir gregis ipse caper.

Virago penul. prod. viraginis, pen. cor. f. g. {ἀνδρόγυνος,} Mulier fortis, quæ viro similis sit, & virilia opera faciat. Plaut. Merc. 7,

-rectè ego emero matri tuæ

Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala.

Diua virago, Diana. Seneca Hyppol. 1.

Cruda virago Gorgone, Pallas. Stat. 11. Thebaid.

Flaua virago, Pallas. Ouid. 6. Metam.

Bello metuenda virago, Pallas. Ouid. 2. Metam.

Regina bellorum virago, Pallas Statius. 4. Sylu. 5.

Viripotens penult. corr. viripotentis, fœmin. gen. {ἀνδρόπολις δυνατή,} Virgo dicitur quæ apta est connubio. Plauteus Persa. 7. Paulus in l. Si filiæfamilias. D. de leg. 3.

Virilis & hoc virile, pen. prod. {ἀνδρεῖος, ἀνδρώδης, ἀνδρώδεις, ἀνδρῶδες, ἀνδρώδης,} Quod est viri: vt Opus virile, Et virilis toga. Cic. 2. Philip. Et Col. lib. 7. cap. 11. Virilis pars.

¶ Virilis animus, id est Fortis, qualis debet viri esse. Terentius Phorm. 5. 8.

Animo virili præsentique vt sis, para. Cic. ad Atticum, lib. 14. 379. Aa enim illa res est animo virili, consilio puerili

Magis virilis, Vide MAGIS.

Parum virile. Cic. 2. de Fin. Vereturque quicquam aut facere aut loqui quod parum virile videatur.

Cura virilis Virg. 9. Aen.

Dolor virilis. Cic. ad Att. lib. 11. 229. Nec res periisset, & videremur aliquid doloris virilis habuisse.

Forma virilis. Ouid. epist 4.

Habitus orationis virilis. Quint. lib. 5. cap. 12.

Ignis tus virilis Cic. Attic. lib. 15. 329. Reliqua pars epistolæ: illa nanque in vtranque: sed tamen nonnullos interdum iacet ignis tus viriles.

Fortis ac virilis laterum inflexio. Cic. 3. de Orat.

Oculi viriles Ouid. 5. Fast.

Officium virile. Horat. de Arte.

Ratio fortis & virilis. Cic. 1. de Orat. Sententijs tamen vtendum est eorum, potissimum qui maximè fortis, & vt ita dicam virili vtuntur ratione atque sententia.

Pars virilis, Pars cuiusque viri. Cic. 5. Verr. Qui præsertim plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro voluntate Pop. Rom. oneris ac muneris suscipere debeam. Ibid. 6. Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, clarámque reddidit.

Partes viriles mandare puero. Horat. de Arte.

Pro virili parte, Pro viribus. Cic. pro Sestio, Vide PRO.

Pro virili portione. Tacitus in vita Agricolæ.

Proles virilis. Virg. 7. Æneid.

Ratio fortis & virilis. Cic. 3. Tusc.

Sexus virilis, aut stirps. Plinius libro 10. capite 55. Liuius 1. ab Vrbe.

Studia virilia. Ouid. 12. Metam.

Tela virilia. Ouid. 8. Metam.

Vestis virilis. Horat. 1. Serm. saty. 2.

Vox virilis. Cic. pro Sestio. Recita quæso P. Sesti quid decreuerint Capuæ Decuriones, vt iam virilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris.

Vultus virilis. Ouid. 3. Metam.

¶ Vocare aliquos ad virilia. Salustius in oratione Marci Tribun. pleb. ad Plebem.

Virilitas, penul. corr. virilitatis {ἀρρενότης, ἀρρενότητος} Idem quod Virilia, & pudenda. Martial. lib. 9,

Non puer auari sectus arte mangonis,

Virilitatis damna mœret ereptæ. Plin. lib. 23. cap. 1,

Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis.

Ademptæ virilitatis homo, Vide ADIMO.

Excisa virilitas. Quint. lib. 5. cap. 12.

Incestæ virilitatis, de stupratore. Tacit. lib. 5. Arguitur pleraque, C. Cæsarem quasi incestæ virilitatis, &c. dixisse. Id autem ideò de Caligula dixerat Messalinus, quòd is cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, vt scribit Tranquillus.

Virilia, virilium, pluraliter tantùm {αἰδοῖα} Verenda, pudenda. Plin. lib. 21. cap. 27. Et in totum ad virilia, cauliculis eius in vino & aceto tritis, nihil vltius putant.

Viriliter, penult. correp. Aduerbium {ἀνδρικῶς, ἀνδρείως, ἀνδρωδῶς} Fortiter & magnæ

magno animo. Cic. 2. Tusc. Itaque barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare viriliter non queunt.

Viriliter & magno animo. Cic. 1. Offic. Quod enim viriliter animóque magno fit, id dignum viro & decorum videtur.

Defendere viriliter. Quint. lib. 6. cap. 1.

Facere viriliter. Horat. 1. epist. 18.

Fortuna verenda viriliter. Ouid. 1. Fast.

Viritim, pen. prod. Aduerb. {κατ' ἀνδρα} Per singulos viros, inquit Festus. Cic. 3. Tusc. Nolim, inquit, mea bona Graeche tibi viritim diuidere licèat: sed si facias, partem petam. Cæs. 7. bel. Gal. Pecus, cuius magna erat ab Maduuiis compulsa copia, viritim distribuit.

Rumor viritim percrebuit. Curtius lib. 6.

Ferre aliquid de aliquo loco viritim diuidendo. Cic. de Clar. Oratoribus, Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legem De agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulerit.

Viritim de vno etiam dicitur. Curtius li. 7, Siquis viritim dimicare vellet, prouocanit ad pugnam. Horat. 2. epist. 1.

Viritim, Metaphoricè, pro Particulatim. Seneca Natur. quæst. lib. 3. cap. 7. De ventis in vniuersum diximus, nunc viritim incipiemus illos dicutere.

Virosus {ἀνδρώδης} Adiectiuum, à Vir, primam corripit. vt Virosæ mulieres, dicuntur virorum appetentes, vel luxuriosæ. Lucilius lib. 7,

Dixi ad principium venio, vetulam atque virosam.

Vzorem cædam potius quàm egomet me. Afranius Diuortio,

Vigilans ac soles, sicca, sana, robria, virosa non sum: & si sum,

Non desunt mihi qui vltro dent, ætas integra est, formæ satis.

Virosus, à Virus primam producit, Vide VIRVS.

Viriatus, magnarum virium. Lucil. lib. 26, Contra Hagitium nefcisbello vinci à viriato Annibale. Non ius.

VIRBIVS dicitur, Hippolytus Thesei filius, quasi bis virquia nouercali calumnia necatus, beneficio Æsculapij vel Dianæ reuocatus fertur ad vitam. Reuera, inquit Seruius, Virbius est nomen coniunctum Dianæ, vt Matri deûm Atys, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis.

VIRDOMARVS, pen. cor. Gallorum rex, de quo cæso. Claudius Marcellus opima spolia Iouí Feretrio conseeravit. Propert. lib. 4. eleg. 11, Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipso.

Virectum, & Vireo, Vide VIRIDIS.

Vireo, vireonis, penul. prod. m. g {χλωρίων} Plin. lib. 18. cap. 29. Auem Parram oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diuerso vireonem prodire ipso solstitij die. Gaza eum intelligit qui & Aristoteli & Plinio vocatur Chlorion.

Vires, vitium, &c. Vide VIS.

Virga, virgæ {ῥάβδος, ῥάβδη} Notæ significationis. Cicero pro Rabirio, perduel. reo, fortia lex virgas ab omnium ciuium Roman. corpore amouit: hic misericors flagella retulit. Ouidius 1. de Arte, de tauro quodam,

Signatus tenui media inter cornua virga.

Lentior virgis salicis. Ouid. 13. Metam.

Arbuteis virgis vexunt pheretrum. Virg. 11. Æn.

Aurea virga. Virg. 7. Æneid.

Cornea virga, Vide Corneus in CORNV.

Fraxina virga. Ouid. epist 11.

Medicata virga. Ouid 1. Metam.

Rasæ hastilia virgæ. Virg. 2. Georg.

Viscata virga fallere volucres. Ouid. 15. Metam.

Cædere virgis, Vide CADO.

Cædere aliquem virgis ad necem. Cicero 5. Verr. Quid erit extremum si damnatus eris, virgis te ad necem cæsi necesse erit.

Lacerare aliquem virgis, Vide Lacero in LACER.

Morientur in tergo virgæ, Vide MORIOR.

Multari virgis, Vide MVLTA.

Variari virgis, Vide VARIVS.

¶ Virga thuris Plin. lib. 12. cap. 14.

Virgam thuriam dixit. Virg. 2. Georg.

¶ Virga Censoria. Quint. lib. 1. cap. 5. Quo quidem ita sunt seuere vsi veteres grammatici, vt non versus modò Censoria quadam virga notare, &c. Hæc autem virga aliàs dicitur obelicus, vt annotat interpres Quintiliani

Virgæ sanguineæ. Modestin. l. ix. D. de leg. Pompeia de Parricid. Plin. Siquidem & genistæ, & populi, & vimi, & sanguinei frutices. Aut igitur è fruticibus virgæ erant, quibus cædebantur parricidæ, vt terror inesset in eruento earum colore, aut ad horrorem, vt existimo, eruentabantur. Sic de Bellona scribit Maro, Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. & fecialis hasta sanguinea & cruenta bellum indicabat. Liu. Vt fecialis hastam ferratâ, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. Turnebus.

Virgam tribuebant somno, qua feriens homines, soporem inducebat. Papinius,

-extremo me tange cacumine virgæ. Maro ramum ei tribuit, quem soporatum vi stygiæ super vtraque tempora Palinuri quassé dicit: alij etiam ei cornu tribuunt. Ex Turnebo.

Virgula, virgulæ, pen. corr. Diminut. {ῥάβδιον.} Cic. 8. Philip. Quum tempus ille differret, virgula stantem circumsecipsit: dixitque, se non antea renuntiaturum Senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circumscriptione excederet.

Virgula diuina dicitur, quoties quicquid optamus, id citra humanam operâ quasi diuinitus nobis significamus cõtingere. Propterea quòd antiquitas, quemadmodum in annalis, ita & in virgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac seu magicâ inesse virtutem. Cic. 1. Offic. Quod si omnia nobis, quæ ad victum cultúmque pertinent, quasi virgula diuina, vt aiunt, suppeditarentur. Citatur aliquoties, & apud Nonium Marcellum, Varro in virgula diuina, vt appareat hunc fuisse ritulum alicuius ex Menippeis, qui nimirum & ipsi pletique feruntur prouerbiales. Adagium natum videri potest potissimum ab illa virga Homerica, quam ille Palladi tribuit, adeò celebri,

vt de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor, librum conscripserit, eam cum suo, vt conicio, baculo conferens. Erasmus.

Virgatus, Adiectiuum, Quod virgas quasdam in longum aut latum varia serie, & colore porrectum habet, virgatum dicitur. vt Virgatæ vestes, virgata fugula, quæ discoloribus, tanquam currentibus regulis colorum & doctibus, varia cernuntur. Grammatici hac notione contenti non sunt, sed aiunt ad Gallorum etiam respectum esse linguam, quibus virga purpuram significat, vt virgata sint purpurea. Sed simplex intellectus & Latinus magis conuenit. Valerius certè Flaccus, Thracûm mulieribus virgatas vestes tribuens, purpureas non intellexit, sed barbarorum ritu discolores, & veluti virgatis segmentis contextas. Eius sunt versus.

Iam veniet durata gelu, sed me quoque puisam

Fama viro nostrósque thoros virgata tenebit. Ex Turnebo.

Calathisci virgati Virgis contexti. Catul. Argon 59.

Corpore virgato tigris, Variis coloribus distincto. Sil. lib. 5.

Tigres virgatæ. Senec. Hippol. 3.

Vestes virgatæ auro. Silius lib. 4. Hoc est, virgis seu lineis aureis distinctæ.

Vberavirgata. Seneca Herc. Oetæo 2.

Virgulatus, pen. prod. Adiect. Plin. lib. 9. cap. 33, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, &c.

Virgator, penult. prod. virgatoris. {ῥαβδίζων} Qui virgis cædit. Plautus Asin. 11,

Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octò

Astutos, audaces viros, valentes virgatores.

Virgeus. Adiectiuum {ῥαβδικός} Quod est ex virgis factum. Virgilius 1. Georgicôn,

Virgea præterea Celei, vilisque supellex.

Virgeam sepem interponere. Colum. lib. 11. cap. 3.

Area virgea. Colum. lib. 7. cap 3.

Pabula virgea, Arbuscularum frondes in pabulum caprarum decerptæ. Virg 3. Georg.

Flamma virgea. Idem. 7. Æneid. Hoc est, de virgis facta: vnde est flamma validior. Seruius.

Virgetum, virgeti, pen. prod. {ῥαβδώνυχον} Locus virgis consitus ad illigandas vites: qui mos antiquis fuerat vt hodie quoque, dum amœna salix aut genista iuxta vites seruntur. Cic. 2. de Leg. Sacerdotes vineta, virgetáque & salstem populi auguranto.

Virgindemia, virgindemiæ {βαβδίλογος} Collectio virgarum ob verbera, aut ad aliquid vinciendum. Varro in Agathone, Quid tristionem video te esse? hæc spes est argetaria, ideoque scapulæ metuunt virgindemiam. Plaut. Rud. 19,

Tergúmque obtestor tuum, vt tibi vberem vlneam esse speres virgindemiam.

Virgultum, vi gulti {ῥαβδίον.} Plin. lib. 12. cap. 19, Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Cic. pro Cælio, Ergo hæc deserta via & inculta, atque intercluſa iam frondibus & virgultis relinquatur. Et 1. de Diuin. Omnia arbusta virgulta, tecta peruertere.

Cornea virgulta. Virg. 3. Æneid.

Sonantia syluis virgulta. Virg. 6. Æneid.

Syluestria virgulta. Virg 2. Georg.

Tenera attondent simæ virgulta capellæ. Virg eclog. 10.

Noua virgulta in terram defodere. Lucret. lib 5. Ibidem.

Resonant auibus virgulta canoris. Virg 2. Georg.

VIRGI, Hispaniæ oppidum, in sinu quem Virgitanum vocant situm. Author Pomponius, lib. 2. Nunc Almeria dicitur, teste Oliuario in Melam.

VIRGILIVS {οὐιργίλιος} Mantuanus poëta celeberrimus, Marone, Maináque natus, qui primum inter Latinos poëtas obtinet locum. Sunt ex recentioribus qui Vergilium non Virgilium scribi debere autument. De hoc vide Castigationes Pierij in Virgilium. Huius vitam non minus doctè quàm copiosè scribit Petrus Crinitus lib. 3. de poëtis Latinis. Virg. 4. Georg.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat.

Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.

Virgilius amantissimus vetustatis. Quint. lib. 1. cap. 7.

Optimus Virgilius. Horat. 1. Serm. sat. 6.

Virgilianus, pen. prod. Possessiuum {οὐιργιλιακός} vt Virgiliana virtus, apud Plin. in Præfat. Quintil. lib. 1. cap. 3. Habendúmque in animo semper illud Virgilianum.

Virgo, virginis, pen. corr. om. g. {παρθένος, κόρη, παρθενικὴ} Quintil. lib. 6. ca. 4. Cicero obiurgantibus quòd ferè gregenarius Popilium virginem duxisset, Cras mulier, inquit, erit. Vlpianus in l. Alioquin. D. de contrah. empt. Quod si ego me virginem emere putarem, quum esset mulier, emptio non valebit.

Virginem, omne incorruptum & intactum dixerunt veteres. Cic. in Orato. Mollis est enim oratio philosophorum & vmbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec vincta numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil asturum, casta, verecunda, virgo incorrupta quodam modo, itaque seimo potius quàm oratio dicitur. Idem de Claris Orator. Domi teneamus eloquentiam septam liberali custodia, &c. tueamúrque vt adultam virginem castè.

Absolutio virginum. Cic. 3. in Catil. Cinnâ ante se & Syllam fuisse, eundémque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis atque imperij, qui esset decimus annus post virginum absolutionem, &c.

Adulta virgo, Vide ADOLEO.

Animosa virgo. Ouid. epist. 19.

Armata virgo, Vide ARMA.

Aspera virgo. Virg. 11. Æneid.

Bellica virgo, Pallas. Sil. lib. 7.

Cassa virgo dote, Vide CASSVS.

Corrupta virgo. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.

Non frigida virgo.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Iugatæ nondum thalamis virgines.Senece Here.fur.10.
Iuncea virgo, Vide IVNCVS.
Laudatissima virgo dote formæ.Ouid.9.Metam.
Matura virgo.Horat.3.Carm.ode 6.
Matura viro virgo, Vide MATVRVS.
Nitidæ virgines.Horat.2.Carm.ode 12.
Nobilis virgo in omne ævum.Horat.3.Carm ode.17.Quo in loco virginem pro muliere posuit. Hypermestram enim intelligit quæ Lino marito pepercit.
Pulcherrima virgo.Ouid.9.Metam.
Regia virgo.Ouid.2.Metam.
Sanctæ virgines, Vestales.Horat.1.Carm.ode 2.
Teneræ virgines.Horat.1.Carm.ode 21.
Virgo tempestiua Festo dicitur, quæ matura viro est & nubilis & formosa, velut ὡραία. Authoritate, inquit, virginis cuiusdam tempestiuæ nomine Romes.
¶Abstinere virgine, Vide ABSTINEO.
Comprimere virginem, Vide COMPRIMO.
Rapere ad vitum virginem.Catul.in Epith.Iuliæ 56.
¶Virgines carnes.Plin.lib.28.cap.4.
¶Virgo equa.Plin.lib.28 cap 9.
Virgo porca.Martial.lib.13.56,
Te fortassè magis capiet de virgine porca,
Me materna graui de sue vulua capit.
¶Virgo, vrbis Romæ aqua, Vide MARTIA.
¶Virgo, pro Muliere quæ adhuc sit in viridi ætate & vigore, post liberos etiam susceptos.Virg.eclog.6.de Pasiphaë,
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras. Virgo, inquit Seruius, à viridiore ætate. nam iam mater fuerat Phedræ, Ariadnes, Androgei.

Virginalis & hoc virginale, pen.prod. {παρθενικὸς} Quod ad virginem pertinet, vt Virginalis modestia.Cic.1.de Diuin.
Virginalis habitus atque vestitus.Cic.6.Verr.
Ploratus virginalis.Cic.2.Tusc.
Heu virginalem me ore ploratum edere. Ex poëta.
Virginali verecundia homo.Cic.pro Quintio.

Virginarius, Adiect. Idem {παρθένιος} Plaut.Persa 11,
Scelesta fides est virginaria.

Virgineus, Aliud adiectiuum. Idem {παρθένειος.} Plinius lib.28.cap.7, Si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea.
Agmen virgineum.Claud.3.Paneg.
Artus virginei.Ouid.3.Metam.
Chorus virgineus.Ouid.3.de Arte.
Facies virgineæ.Virg.9.Æneid.
Forma virginea præter.Ouid.3.Metam.
Habitus virginei.Ouid.3 Metam.
Lusus virginei.Ouid 14 Metam.
Pudor virgineus.Tibul.lib.1.eleg.4.
Rubor virgineus.Virg.1.Georg.
Timor virgineus.Ouid.10.Metam.
Vultus virginei.Ouid.5.Metam.

Virginitas, pen.corr.virginitatis {παρθενία} Castitas, castimonia.Cic.3. de Nat. deor. Minerua patrem dicitur interemisse virginitatē suam violare conantem.
Spolium virginitatis.Ouid.epist.5.
Matura toris virginitas.Statius 1.Achilleid.
Perpetua virginitas.Ouid.4.Trist.eleg.2.
Virginitas resoluta.Plin.lib.28.cap.7.
Senera virginitas.Ouid 3.Metam.
Carens virginitate.Ouid.9.Metam.
Erepta virginitas.Virg.12.Æneid.
Libata virginitas.Ouid.epist.2.
Paret virginitas.Ouid.14.Metam.
Raptæ virginitatis præmia.Ouid.8.Metam.
Resoluta virginitas. Plin.lib.28.cap.7, Aspertimámque vim profluuij eius esse primis annis virginitate resoluta.

Virginalia, Conchæ quædam Apuleio dicuntur, à mulierum virginumque natura, id est obscœna parte.Turnebus.

Viria, viriæ: vel Viriola, viriolæ: pen.cor. {χλιδῶνες} Ornamentum colli è gemmis viridibus, vt putat Bayfius. Paulus in l. Si tibi electio, De optione & electione leg. Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegissem, mihi legatæ sunt: siue duæ solæ sint relictæ, siue ab initio duæ solæ fuerint, valet legatum. Iabolenus in l. Medico, De auro & argento leg. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis.

Viriæ, armillæ sunt virorū, inquit Isidorus, quāquam muliebres etiam armillę viriæ appellati cœperūt. Septimius, Vtique sicut vestigia æstuum viria occupauit: ita & endromidis solocem aliqua multitia synthesi extruxit. Plinius, Viriolæ celticæ, viriæ celtibericæ. Contrà legitur sed mendosè prorsus in editis. Turnebus.

VIRIATVS, pen.prod. {οὐϊριάθης} Lusitanus, primùm in Hispania, è pastore venator, è venatore latro, mox iusti exercitus dux factus, vniuersam Lusitaniam occupauit. M. Ventidium Prætorem fuso eius exercitu cepit. Post Cn. Plancius Prætor nihilo fœlicius rem cum eo gessit: tantúmque terrorem hostis his intulit, vt aduersus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Denique à proditoribus consilio Cæpionis interemptus est, & ab exercitu multum imploratus, tumulatúsque nobilissimè. Author Liuius & Florus.

Viriatinus, pen.prod. Adiect. vt Viriatinum bellum. Sueton. in Galba cap.3 hoc est, quod duce Viriato, Lusitani aduersus Romanos gesserunt.

Viriculum, viriculi, pen.corr. {ἑλιξόμενος} Missilis genus, quod Græci cestron vocant: id autem virico deductum videtur, cuius sit mentio apud Gellium lib.10.cap.15, Et quod virica furculum de arbore fœlici habet. Plin. lib.35.cap.11. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est viriculo donec classes pingi cœpere.

Viridis, & hoc viride, pen.cor. {χλωρὸς, ὠμὸς, πράσινος} à Vigore dicitur. Vnde dicimus Virides plantas, quæ nondum arueruere, & in vigore suo sunt. Colum.lib.1.in Præfat. Quum istud opus non solùm scientiam, sed & viridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desyderet.
Ævum viride.Ouid.3.Trist.eleg.1.
Animi virides ausis, Apti ad audendum.Silius lib.1.
Flore viridissimo puella.Catull.ad Coloniam 17.
Iuuenta viridis.Virg.5.Æneid.
Cruda ac viridis senectus. Tacitus in vita Agricolæ. Virgilius 6. Æneid.
Viride, Quod viriditatem habet, & viridi colore tinctum est.Cic. 2.de Nat.deorum, Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos. Idem 3. Vertina, Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco angusto fieri iussit.
Aquæ virides.Ouid 4 Fast.
Cæspes viridis.Virg.3.Æn.
Color viridis. Ouidius 10. Metamorph. Viridissimus color. Vitruuius.
Gemma ingratè viridis.Plin.lib 37.cap.25.
Gemmæ acriter virides.Plin.lib.37.cap.5.
Gramen viride.Virg.2.Georg.
Herba viridis.Virg.eclog.2.
Humus viridis.Ouid.6.Fast.
Lapilli virides.Horat.1.Serm.saty 2.
Lentiscus semper viridis.Cic.1.de Diuin.

Iam verò semper viridis sempérque grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Ex poeta.

Littus.Virg.8.Æneid.
Pratum viride.Ouid.13.Metam.
Ripa viridissima gramine.Virg.3.Georg.
Inambulare in viridi & opaca ripa.Cic.1.de Legib.
Smaragdi virides.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Lux viridis smaragdi.Lucret.lib.4.
Vmbra viridis.Virg.eclog.9.

Viridè.pen.corr.Aduerb. Plin.lib.37.cap.8, Comitatur eam similitudine propior quàm authoritate Callais viridè pallens.

Viridius virere.Plin lib.37.cap.5, Herbas quoque virentes frondésque auidè spectamus. Smaragdos verò tantò libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.

Viridor, aris. Gratius cum Ouidio de piscibus, Viridari ab herbis dixit. Sic enim in Halyeuticis Ouidius,
Num vada subnatis imo viridentur ab vndis.

Viridans, pen.cor. viridantis {χλωρίζων} Species participij sine verbi obi origine, temporis præsentis. Virg.5.Æneidos,
Sic fatus, cingit viridanti corpora lauro. Plin.lib.37.ca.8, Viridantium & alia plura sunt genera.
Gramina viridantia Stat.5.Thebaid.
Lux viridans fluuij.Plin.lib.4.cap.8.
Toro viridante consederat.Virg.5.Æn.

Vireo, vires, virui {χλοάζω, θάλλω} virere, pen.prod. Viride esse. Cicero 5.Tuscul. alia semper virent Alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt.
Nemus omne viret.Virg.eclog.7.
Genua virent, Firma sunt. Horat.Epod.13.
Pectora felle virent.Ouid.2.Metam.

Virens, Particip. {χλοάζων} vt Æui flore virens.Sil.lib.1.
Malignè virens, Vide MALVS.
Agelli virentis cultor.Horat.de Arte.
Perpetuò virens buxus.Ouid.10.Metam.
Campi virentes.Horat 2.Carm.ode 5.
Hedera virens.Horat.1.Carm.ode 25.
Herbæ virentes.Ouid.4.Metam.
Stagna virentia musco.Virg.4 Georg.
Syluarum virentium domina Diana.Catull.in Car.secul.32.

Viresco, viresceis {πρασιάω, θαλλῶ} virescere, prima correpta, Viride fieri. Colum. lib.11.cap.2, Quidam quum vidissent partem aliquam vuarum virescere, crediderunt tempestiuam esse vindemiam.
Gramina iniussa virescunt.Virg.1.Georg.

Virescere, prima prod. Vide in VIS.

Viriditas, pen.cor. viriditatis. {χλωρότης, πρασιὰς} Cic.de Senect. Terra semen tepefactum vapore & complexu suo, diffundit & elicit herbe scentem ex eo viriditatem. Ibidem, Viriditas pratorum.
Amittere viriditatem. Cic. de Prouin. Consul. Ac laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatem?
Viriditatem puri maris imitari. Plin.lib.37.cap.5.
¶Viriditas, Vis & fortitudo. Cic. de Amic. Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Idem 3. Tusc. Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens.

Viridarium, viridarij {λειμὼν} Locus in quo sunt herbæ & plantæ virentes, & amœnitate refertæ. Suet. in Tib. cap.60, Militem Prætorianum, ob surreptum è viridario pauonem capite puniuit. Plinius lib. 18.cap.2.

Viridarius, Adiect. vnde Viridarij serui Vlpiano Iureconsl. dicuntur, qui hortos curant, & eorum curam habent.

Viridia, Viridiaria, & Viridaria, eodem significatu leguntur. Pomponius. D. De seruitutibus. l. Quoties, Seruitutum non ea natura est, vt aliquid faciat quis: veluti viridia tollat, aut amœnior prospectum præstet, aut in hoc vt in suo pingat: sed vt patiatur, aut non faciat aliquid. Sic habent Pandectæ Florentinæ. Haloander tamen viridiaria legit. Iabolenus. D. De seruitut. vrban. prædi. l. Ædificia, quæ

seruitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, viridia supra eam altitudinem habere possunt. Et hìc viridia habent Pandectæ, Haloander viridiaria. Vlpian. D. de vsufructu. l. Si cuius, Vel viridiaria ad alium modum conuertere. Idem. D. de instructo vel instru. leg. l. In instrumento, Si etiam viridiaria sint. Vtroque loco sic habēt Pandect. & Haloan. Paulus. D. de verbor. significi. l. Impensæ, Voluptariæ impensæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt sunt viridia, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. Sic habent Pandectæ, Haloander viridiaria. Vlp. tit. vj. eius libri qui inscribitur Tituli ex corpore Vlpiani, Voluptuosæ impensæ sunt, quibus neque omissis, deterior dos fieret: neque factis, fructuosior effecta est: quod euenit in viridiariis, & picturis, similibúsque rebus. Iabolenus in l. Dolia. D. De fundo instru. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra aggesta est, & in his viridiaria posita: ædium esse Labeo & Trebatius putant.

Viretum, siue Virectum {πρασιὰ, πρασιάς} Locus viriditate plenus: vel ipsæ herbæ virentes. Virg.6.Æneidos,
Deuenere locos lætos, & amœna virecta
Fortunatorum nemorum.
Viretum, Adiect. probat Calepinus ex lib.12. Col.cap.15.de ficu, Ea porrò neque nimium vireta, neque nimium matura legi debet. Vbi nunc sic legimus, Neque nimium vieta, neque immatura.

Viridicatus, pen.prod. Adiect. {χλωρίσκος} Cic.ad Quint.fratr.lib.3.17, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo mirificā suauitate te villam habitutum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua viridicata.

Virilis, Vide VIR.
Viriola. Vide VIRIA.
Viripotens, Viritim, Vide VIR.
VIRITIVM, authore Ptolemæo libro 2.cap.11. Germaniæ vrbs, vulgò *Griesnagen.*
Viror, virotis, penul.prod.m.g. Idem significat quòd Viriditas: sed de quo nullum exemplum reperimus.
Virosa mulier, Vide VIR.
Virosus, Vide VIRVS.

Virtus, virtutis, penult.prod. {ἀνὴρ, ἀνδρεία} à viro dicta est, teste Cic.2.Tusc. Et propiè fortitudinem significat, quòd viri maximè fortitudo sit. Virg.5.Æneidos,
Tunc pudor incendit vires & cōscia virtus. Cic.pro Leg.Ma. Non enim solùm bellandi virtus in summo atque perfecto Imperatore quærenda est: sed multæ sunt artes eximiæ, huius administræ comitésque virtutis. Terent.Eun.4.7,
Egóne imperatoris virtutem noueram, & vim militum,
Sine sanguine hoc fieri non posse.
Cinis omnium virtutum Troia, Id est, in qua præstantissimus & fortissimus quisque periit. Catul.ad Mallium 63.
Inferior virtute alicuius. Ouid.9.Metam.
Actuosa virtus, Vide Actuosa vita in AGO.
Animosa. Sil.lib.16.
Ardua. Stat.10.Theb.
Aspera. Silius lib.7.
Atrox. Silius lib.13.
Arguta virtus, Vide ARGVO.
Bellica virtus, Vide Bellicus in BELLVM.
Crudelis virtus. Stat.6.Thebaid.
Damnosa alicui virtus. Ouid.10.Metam.
Effera virtus. Valerius 2. Argon.
Expertæ virtutis homo. Tacit.lib.3. Hoc est exploratæ.
Ferox. Virg.12.Æneidos,
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto, &c.
Feruida. Catul. Argon.59.
Horrida. Stat.5. Thebaid.
Ignea. Lucan.lib 9.
Indomita. Senec. Herc.fur.1.
Maior post otia virtus. Stat 4 Sylu.4.
Spectata virtus belli domíque. Horat.2.epist.1.
Temeraria virtus nocet. Ouid.8 Metam.
Velox virtus. Silius lib.4.
Vidua bello virtus. Virg.5.Æneid.
¶Affirmare armis virtutem. Tacit.lib.20.
Conniti virtute, Vide CONNITOR.
Defendere terram patriam armis ac virtute. Lucret.lib.2.
Egressa modum virtus. Stat.10.Theb.
Fracta virtus. Horat.2.Carm.ode 7.
Frænata iuuenem virtus quieuit. Stat.10.Theb.
Mira manuum pedúmque virtute fretus. Lucret.lib.5.
Bona virtus exilio punita. Silius lib.13.
Præstans virtute. Vir.8 Æneid.
Senescit virtus euicta veneno desidiæ. Silius lib.5.
Locum virtute secundum tenere. Virg.5.Æneid.
¶Virtute tua, pro Tuo auxilio. Plaut. Trucul.16.
Sentire alicuius rei virtutes. Quint.lib.1.cap.11.
¶Arboris vel equi virtus. Cic.1.de Legib.
Formæ virtute, Formæ merito ac bonitate, ob formam egregiam. Plaut.Milit.17. Idem Mostel.4,
Virtute formæ id euenit, te vt deceat quicquid habeas.
Mercis virtus, Id quod valet merx ipsa, Mercis bonitas. Plautus Milite 10.
Verbi vel dictionis virtus. Cicero pro Plancio, Non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi) Sed, &c.
Vis & virtus dicendi. Cic.2.de Oratore, Alterum est in quo oratoris vis illa diuina, virtúsque cernitur. Ibidem 1.
Dicendi virtus, nisi ei, qui dicit ea, de quibus dicit, percepta sint, extare non potest.
Orationum virtutes. Quintil.lib.11.cap.11.
Disputatrix virtus. Quint.lib.2.cap.20.
¶Virtus, opes, facultates, vires in ciuitate. Cic.ad Atticum lib.2. epist.19, Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est. Nostra miseria tu es magnus: millies coactus est dicere eadem. Virtutem istam veniet tempus quum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit, itémque cætera. Versus sunt ex vetere tragœdia. Idem scribit Valerius Maximus lib 6.cap. 2. Sensus est, Veniet tempus, qui te tantum potuisse pœnitebit.
¶Virtus, Vis illa qua res, cuius est virtus, perfecta redditur. Cic.5. de Finibus, Atqui in sensibus est sua cuique virtus.
¶Virtus, Perferendorum malorum fortis atque inuicta patientia. Virtutes, rectè animi affectiones appellantur à Cicerone, lib 2. Tusc. Cic.ad Plancum lib.10.3, Omnia summa consequutus es virtute duce, comite fortuna. Terent.in Prolog.Phorm.
Actoris virtus nobis restituit locum. Hoc est, qui toties exclusus animam non abiecerit, sed perseuerauerit agere, inquit Donatus.
Virtus est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. Cicero 2.de Inuent.
Vera laus vni virtuti debetur. Cic.2.de Orat.
Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. Cic.2.de Orat.
Virtutes in specie fictæ simulationis inesse non possunt. Cic.1. de Nat.deor.
Virtus animi. Cic.de Claris Orat. Is virtute animi atque vita fuit bonus autor in Senatu.
Vir singulari virtute præditus. Cic.pro Domo sua.
Singularis & præstantissima virtus P. Lentuli. Cicero post reditum in Senatu.
L. Piso qui tanta virtute atque integritate fuit, vt, &c. Cicero pro Fonteio.
Pro tuis maximis, clarissimísque virtutibus. Cic. Marcel. lib.4.7. Ornatus virtutibus. Cic.1.Offic. Qui virtutibus his leuioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia, &c.
Virtutibus dignum Consulatu iudicare alterum. Cic.pro Murena, Alijs ego te virtutibus, continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus, Consulatu, & omni honore semper dignissimum iudicaui.
Macte virtute, Vide MACTO.
Inuia virtuti nulla est via. Ouid.14 Metam.
Aditus virtutis, Vide Aditus in ADEO, adis.
Præmium virtutis est gloria. Cic.pro Milone.
Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Cic. Dolabellæ lib.9.14.
Seculum virtutum sterile. Tacit.lib.17.
¶Acris animi virtus. Lucret.lib.1.
Æterna virtus, Vide AETERNVS.
Ardens virtus. Virgil.6.Æneid.
Ardua virtus. Horat.3.Carm.ode 24.
Ciuiles virtutes. Quint.lib.1.cap.11.
Clara & insignis virtus alicuius posteris, Vide INSIGNIS.
Egregia virtus. Cic.2.de Inuent. Si existant qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nónne, &c.
Egregia virtute progenies. Virg.7.Æneid.
Gloriosa & memorabilis virtus, Vide MEMOR.
Non est immunis virtus, Vide IMMVNIS.
Inexplebilis virtutis veraque laudis homo, Vide INEXPLEBILIS.
Ingens virtus. Horat.2.Serm.saty.7.
Iugatæ virtutes, Vide Iugatus in IVGVM.
Semper sola libera est virtus. Cic.1.de Orat. Potéstne virtus Crasse seruire istis authoribus, &c. quæ & semper & sola libera est, quæque etiam si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen ius suum, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat.
Manca virtus, Vide MANCVS.
Durior est conditio spectatæ virtutis, quàm incogitatæ. Brutus Ciceroni 16.
Veræ virtutis custos. Horat.1.epist.1.
Abundare virtutibus. Plin.iunior.lib.2.epist.17.
Accedere virtuti, Vide ACCEDO.
Adhibere virtutem, Vide ADHIBEO.
Adoleuit virtus, Vide ADOLEO.
Amittere virtutem. Cic.2. Tusc. Virtutem autem si vnam amiseris, etsi amitti virtus non potest, sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum.
Amplexari virtutem, Vide Amplexor in AMPLECTO.
Amplificare virtutem laudibus, Vide AMPLIFICO.
Capere virtutem, Vide CAPIO.
Certare virtute Virgiliana, Vide CERTO.
Confidere virtuti, Vide CONFIDO.
Contestata virtus, Vide CONTESTOR.
Viam virtutis deserere. Horat.3.Carm.ode 24.
Eminere virtutibus. Quint.lib 3 cap.8.
Extendere virtutem captis. Id est, gloriam. Seruius. Virgilius 6. Æneid.
Exuere virtutem. Tacit.lib.1.
Præ se virtutem ferre. Quint.lib.2.cap.13.
Fingere virtutes. Tacit.lib.5. Occultum ac subdolum fingendis virtutibus.
Habere & perdere virtutem. Cic. post reditum ad Quirites. Recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt, &c. Virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset.
Iacent virtutes, Vide IACEO.
Imminuta virtus, Vide IMMINVO.
Inchoare virtutem, Vide INCHOO.
Inuoluere se sua virtute. Horat.3.Carm.ode 29. de Fortuna,
-si celeres quatit
Pennas resigno quæ dedit, & mea

Virtute me inuoluo, probámque
Pauperiem sine dote quæro. Hoc est, mea virtute me munio, sola probitate contentus & bona conscientia.
Nulla vi labefactari potest virtus. Cic. 4. Philip. Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimouenda loco.
Laborare virtute ac studiis. Quint. in Proœm. lib 1.
Locare virtutem, Vide Loco, locas, in LOCVS.
Studium virtutis monstrare alicui. Statius 4. Sylu. 8.
Multare virtutem morte. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Obsolescit virtus, Vide Obsolesco in OBSOLEO.
Ornatus ex suis virtutibus, Vide ORNO.
Præstare virtute. Cic. pro Plancio, Is gloria maximè excellat qui virtute plurimùm præstet.
Repræsentare virtutem alicuius. Horat. 1. epist. 20.
Retinere virtutem. Tacit. lib 1.
Parem esse alicui virtute. Ouid 4 de Ponto eleg. 13.
Superare virtute dolores. Ouid. 8. Metam.
Virtus virtute superatur. Cic. 14. Philip.
¶ Virtutes pro Vitiis per ironiam aliquando ponuntur, autore Donato. Terent. Adelph. 2. 1.
Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. Plaut. Pseud 11.
¶ Virtus, Proprietas. Quintil. lib. 4. cap. 2, Sunt quidem hæ quas suprà retuli, virtutes aliarum quoque partium.
VIRVESTA {βαρβαρικὸν.} Ptolem. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubesca, Hispaniæ vibs, vulgò *Betuesca*.
VIRVS, priore prod. {ἰὸς, τὸ κεντρίδιον, τὸ δυσῶδες} Indeclinabile, n. g. Significat propriè asperitatem odoris in homine iam adulto: quippe talis odor in puero non est, nec ante coitum mulieri. Plin lib. 35. cap. 15, Virus alarum sudor ésque sedat. Idem, Signum est vernis temporibus odoris virus. Sanè (inquit Seruius in illud 1. Georg. Ille malum virus, &c.) virus hodie tres tantùm habet casus, hoc virus, hoc virus, ô virus. Antiqui hoc virus, huius viri dicebant. Lucret. lib. 2,
-terti primordia viri.
Viro, Ablatiuus. Lucret. lib. 6,
Quod flueret naturali viro, atque veniret. Virus naturale vocat incommoda quæ à natura nobis proueniunt, Vide VIRVS vis naturalis.
Virus paludis, pro Tetro odore. Colum. lib. 1. cap. 5, Nec paludem vicinam esse oportet ædificiis, quia caloribus noxium virus eructat. Plin. lib. 8. ca. 11. de Basilisco, Huic tali monstro mustellarum virus exitio est. Id est, necant eos odore. Budæus.
Amatorium virus, pro Veneno. Plin. lib. 8. cap. 22, Quin & caudæ huius animalis creditur vulgò inesse amatorij virus exiguo in vllo, cúmque quum capiatur abiici. De lupo.
Dirum virus. Lucan. lib. 1.
Edax virus. Ouid. 3. Fast.
Graue virus. Horat. 2. epist. 1.
Ingenitum corpori virus, Vide INGIGNO.
Ingratum virus, Vide INGRATVS.
Lunare virus. Lucanus lib. 6,
-tabóque medullas
Abluit, & virus largè Lunare ministrat. Interpretes intelligunt spumam Lunæ, aut menstruum muliebre.
Malum virus. Virg. 1. Georg. Seruius, Bene addidit Malum ad discretionem epitheton. Nam virus & bonum & malum est: sicut venenum, nam idem est. Venit autem à Græco: nam & illi φάρμακον medium habent, id est, bonum & malum.
Mortiferum virus. Cic. in Arato.
Nocens virus. Ouid. 2. Metam.
Pestiferum virus. Ouid. in Ibin.
Rutilum virus. Lucan. lib. 9.
Adiicere virus, Vide ADIICIO.
Aspergere virus alicui. Virg. 3. Georg.
Virus ingluuie natum extinguere. Plin. lib. 13. cap. 1.
¶ Virus, per metaphoram, asperitatem saporis significat. Plin. lib. 31. cap. 8, Aqua marina vetustate virus deponit. Id est, amaritudinem illam & falsedinem. Idem, Virus mali medici. Id est, Acor & amaritudo. Idem lib. 34. cap. 17, Æruginis virus.
Acerbitatis virus euomere apud aliquem. Cic. de Ami. Tamen is pati non possit vt non inquirat aliquem apud quem euomat virus acerbitatis suæ.
¶ Virus, Asperitas coloris. Plin. de sanguine purpuræ, Tum superadditum decoquitur virus. Idem lib. 9. cap. 36.
¶ Virus, Genitura, id est, humor qui è genitalibus fluit. Plin. lib 28. cap. 11, Virus verrinũ è scropha ex coitu exceptum, prius quàm terram attingat, contra dolores. Idem libro 9. cap. 50, Nisi editis ouis inter se versando mares & fœminæ vitale asperserint virus. De piscibus.
Lentum distillat ab inguine virus. Virg. 3. Georg.
¶ Virus, Vis naturalis. Lucret. lib. 2,
Concoctósque suo contactus perdere viro. Hoc est, virtute naturali, vt Marcellus interpretatur: vel virulentia & illiberali odore, vt Baptista Pius.
¶ Virus, Viror, seu herbæ virentes. Stat. lib. 1. Sylu. 4,
-atque omne benignè
Virus odoriferis Arabum quod doctus in aruis, &c. Sed fortè non ad viriditatem respexit poëta, sed ad odorem. Domitius sic exponit, Omne virus, omnes herbas virentes. nam virus virorem significat.
Virulentus, Adiect. {ἰώδης} Plenum veneno. Gell. lib. 16. cap. 11, Vt serpentium virulentorum domitores sint.
Virosus, pen. pr. od. {βρομώδης} Aliud adiectiuum, Mali odoris, aut venenatus. Virg. 1. Georgicõn,
At Chalybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum? Vbi Seruius, Virosa, id

est, venenata. Nam licèt sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abiiciunt egerúntque partum. Et virosa dicta ab eo quod est virus. Alij fortia accipiunt, à viribus. Alij virosa dici putant ab odoris grauitate. Cato cap. 157, Et si mulier eo lotio locos sæuebit, nunquam virosi fient.
¶ Virosus, Mali saporis. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, & virosam.
Vis, huius vis, producté, hanc vim {ἰσχύς, βία, κράτος, ἰσχὺς, δύναμις, δυναστεία} Pluraliter vis, accusatiuo vis, vocatiuo vis apud veteres: nunc ab antiquo singulari dicimus hę vires, virium, viribus, &c.
Vis in accusatiuo plurali. Salust. lib. 3. Hist. Malè iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Nonius.
Vis, Possibilitas. Virg. 1. Georgicon,
-ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. Idem 1. Æneidos.
Non ea vis animo nec tanta superbia victis. Salust. in bello Catil.
Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est. Seruius.
Vis & copia. Cic. pro Marcello, Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangíque possit.
Vis & effectus radicum. Cic. 2. de Diuinat. Et eo quidem loco & prognostica nostra pronũtiabas, & genera herbarum scammoneam, aciſtolochiámque radicem, quarum causam ignorares, vim & effectum videres,
Vis & facultas oratoris. Cic. 1. de Orat. Quúmque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, &c.
Vis & natura rei. Cic. 1. de Orat, Ac si nos id, quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Idem in Oratore. Rei potius, id est, eloquentiæ vim & naturam explicemus.
Vis ac necessitas. Cic. pro Quintio, Timidè tamen & pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti.
Vis & potestas astutiæ. Terent. Heaut. 4. 3. Cic. 3. de Nat. deorum, Improborum igitur prosperitates secundæque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem.
¶ Vis amicitiæ est in animorum consensione. Cic. de Amic.
Mista vis animi toto corpore. Lucret. lib. 3.
Boni vis. Terent. Phorm. 1. 2,
-ipsa horrida
Lacrumæ vestitus curpis: vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent. Id est, Bona indoles & probitatis signum.
Cantharidis vis. Cicero 5. Tuscul. Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum verò effecisti, si cantharidis vim confecutus es.
Conscientiæ vis. Cicero pro Milone, Magna vis est conscientiæ Iudices.
Eloquentiæ vires. Quint. in Proœm. lib. 1.
Frigoris vis. Cic. pro C. Rabirio Posthumo, Hanc vim frigorum hyememque quam nos vix huius vibis tectis sustinemus excipere.
Ingenij vis. Cic. 1. de Orat. Antonij incredibilis quædam & propè singularis, & diuina vis ingenij.
Magistratus vis. Cic. 3 de Legib.
Morborum vis. Tacit. lib. 11.
Morbi vis excita Lucret. lib. 4.
Impetus & vis orationis. Cic. in Orat. Eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit.
Ostenti vis, vt. Cic. 1. de Diuin. Quod ostentum habuit hanc vim, vt Dionysius paucis post diebus regnare cœperit.
Potestatis vis. Cic. 1. Philip. Dictaturam, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat, funditus ex Rep. sustulit.
Venent vim experiri in aliquo. Cic. pro Cælio, Habuisse aiunt domi, vímque eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.
Verborum vis, quæ Græcis energia dicitur. Cic. pro Cluentio, Ea intellecta, certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum.
Vis magna in fortuna ad res secundas vel aduersas. Cic. 2. Offic. Magnam vim esse in fortuna in vtranque partem, vel secundas ad res, vel aduersas quis ignorat?
Vis in verbis. Cic. Torquato lib. 6. 2, Quæ vis insit in his paucis verbis, si attendes, quod facis.
Vis in manibus. Cic. 1. Acad. In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, &c.
Dicendi vis. Quint. lib. 1. cap. 2.
Loquendi vis & norma. Horat. de Arte.
Percipiendi vis. Quint. lib. 1. cap. 1.
Infirmitas virium, Vide INFIRMVS.
Ad portionem virium, Vide AD præpositionem.
Audax viribus, Vide AVDAX.
Editior viribus, Fortior. Horat. 1. Serm. saty. 3.
Inferior viribus. Ouid. 14. Metam.
Inuicti viribus. Virg. 6. Æn.
Prædurus viribus. Virg. 10. Æneid.
Opibus & viribus omnibus elaborandum est, vt, &c. Cic. 3. Tusc. Est profecto animi medicina Philosophia, cuius auxilium non vt in corporis morbis petẽdum est foris, omniq́usque opibus, viribúsque vt nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.
¶ Agrestes & horridæ vites. Cic. 1. de Legib. Fannij autem ætate coniunctus Antipater paulò inflauit vehementiùs, habuítque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra.
Ardens vis fulminis. Lucret. lib. 6.
Auxiliaris vis, Vide Auxiliaris in AVXILIOR.
Blanda vis dei noctiuagi. Hoc est, Somni. Stat. 10. Theb.
Cæca vis, Occulta potentia, seu facultas. Silius lib 17.
Cælestis vis. Cic. 1. de Diuinat.

Vis

Vis cælestis & numen diuinum. Cic. pro Mil. Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim cælestem existimat numénve diuinum.
Concalefactoria vis, Vide Cõcalefactorius in CONCALEFACIO.
Coruisca vis, Vide Coruiscus in CORVSCO.
Dura vis. Virg. 4. Georg.
Exesa vis luminis. Tacit. lib. 20.
Exiguæ vires ingenij. Ouid. 2. Trist.
Eximia vis. Cic. pro Lege Manilia.
Firmæ vires. Ouid 3. Fastorum.
Furiatæ vires. Silius lib. 13.
Horrida vis lethi. Lucret. lib. 3.
Humana vis. Virg. 1. Georg.
Ignea vis cæli. Ouid 1. Metam.
Imperiosissima vis. Quint. lib. 6. cap. 3.
Incita vis ventis. Lucret. lib. 1.
Inexhaustæ vires. Silius lib. 16.
Infirmis viribus homo, Vide INFIRMVS.
Ingens vis rerum. Quint. lib. 6. cap. 1.
Inimica vis Parcarum propinquat. Virg 12. Æneid.
Inualidæ vires Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Magna vis nocendi. Ouid. 5. Metam.
Magnæ vires, Vide MAGNVS.
Maximis viribus vir. Cic. pro Cælio, Quúmque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die postquàm in Curia, in Repub. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eripe retur indignissimè bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati.
Maximæ vires, in oratione. Cic. in Oratore, Orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem oportet, vt etiam si illis maximis viribus careat, sit (vt ita dicam) integra valetudine.
Malefica, Vide MALVS.
Morbida, Vide MORBVS.
Mordax, Vide MORDEO.
Mortifera. Lucret. lib. 6.
Occulta vis. Quint. lib. 1. cap. 10.
Occultis viribus egregius fons, Id est, arcana quadam & incognita virtute ac vi præditus. Iuuen. saty. 12.
Præduræ vires. Claud. in Gigantomach.
Solida ac virilis ingenij vis. Quint. lib. 2. cap. 5.
Summa vi aliquid agere, pro Toto conatu. Terent. Adelph. 3.
Tacita vis. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Temperata vis. Horat. 3. Carm. ode 4.
Vastæ vires. Virg. 5. Æneid.
Vera vis. Quint. lib. 1. cap. 3.
Vesanæ vires. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
In mea vesanas habui dispendia vires:
Et potui pœnam fortis inire meam.
Violentæ vires. Lucret. lib 5.
Violenta vis leonum. Lucret. lib. 3.
Viuida vis animi. Lucret. lib. 1.
¶ Abolere vires. Tacit. lib. 10.
Abrogare vires beneficij, Vide ABROGO.
Abscedunt vires, Vide ABSCEDO.
Abstinere vim ab aliquo. Horat. 2. Serm. saty. 3, Sed omissa præpositione, - abstinuit vim
Vxore & gnato. De Aiace insano.
Abstulerat vires corporis ipse timor. Ouid. 6. Fast.
Ira absumit vires mora. Ouid. 3. Metam.
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures
Inquit, vt ira mora vires absumere posset.
Abuti viribus corporis, Vide ABVTOR.
Accipere vim, & vires, Vide ACCIPIO.
Acquirere vires. Virg. 4. Æneid.
Nouas vires acquirere. Lucan. lib. 2.
Adiicere vires, Vide ADIICIO.
Adimit dolor vires, Vide ADIMO.
Admouere vim, Vide ADMOVEO.
Summis adnixus viribus. Virg. 5. Æneid.
Robustis viribus adoleuit ætas. Lucret. lib. 3.
Afferre vim maximam ad dicendum. Cicero 1. de Orat. Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturam primùm atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Hoc est facultatem.
Agere pro viribus. Cic. de Senectute, Nec nunc quidem vires desydero adolescentis, non plus quàm adolescens tauri aut elephantis desyderabam.
Alere vires, Vide ALO.
Ventus amittit vires. Lucan lib. 3.
Assumpsit vires flamma. Ouid. epist. 19.
Grammatica tenuis, à fonte, assumptis poëtarum, historicorúmque viribus pleno iam satis alueo fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Augentur vires. Ouid. 9. Metam.
Augere vires eloquentiæ. Quintil. in proœm. lib. 1.
Capere vires, Vide CAPIO.
Carpere vites, Vide CARPO.
Ægra animo vis, ac fiducia cessit. Stat. 8. Thebaid.
Colligere vires, Vide COLLIGO.
Colligit vires sibi amor vsu. Ouid. 2. de Arte.
Concipere vites, Vide CONCIPIO.
Flumina concipiunt vires. Ouid. 15. Metam.
Occultas vires concipiunt terræ. Virg. 1. Georg.
Conferre vires in vnum, Vide CONFERO.
Confisus viribus. Iuuen saty. 10.
Fortuna vires ipsa consumpsit suas. Seneca Agamem. 7.
Contendere viribus inter se. Lucret. lib. 3.
Validis viribus contorsit hastam. Virg. 12 Æn.
Conuulsus vi dominationis. Tacit. lib. 3.
Decedunt vires, Vide DECEDO.
Deficiunt vires, Vide DEFICIO.
Quum me vires deficere cœpisse nt. Cic. 1. de Orat.
Defici viribus. Quintil. in Proœm lib. 4.
Infanis viribus Austri deiecta trabs. Ouid. 12. Metam.
Demittere ad vnum auditorem vim dicendi. Quintilian. libro 1. cap. 2.
Desyderare vires adolescentis. Cic. de Senect.
Diffracta vis animæ per artus. Lucret. lib. 4.
Dare vim, vel vires. Cic. ad Atticum lib. 4. 7, Tum profectò doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Eidem lib 7. 23, His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciui tes ad resistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret.
Date sententiæ vires. Quintil. lib 4 cap 1.
Dare vires alicui in rem aliquam. Ouid 1. Fast.
Domare vires alicui in rem aliquam. Ouid 1. Fast.
Domare vires alicui. Seneca Hercule Oetæo 9.
Magna vi flexa domatur vlmus. Virg. 1. Georg.
Effundere vires suas in aliquo. Ouid 12 Metam.
Effundere vires in ventum. Virg 5 Æneid.
Eneruare vires alicuius. Horat. Epod. 8.
Eniti viribus. Virg. 2 Georg.
Excellere aliquem pulchritudine & viribus. Cic. 3. Offic.
Exercere vires. Cicero 1. de Oratore, Plerique in hoc vocem modò, neque eam scienter, & vires exercent suas, & linguæ celeritatem incitant.
Experiri vires alicuius. Ouid, 2. de Arte.
Explorare vires alicuius. Stat, 8. Theb.
Firmare vires. Virg 3 Georg.
Fractæ vires Danaum. Virg. 2. Æneid.
Frangere vim alicuius. Quint. lib. 1. cap. 7.
Effœtæ frigent in corpore vires. Virg. 5. Æneid.
Fundare vires alicuius. Seneca Herc. fur. 6,
-alieno in loco
Haud stabile regnum est: vna sed nostras potest
Fundare vires, vincta regali face.
Thalamíque Megara.
Gerere res viribus. Cic. de Senect. Non enim viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed cõsilio, authoritate, sententia.
Habere vires alicuius. Cic. de Senect. Nec vos quidem T. Pontij centurionis vires habetis.
Habere vires dicitur virtus. Cic. in Para. Nescis quantas vires virtus habeat.
Habere vim dicendi. Cic 1. de Orat. Huic respondebat, non se negare Demosthenem summam prudẽtiam, summámque vim habuisse dicendi.
Habere vim, vt. Cic. pro Corn. Balbo, Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior.
Habere vim ad aliquid agendum. Cicero 1. de Orato. Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterendum habuerit, quàm ad cohortandum.
Habere vim & religionem in se. Cic. pro Murena, Quod si illa solennis comitiorum precatio Consulatibus auspiciis confecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reipubl. dignitas postulat, &c.
Habent literæ vim fœderis. Cic. M. Licinio lib. 5. 8, Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim.
Impendere vim suam in rem aliquam. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Incutere vim, Vide INCVTIO.
Instingere magnas vires alicuius. Propert. lib. 1. eleg. 13.
Infringere vim militum, Vide INFRINGO.
Instigat & alit vires quies tempestiua. Stat. 4. Sylu. 4.
Intendere vim. Tacit. lib. 4. Vim præfecturæ modicam antea, intendit. Hoc est, auget.
Intendere vim verbis, Vide INTENDO.
Laborare vitio virium. Quint. lib. 2. cap. 3.
Languescit vis. Quintil. lib 4. cap. 1.
Metiatur, ac diligenter æstimet vires suas actor. Quintilian. lib. 6. cap. 1.
Ministrare vires alicui. Virg. 11. Æn.
Minuuntur vires amoris. Ouid. 5. Metam.
Propria vi niti. Virg. 2. Georg.
Obtusis cecidêrunt viribus artus. Lucret. lib 3.
Occupare orbem viribus. Virg. 7. Æneid.
Superbas vires ostentare. Stat. 6. Theb.
Vindicibus pacatus viribus orbis, Ouid. epist. 9.
Parare vim, Vide PARO.
Indomitas vires posuere incendia. Virg. 5. Æneid.
Progredi viribus suis sine adminiculo. Quint. lib. 2. cap. 6.
Prosterni suis viribus. Quint. lib. 2. cap. 12.
Viribus ac lacertis pugnare. Cic. ad Marcellum. li. 4. 7, Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, authoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis & viribus, quibus pares non eramus.
Validis viribus æui quassatum est corpus. Lucret. lib. 3.
Recipere vires suas. Celsus lib. 4. cap. vlt. ad finem.
Recreat vires cibus. Lucret. lib. 4.
Recuperatis cibo somnóque viribus. Tacit. lib. 19.
Reparat vires alterna requies. Seneca Hippol. 4.
Resoluere vires. Lucret. Lib. 4.
Restituere vires. Celsus lib. 4. cap. 11.
Retinere omni vi. Cælius Ciceroni lib. 8. 16, Hoc à te præsens

contendissem,atque omni vi te retinuissem.
Reuocare vires victu.Virg.1.Æneid.
Seruare vim suam.Quintil.lib.1.cap.3.
Solidæ vires suo stant robore. Virg.2.Æneid.
Subducere vires alicui.Ouid.13.Metam.
Suggerere vim occultam.Quintil.lib.1.cap.10.
Bonis viribus esse, Vide BONVS.
Sumunt vires incendia.Horat.1 epist.19.
Superare viribus aprum.Horat.1.epist.19.
Sufcitare vim ira. Virg.5.Æneid.
Sustinere omnibus viribus.Cic.ad C.Antonium lib.5.5, Quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustineo,
Temperare vires suas.Quint.lib.1.cap.2.Ouid.epist.1.
Torpent infractæ ad præmia vires. Virg.9.Æneid.
Torquere lacertis & viribus. Cic.1.de Orat. A quo quum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribúsque torquebit.
Tueri vires. Celsus lib.3.cap.19, Vltimum auxilium est,in aluum, prisanæ, vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus iniicere:siquidem id quoque vires tuetur.
Valere viribus.Virg.5.Æneid.
Vigere vires.Lucret.lib.5.
Vti viribus per cliuos.Horat.1.epist.13.
Armorum viribus vsus.Ouid 13.Metam.
Vti orandi viribus. Quintil lib.2.cap.16.
¶Odora canum vis. Virg.4.Æneid.
¶V.s, Violentia.Virg.2.Æneidos,
Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant. Terentius Phorm.1.4,
Vi coactum te esse inuitum,lege,iudicio.
Expers consilij vis.Horat.3.Carm.ode 4.
Vis & violentia Cic. Antequàm iret in exilium, Quum inimicorum nostrorum vim atque violentiam perspiciat.
Armatorum vis.Cic.pro Cecinna.
Ingens vis pelagi.Lucan.lib.3.
Vis duplex fuit,publica & priuata: publica definitur, ea quæ armis,priuata,quæ sine armis infertur.priuatis enim hominibus armorum vsu tum in vrbe, tum in agro lege Iulia interdictum, nisi si haberet ea venationis,ttineris,nauigationisve causa,legimus in Martiano, tit.ad l. Iuliam de vi publica. Idque renouatum à Iustiniano, scribit ipse in libro Nouellarum constitu. ἐφ' ὅπλων. Sed hoc ante legem Iuliam, & ante Magni Pompeij edictum, de quo legimus in Plinij naturalis historiæ lib 36, qui retunt in tumultu necis Clodianæ vllum in vrbe relum esse, primis temporibus inusitatum, observatúmque non dubito. ideò enim, Seruio regnante, populum Romanum ad centuriata comitia in campũ extra vrbem conuenisse,quia in vrbe vsus armorum interdiceretur:serpit deinde licentia, quam nouis legibus & edictis reprimi necesse est. Publica vis vel contra rempublicam & magistratus,vel contra priuatos fiebat.contra rempub & magistratus capitalis erat semper: contra priuatos, non item,sed tantummodo cum erepta vita esset,de publica prætor cognoscebat:de priuata iudices dabat,nec tamen semper de publica cognouit.nam existunt controuersiæ quædam de vi,quæ consistunt in iure ciuili,vt ea pro Cæcinnatin qua non prætor,sed recuperatores,qui erant iudices à prætore data, iudicarunt. ergo de publica vi modo prætor,cui ea quæstio obtigisset, (is autem nec vrbanus, nec peregrinus erat, sed vnus de reliquis sex) modo iudices à prætore dati cognoscebant.dabat autem eos vel vrbanus prætor.si causa esset in iure ciuili,& ageretur inter ciues,vt ea pro Cæcinna:vel peregrinus,si ageretur inter peregrinos:vel vnus de reliquis sex,si cognitio non à iure ciuili penderet.de priuata verò nunquam prætor,sed per iudices à prætore dati cognoscebant. prætore autem vel peregrino,si res esset inter peregrinos:vel vrbano,si ciuis ciuem in iudicii vocaret,& in iure ciuili posita causa esset, vel vno de reliquis, si de iure ciuili nulla esset cõsideratio. Leges de vi fuere Plotia, Tribunicia,consulares autem Lutatia,Pompeia,Iulia,Antonia. Plotia,de vi publica priuatis ciuibus illata, Catilinam ab L.Paulo,M.Lepidi, qui III vir postea fuit,fratre,accusatum,in Sallustio legimus:Clodium à Milone in oratione pro Milone, M.Tutium à C.Sempronio Rufo,in epistola M.Cœlij, quæ omnes causſæ, non dubito,quin capitales fuerint,cùm Catilinam & Clodium minimè leuibus flagitiis affines fuisse constet:causam autem,qua in iudicium Tutius est vocatus,extraordinariam Cœlius appellet.hãc legem tulit, opinor M. Plautius Siluanus tribunus pl.Cn.Pompeio Strabone L.Portio Catone COSS.is qui legem iudiciariam tulit.Lutatiam de vi reip.illata Q.Lutatius Catulus cõsul.M Æmilij Lepidi collega,in tumultu reipub.tulit: quæ festis etiam diebus iudicium de vi iubebat exerceri, vt ex prœmio patet orationis pro M. Cœlio.eáque damnati sunt, qui de Catilinæ sociis in vrbe remãserent. vnde illud in oratione pro Sylla:Seueritatem iudiciorum, quæ per hos menses in homines audacissimos facta est,lenitate ac misericordia mitigate.quod exponitur in ea pro Cælio his verbis,De vi quæritis,quæ lex ad imperium, ad maiestatem,ad statum patriæ,ad salutẽ omnium pertinet, quam legem Qu.Catullus,armata dissensione ciuium, reip.extremis penè temporibus tulit:quæque lex,sedata illa flamma conflatus mei,fumantes reliquias coniurationis extinxit. Pompeiam tulit Cn.Pompeius Magnus III consul,post occisum P.Clodium.hæc & pœnam grauiorem, quàm reliquæ de vi superiores leges, & formam iudiciorum breuiorem continebat.iubebat enim, vt prius, quàm causa ageretur, citati testes per triduum audirentur: dicta eorum iudices cõsignarent:quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, & coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicum inscripta essent,æquarẽtur: rursus postera die à quæstore sortitio iudicũ fieret vnius & LXXX: qui numerus cùm sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendum duas accusator horas, tres reus

haberet,reúsque eodem die illo iudicaretur:prius autem quàm sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiceret,ita ve nunierus iudicum relinqueretur,qui sententias ferrent. L.Iulium tulit C. Cæsar post victum Pompeium,vt damnatis de vi aqua & igni interdiceretur. sic enim oratione in Antonium scriptum inuenimus, aqua verò & igni interdicere, nihil aliud est, quàm exilium non nominatim,sed re ipsa inferre.damnato enim necessitas imponitur exilij, ope ea denegata,atque interdicta,sine qua viui non potest:quod etiam Pompeia, & ante Pompeiam Plautia,& aliæ quoque superiores leges.vt puto,sanxerant itáque non dubito, quin Cæsar nouis lege nouam sententiam,ad vim remouendam, artulerit.Hac lege tenebãtur,vt Martianus ait,qui turbæ seditionisve faciendæ consilium iniissent,ferúósve aut liberos homines in armis habuissent,omnésque puberes cum telo in publico deprehensi. subiungit idem: de vi priuata damnatos, neque senatores, neque decuriones,neque iudices esse,neque honorem vllum capere,Iulia lege,potuisse.Cæsare mortuo tulit M. Antonius, vt damnatis de vi ad populum prouocatio esset. quod ad conciliandos sibi multitudinis animos,qui tyrannidem spectaret,excogitauit. Ex libro Pauli Mantuij de legibus Romanis.
Vis maior. Plin.lib.18.cap.28, De sterilitatum causſis, Ante omnia autem duo genera esse cæleſtis iniuriæ memminisse debemus: Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque similia intelligimus:quæ quum acciderunt,vis maior appellatur,&c. Ex his verbis apparet vim maiorem esse quàm Vlpianus D. Locati & conducti,l.Ex conductore:tempestatem calamitosam appellat.Colum lib.1 cap.7. Nam vbi sedulò colitur ager,plerunque compendium: nunquam,nisi si cæli maior vis, aut prædonis incessit,detrimentum affert.Caius.D.Locati & conducti. l. Si merces.§.6,Vis maior quam Græci αὐ βίαν appellant,non debet conductori damno esse,si plus quàm tolerabile est,læsi fuerint fructus.Cic.pro Plancio, Sin autem vitam mihi fors ademisser, aut vis aliqua maior redirum peremisset.Budæus.
Vis diuina,Idem Vlpianus,De damno infecto,l.Fluminum.§.Vitium autem. Seruius quoque putat, si ex ædibus promissoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri si ædificij vitio id acciderit, non si violentia ventorum vel qua alia ratione quæ vim habeat diuinam.Budæus.
Abducere vi aliquem, Vide ABDVCO.
Adacta vis mortis, Vide ADIGO.
Adhibere vim.Cic.1.in Catilinam, Vide ADHIBEO.
Adhibere vim pactioni.Cic.5.Verr.Cohibito tollendi,nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni non voluntatem.
Afferre vim mulieri.Cicero 3.Ver.Quàm multis istum ingenuis, quàm multis matribusfamiliãs in illa terra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Vide AFFERO.
Afferre vim sibi. Tacit.lib.16.
Agere vi, Vide AGO.
Auellere vi, Vide AVELLO.
Auferre per vim, Vide AVFERO.
Cogere vi & minis, Vide COGO.
Decutere vi, Vide DECVTIO.
Defendere vim, Vide DEFENDO.
Defendere vim vi.Cic.pro Milone, Certè il'ud est non modò iustum,verùm etiam necessarium, quum vi vis illata defenditur.
Denuntiare vim alicui. Cic.pro Murena,Sulpitium accusatorem suum numerabat,non competitorem,ei vim denuntiabat, Reipubl. minabatur.
Deponunt vim suam æquora.Ouid.2.Trist.
Per vim datus.Cic.Attico lib.7.128, Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed a teipso per vim & per factionem datos.
Facere vim. Cicero Attic.lib.4.71,Si quæ vis facta esset,Senatum existimaturum eius opera factum esse, qui S. C. intercessisset, Vide FACIO.
Facere imperium vi.Id est,Metu ac malo.Terent.Adeph.1.1, Qui imperium credat grauius esse,aut stabilius
Vi quod fit,quàm illud quod amicitia adiungitur. Hic opposuis
Vi facere imperium,& Amicitia adiungere.
Ferre vim. Afferre.Ouid.4.Metam.
-regémque reposcunt,
Vímque ferunt.fæuísque parant incessere telis.
Ferre vim alicui. Virg.10.Æneid.
Fracta vis & debilitata. Cic.Lentulo lib.1.9,Quanquam ille perénis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus,in re potissimùm fractam illam & debilitatam vim suam contulit,nostram vicem vltus est ipse sese.
Imponere alicui vim, Vide IMPONO.
Inferre alicui vim.Quintil.lib 3 cap.11.
Inferre vim & manus alicui, Vide INFERO.
Paratus ad vim.Ouid.11.Metam.
Perferre aliquid vi eadem.Quint.lib.4 cap.1.
Auro vi potitur. Virg.3.Æneid.
Actior vis rapit me.Horat.Epod.7.
Vim vi repellere. Cic.pro Sestio, Non verebar,nequis aut vim vi repulsam reprehenderet, Vide REPELLO.
Per vim stuprare, Vide STVPRO.
Vim suscipere contra Rempublicam. Cicero pro Milone, Nulla vis vnquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra Rempublicam.
Victus vi. Virg.12.Æneid.
¶ Vis {κακόσις} Multitudo & copia.Cic.pro Lege Manilia,Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimárúmque rerum omnium.Sic in Parad.Vis frumenti.Cæs 3 bel.Ciuil. Vis feminum magna.Cic.2.de Nat.deor. Vis mellis maxima.Cic.4. Verr.Vis militum. Cic.ad Atticum lib. 7.142, Idem ad Terentiam lib.14.1,

lib.14.1,Vis lacrymarum.Idem 4.Acad.Tantam vim natticum,vipezarúmque fecerit.
Magna vis auri & argenti.Cic.5.Tusc.
Equorum vis.Cic.2 de Diuin.
Lacrymarum infinita vis.Cic.Qu fra.lib.1.3.
Maxima vis ranunculorum.Cic. Trebatio lib.7.18.
Continet mens vim maximam optimarum rerum.Cic.1.de Legi. Quid si homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat.
Vis negotij,Maxima & multa negotia.Plaut.Pœnulo 4.
Virefco,virefcis,virefcere,prima producta,Vires capere vel recuperare.Fulius Antias apud Gellium lib.18,cap.11,Increscunt animi:virescit animi virtus.
Viscus,visci,m.g.& Viscum visci {ἶξος} Glutinum quod ad aucupium pertinet. Plin.lib.16.cap.44,Viscum consit ex acinis qui colliguntur messium tempore immaturi. Nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur,visco verò marcescunt. Siccantur deinde,& aridi tunduntur, ac cocti in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Vnúmque hoc rerum putrescendo gratiam inuenit.Inde in profluente rursus malleo tusi,amissis corticibus,interioe lentescunt Hoc est viscum pennis auium tactu ligã lissimglandis oleo subactum, quum libeat insidias molliri. Plaut Bacch.1,
Viscus merus vestra est blanditia. Varro 3 de Re rust.cap.7,Quod intercipere soleant accipitres,qui ita accipiuntur, quum se obleue rint visco.Cic.2.de Nat.deorum,In visco inhærescere.
Sequaci visco correpta auis.Valer.6.Argon.
Viscum,Frutex qui ex turdorum potissimum fæce super arborum quarundam ramis delapsa,& à Sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur,viret autem per totam hyemem.Virg.6.Æneidos,
Quale solet syluis brumali frigore viscum,&c. Vide Plinium lib. 16.cap.44.
Viscum,inquit Nonius,positum aliquando pro rete,à tenacitate. Varro Parmenone, Lepusculi timentes hoc quadrangulum, deduntse in rete, sic fugere viscum nequiuerunt, lineámque compedem. Testatur & Virg.1.Georg.
Tum laqueis captare feras,& fallere visco
Inuentum:& magnos canibus circundare saltus.
Viscatus,pen.prod.Adiect. Visco oblitus.Varro 3 de Re rust.ca.7,Quos columbarij interficere solent duabus virgis viscatis defixis in terram,inter se curuatis.
Alæ viscatæ.Ouid 1.de Arte.
Virga viscara fallere volucres.Ouid.15.Metam.
Viscata munera,& Hamata,pro eodẽ: hoc est,Quibus maiora attrahuntur quàm quæ dantur,Vide Hamata munera in HAMVS.
Viscus,visceris,pen.corr.n.g.{σπλάγχνα} Non tantùm intestina significat,sed quicquid sub corio est, id est, carnem quæ est inter ossa & cutem,inquit Seruius.Virg.6.Æneidos,
Et solida imponit taurorum viscera flammis. Et lib.3,
Visceribus taurorum,& sanguine vescitur atro. Sueto. in Vitellio cap.13. Quin inter altaria ibidem statim viscus,& farra penè rapta è foco mauderet.
Soliditas viscerum.Cic 2.de Nat.deor.Quin & humorem & calorem qui est fusus in corpore, & terrenam ipsam viscerum soliditatem,&c,
Terra viscera Lucret.lib.6,
Ditipiunt auidæ viscera nostra feræ. Ouid.epist.11, Viscera vocat filium suum puella Canace.Sic idem 2.Amor.eleg.14,
Vestra quid effoditis subiectis viscera telis? In illas quæ abortiuos faciunt.
Venæ viscerum imbutæ viperino morsu.Cic.2.de Fin.
Permanat in venas,& inhæret in visceribus id malum. Cicero 4. Tuscul.
Liquefacta viscera,Putrida. Virg.4.Georgic. Sic enim Ouidius 15.Metamorphoseos,
-de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes.
Nudare viscera.Virg 1.Æneidos,
Tergora deripiunt costis,& viscera nudant.
Viscera patefacta per vulnus.Celsin Præf.lib.1.
Salientia viscera.Ouid 6.Metam.
-salientia viscera posses,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Soluere viscera cultro.Senec.Hippol.1.
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.Virg.4.Georg.
Spumantibus visceribus ardens,pro Valde irato & commoto dixit.Iuuen.saty 13,
-exiguámque malorum
Particulam vix ferre potes,spumantibus ardens
Visceribus,sacrum tibi quod non reddat amicus Depositum.
Sumere aliquid ex viscetibus alicuius.Cic.2.de Orat.
Torrere viscera.Virg 5 Æneidos,
-fusíque per herbam
Subiiciunt veribus prunas,& viscera torrent.
Traiecit viscera ferro.Ouid.1.Amor.eleg.10.
Periculum inclusum in venis,atque in visceribus alicuius.Cicero 1.in Catil.
¶Viscera montis auulsa.Virg 3.Æneid.Seruius.Viscera,partes.Sic autem dixit viscera quemadmodum terræ ossa dicuntur.
Terræ viscera.Ouid.1.Metam.
-sed irum est in viscera terræ,
Quásque recondiderat,Stygiisque admouerat vmbris,
Effodiuntut opes.
Visceratio,visceratiouis {σπλαγχνισμός} Crudæ carnis distributio,quæ fieri solebat vel in solemnitate quadam, vel in funere alicuius excellentis personæ.Gellius,Tum in Albano visceratio Latinis data.Liu. 8.ab Vrbe,Et populo visceratio data à M.Flauio matris.Plin.de Vi-

ris illustr. Mortui huic tantum æris populi liberalitate cõgestum,vt inde sibus visceratione & epulas publicè daret.Cic.2.Offic.Prodigi, qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res, Vide Latinæ feriæ,IVLIVM.
Visceratim,pen.prod.Adueib. {κρεοπλαγχνικά} Significat per viscera.Ennius Andromeda,
Dissipat visceratim membra.
Visibilis,Visito,Viso,Vide VIDEO.
VISONTIVM, {ἰουσώντιον} Hispaniæ vrbs. Ptolemæo lib.2.cap.6, Vulgò Vfeo.
VISVLA, Sarmatiæ in Europa fluuius Pomponio lib 3. Vistula item dicitur,Iustilla,Iustula,& Istula,vt notat Vadianus.
Vistulæ,vites,de quibus Colum.lib.3.cap.2.
Vistum,visi,Vide VIDEO.
Visus.Vide VIDEO.
Vita vitæ {ζωὴ,βίος,βίοτος,διαγωγή} Notę significationis. Lucretius libro 3,
Vitáque mancipio nulli datur,omnibus vsu.
Absurdum atque alienum à vita,Vide ABSVRDVS.
Blandimenta vitæ.Tacit.lib.18.
Vitæ causa,pro facultatibus,aut copiis quibus vitam nostram sustentamus. Quintil. Audete, inquit, lacessere diuitem, quibus vitæ causa superest.Sic & viuendi causam vsurpasse Iuuenalis videtur,
-Furor est post omnia perdere naulum,
Et propter viram viuendi perdere causam. Id est, res quibus vita toleratur. Ex Turnebo.
Color vitæ,Vide COLOR.
Vitæ cupiditas.Cic 2.Philip.
Exiguum curriculum vitæ.Cicero pro Rab.perduel.reo,Etenim Qui tices exiguũ nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ.
Debito vitæ liberari.Curtius lib.10.
Delinimenta vitæ.Tacit.lib.15.
Dux vitæ dia voluptas.Lucret.lib.2.
Exemplar vitæ morumque.Horat.de Arte.
Exspes vitæ.Tacit.lib.5.
Integer vitæ scelerisque purus.Horat.1.Carm.ode 22.
Integritas vitæ anteactæ.Quintil.lib.7.cap.3.
Labes vitæ.Ouid.epist 9.
Plenus vitæ Lucret.lib.3.
Perpetuitas vitæ,Vide paulo pòst CONSTITVERE vitam.
Securus vitæ.Stat.3.Thebaid.
Series atra tuæ vitæ.Ouid.in Ibin.
Solatia dulcia vitæ.Lucret.lib.5.
Sparium vitæ.Quintil.lib.1.cap.8,Spirans ac vitæ manifestus.Tacitus lib.12.
Spes vitæ.Tacit.lib.12.
Summa breuis vitæ Horat.1.Carm.ode 4.
Tædia vitæ Ouid.10 Metam.
¶Acerba vita,Vide ACERBVS.
Actuosa,Vide AGO.
Amara.Cic.1.de Finib.
Arida,Vide ARIDVS.
Attenta,Vide ATTENDO.
Basilica,Vide BASILICVS.
Beata,Vide BEATVS.
Breuis est vita,cursus gloriæ sempiternus.Cic.pro Sestio.
Cæcæ vitæ lubrica Stat.2.Sylu.2.
Cælebs,Vide CAELEBS.
Chara.Ouid.10.Metam.
Constans & probata.Cic.in Topicis, Quos doctrina preditos vident, quorúmque vitam constantem & probatam vt Catonis, Lælij,Scipionis.
Crudelis.Virg 8 Æneid.
Deformis vita,Inhonesta.Stat.10.Theb.
Desidis otia vitæ.Stat.3.Sylu.5.
Dubia.Colum.lib.1.cap.3.
Dulcis stabilisque.Lucret.lib.3.
Enervis vita.Val.Max.lib.6.cap.4.de Scipione Æmiliano,Quum haberet consortem censuræ Mumium, vt nobilem,ita enervis vitæ.
Fœdissima ac miserrima.Cic.pro Sylla.
Fortunata.Horat.1 epist.11.3.
Grauis,cui iucunda opponitur.Horat.Epod 1.
Honesta.Cic.pro Rosc.Amerino, Vita rustica honestissima atque suauissima.
Illustris.Quintil.lib 3.cap.8.
Inculta & horrida,Vide INCOLO.
Infesta alicui,Vide INFESTVS.
Iniuriosa,Vide INIVRIA.
Innoxia,Vide INNOXIVS.
Inuisa,Vide INVISVS.
Iucunda.Horat.Epod.1.
Licentior,Vide LICET.
Longa. Cic.2.de Orat. Docuit enim iam nos longa vita, vsúsque e rerum maximarum,&c.
Longa vita dignissimus.Ouid.4.Metam.
Gnare mihi longa iucundior vnice vita.Catul.Argon.59.
Longinqua,Vide LONGVS.
Malefica.Tacit.lib 4.
Maritima,Vide MARE.
Mea vita,Blandientis vox.Cic.Terentiæ lib.14.2,Obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet,siue alios qui possunt, si modò volunt,sustinere.
Menstrua,Vide MENSIS.
Miseræ vitæ breuissima portio.Iuuen.saty.9.

Mœsta. Virg. 10. Æneid.
Morralis. Virg. 4. Georg.
Nitidior, Vide NITEO.
Pigræ vitæ obliuio. Stat. 1. Sylu. 4.
Precaria vita. Tacit. lib. 20.
Rapida, Citò præteriens. Perf. saty. 5.
Rudis Stat. 2. Achill.
Rustica Quintil. lib. 2. cap. 4.
Sanctissimè & honestissimè acta vita. Cic 9. Philip.
Seuera. Ouid. 2 Amor. eleg. 20.
Similis feris. Ouid. 2. Fast.
Solitaria. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Solicitæ iucunda obliuia vitæ. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Trita ac vulgari vita viuere. Senec epist. 123.
Turpis vita. Cic. pro Quintio, Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.
Turpis & nocens vita, Vide NOCEO.
Vitalis vita, Antiqua locutio: hoc est, Vitam viuens, vel vita superstes. Cic. de Amicitia, Principio cui potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat?
Vitiosa & flagitiosa. Cic. 2. de Finib. At miser, si in vitiosa & flagitiosa vita afflueret voluptatibus.
Vmbratilis vita Quintil. lib. 1. cap. 2.
Vmbratilis & delicata. Cic. 2. Tusc Sic ad malam domesticam disciplinam vitámque vmbratilem & delicatam quum accesserunt etiam poëtæ, nemos omnis virtutis elidunt.
Vrbana vita Quintil. lib. 2. cap. 4.
Vrbana vita clemens, Vide CLEMENS.
Vulgari vita viuere. Senec. epist. 123.
¶ Abire è vita, Vide ABEO.
Abiecere vitam. Cic. Nusquam facilius hanc miserrimam vitam, vel sustentabo, vel quod multò est melius, abiecero cum paucis.
Abrumpere vitam. Virg. 8. Æneid.
Accipere vitam, Vide ACCIPIO.
Addicere vitam, Vide ADDICO.
Addicta præmiis vita alicuius, Vide ADDICO.
Adducere ad vitam communem, Vide ADDVCO.
Adimere vitam. Cic. pro Plancio, Sin autem vitam fors mihi ademisset, Vide ADIMO.
Afferre vitam, Vide AFFERO.
Agere, vel agitare vitam, Vide AGO.
Agere vitam sub dio, & trepidis in rebus. Horat. 3. Carm. ode. 2.
Agere vitam pueriliter. Catul. de Lesbia 71.
Amittere vitam. Autor ad Heren. lib. 4. Vide AMITTO.
Per summum dedecus vitam amittere. Cic. pro Rosc. Amer.
Amittere vitam in vndis. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Affigunare vitam hominum rebus. Quint. lib. 5. cap. 13.
Lumina vitæ attingere, Nasci. Virg. 6. Æneid.
Auferre vitam, Vide AVFERO.
Reliquias vitæ aufert ex membris. Lucret. lib. 6.
Carere sensu & vita. Cic pro Rabirio perduel. reo, Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu & vita caret?
Cedere vita, & è vita, Vide CEDO.
Cernitur vita beata honestate, Vide CERNO.
Collocare se in vita meretricia, Vide COLLOCO.
Colere vitam, Vide COLO.
Committere vitam ventis, dicuntur nauigantes. Virg. 10. Æneid.
Commorari in tam turpi vita. Cic. Qu. fra. lib. 1. 3.
Commutare vitam cum morte, Vide COMMVTO.
Comprobare vita & moribus, Vide COMPROBO.
Concedere vitam, Vide CONCEDO.
Concessit vita per auras ad Manes. Virg. 10. Æneid.
Conferta vita voluptatum varietate, Vide CONFERCIO.
Conficere vitæ extremum diem morte, Vide CONFICIO.
Vitam constituere. Cic. 1. Offic. In tota vita constituenda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis.
Conterere vitam in quærendo, Vide CONTERO.
Continetur vita corpore & spiritu. Cic. pro Marcello.
Decedere de vita, Vide DECEDO.
Spatium vitæ decurrere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
Lumen vitæ decurs. . Lucret. lib. 2.
Ipse Epicurus obiit decurso lumine vitæ.
Vitam aliquem deficere, Vide DEFICIO.
Defuncta corpora vita, Mortua. Virg. 4. Georg.
Degere vitam expertem thalami. Virg. 4. Æneid.
Demigrare ex vita, Vide DEMIGRO.
Depactus vitæ terminus. Lucret. lib. 2.
Desciscere à vita, Vide DESCISCO.
Deserere vitam. Cic. de Senect. Vide DESERO.
Deseruit vita miserum. Ouid. epist. 18.
Dimittere vitam, Mori. Silius. lib. 17,
At mihi Cannarum campis vbi Paulus, & illæ
Egregiæ occubuere animæ, dimittere vitam non licitum.
Dirigere vitam ad normam, Vide NORMA.
Discedere è vita. Cic. Curioni lib. 2. 2, Qui cùm suis laudibus, tum verò te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, vt te antè videret, quàm è vita discederet, Vide DISCEDO.
Dispergere vitam in auras. Virg. 6. Æn.
Dare vitam. Cic. Antè quàm iret in exilium, Neque enim peto vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis.
Æternam vitam dare. Virg. 12. Æneid.
Dare vitam alicui, Concedere vitam, non occidere. Virgilius 2. Æneid.
Ducere vitam, Viuere. Virg. 2. Æneidos,

Me si cælicolæ voluissent ducere vitam,
Hanc mihi seruassent sedem.
Ducere vitam longius. Ouid. 11. Metam.
Ducere vitam per omnia extrema. Virg. 3. Æneid.
Duleem vitam ducere. Lucret. lib. 2.
Ingrata misero ducenda est vita. Horat. Epod. 17.
Edere vitam, Mori, expirare. Lucret. lib. 6.
Exulit vitam ictus sagittis, Mortuus est. Senec. Herc. Oet. 13.
Effluit vita cum sanguine, Vide EFFLVO.
Effundere vitam alicui. Ouid epist. 7.
Emigrare è vita, Vide EMIGRO.
Eripere vitam homini. Senec. Theb. 1.
Eripere vitam alicui per crimina. Ouid. 2. Fast.
Esse in vita. Cic. ad Q. frat.
Excedere vita, Vide EXCEDO.
Excolere vitam per artes. Virg. 6. Æn.
Exire è vita, vel de vita, Vide EXEO.
Exhalare vitam sub æcerbo vulnere. Ouid. 5. Metam.
Exigere vitam, pro Traducere. Terent. Heaut. 2. 3.
Expellere aliquem è vita, Id est, occidere. Cic. pro Murena, Tamẽ non antè quàm illum vita expulit, bellum confectum iudicarit.
Expetere vitam. Cic. 1. de Legib. Vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus continet.
Fructibus vitæ nunquam explemur. Lucret. lib. 3.
Extorquere vitam membris. Lucret. lib. 6.
Facere finem vitæ. Lucret. lib. 3.
Incommoda vitæ ferre. Iuuen. saty. 13.
Fessus vita. Plin. lib 5. cap. 17.
Finire vitam. Tacit. lib. 1. Vitam finiuisset.
Finire vitam ense. Ouid. 3 Trist. eleg. 17.
Frui vita. Cic. 4. in Catil. Vide FRVOR.
Fudit vitam cum multo sanguine. Virg. 2. Æn.
Sensus gubernant vitam, Lucret. lib. 3.
Gubernare vitam vera ratione. Lucret. lib. 5.
Habere vitam ab aliquo. Cic. 2. Phil. Sed fac te dedisse mihi quod non ademisti: méque ãte habere vitam, quia à te non sit erepta.
Iacebat vita in tenebris ac mœrore. Lucret. lib. 5.
Impendere vitam famæ. Stat. 5. Sylu. 1.
Impendere vitam patriæ. Lucan. lib. 2.
Implere finem vitæ. Tacit. lib. 2.
Incolere vitam, Vide INCOLO.
Limen vitæ inire. Lucret. lib 3.
Ingredi in vitam, Vide INGREDIOR.
Instituere vitam sapienter, Vide INSTITVO.
Interficere aliquem vita, Vide INTERFICIO.
Interminari alicui vitam, Vide INTERMINOR.
Introire in vitam, Vide INTROEO.
Iterare vitam à morte, Vide ITER.
Labefactare vitas hominum, Vide LABES.
Lacerare reliquias vitæ alicuius, atque distrahere, Vide LACER.
Largiri vitam, Vide LARGIOR.
Linquere vitam, Vide LINQVO.
Lugere vitam hominum, Vide LVGEO.
Mandare vitam fugæ solitudinique, Vide MANDO,
Manere in vita, Vide MANEO.
Manet vita. Virg. 5. Æneidos,
Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Chare magis.
Mentiri sibi vitam, Vide MENTIOR.
Metuo de vita, Vide METVO.
Migrare de vita vel ex vita, Vide MIGRO.
Via vitæ monstrata est per carmina. Horat. de Arte.
Moratur vita in membris. Lucret. lib. 3.
Nuncupata vita, Vide NVNCVPO.
Obiectare vitam procellis. Claud. 3. de raptu Pros.
Pacifci vitam pro laude. Virg. 5. Æneid.
Pacisci vitam ab hoste, Vide PACISCOR.
Palantis vitæ viam quærere. Lucret. lib. 2.
Palẽscere solitaria & velut vmbratili vita. Quint. lib. 1. cap. 2.
Parcere vitæ, Vide PARCO.
Tramittillæ vitæ semita per virtutem pater. Iuuen. saty. 10.
Pati à vita, Vide PATIOR.
Penetrare alicuius vitam ac famam. Tacit. lib. 20.
Perdere vitam, Vide PERDO.
Perducere vitam, Vide PERDVCO.
Discrimine vitæ coniugium petere. Ouid. 10. Metam.
Ponere vitam. Cic. Famil. 9.
Ponere sibi finem vitæ. Tacit. lib. 5. Senec. Agamem. 7.
Priuare vita aliquem. Lucret. lib. 5.
Prodere vitam, Vide PRODO.
Producere vitam, Vide PRODVCO.
Neque erat quo vitam produceremus. Autor ad Heren. lib. 4.
Producere spem vitæ. Tacit. li. 12. Eo vsque spẽ vitæ produxerat.
Profundere vitam pro re aliqua. Cic. Lent. lib. 1. 4. Quid enim aut me ostentem, qui se vitam pro dignitate tua profundam, nullam partem videar tuorum meritorum affecturus? Vide PROFVNDO.
Prolatare vitam. Tacit. lib. 11.
Propagare vitam, Vide PROPAGO, propaginis.
Proposita vita telis, Vide PROPONO.
Redire ad vitam. Celsus lib. 2. cap. 8, Neque is ad vitam redit, qui ex suspendio spumante ore detractus est.
Relinquere vitam. Virg. 3. Georg.
Reliquit eum vita. Lucret. lib. 5.
Relinquit vita artus. Ouid. in Ibin.
Retinere vitam, Vide RETINEO.
Rumpere vitam. Silius lib. 7.

Sequi

Sequi vitam. Cicero, Hanc vitam quietam & otiosam sequuti sumus, &c.
Serenare vitam. Lucret. lib. 2. Alij legunt, serenam vitam.
Breuis vitæ spatium fortitus. Ouid. 3. Metam.
Spoliare vita aliquem. Virg. 6 Æneid.
Sic vita est hominum. Cic. pro Sext. Roscio, Sic vita est hominum vt ad maleficium nemo conetur sine spe.
Liberionis vitæ iter sumere. Ouid. 3. Fast.
Suppetere vitam. Cic. 1. de Finib.
Sustentare vitam. Cic. in Tusc. 1. Tam natura vita hominis sustentatur, quàm vitis, quàm arboris.
Tenere vitam, & Vita tenetur, Vide TENEO.
Tolerare vitam simplici victu & agrestibus pomis profluentéque aqua. Tacit. lib. 15. De Seneca.
Tractare vitam, Viuere. Lucret. lib. 5,
Volginago vitam tractabant more ferarum.
Traducere vitam. Brutus Ciceroni, in epist. ad eundem 16.
Quibus enim potius hæc vita factis traducatur, Vide TRADVCO.
Trahere vitam in luctu. Virg. 2. Æneid.
Trahere vitam in syluis. Virg. 3. Æneid.
Trahere vitam in tenebris. Virg. 2. Æneid.
Tueri vitam famámque. Horat. 1 Serm. saty. 4.
Humanam vitam turbare ab imo. Lucret. lib. 3.
Viuere vitam. Cic. 4. Verr. Protonerémque spẽ meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarentur.
Viuere vita. Plaut. Persa. 15.
Trita ac vulgari vita viuere. Senec. epist. 123.
¶ In vita mea. Cic. Attic lib. 5. 10 8, Ego in vita mea nulla vnquam voluntate tanta fuit affectus, quanta afficio hac integritate.
Integerrimè vitam agere. Cicero in Saluſt. Velim mihi respondeat, nunquid hi, quos protulit Scipiones, & Metellos, vel Fabios, antè fuerint, aut opinionis, aut gloriæ, quàm cos res siue gestæ, & vita innocentissimè acta commendauit?
Ab incunte vita, Vide INEO, inis.
¶ Vita, Vitæ longitudo. Virg. 4. Georgicon,
Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo.
¶ Vita, pro Fortunæ bonis. Cic. lib. 1. Academic. Constituebántque extremum esse rerum expetendarum, & finem bonorum, ádeptum esse omnia è natura, & animo, & corpore, & vita. Vita, id est fortunæ bonis ad vitam degendam necessariis.
¶ Vitæ, in plurali, pro Moribus. Terent. Adelph. 3. 3,
-denique
Inspicere, tanquam in speculum, vitas omnium
Iubeo: atque ex aliis sumere exemplum sibi.
¶ Tenues sine corpore vitæ, Animæ. Virgil. 6. Æneid. Idem 4. Georgic.
Vitalis. & hoc vitale, pen. prod. {σωτικὸς, ζωσπορος, βιώσιμος} Quod vitam præstat, aut quod habet vitam.
¶ Vitalis, Propriè quod ad vitam pertinet, quod vitam adiuuat, quod vitæ vsile est. Lucret. lib. 3,
Est igitur calor, ac ventus vitalis in ipso
Corpore, qui nobis moribundos deterit artus. Interdum etiam vitale appellamus quod vita præditum est, vt Plaut. in Bacchid.
Da, si esse saluum vis me, aut vitalem tibi. Horat. lib. 2. Satyr. 1,
-ô puer vt sis
Vitalis metuo, &c. Ex Lambino.
Vitale, cui opponitur Mortiferum. Liu. 6. ab Vrbe.
¶ Ævum vitale. Plaut Pœnulo, 18.
Aura vitalis. Virg. 1. Æneid. Id est aër quo viuimus.
Calor vitalis. Curtius lib. 3.
Salutaris & vitalis calor. Cic. 2. de Nat. deor.
Fœtus vitalis, Vide FOETVS.
Halitus vitalis. Plinius lib. 9. cap. 7.
Vitalis homo haud vnquam est ante septimum mensem. Plin. lib. 7. capite 5.
Lumina vitalia. Cic. 1. de Diuinat.
Luce serenanti vitalia lumina liquit. Ex poeta.
Motus vitalis. Lucret. lib. 2.
Partus vitales edere. Plin. lib. 7. cap. 15.
Ros vitalis. Cic. 1. de Diuinat.
-quæ partus, Mauortis semine natos
Vberibus grauidis vitali rore rigabat.
Sanguis vitalis, In quo vita continetur. Plin. lib. 11. cap. 37.
Seculum vitale, In quo viuitur. Lucret. lib. 1.
Sensum vitalem reddere. Lucret. lib. 2.
Venæ vitales. Lucret. lib. 2.
Viæ vitales. Ouid 2. Metamorphoseos,
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit:
Vitalésque vias, & respiramina clausit.
Vincula vitalia. Valer. 4. Argon.
-vitalia donec
Vincula, quæ primo ceruix committitur arcu,
Soluit dextra grauis.
Caloris natura vim habet in se vitalem. Cic. 2. de Nat. deor.
Vitalis vita, Vide suprà in VITA.
Vitalis, & hoc vitale, Vita dignus. Senec. 5. epist. lib. Magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Illa enim vtilia vitaliáque sunt, at hæc eo quo superfluunt, nocent. Lactant. lib. 6. Vnum est enim sapientis & iusti & vitalis viri opus, diuitias suas in fola iustitia collocare.
Vitalia capitis, Cerebrum. Plin. lib. 8. cap. 7. Vitalia, inquit Budæus dicuntur, cor, iecur, pulmo, cerebrum: in quibus quatuor, vitæ summa consistit. Lucan. lib. 1,
-pulmonis anheli

Fibra latet, paruúsque fecat vitalia limes.
Nuda vitalia. Lucan. lib. 6.
Enarrata lamentationibus assiduis vitalia. Quintil. Declam. 7.
Ferire ac tueri vitalia. Quintil. lib 5. cap. 12.
Fissum familiare & vitale. Cic. 2. de Diuinat.
Artus vacui vitalibus. Lucan. lib 3.
Vitalitas, pen. corr. vitalitatis {τὸ ζωτικὸν} pro Vita, & vitali motu. Plin. lib. 11. cap. 37, Cæteris corruptis, vitalitas in corde durat. Ibidem capite 45.
Vitaliter, penult. corr. Aduerbium {ζωτικῶς.} Lucretius lib. 5, Vitaliter esse animata.
Vitellus, huius vitelli, masc. gen. {λέκιθος} A vita dictus est, Pars oui rubra, quòd ex eo viuat pullus. Horat 2. Serm. saty. 4,
Quærenus ima petet voluens alienа vitellus. Martial. lib. 13,
Candida si croceos circunfluit vnda vitellos,
Hesperius scombri temperet oualiquor. Cic. 2. de Diuinat. Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? Id enim ex ouo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum.
Mas vitellus. Horat. 2. Serm. saty. 4,
Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt fucci melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.
Vitex, vticis, pen. corr. fœm. g. {ἄγνος} Fruticis genus, Græci agnon vocant, hoc est castum: quòd, inquit Galenus, castitatem conseruet iis quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur: vulgus herbariorum *agnum castum* appellat, vtraque voce idem significante. Plin. lib. 24. cap. 9, Noa nullum à salice vitilium vsu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Et paulo pòst, Duo genera eius Maior in arbo em salicis modo assurgit: minor, ramosa, foliis cãdidioribus lanugino sis. Prima alburn florem mittit cum pupureo, quæ & candida vocatur: Nigra, quæ tantùm purpureum.
Vitiarium Viticula, Vide VITIS.
Vitilitigator, pen. prod. vitilitigatoris, m. g. {συκοφάντης} Vitiosus litigator, est obtrectator & calumniator. Hi enim vitilitigatores sunt, quum hoc sola pranitate contentionem quærunt. Plin. in Prologo Nat. historiæ, 13 Ergo fecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compositi.
Vitilitigo, vitilitigas, pen corr. {συκοφαντέω} vitilitigare, Criminari, damnare. Plin. in Prologo Natu. histo. 12. Scio ego quæ scripta sunt, hæc si palàm proferantur, multos tore qui vitilitigent.
Vitiligo. penul. prod. vitiliginis, fœm. gen. {λέπρα, λέπρωσις, μέλας} Diuersi coloris maculæ per omnia membra dispersæ. Celsus in five lib. 5, Vitiligo, quanuis perse nullum periculum affert, tamen fœda est: & ex malo corporis habitu fit. Eius tres species sunt. Alphos vocatur, vbi color albus est fetè subasper, & non continuus, vt quasdam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Melas, colore ab hoc differe, quia niger est, & vmbræ similis: cætera eadem sunt. Leuce habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, & altius descendit, in eáque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis tardius. Hactenus Celsus. Festus, Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci alphon vocant, à quo nos album, siue à vitio dicta, etiam si non lædit. Siue à vitulo, propter eius membranę candorem, qua nascitur inuolutus. Lucilius, Odiosa vitiligo. Plin. lib. 20. cap. 15, Radix eius vitiligines albas tollit.
Vitilis, & hoc vitile, pen. corr. {ἰτικὸς} Quicquid sic lentum est vt commodè flecti possit, cuiusmodi vimina sunt, inquit Budæus. A vinciendo dictum, vt Vitex, vitis, vimen, viticula. Plin lib. 9. cap. 5, Cucurbita omnimodo fastigiatur, vaginis maximè vtilibus. Et lib. 4. cap. 16, Ad eam Britannos vitilibus nauigiis corio circumsutis nauigare.
Vitio. Vitiosus, Vide VITIVM.
Vitis, huius vitis, fœ g. {ἄμπελος} Notæ significationis. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31, Posterior quo ea vitis immittitur ad vuas parien das, dicta primò videtur à pariendo Parthema.
Vinea & vitis differunt. Vlp. l. 4. D. de censib Forma, inquit, censuali cauetur, vt in censum referatur, vinea quot vites habeat.
Propagatio vitium. Cic. de Senect. Cuius quidem non vtilitas modo solùm, sed etiam cultura, & ipsa natura delectat, &c. religatio, propagatio vitium sarmentorumque, &c.
Arborum putatio ac vitium. Cic. 1. de Orat.
Putator vitis. Ouid 14. Metam.
Alba vitis, cui opponitur Nigra. Colum. lib. 4. cap. 29. non procul à fine, Locis aridis & siccis nigram vitem inserito, humidis albam.
Almæ vites. Virg 2. Georg.
Arbustiua vitis, Vide ARBVSTVM.
Cicatricosa, Vide CICATRIX. Cultura vitium. Cic. 4. de Fin.
Fœcunda. Iuuenal. Saty 19.
Inerticula. Vide INERS.
Insana, Vide INSANVS.
Lanatæ vites. Vide LANA.
Lenta vitis. Virg. 3. eclog.
Luxuriosa, Vide LVXVS.
Macrior, Vide MACER.
Miscellæ, Vide MISCEO.
Morosa, Vide MOS.
Nequam, Vide NEQVAM.
Nodosa. Iuuenal. Saty. 8.
Obliqua vitis. Colum. lib. 4. cap. 4. Vide ORBIS.
Obnoxia vitis procellis, Vide OBNOXIVS.
Ordinaria, Vide Ordinarius in ORDO.
Palmea, Vide PALMES.
Pampineæ. Ouid. 10. Metam.
Perexilis, Vide PEREXILIS.
Pergulana, Vide PERGVLANVS.
Prælidæ vites. Virg. 2. Georg.
Purpureis de vitibus collectæ vuæ. Ouid. 8. Metam.

Semiputata. Virg. 2 eclog.
Vidua. Catul. in Carm. Nupt. 57.
¶ Adaperire vites, Vide ADAPERIO.
Adiugare vitem, Vide ADIVGO.
Vlmis adiungere vites. Virg. 1. Georg.
Æmulator vitem vlmus, Vide ABMVLOR.
Grauidæ munera vitis amans. Ouid. 3 Fast.
Amicta vitibus vlmus. Horat. 1. epist. 17.
Applicitæ vites arboribus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Attondere vitem curuo dente Saturni. Virg. 2. Georg. Hoc est, falce quæ est in tutela Saturni.
Carbunculant vites, Vide CARBO.
Castrare vites. Vide CASTRO.
Colere vitem, Vide COLO.
Committere vitem sulco. Virg. 2. Georg..
Compescere vitem, Vide COMPESCO.
Componere vitem in brachia, Vide COMPONO.
Concredere vites solo calido, Vide CONCREDO.
Grando contondit vites. Horat. 1. epist. 8.
Curare vites. Virg. 2. Georg.
Disponere vites certo sydere. Claud. 2. in Eutropium.
Vitis educat vuam. Catul. in Carm. nuptial. 57.
Enodare vitem. Cato de Re rust. cap. 34.
Fluentes vites multo Baccho. Virg. 2. Georg.
Immittere vitem ad vuas patiendas. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 31.
Nouellas vites incidere. Virg 3. eclog.
Instituere vitem, Vide INSTITVO.
Lætis intexere vitibus vlmos. Virg. 2. Georg.
Nodare vitem. Cato de Re rust. cap. 33.
Ponere vites. Virg. 1. Georg.
Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. Cic. de Senect.
Sociata palmite vitis. Stat. 5 Sylu. 1.
Vinctæ vites. Virg. 2. Georg.
¶ Vitis interdum Catoni est palmes, vel flagellum vitis: vt cùm de insitione sic loquitur, Si vitis vitem continget, vtriusque vitem teneram præcuito, obliquo inter sese medullam cum medulla libro colligato. Turnebus.
¶ Vitis, Gestamen centurionis, non carnificis, aut lictoris: honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore esset illata. Iuuenal. satyra 8,
Nodosam posthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra munisset castra dolabra. Id est, vite pulsabatur in castris à centurione.

Viticula, viticulæ, pen. corr. Diminutiuum { ἀμπελίσκος } Cic. 3. de Nat. deor. At enim minora dij negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur.

Viticulum, viticuli, pen. corr. { ἄκρεμόν } Capreolus vitis, flagellum & clauiculus, vt sunt flagella etiam cucubitarum & similium. Plin. lib 24. cap. 11, Fruticæ est, folio ederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis. Rhodiginus lib. 8. cap. 4, Viticulas appellat. gen. fœm. ab vitium ratione vocabulo deflexo. Palladius in Martio cap. 9. Aliqui florem cucumeris cum viticulæ suæ capite cannæ inserunt.

Vitiarium, vitiarij { ἀμπελών } Vitium seminarium. Columel lib. 3. cap. 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est: succosa tamen & mediocri, potius quam pingui. Idem lib. 11. cap. 2. Quinetiam vitiaria diligenter facienda, malieolisque quàm recentissimis curiosissimè pangenda.

Viteus, Adiect. { ἀμπελινὸς } Vt Pocula vitea. Virg. 3. Georg.

Vitigeneus, Adiect. { ἀμπελογενὴς } Quod est ex vite. Colum. lib. 12. cap. 16, Alij foliis vitigineis, nonnulli platanistis semiuetas vuas contegunt. Cato cap. 41, Eò duos furculos vitigineos, quod genus esse volet insertos, obliquos arcito ad medullam. Plin. lib. 30. cap. 6, Virgineis liguis combustus.
Vitigenus, pen. corr. Adiectiuum { ἀμπελογενὴς } Quod genitum est è vite. Lucret. lib. 5,
Nanque Ceres ferrur fruges, Libérque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse. Hoc est vinum. Idem lib. 6,
Vitigenilatices.

Vitifer, pen corr. vitifera, vitifermu, pen. corr. { ἀμπελοφόρος } Quod fert vites, In quo prouenium vites. Plin. lib. 6. cap. 16, Sequitur regio Margianæ apricitatis inclytæ sola in eo tractu vitifera. Martial. lib. 13,
Vienna vitifera.
Arua vitifera. Silius lib. 7.
Montis vitiferi vertex. Silius lib. 4.

Vitisco, vitisceis { ἀμπελίζω } vitiscere, Vitem fieri. Colum. de Arboribus, cap. 7, Reliquas gemmas, quæ in terram absconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in summa radice vitescat. Ita Calepinus. At nunc ita legimus, Ne in summo radices vitis citet.

Vitiator, penult. corr. vitiatoris, masculgen. { ἀμπελουργὸς } Qui vites serit.
Quo nomine dictus est Saturnus. Virg. 7. Æneidos,
Vitiator, curuam seruans sub imagine falcem.

Vitium, vitij { κακία, κακότης, διάκωμα } Quod virtuti opponitur. A vito, vitas, quod vitandum sit, ac fugiendum, vnde Horat. 1. epist. 1,
Virtus est vitium fugere. Cic. pro Cluent. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Terent. Heaut. 5, 3,
Nam illi nihil vitij est relictum, quin id itidem sit tibi. Cicero 3. de Finib. Virtutibus igitur rectissimè mihi videris & ad consuetudinem nostræ orationis vita posuisse contraria. Quod enim vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos vnum certum vitium consuetudo Latina traduceret. Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Et paulo antè, Quas enim Græci κακίας appellant, vitia malo, quàm malitias nominare.

Vitium & Flagitium. Vitia flagitiis leuiora sunt teste Gellio libro 2. capite 17.
Vitiorum officina, Vide Officina in OFFICIVM.
¶ Vitium, non tantùm ad animum refertur, sed etiam ad corpus. Vnde Vitiosum mancipium, vel Vitiosum iumentum, id est, morbosum. Vlpian. in Tit. De Ædilitio edicto, l. 1. Aiunt Ædiles, Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores quid morbi, vitiive sit. Et paulo pòst. Vitiúmque à morbo multum differre: puta siquis balbus sit, nam hunc vitiosum esse magis, quàm morbosum.
Intercutia vitia, Vide INTERCVS.
¶ Vitium (inquit Nonius) à morbo prudentia veterum sic voluit separari: vt sit morbus cum accessu vtique aut temporis, aut contagij: vt vitium, perpetua & insanabilis, atque irreuocabilis causa. Cic. 4. Tuscul. Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio, & vitium, sic in animo. Morbum appellat totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium quum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas membrorum, distorsio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se gignitur.
Opportunus vitio. Celsus lib. 4. cap. 4.
¶ Vitium, Corruptio, & ad res ipsas pertinet. Cic. Pæto, lib. 9 15, Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitij, cætera mihi probabuntur.
Vitium in libris. Plin. librum vitiis plenum. Plaut. Mostel 4,
Qui vitia corporis fuco occultant.
Vitium paginæ, Vide PAGINA.
Delicatum vitia. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Oris & linguæ vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Ebrietatis vitia Quintil. lib. 1. cap. 11.
¶ Vitium, Quicquid impedit vel corrumpit, & inutile est. Virgil. 1, Georgicon,
-sanè illis omne per ignem
Exequitur vitium, atque exudat inutilis humor.
¶ Vitium, Id quod vituperari solet. Cic. 1. de Orat. Adest enim ferè nemo quin acutius atque actius vitia in dicente, quàm rectè videat.
Vitium in capite. Celsus lib. 6. cap. 2.
Vitium locorum. Celsus lib. 5. cap. 21, Si concidere vitio locorum mulier solet, cochleæ, cum testis suis comburendæ conterendæque, deinde his mel adiiciendum est.
¶ Vitium, Vituperatio, inquit Valla. Cicero de Senect. Et senectus est natura loquacior, nec ab omnibus eam vitiis videar vindicare.
¶ Vitium, Culpa. Cic 4. Acad. Huc si petueneris me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit: sin ipse tua sponte processeris, tuum.
Vitio vini fecit, Ob vinum, præ ebrietate. Plaut. Trucul. 17.
Affinis vitio. Cic. 2. de Inuent. Vt si auaritia inductam aquas fecisse, & auarum, eum quem accuses, demoustrare non possis, satis affinem esse vitiis doceas, & ex ea re non esse mirandum, qui in illare turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum deliquisse.
Gurges & vorago vitiorum. Cic. Verr. 5.
Pinguis vitiis, Per otium & gulam. Horat. 2. Serm. saty 2.
Purum vitio cor. Horat. 2. Serm. saty 3.
Seruum vitiis pectus. Ouid. 1. de Remed. amor.
Alimenta vitiorum. Ouid. 1. Metam.
¶ Adulta vitia, Vide ADOLEO.
Commune vitium, Vide COMMVNIS.
Immane vitium. Horat. 2. Serm. saty. 4.
Iners vitium, Liuor, Inuidia & alienæ felicitatis dolor, vitiũ quod obsidet tantùm & aggreditur ignauos. Ouid. 3. de Pont. eleg. 3.
Ingens vitium. Horat 2. Serm. saty. 3.
Insigne vitium. Cic. Qu. frat. lib. 1. 1.
Magnum vitium. Horat. 2. Serm. saty. 2.
Mediocria vitia. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Prætualida & adulta vitia. Tacit. lib. 3.
Recens vitium. Celsus lib. 6. cap. 2.
Valens vitium. Celsus lib. 5. cap. 20.
Vetus vitium. Celsus lib. 4. cap. 15.
Solenne vitium secundis rebus, superbia. Claud. 2. Paneg.
Absterrere animum vitiis. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Abstinere à vitiis. Cic. Vt ab iis se abstineant maximè vitiis in quibus alterum reprehenderunt.
Abesse à vitiis, Vide ABSVM.
Abundare vitiis, Vide ABVNDO.
Accendere & irritare vitia. Ouidius 1. de Remed. Amor. Vide ACCENDO.
Addere vitium, Vide ADDO.
Addere vitium pudicitiæ, Vide ADDO.
Ægrotare vitio animi. Horat. 2. Serm. saty 3.
Affectus vitiis, Vide AFFICIO.
Alitur vitium, viuitque tegendo. Virg. 3. Georg.
Apponere modum vitiis, Vide APPONO.
Auocare à vitiis, Vide AVOCO.
Capere vitium, Vide CAPIO. Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Cic. in Salust.
Coarguere aperte vitia. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Colligere vitium, Vide COLLIGO.
Concipere vitium, Vide CONCIPIO.
Condire vitia studio, Vide CONDIO.
Conferre vitia in senectutem, Vide CONFERO.
Consequi vitium, Vide CONSEQVOR.
Contaminare vitiis, Vide CONTAMINO.
Conuertit natura vitium alicui in bonum, id est, Hoc efficit, vt quod aliqui vitium in altero iudicaretur, in hoc minimè culpari possit. Cicero de Claris Orator. Sed quum hæc magna in Antonio cum

cum actio singularis: quæ si partienda est in gestum atque vocem, gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens, manus, humeri, latera, supplosio pedis, status, incessus, omnisq; motus cum verbis sententissque consentiens, vox permanens, verùm subrauca natura: sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat.
Corripi vitio comitiali, Vide CORRIPIO.
Corrupta bona vitiis. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Cumulari vitiis. Cic. 2. de Orat. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio.
Declinare vitia. Cic. 1. Offic. Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id iure laudabitur.
Delabi in vitium, Vide DELABOR.
Deprehendere in aliquo vitio. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Dare summam laudem vitio. Cic. pro Rosc. Amer.
Dare vitio, Culpare. Martius ad Ciceronem, lib. 11. 28.
Ducere vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Effingere vitia ebrietatis. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Eluere vitia. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Excidit libertas in vitium. Horat. de Arte.
Excusare vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Exprobrare vitia alicui. Ouid. 2 de Arte.
Exuere vitia. Tacit. lib. 5.
¶ Vitium facere dicuntur ædificia dum vitiantur, corrumpuntur, & aliqua sui parte labefactantur. Cic. in Top. Si ædes eæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Vide FACIO.
Flecti in vitium. Horat. de Arte.
Virtus est vitium fugere. Horat. 1. epist. 1.
Imbuere aliquem vitiis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Incidere in vitium, Vide INCIDO.
Inclinare in vitium, Vide INCLINO.
Inquirere vitia in ciuitatem, Vide INQVIRO.
Irritare vitia vetando. Ouid. 3. Amor. eleg. 4.
Labi in vitium. Horat. 2. epist. 1.
Laborare vitio. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Leuatur vitium. Celsus lib. 4. cap. 2.
Leuare vitiis atque erroribus, Vide LEVIS.
Mederi vitiis atque erroribus, Vide MEDEOR.
Aëris vitio moriens herba. Virg. 7. eclog.
Bellum enim est sua vitia nosse. Cic. Attic. lib. 2. 32.
Notare vitium aliquod, Vide NOTA.
Obuoluere vitium, Vide OBVOLVO.
Occurrere vitio. Celsus lib. 1. in Procem.
Offensus vitiis. Ouid. 10. Metam.
Pensare vitia. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Persecare vitium aliquod ne serpat, Vide PERSECO.
Ponere vitium, Vide Pono pro DEPONO.
Ponere in vitio, In malam partem sumere. Cic. 3. Tuscul. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur.
Recisa vitia à stirpe. Claud. 1. in Ruffinum.
Remotus ab omni vitio. Horat. de Arte.
Ridere vitia, Vide RIDEO.
Submouere vitium. Celsus lib. 6. cap. 6.
Eodem vitio est, quo, &c. Cic. 4. Tusc. Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.
Tam est in vitio, quàm, &c. Cic. 1. Offic. Qui autem nec defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.
Hoc est in vitio. Cic. 5. de Finib. Hoc quidem est in vitio dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere.
Suppressa vitiis pectora. Ouid. 1. de Remed. amor.
Surrepunt vitia. Senec. epist 91.
Mediocribus vitiis reneri. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Vacare vitio. Cic. 3. Tusc. Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.
Vertere vitio. Cic. Trebatio, lib. 7. 6, Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ, opulentæ optimates: quibus illa manibus cypsatissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent quòd abesset à patria.
Vertere in bonum vitia. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Vitium, Stuprum, vnde Offerre vitium virgini, pro Vitiare virginem, dixit Terent. in Hecyra, 3. 3.
Pudicitiæ afferre vitium. Plautus,
Pudicitiæ nunquam nec vim nec vitium attuli. Idem dicit Vitium addere, pro Vitium afferre,
Pudicitiæ, inquit, huius me absente vitium est additum.

Vitiositas, pen. corr. vitiositatis { κακία, κακοήθεια } vt Cicero lib. 4. Tusc. est, habitus aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens. Ibidem, Huius igitur virtutis cõtraria est vitiositas. Sic enim malo, quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant, nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium.

Vitiosus, pen. prod. Adiectiuum { κακὸς, παῦλος, κακοήθης } Vitiis plenum. Cic. 2. de Finib. At miser, si in vitiosa ac flagitiosa vita affluaret voluptatibus: Idem Attico, lib. 1. 9, Ille aler vno minus vitio vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus, quòd ἀπρακτότατος; sed voluntate.
Vitiosum, Corruptum, putridum. Plaut. Mil. 6,
Vitiosum, Corruptum, putridum. Plaut. Mil. 6,
Non ego emam nunc vitam tuam vitiosa nuce.
Carmina vitiosa, Plurimis vitiis referta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Ciuitas vitiosa. Cic. de Petit. Consul. Et quoniam in hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, quòd largitione interposita virtutis & dignitatis obliuisci solet.
Corpus vitiosum, cui Integrum opponitur. Cic. 1. de Diuin. Animi enim integri, non vitiosi corporis est diuinatio.
Corruptum vitiosúmque corpus. Celsus lib. 5. cap. 26. De curatione Gangrenæ.
Cura vitiosa. Horat. 2. Carm. ode 16.
Humanitas vitiosissima. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Libido vitiosa. Horat. 1 epist. 1.
Vitiosa pars. Celsus lib. 1. cap. 9.
Magistratus vitiosi, dicuntur vitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatum esse, vt vitiosus Dictator per augures fieret. Cic. 2. Philip. vitiosum Consulem appellat, hoc est vitio creatum ex augurum disciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur causa magistratuum creandorum, solebant augures de cælo seruare si aut fulmen vidissent, aut tonitrua audiuissent. Qua re per augures nuntiata, illi magistratus vitio creati esse dicebantur, & ita se abdicare cogebantur. Vide Cicer. 2. de Nat. deor.
Opus vitiosum. Cic. 3. Verr. Quid ita? ne vitiosum opus fieret?
Oues vitiosæ, Morbosæ, morbo infectæ. Colum. lib. 7. cap. 3.
Progenies vitiosior. Horat. 3. Carm. ode 6.
Suffragium vitiosum, Corruptum. Cic. 3. de Legib. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium.
Vita vitiosa, cui opponitur Pura. Cic. de Clar. Orat. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendat.

Vitiosissimus, pen. corr. Superlat. Paterculus lib. 2, M. Lolio, homine inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo.

Vitiositas, penult. corr. vitiositatis. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 10, Ille humor qui aut de ætatis frigore nascitur, aut cuiuslibet vitiositatis occasione contrahitur, vt superfluus ira & noxius est.

Vitiosè, pen. prod. Aduerbium, Malè, corruptè. Quintil. lib. 4. cap. 1, Vitiosè in scholis facimus, quòd exordio sic vtimur quasi causam iudex iam cognouerit.
Vitiosè cautum vel satisdatum est. Paulus in l. Quoties. D. Qui satisdar. cogant. Quoties vitiosè cautum vel satisdatum est, non videtur cautum.
Concludere vitiosè. Cic. 4. Acad. Si rectè concluserit, teneo, sin vitiosè, minam Diogenes reddet.
Vitiosè se habet membrum, Vitio affectum est. Cic. 3. Tuscul. Aut num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet?
Vitiosè contractus pignoris intercedit. Modestin. in l. Cum vitiosè. D. de pignor.
Vsurpare vitiosè. Colum. lib. 4. cap. 24.

Vitio, vitias { κατακακόω, κατακακίαν, διακερῶ, κακίαν, διαπάω } vitiare, Corrumpere destruere. Plaut. Prolog. Aulul. 5,
-eius filiam
Lyconides vitiarat.
Vitiatur oleum in amuream. Plin. lib. 15. cap. 3.
Vitiare & corrumpere. Cic. pro Sestio, Comitiorum & cõcionum significationum interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ & corruptæ.
Aurae vitiantur odoribus, Cadauerum fœtoribus. Ouidius 7. Metamorph.
Contagia mentis ægræ vitiant artus. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.
Facies longis vitiabitur annis. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.
Herbæ vitiatæ. Ouid. 3. Metam.
Ventris vitiati tumescebant pondera. Ouid. epist. 11.

Vitiatio, Verbale. Senec. Cõtrouers. lib. 4, Antea legem vitiationis euertere conatus est, nunc transferre vult.

Vitiator, pro Stupratore. Senec. Controuers. lib. 4, Vitiatorem dimisisti, virum occides.

Vito, vitas { ἰνκλεῖσθαι, φυλάττομαι } vitare, Cauere est, imò plus quàm cauere: & à vi dicitur, quasi vi auertere: à quo vitium dictum. Cicero 3. Tusculana,
Qui miser in campis mœrens errabat Alæis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Ex poeta.
Vitare & Cauere, Vide in CAVEO.
Cauendo vitare. Cic. 3. Verr. Nam eum qui palam est aduersarius, facilè cauendo vitare possis.
Æstum vitare sub frondibus. Ouid. in Fragmento.
Amorem vitare. Lucret. lib. 4 2.
Contagia vitare. Ouid. 2. de Remed. Amor.
Culpam vitaui, non laudem merui. Horar. de Arte.
Frigus vitare, Cauere sibi à frigore. Cic. Tironi, li. 16. 8, Vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur.
Insidias dolúmque vitare. Lucret. lib. 2.
Malum aliquod vitare. Propert. lib. 1. eleg. 1.
Mortem fuga vitare. Cæsar 5. bel. Gall.
Iuuenca vitans onus iugi. Catul. de Berecynthia, 58.
Patriam vitare. Ouid. 3. Metam.
Pericula vitare. Virg. 3. Æneid.
Quis non morte proprium periculum vitet? Cic. Octauio.
Periuria vitare. Ouid. epist. 19.
Seipsum vitare, Id est, Non sibi constare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam. Horat. 2. Serm. saty. 7.
Suspiciones vitare. Cæsar 1. bell. Gal.
Vitanda est ingenij ostentationisque suspicio. Cic. 2. de Orat.
Vitium vitare. Horat. 2. Serm. saty 2.
Vituperationem vitare. Cic de Prouinc. Consul. Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quàm ad vitandam vituperationem valet.
Vitatu, Supinum. Horat. 1. Serm. saty. 4.
-sapiens vitatu, quidque petitu
Sit melius, causas reddet tibi.

Vitatio, vitationis { ἰνκλάσεια. } Cicero Attic. lib. 12, Illud autem quod fore video, ipsum volo vitare, ne illæ ad me veniant, & vna est vitatio, & ego nollem, sed necesse est. Et 3. Philippic. Quæ vitatio

oculorum,lucis,vrbis,fori?
Periculi vitatio. Author ad Herenn.lib.3.

Vitabundus,Adiectiuum {ἀλυσκάμενος} Idem quod vitans. Saluſt. Marius vitabundus hoſtium claſſem, ad oppidum peruenit. Idem in Iugurtha,Ipſe quaſi vitabundus per faltuoſa loca & tramites exercitum ducebat.

Vitricus,vitricі,penul.corr. {πατρυὰς} Matris meæ maritus. Plinius libro 36. cap.15,Vnde enim illi vitricus Sylla, & Metella mater proſcriptionum ſectrix? Cic. Attic.libro 15 326, Vitricus quidem nihil cenſebar, quem Aſturæ vidimus. Ouidius 1.Amor. eleg 2. ad Amorem,
Cuncus vitricus ipſe dabit. Intelligit Vulcanum.

Vitrum,vitri {ὕαλος,ὑάλου} Materia tranſlucida, quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur. De cuius origine & ratione faciendi,& obſidiano vitro, & generibus multiformibus vide Plin.lib.36.ca.16.
Perlucidus magis vitro amnis.Ouid.epiſt.21.
Splendidior vitro fons.Horat.3.Carm.ode 13.
Deferte merces fallaces & fucoſas, charis & linteis & vitro.
Cic.pro Rabirio Poſth.
Obſidiannm vitrum,Vide OBSIDIVS.
¶Vitrum.Herba quædam alia, quam quæ in conſuetudine efficitur materia perlucidi nitoris.Huius herbæ ſucco inficitur cæruleus & viridis color. Vitruuius. Item propter inopiam coloris Indici, creram Selinuſiam, aut anulatim vitro, quod Græci Iſatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Hatum autem ſcribendum in Vitruuio eſt, quod qui ignorauere ὕαλον fecerunt magno flagitio. Accedit authoritas Oribaſij ſic ſcribentis, Iſatis,quam inficiores herbam vitrum vocant. Hinc apud Cæſar.3. comment.quod ſcribitur, Omnes verò ſe Britanni vitro inficiunt: quidam glaſto repoſuerunt, ſed vitro legendum eſt. Idem error eſt apud Melam,quo loco de Britannis etiam agit.Hæc Turneb.
¶Vitreus,Adiect. Quod eſt ex vitro:vt Vitreæ ampullæ. Plin.lib. 20.cap.24. Columel.lib.12.cap.4,Vaſa autem fictilia,vel vitrea plura potius quàm ampla.
Bilia vitrea,Vide BILIS.
Vitreum,pertenue,& perlucidum quicquid eſt, authoritate veterum dici poteſt. Varr.Mod. Quam iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clauos.Nonius.
Vndæ vitreæ.Ouid 5.Metam.
Fama vitrea Horat.2.Serm.ſaty 3,
Et furioſus erit,quem cepit vitrea fama. Hoc eſt fragilis. Senſus, Eum qui famæ ſeruiat, intanire dicit. Sic Acron. Porphyrio interpretatur ſplendidam.
Hoſtis vel miles vitreus. Ouid.2.de Arte.
Sine latrocinij ſub imagine calculus ibit,
Hac perest vitreo miles ab hoſte tuus. Idem ad Piſonem,
Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus,& vitreo peraguntur milite bella.

Vitrea, vitreorum, neutr.gen. plur.numer. Plinius lib.12.cap.19, Contrà reperiuntur vitrea, & ahena, veſtes, fibulas cum armillis ac monilibus.
Vitrea fracta,pro nugis & rebus nihili fruuoliſque, perquam ſcitè dixit Petronius, An videlicet, inquit, auditem ſententias, id eſt vitrea fracta?

Vitreamina,Paulus in l.Cùm de lanionis.§ Quidam. D.De inſtruc.vel inſtrum.leg Quum in diem mortis ibi libros,& vitreamina,& veſtiſpicam habuerat.

Vitriarius,vitriarij,maſc.gen. {ὑαλουργὸς} Qui vitra facit. Senec.epiſt. 91,Cuperem Poſidonio vitriarium oſtendere, qui ſpiritu vitrum in plurimos habitus format.

Vitta vittæ {ταινία,κεφάλασμα} Faſcia qua circum capita antiqui, vel crines, vel ferta,aut flores,aut quidnis aliud religabant. Plaut. Mil.10.
Capite compto,crines,vittáſque habeat. Virg 2.Æneidos,
Et falſæ fruges,& circum tempora vittæ. Vbi Seru. Vittæ,quibus victimæ coronabantur.

Vittæ aliàs fuerunt virginales,aliæ matronales,quòd alio virgines cultu capitis & ornatu quàm nuptæ matronæ verentur: argumento eſt illud Propertianum,
Cinxit & acceptas altera vitta comas. Id eſt poſtquam nupſi, & Maronianum,
Virgineas auſi diuæ contingere vittas. Hinc valerius Flaccus lib. 8.exponendus eſt,cùm ſcribit,
Victima virgineis cum flens dedit oſcula vittis. Erat enim mox nupturæ Medæa. Turnebus.
Præſignis vittis victima.Ouid.15.Metam.
Cæruleis vittis ſtant mœſtæ aræ.Vir 3.Æneid.
Leues vittæ.Ouid.epiſt 11.
¶Molli cinge hæc altaria vitta.Virg.8 eclog.
Nitea circundatur infula vitta.Virg.3.Georg.
Alba vitta coercet neglectos capillos.Ouid 2.Metam.
Euinctus vittis coroniſque.Tacit.lib.20.
Exuta comam vittis.Stat 11.Thebaid.92.
Purpurea vitta ligat mœſta capita.Senec.Thyeſt 8.
Redimitus tempora vittis.Virg.3 Æneid.
Crinales ſoluere vittas.Ouid.4.Metam.
Torta vitta ſtringit comas.Lucan.lib 5.
Ferales ſumere vittas.Ouid.in Ibin.
Pia vitta regere tempora.Virg.4.Æneid.
Albenti velatus tempora vitta.Ouid.5.Metam.
Velatus auro vittiſque iuuencus.Virg.5.Æneid.

Vittatus. pen.prod. Adiect Plin.lib.7.cap.30,Vittatam nauem Dionyſius tyrannus Platoni miſit obuiam.Plutarchus in Marci Cariolani vita,In Metallorum ait familia fuiſſe, qui Vittatus cognominare tur, ab vſu vittæ qua vlceris tegendi cauſa procedebat in publicum obligata fronte.
Capilli vittati.Ouid.1.Amor.eleg.7.

Honos vittatus.Corona poëtica è lauro vel hedera vittis colligata.Stat.5 Sylu.5.
Comam vittata fœmina.Stat.3.Sylu.3.
Sacerdos vittata.Lucan.lib.1.

Vitula,vitulæ,penult. corr. {μόσχος} Vacca viridioris ætatis. Virgil. 3.ecloga,
-ego hanc vitulam(ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram,binos alit ubere fœtus) Depono. Varro 2. de Re ruſt.cap.5.Diſcernuntur in prima vitulus & vitula,in ſecunda iuuencus & iuuenca.
Cæſa vitula.Virg.4.Georg.

Vitulus,vituli,pen.corr.maſ.g. {μόσχος} A vitulando,id eſt,laſciuiendo dictus:Bos iunior dicitur.Cic.2.de Inuent.Vt in vituli immolatione.
Ferox vitulus remplis maturus.Iuuen.Saty.12.
Imbelles vituli.Stat 8.Thebaid.
Lactentes vituli.Ouid.10 Metam.
Mactares vitulus.Lucret.lib 2.
Tener vitulus.Horat.4.Carm.ode 2.
Tueri vitulos.Virg.2.Georg.
¶Vitulus etiam de aliis quadrupedibus maioribus.Plinius de elephantis,lib 8.cap.1, Atque ita ſaltatos ſydere in ſyluas reuerti.vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Quinetiam de piſcibus.Plin.de balænis.lib.9.cap.6,Irrumpunt orcæ in ſecreta,& vitulos earum ac fœtas vel etiam grauidas lancinant morſu.
¶Vitulus {φώκη} Piſcis genus. Plinius lib.9 cap.13, Quæ pilo veſtiuntur,animal pariunt,vt priſtes,balæna,vitulus. Hic parit in terra,pecudum more:ſecundo partus reddit initu.Canum modo coheret,& parit nunquam geminis plures: edocat mammis fœtum.Non ante x11.diem deducit in mare,ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus, vnde nomen vituli.Accipiunt tamen diſciplinam, vocéque pariter & viſu populum ſalutant,incondito fremitu, nomine vocati reſpondent. Nullum animal grauiore ſomno premitur.

Vitulinus,pen.prod.Adiectiuum {μοσχεῖος} Quod ex vitulo eſt:vt Vitulina caro.apud Plaut.in Aulul.12. Cic.2.de Diuinar.An tu,inquit, carunculæ vitulinæ manis,quàm Imperatori veteri credere?
Aſſum vitulinum. Cic.Pæto,lib. 9.20, Integram famem ad ouum affero:itaque vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur.

Vitulor,pen.corr.vitularis {ἑορτάζω} vitulari,Veteres vſurparunt pro voce lætari, feſtibus Feſto & Nonio: Et Vitulantes dicuntur lætantes.Plaut.Perſa.7,
Commodanti lubens,vitulórque merito.

VITVNVS {ζωοδότης} antiquis deus erat,qui credebatur vitam largiri: vt Sentinus,ſenſum.

Vitupero,vituperas,pen.corr. {λοιδορῶ,κακῶς ποιῶ,κακὸν ποιῶ,κακίζω,ἀτιμάζω,σκωπτικῶς,σκωπτίζω,ὀνειδίζω} vituperare, Vitio aliquid dare.Terent.in Prolog.Andr.
Iſti id vituperant factum Id eſt vitium rei paratr,inquit Donatus.
Improbum notari & vituperari.Cic.2.de Orat.
Grauiter vituperari. Cic.2. de Finibus,Sit voluptas non minor in naſturtio illo, quo velci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon,quàm in Syracuſanis menſis,quæ à Platone grauiter vituperantur.
Artem,ſcientiam,& ſtudium vituperare. Author ad Heren. lib 2.
Conſilium alienum vituperare. Cic.pro Murena,Ego tuum conſilium Caro,ſingulari animi mei de tua virtute iudicium,vituperare non audeo.
¶Vituperare, Dativo iunctum. Plaut.Caſina,8.
-cur omine tibi Vituperat malo?

Vituperatio,Verbale {λοιδορία,ὄνειδος,μεμψιμοιρία,μῶμος,σκωπτικὸς τρόπος.}Cicero 7. Verrina, Hæc autem iſtius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum ſermone, qui à ſuis ciuitatibus illis nauibus præpoſiti fuerant.
Adducere in vituperationem.Cic.Verr.5.
Effugere vituperationem. Cic.Attic.lib.16.334, Se autem lætari, quòd effugiſſem duas maximas vituperationes,vnam, &c.
Vituperatione liberare Cic.de Aruſp.reſp.
Relinquere ſtultitiæ vituperationem.Cic.12. Philipp.
Scribere vituperationes Quintil.lib 3.cap.4.
Subire vituperationem.Cic.ad Attic.lib.14.
Vitare vituperationem.Cic.de Prouinc. Conſul. Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam, quàm ad vitandam vituperationem valet.
¶Vituperatio,ſi cum Venio,vel ſimilibus iungatur, paſſiuè accipitur.Cic.6.Verr.Vt propter eum in ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. Idem ad Philippum,lib.13.74,eam rem laudi tibi potius, quàm vituperationi fore. Cic. de Clar.Orat. Eáque res P.Africano vituperationi fuit.
Cadere in vituperationem,Vide CADO.

Vituperator,pen.prod.vituperatoris {λοιδορητής,ὀνειδιστὴς} Aliud verbale, Qui vituperat. Cic.2. Tuſcul. Nos autem vniuerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus in Hortenſio. Et ad Marium, lib.7.3, Hæc tecum coràm maluerã,ſed quia lõgius ſiebat, volui per literas eadem: vt haberes qui eã diſceres, ſiquando in vituperatores meos incideriſſes.

Vituperabilis,& hoc vituperabile, pen.corr. {ψεκτὸς} Dignum quod vituperetur. Cic.3 de Leg.b. Conſulatus vituperabilis. Idem 3. de Finib.Quod enim vituperabile eſt per ſeipſum, id eo ipſo vitio nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari.
Vitupero, vituperonis,Nouè dictum à Nœuio pro Vituperatore, ſcribit Gellius lib.19.cap.8.

Viuax,Viuacitas.Vide VIVO.

Viuarium,viuarij {ζωοτροφεῖον} Locus in quo vel aues, vel piſces, vel feræ continentur,quæ ad victum duntaxat pertinent. Plin.lib.9.cap. 54, Oſtrearum viuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano. Idem libro 8. capite 52, Viuaria eorum (ſcilicet ſuum) cæterorúmque ſylueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus,

Hirpinus,qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Colum.lib.8. cap.11. Iuuen.Satyra 4,
Non dubitaruit fugitiuum dicere piſcem
Depaſtúmque diu viuaria Cæſaris.
Viuaria,per tranſlationem,apud Horatium 1.epiſt.1,
-ſunt qui
Fruſtis,& pomis viduas venentur auaras:
Excipiántque ſenes,quos in viuaria mittant.

Viuerra, viuerræ {γαλῆ} Animal paruum quidem, ſed magni vigoris:muſtella ruſtica dicitur,vt ait Strabo, ab Africa primum importata. His vtuntur adoleſcentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Plin.lib.8.cap.55, Magna propter venatum eorum (ſubaudi cuniculorum) viuerris gratia eſt.Iniiciunt eas in ſpecus,qui ſunt multifores in terra,vnde & nomen animali,atque ita eiectos ſupernè capiunt.

Viuidus,Viuiparus,Vide VIVO.

Vitiradix,pen.prod. viuiradicis,pen.prod. fœ.g. {μάραθρον} Planta quæ cum radice ſeritur, quaſi viuam radicem habens: ad differentiam malleoli & talearum.Plin.lib.17.cap.22,In arido ſolo viuiradix quoque fruſtra ſeritur. Columella, Sationis autem duo ſunt genera,malleoli,vel viuiradicis. Idem lib.3.cap.5,Nam depoſitæ ſtirpes valido ſolo quanuis celeriter comprehendant atque profiliant, tamen quum ſint viuiradices factæ,prius quàm transferantur, retorreſcunt,nec adoleſcere queunt.

Viuiſco,viuiſcis,viuiſcere,Vide VIVO.

Viuo,viuis,vixi,victum {ζάω,ζέω,διαγωνίζομαι,ὑπερβάλλω} viuere,Notæ ſignificationis.Plaut.Milit.14,
Quin mille annorum perpetuo viuũt ab ſeculo ad ſeculum. Quint. lib.9.cap.3,Non vt edam viuo,ſed vt viuam edo. Virg.eclog.8,
Omnia vel medium fiant mare:viuite ſyluæ. Id eſt valete.Seruius.
Viuunt arboris radices.Non exaruerunt, nec emortuæ ſunt. Vlp. in l.3.D.Arbor.furt.cæſ.
Viuere,Lætam vitam agere.Plaut.Mil.20,
Conſerui,conſeruæque omnes bene valete & viuite.
Viuere caſeo,lacte,rapto,& ſimilibus. Plin.libro 11.cap.42.& cap. 41.& cap.37.
Viuere ad naturam,Vide AD.
Ætatem viuere.Plaut.Amphit.14.
Æuo extento viuere,Longo æuo.Horat.2.Carm.ode 2.
Affecti viuunt omnibus ærumnis.Lucret.lib.3.
¶Viuere,cum genitiuo,vt Viuunt mille annorum, pro mille annis.Plaut.Milit.
Qui mille annorum perpetuò viuunt. Nonius.
Annis vel annos centum viuere: Id eſt annos explere,& implere. Plin.lib.7.cap.48.Et paulo pòſt,4 Ibidem,cap.50.
Nemo enim eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe viuere. Cic.de Senect.
Viue beatus in rebus iucundis.Horat.2.Serm.ſaty.6.
Bene & fortunatè viuere.Plaut.Milit.10.Cicero ad Terentiam,libro 14.1.Beatiſſimi viueremus.
Cauſa viuit,Vide CAVSA.
Conſilio nullo viuere,Propert.lib.1.eleg.1.
Conuenienter naturæ viuere.Horat.1.epiſt.9.
Cum labore viuere.Plaut.Aulul.3.
Viuere cum aliquo. Cic.pro Quintio, Ibi cum iſto Næuio familiariter viuit.
Cum aliquo coniunctiſſimè viuere. Cic.3. de Orat. Sulpitius autem qui in eadem inuidiæ flamma fuiſſet, quibuſcum priuatus coniunctiſſimè vixerat.
Cum aliquo familiariter viuere. Cic.Attic.lib.6.117, Decreram enim cum eo valde familiariter viuere.
Multum viuere cum aliquo,Vide MVLTVS.
Viuere cum ſumma gloria. Cic.7. Verr. Et maximis in laboribus vſque ad ſummam ſenectutem ſumma cum gloria vixit.
De die,vel in diem viuere. Cic.2.Philip.Cum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die,ſed etiam in diem viuere.
De lucro viuere.Cic.Pæto,lib.9.17.
Delicatè & molliter,Parcè,continenter,ſeuerè,ſobriè viuere,Vide de PARCVS.
Diu viximus.Virg.10 Æneid.
Satis diu viuere Cic.pro Marcello.
E natura viuere. Cic.3.de Finib. Conſentaneum eſt huic naturæ, vt ſapiens velit gerere & adminiſtrare Remp. atque vt è natura viuat,vxorem adiungere,& velle ex ea liberos procreare.
Viuere ex more alterius. Terent.Heaut.1.2.
Exemplum viuit,Vide EXEMPLVM.
Viuitur exiguo melius.Claud.1.in Ruffinum.
Viuite fœlices.Virg.3.Æneid.
Viuite fortes.Horat.2.Serm.ſaty.2.
Fortunatè beatéque viuere.Cic.de Clar. Orat. Alterum fortunæ, alterum corporis & animi bona complectitur.
Gloria & laude viuere ob virtutem. Cic.in Piſonem, Summa virtute,pietate,gloria militari,periit in mari: qui tamen ob virtutem, gloriæ laude viuit.
Armenta viuunt gramine.Ouid.15 Metam.
Honeſtè viuit. Terent. And.4.6.
Immoderatè & intemperatè viuere,Vide IMMODERATVS.
In amore iocíſque viuere.Horat.1.epiſt.6.
In caupona viuere.Horat.1.epiſt.11.
In diem,vel in horam viuere,Vide IN præpoſitionem.
In maxima celebritate, & in media Reipub.luce viuere. Quintil. lib.1.cap.2.
In literis viuere.Cic.Pæto,lib.9.26.
In laude viuere. Cic. ad Catonem, lib.15.6, Ea eſt enim profectò iucunda laus,quæ ab iis proficiſcitur,qui ipſi in laude vixerunt.
In oculis ciuium viuere,Sine timore,& ſecurum in ciuitate viue-

re.Cic.3.Offic.Ita qui in maxima celebritate in oculis ciuium quondam viximus,nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant,abdimus nos quantum licet,& ſæpe ſoli ſumus.
Inculcè atque horridè viuere,Vide INCOLO.
Inſtituto bonorum viuere.Cic.pro Quin.Etenim ſi vult virorum bonorum inſtituto viuere,multa oportet diſcat atque dediſcat.
Inter prælia viuere.Ouid.2 Amor.eleg 6.
Iucundiſſimè viuere,Vide IVCVNDVS.
Vacuo lecto viuere,Sine vxore aut concubina.Proper.lib.2.eleg.2.
Libenter viuere,Vide LIBET.
Liberaliter,vel liberè viuere,Vide LIBER,liberi.
Magnificè viuere,Vide MAGNVS.
Malè viuere,Vide MALVS.
Viue memor noſtri Ouid.epiſt.11.
Molliter viuere.Ouid.3.Triſt.eleg.1.
Moribus antiquis viuere.Plaut.Trin.6.
Negligentius viuere.Plin.epiſt.12.
Obſequenter & obſequentiſſimè viuere,Vide OBSEQVOR.
Odia improba viuunt.Stat.12.Thebaid.
Parcè ac frugaliter viuere.Horat.1.Serm.ſaty.4.
Parcius viuere.Horat.1.Serm.ſaty.3.
Parcè viuere æquo animo.Lucret.lib.5.
Placidè viuere.Ouid.2.Amor.eleg 9.
Quietè & liberè viuere. Cic Marcello,lib.4.7.
Rapto viuere.Ouid.11.Metam.Quintil.lib 3.cap.7.
Rectè viuere.Horat.1 epiſt.6.
Sanctiſſimè viuere.Cic.1.de Orat.
Secum viuere.Cic.1.de Senect.
Siliquis viuere & pane ſecundo.Horat.2.epiſt.1.
Spiritu & laude viuere.Cic.13.Philip.
Studiis viuere.Cic.ad Sulpitium,lib.13.29,Eſt enim in eo cùm virtus & probitas, & ſummum officium ſummáque obſeruantia, tum ſtudia illa noſtra quibus anteà delectabamur,nunc etiam viuimus.
Suauius victurus,quàm ſi,&c. Horat.1.Serm.ſaty.6.
Temerè inconſultèque viuere Seneca lib.1 epiſt.1.
In trãquillitate viuere. Cic. Qua præceptrice in tranquillitate vitæ poteſt,&c.
Turpiter viuere.Quintil.lib.5.cap.10.
Vitam viuere.Terent.Adelph 5 4.
Vitium alitur,viuſque tegendo.Virg.3.Georg.
Prorſus vnà viuere. Cic.in Piſonem, Dedit ſe in conſuetudinem, ſic vt prorſus vnà viueret.
¶Viuere alicui.Plaut.Bacchid.11,
-bene valens viuit tibi.
Viuit ſibi.Cic.ad Octauium, Quibus ille ſeptus omnia miſereret, nulli parceret,ſibi viueret.
¶Viuere cum aliquo,pro Iucundiſſimè eſſe, vt referatur ad iucunditatem remiſſionémque animorum.Cic.Attic.lib.13.281, Quum ita ſimus affecti, vt non poſſimus planè ſimul viuere (intelligis enim profectò quò maximè poſita ſit συμβίωσις) facilè patiebar nos potius Romæ vnà eſſe,quàm in Tuſculano.Innuit ſymbioſim poſitam eſſe in iucunditate.Quum enim iucundè non liceat viuere, nulla poteſt eſſe συμβίωσις,id eſt conuictus.
Viuite ſyluæ.Virg.eclogа 8,
Omnia vel medium fiant mare:viuite ſyluæ
Præceps ætij ſpecula de montis in vndas
Deferar. Viuite,id eſt valete. Nam non bene optantis eſt, ſed renuntiantis.Seruius. At ſit Vuillichius,Viuite, eſt tantum hîc quantum Perite,& eſt maledicentis,ſicut in 3.Æneidos,
Viuite fœlices,eſt bene optantis.
¶Ita viuam, Bene precantis particula. Cic.ad Tironem,lib.16.12, Solicitat,ita viuam,me tua mi Tiro valetudo,Vide ITA.
Ne viuam,Id eſt ne ſim ſaluus:Imprecantis particula, pro Diſperream.Cic.ad Attic.lib.4.85,Quid poteris,inquies, pro iis dicere? ne viuam ſi ſcio.Vide NE.
¶Viuitur,pen.corr.Impersonale. Plin.lib.18.cap.1, Ipſum quoque quo viuitur, aërem in perniciem vertimus. Cic.1.de Finibus,Qua præceptrice in tranquillitate viui poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto.
Parvo bene viuitur.Horat.2.Carm.ode 16.
Viuitur ex rapto. Ouid.1.Metam.
¶Viuitur,Perſonale.Ouid.12.Metamorphoſeos, -vixi
Annos bis centum:nunc tertia viuitur ætas.
Conditio viuendi.Horat.2.Serm.Saty.8.
Tenet me voluptas viuendi.Virg.11.Æneid.
Finis viuendi mihi adeſt.Ouid.3.Triſt.eleg.3.
Viuendo vincere aliquem,Poſt eum mortuũ viuere.Plau.Epid.4.
Ad viuendum ſitmus,Vide AD.
Mihi viuendum eſt ſemper in Barbaria.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Viuens,Participium {βιοθαλὴς} vt
In vrbe viuens.Horat.epiſt.14.
Rure viuens.Horat.1.epiſt.14.
Pectore viuenti eripiunt fibras.Ouid.15.Metam.
Fauilla viuens.Ouid.4.Faſt.
Fluuius viuens,Perennis.Stat.9.Thebaid.

Victito, victitas, pen.corr. {σιτέω} victitare, Veſci, & quaſi victu vti. Terent.Eunuch.5.9,
Et libenter viuis,etenim bene libenter victitas.
Parcè victitare,Vide Parcè in PARCVS.
Victitare ſorbilo Plautus dixit, pro Vapulari & gemere: ſuſpiria enim & gemitus vapulantium imitantur ſpiritum ſorbentium. Eius verba ſunt,
Hei mihi iam video propter te victitandum ſorbilo. Turnebus.

Victus,huius victus,maſc.g. {βίος,σιτία.} Vlpian.De verb.ſignif.Victus verbo continentur quæ eſui, potui, cultuíque corporis quæque ad viuendum homini ſunt neceſſaria. Cic. ad Terentiam,lib.14.20,

Item cætera quæ sunt ad victum & valetudinem necessaria.
Victi,genitiuus legitur apud Plautum Capt.13,
Proin'tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.
Victus & vestitus, siue Cultus & victus. Cic.1. Offic. Ob eásque causas studeat parare ea quæ suppeditét & ad cultum & ad victum. Idem pro Quintio, Cuius non modò illæ amplissimæ fortunæ, sed eriam victus vestitúsque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est.
Victus ex rapina.Plin.lib.11.cap.43.
Parsimonia aliquorum in victu.Cic.5.Tusc.
Penuria victus.Horat.1.Serm.saty.1.
Annuis victibus sufficiens prædium.Plin.lib.7.cap.46.
Aridus victus, Vide ARIDVS.
Asper,Vide ASPER.
Basilicus, Vide Basilicus in BASIS.
Facilis.Virg.2.Georg.
Fœdus.Horat.de Arte.
Frugi.Quintil.lib.5.cap.10.
Infœlix.Virg.3.Æneid.
Inops victus.Ouid.6.Fast.
Luxuriosus.Quintil.lib.5.cap.10.
Malignus.Silius lib.3.
Mundus.Horat.1.epist.4.
Parcus & parabilis.Curtius lib.8.
Sordidus.Quintil.lib.5.cap.10.
Tenuis victus.Cic.de Amici.Multi diuitias despiciunt,quos paruo contentos tenuis victus cultúsque delectat.
¶Alitur corpus victu.Lucret.lib.4.
Attenuans victus,Vide ATTENVO.
Carere omni cultu & victu humano.Cic.5.Tusc.
Colere victum.Cic.Attico,lib.12.246,Nunc planè nec ego victum nec vitam illam colere possum.
Hominum vita multum distat à cultu & victu bestiarum. Cicero 2.Officior.
Inuigilare victu,Id est acquirendo victui.Virg.4.Georg.
Minístrare victum,Vide MINISTRO.
Murare ex consuetudine victus.Celsus lib.1.cap.10.
Seges ægra negabat victum.Virg.3.Æneid.
Tolerare victum lactr.Col.in Præf.lib.10.
Qui salubri & moderato cultu atque victu,quieti se tradidit.Cic. 1.Officior.
Vita victúsque communis in amicitiis vigent maximé. Cicero 2.Officior.
¶Victus, pro vita positum probat Nonius ex Cic.5.de Finib. vbi legit, Perfequutus Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras,&c.
Viuus, Adiectiuum {ζῶος,ζωϑὸς, ἔμψυχος,ζῶντος} à Viuo, Quod mortuo contrarium est.Cic.pro Milone,Vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterar.
Exturbari ex numero viuorum. Cic. pro Quintio, Is non modò ex numero viuorum exturbatur, sed si fieri potest infra etiam mortuos mandatur.
Viuus & videns. Cic. pro Sestio. Viuus (vt aiunt) est & videns cum victu ac vestitu suo publicatus.
Viui peruenimus illuc, Id est Diu viuendo.Virg.9.eclog. Seruius.
Viuus, Validus, vehemens.Virg.1 Æneidos,
-paulatim abolere Sichæum
Incipit,& viuo tentat prævertere amore. Seruius.
Viuus.pro Naturali:vt Viua sepes, Viua aqua.
Viua posse dici,quæ neque animo, nec spiritu mouentur probat Nonius ex Virgilo Æneid.lib.1,
Intus aquæ dulces, viuóque sedilia saxo
Nimpharum domus,&c.
Animus viuus & naturalis,apud Plinium in epist.159.
Aqua viua, Naturalis, & ex eo loco nata. Varr.1.de Re rust.cap.11.
Aquæ viuæ, Fluentes.Ouid.2.Fast.
Cæspes viuus, Viridis.Horat.1.Carm.ode 19.
Calor viuus.Ouid.4.Metam.de Sole & mortuo Phaethonte.
Caro malè viua.Ouid.15.Metam.
Cutis viua.Plaut.Bacchid.5.
Exemplum viuum, Vide EXEMPLVM.
Flumen viuum.Liu.1.ab Vrbe,Fluens aqua.
Lacus viui.Virg.2.Georg.
Lapis viuus,Ignitus,quòd vim habeat emittédi ignem.Vide Plin. lib.36.cap.19.Vide etiam PYRITES.
Linum viuum.Plin.lib.19.cap.1.
Lucernæ viuæ, Ardentes.Horat.3.Carm.ode 21.
Plantaria viua.Virg.2.Georg.
Sanguis viuus.Ouid.5.Metam.
Sepes viua, Quæ rubis non præcisis,sed in eo loco natis contexitur.Colum.lib.11.cap.3.
Sulfura viua, Vide SVLPVR.
Vigor viuus.Ouid.1.Trist.eleg.5.
Vnda viua.Silius lib.12.ad finem.
Voluptas viua pratis.Claud.1.in Ruffinum.
Vultus viuos ducere, hoc est Viuam & naturalem effigiem referentes.Virg.6.Æneid.
¶Ad viuum resecare.Cic.de Amic.Vide AD præpositionem.
¶Detrahere, vel resecare aliquid de viuo.Cic.pro Flacco, Dat de lucro:nihil detrahit de viuo: minus igitur lucri facit. Idem 5.Verr. De viuo igitur erat aliquid resecãdum, vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Id est non de lucro, sed de eo quod aratores pro impendiis percepturant.Budæus.
¶Viuum,pro vehementi,vel nouo,teste Nonio. Virg.Æneï.lib.1,
-paulatim abolere Sichæum
Incipit,& viuo tentat prævertere amore.
Viuatus & viuidus à vi magna dicuntur,inquit Festus.Lucret.lib.3.
Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolumis,stat cernendi viuata potestas.
Viuax,viuacis,per.prod.om.gen. {ζωογόος,ζωωτικὸς} Validus, vigorosus, inquit Sipontinus:siue qui diu viuit.Virg.3.Georgicon,
Palladia gaudent syluæ viuacis olivæ. Plin.libro 9.cap.20, In ficco quoque repunt,ideò etiam viuaciora talia.
Viuax in pœnam.Plin.lib.7.cap.50, Nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent,non senectæ in pœnam viuacis.
Aconita viuacia,Vide ACONITVM.
Anima viuax.Ouid.12.Metam.
Anus viuax.Ouid.13.Metam.
Apium viuax,Diu viriditatem retinens. Horatius 1.Carm.ode 36. Acron.
Ceruus viuax.Virg.eclog.7.
Dextra viuax,Animosa.Ouid.ad Pisonem.
Fata viuacia senectæ.Lucan.lib.2.
Gramen viuax, Tenerum & viride.Ouid.4.Fast.
Gratia sermonum viuax.Horat.de Arte.
Oliua viuax.Virg.2.Georg.
Verba viuacia,vel efficacia, vel ad posteritatem vsque peruentura.Ouid.ad Pisonem.
Virtus viuax,expérsque sepulchri.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.
Viuacior heres.Horat.2.Serm.saty.2.
Viuacitas,penult.cort.viuacitatis, fœm.gen. Naturalis vigor. Colum. libro 11. cap.3, Multis etiam locis viuacitatem suam vsque in annos decem prorogat.
Impia viuacitas.Quint.in Procem.lib.4.
Viuesco,siue viuisco,viuiscis {ζωοποιέομαι} viuiscere significat viuere, siue viuum fieri.Quod verbum præcipuè vsurpamus, quum de aliis rebus ab homine & etiam ab animalibus,quæ communi vita fruuntur, loquimur, vt in animatis, & huiusmodi. Plin.lib.9.cap.51,Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio. Idem lib.16. cap.25, Hoc enim maritantur viuescentia è terra.
Vlcus viuescit,& inueteraſcit alendo.Lucret.lib.4.
Verbum affixum cordi viuescit.Lucret.lib.4.
Viuidus, penult.corr.Adiect. {ἐμψυχὸς} Plenum vigoris. Propert.lib.2, eleg.32,
Quatuor artificis viuida signa boues. Quasi spiritia,atque viuetia.
Plin.in Paneg.Amas constantiã ciuium,rectósq; ac viuidos animos.
Animus viuidus.Tacit.lib.13.
Agile & viuidum corpus.Plin.iunior lib.3.epist.1.
Imago viuida Martis.Claud.de bell.Getico.
Impetus viuidus Horat.3.Carm.ode 4.
Ingenium viuidum.Liu.2.ab Vrbe.
Membra viuida.Silius lib.7.
Odia viuida.Tacit.lib.15,Viuida odia intulere.
Virtus viuida bello,Id est fortis Virg.5.Æneid.
Viuiparus.pen.corr.Adiectiuum,vt Pisces viuipari, qui piscem viuum pariunt:sicut ouipari,qui oua pariunt.Apuleius in Apologia prima, Viuiparos eorum & ouiparos.
Vix.Aduerb. {μόλις,μόγις,χαλεπῶς,σπανίως} significat Cum vi ac difficultate & labore. Terent.Eunucho,3.3,
-hic sunt tres minæ.
c.Vix. Idem Phorm.1.1,
Quod ille vociatim vix de demenso suo,
Suum defraudans genium,comparsit miser. Vbi Donatus,Vix potuit & vnciatim & citò conflari peculium: vt multa pauxillatim & citò fiunt maxima.Meritò ergo additum est vix. Cic.4.Acad.Nos probabilia multa habemus,quæ sequi facilè, affirmare vix possumus.
¶Vix,nedum.Liu.4.bel.Maced.Vix clamorem eorum,nedum impetum Suessani tulere.
In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus. Cicero 1. de Oratore.
Vix multis modis,vel statim,interprete Donato.Teren.Hecy.3.1, Tamen nũquam ausus sum recusare eam, quam mi obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi,atque impeditum in ea expediui animum.
¶Vix ægré.Plaut.Pœn.4,
-nam quum sedulò
Munditer nos habemus,vix ægrè amatoreculos inuenimus.
Mihi verò cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Cic.Varroni,lib.9.8.
Aut vix,aut nullo modo corrumpi.Cic.2.de Nat.deor.
Vix dum,Vix adhuc.Terent.Phorm.4.2,
Vix dum dimidium dixeram,intellexerat. Cic. ad Cassium, lib.12. 4,Dolabella valde viruperatur ab hominibus non insulsis, quòd tibi tam citò succederet, quin tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. Et ad Attic.lib.9.17.1,Vix dum epistolam tuam legeram, quum ad me currens ad illum Posthumus Curtius venit, nihil nisi classeis loquens & exercitus.
Vix tandem.Terent.Phorm.2.1,
-ô facinus audax!ô Gera
Monitor. 6. vix tandem. Vbi Donatus, Conuenit hoc dictum eis iam pridem se malè audire putat:& ideo serò videtur ad hunc senex peruenisse: quum ille metuens, se primum ad accusationem crederet. Idem Cic. Appio Pulchro,lib.3.9, Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio.
Vix saltem.Quintil.libro 6.cap.5, Illud vix saltem præcipiendum videtur.
Vix vt.Plin.lib.12 cap.17,Vix vt dignosci possit à mastice vera.
Vix est,vt. Aphricanus in l. Tutor. §. 1. D. ad S. C. Velleianum, Quando vix sit,vt aliqua apud eundem pro eo ipso intercessisse intelligi possit.
¶Vix,Referrur ad tempus.Virg.1.Æneidos,

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Id est mox,statim.Sic.4.Æneidos,
-& quos Sidonia vix vrbe reuelli. Id est statim,aut etiam vix.
Seruius.
¶Vix,Non,authore Donato.Lucilius,
-carcer,vix carcere dignus. Ouid.epist.1,
Vix Priamus tanti,torâque Troia fuit.
¶Vix ita tamen viuimus.Plaut.Ciſtel.2.
Vlciscor, vlcisceris, pen.corr. vltus sum {τίω, ἀμύνω, ἐκδικέω, τιμωρέω, ἀμύνομαι} vlcisci,Vindicare, & iniuriam non impunitam relinquere.Et dicimus,Vlciscor re,pro,Vlciscor me, & Vlciscor scelus. Terent.Eunucho,5.4,
Ego pol te pro istis dictis & factis,scelus
Vlciscar, vt ne impunè in nos illuseris. Hoc est puniam. Idem Adelph.3.2,
Satis mihi id habeam supplicij,dum illos vlciscar modò.
Vlcisci & persequi.Cic.Bruto 3, Quos quidem ego omnibus sententiis vlciscor,& persequor,omnibus bonis approbantibus.
Vlcisci & sanare,contraria. Cic.2.in Catilin.Quos quidem ego,si vllo modo fieri posset,non tam vlcisci studeo quàm sanare.
Ab aliquo se vlcisci.Plin.lib.34.cap.14, A ferro sanguis humanus se vlciscitur. Contactum nanque eo, celerius subinde rubiginem trahit.
Aliquem vlcisci. Cic.2.de Inuent. Ab defensore,in eius quem vltus sit,audaciam sui conquestione,rem non ex nomine ipsius negotij,sed ex consilio eius qui fecerit,&c.
Vlciscentur illum mores sui.Cic.Attic.lib 9.184.
Vlcisci aliquod factum.Terent.Phorm.1.4,
Vlcisci aliquod factum. Cic.pro Rab.perduel.reo, Et similis viri tu vlciscéris patrui mortem, atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset?
Necem alicuius vlcisci armis.Ouid.7.Metam.
Nefas fortiter est vlta laqueo.Ouid.1.de Arte,De Biblide.
Patriam cadentem vlcisci.Virg.2.Æneid.
¶Vltum ire. Curtius lib.10, Meleagri temeritatem armis vltum ire decreuerant. Salust. Iugurtha, Cum maxima cura vltum ire iniurias festinat.De Metello.
Vltio,vltionis,pen.prod.Verbale {τίσις, ἄμυνα, ἐκδίκησις, ἐκδικία, τιμωρία.} Plin.lib.11.cap.28,Illis enim vltionis causa datum est.
Promptus vltioni.Tacit.lib.11.
Voluptas vltionis.Quintil.lib.5.cap.13.
Audere vltionem.Tacit.lib.2.
Mactare aliquem vltioni & gloriæ.Tacit.lib.2.
Vltor,vltoris,penult. prod. {ἀλκτὴρ,τιμωρός, ἀμυντικὸς} Qui vlciscitur. Ponitur autem dupliciter.Cic.in Pisonem.Piso vocatur Catilinæ vltor. Epistolarum verò familiarium libro 2. epist. 8.in fine, Te verò mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorem non modò inimicorum, sed etiam inuidorum meorum,In his diuersus est vsus. Nam illud pro Catilina, hoc contra inimicos,velut punitor inimicorum. Cic.de Clar.Orator. Duo præterea Consulares, quorum Publius ille nostrarum iniuriarum vltor,author salutis. Idem pro Sylla,Coniurationis inuestigator atque vltor.
Prævaricator & vltor alicuius. Cic. in Pisonem, Id autem templum sublato aditu,reuulsis gradibus, à coniuratorum reliquiis,atque à Catilinæ prævaricatore,tum vltore armis teneretur.
Dolorum alicuius vltor.Virg.10.Æneid.
Inimicorum vltor. Cic.Cælio,libro 2.8.
Mortis alicuius vltor.Ouid.3.Metam.
Scelerum vltores,Lucan.lib.2.
Fortissimus vltor.Ouid.15.Metam.
Di vltores.Propert.lib.3.eleg 20.
Vltrix,vltricis, penul.prod.fœm.gen. {ἀμυντικὴ} Quæ vlciscitur.Cic. pro Domo sua,Hæc vltrix afflictæ ciuitatis, Reip.spoliis ornabitur? Virg.11.Æneidos,
Hæc cape,& vltricem pharetra depromte sagittam.
Anima vltrix.Stat.11.Thebaid.
Dextra vltrice fusus Lycus.Senec.Here.fur.11.
Flamma vltrix.Virg.2.Æneid.
Tela vltricia genere neutro.Stat.5.Thebaidos,
-potúsne vltricia Graiis
Virginibus dare tela pater?
Vlcus, vlceris, pen.corr. neut.gen. {ἕλκος} Sanies concreta intra cutem latitans: quæ vt properè abrupta cute erumpat, emplastris supernè alligatis solet confoueri.Virg lib.3.Georgicon,
Quàm siquis ferro ponit rescindere summum
Vlceris os,alitur vitium, viuísque tegendo.
Vlcus & Vulnus hoc distant, quòd Vlcus tecta, & clausa est maltgnitas.Virg.3.Georgicon,
Quam siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os,alitur vitium, viuísque tegendo. Vulnus contra hians & patens.Virgilius lib.9,
Prodúxi,pressíve oculos,aut vulnera laui
Veste tegens. Ex Nonio.
Crustulas vlcerum rumpit Lens.Plin.lib.22.cap.25.
Duritias in alto vlcerum persequitur Multipeda trita. Plin.libro 30.capite 13.
Eruptiones vlcerum manantes.Plin.lib.22.cap.21.
Inflammationes vlcerum.Plin.lib.28.cap.9.
Imperus vlcerum incipientes serpere coërcet calx. Plinius libro 36.cap.24.
Labra vlcerum.Plin.lib.26.cap.14.
Margines vlcerum duriores absumit cinis.Plin.lib.30.cap.13.
Margines vlcerum erodit Anonis.Plin.lib.27.cap.4.
Os vlceris.Celsus lib.5.cap.28.De sacro igne.
Sinus vlcerum explent,&c.Plin.lib 27.cap 8.
Sinus vlcerum Chelidonia siccantur.Plin.lib.26.cap.14.
Altum & angustum vlcus.Celsus lib.5.cap.28.De fistulis &earum generibus,Id nomen est vlceri alto,angusto,calloso.
Atra vlcera ad viuum corpus redigunt lupini syluestres. Plin.lib. 22.cap.vltimo.
Callosa vlcera,Vide CALLVS.
Caua vlcera commodissimè implent Sphærion & id quod Philetis vocatur.Celsus lib.6.cap.6.De cauis oculorum vlceribus.
Chironium vlcus.Celsus lib.5 cap.28.De Chironio vlcere.
Corruptius vlcus,Celsus lib.7.cap.4.
Deplorata vlcera.Plin.lib.26.cap.14.
Desperantia iam vlcera cicatrice includit mel. Plinius libro 22. capite 24.
Difficilia vlcera.Plin.lib.23.cap.vlt.
Durum & rotundum vlcus.Celsus lib.6.cap.3.
Humidum & inæquale vlcus.Celsus lib.6.cap.3.
Inæquale vlcus.Celsus lib 5.cap.28.De Theriomate.
Incurata vlcera.Horat.1.epist.17.
Mala vlcera.Celsus lib.5.cap.28.De sacro igne.
Nigrum vlcus.Celsus lib.5.cap.26.De vlceribus quæ extrinsecus, &c.Plin. lib.27.cap.8.
Periculosissima vlcera.Celsus lib.6.cap.11.
Pura,& Parum pura vlcera.Celsus lib.6.cap.11.
Putre vlcus. Celsus libro 5.cap.26 De curatione Erysipelarum,Si magis putre est vlcus,iámque procedit ac serpit,opus est vehementius erodentibus. Paulo pòst, Post vltionem putris vlceris superponéda sunt quæ cruſtas à viuo resoluant, eas ἐσχαρώτικὰς Græci vocant.
Putria vlcera & tetri odoris emendat aurum. Plin.libro 33.cap.4. ad finem.
Recentia vlcera. Celsus libro 6. capite 6. De vlceribus oculorum,&c.
Senilia vlcera siccant impositæ spongiæ.Plin.lib.31.cap.11.
Sordida vlcera. Celsus lib.6.cap.7,De aurium morbis; Si sordida quoque vlcera sunt,melius multò eluuntur.
Terra vlcera.Lucret.lib.5.
Vetus vlcus scalpello incidendum est, excidendæque eius oræ. Celsus lib.5.cap.26.De curatione vlceris.
Vetustis vlceribus,& vix ad cicatricem venientibus optimè succurrit Sphærion. Celsus libro 6.capite 6. De cauis oculorum vlceribus.
Adapertum vlcus. Celsus libro 5.cap.28. De vlceribus quæ ex frigore,&c.
Rubor ambit vlcus.Celsus lib.5.cap.26. De vlceribus quæ extrinsecus,&c.
Aperire vlcera.Plin.lib.23.cap.7.
Astringit & explet vlcera Sil.Plinius lib.33.cap.vlt.
Coërcent vlcera quæ serpunt,Lactucæ.Plin.lib 2.cap.7.
Cohibet seuum cum cera vlcera quæ serpunt. Plin.lib.28.cap.18.
Compescit vlcera alumen.Plinius lib.35.cap.15.
Comprimuntur vlcera aceto. Celsus lib.4.cap 4. De difficultate spirandi.
Continuatur vlcus ruptis pustulis. Celsus lib.5.cap.28. De sacro igne.
Curare vlcera.Celsus lib.6.cap.17. De caneri,qui in cole nascitur, curatione.Ibidem,De digitorum vlceribus.
Descendere solet interdum vlcus ad neruos. Celsus lib.6.cap.17. De colis morbis.
Manantia capitis vlcera discutere.Plinius lib.22.cap.21.
Efferentia sese vlcera.Plin.lib.26.cap.14.
Emendantur oris vlcera,&c.Plin.lib.28.cap.8.
Emendat butyrum vlcera.Plin.lib.28.cap.12.
Erodit vlcera exerescentia lapis sarcophagus.Plin.lib.36.cap.17.
Erumpentia per se vlcera.Plin.lib.22.cap.10.
Excidere totum vlcus vsque ad sanam carnem. Celsus lib.5.cap. 28.De Meliceria.
Exerescentia vlcera.Plin.lib.24.cap.5.
Exest putris vlcera Aristolochia.Plin.lib.26.cap.14.
Exesum vlcus.Celsus lib.5.cap.26.De curatione vlceris.
Explet caua vlcera Aristolochia.Plin.lib.26.cap.14.
Expurgat vlcera sordida Aristolochia.Plin.lib.26.cap.14.
Vlcus facit septica vi Anemona.Plin.lib 21.cap.23.ad finem.
Facta calceamento vlcera.Plin.lib.26.cap.14.
Fiunt etiam ex frigore hyberno vlcera,maximè in pueris,& præcipuè pedibus digitísque eorum. Celsus lib.5.cap.28.De vlceribus quæ ex frigore,&c.
Vlcera si cum inflammatione finita non sunt:aut supererescentia, aut sordida,aut cauа,aut certè vetera esse consuerunt.Ex his supercrescentia collyrio quod Memigmenon vocatur,optimè reprimuntur.Sordida purgantur & eodem. Celsus lib.6.cap.6. De oculorum vlceribus supercrescentibus,&c.
Fouere vlcera succo aliquo.Plin.lib.24.cap.14.
Illinitur Gentiana vlceribus quæ serpunt.Plin lib.26.cap.14.
Illinitur Bérá contra vlcera quæ serpunt.Plin.lib.20.cap.8.
Implere vlcus. Celsus lib.5.cap.24, Enchrista ad vlcera purganda & implenda.
Imponitur vlceribus manátibus fæx vini cremata. Plin.li 23.ca.2.
Increscentia vlcera.Plin.lib.20.cap.14.

Inducere cruſtas vlceribus, Celſus libro 6.cap.11. ad finem. & lib. 5.capite 8.

Inhibet infantium vlcera alumen. Plin.lib.35.cap.15.

Inſpergitur vlceribus farina. Plin.lib.23.cap.vlt.

Inueterata vlcera. Plin.lib.26.cap.1.

Vlcera quæ in capite manant. Plin.lib.20.cap.8.

Manantia vlcera. Plin.lib.26.cap.14.

Vlcera non matureſcentia. Plin.lib.22.cap.23.

Medetur omnium generum vlceribus plantago. Plinius libro 26. capite 14.

Naſcuntur vlcera. Celſus lib.6.cap.12. Quæ in latere linguæ naſcuntur vlcera, diutiſſimè durant.

Nutrire vlcus lenibus medicamentis. Celſus lib.6.cap.6. De vlceribus oculorum, &c.

Occupat vlcus vetuſtas, Interdum vetuſtas vlcus occupat, inducitúrque ei callus, & circùm oræ craſſæ liuent: quod ferè negligenter curato vlceri ſuperuenit. Celſus lib.5.cap.26. De vlceribus quæ extrinſecus, &c.

Oriuntur vlcera. Celſus libro 6.cap.13. Alia quoque vlcera in gingiuis plerunque oriuntur: quibus eadem, quæ in reliquo ore, ſuccurrunt.

Percurrat ſeuum vlcera quæ ſerpunt. Plin.lib.28.cap.18.

Perducere vlcera ad ſanitatem. Celſus lib.7.cap.30.

Vlcera quæ vermibus perielitantur. Plin.lib.30.cap.13.

Purgare repleréque vlcera. Celſus lib.5.cap.26.ad finem.

Perſanare vlcera. Plin.lib.26.cap.14.

Vlceribus ex ambuſto mirè prodeſt toſtum hordeum. Plinius libro 29.cap.3.

Purgandum vlcus maximè melle & reſina eſt: ſed aliis quoque purgari poteſt, quibus purulenta curantur, eodémque modo ad ſanitatem perducendum eſt. Celſus lib.7.cap.30.

Vlcera purgantur & explentur butyro. Plin.lib.28.cap.18.

Putreſcentia vlcera. Plin.lib.20.cap 7.

Renouare vlcera. Celſus lib.7 cap.30.

Renouatur vlcus. Celſus lib.5 cap.28. De Chironio vlcere.

Repugnantia cicatrici vlcera quæ ſerpunt. Plin.lib.23.cap.5.

Repurgatum vlcus ſic vt cætera nutriendum eſt. Celſus lib.5.cap.26. De curatione Eryſipelarum.

Os ſummum vlceris reſcindere. Virg 3. Georg.

Iuſtis vlceribus ruber corpus. Lucret.lib.6.

Serpunt vlcera. Celſus lib.5.cap.28. De ſacro igne, Vlcera ſi mediocriter ſerpunt, aqua calidaſi vehementius, vino calido foueenda ſunt.

Serpentia vlcera. Plin.lib.24.cap.6.

Siccat vlcera per ſe farina lupinorum. Plin.lib.22.cap.vlt.

Tendit ad ſanitatem vlcus. Celſus lib.7.cap.28.

Tollit vlcera humida cinis ex oſſibus ſepiarum. Plinius libro 32. cap.7.ad finem.

Vlcera humida in capite tollunt oua. Plin.lib.29.cap.3.8.

Vlcera quæ cicatricem non trahunt. Plin.lib.30.cap.13.

Vlcera difficilè cicatricem trahentia. Plin.lib.22.cap.25.

Vineſcit vlcus, & inueteraſcit alendo. Lucret.lib.4.

¶Vlcus tangere, Eſt mouere dolorem, eiúſque rei facere meationem quæ nos magnopere vrat. Terent.Phorm. 4.4,

Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere? Hanc metaphoram M Tullius oppidò quàm eleganter expreſſit in Clodium, qui populum fame iam exaſperatum, concionibus inſuper ſeditioſis in rabiem agebat. Vt tu, inquit, in hoc vlcere tanquam vaguis exiſteres. Eraſmus.

Vlcus eſt quicquid attigerit horum. Cic.1.de Natur.deor. Quæro igitur, veſter deus primùm vbi habitet. Deinde quæ cauſa cum loco moueat, ſi modò mouetur aliquando. Poſtremò quum hoc proprium ſit animantium, vt aliquid appetant, quod ſit naturæ accommodatum, deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis ac rationis vtatur. Poſtremò quomodo beatus ſit, quomodò æternus. Quicquid enim horum attigerit, vlcus eſt: ita malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Id eſt, ita ab eo defendi non poterit, quin erroris vanitatiſque conuincatur.

Exiſtere tanquam vnguem in vlcere. Cic.pro Domo ſua, Quid ſi vtrunque fuit, & vt fames ſtimularet homines, & tu in hoc vlcere tanquam vnguis exiſteres?

¶Vlcus, à nonnullis ſcribitur cum h, quod Græcè ἕλκος dicatur.

Vlculculum, vlculculi, pen corr. Diminut. { ἑλκίδιον. } Celſus lib.5. de puſtularum generibus. Ex puſtulis verò nonnunquam etiam vlculcula ſunt, aut aridiora, aut humidiora.

Vlcero, vlcerãs, pen.corr. { ἑλκόω } vlcerare, Dilaniare, & multa vlcera facere. Plin.lib.28.cap.9. Item equarum præterquam virginum erodit, emarginat, vlcerat. In vetere codice legitur emarginat vlcera. Cic. de Fato, Nondum enim vlcerato ſerpentis morſu Philocteta, quæ cauſa in rerum natura continebatur, fore vt is in inſula Lemno liniquereturHorat.1.Serm.ſaty 6.

Iecur alicuius vlcerare, Fœdè vulnerare. Horat.1.epiſt.19.

Vlceratio, Verbale. Senec.ad Serenum, In dolores, damna, vlcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa ſe frementium ſecurus aſpiciat.

Magna vlceratio. Celſus lib.5.cap.28. De Acrochordone, & Thymio, & Myrmeciis. Myrmecia latiſſimis radicibus inhærẽt, ideóque ne excidi quidem ſine vlceratione magna poſſunt.

Vlceroſus, pen.prod. Adiect. { ἑλκώδης } Plenum vlceribus, vt

ſecur vlceroſum. Horat.1.Carm.ode 25.

Vlceroſum ad arbores tranſlatum. Plin.lib 17. cap.14, Ante omnia gemmantes nitere conueniet, nihil vſquam vlceroſum eſſe, aut retorridum.

Vlex, vlicis, pen.corr. Frutex eſt roris marini ſimilis, aſper, aurúmque retinens. Plin.lib.33.cap.4.

Vligo, pen.prod. vliginis, pen. corr. fœm.g. { πλάδος, ἰκμὰς } Terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedens, inquit Seruius. Varro 2.de Re ruſt.cap.2, Solum oportet eſſe eruderatum & procliuum, vt euerri facilè poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolùm ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas, ac eas ſcabras fieri cogit. Virgilius 2. Georgicon,

At quæ pinguis humus, dulcéque vligine læta.

Peſtifera vligo campi. Silius lib.8.

Salſam nonnunquam & amaram vligine vomit terra. Columel. libro 2.cap.9.

Vliginoſus, pen.prod. Adiect. { ἰκμαδώδης } Semper vuidum: vt Vliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. Varro 1.de Re ruſt.cap.6. Columel.lib.2.cap.4, Igitur vliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis. Plin.libro 17.cap.5, Item vliginoſam triſtia terram demonſtrant.

Vllus, vlla, vllum { τις } Aliquis, quaſi vnus aliquis: nunquam autem affirmatiuè ponitur, ſed ponitur, vel negatiuè: vt, Non eſt vllus qui currat. Vel interrogatiuè: vt, Eſt ne vllus qui currat? Vel ſubiunctiuè: vt, Si vllus me vocabit; ſtatim veniam. Terentius,

Si vllo modo eſt, vt poſſit, quod ſpero fore. Cic.6.Verr. Nullum inquam horum reliquit, neque aliud vllum tamen, præter vnum peruetus ligneum, Bonam fortunam, vt opinor. Idem in eundem, 4, Debebat Epicrates vllum nummum nemini.

Negat pro eſſe vllam ſcientiam alicui. Cic.1.de Orat.

Emptor vllius rei nemo. Cic 2. Philipp. Omnino vllius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor.

Obiicit mihi quòd vllum de liberis meis potuerim facere diſcrimen. Quint in Ægro redempto.

Vlmus, vlmi. fœm.g. { πτελέα } Arbor vineis amica. Plin.libro 16.cap. 40, Rigorem fortiſſimè ſeruat vlmus, ob id cardinibus, aſſamentiſque portarum vtiliſſima, quoniam minimè torqueatur permutanda tantum ſic, vt cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior.

Alta vlmus. Virg eclog 10.

Exeſa vlmus. Ouid.3 Faſt.

Fœcundæ frondibus vlmi. Virg.2. Georg.

Fortes vlmi. Virg.2. Georg.

Frondoſa vlmus. Virg eclog.2.

Patula vlmus. Verſ. Saty 3.

Speciоſa vlmus nitentibus vuis. Ouid.14. Metam.

Viduæ vlmi, Quibus non adhærent vites. Iuuen. Saty.8.

Adiungere vites vlmis. Virg.1. Georg.

Amicтæ vitibus vlmi. Ouid.1. Metam.

Degrauat vlmum vitis. Ouid.5. Triſt.eleg.4.

Intexere vlmos vitibus. Virg.2. Georg.

Vincitur vitibus vlmis. Ouid epiſt.5.

Vlmeus, Adiect. { πτελεινὸς } Quod ex vlmo eſt, vt Virgæ vlmeæ, apud Plaut. in Aſin.7. Et Epid.13,

Quem Apelies Zeuſiſque duo pingent pigmentis vlmeis. Hoc eſt virgis vlmeis. Colum.lib.6.ca.3, Probatúrque maximè vlmea frons.

Vlmitriba, pen corr. { πτελεοτρίβης } Qui vimum terit, id eſt qui virgis vlmeis cæditur. Plaut. Perſa, 8.

Vlmarium, vlmarij { πτελεών } Locus vlmis conſitus, vlmorum ſeminarium. Plin.lib.17.cap.11, Differendæ ex arearum venis poſt annum in vlmaria, interuallo pedali in vnam quanque partem.

Vlna, vlnæ { ὠλένη, ὠλένη, ὠγκὰλη, ὠγκὰλη } Propriè inquit Seruius, eſt ſpatium quantum vtraque extenditur manus. Plin.libro 11 cap.43, Terreſtrium vni hominũ ſuguli, humeri, cæteris armi: vni vlnæ. Virgilius 3.ecloga,

Tres pateat cæli ſpatium non amplius vlnas. Dicta vlna, vt ait Seruius, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt à brachiis, vnde & ἀδιάστολος ὠλένη dicitur. Licèt Suetonius vnum cubitum velit eſſe tantummodo. Virg 3. Georgicon,

-ſeptémque aſſurgit in vlnas. Vbi Seruius,

Creſcit in ſeptem vlnas. Vlna autem, vt diximus, ſecundum alios, vtriuſque manus extenſio eſt, ſecundum alios cubitus, quod magis verum eſt, quia Græcè ὠλένη dicitur cubitus: vnde eſt ἀδιάστολος ὠλένη. De vlna vide diligenter Parerga Alciati lib 1.cap.18. & Budæum in priorib.annotat.

Toga bis ter vlnarum. Horat.Epod.4.

Leues vlnæ. Claud.7.Paneg.

Teneræ vlnæ. Ouid.9. Metam.

Tremula vlna. Catul.ad Coloniam,17.

Mollibus vlnis actollere aliquem. Ouid.7. Metam.

Circundare aliquem vlnis. Stat.3.

Auidis vlnis circunligant matrem. Stat.1. Achil.

Niueis reducem complectitur vlnis. Claud.2.in Eutrop.38.

VLPIANVS Iuriſconſultus { ὀλπιανὸς γνωμικὸς } Adriani Imperatoris ſcriniorum magiſter, Tyrius fuit. Is vtitur authoritate Ponponij in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, vt notat Raphael Volaterranus.

Vlpicum, vlpici, pen. corr. { ἀφροσκόροδον } Græci appellauere genus ailij grandius inter pulmentaria ruris adſcriptum, authoribus Plinio & Colum. Plaut. Pœn.19,

-aman'tu autem plenior

Allij vlpici quàm ſint Romani remiges? Colum.lib.11.cap.3, Vlpicum, quod quidam allium punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον, appellant, longè maioris eſt incrementi, quàm allium. Idque circa calendas Octobris, antequam deponatur, ex vno capite in plura diuiditur. Habet enim velut allium plures cohærentes ſpicas: ſed quum ſint diuiſæ, iiraiim ſeri debent, vt in puluinis poſitæ minus infeſtentur hyemis aquis.

Vls { ἰσθέναι } facit vltra & vltimus, inquit Feſtus, Nonius, Vls Cato pro vltro poſuit.

Vlterior, Vltimus, Vide VLTRA.

Vltio. Vltor, Vide VLCISCOR.

Vltis, pro Vltra. Pomponius in l.2.§.Et quia.D.De orig.iur. Quinque viri conſtituti ſunt eis Tyberim, & vltis Tyberim. Sic habent Haloandet & Pandectæ Florentinæ.

Vltra

Vltra, { ὑπὲρ, πέραν, πρόσω } Præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiens, Significat præter & trans. Pjaut.Merc.3,

Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus. Cic.ad Att.libro 12.245, Vltra Siliauam villam eſt, quam puto tibi notam eſſe, &c.

Vagari vltra terminum. Horat.1.Carm.ode 22.

Vltra pueriles annos. Quint.lib 1.cap.11.

Vltra placidum laudare. Virg.eclog.7. Seruius, Id eſt nimiè, irriſoriè. Vltra quàm placeo & mereor.

Vltra modum congredi. Cic 4. Tuſc. Sed adhibent modum quendam, quem vltrà progredi non oporteat.

Vltrà Aduerbium eſt, quum ſine caſu ponitur. Plaut.Stich 5,

Nunc vltrà hoc deporrem? haud placet: neque id verò officium ego arbitror. Colum.de Arboribus, cap.5, Quæ ſic reſectæ inoleſcunt, nec vltrà obſunt vitibus.

Intendamus vltrà animum. Quintil.lib 7 cap.2.

Vtra citráve peruolare. Plin.lib.10.cap.23.

Nihil vltrà, vel non vltrà, pro Nihil ſuprà, vel præterea. Cic.ad Att.lib.15.321, Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis, verbis, vt nihil poſſit vltrà cogitari. Idem de Vniuerſ. Si probabilia dicentur, nequid vltrà requiratis. Liu.4.bel.Pun. Tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, vt ſuſtineri vltrà non poſſent. Hîc pro amplius,

Vltra quàm. Cic.1.de Inuent. Remotum eſt, quod vltrà quàm ſatis eſt, petitur. Idem 1.Tuſc. Vltra enim quò progrediar, quàm vt veriſimilia videam, non habeo.

Vltra quàm oportet. Quintil.lib.2.cap.5.

Non vltra quàm, Vide NON.

Vltra ab Vls deriuatur, quo veteres vtebantur, ſicut citrà à Cis.

Vlterior { πρόσω τέρος } ab Vltra comparatiuus. Terent.Phorm 4.2,

Sed eccum ipſum, quis eſt vlterior? Cic. de Prouic. Conſul. Quorum alter vlteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.

Vlterior ripa, quæ trans flumen eſt. Liu.lib.2.Decad.5.

Vlteriora mirari, præſentia ſequi. Tacit.lib.20.

Loqui vlteriora. Ouid.5.Faſt.

Vlterius, Aduerb. { ὑπερέκεινα, πρόσω τέρον. } Ouid.2.Metam.

Inde abit vlterius: mediſque per æquora ponti

Fert prædam.

Vlterius iuſto. Ouid.6.Metam.

-quotieſque rogabat

Vlterius iuſto, Prognen ità velle ferebat. Hoc eſt, vltrà quàm honeſtum foret.

Vlterius quærere. Senec.epiſt.103, Et vlterius ſi licuiſſet, inuabit de immortalitate animorum quærere, imò credere.

Vltimus, pen.corr. { ἔσχατος, πύματος, παντύχατος, νείατος } Ab vltra ſupetlatiuum. Idem quod Poſtremus, extremus, ſummus. Cic.1.de Legib. A quibus temporibus capiat ſcribendi exordium. Ego enim ab vltimis cenſeo. Extremus & vltimus. Cicero 2.de Diuinat. Cælum ipſum quod extremum atque vltimum mundi eſt.

Vltimæ ædes. Terent.Heaut.5 1.

Dies vltima expectanda homini. Ouid.3.Metam.

Mors vltima linea rerum. Horat.1.epiſt.17.

Luna vltima. Cic.in Somnio Scip.

Memoria vltima. Cic.pro Archia.

Origo vltima, pro Initio originis. Cornelius Nepos in Attici vita, Põponius Atticus ab origine vltima ſtirpis Romanæ generatus.

Platea vltima. Terent.Phorm 1.4,

Sed quis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea?

Stirps vltima. Liu.Decad.1.lib.1, Ibi Tarquinius maledicta ab ſtirpe vltima orſus, Seruum ſerua natum, &c. Id eſt, à prima ſtirpis origine, ab initio.

¶Vltimum ac maximum telum. Liu.4.ab Vrbe.

Tempus proximum, medium, vltimum. Cic.de Prouin.Conſ.

Terra vltima. Cic.de Aruſp.reſp.

Ad vltimum, Vide AD præpoſitionem.

¶Denuntiare neceſſitatem vltimam. Tacit.lib.15.Hoc eſt, morte.

Vltima pœna. Liu.3.ab Vrbe.

¶Vltimum bonum, pro Summo. Cicero 3.de Finib. Eorum, dico qui ſummum bonum, quod vltimum appellant: in animo ponerent. Nonius.

Vltima experiri, Id eſt ſumma. Liu.2.ab Vrbe. Celſ.lib.7.cap.7, Igitur vbi vltima experiri ſtatutum eſt, &c.

¶Vltima pati, Extrema ſupplicia. Liu.7.bel.Maced.

Vltima in malis hæc ſunt illi. Cic.ad Brutum, 17. Id eſt extrema & ſummæmala eſſe videntur.

¶Vltimum periculi. Curt.lib.8, Lyſimachus enim quondam quũ venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram ſolus, ſed læno humero vſque ad oſſa laceratus, ad vltimum periculi peruenerat.

¶Vltimus, pro Primus aliquando ponitur. Virg.7. Æneid.

-tu ſanguinis vltimus auctor. Dictus vltimus, quòd vltra omnia ſit, ſiue anteà reſpicias, ſiue retro. Seruius.

Vltima antiquitas. Cic.1.de Finib. Quod quam magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum patia inueniuntur.

Vltimum in amicitia, Primum. Cicero 1. Offic. Efficiúrque id quòd Pythagoras vltimum in amicitia purauit, vt vnus fiat ex pluribus. Nonius.

Vltimum principium. Cic.2 de Inuent. Nobis omnium quicunque fuerunt ab vltimo principio huius præceptionis, vſque ad hoc tempus expoſitis copiis, quodcunque placeret, eligendi poteſtas fuit.

Initium vltimum. Author ad Herennium lib.1, Rem breuiter narrare poterimus, ſi inde incipiemus narrare, vnde neceſſe erit, & ſi nõ ab vltimo initio reperere volemus.

Et Abſolutè, Cauſæ ab vltimo repetendæ. Quintil. lib.5.cap.10, Rectè autem monemur, cauſas non vtique ab vltimo eſſe repetendas, id eſt ab initio.

Vltimum, Aduerb. { τὸ ὑστατόν } Poſtremum. Liuius 1. ab Vrbe, De Albanis migrantibus, Nunc errabundi domos ſuas, vltimùm illas viſuri peruagantur. Idem lib 10.bel.Maced. Vltimum de cælo, quod comitia turbaret, interuenit. Idem lib.5.Decad.5. An vltimum mori iuſſurum? Curt.lib.5, Darius Artabazum vltimum illum viſurus amplectitur.

Vltimò, pen.corr. Aliud aduerb. { ὑστάτως } Denique. Suetonius in Nerone, cap.32, Vltimò templis cõpluribus dona derraxit, ſimulachráque ex auro vel argento fabricata conflauit.

Vltrò { πρόσω τέρον, πρόσθεν } Aduerb. Ab vltrà fit: & ſignificat Vltra, ſiue inſuper. Virg.2. Æneid.

His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltró. Vbi Seruius, Vltrò, non eſt ſponte, nam iam rogauerat: ſed inſuper. Et venit ab eo quod eſt vltra: quia plus quàm rogauerat præſtiterunt. Idem 5. Æneidos,

Nunc vltrò ad cineres, ipſius & oſſa parentis. Vbi Seruius, Vltrò, aut vltrà, id eſt inſuper, hoc eſt amplius numina præſtiterunt. Aut vltrò, ſponte ſua, non optantibus, aut volentibus nobis.

¶Vltro interdum idem valet, quod Altera ex parte. vt in hac locutione Vltro citró que. Vipianus in l.3 D. de condictione causa data. Quid ſi ita dedi, vt Stichum intra certum tempus manumittas? Si nondum tempus præteriit, inhibẽda erit repetitio, niſi me præcaueat, quod ſi præteriit, condici poterit. Sed ſi Stichus deceſſerit: an repeti, quod datum eſt, poſſit? Proculus ait, ſi poſt id temporis deceſſerit, quo manumitti potuit: repetitionem eſſe. ſi minus: ceſſare. quinimo & ſi nihil tibi dedi, vt manumitteres, placuerat tamẽ vt darem: vltro tibi competere quæ ex hoc contractu naſcitur, id eſt, cõdictionem, defuncto quoque eo. Idem l.1 § Interdictum D Vti poſſideris. Interdictum autem quod eſt, Vti poſſideris, poſſeſſorem prædij tuetur. actio enim nunquam vltro poſſeſſori datur: quippe quum ſufficiat, quod poſſideat. Paulus in l. 2. D. ad legem Rhodiam. Si laborante naue iactus factus eſt: amiſſatũ mercium domini, ſi merces vehẽdas locauerant, ex locato cũ magiſtro nauis agere debẽt. magiſter deinde cum reliquis quorum merces ſaluæ ſunt: ex conducto, vt detrimentum proportione communicetur, agere poteſt. Seruius quidem reſpõdit, ex locato agere cum magiſtro nauis debere, vt cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent. imò & ſi non retineat merces magiſter: vltro ex locato habiturus eſt actionẽ cum vectoribus, quid enim ſi vectores ſint, qui nihil ſarcinas habeant? planè commodius eſt, ſi ſint, retinere eas. at ſi non, & totam nauem conduxerit ex conducto agat, ſicut vectores qui loca in naue conduxerunt. Idem in l. Si emptione §. Item ſi & emptor. D. de contrahenda emptione. Item ſi & emptor & venditor ſcit furtuum eſſe quod vænit: à neutra parte obligatio contrahitur. ſi emptor ſolus ſcit: non obligabitur venditor. nec enim ex vendito quidquam conſequitur, niſi vltro quod conuenerit præſtet. Quod ſi venditor ſcit, emptor ignorauit: vtrinque obligatio cõtrahitur. Rurſus idem in l. Legaui. D. de liberatione legata. Si is cui Titius debebat, debitum ei remittere voluerit, nihil intereſt, heredem ſuum iuſſerit, vt eum liberaret, an prohibeat eum exigere. vtroque enim modo liberandus eſt debitor, & vtroque caſu competit vltro ad liberandum debitori actio. Africanus in l Si prius quàm. D. de noui operis nuntiatione. Si prius quàm ædificatum eſſet, agereturius vicino non eſſe altius ædes tollere, nec res ab eo defendereturꝫ partes iudicis non alias futuras fuiſſe ait, quàm vt eum cum quo ageretur, cauere iuberet, non prius ſe ædificaturum, quàm vltro egiſſet ius ſibi eſſe altius tollere. Martianus in l. Ex caſtrenſi. D de caſtrenſi peculio. Itaque negabimus patrem filio ſaluo communi diuidundo agentem proprietatem alienaturum exemplo doralis prædij. Sed nec ſi ſocius vltro cum eo agat, quidquam agetur: veluti ſi cum eo ageret cui bonis interdictum eſt.

¶Vltro, E contrario. Virg.5, Æneid.

Entellus vires in ventum effudit, & vltro

Ipſe grauis, grauitérque ad terram pondere vaſto

Concidit. Nam (inquit Seruius) ille cadere debuerat. Sed rectius Donatus videtur interpretari, nullo impellente.

¶Vltro, Præuẽ, & peruerſè. Terent. Adelph.4 3,

Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant,

Sibi fieri iniuriam vltro, ſiquam facere, ipſi expoſtulant,

Et vltro accuſant. Donatus.

¶Vltro { ἐκουσίως } Nõ requiſitus, inquit Valla. Terent. Phorm. 2.3,

O audaciam! etiam me vltro accuſatum aduenit. Idem Andr.1.1,

-hac fama impulſus Chremes,

Vltro ad me venit. Cic.ad Figulum, lib.4 13, Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit, optare, quod non vltro mihi Cæſar detulerit.

Dare animum vltro. Virg.4. Georg.

Compellare aliquem vltro. Hoc eſt, ante quàm ille aliquid loquatur. Virg 2. Æneid.

Vltro offerre ſe alicui. Cic.in Piſonem.

Vltro polliceri. Cic.in Piſonem.

Vltro citróque { ἀνθρωκαὶεἴσω } Hinc atque illinc ſiue vtrinque. In factis & in dictis. Cic.in Somn.Scip.3, Multíſque verbis vltro citróq; habitis ille nobis eſt cõſumptus dies. Quũ ego te alloquor, tunc verba vltro quaſi vltra ſunt; quũ te alloquentẽ audio, tunc verba citro quaſi citra veniunt. Sicut pedes quũ à loco recedo, tũc vltro eo: quũ redeo, tunc citrò. Nec elegans eſſet, huc atque illuc commeabat, nũc errabundum, & incertũ iter ſignifices. Hæc Valla lib.2. Cic.pro Roſ. Amer. Poſtea homines curſare vltro & citro non deſticerunt. Idem 7. Verr. vltro citróque nauigare. Et 2. de Nat deor. Sic naturis his ex quibus omnia conſtant ſurſum deorſum, vltro citróque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur. Cæſar 1.bel.Gal. Quũ ſæpe vltro citró que legati inter eos mitterentur.

Vltroneus, Adiect. Seneca 2. Nat.quæſt Suadetur deliberantibus: ac vltroneis admonentur. Idem ibidem, Quid intereſt ad mortem tuſſi

camus,an vltroneí?

Vltrotributa, Impéſæ ſunt & attributiones operum publicorum faciendorum,& ſartorum tectorum præſtandorum,mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. De his ſic Liuius de cenſur.M.Porcij Catonis & Valerij Flacci loquens, Vectigalia ſummis pretiis,vltrotributa infimis locauerunt. Hoc eſt,vectigalia, quibus reditus & fructus Pop.Romani conſtabãt,quantum potuerunt, cenſores auxerunt:vltrotributa, quibus impenſæ ſumptuſque, & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quantum potuerunt, pretiis diminuerunt, & ad minimam ſummam perduxerunt. Plutarchus de eadem cenſura loquens vltrotributa ἐπρωνιάσιας vocat, proindéque nobis huius rei erit aſtipulator. Illud item Liuij lib.43. Qui publica vectigalia, aut vltrotributa conduxiſſent, in eandem ſententiam accipiendum eſt. Quocirca eleganter à Seneca 4.de benef.ſcriptum eſt, Cùm virtutem nec lucrum inuitet, nec damnum abſterreat, adeóque neminem ſpe ac pollicitatione corrumpat, vt cuncta in ſe impédere iubeat,ac ſæpius in vltrotributis ſit. Turneb.

Vlua, vluæ {φακὸς πλωτικὸς} Herba paluſtris. Virg.2.Æneid.
- Limoſóque lacu,per noctem obſcurus in vlua Delitui.
- Fluminea vlua. Ouid.5.Faſt.
- Glauca vlua.Virg.6.Æneid.
- Leues vluæ.Ouid.8.Metam.
- Limoſa vlua.Lucan.lib.2.
- Paluſtris vlua. Virg.3.Georg.
- Steriles vluæ.Ouid.4.Metam.
- Viridi vlua tectus Rhenus. Ouid 4.Triſt.eleg.1.

VLVBRAE,pen.corr. {ἀλσεζμὰ} locus eſt in Italia,in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus,propter quam cauſam ab Horatio nominatur, quũ ſit deſertiſſimus vicus. Hæc Porphyrio apud Horat.lib.1.epiſt.11.
- Vacuæ Vlubræ. Id eſt,deſertæ,vel parum habitatæ. Iuuen.ſat.10.

Vlubranus,pen.prod. Adiectiuum. Cic.Famil.lib.7.epiſt.12, Quid fiet porrò populo Vlubrano,ſi tu ſtatueris,&c. Hos vocat Plinius Vlubrenſes lib.3.cap.4.

Vlula,vlulæ,pen.corr. {ὠρυόλιος} Auis nocturnæ genus, dicta ὁτὸ πᾶν ἀολολύζειν, inquit Seruius,quod eſt vlulare & ſtere.Virg.eclog.8.
- Certent & cygnis vlulæ,ſit Tityrus Orpheus. Plin. lib.10.cap.12, Vncos vngues & nocturnæ aues habent,vt noctuæ,bubo,vlulæ.
- Vlulas Athenas,Vide NOCTVA.

Vlulo,vlulas,pen.cor.{ὀλολύζω,ὠρύομαι} vlulare, Canum eſt & furiarũ, inquit Seruius:transfertur & ad alia. Virg.1.Georg. & alibi
- Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes. Idem lib.4.Æneid.
- -ſummóque vlularunt vertice Nymphæ. Sic Plin.lib.26.cap.4,
- Terribili Marte vlularent.
- Lætis vlulare triumphis.Lucan.lib.5.
- Canes vlulant. Virg.6.Æneid.
- Ædes vlulant plangoribus fœmineis. Virg.2.Æneid.
- Flebile vlularunt ripæ.Silius lib.6.
- Triſtia vlularunt Galli.Lucan.lib.1.

Vlulans, pen.corr. Particip. {ὀλολύζων.} Cic. in Orat. Quum verò inclinata vlulantíque voce, more Aſiatico,canere cœpiſſet, quis eum ferret?
- Tumultus vlulans. Virg.11 Æneid.

Vlulatus,pen.prod. Aliud Particip. {ὀλοιυγμὸς.} vt
- Prælia vlulata. Hoc eſt luctuoſa.Stat.9.Thebaid.

Vlulatus,huius vlulatus, pen.prod. {ὀλοιυγμὸς,ὀλοιυγὴ} Liu.5.ab Vrbe,
- Mox vlulatus cantúſque diſſonos vagantibus circa mœnia turmatim Barbaris audiebant. Cæſar 5.bell.Gall.Tum verò ſuo more victoriam conclamant,atque vlulatum tollunt. Ibid. lib.7, Et ij, qui ad auxilium conuenerant, clamore & vlulatu ſuorum animos confirmabant.
- Acutos vlulatus, Vide ACVO.
- Flebilis vlulatus. Stat.5.Thebaid.
- Fœmineus vlulatus. Virg.4.Æneid. & 9.
- Inſani vlulatus. Claud.de bello Gildon.
- Querulis vlulatibus impleui Idam. Ouid.epiſt.5.
- Terrificus vlulatus. Claud.1.in Ruffinum.
- Tremuli vlulatus. Stat.lib.5.Sylu.5.
- Vlulatum dixit pro vagitu. Loquitur enim de infante.
- ¶Complere auras vlulatibus. Quid.6.Faſt.
- Crebris vlulatibus feriunt aures. Lucan.lib.2.7.
- Implere montes vlulatibus. Ouid.4 Faſt.
- Inerrat auribus vlulatus. Stat.9.Thebaid.

VLYSSES {ὀδυσσεὺς} Græcorũ omnium qui ad Troiam profecti ſunt, ſapientiſſimus,filius Laertæ & Autolycæ. Cuius vitam & res omnes in vita geſtas ſcribit Homerus.
- Dicimus Vlyſſes,Vlyſſis,Vlyſſi,Vlyſſem,Vlyſſes. Item Vlyſſeus, Vlyſſei,Vlyſſeo,Vlyſſea,Vlyſſeu,quatuor ſyllabarum: & Vlyſſeus per eu diphthongum,Vlyſſẽi vel Vlyſſi, trium ſyllabarum. Eſt & vocatiuus Vlyſſe ab Vlyſſes,e producto:quemadmodum ab Achilles Achille. Nam quod Græcorum alij dicunt ἀχιλλεῦ, ἀχιλλεῖ, ἀχιλλῆ, vel ἀχιλλῆι, ἀχιλλέα, ἀχιλλῆ: Dores dicunt ἀχίλλες, ἀχίλλευ, ἀχίλλᾳ, ἀχίλλω, ἀχίλλα. Hoc caſu vſus eſt Ouid.epiſt.1,
- Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſe. Idem 13.Metam.
- Quáque ruit,non tu tantum terreris Vlyſſe,
- Sed ſortes etiam. Eodem in libro ſæpius etiã Achille vocandi caſu vſurpatum inuenies. Reliquos caſus non omnes Latinis in vſu fuiſſe arbitror. Nam vt Vlyſſei & Vlyſſi ſæpius inuenio : ita Vlyſſeus,Vlyſſeo,Vlyſſea,Vlyſſeu,nuſquam. Sic Vlyſſes,Vlyſſis,Vlyſſi,Vlyſſem, vſitata ſunt : Vlyſſes vocandi caſu vix inuenies. Poſtremò Vlyſſes, Vlyſſe,Nominat. & vocatiuus , apud Græcos primæ , apud Latinos ſecundæ declinationis, in vſu frequenti ſunt, quorum genitiuus & datiuus Vlyſſæ , Vlyſſæ, (quemadmodum vſitatum eſt Anchiſæ) à Latinis repudiati ſunt.
- Multa paſſus eſt Vlyſſes.Cic.1.Offic.Quàm multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno,quum & muliebribus(ſi Circe & Calypſo mulieres appellandæ ſunt) inſeruiret,&c.

- Vlyſſes & Neſtor ſapientes habiti. Cicer.5. Tuſc.Etiam heroicis ætatibus Vlyſſem & Neſtorem accepimus & fuiſſe & habitos eſſe ſapientes.
- Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugit. Cic.3.Offic.Vtile videbatur Vlyſſi, vt quidam poetæ tragici prodiderunt : Nam apud Homerum optimum authorem talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt,ſed inſimulant eum tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.
- Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi.Virg.eclog.8.
- Cautum Vlyſſem.Ouid.1.Triſt.eleg.2.
- Dirus Vlyſſes. Virg.2.Æneid.
- Duplicis Vlyſſei.Horat.1.Carm.ode 6.
- Duri miles Vlyſſi. Virg.2.Æneid.
- Experientis Vlyſſẽ. Ouid.14.Metam.
- Fallacis Vlyſſẽ.Ouid.11.Metam.
- Inuentor ſcelerum Vlyſſes.Virg.2.Æneid.
- Ithacenſis Vlyſſẽ.Horat.1.epiſt.6.
- Laborioſi Vlyſſei.Horat.epod.17.
- ¶Vlyſſes Orator. Cic.de Clar.Orat.19, Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyſſi tribuiſſet Homerus.
- Patientis Vlyſſei. Horat 1.epiſt.7.
- Pellacis Vlyſſi.Virg.2.Æneid.
- Sæui terram execramur Vlyſſis.Virg.3.Æneid.
- Solers Vlyſſes. Iuuen.ſat.9.
- Ingenio Vlyſſis deprenſus. Ouid.13.Metam.
- Socio ſemper confidit Vlyſſe. Ouid.13.Metam.

VLYSSIPONA {ὁ τοῦ ἱππωτὴ, ὀδυσσεὺς πόλις} Luſitaniæ metropolis, quam hodie Lisbonam vocant,regum Portugalliæ hodie regio eſt. Tradit vetuſtas ab Vlyſſe conditam eſſe. Strabo Vlyſſeam appellari ſcribit libro 3. Aliqui *Vlyſippo* ſcribunt, alij *Olyſippo*, vt apud Plinium lib.3. cap.1.

Olyſipponenſis, Adiect. {ὀλυσιπποπολίτης.} vt Olyſipponenſe promontorium.Plin.lib 4.cap.21.

V M

Vmbella, Vide VMBRA.

Vmbet, Vide VMBRIA.

Vmbilicus,vmbilici,pen.prod. {ὀμφαλὸς,ὀφρὺς μητρὸς,χρόμμυον, σκεπαστὸς} ab vmbone deriuatur:Ligamentum inteſtinorum,quod mediam ferè planitiem ventris obtinet:ad hoc factum,vt per eum,fœtus,dum eſt in vtero matris,nutriatur.
- Vmbilicus oui. *Le germe ou germillon.* Plin.lib.10.cap. 52. in fine.

Vmbilicus ouis à cacumine ineſt,ceu gutta eminens in putamine.
- Caſtrare Vmbilicum,Vide CASTRO.
- ¶Vmbilicus , quicquid in aliqua re eſt medium. Vnde Reate oppidum,vmbilicum Italiæ eſſe dicimus , quia in medio ferè Italiæ ſitum eſt. Cic.6. Verr. Et raptam eſſe Liberam,quam eandem Proſerpinam vocant,ex Ennenſium nemore,qui locus , quòd in media eſt inſula ſitus , vmbilicus Siciliæ nominatur. Liu.5.bel.Maced. Ætoli vmbilicum Græciæ.
- Certus terrarum vmbilicus. Cic.2.de Diuinat.
- O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum poſſides. Ex poeta.
- Dies ad vmbilicum iam eſt. Plaut.Menæch.4.
- Vmbilicus,pro gnomone horarum indice. Vide GNOMON.
- ¶Vmbilici , interprete Porphyrione , ornamenta quædam oſſea, aut lignea corneáve , vmbilici noſtri formam imitantia , quæ voluminibus iam abſolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura nata, Ad vmbilicum ducere,quod ſignificat Librum finire, atque abſoluere. Horat.Epod.14,

Deus deus nam me vetat
- Inceptos olim promiſſum carmen,iambos
- Ad vmbilicum ducere. Mart.lib.4.epigram.vlt.

Ohe iam ſatis eſt,ohe libelle,
- Iam peruenimus vſque ad vmbilicos. Idem lib.5,
- Nigris pagina creuit vmbilicis. Et in tertio,
- Pictis luxurieris vmbilicis. Idem lib.1.

Liber vmbilicis cultus atque membrana. Erasmus. Catull.ad Varum,19,
- -chartæ regiæ,noui libri,

Noui vmbilici.
- Binis vmbilicis decoratus liber. Stat.4.Sylu.9.
- ¶Vmbilicus,Paruus circulus in terra deſcriptus ad dignoſcendos ventos. Plin.lib.18.cap.33, Per huius mediam lõgitudinem duci ſarculo ſulcum,vel cinere lineam, verbi gratia pedum x x. conueniet mediámque menſuram , hoc eſt in x pede circunſcribi circulo paruo,qui vocatur vmbilicus.
- ¶Vmbilici, Parui ac rotundi,politíque lapilli. Cic.2.de Orat.Nõ audeo dicere de talibus vitis , ſed tamen ita ſolet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere conſueſſe.

Vmbilicatus,pen.pro. {ὀμφαλόεις} Adiectiuum,Quod vmbilicos habet, vel aliquid ad vmbilici ſimilitudinem. Plin. lib.13.cap.4. Et in aluo medio plerique vmbilicatum,De palma.

Vmbo,vmbonis,pen.prod.m.g.{ὀμφαλὸς τοῦ ἀσπίδος} Media pars clypei eſt. Liu.4.ab Vrbe,Aſſurgentem ibi regem,vmbone reſupinat. Ibid.lib. 9,Vmbonibus incuſſáque ala ſternuntur hoſtes.
- ¶Vmbo in gemma. Plin.lib.37.cap.6, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili , neque in receſſu gemmæ , aut deiectu renitente,ſed in ipſis vmbonibus nitente , præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.
- ¶Vmbo,Scutum:à parte totum.Virg.9.Æneid.
- -nec ſufficit vmbo Ictibus. Ibidem,lib.10.

Vmbo candidus,pro Ætate militari. Perſius,
- -totáque impunè Subura

Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus vmbo. Ideſt poſteaquam veſtem ſumpſi virilem , & ætatem militarem attigi. Qui enim prætextam

rextam poſuerant , ætatis militaris cenſebantur : primis autem ſtipendiis clypeum gerebant ſine omni argumento & inſigni candidũ, velut è Virgiliano verſu notum eſt,

Enſe leuis nudo parmáque inglorius alba. Eos clypeos appellat nubigeros Papinius,

Quis tibi tum tenero permiſit plaudere collo
- Nubigeros clypeos,intactáque cædibus arma? Ex Turnebo.
- Fortis vmbo. Lucan.lib.6.
- Vmbone propellere. Curtius, Totam aciem ſuo pauore fluctuantem vmbonibus poſſe propelli.

Vmbra.vmbræ {σκιὰ,σκίασμα} Aër careus ſole:quod ſit alicuius corporis obiectu , præſertim nubium. Cic.1.de Orat.Nam me hæc tua platanus admonuit,quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis,quàm illa cuius vmbram ſecutus eſt Socrates.
- Nemorum alcorum vmbræ.Virg.3.Georg.
- Æmula vmbra, Vide AEMVLOR.
- Apta vmbra paſtoribus. Ouid.1.Metam.
- Arborea vmbra. Ouid.10.Metam.
- Caua vmbra. Virg.2.Æneid.
- Denſæ vmbræ in montibus. Virg.1 Georg.
- Dulcis vmbra. Virg.1.Æneid.
- Frigida noctis vmbra. Virg.eclog.8.
- Grauis vmbra.Virg.eclog.10.
- Horrenti vmbra atrum nemus.Virg.1.Æneid.
- Ingens vmbra.Virg.2.Georg.
- Largæ vmbræ opulenta ſylua.Stat.Thebaid.19.
- Leuis vmbra memoris, Ouid.5.Metam.
- Longæ vmbræ.Vide LONGVS.
- Matutinæ vmbræ, Vide MATVTINVS,poſt maruta.
- Nemorales vmbræ. Ouid.3.Amor.eleg.1.
- Nocturnæ vmbræ.Ouid.1.Amor.eleg.8.
- Nutrix aut nouerca vmbra, Vide NOVERCA.
- Obſcura vmbra. Virg.6.Æneid.
- Pampinea vmbra. Vide PAMPINVS.
- Rhetorica vmbra.Iuuen.ſat.7,

Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra. Id eſt, à declamationibus quæ fiunt in ſcholis,ad verum certamen, hoc eſt, ad veras lites & cauſas forenſes.
- Spiſſæ vmbræ noctis. Virg.2.Æneid.
- Squallentes vmbræ picearum. Sil.lib.1.
- Subluſtris vmbra noctis. Virg.9.Æneid.
- Tremulæ vmbræ. Stat.5.Thebaid.
- Vacua vmbra tonſoris. Horat.1.epiſt.7.
- Viridis vmbra. Virg.eclog.9.
- ¶Nigras vmbras ſibi abluit terra. Lucret.lib.4.
- Sacra nemus accubat vmbra. Virg.3.Georg.
- Blanditur populus vmbra. Ouid.10.Metam.
- Cadunt vmbræ, Vide CADO.
- Caprare vmbras & frigora. Virg.eclog 2.
- Minax vmbra coit. Valer.2.Argon. Id eſt tempeſtas in nubibus congregatur.
- Contrahit vmbras dies medius. Ouid.3.Metam.
- Humentem vmbram , polo dimouerat Aurora. Hoc eſt, noctem humidam. Virg.4.Æneid.
- Nigras vmbras diſcutit aër lucidus. Lucret.lib.4.
- Pallentes vmbras diſcutit ſol, Nubes diſſoluit. Seruius. Virgil 3. Georg.
- Creſcentes vmbras decedens ſol duplicat. Virg eclog.2.
- Efficere vmbram. Celſ.lib.1.cap 2.
- Per vmbras ire ſub nocte.Virg.6.Æneid.
- Vmbra exuberat luxuria foliorum. Virg.1.Georg.
- Facere vmbram. Quint.lib.5.cap.10.
- Exiguas vmbras fecerat ſol altiſſimus. Meridies erat. Ouid.3. Metamorph.
- Minimas fecerat vmbras ſol. Ouid.14 Metam.
- Incurrere in vmbram. Cic.2.de Diuinat.Vident ex conſtantiſſimo motu lunę,quando illa è regione ſolis facta incurrat in vmbram terræ,quæ eſt meta noctis, vt eam obſcurari neceſſe eſt.
- Inducere vmbras fontibus. Virg.eclog.5.
- Inducit vmbras tertia nox. Horat.1.Serm.ſat.5.
- Ingruit vmbra vitibus. Virg.2.Georg.
- Nox inuoluit cælum magna vmbra. Virg.2.Æneid.
- Miniſtrans vmbram potantibus platanus. Virg.4.Georg.
- Nocent frugibus vmbræ. Virg eclog.10.
- Roriferis vmbris nox terram obruit. Lucret.lib.6.
- Obtexitur cælum vmbra. Virg.11.Æneid.
- Ingentes vmbras murorum porrigit campus. Stat.12. Theb.
- Requieſcere ſub vmbra. Virg.eclog.7.
- Salices vmbram ſufficiunt paſtoribus.Virg.2.Georg.
- Vmbras arborum amputare. Virg.1.Georg.
- ¶Vmbras,ramos arborum ſegetibus incumbentes.
- ¶Ne vmbram quidem eius nouit. Ductum ab antiqua pictura videri poteſt,quæ rem duntaxat vmbris ruditer repræſentabat.Cic.ad Att.lib.7.130 , O hominem amentem & miſerum , qui ne vmbram quidem vnquam ἀσκιαστὸν viderit. Ex Eraſ.
- ¶Vmbræ prouerbiali loco dicebantur olim ij qui venirent ad cõuiuium,non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum qui vocati fuerant : ſic illos ſequentes velut vmbra corpus vltro ſequitur. Ad hanc parœmiam alluſit Horat.1.epiſt 5.ad Torquatum,
- -Brutum tibi Septimiúmque,

Et niſi cœna prior,potiórque puella Sabinum
- Detinet,aſſumam. Locus eſt & pluribus vmbris:Idem alibi,
- -eum Seruilio Balatrone

Vbidius, quos Mœcenas adduxerat vmbras. Id eſt Vltroneos comites. Eraſmus.
- Velut vmbra ſequi dicitur , qui nunquam deeſt.Nam vmbra corpus aſſectatur, velit nolit. Plaut.Caſina.3,

Decretum eſt mihi quaſi vmbra quoquo ibis tute, perſequi. Vnde aſſeclas indiuiduos , vmbras vocamus , & vltro comitantes ad conuiuium. M. Tullius lib. Tuſc.quæſt.Etſi enim nihil in ſe habeat gloria quũ experatur , tamen virtutem tanquam vmbra ſequitur. Ex Eraſmo.

Suam ipſius vmbram meruere dicuntur, qui pueriliter trepidant, vbi nihil omnino ſit periculi. Tranſlatum vel ab his , qui forte conſpecta corporis ſui vmbra,ſubitò expaueſcunt. Vel à melancholicis quibuſdam, qui authore Ariſtotele , propter oculorum imbecillos ſpiritus,in aëre proximo,veluti ſuam quandam imaginem contemplantes aibirrantur ſeſe ſuos videre Manes. Socrates in Phædone Platonis, Tu verò tuam, quemadmodum dicti ſolet, metuẽs vmbrã, id eſt Tibiipſi diffiſus. Cic.de Petitione Conſulatus, Atter verò, quo, dij boni, ſplendore eſt primum nobilitate eadem,qua Catilina,num maiore? non : ſed virtute. Quamobrem qui Manius vmbram ſuam metuit,hunc negliges quidem.Eraſmus. Cic.ad Attic.lib.15 319, Etſi mihi videtur iſte qui vmbras timet, ad cædem ſpectare , tamen niſi explicata ſolutione,non ſum diſceſſurus.
- ¶Vmbra,& imago,cui opponitur Solida & expreſſa effigies. Cic. 3.Offic. Sed nos veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidã & expreſſam effigiem nullam tenemus,vmbra & imaginibus vtimur.
- Vmbras falſæ gloriæ confectari Cic.in Piſonem,Nam vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorem,vt omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari.
- Vmbra honoris. Tacit.lib.19.
- Vmbra luxuriæ, Signum, Veſtigium. Cic.pro Murena, In quo ipſam luxuriam repetire non potes, in eo te vmbram luxuriæ repertrum putas?
- ¶Vmbra veritatis , Species quædam , & quod verisimile dicitur. Plin.lib.30.cap.2.
- Sub vmbra Tribunitia delitere. Liu. 4.ab Vrbe.
- ¶Vmbræ dicuntur quas faciunt pictores, vt imagines quæ planæ ſunt,ſolidæ videantur. Cic.4.Acad. Quãm multa vident pictores in vmbris,& in eminentia,quæ nos non videmus?
- Vmbra & imago alicuius. Cic.pro Rabirio Poſthumo.
- Ne contagio mea bonis,vmbráve obſit. Cic.3.de Orat.
- ¶Vmbræ,inferorum imagines. Virg.6.Æneid.

Vmbrarum hic locus eſt,ſomni, noctiſque ſopore. Tranquil.in Calig.cap.59. Satis conſtat cuſtodes hortorum , vmbris inquietaros. Plinius lib.7.cap.57, Inter inferos vmbræ? Seruius in illud 4.Æneid. Vixi:& quem dederat curſum fortuna,peregi,

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Bene,ait,imaginem dixit. Valde enim quæritur apud Philoſophos quid illud ſit quod inferos petat. Nam tribus conſtamus : Anima,quæ ſuperna eſt, & originem ſuam petit : Corpore,quod in terram deficit : Vmbra, quam Lucretius ſic definit, Suprà ſpoliatus lumine aër. Ergo vmbra ſi ex corpore creatur,ſine dubio perit cum eo: nec eſt quicquam reliquũ de homine quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimulacrum,quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petat & eſt ſpecies corporea,quæ non poteſt tangi, ſicut ventus. Hinc in lib 6.Æneid.

Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit,ſimulacro Herculis apud inferos viſo. Et ſciendum ſimulacra hæc eſſe etiam eorum qui per apotheoſin dij facti ſunt. Vnde aut viſi eſſe apud inferos,aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Horat.de Libero,lib.2 Carm.ode 19,

Te vidit iuſſos Cerberus aureo
- Cornu decorum. Sciendum tamen abuti poetas:& confuſè vel ſimulachrum,vel vmbram dicere. Hactenus Seruius.
- Dominus vmbrarum,Pluto. Ouid.10.Metam.
- Rector vmbrarum. Senec.Oedipo,10.
- Rex vmbrarum. Ouid.7.Metam.
- Crudelibus occubat vmbris.Virg.1.Æneid.
- Exangues vmbræ.Stat.1.Thebaid.
- Gelidæ vmbræ. Ouid.8.Metam.
- Gracilis vmbra. Tenuis. Ouid.4.Triſt.eleg.9.
- Imas Erebi deſcendit ad vmbras.Virg.6.Æneid.
- Infernæ vmbræ, Vide INFERNVS.
- Inhumata vmbra. Silius lib.13.
- Pallentes vmbræ. Virg.4.Æneid.
- Parentales vmbræ.Ouid.4. Triſt.eleg 9.
- Sæuæ.Stat.10.Thebaid.
- Senilis.Ouid.14 Metam.
- Silentes.Virg.6.Æneid.
- Stygiæ. Ouid.1.Metam.
- Tenues Erebi vmbræ.Virg.4.Georg.
- Triſtes vmbræ.Virg.5.Æneid.
- Vltricis vmbræ vanis exagitari terroribus. Quint. in Sepulcro incantato,ad finem.
- Volantes nocte vmbræ. Ouid.1.Amor eleg 6.
- ¶Adigere aliquem ad vmbras infernas, Vide ADIGO.

Vmbella,vmbellæ,Diminut. {σκιάδιον}
- Viridis vmbella.Iuuen.ſat.9.
- ¶Vmbella, Id eſt, σκιάδιον, In plantis quibuſdam dicitur floris ſeminiſve veluti pedamentum in plures diuiſum longiores pediculos: qui ſimul ex faſtigio eodem orti,in latius continuò radiantur,ſingulíque florem vel,ſemel ſuſtinent in orbem circumactum : qua floris figura fœniculum,aniſum,ſambucus,pleráque alia ſunt, quod quoniam vmbellæ,qua ſolem à vultu mulieres arcent, forma eſt, ob latitudinem circinationémque ſuam ideò vmbella & σκιάδια dicitur. Cæterùm Dioſcorides hanc vmbellam non in origano in orbem ſe colligere, ſed multifidam & veluti diuiſam eſſe inquit, lib.3.cap.32. Dicitur & Latinè muſcarium.
- Vmbella,& Vmbraculum , quo fœminæ arcent ſolis ardores. De priori eſt teſtimonium apud Iuuenalem ſatyr.9,

Et cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas
Grandia. De altero illud Ouid.2.Fast.
Aurea pellebant tepidos vmbracula soles. & illud Martialis lib. 14.epigr.28.
Accipe, quæ nimios vincant vmbracula soles:
Sit licèt & ventus, te tua vela tegent.

Vmbro, vmbras {σκιάζω, σκιάω} vmbrare, Tegendo vmbram facere. Colum.lib 5.cap.7. Tum omnes penè virgæ, ne vmbrent, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. Plin.lib.19.cap.1, Marcellus velis forum vmbrauit.
Montes vmbrantur opaci. Virg.3.Æneid.
Rosis vmbratus dux. Claud.de bello Gildon.
Tempora vmbrata quercu. Virg.6.Æneid.

Vmbraticus, pen.corr. Adiect. {ὑπόσκιος} Quod est ex vmbra, seu ad similitudinem vmbræ.
Vmbraticus homo dictus est à Plauto in Curc.II,
-trapezita, qui in vmbra sub tecto vitam agit otiosam.
Vmbraticæ literæ. Plinius lib.9.epist.2. ad Sabinum, Nos quàm angustis terminis claudamur, etiam taceute me perspicis: nisi fortè volumus scholasticas tibi, atque, vt ita dicam, vmbraticas literas mittere.
Vmbratica turba. Senec.de Benefic.lib.4.cap.2, In hac parte nobis pugna est cum Epicureorum delicata & vmbratica turba, in cõtiuio suo philosophantium.

Vmbratilis, & hoc vmbratile, pen. corr. Adiect. {σκιόεις} vt Vita vmbratilis & delicata. Cic.2. Tusc. Sic ad malam domesticam disciplinam vitámque vmbratilem & delicatam, cùm accesserunt etiam poetæ, neruos omnis virtutis elidunt.
Vmbratilis exercitatio, Quæ in loco operto atque adeò in vmbra fit. Cic.1.de Orat. Educenda deinde dicto est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in pulueren, in clamorem.in castra atque aciem forensem.
Segnis mora & vmbratilis. Colum lib 1.cap.2.
Oratio philosophorum mollis & vmbratilis. Cic.in Orat. Quia videlicet Philosophi in vmbraculis versabantur. Vide Vmbratilis oratio, in ORO.
Vita vmbratilis & delicata. Cic 2. Tusc.

Vmbraculum, vmbraculi, pen. corr. {σκιάδιον} Locus compositus & tectus frondibus aut re alia quacunque ad vmbram præbendam. Varro lib.1.de Re rust.cap.51, Vbi ea re tecta & loca calida prope aream faciunt, ac vmbracula quò succedant homines in æstu, tempore meridiano. Virg.9.eclog.
-& lentæ texunt vmbracula vites.
Tegmen & vmbraculum. Colum.lib.3 cap.10.
Vmbracula eruditorum. Cic.de Claris Orat. Processerat enim in solem & pulueren, nõ vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. Idem 3.de Leg. Mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otiõsq; non modò in solem atque in pulueren, sed in ipsum discrimen aciémque produxit. Bud. ductum à σκιομαχίᾳ, id est vmbratili pugna existimat. Sententia est, Ciuilem doctrinam & disputationes de Republica non solùm sub tecto scholisque philosophorum exercuit, verùm & ad iustum prælium descendit, ac disciplinam ciuilem in concertationes forenses, & Reip. contentiones, cuiusmodi ferè in populari statu existũt, produxit. Ductum potius à Gymnasiorum ambulationibus, quæ arborum vmbraculis erant opacæ: vt in Academia & Lyceo. Vide Procedere in Solem, in SOL.
¶Vmbraculum, pro Vmbella mulieris, Vide VMBELLA.
Vincta vmbracula sertis. Tibull lib.2.eleg.6.

Vmbrifer, pen.corr. vmbrifera, vmbriferum, pen.corr. {σκιοφόρος} Ferens vmbram.
Academia vmbrifera. Cic.1 de Diuin.
Inque academia vmbrifera, nitidóque Lyceo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Ex poeta. Varro 2. de Re rust.cap.2, Circiter meridianos æstus dum deferuescunt, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subiiciunt.
Fundo vmbrifero Styx liuida. Stat.1.Thebaid.
Nemus vmbriferum. Virg.6.Æneid.
Vndæ vmbriferæ sulcator. Stat.8. Thebaid. Charontem intelligit & Stygem.

Vmbrosus, pen.prod. vmbrosior, vmbrosissimus {σκιερός} Opacus. Cic. ad Qu.frat.lib.3.17. Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquam. Plin.lib.16 cap.26, Fico folium maximum vmbrosissimúmque. Idem lib.11 cap.27. Virg. 8.Æneid.
Vmbrosa arundo.
Arbos vmbrosa. Virg 2. Georg.
Cacumina vmbrosa. Virg.eclog 2.
Collis vmbrosus. Ouid.2.de Arte.
Nemus vmbrosum. Ouid.7.Metam.
Ripa. Horat.3. Carm.ode 1.
Sylua. Ouid.1.Metam.
Tecta. Tibull.lib.1.eleg.4.
Vallis. Virg.3.Georg.

VMBRIA {ὀμβρικὴ} Regio Italiæ, quam Plin. lib.3.cap.14, in sexta regione collocat, ἀπὸ τῶν ὄμβρων, hoc est ab imbre: quòd Vmbri à Græcis quasi Vmbrij dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquissimi inundatione terrarum imbribus fuisse credantur. Vel dicta est Vmbria ab vmbra: quòd ea regio propter altitudinem montium & vicinitatem Apennini, vmbrosa sit. Incipit Vmbria ab Apennino, & vltra ac vsque ad sinum Adriaticum extenditur multis præclara vetustissimis oppidis, sed in primis Sentino, & fano Fortunæ. In ea etiam sunt Spoletum: à quo nunc ea regio, ducatus Spoletanus dicitur: Nurcia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Assisia, Tudertum, Narnia. Trecenta vmbrorum oppida Tusci debellasse reperiuntur. Meminit vmbriæ Cic.1.de Diuin & Lucan.lib.2.

Vmber {ὀμβρικός} Qui est ex Vmbria. Catull.in Egnatium, 37,

Aut Pareus Vmber, aut obæsus Hetruscus.
Martius Vmber. Silius lib 10.
Aper Vmber. Horat.2.Serm.sat.4.
Mariti Vmbri rubicunda vxor. Ouid.3.de Arte.

Vmbro, Vmbras. Vmbrosus. Vide VMBRA.

V N

Vnà. Aduerbium {ἅμα} acuitur in fine, vnà, ad differentiam ablatiui nominis Vnus: significátque simul. Cic.lib.7.129, Si in Italia Pompeius consistit, etimus vnà.
Ambos vnà necare. Cic.2.de Fin. Et si id non probares, quo minus ambo vnà necaremini, non precarêre?
Vnà inter se. Plaut.Milit 4.
Vnà mecum. Terent Adelph.4.3,
Sed quæso vt vnà mecum ad matrem virginis eas. Virg.2.eclog.
Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.
Vnà cum. Cic.de Amicit. Quòd summi puerorum amores sæpe vnà cum prætexta, sumpta toga deponerentur.
Philosophari vnà cum aliquo. Cic 2.de Finib.
¶Vnà, geminatum aliquando in oratione ponitur, & eandem vim habet quàm cum & tum. Cic.1 Verr. Is si mei consilij causam rationémque cognouerit, vnà & id quod facio probabit, vnà & in hac causa profectò neminem mihi esse præponendum actorem putabit. Sic legit Valla, at nostra exemplaria non habẽt secundum illud Vna.

Vnanimis, & hoc vnanime, & vnanimus, pen. corr. {ὁμόψυχος, ὁμόφρων, ὁμόθυμος} Adiect. Quod vnius est animi, & eiusdem sententiæ cum altero. Liuius 7. ab Vrbe, Nouis Consules fœnebrem quoque rem, quæ discinere vnanimos videbatur, leuare aggressi, &c. Virg. 4.Æneid.
Quum sic vnanimem alloquitur malè sana sororem.
Fratres vnanimes. Catull.ad Veranium,9.
Sodales vnanimi. Catull.ad Alphenum,28.

Vnanimitas, pen.corr. vnanimitatis, f.g. {ὁμοψυχία} Consensus, æquanimitas. Plaut.Truc.8,
-proh dij immortales, non
Amantis mulieris, sed socíæ vnanimitatis fidentis fuit
Officium facere. Liu.10.bel.Maced. Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis quàm fraterna vnanimitate regnũ æquasse.

Vncia. vnciæ {οὐγκία} Exiguæ mensuræ genus. Dicta quòd vna sit ex duodecim partibus assis. Plaut.Menæch.II,
Atque huic vt addas auri pondo vnciam. Idem Rud.22,
Neque piscium vllam vnciam pondo hodie
Cepi. Cic.ad Att.lib.13.295, Mortuus enim Babulius. Cæsar, opinor, ex vncia. etsi nihil adhuc. sed Lepta & triente.
Vncia agri, Duodecima pars iugeri. Varro 1.de Re rustica cap.10.
¶Vncia in mensuris vocatur duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. Vnde Plin.lib.15.cap.24, Latitudo pollicaris, quæ & vncialis. Frontinus de aquæductibus, Est autem digitus, vt conuenit, sextadecima pars pedis, vncia duodecima, Vide Budæum lib.5. de Asse. Vide etiam Libra. Celsus lib.3.cap.17. Sed & antea scire volo in vncia pondus denariorum septem esse.
Vncia, Duodecima pars sextarij. Vide Sextarius Romanus in SEX.
Vncia vsura. Quæ duodecima pars est Centesimæ, & huius velut Assis vncia vna. Scæuola. l. Titium. §. Præfectus. D. De administr. & peric. tutorum. Præfectus legionis ita testamento cauit: Volo vt sit in arbitrio tutorum filij mei, si voluerint huius summæ vncias inferre vsurarum nomine, ita ne numi dispergantur. Quæro, si apparuerit pecunia fœnerata à tutoribus: iudicio tutelæ vncias vsuras, an verò eas quas stipulari sunt, præstare debeant.

Vnciola, vnciolæ, penult.corr. Diminutiuum {οὐγκίδιον.} Iuuenalis satyr.1,
Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem.
Vnciatim, pen.prod. Aduerb. {κατ' οὐγκίαν.} Terent.Phorm.1.1,
-quod ille vnciatim vix de demenso suo,

Suum defraudans genium comparsit miser, &c. Plin. lib.28.cap.9, Datur & phthisicis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto resideant.

Vnciarius, Adiect. {οὐγκιαῖος.} vt Lex vnciaria, apud Festum.

Vnciarium fœnus, Omnium minimum quod ex centum vnciam tantum in annum reddebat. Liuius 7. ab Vrbe, De vnciario fœnore à M. Duellio, L. Menenio Trib. pleb. rogatio est perlata. Sanè vetus vrbi fœnebre malum, & seditionũ discordiarúmque creberrima causa, eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò duodecim tabulis sanctum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cùm antea ex libidine locupletum agitaretur. deinde rogatione Tribunitia ad semuncias redacta. Postremò vetita versura.
Vnciaria stips, Duodecima assis pars, omnium minima moneta. Plin.lib 34.cap.5.
Vnciariæ vites, Quæ ita dispositæ erant, vt inter quamlibet vitem vnius iugeri vncia interuallum æquale faceret. Columel.lib.3. cap.2.

Vncialis, & hoc vnciale, pen.prod. {οὐγκιαῖος} Quod ad vnciam pertinet: vel quòd est vnius vnciæ.
Vncialis assis, Qui vnciam tantùm valebat. Plin.lib.33.cap.3. Qu. Fabio Maximo Dictatore asses vnciales facti.
Vncialis altitudo. Plin.lib.18.cap.16.
Literæ vnciales. Hieronymus in Præfatione libri Iob, Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis auro argentóque descriptos, vel vncialibus (vt vulgò aiunt) literis onera magis exarata quàm codices. Vnciales literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exarata. Bud.de Asse lib.5.

Vnctum, Vide VNGO.

Vncus, vnci {ὄγκος} Fustis ab vno latere incuruus ac sese retorquẽs: quo instrumento puniebantur damnati. Iuuen.sat.10,

-impa

-impactus Seianus ducitur vnco. Plin. in Paneg. Nemo spectator spectaculum factus miseras voluptates vnco, & ignibus expiauit. A Græco fit: Græci enim ὀγκοῦσθαι extuberare & intumescere dicunt: & ὄγκον tumorem: à quo ὀγκόω vncum siue vncinum: quòd vbi incuruatur, quodammodo intumescere atque extuberare videatur. Cic.pro C.Rabirio perduel.reo, Nos à verberibus, ab vnco, à crucis denique terrore, neque res gestæ, neque acta ætas, neque nostri honores vindicabunt? Idem 1.Philipp. Vncus impactus est fugitiuo illi qui in C.Marij nomen inuaserat. Colum.lib.3 cap.18, Et velut vncus infixus solo, antequam extrahatur, præcumpitur.
Ferreus vncus. Liu.10.bell.Pun.
Vncus impactus, In prima in Antonium oratione scriptum est, impactum fuisse fugitiuo vncum: quo genere pœnæ afficiebantur, qui ignominiosissimo supplicio afficiebantur, & vel in ignem, vel ad Gemonias scalas, aut in Tyberim trahebantur. Infigebatur autem gutturi, vnde à Iuuenale scriptum est,
-qui fixo gutture fumant. & à Propertio,
Et bene cum fixum mento dicusseris vncum,
Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo. Vnco autem ad Gemonias trahebantur, aut in Tyberim, vt honore sepulturæ priuarentur, quo carere acerbissimum antiquis erat. Etiam in barathro vnci erant, & abiectain id cadauera his adfixa hærebant in barathro pendentia, vt ex Suida notum est. Ex Turnebo.
Naualis vncus, Harpago. Valer.8 Argon.
Seuerus vncus. Horat.1.Carm.ode 35. Quo loco Turnebus sic ait, Vncus seuerus, hamus est & ansa ferrea coagmenta rerum tenaciter & asperè retinens liquido plumbo addito. Hæc ille.
Vncus, pro Anchora. Val.Flac.lib 2. Argonaut.

Has inter lacrymas legitur piger vncus arenis
Iam remi rapuere ratem. &c.

Vncus, Adiect. Incuruus {γάμψος, ὀγκοειδὴς} Colum.lib.7.cap.11, Atque vncis digitis alterum quoque testiculum educito. Plin.lib.11.cap. 37, Aquaticis vnci vngues sunt.
Lænis & Vnca, contraria sunt apud Lucretium lib.2.
Æra vnca. Ouid.2.de Ponto, eleg.7. Id eti hami.
Aratrum vncum. Virg.1 Georg.
Cauda vnca minatur scorpius. Ouid 5 Metam.
Cornibus vncis ferit taurus. Propert.lib.2.eleg.5.
Dente vnco recluditur tellus. Virg.2.Georg.
Hami vnci. Ouid.15.Metam.
Labrum vncum. Lucret.lib 4.
Morsu vnco naues alligat anchora. Virg.1.Æneid.
Ora vnca. Stat.3.Thebaid. De aquilis.
Pedes vnci Virg.3.Æneid.
Retinacula vnca. Stat.3.Sylu.2.
Vnguibus vncis timendæ volucres. Lucret.lib.5.
Vomer vncus. Virg.2.Georg.

Vncinatus, pen.prod. {ὀγκοειδὴς} Aliud adiect. Vncinis armatum. Cic. 4.Acad. Nec vt ille qui asperis & læuibus, & hamatis vncinatísque corporibus concreta hæc esse dicat interiecto inani.

Vnda, vndæ {ὑδρία, ῥεῦμα, κλυδώνιον, πλημμύρα, σάλος} Propriè pars aquæ in se collecta, & in vnam partem tendens, vt quum fluctuat mare, dicta quòd sit vnà, & in se coacta. Cic.10.Philipp. O spectaculum illud non modò hominibus, sed vndis ipsis & fretibus luctuosum, cedere è patria seruatorem eius, manere in patria proditores. Apud Plautum in Milite, 9,
Vndarum plenum mare.
Vnda ponitur pro aqua, vt pars pro toto. Ouid.1.Metam.
-& terris abscidit vndas. Hoc est mare à terra separauit.
Aëreæ vndæ, Nubes. Lucret lib.2.
Cæcis erramus in vndis, Tenebricosis. Virg.3.Æneid.
Deformis vnda Stygis. Senec. Thyeste, 8.
Dulces vndæ. Virg 2 Georg.
Flauæ vndæ. Claud.1.in Ruffin.
Acrius Harpyiis, flauis incertius vndis.
Fluctiuaga vnda. Stat 1.Thebaid.
Formosæ vndæ. Propert.lib.1.eleg.19.
Gelida vnda perluor. Horat.1.epist 15.
Grata vnda fuit. Ouid.2.de Remed.amor.
Humilis vnda, Non profunda. Senec.Agamemn.6.
Inertes vndæ. Lucan.lib 6.
Innabilis vnda. Ouid.1.Metam.
Innatare vndam, Vide INNATO.
Lapidosæ vndæ. Ouid.15.Metam.
Limosæ vndæ. Sil.lib.8.
Liquidæ vndæ. Virg.5.Æneid.
Mendax vnda serupeis vadis. Dolosa ob vada saxosa quibus asteruntur naues. Senec. Agamem 6.
Minax vnda. Horat.1.Carm.ode 12.
Molles vndæ. Lucret.lib.2.
Nigræ vndæ. Lucret.lib.3.
Nitidis vndis argenteus fons. Ouid.3.Metam.
Opaca vnda. Ouid.14.Metam.
Præceps vnda. Stat.6.Thebaid.
Rapax. Ouid.8.Metam.
Rapida. Ouid 7 Metam.
Rauca vnda. Ouid.11.Metam.
Recuruatæ vndæ. Ouid 2 Metam.

Quáque recuruatis ludit Mæander in vndis.

Sæuæ vndæ. Lucret.lib 5.
Salsæ vndæ. Lucret.lib.6.
Salubris vnda. Ouid.1.de Arte.
Sequaces vndæ, Malæ. Virg.5. Æneid.
Silens vnda, Quieta. Valer.5. Argon.
Spumea. Virg.10. Æneid.
Spumosa. Virg.6. Æneid.

Stygiæ vndæ, Vides STYX.
Tacita vnda. Virg 8. Æneid.

Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda.
Tarda vnda innabilis palus. Virg.4.Georg.
Tenui vnda pellucidus fons. Ouid.3.Metam.
Tepidæ vndæ. Ouid.2. Metam.
Torrentem vndam leuis innatat alnus. Virg 2.Georg.
Tremulæ vndæ. Claud.2.de raptu Proserp.
Tristi vnda inamabilis palus. Virg 6.Æneid.
Vaga vnda. Ouid.8.Metam.
Veloces vndæ. Lucan.lib 1,
Vitreæ vndæ. Ouid.5.Metam.
Volucris vnda. Valer 5. Argon.
¶Agitata ventis vnda. Senec. Agamemn.6.
Albescentes vndæ. Sil.lib.8.
Alludentes vndæ. Ouid.4 Metam.
Hyems asperat vndas Aquilonibus. Virg 3.Æneid.
Conticuere vndæ. Ouid 5.Metam.
Currens vnda. Ouid 3.Amor.eleg.16.
Curuata in montis faciem circumsteterit vnda. Virg.4.Georg.
Decrescentes vndæ. Ouid.1.Metam.
Dehiscens vnda terram inter fluctus aperit. Virg.1, Æneid.
Desilire in vndas. Ouid.2.Fast.
Despumare vndam tepidi aheni. Virg.1.Georg.
Diuulsa remis sonat vnda. Ouid.8.Metam.
Dare vela per vndas. Virg.5 Æneid.
Concussas Triton exasperat vndas. Ouid.2.Amor.eleg.11.
Indomitas vndas exercet Auster. Horat.4.Carm.ode 14.
Exultantes vndæ. Ouid.13 Metam.
Feruentes æstibus vndæ. Ouid.14.Metam.
Haurire vndam ab omnibus. Stat.1.Sylu.2.
Vnda impellitur vnda. Ouid.15.Metam.
Incanescit vnda spumis. Catull. Argon.59.
Inhorruit vnda tenebris. Virg.3 Æneid.
Insilire vndis. Ouid.8.Metam.
Insonuit vnda. Ouid.4 Metam.
Intremuere vndæ. Virg.3 Æneid.
Labentes vndæ. Ouid 5 Metam.
Ludunt per vndas delphines. Virg 5.Æneid.
Mergitur vnda delphinus, Vide MERGO.
Placidis vndis natare. Ouid.13. Metam.
Proiicere aliquem in vndas. Virg 5.Æneid.
Rapere currus suspensos per vndas. Cic.2.Tusc. Et qui Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur.
Ridentes vndæ, Nitentes & tranquillæ. Lucret.lib 5.
Satiare ora vnda. Stat.3. Thebaid.
Incursu vndarum sonat vnda. Ouid.11.Metam.
Spumans vnda. Virg.4.Georg.
Stridentes vndæ Lucan.lib.9.
Subsidunt vndæ. Virg.5.Æneid.
Surgentes vndæ. Virg 6.Æneid.
A bis septem vndis, Vide A & AB præpositiones.
¶Vnda prima præli, Prima olei prælo expressi fluxio. Plin.lib.15, cap. 4. Ex eadẽ quippe oliua differunt succi. Primum omnitú crudæ, atque nondum nucleatæ maturitatis, hoc sapore præstantissimo. Quin & ex ea prima vnda præli laudatissima, ac deinde per deminutiones.
¶Vndæ comitiorum, per transfationem, Varia sententiarum multitudo, quibus velut vndis mare, ita etiam comitia feruere videntur. Cic pro Plancio, Sin hoc perlæpe accidit vt & factos aliquos, & non factos esse miremur: si campus, atque illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab aliis autem recedant: in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis modum aliquem & consilium & rationem requiramus?
Bellorum vndæ. Claud.2.in Eutrop.
¶Vnda, Pro hominum multitudine. Virg.2.Georg.

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.

Vndo, vndas {κυμαίνω, κυματίζω, κυματόω} vndare, Vndas facere. Cic.2. de Nat.deor.

Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam, aut cælum erui. Ex poeta.
Galea vndans fletu. Stat.2. Thebaid.
-nec vincla coercent
Vndantem fletu galeam. Hoc est, Lachrymarum inundatio vincula galeæ rumpebat. Lactantius.
Vndans bello Nilus. Virg 3. Georg. Seruius, quasi non vndas, sed bella portans propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium.
Curis vndare. Valer.5. Argon.
Præcipuè Æolidem varios incerta per æstus
Mens rapit vndantem curis, &c. Hoc est, curis abundantem, & agitatum fluctuantémque.
Vndans Ætna. Virg 1. Georg.
Vndæ modo flammas euomens. Seruius.
Fumus vndans misto puluere. Hoc est, abundè exurgens. Virg.6. Æneid.
Vndantia lora, Id est largè effusa. Virg.5.Æneid.
Habenæ vndantes. Virg.12. Æneid.
Vndantem chlamydem facere. Plaut. Epid.9.
Vndanti perfundit vulnere somnum. Stat.2. Thebaid. Hoc est, sanguine vulneris dormientem perfundit.
¶Vndare, pro Vndare facere. Stat.1.Achill.

Quum tuus Æacides tepido modò sanguine Teucros
Vndabit campos, &c. Hoc est, inundabit.

Vndabundum mare {κυματίζουσα θάλασσα} apud Gellium dicitur,

Abundè vndas faciens, lib.2.cap.30, Sed mare est etiam atque etiam vndabundum.

Vndatus, pen.prod. Adiect. {κυματωτὸς.} vt Vndatum imbricatum concharum genus. Plin.lib.9.cap.33.

Vndatim, pen.prod. Aduerb. {κυματοειδῶς} Ad similitudinem vndarum. Plin.lib.36.cap.7, Augustum vndatim crispum in vertices: Tiberiũ sparsim connolura cautie. Idem lib.13.cap.15.

Vndosus, pen. prod. Adiect. {ϰυματώδης, ϰυματίας} Vndis plenum: vt

Vndosum mare.
Æquor vndosum. Virg.4.Æneid.
Plemmyrium vndosum. Virg.3.Æneid.
Regna vndosa, Fluuius. S.ius lib.5.

Vndisonus, pen.corr. Adiect. {ῥοῖζος.} vt
Æquor vndisonum. Virg.4.Æneid.
Dij vndisoni. Propert.lib3.eleg.22.
Rupes vndisonæ. Stat.1.Achill.

Vndulatus, pen.prod. Adiect. {κυματοειδὴς} Vndulata vestis quæ fit ex hirtorum & caprarum pilis, potius quàm lanis: quòd ad vndarum similitudinem picta sit. Varro de vita Pop. Rom.lib.1, Et à quibusdam dicitur esse virginis Fortunæ simulachrum, ab eo quòd duabus vndulatis togis est opertum, perinde vt olim reges nostri vndulatas & prætextatas togas soliti sunt habere. Nonius, Varro, inquit, vndulatum nouè pro puro posuit. Plin.lib.8 cap.48, Vndulata vestis primò lautissimis fuit, inde soriculata defluxit.

Vnde, Aduerb. {πόθεν, ὁππόθεν, ὅθεν, ὁπόσσε} Ex quo loco: interrogatiuè & infinitè accipitur. Terent.Eunuch.2.3.

-quid tu es tristi? quidve es alacris?
Vnde is? CH.ego nescio hercule. Hâc tamen Donatus interpretatur Vnde, pro Ad quid. Idem Adelph.3.2,
Tot res repentè circunuallant, vnde emergi non potest. Cic.pro Cecin. Vnde tu. hoc verbum Vnde, vtrunque declarat, & ex quo loco, & à quo loco. vnde deiectus est Cecinna? ex vrbe. vnde deiecisti? ab vrbe. vnde deiecti Galli? à Capitolio. vnde qui cum Graccho fuerunt? Ex Capitolio.

Inde, vnde. Author ad Heren.lib.1, Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit.
Eloquentia vnde longè absum. Cic.de Claris Orat.
¶Vnde, A cuius domo: vel Cuius est? Terent.And.4.5,
Ego Mysis, puer hic vnde est? quisve huc attulit? Idem Eunuc.2.3,
Quid virgo, cuia est? CH. nescio hercle.P. vnde est?
CH.tantundem. Idem Andria,4.5.
Vbi, quis, & vnde. Cic.4.Verr.Ego instare, vt mihi responderet vbi esset, quis esset, vnde esset, &c.
¶Vnde, Ex qua re. Terent.Adelph.1.2,
-est diis gratia
Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt. Cicero de Aruſp. respon. Alterum putabo regem si habuerit vnde tibi soluat.
Dos, vnde sustentare se possit mulier. Id est ex qua se possit alere. Caius in l.Curator.D.de ventr.in possess.mittend.
¶Vnde, A quo homine. Virg.1.Æneid.
-genus vnde
Latinum. Terentius Eunuch.1.2,
-è prædonibus
Vnde emerat. Cic.1.de Orat De ea multo dicat ornatius quàm ille ipse vnde cognorit.
Hem mea lux, meum desyderium, vnde omnes opem petere solebant. Cic. Terent.lib.14.2.
¶Vnde petitur, id est Debitor. Cic. Trebatio lib.7.epist.11, Ego omnibus vnde petitur, hoc consilij dederim, vt à singulis interegibus binas aduocationes postulent. Idem lib.1. de Orat. Homo ex disertorum numero postulabat, vt illi vnde peterentur, vetus atque vsitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset.
¶Vnde, A latere. Plautus Casina.8,
Vide quod scriptum vnde villicus est.
¶Vnde, Ad quid. Horat.2.Serm.sat.7.ad finem,
Vade mihi lapidem? quorsum est opus? vade sagittas?
¶Vnde gentium. Idem quod vnde. Plaut.Asina.3,
Face id vt paratum iam sit.L. vnde gentium? Idem Cistel.9,
Nam obsecro vnde hæc gentium?
¶Vnde, Quomodo, Qua ratione, Ex qua re. Terent.And.3.2,
Vnde id scio? D. audiui, & credo. Cic.1.Acad. Nec erat vnde studiosi scire possent.
Vnde iste amor tam improuisus, ac tam repentinus? Cicero 2. de Leg.Agrar.
Verbum vnde quisquam possit offendi. Cic.pro Sylla.
Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim. Cic.Attic. lib.4 85.
¶Vnde domo? Id est, de qua ciuitate? Virg.8.Æneid.
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma? Seruius.

Vndecunque, Aduerb. {ὅθενδήποτε ὁπόθενδήποτε} Ex quocunque vel quolibet loco. Plin.in Paneg. Postremò velocissimi syderis more omnia inuisere, omnia audire, & vndecunque inuocatum, statim numen velut adesse & adsistere.

Vndeliber, pen.corr. Aduerb. {ὅθενβούλει} Author ad Herennium, lib. 4, Ast istud quidem facilè fuit vndeliberi inuenire.
Sequentia, ab Vnus composita sunt.

Vndecentum {ἀπὸ ἑϰατὸν ἑνὸς δεῖν} Quasi vno dempto de centum. Plin. lib 7.cap.60, Parueruntamen ei annis vndecentum.

Vndeceni, penult. prod. vndecenorum, Adiectiuum {ἑνδέϰας} Idem quod vndecim. Plin.lib.36.cap.8, Idémque digressus inde, vbi fuit Mneuidis regia, posuit altum, longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

Vndecies, Aduerbium {ἑνδεϰάϰις.} Cic.4.Verr. ies vndecies numeratum esse, vt eam causam, in qua tenuissima quidem dubitatio posset esse isto cognoscente obtineret. Martial.lib.5,
Vndecies vna surrexi zoile cœna,

Et mutata tibi synthesis vndecies.

Vndecimus, penult. corr. Adiectiuum {ἑνδέϰατος} Quasi vnum & decem. Plinius lib. 11. cap. 54, Durasse & vltra vndecimum diem plerosque.

Vndeciremis, huius vndeciremis, pen. prod. {ἑνδεϰήρης} Nauis vndecim remorum ordines habens. Plin.lib.16.cap.40, Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremem Demetrij successa centumtrigintà pedum longitudinis, crassitudinis verò ad trium hominum complexum.

Vndeni, penult. prod. vndenorum, Adiectiuum {ἑνδένα} Vndecim. Plinius lib.11. cap. 25, Pariuntur autem vndeni. Idem libro 8. cap. 42, Partum in eo genere vndenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt. De equis.

Vndeoctoginta {ἐνδιόϰοντα ἐνὸς δεῖντος} natos annos. Horat. Serm. satyra.3.

Vndequadraginta {τεσσαραϰοντα ἐνὸς δεῖντος} Adiect. indeclinabile. Liu. 5.bell.Pun. Ad mille c c c c. Carthaginiẽsium cæsi, vndequadraginta viui capti.

Vndequadragies, Aduerb. {ἐνὸς δεῖντος τεσσαραϰοντάϰις.} Plin.lib.7.capite 25, Solus M.Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat.

Vndequinquaginta, Adiectiuum indeclinabile. Liuius 7. bell. Macedon. In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt.

Vndequinquagesimus, penult.corr. {ἐνὸς δεῖντος πεντηϰοστός} Adiectiuum. Cic. pro Leg. Manil. Ipse autem vt à Brundusio profectus est, vndequinquagesimo die totam ad imperium Pop.Rom.Ciliciam adiunxit.

Vndesexaginta {ἐνὸς δεῖντος ἑξήϰοντα} Adiect. indeclinabile. Plin lib.36. cap.15, Adiecit ipse in Ædilitatis suæ cõmemorationè & ludos vndesexaginta diebus factos. Liu.3 bell.Pun.

Vadertigesimus, pen.corr. {ἐνὸς δεῖντος τριαϰοστός} Adiect.Liu.5.bell.Anno octauo postquam in Hispaniam venerat Cn.Scipio, vndertrigesimo die post fratris mortem interfectus est.

Vndeuicesimus, pen.corr. {ἐνὸς δεῖντος εἰϰοστός} Adiect. Cic. de Senect. Anno enim vndeuicesimo post eius mortem hi Consules T. Flaminius & M.Attilius facti sunt.

Vndeuiginti {ἐνὸς δεῖντος εἴϰοσι} Adiectiuum indeclinabile. Cic.de Claris Orat. Vndeuiginti annos natus erat eo tempore.

Vndique, penult.corr. Aduerbium {πάντοθεν, παντοχόθεν, ἁπανταχόθεν} In omnes partes, vel potius Ex omni parte. Cic.5.Verr. Testis est tota prouincia, propterea quòd vndique ad emendas decumas solent eò conuenire. Idem de Fin,lib 5, Quod ita interpretemur, viuere ex hominis natura vndique perfecta & nihil requirente.
Locus septus vndique. Cic.7.Verr.
Cogunt auxilia vndique. Virg.8.Æneid.
Vndique aliquem propirpere. Cic. 7. Verr. Deinde iubet vndique hominem propiri, vehementissimèque verberari.
Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua. Cic. 2 Philipp.
Honestas vndique perfecta atque absoluta. Cic.5.de Fin.
Mundus perfectus vndique est. Cic 2.de Nat.deor.
¶Vndique, Ex omni genere. Cic 5. Tusc. Sic vita non solùm si vndique referta bonis est, sed si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest.
Ex omni genere, & vndique. Cic.pro Sestio. Non sum tam ignarus Iudices causarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpem ac delibem.

Vndiqueuersum, Sollinus cap.53, Cremutius author est, has easdem anno quinto in Æthiopia cateruatim coire, & vndiqueuersum quousquam gentium sint, ad regiam Memnonis conuenire. De auibus Memnoniis.
Vndique secus. Solinus capite 40. Locus viret vndique secus agris arentibus.

Vnedo, pen.corr. vnedonis, pen.prod.f.g. {ϰάμαρος} Arboris genus, cuius fructus etiam vnedo dicitur, quod vnum pomum tantùm c. datur, & nunquam ad aliud edẽdum, vno absorpto, recurramus. Plin. lib.15.cap.24, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni, quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fructicosa: fructus anno maturescit, paritérque flores subnascens, & prior coquitur. Vide ARBVTVS.

Vngo, vngis, vnxi, vnctum {χρίω, ἀλείφω, ἀλοιφήσω} vngere: & Vnguo, vnguis, vngui, vnctum, vnguere, secundum Priscianum. Quasi vnum agere. Vngendo enim copulatur atque vaitur caro. Cato cap. 72, Pisce liquida cornua infima vnguito. Sic cap.8. & 95.
Tractare, tergere, vnguere. Cic.in Parad. Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, &c.
Vngi oliuo. Horat.1.Serm.sat.6.
Vngi ex ceruſſa. Celſ.lib.5 cap.28.
Vagere vnguentis. Cic.6.Verr. Quid hoc tota Sicilia est clarius, quàm omnes Segestanas matronas & virgines conuenisse, quum Diana exportaretur ex oppido? vnxisse vnguentis, complesse coronis & floribus?
Vngi & accumbere. Cic.ad Att.lib.13.298, De Mamurra non mutauit, vnctus est, accubuit, ἀμετανόητα agebat.

Vnctus {χριστὸς} Particip.siue Nomen ex participio.
Capillis vnctis puer. Horat.1.Carm.ode 29.
Vnctus cruore, apud Horat.2.Carm.ode 1.
Vnctus lapis. Lucret.
-vnctum vertier ad lapidem. Id est ad simulacrum se vertere religionis causa: nam in saluandis, & precandis diis, dextrouorsum se vertere solebant, oleo aut vnguentis perfundere. Turnebus.
Manus vncta. Horat 2. Serm. sat.4.
Oluscula vncta pingui lardo. Horat.2.Serm.sat.6.
Vnctus Squallido opponitur, Martial.

Vnctior

Vnctior loquendi consuetudo. Vide Consuetudo, in CONSVESCO.

Vnctito, vnctitas, pen. corr. {ἀλειφομαι} vnctitare, Frequentatiuum. Plaut.Mostel.4.117, Nam istæc veteres quæ se vnguentis vnctitant, interpoles.

Vnctiusculus, pen.corr. {ὑπαλοιπότερος} Diminut.ab Vnctus adiectiuo. Plaut.Pseud.4,
Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorũ opera conseruorum caput, Nitidissimum, ac non ipse ego pulmento vtor magis vnctiusculo.

Vnctio, vnctionis, pen.prod. Verbale {ἀλειμμά.} Plaut.Stich.4,
Vel vnctiones Græcas sudatorias. Cic.2. de Orat. Philosophorum omnes vnctionis causa reliquerunt.

Vnctor, vnctoris, pen.prod. {ἀλειπτὴς} Aliud verbale, Qui vngit. Martial.lib.7.
Sordidus vnctor. Cic.ad Gallum, lib.25, Ille autem, qui sciret se neporem bellum tibicinem habere, & sarbonum vnctorem, discessit à me.

Vnctura, vncturæ, pen.prod. {ἄλειμμα} Idem quod vnctio. Cic.2.de Leg. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, quæ seruilis vnctura tollitur, omnísque circumpotatio.

Vnctorius, Adiectiuum {ἀλειμματιϰὸς.} vt Vnctorium hypocaustum, Vbi seruabatur oleum ad vngendum opportunum. Plinius.epist. 17.lib.2.

Vngentum, quod & vnguentum dicitur {μύρον, μίσυ, χρῖσμα} Non est medicamentum vt vulgus existimat, & tenax illa compositio qua chirurgi vtuntur ad vulnera curanda: sed commistio diuersorum odorum, addito oleo aut balsamo, aut aliquo pingui, ad vngenda corpora, deliciarum & luxuriæ causa inuenta. Plaut.Mostel.2,
Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Pomponius tamen Iurisc. titulo De auro, argento, mundo ornamentis, l. Argumento, scribit vnguenta esse, quæ valetudinis causa comparantur, sed hæc magis medicamenta dicuntur. Horat.2.Carm.ode 7,
-funde capacibus
Vnguenta de conchis.
Compositio vnguentorum, conditio ciborum. Cic. 2. de Natura deorum.
Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores. Cicero 5. Tusc.ul.
Crassum vnguentum. Horat.de Arte.
Lepidum vnguentum, Vide LEPIDVS.
Nardinum vnguentum, Vide NARDVS.
Moritur suis horis vnguentum, Vide Morior, in MORS.
Nitere vnguentis, Vide NITEO.
Perfricare caput suum vnguento. Cic.5.Verr.
Stillant vnguenta capillo. Tibull.lib.1.eleg.7.
¶Vnguentum non recipit ũ, sicut nec Vngo authore Seruio:
Vnguentum in lenticula, Prouerbium est notissimum, non tamen satis intellectum. Tu nebo nihil aliud significare videtur, quàm in tenuiculo apparatu & victu, vt in lenticulæ pulmento, non esse locum vnguentis, quibus in lautis opiparisque conuiuiis vti solebant. Quin & cibis interdum vnguenta solebant admiscere, quod in lentis pulmento faciendum non est, ob edulij vilitatem tam pretiosa non desiderantis condimenta. Aristot. ex Eurip. ὄσσοι φαυλοι ἔφυσαν, μὴ ὑπάρχειν μύρον. Hæc ille.

Vnguentatus, pen.prod: Adiectiuum {μυρωτοφόρος.} Catul.in Epithal. Iuliæ,56,
Diceris malè à tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere.

Vnguen, vnguinis, pen.corr.neut.gen. {ἄλειφαρ} Idem quod vnguentum: Significat omnem succum ex quo aliquid vngi potest. Varro 2.de Re rust.cap.9, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungũt aures, & inter digitos, quòd musæ & ticini, & pulices foleant (si hoc vnguine non sis vsus) ea exulcerare. Vnguen caldum. Colum. lib.6.cap.32, Vnguine ceti. Idem lib.6.cap. 33, Pice & oleo vel vnguine mistis.
Pingues vnguine ceræ. Virg.3.Georg.
Crasso vitiarunt vnguine pultes. Perſ.sat.6. Caldum vnguen. Cato cap.80.
Pingui fluit vnguine tellus. Valer.6.Argon.

Vnguinosus, penult. prod. Adiectiuum {ἀλειφατώδης} ab vnguine: vt Vnguinosum medicamentum. Plin.lib.13.cap.1. Idem lib. 23. cap. 8. Sunt autem recentes nuces iuglandes iucũdiores, siccæ vnguinosiores, & stomacho inutiles.

Vnguentarius, vnguentarij, masc.ul.gener. {μυροπώλης, σμυρνοβὸς} vel Vnguentaria, vnguentariæ, Qui vel quæ vnguenta conficit ac vendit, à Græcis Myropola dicitur. Cicero 1.Offic. Adde huc si placet, vnguentatios, saltatores, totúmque ludum talarium. Plinius, lib.8. cap 5. Et vnguentariam quandam dilectam Iuba tradit. Horat. 2. Serm.sat.3.
-pomarius auceps,
Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici.

Vnguentaria, vnguentariæ {μυροπωλεῖον} Ars ipsa conficiendorum vnguentorum. Vide VNGVENTARIAM facere. Plaut.Pœn.9,
Vt balneator faciat vnguentariam.

Vnguentarius, Adiect. {μυροπωλιϰὸς} Quod ad vnguenta pertinet, vt vnguentaria vasa. Plin.lib.36.cap.8.

Vnguilla, vnguillæ. Solin.cap.40, Vulgus simiarum in his est, quas passim videmus non sine ingenio æmulandi, quo facilius in manus veniunt. Nam dum auidè venantium gestus affectant relicta, consulto visci vnguilla, quod mendacio factum vident oculos suos obliniunt: ita visu obducto, pronum est eas corripi.

Vnguis huius vnguis, masc gen. {ὄνυξ} Ablatiuum habet vngue, & vngui, apud Catullum in Carm.nupt 57. Proprié eorum animalium est, quæ digitos habent separatos, vt sunt homines, simiæ, aues. Plin. lib.11.cap.45, Vngues simiæ imbricati sunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure plerisque dependet Terent. Eunucho, 4.3,
Vrego vngubus facilè illi in oculos inuolem venefico.
Acuti vngues. lumen. fat.5,
-custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, vnguésque obseruet acutos.
Adunci vngues. Vide ADVNCVS.
Formosi vngues. Propert.lib.3.eleg.8.
Quini vngues. Ouid.2.Metam.
Recuruus vnguis. Stat.3.Thebaid.
Rigidus vnguis. Ouid.2.Amor.eleg.6.
Scaber vnguis. Ouid.3.de Arte.
Validi vngues. Valer.1.Argon.
¶Tenui vngui carptus flos. Catull.in Carm.nupt.57.
Infanis vnguibus diripere artus. Ouid.in Ibin.
Ire vnguibus in vultus alicui. Ouid.1.Amor.eleg 7.
Aduncis vnguibus iras exercent volucres. Ouidius 13.Metamorphoseos.
Fœdans ora vnguibus. Virg.12.Æneid.
Lacerare vnguibus, Vide LACER.
Hamatis vnguibus laniare ora alicuius. Ouid.12.Metam.
Notare genas vngue. Ouid.1.Amor.eleg.7.
Curuis vnguibus petere vultus alicuius. Horat.epod.5.
Ponere vngues, Deponere. Horat.de Arte.
Purgare vngues cultello. Horat.1.epist.7.
Nigris vnguibus rapit hyætam coruus. Ouid.2.Fast.
Prauè sectus vnguis. Horat.1.epist 1.
Subsecare vngues docta manu. Tibull.lib.1.eleg.8.
Vacis vnguibus timendæ volucres. Lucret.lib.5.
¶Vnguis {ὁπλὴ} pro Vngula. Columel.lib.6.cap.12, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur. De bobus.
¶Vnguis, de palmitibus. Colum.lib.4.cap.12, Vngues custodum annotinos resecato.
¶Vnguis rosæ. Plin.lib.21.cap.10, Capita foliorum, partésque, cãdidæ vngues vocantur.
¶Vnguis arborum, Plin.lib.12.cap.9, Bactriano nidor siccus multísque candidi vngues.
¶Vngues ferrei, instrumenta quædam quibus vindemiatores vnguium vice vtebantur ad colligendas vuas; ne ipsas manibus distringerent. Fieri enim non poterat vt dum vnguibus manuum vuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu in terram non dilaberetur, Columella lib.12.cap.18, Et vngues ferrei quamplurimi parandi & exacuendi sunt, ne vindemiator distringat vuas, & non minima fructus portio dispersis acinis in terram dilabatur.
¶Vnguem latum non discedere, aut Transuersum digitum, frequenter apud Ciceronem, pro eo quod, est, Quàm minimo spatio. Fit autem festiuior metaphora, quoties his verbis perfectam imitationem, ac plenum vndequaque consensum significamus, vt Academ.quæstion.libro 2, Ab hac regula mihi non licet transuersum (vt aiunt) vnguem discedere. Idem in epist. famil. Vrge igitur transuersum vnguem, quod aiunt, à salo. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulul.4,
-si hercle tu ex istoc loco
Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Erasmus.
¶Medium vnguem ostendere dicitur qui maximè contemnit alterum. Iuuen.sat.10,
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem. Hîc duobus adagiis extremum contemptum significauit. Erasmus.
¶Vngues arrodere, caput scabere, gestus hominis sunt cogitabũdi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis. Vnde trahuntur in vsum prouerbialem. Horat.1.Serm.sat 10,
Si foret hoc nostrum fato delapsus in ævum,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod vltrà
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vinos & roderet vngues.
Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus. Id imitatus Persius sat.1,
Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit vngues. Idem satyra,5,
-crudum Chærestratus vnguem
Arrodens ait hoc. In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiam. In altero describit adolescentem de mutanda anteactæ vitæ ratione cogitantem. Erasmus.
Acuto vngui secari. Horat.1.epist.20.
¶Ad vnguem, Vide AD præpositionem.
Perfectum ad vnguem. Horat.de Arte.
¶Ad vnguem factus homo, Vide FACIO.
Ab imis vnguibus. Vide AB.
Incipere ab vnguibus, Vide A vel AB.
De tenero vngui. Horat.3.Carm.ode 6,
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur vngui.
In vnguem committi, Vide IN.
¶Vnguis, Vitium oculi. Celsus lib.7.cap.7, De vngue oculorum, Vnguis verò, quod pterygion Græci vocant, est membranula neruosa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eíque officit. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur. Vide totum caput. Vulgus vocat *La maille en l'œil.*

Vnguiculus, vnguiculi, penult.corr. Diminutiuum {ὀνύχιον} Plautus Epid.13,

-contempla Epidice

Vsque ab vnguiculo ad capillum summum. Cic.5. de Finib. Valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem vnguiculorum omnium.

A teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis. Id est, ab infantia. Cic. ad Lentulum lib.1.6. Sed præsta te eum, qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus.

Vngula, vngulæ, pen.corr. {ὄνυξ} Ab vnguis denominatiuum, non diminutiuum, De his animalibus dicitur quæ digitis carent. Plin. lib.11.cap.45, Solidas vngulas habent, quæ non sunt cornigera. Plaut. Aulul.14,

Vbi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire vngulis. De gallo gallinaceo.

Vestigium vngulæ Castoris equi. Cic.3 de Nat.deor. Ergo & illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam vestigium vngulæ Castoris equi credis esse.

Caua vngula. Ouid.4 de Ponto, eleg 8.

Dura vngula. Ouid.6.Metam.

Leuis vngula. Ouid.2.Metam.

Quatit vngula campum quadrupedante sonitu. Virgilius 8. Æneidos,

Cornu solido graviter sonat vngula. Virg.3 Georg.

Omnibus vngulis, prouerbiale est, quod significat Omnibus viribus, manuúmque pedúmque conatu & totius corporis, vt etiam vngues qui in extremitate collocati, intendantur, quos Plinius existimat esse summas nervorum clausulas. Cicero 2. Tusculanarum, Toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis assentiuntur.

Initicere vngulas. Plaut.

Nunc scio febrim tibi esse, quia non licet huc inicere vngulas. Id est, hoc argentum rapere.

¶Vngula, Tormenti genus. Constantinus imperator in l. Etsi. C. de maleficiis. Conuictus, sit eculeo deditus, vngulísque sulcantibus latera perferat pœnas proprio facinore dignas.

Vngulum, vnguli, penultima correpta {διακλιστήριον, σύμβολον.} Plinius lib.33.cap.1, Mitor Tarquinij eius statuam sine annulo esse. Quanquam & de nomine ipso ambigi video: Græci à digitis appellauere, apud nos prisci vngulum vocabant, postea & Græci & nostri symbolum.

Vnicalamus, Vnicaulis, Vnicolor, Vnicornis, Vnicus, Vnigenitus, Vniinge, Vnimanus, Vide VNV 9.

Vnio, vnionis, pen.prod.masc.gen. {μαργαρίτης} quam *perlam* vulgò dicimus. Plin.lib.9.cap.35, Quidam tradunt, sicut apibus, ita conchārum examinibus siogulas magnitudine & vetustate præcipuas esse veluti duces, miræ ad cauendum solertiæ: has vrinantium cura peti: illis captis, facilè cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est vniones decidere in ima. Vsu atteri non dubium est, colorémque indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, intantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam id apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius aliud quàm margaritæ.

¶Vnio, Alterum cæpæ genus capitatum, quod ferè citra ceruicem in caput extuberauit, in cuius nominis ambitu est, quę simplex non fruticauit, nec habuit soboles adhærentes, qualis est marsica. Hanc vocant vnionem veteres rustici, vt testatur Columella. quod nomen apud Gallos velut triuiale, hactenus vsurpatum est. Siquidem quod singulari constat, nec pluribus coagmentatur bulbis, vnionem Gallica lingua nominar. Hæc Ruellius. Colum.lib. 12. cap. 20. Pompeiauam vel Ascaloniam cæpam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant vnionem rustici, eligito.

¶Vnio, fœm.gen. pro Concordia, de hoc nullum se obtulit exemplū ex veteribus.

Vnioculus, Vnistirpis, Vnitas, Vniter, Vniuersus, Vniuocus, Vnisonodi. Vide VNVS.

VNNI, Vide HVNNI.

Vnoculus. Vide Vnioculus in VNVS.

Vnosè, Dictum fuisse olim pro simul probat Nonius ex Pacuuio Iliona,

Occidisti, vt multa paucis verba vnosè obnuntiem. Obsolerum.

Vnquam, Aduerbium {ποτέ} significat Aliquo tempore. Terent. Haut.5.4,

Et caue posthac (si me amas) vnquam istuc verbum ex te audiam.

Vnquam hodie. Plaut. Amphit.4,

Neque ego hunc hominem hodie ad ædes has sinam vnquam accedere.

Vnquam gentium. Cic.4. Tuscul. Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia?

Rarò vnquam possunt ante iudicium scire, quid testis dicturus sit. Quint.lib.5.cap.7.

Semel vnquam. Plin.lib 2.cap.35.

Vt nemo vnquam, pro Vt nemo vnquam magis. Cicero ad Atticum, lib.3.52, Ita sim afflictus, vt nemo vnquam. Ibidem, 53.

Non vnquā grauis ære domum mihi dextra redibat. Virg.eclog.1.

Vnus, vna, vnum, vnius genitiuum facit, pen.prod. {εἷς, μία, ἕν} Sed quum opus est corripitur, hac excusatione, quòd quoties vocalem longam vocalis sequitur, superiori vires detrahit, teste Seruio: Vnus principium est numerorum. Ouid.1.Metam.

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,

Quem dixere chaos. Virg.1.Æneid.

Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram

Prodimur. Ibidem,

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

¶Vnus, Solus. Terent. Adelphis.3.3,

Illum curo vnum, ille ad me attinet. Plaut. Capt.6.

Mihi vni commodus. Horat.1.epist.92.

Vnus, pro Solus, genitiuo aliquando iungitur, & ferè cum adiectiuo Omnis: aliquando substantiuo iungitur, sed quasi subintelligitur Omnium. Plin.lib.11.cap.37, Caluitium vni tantum animalium homini, Cic.Fig.lib.4.cap.13, P.Nigidio vni omnium doctissimo, &c. ne benignè quidem polliceri possum.

Vnus multorum. Horat.1.Serm.sat.9.

Vnus subiicetur aliquando. Quint.lib.9.cap.1, Nec desunt qui tropis figuræ nomē imponant, quorū est Caius Artorius Proculus.

Ab vnis hostium copiis bellum geri. Cic.pro Lege Manil.

Ad vnum, Vide AD.

In vnis ædibus. Terent.Eunuch.2.3,

Aderit vnà in vnis ædibus. Id est, iisdem.

Vna æras. Plaut. Capt.2,

Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo

Peculiarem, quia quasi vna æras erat. Id est, eiusdem ætatis.

Vnus aliquis. Cic.10.Philipp. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quòd vnus aliquis tuam sententiam secutus sit?

Confugere ad vnum aliquem virtute præstantem. Cic.2.Offic.

Vnus & alter, pro Duobus. Cic.4.Verr. Repentè iste testes citari iubet, dicit vnus, & alter breuiter, nihil interrogatur.

Vnus & alter assuitur pannus. Horat.de Arte.

Alter aliquando subauditur. Virg.9.Æneid.

-vix vnus Helenor,

Et Lycus elapsi, quorum primæuus Helenor.

Vnus aut alter. Cic.ad Attic.lib.7.128, Quid enim est tantum in vno aut altero die?

Vnus & item alter. Terent.And.1.1,

Sed postquam amans accessit pretium pollicens,

Vnus & iterum alter.

Vnus, alter, plures dies. Cic.6.Verr. Dies vnus, alter, plures: non referri. Ibidem,7, Vnum, alterum mensem, propè annum.

Vnus, alter, tertius, Quintil.lib 6.cap 4. Cicero 1.Academ. Fuit ergo iam accepta à Platone philosophandi ratio triplex. Vna, de vita & moribus: altera, de natura & rebus occultis: tertia, de disserendo.

Vnus, pro Alter. Cic in Offic. Quum duas cerneret vias, vnā virtutis, alteram voluptatis. Virg 4.Æneid.

Vnum exuta pedem vinalis.

Vna altera. Terent.Phorm.5.8,

-vna iniuria est

Tecum. D. lege agito ergo. P. altera est tecum Chreme. Id est, actio iniuriarum ex lege, ait Donatus.

Vnum animal est. Curtius lib.4. Alexander quantuscunque ignauis & timidis videri potest, vnum animal est, & (si quid mihi creditis) temerarium & vecors, adhuc nostro pauore quàm sua virtute fœlicius.

Vno animo. Terent.Heeyra,2.1,

Itaque adeò vno animo omnes socrus oderunt nurus.

Vnus atque idem. Cic.7.Ver. Vna atque eadem nox erat, qua, &c.

Vnus nullus. Cic. de Prouinciis Consularibus. Vt nisi C. Virginius legatus vir fortis & innocens interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent.

Eiusdem vnius aut plurium verborum iteratio. Author ad Heren.lib.4.

Vno cantharo potare, Hoc est eodem in poculo bibere. Plaut. Stieho,1.4.

Cum vno forti viro loquor. Cic.ad Cassium, lib.15.16. Quanquam qui cum loquor? cum vno fortissimo viro, qui posteaquam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis.

Vnus de multis. Cic 2.de Finib. Tenuis L. Virginius, vnusque de multis, sexagesimo anno post libertatem receptam, virginem filiam sua manu occidit.

Vnus de illis. Cic.pro Milone.

Vnum de malis. Cic. ad Atticum, lib.3. 49. Mihi etiam vnum de malis in metu est, fratris miseri negotium.

Vnus de septē, Vna de tribus. Colum.lib. 1.cap. 3. Martial.lib.9.

Vni sex dies. Plaut. Trinum.4,

-quia rure dum sum

Ego vnos sex dies. &c.

Vna quinque. Paulus in l. Sed si vir. §. Si duo. D. de donat. inter vir. & vxor. Si duo mancipia fuerint siogula quinis digna, sed vtrunque vnis quinq; donationis causa à viro mulieri, vel cōtrà vænierit, &c.

Vna è multis. Virg.5.Æneid.

Vnus è populo. Seneca epist.10.

Vnus è vulgo. Quint.lib.8.cap.4.

Vnus ex omnibus. Plaut. Sticho,2.

Vnus ex multis, Id est, pars vulgi, vnus è populo. Cic.4.Acad.

Vnus erat timendus ex omnibus. Cicero 3. in Catilinam, Sed sit ingenio diuino, quem vnum ex Physicis potissimùm probabit? nec enim plus vno poterit.

Efficere penè vnum ex duobus. Cic.de Amicit.

Ex vitiis mediocribus vnum. Horat.1.Serm.saty.4.

Vno exemplo omnes viuunt. Plaut. Milite,10.

Hic vnus, pro Hic tantùm. Cic.ad Cluuium, lib.13.8.

Omnibus hic erit vnus honos. Virg.5.Æneid.

Vno ictu. Plaut. Milite,3.

Coire in vnum, Vide COEO.

Colligere & conferre omnia in vnum. Autor ad Heren.lib.4.

Vnum in locum cogi, vnum sub aspectum subiici. Cic.1.de Inuēt.

Vnius modi. Cic.1.Acade. Quia sola cerneret id quod semper esset simplex & vnius modi, & tale quale esset.

Vnis moribus, & nunquam mutatis legibus viuere. Cicero pro Flacco. Adsunt Lacedæmonij, &c. qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnis moribus, & nunquam mutatis legibus viuunt.

Vna

Vna opera. Plaut. Casina 8.

Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus. Virgilius 4. Georgic.

Vnus quiuis. Terent. And.5.4,

Mitte orare, vna harum quæuis causa me vt faciam, monet.

Si tu solus aut quiuis vnus. Cic. pro Cecinna.

Vno quoque gradu. Cic.3.Ver. Quis à signo Vertumni in Circum maximum venit, quin is vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur?

Vna res. Plaut. Capt 8,

Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier,

Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: vna res,

Omnes compacto rem agunt. Posterioribus verbis declarat quid velit, quum dicit Vna res.

Vna salus victis, nullam sperare salutem. Virg.2.Æneid.

Vna spes. Terent. Eunuch.2.3,

Vna hæc spes, vbi vbi est, diu celari non potest.

Vno tempore, pro Eodem tempore. Cic.ad Atticum lib.2.27, O suaues epistolas tuas vno tempore mihi datas duas?

Vno verbo eloquere Plaut. Truc.16.

Vnus vllus. Cic.2.de I. Agra. Ratum sit quod finitor vni vlli, à quo missus erit, renuntiauerit.

Vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit. Cic. ad Atticum lib.1.14.

¶Vnum, in neutro genere, pro Re vera. Terent, Eun.5.9,

-vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem

Recipiatis. Idem And 3.2.

Vnum venit in mentem modó. Plaut. Casin.8.

Vnum quicquid. Terent. Adelph.4.2,

Non iam adibo: atque vnum quicquid, quod quidem erit bellissimum, carpam.

Vnum aliquid insigniter facere. Plin.epist.206.

¶Vnus, Præcipuus. Virg.5. Æneidos,

Tum senior Nautes vnum Tritonia Pallas

Quem docuit, multáque insignem reddidit arte. Idem 2. Æneidos,

-cadit & Ripheus iustissimus vnus

Qui fuit in Teucris. Seruius.

Vnusquisque, vnaquæque, vnumquodque, & vnumquidque {ἕκαστος, πᾶς ἕκαστος} Id est singuli: non facilè patitur superlatiuum, vt ait Valla, quia illud Vnus, vim quandam atque naturam superlatiui obtinet: potiúsque dicimus, Vnusquisque optimus. Cic pro Font.10, Mouetur eo timore quo vnusquisque nostrum quum in eum locum produ ctus est? Ibidem 10. vnaquaque de re. Idem 6. Ver. Vumquidque ostendere.

Vnusquisque & vniuersi. Cicero 3. Offic. Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque & vniuersorum, &c.

Leuiter vnumquodque tangere. Cic. pro Rosc. Amerino,

Sigillatim vnicuique calamitati fore se denuntiabat. Cic.6. Verr.

Vnicalamus, pen.corr. Adiectiuum, vt Irumentum vnicalamum, quod vnicum habet calamum. Plin.lib.18.cap.8, Vnicalamum præterea, nec vsquam capax, ferturque non nisi tenui terra.

Vnicaulis & hoc vnicaule {μονόκαυλος} Quod vnum caulem habet, nec in ramos spargitur. Plinius lib.19.cap.10, Est autem vnicaule, radice bulbo simili.

Vnicolor, pen.cor. vnicoloris, pen. prod. omn. gen. {μονοχεόχματος} Vnius coloris. Plinius lib.32.cap.9, Dulciores, fœminæ sunt & vnicolores. Ouid.11.Metamorph.

At medio torus est hebeno sublimis in antro

Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus.

Vnicornis, huius vnicornis, m.g. {μονόκερως} siue Vnicornius, vnicornij, vel Vnicornium, vnicornij, Animal, quod vnicum in fronte cornu longū gerit, quod ad saxa limat, & ipso perforat elephantem. Græcè monoceros dicitur Plin.lib.8.cap.21, Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte eubitorum duūm emmente.

Vnicornis, & hoc vnicorne {μονόκερως} Quod vnum tantùm cornu habet. Plin.lib.11.cap.46, Solida vngula, & bicorne nullum: vnicorne asinus tantùm Indicus.

Vnicorporeus, Adiect. Firmicus lib.2.cap.12, Taurus est signum in cælo fœmininum, septentrionale, vnicorporeum. Et sic alibi plerísque in locis.

Vnicus, pen.corr. Adiect. {μόνος, οἷος} Singularis, solus, vel vnus tantum inter alias species: vt Phœnix est vnica auis. Cic.pro Rosc. Amer. Et quæramus, quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. Idem ad Seruium Sulpitium lib.4.4, vnicum solatium in malis. Et pro Quintio, Vnica liberalitas.

Matrio vnico gaudens mulier. Horat.3.Carm.ode 14.

Nequitia & malitia vnica. Autor ad Herennium lib 3.

Attribuere alicui pulchritudinem. Autor ad Heren.li.3, Si egregiam pulchritudinem, aut vnicam turpitudinem eis attribuemus.

Vnicè, penult.corr. Aduerb. {μοναχῶς} Singulariter: vt Vnicè eum diligo. Plaut.Trucul.4,

Aín' tute amare? A. imò vnicè vnum. Cic.5. de Finibus, Quem vnicè diligo.

Auus tuus qui amauit vnicè patriam. Cic.3.in Catilinam.

Negare ei quem vnicè diligerem, durum mihi admodum videbatur. Cic.in Orat.

Vniformis & hoc vniforme. Macrob. lib. 7. Saturn. cap.5. Vt horrore vniformis animobiæ, edendi desyderium languesceret. Vniformem cibum opponit vario, vocátque etiam simplicem.

Vniformitas, penultima correpta. Macrobius lib.7.Saturn.cap.5. Cur illis prouidere varietatem laboras, isti squallorem vniformitatis adiicis?

Vnigenitus, vnigenitī, penultima correpta, masculini gen. {μονογενὴς} Filius qui vnicus est: quasi solus genitus, nec fratrem vllum habuit, aut sororem.

Vnigenam, penult.corr. {ἀνοσία.} Cic.in lib.de Vniuers. mundum vocat, quòd solus atque vnus esset, his verbis, vt hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quòd solus atque vnus esset: idcirco singularem deus hunc mundum atque vnigenam præcauit. Vbi aliqui legunt vnigenum, id est, vnicum genitum.

Vnigena Pallas, apud Catullum in Argonaut. quia è Iouis cerebro atque vno parente orta. Budæus.

Vniiugæ, penult.corr. {μονόζυγοι} vineæ dicuntur, si hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in vnam tantùm partem ordinis adnectuntur. Plinius libro 17. capite 22, Si vniiuga erit vinea.

Vnimanus, penult.corr. Adiectiuum {μονόχειρος} Vnam tantùm manum habens. Liuius 5.bell.Macedon. Capram sex hœdos vno fœtu edidisse, ex Piceno nuntiatum est: & Arretij puerum natum vnimanum.

Vnioculus, vnioculi, penult.corr. masc.gen. {μονοφθαλμός} Qui vnum tantùm oculum habet. Plautus.

Vniocule salue. Quædam exemplaria legunt vne ocule, vel vnocule. Gellius libro 3.cap.11, De Cyclope itidem inquit vel maximè quòd vnoculus fuit.

Plauti locus sic habet in Curculione, Act 3.scen.1,

LE. Vnocule salue. CV. quæso, deridésne me?

LE. De cyclyrum prosapia te esse arbitror.

Nam ij sunt vnoculi.

Vnistirpis & hoc vnistirpe, {μονοῤῥίζης} Vnius stirpis. Plinius libro 16. cap.30, In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, vlmus & siqua vnistirpia.

Vnitas, pen.cor. vnitatis {μονάς, ἑνὰς μόνωσις} Ab Vnus adiectiuo. Colu. lib.7.cap.3, Ideò nisi lanatas oues emi non oportet, quo melius vnitas coloris appareat.

Vnitas aluei Plinius lib.5 cap.9, Mensura ab vnitate aluei, vnde se primùm findit in latera ad Canopicum ostium CLXVI. De Nilo ost.o.

Latæ solitudinis vnitas facta est. Quintil.in Apibus pauperis.

¶ Vnitas, Indiscreta similitudo. Plinius libro 7. cap. 12, Toranius M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit: tanta vnitas erat.

Vnitas foliorum. Plin.lib.16.cap.22.

Vnitatem facere. Celsus lib 6.cap.6.

Vnitatem variare. Plin.lib.35.cap.1.

In vnitatem venire. Plin.lib.33.cap.2.

¶ Vnitas, pro Conueniencia & coniunctione seu concordia. Seneca de vita beata cap 9, Pigritia & hæsitatio pugnam & inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profiteatis summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt, vbi consensus atque vnitas erit, dissident vitia. Idem lib.4. de Beneficiis.cap. 18. De laudibus societatis: Hanc societatem tolle, & vnitatem generis humani, qua vita sustineter, scindes.

Vniter, Aduerbium, id est Vnimodè & æquabiliter. Lucret. lib.5,

-atque aliam naturam subter habere

Ex ineunte æuo coniunctam, atque vniter aptam.

Vniuersus, Adiectium, {ἅπας, σύμπας, ἁπαξάπας οὖος} Quasi ombis ad vnum versus: Id est, sine aliqua exceptione. Et in singulari quidem idem est quod totus: vt Vniuersus ager, Vniuersus exercitus. In plurali significat omnes coniunctim. Nam si dicimus, Omnes sibi domicilium constituerunt, intelligitur, domicilium sibi vnumquéque cōstituisse. Siverò dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerunt, signi ficatur, omnes simul vnum sibi pro omnibus domicilium fecisse. Terent. Phorm. 1.1,

Quod ille vnciatim vix de demenso suo.

Suum defraudans genium comparsit miser,

Id illa vniuersum abripiet. Cic.4.Acad. Hæc loquor de vniuersis. Nihil excipit de quo non proficeatur, quid enim esse potest extra vniuersas?

Vnusquisque & vniuersi. Cic.3.Offic. Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque & vniuersorum, &c.

Excipere vnum pro vniuersis. Cic.de prouinc. Consul.

Eloquentia vniuersa: Cic.de Claris Oratorib. Laus est interdum in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non haber.

Familia vniuersa. Cic.pro Cecinna, Tam restitues, si vnus seruulus, quàm si familia deiecerit vniuersa.

Mare vniuersum. Cic.2.de Finib. Omne cœlum totamque cum vniuerso mari terram mente complexum.

Contra naturam vniuersam nihil est contendendum. Cicero 1. Officiorum.

Communis rerum natura, vniuersa atque omnia continens. Cicero 1. de Nat.deor.

Definire vniuersam & propriam vim oratoris. Cicero primo de Oratore.

Vniuersa vita. Cic.pro Roscio Comœdo, Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox.

Pars & Vniuersum, contraria. Cic.pro Quintio, Omnia autem bona possessa non esse cōstituit, quod bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri ac possideri possunt.

Vniuersum in partes diuidere. Cicero in Oratore, Idémque etiam, cùm res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur & diuidet.

Separatim & Cum vniuersis, contraria. Cic.pro Domo sua, Audierat ex illo se à me bis salutem accepisse separatim, semel, iterum, cum vniuersis.

Singula & Vniuersa, contraria. Cic.ad Trebianum lib.6.10, Singula persequi non est necesse: vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero.

Singularim collecta, vniuersa perdere. Cic.2.Ver. Si tantulum offensum tibi tabúmque sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus.

In vniuersum, Vide IN præpositionem.

¶Vniuersum, pro Vniuersim. Lucret.lib.4,

Ventus enim quoque paulatim quom verberat, & quom
Acre ferit frigus, non primam quanque solemus
Particulam venti sentire, & frigoris eius,
Sed magis vniuersum.

Vniuersè, Aduerb. {καθόλου, ὅλως} Generaliter, siue generatim, cui Sigillatim opponitur. Cic.7.Verr. Quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius quàm generatim neque vniuersè loquar?

Vniuersalis & hoc vniuersale, pen.prod. {καθολικὸς, ὁλικὸς} Quod ad vniuersos pertinet. Autor ad Herennium lib.2, Nam huiusmodi in rationibus, non vniuersali atque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur.

¶Vniuersaliter, penult.corr. Aduerb. Caius in l.quod sæpe. §. in iis. C.de contrah. empt. Si grex vniuersaliter vænierit. Id est totus vna venditione.

Vniuersitas, pen.corr. vniuersitatis {τὸ καθόλου} Cic.2.de Natu.deor. Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos.

De vniuersitate libri pronuntiare. In genere, vel in vniuersum iudicare de libro. Plinius iuniorlibro 3. epist. 15. ad Proculum, Non temerè iam nunc de vniuersitate pronuntio, de partibus experiar legendo.

Rerum vniuersitas. Cic.1.de Nat.deor. Tum enim censet imagines diuinitate præditas inesse in vniuersitate rerum.

Currus vniuersitatis. Cic.de Vniuersi. Singules adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit.

Corpus vniuersitatis. Cic.de Vniuersit. Quòd si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur, &c.

Vniusmodi, pen.corr. {μονοτροπος, μονοειδὴς} Nomen indeclinabile, Non varius, vniformis. Terent.Heaut.1.2,

- nam parentum iniuriæ

Vniusmodi sunt fermè: paulò qui est homo tolerabilis, &c.

Materia semper est vniusmodi, susque similis. Cic.de Vniuersit.

Principes sunt vniusmodi, & simplices. Cic.4.Acad.

Vniuocus, pen.cor. Adiect. {συνώνυμος} Cuius & nomen commune est, & eadem substantiæ ratio, quod Græcè synonymum dicitur. Homo & equus vniuoca sunt, quia sub vno animalis nomine comprehenduntur, & eadem est vtriusque substantia.

V

Vocabulum, Vocalis, Vocatiuus, Vocator, Vociferor, Vocito, Voco, Vide VOX.

Voconia. {ὀυονιάτις} Genera sunt pyrorum, quemadmodum & Volema, apud Plin lib.15.cap.15,

VOCONTII, {ὀυοκόντιοι} Galliæ Narbonensis populi, vt scribit Mela lib.2. in descriptione Galliæ Narbonensis. Hinc

Vocontius, Adiect. {ὀυοκόντιος} vt Rura Vocontia. Silius lib.3, Alij Vocuntia scribunt.

Vocula, Diminutiuum à vox, Vide VOX.

VOGESVS, pen corr. {ὀυόγασος} mons in finibus Lingonum à quo Mosa fluuius profluit, non longè à fonte Mattonæ fluuij in Francorum regno situs. Lucan.lib.1,

Castráque quæ Vogesi curuam super ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Volginagus, Vide VVLGVS.

Vola, volæ, {πέλμα} Media pars manus siue pedis, vt ait Seruius. Plin. lib.11.cap.45. Vola homini tantùm, exceptis quibusdam.

VOLATERRAE, {ὀυολατέρραι} seu Volaterrana vada, Hetruriæ oppidum ad Cecinnam fluuium, vt scribit Plin.lib.3.cap.5.

Volatile, Vide VOLO, volas.

VOLCAE, {ὀυόλκαι} populi Galliæ Narbonensis. Volcarum nomen trãs Rhodanum in Occasum celebertimum fuit, sicut citra Saliorum siue Salyum, vel Ptolemæo teste lib. 2.cap.10. Volcæ, vulgò *Láguedoc*. Oliuarius in Melã tradit Volcas esse eos qui apud Montem Pesulanum agunt.

VOLCATIVS, {ὀυολκάτιος} Consul, impediit ne Catilina ob accusationem repetundarum peteret Cõsulatum. Autor Pædianus. Volcatius Gallicanus, quintum Consul scripsit vitas imperatorum ad Diocletianum. Eius tantùm extat nunc Auidij Cassij vita. Volcatius Terentianus historiam sui temporis, id est, Gordianorum scripsit, ac dicit Gordianum seniorem vultum Cæsaris Augusti valde retulisse. Autor Capitolinus. Volcatius Epidius grammaticus scripsit res gestas Pompeij Magni & eius patris: primus Libertinorum qui historiam scripserit, quum ab optimo quoque scribi solita sit, vt scribit Cornelius nepos. Ludum aperuit, docuitque inter cætera M. Antonium & Augustum. Ex Tranquillo.

¶Volcatius Sedegitus in libro, De pœtis, quid sentiat de his qui comœdias scripserunt, monstrat apud Gell.lib.15.cap.24.

Volema, volemorum, penultima producta, neutri generis, {βόλημα} Pyra Gallis dicuntur bona & grandia: eo quòd impleant manum. Apud Catonem cap.7. & Colum.lib.5.cap.10. Et lib.12.cap.10. Virg. 2.Georgicon,

- nec furculus idem
Crustumiis, Syrissque pyris, grauibúsque volemis.

Volentia, Vide VOLO, Vis.

Volgiolum, inter rustica instrumenta connumerat Plin. lib. 17. cap. 10, Seritur mense Aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, densum. De semine cupressi.

Volitina, seu Voltinia tribus, Vide TRIBVS.

Volo, volas {πέλμα, πέλαμαι, πέλασαι, πέπλαμαι, πεπλάσμαι} volare, proprium est pennas habentium. Virg.1.Æneidos,

- volat ille per aëra magnum
Remigio alarum. Cic.in Arato,
Nanque est ales auis lato sub tegmine cœli
Quæ volat, & serpens geminis fecat aëra pennis.

Volare membranis dicuntur cicadæ & vespertiliones. Plinius lib. 11.cap.28.

Altè volare, Demissius volare, Contraria. Ouidius 3. Tristium elegia 4.

Cæteruatim volare. Plin.lib.10.cap.24.

Gregatim volare. Quintil.lib.1.cap.6.

Perniciter volare, Vide PERNIX.

¶Volare, transfertur ad alia quæ celeriter currunt: vt Nauis volat, fama volat, & huiusmodi: pro Celeriter it, vel fertur. Terentius Heeyra 3 4,

Ne me frustra illic expectet, vola.

Volare, & Iter facere, contraria. Cicero 10. Philipp. Quem nisi in via caducæ hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres.

Passu volat alite virgo. Ouid.10.Metam.

Volat ætas. Cic.1.Tusc.

Volat vi feruidus axis. Virg.3.Geor.

Dicta magna volant superbo. Valer.5.Argon.

Faces & saxa volant. Virg.1.Æn.

Fama volat. Virg.3.Æneid.

Volant literæ, quæ celeriter perferuntur. Cic.ad Attic.lib.2,3 4,

Literæ Capuam ad Pompeium volare dicebantur.

Spiritus volat altus in auras. Ouid.3.Trist.eleg 3.

Tela volant hyberna grandine plura. Ouid.5.Metam.

Volat telorum vis. Liu.6.bel.Pun.

Volans, Particip. {πτηνὸς} vt

Curru volans. Virg.1.Æn.

Currus agitare volantes. Virg.3.Georg.

Inhibere equos volantes. Ouid.2.Metam.

Fumi volantes. Lucret.lib.6.

Hasta volans. Silius lib.16.

Nubes volantes Lucret.lib.5.

Sagitta volans. Ouid.3.Trist.eleg.10.

Vmbræ volantes. Ouid.1.Amor.eleg.6.

¶Volantes, loco substantiui, pro Auibus. Virgilius 6.Æneidos de Auerno,

Quam super haud vllæ poterunt impunè volantes
Tendere iter pennis.

Volito, volitas, pen.corr. {πτηνάσσω} volitare, Frequentatiuum. Cicero 1.de Natura deorum, In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum

Passim ac liberè volitare. Cic.2.de Oratore, Sic enim se res habet, vt quemadmodum volucres, &c. Leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare.

Super carpentum volitare. Liu.1.ab Vrbe.

Fauillæ volitant. Ouid.2 Metam.

Vmbræ volitant inter viuos. Lucret.lib.4.

Voces volitant per aures. Lucret.lib 4.

Currum volitantem leui flamine, pro Naui, Catullo, Argon.59.

Simulachra modis volitantia miris. Virg.7.Æn.

Circum lacè volitans fama. Virg.7.Æn.

Animus vacuus cura atque labore volitat. Cic.2.de Oratore, Animi nostri forensibus negotiis atque verba opere defessi gestiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore.

¶Volitare, per translationem, pro Discurrere ponitur, vt ait Valla. Tacit.lib.2, Quin & Inguiomerum tota volitantem acie fortuna magis, quàm virtus deferebat.

Insultare & volitare. Cic. pro Flacco, Nunc verò non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius.

Cupiditate gloriæ volitare, hoc est Efferri & vehementer trahi. Cic.in Pisonem, Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & constans.

Ante oculos alicuius volitare. Cic.2.de l.Agrar. Volitat enim ante oculos istorum Iubæ regis filius adolescens non minus benè nummatus quàm bene capillatus.

In armis volitare. Cic.2.in Catilinam, Nunquam ego à diis immortalibus optabo Quirites, inuidiæ meæ leuandæ causa, vt L.Catilinã ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiatis.

Per gentes volitare. Cic.2.de l.Agraria, Vt volitareris interea per gẽtes, per regna omnia, cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia.

Per forum volitare. Cic.pro Domo sua, Itaque cùm tu florens ac potens per medium forum popularis volitares.

In foro volitare. Cic.lib.1.de Orat.

Toto foro volitare. Liu.9.bel.Maced.

Tota vrbe volitare. Cic.post red. in Senatu, Cùm ferro & facibus homines tota vrbe volitantes, magistratuum tecta oppugnata, &c.

Per ora virorum dicitur aliquis volitare. Cic.1.Tusc.

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit. cur?
Volito viuu' per ora virûm.

Volatus, huius volatus. pe.pro. {πτῆσις ποτὸ.} Cic.2.de Nat.deo. Idémque & volatus alitum sustinet, & spiritus ductus alit & sustentat animantes.

Aquilæ admonitus volatu. Cic.1.de Diuin.

Celer volatus. Claud.8. Paneg.

Lenis volatus. Ouid.12 Metam.

Præceps volatus. Mart.lib.11.

Suspensus volatus. Stat.3.Theb.

In volatu, Vide IN præpositionem.

Volatura volaturæ, pe.prod. {πτῆσις} Idem. Varro 3.de Re rust. cap.5, Ibi in prima volatura quum veniunt, morantur dies paucos requiescendi caussa. Colu.lib.8.ca.9.

Volaticus pen.cor. Adiect. {πτωτικὸς} pro Inconstanti ac præcipiti. Cic. Attico, lib. 13. 282, O Academiam volaticam & sui similem, modò huc, modò illuc! Idem de Aruspicum. respon. Illius furentes ac volaticos impetus in seipsos posse conuerti. Mulieres volaticæ, strigæ, maleficæ. Festus.

Volatilis & hoc volatile, pen.cor. {πτωτικὸς} Quasi volans. Volucres, volatilia dicuntur, quia volant. Cic.2. de Nat. deor. Præterea vescimur bestijs & terrenis, & aquatilibus & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Vetus codex legit volantibus.

Ætas volatilis. Ouid.10.Metam.

Ferrum volatile, pro Cuspide & acie telorum. Virg.8.Æneid.

Pecus volatile facilè pastoris custodiam recipit. Colum.lib. 8. ca. 4. De cibarijs gallinarum.

Pueri volatilis ærcus. Ouid.2.Amorũ, eleg. 7. Hoc est Cupidinis.

Telum volatile mittere. Ouid.7.Metam.

Volo, vis, vult, volui, {θέλω, ἐθέλω, βούλομαι, κάω, χρέζω,} velle. Virg. eclo.3, Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim Experiamur?

Volo te subaudi alloqui, & Volo te paucis, aut tribus verbis. Plautus Capt.17. Idem Epid.10. Et Trinum.13. Terent. And.5.3,

Quis me volt?

Velint nolint. Pli.in Paneg. Præterea, futuri principes, velint, nolint, sciant.

Velit nolit, pro Velit, an non velit. Cic.ad Qu.frat.lib.3. 2,4, Crassum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit: velit nolit, scire difficile est. Hircio tamen agente nolle se non probabit.

Volo Arpinum, Sub.proficisci. Cic.Attico lib.9.170, Nos autem in Formiano morabamur, quò citius audiremus: deinde Arpinum volebamus, Eodem modo hic ipse sæpius vtitur verbo Cog.10.

Id volumus, id contendimus. Cic.2.de Finib. Id enim volumus, id contendimus, vt officij fructus sit ipsum officium.

Velle, optare, cogitare, efficere. Cic.pro Cluentio, Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit.

Ne velit emisse. Cato cap.5, Nequid emisse velit inscientе domino, neu quid dominum celauisse velit. Hoc est, nihil emat.

¶Volo, pro Opto. Cic.ad Cornificium lib.12.19, Eandem rem tibi volo bene & feliciter euenire.

Clementer volo, Vide CLEMENS.

Leuiter bene velle alicui, Vide LEVIS.

Magis vellem, Vide MAGIS.

Maximè vellem, Vide MAGIS.

Minimè volo, Vide PARVVS.

Nimis vellem, Vide NIMIS.

Nimium volo, Vide NIMIS.

Volo omnia tua causa, id est, Tibi bene cupio. Cic.ad Sulpitium, lib.13.23, Nam & semper me coluit, diligentissimè que obseruauit, & à studijs nostris non abhortet.

Volo valde eius causa. Cic.ad Tironem lib.16.17, Cuspio, quòd operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius causa volo.

Volo tua causa, absolutè. Cic.ad Atticum lib.11.216, Per eos qui nostra causa volunt, valéntque apud illum, diligentissimè contendas opus est.

Quid vultis amplius. Cic.5, Verr.

Volo tibi hunc honorem deum fortunare, Hoc est, vehementer cupio. Cic.ad Marcell.li.15 18, Maxima sum lætitia affectus, cùm audiui Consulẽ te factũ esse, cúmq; honorẽ deos tibi fortunare volo.

Volo tuam gratiam, Id est opto. Plaut. Curcul. 8.

Volo defensam, Id est, cupio defendi. Cic.ad Crassipedem lib.13. 10, Remque & vtilitatem sociorum (cuius rei quantam potestatem Quæstor habeat non sum ignarus) per te quam maximè defensam & auctam velis.

Donatum tibi volo. Vlpia. in l. Qui mihi. D. de donationibus. Qui mihi donatum volebat, seruo communi meo & Titij rem tradidit. Idem in l. hoc iure. D. eod. tit. Siquis dederit pecuniam mutuam Titio reddendam Seio, eui donatum volebat: deinde, &c.

Volo me excusatũ istis. Cic.3.Ver. His omnibus qui istius iniurias norunt, hoc est Pop. Rom. vniuerso me vehementer excusatũ volo.

Volo oratum à vobis rem iustam. Plaut. Amph 3.

Et volo vos orator esse. Plaut. Casin.2.

Quamobrem ea te cura liberatum volo. Cic. Q. fr. lib.3.17.

Volo amori obsequutum illius. Plaut. Asin 3.

Volo honoris causa eum nominatum. Cic.2.Verr. Fit obuiam casu ei multitudini C.Curio, quẽ ego hominem honoris potius, quàm contumeliæ causa nominatum volo.

Velim, Optantis cum desyderio. Plaut. Truc. 9,

Nunc ecastor, vt veniret miles velim.

Est paucis vos quod monitos voluerim. Plaut. Capt. 2.

¶Volam, pro Velim. Lucil. lib.27. Plaut. Asin.

Meo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi. Nonius.

Velle saluam. Martius ad Ciceronem lib.11.28, At debeo pro ciuili parte Rempub. velle saluam.

¶Volo, pro Opinor, & Censeo. Cic.1.de Nat.deor. Quatuor enim naturas ex quo omnia constare censet, diuinas esse vult. Et paulò post itidem.

¶Quid sibi vult istud? Cic.in Verrem, Quid sibi equestres statuæ volunt propter ædem Vulcani? Hoc est, quid significant.

Ita mehercule arbitrari, nec satis intelligi quid sibi lex, aut quid verba ista velle-nt. Cic.3.de Legib.

¶Apud comicos voit pro Vult ferè semper legitur.

Volens, Particip. {βουλόμενος.} Plaut. Curcul. 2,

Potare, site mihi volentes propitiæ. Liu. Precatus deinde, si diuus, si diua esset qui sibi præpetem misisset, volens propitiúsque adesset.

Volenti animo aliquid agere. Salust. in Iugurth.

Volentibus vobis. Macrob.lib.6.Saturn.cap.6, Figuras verò quas traxit de vetustate, si volentibus vobis erit, quum repentina memoria suggesserit, enumerabo.

¶Volens, pro Benuolo, vt in deorum precationibus. Cato, Mars pater, te precor quæsõque, vti sies volens propitius mihi, domo, familiæque nostræ. Liuius, Pacem precibus exposcunt, vti volens propitius suam semper sospitet progeniem. Terentius.

Volentia, Id est, quæ vellent, à voluntate. Salust.histor.lib.4, Multísque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur. Nonius.

Voluntas, voluntatis, {θελημὸς, βούλησις, προαίρεσις, γνώμη} Animi inductio benuola, mens & consilium. Cic.4.Tusc. Quamobrem si simul obiecta species cuiuspiam est quod bonum videatur, ad id adipiscẽdum impellit ipsa natura: id quum constanter prudentérque fit, eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos voluntatem appellamus. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt, Voluntas est quæ quid cum ratione desyderat.

Mens & voluntas. Cic.3. in Catil. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem Quirites, voluntatémque suscepi.

Sensus & voluntas. Qu. Cic. de Petit. Consul. Petitori verò necessaria est, cuius & frons, & vultus, & sermo ad eorum quoscunque conuenerit sensum & voluntatem commutandus est.

Voluntas & libertas. Cic.pro Sestio, Eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse.

Nihil tam flexibile, quàm voluntas. Cic.pro Milone.

Nihil obscurius voluntate hominum. Cic.pro Murenâ.

Voluntas ad aliquid agendum. Cicero 3.pro Fonteio, Quòd si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum sententiam, &c.

Voluntas erga, pro ea quam vulgò *affectionem* vocamus. Cic.2.de Finib. Sed tu, vt dignum est tua erga me & erga philosophiam voluntate ab adolescentia susceptа, fac vt Metrodori tueare liberos.

¶Voluntate, ablatiuus. Terent. Adelph. 3.4,

Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Sua voluntate, nulla vi coactus. Cic.2. de Finib.

Voluntate omnium, Id est, omnibus volentibus & concedentibus. Cic.ad Valerium lib.13.5, Cùm iis qui similem iniuriam acceperant amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui.

De mea voluntate, Vide DE præpositionem.

Ex voluntate. Cic.in Pisonem, Illud accidit præter optatũ meum, sed valde ex voluntate.

Ex voluntate alicuius aliquid facere, Hoc est quod aliquis concedat & velit. Cic.Planco lib.13.30, Hoc mihi velim credas, siquid feecrim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum fecisse.

Legis voluntas. Quintilianus libro 3.cap.6, Sed voluntate legis se tuebitur.

Abdita voluntas ac rettusa, vide Abditus in ABDO.

Aduersa voluntas. Quintil.lib.4.cap.1.

Animosa voluntas. Ouid.ad Pisonem.

Auersa voluntas, Virgil.12. Æneid.

Dubia voluntas. Tacit.lib 20.

Grata voluntas in parentes. Cic.pro Planciõ.

Voluntas malefica. Plin.lib.9.cap.59.

Mutua voluntas. Cic.Metello, lib.5.2, Timuissent, ne quæ mihi pars abs te voluntatis mutuæ tribueretur.

Occulta voluntas, multiplex natura. Cic.Bruto, 1.

Officiosa voluntas. Ouid.3.de Ponto, eleg.2.

Pauper voluntas. Ouid.8.Metam.

Perpetua & constans voluntas. Cic.13.Philip.

Singularis voluntas. Cic.pro Rabirio perduel.reo, Cùm tanto studio C.Rabirius totus Apuliæ singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.

Abalienare voluntatem, Vide ABALIENO.

Abhorret voluntas eius à me. Cic.ad Caninium. lib.2.16, Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem me nunquam fecisti, quàm valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret.

Abiicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Cic.2. de Orat.

Accidit voluntas, Vide ACCIDO.

Accomodare voluntatem. Vlpian. in l.j. § in potestate. D. de exercit.action. Si seruus peculiaris volente filiofamiliâs, in cuius peculio erat: vel seruo, vicarius eius naucm exercuit: pater dominúsve, qui voluntatem non accommodauit, duntaxat de peculio tenebitur sed filius ipse in solidum.

Adducere in voluntatem, Vide ADDVCO.

Adiuuare voluntatem, Vide ADIVVO.

Alienare à se voluntates suorum, Vide ALIENO.

Auferre voluntatem, Vide AVFERO.

Conciliare sibi voluntatem alicuius. Vide CONCILIO.

Conferre voluntatẽ in aliquẽ Cic. Famil.13. voluntatem cõstituisti.

Conformare se ad alicuius voluntatem, Vide CONFORMO.

Copulare voluntatem. Cic.Famil. 3. Ad voluntates nostras copulandas.

Emeriti voluntatem, seu (vt alij legunt) remeriti. Cic. De claris Orator. Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit, admonuitque, Pomponi, vt à tempore fumerem aliquid ad me reficiendum, téque remunerandum, si non pari, at grato tamen munere: quanquam illud Hesiodium laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, si rem ipsam nondum posse videor: id quo vt ignoscas, à te peto. Hoc est, remunerandi voluntatẽ tibi præstabo.

Facere voluntatem. Quint.lib.5.cap.10.

Ita fert corde voluntas. Virg.6.Æneid.

Habere voluntatem nocendi, in iracundia. Cic.2 de Orat.

Immutare voluntatem. Vide IMMVTO.
Impetrare aliquid voluntate, Vide IMPETRO.
Incitata aduersus rationem voluntas, Vide INCITO.
Incumbere ad voluntatem. Cic. ad Attic. 1.
Incutere voluntatem, Vide INCVTIO.
Introspicere voluntates hominum. Tacit. lib. 1.
Loqui ad voluntatem, Vide LOQVOR.
Manet voluntas, Vide MANEO.
Murare voluntatem. Cic. Famil. 1.
Nuncupata voluntas, Vide NVNCVPO.
Præstare voluntatem. Cic. Famil. 1, Eam voluntatem quam expectabam præstiterunt.
Profiteri volũtatem. Cic. Famil. 10, Professionem bonæ volũtatis.
Propensa voluntas. Silius lib. 16,
Quando ita cælicolũm nobis propensa voluntas Annuit.
Remittere aliquid voluntate. Liu. lib. 5. belli Maced.
Scrutari alicuius voluntatem. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Spectata voluntas amicitiæ. Lucret. lib. 1.
Stare voluntate. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Diuersa voluntas est mihi. Ouid. 5. Fast.
Temerata est nostra voluntas. Ouid. 3 Metam.
Esse in voluntate. Cic. contra Rullum.
Suscipere voluntatem. Cic. in Catil.
¶ Voluntas, pro Fauore. Terent. in prolog. Phorm.
Voluntas vestra si ad poetam accesserit.
Date operam. Hoc est, si faueritis. Donatus.
Offensa voluntas populi, Vide OFFENDO.

Voluntarius, Adiectiuum {ἑκούσιος, ἐκουσίως} Quod sit sponte. Cic. pro Sestio, Intueri poterãtis eos qui omnia diuina & humana violarint, non solùm alacres lætósque volitare, sed etiam voluntarios fortissimis atque optimis ciuibus periculum moliri. Hoc est, nulla iniuria lacessitos.
Voluntarius adest. Liu. 1. ab Vrbe.
Amicus voluntarius. Cic. pro Cecinna, Ille, quem supra deformaui, voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatáque sedulitate coniunctus.
Auxilia voluntaria, Quæ sponte dantur. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. Liu. 15. bel. Maced. Voluntarios, quos posset, duceret, inuitum ne quem militem veterem ducendi ius esset.
Casus voluntarius. Cic. 2. de Finib.
Exitus voluntarius. Tacit. lib. 5.
Herba voluntaria, Quæ sua spõte nascitur, cui opponitur Satiua. Plin. lib. 20 cap. 22, de serpyllo, Satiuum non serpit, sed ad palmi altitudinem inerescit. Pinguius voluntarium, & candidioribus foliis.
Inimicus voluntarius. Cic. Anteq. iret in exil.
Interitus voluntarius. Cic. pro Marcello.
Laudator voluntarius. Cic. 6. Verr.
Maleficium voluntarium. Cic. 1. de Inuent.
Mors voluntaria. Cic. 3. de Finibus, Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit.
Motus animi voluntarius. Cic. de Fato.
Obliuio voluntaria. Cic. Lentulo, lib. 12. 9, Quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadam obliuione contriueram.
Oratio necessaria, & Voluntaria, contraria. Cic. pro Rosc. Comœdo, Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria.
Societas voluntaria. Cic. pro Quintio.
Testes voluntarij. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Virtutes voluntariæ. Cic. 5. de Finib.

Voluntariè, siue Voluntariò, Aduerbium {ἑκουσίως, ἐκουσίου} Bono & prompto animo, non coacto. Cæsar 3. bel. Ciuil. Hæc quum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter CXX. voluntariè eiusdem centuriæ sunt prosecuti. De Crastino viro fortissimo. Liu. 1 ab Vrbe, Inde ob residuas bellorum iras, maximè sollicitatis ad defectionem animis voluntariò traxere. Vetus exemplar habet volunta. ios.

Volones, {βολῶνες} dicti sunt serui, qui bello Punico quum deessent qui scriberentur, pro dominis pugnaturos se polliciti, in ciuitatem recepti sunt. Et volones appellati, quia hoc sponte voluerunt. Hæc ex Festo. Liu. 3. bel. Pun. Vt tyrones (ea maximè pars volonum erat) discerent signa sequi. Ibidem 168. Vetus miles tyroni, liber voloni esse exæquari fineret.

VOLSCI, {οὐόλσκοι} populi Mediterranei Tusciæ: de quibus Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Italiæ. Virg. Æneidos,
-Volsca de gente Camilla.
Veruti Volsci. Virg. 2. Georg.

Volsella, volsellæ, siue Vulsella, vulsellæ {τσιμπίδιον} Instrumentum ad pilos euellendos è corpore. Cels. lib. 6. cap. 18. de cancri, qui in cole nascitur, curatione, incipit à nigritie: quæ si curem occupauit, protinus specillum subiiciendum, eáque incidenda est: deinde oræ vulsella prehendendæ: tum quicquid corruptum est, excidendum. Idem lib. 7. cap. 12, Ergo specillo conquirenda est testa quæ recessit, & volsella protrahenda est.

VOLSINIVM, {οὐολσίνιον.} Ptolem. lib. 3. cap. 1. Tuscorum vrbs, hodie *Bolsena*.

Volsus, Adiectiuum {ἔνευ κλίσεως} pro Versus & versus, de industria fictum. Mart. lib. 5, Qui mouet in varios brachia volsa modos. Fortè rectius volsa interpreteris vulsa, depilata. Ridet enim Cotili mollitiem, curámque nimiam circa corporis cultum.

Volua, voluæ {ὑστέρα.} Vide VVLVA. Plin. lib. 22. cap. 22, Voluam enim terra ob hoc prius giguit, ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. Varro 2. de Re rust. cap. 1. 29, Dicunrur agni chordi qui post tempus nascuntur, & remanserunt in voluis intimis.

Volubilis, Vide VOLVO.

Volucer, hæc volucris, hoc voluere, penult. corr. {ὠκὺς, πτηνός} Celer. Martialis,
Et volucrem longo porrexit vulnere patdum. Virg. 1. Æneidos,
-volucrémque fuga præuertitur Ebrum. Cic. de Clar. Orat.
Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quàm verbis volucre atque incitatum.
Alæ volucres. Stat. 5. Theb.
Aquæ volucres, Fluuij, torrentes. Ouid. 2. Metam.
Auræ volucres. Virg. 5. Æneid.
Columba volucris. Virg. 5. Æneid.
Cupido volucer. Ouid. 9. Meram.
Currus volucer. Horat. 2. Carm. ode 33.
Cursus volucer. Ouid. 2. Trist. eleg. 9.
Dies volucris. Horat. 3. Carm. ode 28.
Equi volucres. Ouid. 2. Metam.
Fortuna volucris. Cic. pro Sylla, O falsam spem, ô volucrem fortunam!
Fuga volucris. Silius lib. 17.
Fumi volucres. Virgil. 1. Georg.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumósque volucres.
Leuitas volucris. Lucret lib. 4.
-volucri leuitate feruntur.
Nuntius volucris. Cic. pro Quintio.
Procellæ volucres. Ouid. 2. Amor. eleg. 11.
Rotæ volucres. Claud. 3. de raptu Proserp.
Sagitta volucris. Virg. 5. Æneid.
Saltus volucer. Stat. 8. Thebaid.
Somnus volucer. Virg. 2. Æneid.
Vox volucris. Plaut. Amphit. 4, Volucrem vocem gestitó.

Volucris, huius volucris, pen. cor. f. g. {πτηνὸς, πτερωτὸς} Omne id quod volat, non solùm aues, sed apes quoque vespæ, tabani, & reliqua huiusmodi. Cic. 2. de Orat. Quemadmodũ volucres videmus procreationis atque vtilitatis suæ causa fingere & construere nidos.
Nidus volucrum. Ouid. 12. Metam.
¶ Aduenæ volucres, Vide ADVENIO.
Aëtiæ volucres. Lucret. lib. 1.
Auidæ volucres. Ouid. 5. Metam.
Fluminea volucres. Ouid. 2. Metam.
Fœda volucris. Ouid. 5. Metam.
Importunæ volucres. Virg. 1. Georg.
Infandæ volueres. Stat. 10. Thebaid.
Obscœnæ volucres. Virg. 3. Æneid.
Pictæ volucres, Variis plumis ornatæ. Virg. 3. Georg.
Picturatæ volucres. Claud. ad Serenam. 17.
Rapidissima volucris miluus. Ouid. 2. Metam.
Tener volucris. Cic. 2. de Diuin.

Hunc vbi tam teneros volueres, matrémque peremit. Hic videtur adiectiuum volucres, pro substantiuo positum, quum masculino iungat.
Vaga volucris. Ouid. 1. Metam.
Variæ volueres. Virgil. 7 Æneid. Lucret. lib. 2. Varias vocat quas Virgil. pictas. Nisi malis, quòd plura sint earum genera.
Virgineæ volueres. Ouid. 6. Metam. Harpyias intelligit, de quibus & Virgil. 3. Æneidos.
Virginei vultus volucrum, &c.
¶ Conflictatæ volucres sæuissima hyeme, Vide Conflicto in CONFLIGO.
Fallere volueres viscata virga. Ouid. 15. Metam.
Lacerant corpus volucres. Lucret. lib. 3.
Linguas volucrum sentire. Virg. 3. Æneid.
Volucriũ in genitiuo plurali, teste Charisio, citátque Ciceronem de Finibus.

Volucra, volucræ, pen. prod. Colum. de Arboribus, cap. 25, Genus est animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vuas. Inuoluerum & conuoluulum quidam vocant.

Volumen, Vide VOLVO.

Voluntas, Vide VOLO.

Voluo, voluis, volui, volutum, pen. prod. {εἴρω, ἑλίσσω, κυλίω, κυλίνδω, κυκλόω} voluere, à Volo, volas, vt quidam existimant, deriuatur. Inter volandum enim quasi volui alæ videntur. Plin. lib. 19. cap. 42, Pampinato semper orbe se voluens.
Quàm citatissimè voluere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
In caput volui, Præcipitari. Virg. 1. Æneid.
In præceps volui. Ouid. 2. Metam.
Ante pedes alicuius volui, Prosterni. Propert. lib. 3. eleg. 2.
Amnis præceps voluitur per deuia. Sil. lib. 17.
Annus voluitur in se. Virg. 2. Georg.
Flammæ voluuntur per culmina. Idem 4. Æneid.
Voluere sub naribus ignem. Idem 4. Georg. Equus flatu & anhelitu calido indicat magnanimitatem suam.
Ignis voluitur summa ad fastigia. Idem 2. Æneid.
Æstus incendia voluunt. Idem 2. Æneid.
Lacrymæ voluuntur inanes, Frustra cadunt. Idem 4. Æneid.
Libros voluere. Cic. de Clar. Orat. Voluendi enim sunt libri, cùm aliorum, tum in primis Catonis.
Venti voluunt mare. Virg. 3. Æneid.
Oculos per singula voluit. Idem 8 Æneid.
Orbem voluere. Liu. 4. ab Vrbe, Vide ORBIS.
Puluis voluitur ad muros. Virg. 11. Æneid.
Saxum ingens voluunt alij. Idem 6. Æneid.
Saxa voluebant infesto pondere Idem 9. Æneid.
Semianimes voluuntur equi. Idem, 11. Æneid.
Vices voluere. Idem 3. Æneid.
¶ Facilè solutéque verbis voluere sententias. Cicero de Claris Oratoribus.
Volui vno spiritu. Cicero 3. de Oratore. Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest.

¶ Voluere, Cogitare, versare animo. Virg. 1. Æneidos,
At pius Æneas per noctem plurima voluens.
Casus voluere. Idem 1. Æn.
Curas multiplices animo voluebat. Catul. 59.
Fluctus curarum voluere in pectore. Lucret. lib. 6.
Cogitationes voluere, pro Cogitare. Liu. 6. bel. Pun.
Iras in pectore voluere. Liu. 5. bel. Maced.
Voluere eum animo. Sallust. in Iugurtha.
Voluens, voluentis {εἰλούμενος} Particip. siue Nomen ex participio.

Virgilius 1. Æneidos,
Certè hinc Romanos olim volutibus annis. Hîc est participium pro nomine. Voluens enim est qui voluit: Volubilis autem qui volitur. Anni autem voluuntur, non voluunt, vt est 2. Georg.
Atque in se sua per vestigia volvitur annus. Seruius.
Oculos huc illuc voluens. Virg. 4 Æneid.
Sensus varios voluens. Valer. 7. Argon.
Celeriter sanè verba voluens. Cic. de Clar. Orat.
Plaustra voluentia, Volubilia. Virg. 1. Georg. Seruius.

Voluendus {ἀνειλήτεος} Aliud particip. Virg. 1. Æneidos,
Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit. Id est, volubilibus. Idem 9. Æneid.
-voluen la dies en attulit vltro. Seruius.

Volutus, pen. prod. {κεκυλισμένος} Item participium: vt
Fluctus volutus ad terras. Virg. 3. Georg.
Amnis per saxa volutus. Virg. 3. Georg.

Voluto, volutas. pen. prod. {εἰλύω} volutare, Frequentatiuum. Colum. lib. 7. cap. 9, Vt paludem rimentur, effodiántque lumbricos, atque in luto volutentur, quod est huic peco. i gratissimum.
Volutare se supra rem aliquam. Plin. lib. 8. cap. 37.
Circum terram volutari. Cic. in Somn. Scipio. Nanque eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderẽ, eatúmque se quasi ministros præbuêre, impulíque lib. dinum voluptatibus obedientium deorum & hominũ iura violauêre, corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati sæculis reuertuntur.
Inluto volutari. Cic. 7. Verr. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutarum totius corporis vestigiis inuenimus?
Genibus volutans. Virg. 3. Æneid.
¶ In stupris volutatur, per translationem: hoc est, Veluti sus quædam luto, ita stupris delectatur. Cic. de Aruſp. respon. Idem ad Vatronem lib. 9 3. Laborandum est, ne quum omnes in omni genere & scelerum, & flagitiorum voluentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio viruperetur.
Liberè cum scortis volutari. Cic. de Aruſp. respon. Quis vnquam nepos tam liberè est cum scortis, quàm hic, cum sororibus voluratus?
In omni dedecore volutari. Autor ad Heren. lib. 4, Non denique in omni dedecore volutatus es?
¶ Volutari, pro Libidinari. Iustin. lib. 12. non ita procul à fine, de Alexandro magno verba faciens, Qua nocte eum mater Olympias concepit, vila per quietem est cum ingenti serpente volutari, nec Dei decepta somnio est. Nam profectò maius humana mortalitate vtero opus tulit. Plin. lib. 35. cap. 11, Clesides innotuit reginæ Stratonices iniuria. Nul o enim honore exceptus ab ea, pinxit voiutantem cum piscatore, quem reginam amare fermo erat.
Cum aliquo volutari. Cic. in Sallust. Itaque nihil aliud studet nisi vt lutulentus sit cum quouis volutari.
¶ In veteribus scripris studioſé volutari. Cic. 3. de Orat.
Animum cogitationibus volutare. Liu. 9 ab Vrbe.
Secum volutare aliquid. Virgil. eclog. 9.
In animo volutare. Liu. 8. bel. Pun.
Secum animo aliquid volutare. Liu. 10. bel. Maced.
Cum tristi corde volutat hæc. Virg. 6. Æneid.
Dolos diu simque volutat corde nefas. Valer. 2. Argon.
Mente quædam volutat. Lucret. lib. 3.
In secretro cum amicis aliquid volutare. Liu. 4. bel. Mac.
Vocem volutant per atria, Iactant clamores lætitiæ indices. Virg. 1. Æneid.

Volutatus, pe. prod. Particip. {κεκυλισμένος} Cic ad Q. fra. lib. 2. 15, Itaque ad Challistheně & Philistum redeo, in quibus te video volutatum: Hoc est, cum labore versatum.

Volutatus, huius volutatus, pen. prod. {κυλίνδησις.} Plin lib. 10. cap. 4, Mulcum pulueren volutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos.

Volutatio, volutationis {κύλισις} Verbale, Idem. Plin. lib. 8. cap. 51, In luto volutatio generi grata. De suibus loquitur, Vide HAPTE. Idem lib. 10. cap. 73, Solidipedũ volutatio propria. Cic. in Pisonem, An vegrò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui stragésque prouinciæ quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.

Volutatim, pen. prod. Aduerb. {κυλιστὸν} Plaut. Milit. 8,
Volutatim domum te rapiam.

Volutabrum, volutabri, pe. prod. {κυλίστρα} Locus vbi sues volutantur. Virg. 3 Georgicon,
Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbatis agens.

Volubilis & hoc volubile, pen. corr. {ἐυστρόφος, ἐυέλικτος} Quod facilè volui tur. Cic, de Vniuers. Deinde animum circundedit corpore, & vestiuit extrinsecus, cœlóque soluago & volubili, & in orbem incitato complexus est.
Amnis volubilis. Horat. 1 epist. 2.
Deus volubilis. Cic 1 de Nat. deor. Neque verò mundum ipsum animo & sensibus præditum, rotundum, aræternm, volubilem Deum, portenta & miracula non differentium philosophorum, sed somniantium.
Fortuna vaga & volubilis. Cic. pro Milone, Vide quàm sit varia vitæ commutabilísque ratio, quàm vaga, volubilísque fortuna.
Homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi. Cicero pro Flacco.
Malum volubile, Pomum rotundum. Ouid. epist. 19.
Nexu volubiles Ouid. 3 Metam.
Canorus orator & volubilis. Cic. de Clar. Orat.

Volubilitas, pen. cor. volubilitatis {τὸ ἐυστρόφως} Cic. 2. de Nat. deor. Ex vtraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, &c.
Dare volubilitatem. Cic. de Fato, Vt igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principiũ motionis volubilitatem autem non dedit.
Deus cœlum ad volubilitarem rotundauit. Cic. de Vniuers.
Fracta volubilitas capitis latissima, Rotunditas capitis. Ouid. 12. Metamorph.
Volubilitas fortunæ, Inconstantia. Cicero 2. de Diuinatione, Quo modo ergo id quod temerè fit, cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest?
Volubilitas linguæ. Cic. pro Plancio.
Volubilitas verborum. Cic. 1. de Orat. Est enim & scientia comprehendẽda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda est.

Volubiliter, pen. corr. Aduerb. {ἐυστρόφως.} Cic. in Orat. Sæpe etiam in amplificanda re concessũ omniũ funditur numerosè & volubiliter oratio.

Volumen, pen. prod. voluminis, n. g. {σειρὰ πτύξεων, σύγγραμμα, σωλήνωμα, χάρτου εἰλητὸν} à Voluendo: quòd maiores nostri in libris arborum, id est codicibus scribebant: & libellos illos quò ferrent commodius, complicabant. Idcóque volumina appellata sunt, libellis similiora, quàm libris. Est enim volumen pars codicis, vt puta Metamorphoseon liber in quindecim volumina distinctus. Ouidius 1. Tristium eleg. 1,
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ. Plin. iunior lib. 3 epist. 5. ad Macrum, Libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi. Quasi in sex minores libros, vt sint volumina aliquanto minora quàm libri. Volumen igitur pars libri est: Liber verò pro toto codice & pro volumine accipitur. Plin. maior lib. 7. cap. 29. Hæc est regio secundo volumine à nobis significata. Cic. 3. Tuscul. Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. Vide Vipianum in l. Librorum appellatione. D. de legat. tertio.
Volumen epistolarum. Cicero ad Atticum, libro 9. 181, Nam quum ad hunc locum venissem, euolui volumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, seruóque diligentissimé.
Referre epistolas in volumina. Cicero ad Tironem lib. 16. 17, Video quid agas: tuas quoque epistolas vis referam in volumina.
Annosa volumina vatum. Horat. 2. epist. 1.
Lintea volumina, Vide Linteus in LINTEVM.
Plenum volumen querelæ iniquissimæ. Cice. Appio lib. 3. 7.
¶ Conficere volumina. Cic. Pæto lib. 9. 16, Audio Cæsarem, quum volumina iam confecerat Νουθετημάτων.
Crescit magnitudo voluminis. Autor ad Herennium lib. 1, Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere.
Explicare volumen. Cicero pro Roscio Amerino, Veniat modò, explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse.
Implere volumen oraculis falsis. Cicero secundo de Diuinatione, Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen impleuit, partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fic in omni oratione sæpissimé.
Peragere volumina, Vide PERAGO.
¶ Immensa vinclorum volumina. Virg. 5. Æneid.
Celeri volumine cœlum torquet sydera. Ouidius 2. Metam.
Sinuare volumina crurum. Virgil. 3. Georg. de equis.
Sinuant terga volumine angues. Virg. 2. Æneid. Hoc est, Inuolutione colligunt in sinus seu annulos atque spiras, & curuant.
Trahere volumina dicuntur angues. Virg. 5. Æneid.
Sinnosa volumina versat serpens. Virgil. 11. Æneidos.
Corruit igne rogus, nigríque volumina fumi
Inficere diem. Ouid. 13. Meram.
¶ Volumina sortis humanæ, pro varietate. Plin. lib. 7. cap. 45.

Voluox, voluocis, penultima producta, masculini generis, ἕλιξ] Vermis qui & conuoluolus dicitur, & inuoluolus, & voluera, vt superius visum est. Plin. lib. 18. cap. 18, Alij voluocem appellant animal prærodens pubescentes vuas, Vide CONVOLVOLVS.

Voluptas, voluptatis, pen. prod. {ἅδος, ἡδονή, εὐφροσύνη, γάνυμα, κυκηλμός, χλιδή, σπινδή} Est elata præter modum lætitia, opinione præsentis alicuius boni. Vnde quicquid eum delectatione animum demulcet, voluptas dicitur. Terent. Heaut. 1. 2,
Voluptatem magnam nuntias.
Omnes enim iucundum motum quo sensus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. Cic. 2. de Fin.
Omne autem id quod gaudemus, voluptas est: vt omne quo offendimur, dolor. Cic. 1. de Finib.
Lætitia & voluptas. Cic. 1, de Orat. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem.
Dicendi voluptates. Quintil. lib. 4. cap 3.
Voluptas abdominis, Vide ABDOMEN.
Voluptas in bibendo. Cic. 2. de Finib. Eít'ne quæso inquam sitienti in bibendo voluptas?
Voluptas mea, Blandientis vox. Plaut. Casin. 3.
Amœnissima voluptas, Vide AMOENVS.

Communis voluptas. Quintil.lib.1.cap.10.
Dux vitæ dia voluptatibus. Lucret.lib.2.
Diuina voluptas. Lucret.lib.3.
Egregia. Iuuenal. Saty.14.
Incredibilis. Cic. Pompeio lib.5.7.
Ineruditæ voluptates. Quinc.lib.1.cap.12.
Insatiabilis, Vide INSATIABILIS.
Iucunda. Lucret.lib.2.
Voluptas autem non illa leuis & fugax, & subinde reficienda, sed stabilis & certa. Senec.epist.18.
Liquida & libera, vide LIQVOR, liquoris.
Liquida & p ra. Lucret.lib.3.
Mediocris. Cic.pro Plancio.
Miseranda. Stat.6. Thebaid.
Perpetua. Cic. Appio lib.3.2.
Pura. Lucret.lib.4.
Pura voluptas litterarum. Quintil.lib.2.cap.18.
Poëticæ voluptates. Idem.lib.1.cap.1.
Sapientum remisse voluptates, & modestæ, ac penè languidæ sunt, compressæque & vix notabiles: vt quæ neque accersitæ veniant, nec quamuis per se accesserint, in honore sint, neque vllo gaudio percipientium exceptæ. Miscent enim illas, & interponunt vitę, vt hi dum ioctim que inter seria. Seneca de Vita beata. cap.12.
Refupinæ volup as. Quintil.lib 5.cap.12.
Solutæ ac ficæ voluptas. Seneca de Vita beata cap.12.
Nulla est syncera voluptas. Ouid.7.Met.
Tocua voluptas fronris. Claud.7.Paneg.
Vera voluptas. Lucrer.lib.5.
Viua voluptas prati. Claud in Ruffi.
Accipere voluptatem, Vide ACCIPIO.
Adiungere voluptatem ad virtutem, Vide ADIVNGO.
Afferre voluptatem, Vide AFFERO.
Architectari voluptatem, Vide ARCHITECTOR.
Assumere voluptatem, Vide ASSVMO.
Bacchari in voluptate, Vide BACCHOR.
Voluptatem eius capio, pro Deeo. Plin epist.17.lib.2.
Capitur mihi mente voluptas. Ouid.4.de Ponto eleg.9.
Capi voluptate. Cic 1. de Legibus, Nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturalis boni, lenitate enim & suauitate delectat.
Captare voluptatem. Vide Capto in CAPIO.
Carere voluptatibus, Vide CAREO.
Condire voluptatibus Quint.lib.5. cap.14.
Conquirere & comparare voluptates, Vide CONQVIRO.
Contectare varias voluptates mente, Vide CONTRAHO.
Corrupta voluptas multo dolore. Horat.1.Serm.saty.2.
Creare voluptatem inimicis, Vide CREO.
Cumulatus voluptatibus, Vide CVMVLO.
Delinixi voluptate quadam p aua. Quinc.lib.2.cap.5.
Duci ad fidem voluptate, Induci ad credendum. Quint.lib.4.ca.2.
Excluſa animo voluptas. Stat.3 Sylu.3.
Expleta voluptas ſtendi Stat.2.Sylu.1.
Habere voluptatem. Cic Famil.2.
Inclinare ad voluptatem audientium debemus. Quin.li.2.cap.10.
Indulgere voluptati. Quintil.lib.2.cap.17.
Iniicere voluptatem, Vide INIICIO.
Cum voluptate legere, Cum delectatione. Cic.5.de Finib. Quid cùm fictas fabulas, è quibus vilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus?
Locupletata voluptas in perfectione vitæ, Vide LOCVS.
Loqui ad voluptatem, Vide LOQVOR.
Percipienda voluptas oculis. Ouid.4.de Ponto eleg.9.
Perfundi voluptate Cic.de Clar.Orat. Delect tur audiens multitu io, & ducitur orat one, & quaſi voluptate quadam perfunditur.
Permulcere aures aſſiſtentũ prauis voluptatibus. Quint.li.2.ca.12.
Permulceri voluptate lætiſſima, Vide PERMVLCEO.
Petere voluptatem audientium. Quint.lib.5.cap.1.
Satiata voluptas. Stat.6. Thebaid.
Eſſe voluptati, Gratum eſſe. Cic. Lentulo, lib.1.7. Quod mihi de filia, & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatẽ tuam, ſperóque & opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore.
In voluptate eſſe. Cic.1.de Finib. His rebus inſtructus ſemper eſt in voluptate.
Dolere, & In voluptate eſſe, contraria. Cic.4.Acad.
¶ Voluptas, mala eſt aliquando. Plautus Merc. 23. Cicero de Senectute, Diuinè enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod, &c.
Voluptas maxima eſt inimica virtuti, boniſque naturam fallaciter imitando adulterat. Cic.in Parti .
Omnis voluptas honeſtati eſt contraria. Cic.3 Offic.
Capitalis peſtis eſt voluptas. Cic.de Senect. Nullam capitaliorem peſtem quàm voluptatem corporis hominibus à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.
Omnium malorum mater voluptas. Cic.1.de Legibus, Ab ea quæ penitus in omne ſenſu implicata, inſidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater.
In voluptatis regno virtus non poteſt conſiſtere. Cic.de Senect.
A voluptatibus, Vide A vel AB.
Aſſuetudo voluptatum. Tacit.lib.18.
Condimentum voluptatis, Vide CONDIO.
Miniſtræ voluptatum, Vide Miniſter, ſtri, in MINISTRO.
Deditus voluptatibus, Vide DEDO.
Confuſa voluptas amborum. Ouid.epiſt.21.
Furtiua voluptas. Ouid.4.Metam.
Indigna homine docto voluptas. Cic.2.Offic. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his veſtitiſſem: nec rurſus indignis homine docto voluptatibus.
Libidinoſa voluptas, Vide LIBIDO.
Lucroſa voluptas. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Mutua voluptas. Lucret.lib 4.
Amplexari voluptatem, Vide AMPLECTOR.
Auolat voluptas, Vide AVOLO.
Dedere ſe voluptatibus, Vide DEDO.
Inhærere voluptatibus, Vide INHAEREO.
Inuenire nouam voluptatem. Cic.5.Tuſc. Xerxes præmium propoſuit qui inueniſſet nouam voluptatem.
Irrita voluptas. Ouid.2.de Arte.
Liqueſcere voluptate, Vide LIQVOR, liquoris.
Blanda voluptas truces mollit animos. Ouid.2.de Arte.
Nocet empta dolore voluptas. Horat.1.epiſt.2.
Perfluere voluptatibus, Vide PERFLVO.
Placet inconceſſa voluptas. Ouid.3.Amor.eleg.4.
Properata voluptas, Ouid 1.Amor.eleg.4.
Sperata voluptas. Ouid 2.Metam.
Spernere voluptates. Horat.1.epiſt.2.

Voluptarius, Adiect. Quod voluptatem affert. Plaut. Pœn.8.
Liberum vt commonſtraremus tibi locum & voluptarium.
Mollis & voluptarius. Cic.5.Tuſ. Ordiamur ab eo ſi placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus.
Rerum voluptariarum impẽſæ. Caius in l.vtiles. D.de petit.here.
Diſciplina voluptaria. Cic.1.de Fin. Intelligatúrque ea quæ voluptaria, delicata, mollis, habeatur diſciplina, quàm grauis, quàm contineus, quàm ſeuera ſit.
Diſputatio voluptaria. Cic.3.de Orat. Tum ab Ariſtippo, quem illæ magis voluptariæ diſputationes delectarant.
Homo voluptarius. Cic.2.Tuſc. Ego à te non poſtulo vt dolorem eiſdem verbis afficias quibus Epicurus voluptatem, homo, vt ſcis, voluptarius. Plaut. Menæch.7,
Voluptarij atque potatores maximi. Cic. in Piſ. Atque hoc quidẽ etiam iſti tui dicunt voluptarij Græci. Id eſt voluptatis aſſertores, quales erant Epicurei.
Poſſeſſio voluptaria. Cic. Attic. lib.12.244, Voluptarias enim poſſeſſiones nolet Silius.
Prædiũ voluptariũ. Vlp. in l. Si cuius rei §. fructuarius. D. de vſufr.
Secta voluptaria. Seneca de Vita beata, cap. vlt.
Voluptarius ſenſus, guſtatus. Cic.3 de Orat. Quinetiam guſtatus qui eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptarius, quíque dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur.

Voluptabilis & hoc voluptabile, pen.cor. {ἡδύς} Gracus, voluptuoſus. Plaut. Epid.2.
Voluptabilem mihi tuo aduentu attuliſti nuntium.

Voluptuoſus, pen.prod. Adiect. {ἡδυπαθὴς} Voluptuoſus homo, qui per quam amat voluptatem.
Voluptuoſa res, Quæ in ſe habet voluptatẽ, & plena eſt voluptatis, & quæ voluptate efficit. Plin.l..3.epiſt.13, Voluptuoſum eſſe vtraque opera eodem viatico inuiſere.

Voluptuor, voluptuaris, Voluptate fruor. Eraſmus in Latino Plutarchi opuſculo de Sanitate tuenda, Quod ſi minus his rebus commouea tur, tum oporebit complures dies aquam potare, aut abſtinere cibis, denique clyſter ſumendus potius quàm pharmaca iſta, corpus perturbantia ſimul & vriantia, quæ vulgus facilè cupidéque ſolet appetere, non aliter quàm mulieres veneficiis vtentes, quibus abortũ faciant, fœtúſmq; perdant, vt rurſum impleantur, ac voluptuẽtur.

Volup, vel volupe, pe.cor. {ἡδὺς} Id eſt delectabile. Plaut. Caſin.18,
Facite animo veſtro vo up. Terent. Phorm.4.3,
Venire ſaluum volupe eſt.

VOLVSIVS, {εὐδοκίμως} Poëta fuit Parauinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum populi Romani annales carmine ſcripſit. Catullus de Smyrna Cinnæ poëtæ,
At Voluſij annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Voluta, volutæ, pen. prod. {ἕλιξ} Vitru.lib 1 cap.2, His enim diis propter virtutem ſine deliciis ædificia conſtitui decet. Veneri, Floræ, Proſerpinæ, fontium nymphis, Coriotho genere conſtituræ aptas videbuntur habere proprietates, quod his diis propter teneritatem, graciliora & florida, foliiſq; & voluris ornata opera facta augere videbuntur iuſtum decorem. Idem lib.3 cap 3 & multis aliis locis.

Volutabrum, Voluratim, Voluto, Vide VOLVO.

Vomer, vomeris, maſc. gen. Vide VOMO.

Vomica, vomicæ, pen.corr. {φύσκη, ἐμπύημα} Tumor excreſcens, ſiue groſſities illa quæ naſcitur in aliqua parte corporis, ſaniem frequenter emittens. Cicero 3.de Natura deorum, Nec prodeſſe Phæræo laſoni, is qui gladio vomicam eius aperuit, quam ſanare medici non poterant. Plinius lib.20.cap.12, Peti oſelinon præcipuum ad vomicas.
Putres vomicæ Iuuenal. Satyr.13.
Erumpit vomica. Celſ.lib.2.cap.8.
Excitat vomicas dolor. Celſ.lib.2.cap 7.
Laborate vomica. Celſ.lib 4.cap.8.
Vomica oritur. Celſus lib.2.cap.6.
Rumpere vomicam. Celſ.lib.2 cap 8.
¶ Vomica, de ſuppuratione. Celſ.lib.2.ca.8, Quòd ſi ne rupta quidem vomica, vel pure extrinſecus emiſſo febris quieuit. Idem de interiore ſupuratione loquens, lib. 3. cap.vlt. Omnis tunc vomicæ finis eſt, vt rumpatur, indiciúmque eſt pus vel aluo vel ore redditum. Budæus.
¶ Vomicam non infeſtiuiter Plautus vocat crumenam plenam argenti, in Perſa 9,
Quid hoc quod in collo tibi tumet? Sa. vomica eſt: preſſare parce.
¶ Vomica, Concaua loca veruſtate exeſa. Lucilius li.29, Tyroneo & non mortifero adfectus vomica & vulnere. Nonius.

¶ Vomicæ Reipubl. apud Quintil. lib.8.cap.6, Non enim ſi Cicero rectè ſenatum Reipubl. dixit, fœditatem hominum ſignificans, ideireo probem illum quoque veteris oratoris, Perſecuiſti Reipubl. vomicas.

Vomo, vomis, vomui, vomitum {ἐμέω, ἐξεδίδωμι} vomere, pen.corr. Eiicere. Proprie de cibis dicitur, & ſuperiore ex parte. Cic. pro Deiotaro. Quum, inquit, vomere poſt cœnam velle te dixiſſes, in balneũ te ducere cœperunt.
Bibere, vomere, effundere. Cic. in Piſonem, Aliquod Lapitharum aut centaurorum conuiuium ferebatur: in quo nemo poteſt dicere, verum itte plus biberit, an vomerit, an effuderit.
Vomere in menſam. Cic.2.de Finibus, Nolim enim mihi fingere Aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conuiuiis auferantur.
In gremio ſuo vomere. Cic.2 Philip Cui ructare turpe eſſet, is vomens truſtis eſculentis vinum redolẽtibus gremium ſuum & totum tribunal impleuit.
In conſpectu alicuius vomere. Cic 2. Philip. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet in Pop. Rom. conſpectu vomere poſtridie.
Fluctus vomit ac reſorbet Sylla. Ouid.epiſt.12.
Flammas orevomit Cacus. Ouid.1.faſt.
Purpuream vomit ille animam. Virg 9. Æneid.
Vitam vomere Lucret.lib 6.
¶ Vomor, vomeris, pen.corr. Paſſiuum. Plinius lib.10.cap.67, Salamandræ ore ſanies lactea vomitur.
¶ Vomitur, pen.cor. Impeſonale. Cic.2. Philipp. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vomito, vomitas, pen.corr. {ἐμέω} vomitare, Frequentatiuum. Colu. lib.7. cap.10, Quam quum pecudes biberunt, nauſea correptæ vomitant, atque expurgantur.

Vomitus, huius vomitus, pen.cort. {ἔμετος, ἐξέδυσις.}
Araneoſus vomitus, Vide ARANEA.
Varius vomitus. Celſus lib 2 cap 6.
Repetere vomitum. Celſus lib.4 cap.4.
Supprimere vomitum. Celſus lib.4 cap.5.
Extrahere. lib 3 cap.8.
Facere. lib.13.cap.23.
Inhibere. lib.12.cap.15.
Inuitare. lib.22.cap.14.
Mouere. lib.33 cap.8.
Siſtere. lib.20.cap.14.

Vomitaria nunc in ſpectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes, in ſedilia ſe fundunt. Hæc Macrob. li.6. Saturn. ca.4. exponens illud Virgilij,
Manè ſalutantum totis vomit ædibus vndam.

Vomitio, vomitionis, Idem {ἔμετος} Cic.2. de Nat. deor. Quid ea quæ nuper, id eſt paucis ante ſeculis medicorum ingeniis reperta ſunt, vomitione canes, purgante autem, &c.
Inimicæ oculis vomitiones, Vide INIMICVS.
Concitare vomitiones. Plin.lib.24.cap.18.

Vomitor, pen.cor. vomitoris {ἐμετικὸς} Plin.lib.23.cap.1, Non expedire vomitoribus, ſicut ueque muſtum, neque ſapa, neque paſſum.

Vomitorius, Adiectiuum {ἐμετικὸς} Quod vim vomitum faciendi habet. Plin.li.21.ca.19, Hunc ſtomacho inutilem, & ideò vomitorium.

Vomer, vel vomis, vomeris, pen.corr.m.g. {ὖνις} Dicitur id ferrum in aratro quod litas facit, & vtrinque vomit, vnde nomen habet. Plin. lib 17.cap.18, Vomerum plura genera. Culter vocatur. prædenſam, prius quàm proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus eſt vulgare, roſtrati vt vectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro. Virgilius 1. Georgicẽn,
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. Vbi Seruius, Vomer à frequenti ratione attritur & decreſcit. Lucretius,
-occulto decreſcit vomer in aruo. Dicimus autem & hic vomer, & hic vomis: ſed ab vtroque huius vomeris facit. Virgilius 1. Georgicon,
Vomis & inflexi primium graue robur aratri.
Saucia vomeribus tellus. Ouid.1 Metam.
Aduncus. Ouid.4 Faſt. Curuus. Ouid.3. Amor. eleg.7.
Duro fumans ſub vomere taurus. Virg.3. Georg.
Ferreus. Lucret.lib.1.
Laureatus, Vide LAVRVS.
Obtuſi vomeris dentem procudere. Virg.1. Georg.
Rigidi vomeris ictu verſatur tellus. Claud.1.de rap. Proſ.
Vici vomeris patiens tellus. Virg.2. Georg.
Perſtringere aliquid vomere. Cic.2. Philip. Cuius quidem vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti, vt, &c.

Vopiſcus, vopiſci, m.g. Dicitur qui ex duobus conceptis, vno abortu excluſo, ad partum legitimum ducitur. Quo nomine dictus eſt Hoſtilius quidam qui de Imperatoribus ſcripſit. Plin.lib.7.cap.10, Vopiſcos appellabant è geminis, qui retenti vtero naſcerentur, altero interempto abortu. Nanque maxima, etſi rara, circa hoc miracula exiſtunt.

VORANVS, penult. prod. {ἰυγρὸς} fuit Qu. Luctatij furaciſſimus libertus, quem nummularius nummos de menſa ſubtrahentem, & in calceos infacientem deprehendit. Cælius lib.10.cap.49. Vide EXCHALCIO.

Voro, voras {ἐνδέω, καταπάγω} vorare, Cibum non confectum deglutire. Cic 2. de Nat. deor. Alia vorant, alia mandunt.
Plaga vorat medullas Senec. Hippol.3.
Vorare, Auidè ſumere. Plaut. Tiuc 3, -interim ille
Hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit mere. Hoc eſt, actum de eo eſt: vt moriuntur piſces qui hamum vorant.
Vorare literas. Cic. Attic. lib.4.80, Non hic voramus literas cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio.
Viam vorare, Celeriter è currere. Catul. ad Libel.33. Vide VIA.

Voratio, vorationis, Verbale {κάνθωσις} Catullus ad Portium & Soeratione nem 44, -mei ſodales
Quærunt in triuio voratione. Alij legũt vocationes, exponúntque de vocationibus ad conuiuium, Vide Vocatio in VOX.

Vorago, pen. prod. voraginis, pen.corr. f.g. {βάραθρον} Barathrum dicitur: quod in eam cadentia, non emergunt, ſed quaſi abſorbentur. Cic.1 de Diuinat. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus voraginibus non extitit.
Ima vorago. Cic. in Saluſt.
Ingens vorago faucibus vaſtis patet. Senec. Herc. fur 9.
Liuidiſſima, maximéque profunda vorago. Catullus ad Coloniam 17.
Pigra vorago, Limoſa & cœnoſa. Silius lib.13.
Tenebroſa vorago. Stat.6. Theb.
Tenax vorago. Catul. ad Coloniam 17.
Vaſta voragine exæſtuat gurges. Virg.6. Æneid.
¶ Vorago, Aliter. Curtius lib.8, Imber violentius quàm aliàs fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat. Grauéſque & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant.
¶ Vorago patrimonij. Cic. pro Seſtio, Tu meo periculo gurges ac vorago patrimonij helluabare?
Scopulus & vorago. Cic.3. de Orat. Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum voraginem potius.

Voraginoſus, pen. prod. Adiect. {βαραθρώδης} Voraginibus plenum. Hirtius 6. bel Hiſp. Nam paluſtri & voraginoſo ſolo currebat ad dexteram partem.

Vorax, voracis, penult. prod. omn.g. {λίχνος, λαφύστης} Plurimum vorans. Cic.2. Philip Quæ Charybdis tam vorax?
Voracibus impenſis onerоſus equitatus. Valerius Max.lib.7.cap.1.in fine.
Ventris voracis placare ieiunia. Ouid.15. Metam.
Vſura vorax. Lucan.lib.1.
Vndique vorſum. Lucret.lib.2.

Vorſura, vorſuræ, Vide Verſura in VERTO.

Vortex, Vide Vertex in VERTO.

Vorto, vortis, Vide VERTO.

Vos, veſtrum vel veſtri {ὑμεῖς} Pronomen pluralis numeri à Tu.
Voſmetipſi, pro Voſipſi. Cicero 4. Academica, Nos autem dicimus ea nobis videri quæ voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis plauciſſe concediti s. Et pro Roſcio Amerino, Quæ facitis, eiuſmodi ſint vt ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini.

Votum, Vide VOVEO.

Voueo, voues, vouí, votum, vouere; penultima producta {εὔχομαι, ἐπεύχομαι} Deo aliquid ſanctè promittere. Cicero 1.de Natura deorum, Quid optamus à diis immortalibus? quid vouemus? Horatius 3. Carm. ode.8.
Ex amiſſione alicuius rei vouere. Cic 1.de Diuina. Quum propter paupertatem ſues puer paſceret, vna ex his amiſſa vouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet, vuam ſe Deo daturum quæ maxima eſſet in vinea.
Vouere decimam alicui. Cic.3.de Nat.deor. Neque Herculi quiſquam decumam vouit vnquam, ſi ſapiens factus eſſet.
Vouere votum. Liu.1.bel.Pun. Ouid.9 Metamorphoſeos,
Vota puer ſoluit, quæ fœmina vouerat Iphis.
Vouere caput pro ſalute patriæ. Cic 5.de Finib Noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita vouerũt. Id eſt, periculis ſe obiicere.
Vouere in eadem verba. Liu.3.bel.Maced.
Vouere templum Deo. Liu.1.ab Vrbe.
Vouere, pro Votis optare. Seneca de Benefi.lib.6, Et quicquid inimicus optaret, amantes vouent. Horat.1.epiſt.4,
Quid vouerat dulci nutricula maius alumno?

Votus, Particip. {ἐνδέξιος} Cic.3.de Nat. deor. At earum templa ſunt publicè vota & dedicata. Liu.4.ab Vrbe.
Delubra vota Menti. Ouid.2.Metam.

Votum, voti {εὐχὴ, εὔχωλὴ} Promiſſio facta Deo. Cicero 2.de Legibus, Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio, quo obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.
Voti reus, Vide REVS.
Preces & vota. Cic pro Plancio, Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dii rhachiũ, quod erat in fide mea petere cõtendi.
Votum & promiſſum. Cic. Attic.12.2.41, Sed iam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto.
Votum pro. Caro. cap.83, Votum pro bubus, vt valeant ſic facito.
¶ Amarum votum, Quod malè cedit, quale fuit Midæ. Claud.3.Pa.
Audax votum. Stat.9. Thebaid.
Furialia vota, Deſyderia furioſa. Silius lib.8.
Furioſa, Furioſa cupiditas. Ouid.10. Metam.
Futile votum, Inane deſiderium. Silius lib.10.
Ignauum. Claud. Eutrop.2.
Modeſta parum vota. Ouid.3. Triſt.eleg.8.
Nefarium votum: Cic.pro Cluen. Quis nctiam nocturna ſacrificia, quæ putat occultiora eſſe, ſceleratáſque eius preces & nefaria vota cognouimus.
Pauidum votum. Claud.1.de bello Gildon.
Pia vota, Piorum preces ad Deum. Ouid.1.Metam.
Publica. Ouid.7.Metam.
Temeraria vota. Tibul.lib.3.eleg.6.
Triſtia vota. Ouid.8.Metam.
Annuit votis noſtris Deus. Claudian.3.Panegyr.
Aſſueſcere, Vocari votis. Virg.1.Georg.
Canere vota diuis, Hymnos & preces. Seruius. Virg.3. Æneid.

Cessare in vota. Vide CESSO.
Concipere vota. Ouid. 7. Metam.
Concepta vota. Silius. lib. 7.
Confugere ad vota. Vide CONFVGIO.
Corrigere vota sua, Suos appetitus. Ouid. 2. Metam.
Damnari votorum, vel votis, Vide DAMNO.
Debere votum. Cic. in Verr.
Dissoluere vota. Cic. Attic. lib. 15. epist. 26.
Ducere vota ad bonos exitus. Horat. 4. Carm. ode 8.
Duplicare vota metu. Virg. 8. Æneid.
In vota effundi. Tacit. lib. 1.
Exequi annua vota. Virg. 5. Æneid.
Facere vota, pro Optare. Cic. pro Milo. Vota enim fecerat is vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones, Vide FACIO.
Facere vota parcius. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 1.
De aliquo ægroto vota facere. Cic. Attic. lib. 8 epist. 169.
Inhibere vota alicuius rogando. Ouid. epist. 15.
Liberari voti, pro voto. Liu. 5. ab Vrbe.
Votis vota nectere. Lucret. lib. 5.
Nuncupare vota, Vide NVNCVPO.
Obligare votis caput. Horat. 2. Carm. ode 8.
Onerare votis æthera, Iterum atque iterum vota deo pollicendo. Virg. 9. Æneid.
Perfecta vota ordine. Virg. 3. Æn.
Persoluere votum, Vide PERSOLVO.
Poscere opem votis. Ouid. 3. Fast.
Reddere vota, Vide REDDO.
Repetere vota. Quint. in Proœm. lib. 4.
Immortale votum sacrabat diis. Virg. 8. Æneid.
Feralia vota sancire diis stigiis contra aliquem. Stat. 11. Theb.
Soluere vota, Vide SOLVO.
Fidem voti soluere. Ouid. 1. Fast.
Suppliciibus votis superare iram numinis. Virg. 8. Æneid.
Suscipere vota, Vide SVSCIPIO.
Tacito suspendit vota labello. Catul. Argon. 59.
Erecto voto timere aliquid. Stat. 6 Thebaid.
Vocare aliquem in vota. Virg. 5. Æneid.
Vocare diuos in vota. Virg. 5. Æneid.
Vocare imbrem votis. Virg. 1. Georg.
Vocari votis. Virg. 1. Georg.
¶Votum, Voluntas & desyderium: quòd ea valde desyderamus quæ voto à Deo poscimus. Cic. ad Terentiam lib. 14. 4, Si hæc mala fixa sunt, ego verò te quamprimùm mea vota cupio videre.
Ad votum, Vide AD.
Compos voti, Vide COMPOS.
Matura vota coloni. Ouid. 8. Metam.
Deplorata vota. Ouid. 1. Metam.

Sternuntur segetes & deplorata colonis,
Vota iacent. Hoc est, spes valde ploratæ ab agricolis. Vota autem vocat frumenta multis votis & precibus expetita.

Exposcere pacem votis. Virg. 3. Æn.
Fingere voto aliquem. Plin. epist. 112.
Frui votis. Valer. 4. Argon.
Implere vorum alicuius. Curtius lib. 4.
Obire vota Patercul. lib. 2. Catilina non segnius vota obiit, quàm sceleris conandi consilia inierat.
Petere voto, id est, optare. Plin. iunior. lib. 14. ep. 17. ad Gallum.
Potiri voto. Ouid. 9. Metam.
Respondere votis alicuius, Satisfacere desyderio. Virg. 1. Georg.
Est in voto. Pers. satyr 3.

Iure, etenim id summum quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto. Hoc est, in desyderio meo summum.

Succedere in vota alicuius. Id est, idem velle quod ante te alius concupierit. Ouid. 11 Metam.
Superant modum tua vota Stat. 1. Achil.
Fouere sua vota animo. Ouid. 7. Metam.

Votiuus, penultima producta, Adiectiuum {βλητὸς} Quod ex voto dari promittitur. Horat. 1 epist.
Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.
Aures votiuæ, Quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. Casina 2.
Votiuum, Quod voto desyderatum est. Apuleius lib. 6, Tota ciuitas ad votiuum conspectum effunditur.
Legatio votiua, quæ pro voto ac volútate vel voluntariè suscipitur. Cic. ad Attic. lib. 14. 320, Simúlque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiua, quòd in his locis moueor, à multis ne in Senatu Calendis adsim, Vide Legatio in LEGO, legas.
Ludos votiuos appellat Cic. 2. Verr. quos vouerat. Plin. lib. 7, Ludis pro salute diui Augusti votiuis.
Preces votiuæ, Quibus aliquid cum voto poscimus.
Tabella votiua. Horat. 2. Serm. saty 1. Vide Tabella, in TABVLA.
Thura votiua. Ouid. 3. Amor. eleg. 12.
Voces votiuæ. Tibullus lib. 1. eleg. 3.
Votitum veteres religione aliqua prohibitum vel interdictum dici voluerunt. Plau. Asin. Nolo illam habere causſam, & votitam dicere. Ex Nonio.

VOX, vocis {φωνὴ, φθογγὴ, αὐδὴ, ἔξ, ὀπὴ, ἐπωπὴ, ἄσσα, ῥῆμα, ἔμφη} Omne quod sonat. Fit ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod est voco. Priscianus, libro 1. Vox dicta est, vel à vocando, vt dux à ducendo: vel ἀπὸ τοῦ βοᾶν βοὸς, vt quibusdam placet. Cic. in Orat. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Ibidem, Mira est enim quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui canta fit, & tam suauis varietas perfecta in cătibus. Idem 4. Acad. In lingua etiam explanata vocum impressio.
Vocis genera permulta, Cic. 2. de Nat. deo. Vocis genera permulta, canorum, fuscum, lene, asperum, graue, acutum, flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus iudicantur, Idem 3. de Orat. Nam vo-

ces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, grauis: cita, tarda: magna, parua: quas tamen inter omnes est suo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene, asperum: contractum, diffusum: continenti spiritu intermisso: fractum, scissum: flexo sono, attenuatum, inflatũ.
Vocis quantitates insuper & qualitates varias facit Quint. lib. 11. cap. 3. Sed ne vox quidem (sit) nisi liberalis, actionem habere optimam potest. Bona enim firmáque, vt volumus, vti licet: mala vel imbecilla & inhibet multa, vt insurgere, exclamare: & aliqua cogit, vt summittere, deflectere, &c. Paulo pòst, Natura vocis spectatur quantitate & qualitate, Quantitas est simplicior. In summa enim grădis, aut exigua est: sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summam, ac retro, multi sunt gradus. Qualitas magis varia est. Nam est & candida & fusca, & plena & exilis, & lenis & aspera, & contracta & fusa, & dura & flexibilis, & clara & obtusa. Ibidem, Non enim tam molli teneráque voce, quàm forti ac durabili opus est. Paulo pòst, Alioqui nitida illa & curata vox insolitum laborem recusabit. Rursus ibidem, Itaque sit ipsa vox primùm (vt sic dicam) sana, id est nullum eorum de quibus nunc dixi, patiatur incommodum: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata. Et aliquanto pòst, Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Ibidem, Nam vox, vt nervi, quo remissior, hoc & grauior & plenior: quo tensior, hoc renuis & acuta magis est. Sic ima vim non habet, summa rumpi periclitatur. Paulo pòst, Sic velut media vox, quem habitum à nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Est enim mentis index, & velut exemplar, ac totidem quot illa mutationes habet. Itaque lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodammodo hilaris fluit: at in certamine erecta rotis viribus, & velut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra. Paululum in inuidia facienda lentior, quia non ferè ad hanc nisi inferiores confugiunt: at in blandiendo, farendo, satisfaciendo, rogando, lenis & summissa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & consolantium grauis: in metu & verecundia, contracta: adhortationibus fortis: disputationibus teres: miseratione flexa & flebilis, & consultò quasi obscurior: at in egressionibus fusa, & securæ claritatis in expositione ac sermonibus recta, & inter acutũ sonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusque rei modo altius vel inferius. Multo pòst. Vox temperata, ac gestus modestus. Ibidem, Fusca illa vox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit. Iterum, Erecta & concitata voce dicenda sunt. Paulo pòst, Nam vox quoque Demetrij iucundior, illius acrior erat.
¶Absonus voce, Vide ABSONVS.
Plenior voce. Cic. 1. de Orat. Ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorẽ, nec voce pleniorem, aut suauiorem mihi videor audisse.
Aspritas vocis Lucret. lib. 4.
Bona vocis. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Cantus vocis. Quint. lib. 5. cap. 10.
Contentio vocis & Remissio, contraria. Cic. 1. de Orat. Vide Contentio in CONTENDO.
Inoffensa copulatio vocum. Quintil lib. 1. cap. 10.
Discrimina vocum. Quint. lib. 1. cap. 5.
Flexus vocis. Quint. lib. 1. cap. 10.
Intensio vocis. Quint. lib. 1. cap. 10.
Iter vocis. Ouid. 2. Metam.
Iucunditas claritátsque vocis. Quint. in Proœm. lib. 6.
Modestia vocis. Quint lib. 4. cap. 1.
Remissio vocis. Quint. lib. 1. cap. 10.
Simulans vocum ales. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. de psittaco.
Sonitus vocis, Vox buccinæ. Virg. 3. Æn.
Splendor vocis. Cic. in Bruto.
Splendorem voci affert porrum. Plin. lib. 20. cap. 6.
Suauitas vocum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Varietas vocum. Cic. 2. de Diuinat. Aut si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere?
¶Hæc vox, Ciuis, &c. Cic. 7. Verr. Constitue nihil esse opis in hac voce, Ciuis Romanus sum.
Absona, Vide ABSONVS.
Absurda, Vide ABSVRDVS.
Accusatoria vox. Liu. Decad. 5. lib. 5, Popilius quæ singuli vniuersique eo bello hostiliter dixerant fecerántque, retulit: & vir asper ingenio, augebat atrocitatem eorum quæ dicerentur, vultu truci & accusatoria voce.
Aceba. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Acrior. Quintil. lib. 11. cap 3.
Acuta, Vide ACVO.
Acutæ vocis Hylactor. Ouid. 3. Met.
Æquissima vox & Turpissima, opponuntur. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 14.
Ambigua vox. Virg. 2. Æneid.
Amœnæ voces. Ouid ad Pisonem.
Angusta Iuuenal. Saty. 39.
Anhela. Claud. 2. in Eutrop. 78.
Animosa vox. Seneca de Benefi. lib. 2. cap. 16.
Assidua. Virg. 4. Æneid.
Atrox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Blanda vox. Virg. 1. Æneid.
Boans. Ouid. 3. de Arte.
Bona, Vide BONVS.
Candida. Quintil. lib. 9. cap. 3.
Canora, Vide CANO.
Clara & suauis. Cic. 1. Offic.
Clarisona vox. Catul. Argon. 59.

Concitata

Concitata vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Confusa. Lucret. lib. 4.
Consona. Silius lib. 5.
Constans. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Contenta vox. Cic. in Orat. Volet igitur ille qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis. Contenta vox est, qua aliquid atrociter infectamur, vt in Pisonem. Tũe iterum immanissimum ac fœdissimum monstrum, ausus es, &c. Summissa vox est, qua leniter aliquid, & quadam cum iucunditate pronuntiare studemus. hæc superiori penitus contraria est. Inclinata vox est, qua aliquid grauiter & sentẽtiosè pronuntiamus. quo genere vocis vtimur potissimùm in exordiis, & alibi quoties occurrunt graues aliquæ sententiæ. Inflexa vox est, qua conamur auditorum animos ad misericordiam commouere: qualis in perorationibus frequenter esse solet.
Contracta. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Contumeliosæ voces, Vide Contumeliosus in CONTVMELIA.
Cygnea vox, Vide Cygneus in CYGNVS.
Densa. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Dira. Virg. 3. Æneid.
Dissona. Stat. 8. Theb.
Docta. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Dulcis & clara vox. Cic. in Orat.
Dura. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Durabilis, Ibidem.
Efferatæ voces. Seneca Hercule furente, 6.
Erecta. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Erudita vox Hortensij. Cic. de Clar. orator.
Exigua. Virg. 6. Æneid.
Extrema. Virg. 4. Æneid.
Facilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Facunda. Ouid. 4. Fast.
Falsa. Horat. 2. Carm. ode 2.
Ferox. Claud. de Nupt. Honorij & Mariæ, 64.
Ferrea. Virg. 6. Æneid.
Fessa loquendo. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Ficta. Lucan. lib. 3.
Flebilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Fœminea. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Furialis. Cic. de Arusp. resp.
Fusca, id est subrauca. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Grandis. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Grandior & plenior vox. Cic. in Brut.
Grauis vox, cui opponitur Exilis. Plin. lib. 11. cap. 51.
Hilaris. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Hiulæ voces, Vide HIVCVLVS.
Horrenda. Virg. 9. Æneid.
Incerta. Quintil. lib. 1. cap 1.
Incesta. Ouid. 2. Trist.
Inclinata. Cic. in Orat. Vide Contenta vox.
Incorrupta vox bene iudicantium. Vide Incorruptus.
Infandæ vocis sonus. Seneca Agamem. 13.
Inflexa vox. Vide Contenta vox paulo ante.
Infragilis vox. Ouid. 1. Trist. eleg. 4.
Ingeniosa mutandis sonis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. De psittaco.
Ingens. Virg. 1. Georg.
Ingloria. Stat 5. Sylu. 3.
Inhumana & scelerata, Vide INHVMANVS.
Inimica alicui, Vide INIMICVS.
Insana. Ouid. epist. 11.
Interrupta atque moriens, Vide INTERRVMPO.
Iracunda. Ouid 2. Metam.
Legitima. Ouid 3. de Arte.
Lenis. Quint. lib. 11. cap. 3.
Libera. Liu. 5. bel. Maced.
Liberalis. Quint. lib. 11. cap. 3.
Limpida vox. Plin. lib. 34. cap. vlt. De sandaracha.
Sine contentione vox, nec languens, nec canora. Cic. 1. Off.
Vox liquata apud Macrobium in Hostij carmine, videtur esse, quæ liquido gutture disecta, claràque foras editur, quã scilicet guttur ipsum liquat, & liquidam transmittit: atque ab his quæ colo liquantur per translationem id dictum est. Turnebus.
Liquidæ voces auium. Lucret. lib. 5.
Liquidæ voces cortũ. Virg. 1. Georg.
Lugubris. Luciet. lib. 4.
Magna. Cice. de Senectute, Voce magna & bonis lateribus suasissem.
Minax. Horat. 1. Carm. ode 10.
Mœsta. Virg. 2. Æneid.
Mollis, Effœminata & muliebris. Cic. 3. de Orat. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat, mollis vox, vt muliebris, aut quasi extra modum absona atque absurda est.
Moribunda. Stat. 8. Theb.
Mutæ voces murmure. Stat. 2. Sylu. 1.
Nitida. Quint. lib. 11. cap. 3.
Nuptialis, Vide Nuptialis in NVBO.
Obscœna. Iuuen. Saty. 11.
Obscura. Quint lib. 11. cap. 3.
Obtusa. Quint. lib. 11. cap. 3.
Paruæ vocis murmura. Ouid. 12. Metam.
Peracuta vox. Cic. in Bruto.
Permanens vox. Cic in Bruto. Id est, non fracta, firma.
Plena. Cicero de Claris Orat. Subsellia grandiorem & pleniorem vocem desyderant.
Præpinguis. Quint. lib. 11. cap 3.

Pura. Persius Saty. 5.
Pusilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Rara. Virg. 3. Æneid.
Rigida. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Rauca. Ouid. 6. Metam.
Recta. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Resona. Ouid. 3 Metam.
Rustica. Cic. 3. de Orat. Rustica vox & agrestis quosdam delectat quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorũ sermo retinere videatur.
Sacra. Ouid. 2. Metam.
Salutaris. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 10.
Sana. Quintil. lib 11. cap 3.
Serena, Persius Sary. 1.
Simplices voces. Quint. lib. 1. cap. 5.
Sollicita vox. Ouid. 10. Metam.
Splendida vox, id est, clara. Cic. in Bruto.
Suauis & canora. Cic. de Claris Orat.
Suauissima vox. Cic. in Orator. Verbáque sunt quamsuauissimis vocibus.
Subrauca. Cic. in Brut.
Subsurda. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Summissa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Superba. Lucret. lib. 5.
Supplex. Liu. 10. bel. Pun.
Tacita. Ouid. 9. Metam.
Tenera. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tenuata Ouid. 2 Metam.
Tenuis vox & tinnula. Vide Deducere vocem in DEDVCO.
Teres. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tinnula. Catullus in Epithal. Iuliæ, 56.
Tremulæ voces hœdorum. Lucret. lib. 2.
Tristis. Ouid. 7. Metam.
Truculenta vox. Plin. lib. 11. cap. 2.
Trux. Silius lib. 1.
Veneranda. Lucan. lib 2.
Vigil. Ouid. 2. Metam.
-nec seruaturis vigili capitolia voce Cederet anseribus,
Virilis. Ouid. 4. Metam.
Viua. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Viua vox magis afficit. Plin. iunior. lib. 2. epist. 3.
Vlulans. Cic. in Orat.
Vna vox omnium. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. Atque hæc vna vox omnium est.
Vna voce, Vno ore, vno consensu. Cic. 1. de Orat. Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, à quibus omnibus vna penè repelli voce oratorem à gubernaculis ciuitatum, &c.
Votiuæ voces. Tibullus lib. 1. eleg 3.
¶Aboritur vox. Vide ABORIOR.
Accipere voces, Vide ACCIPIO.
Accommodare vocem, Vide ACCOMMODO.
Addere voces lachrymis. Ouid. 13. Metam.
Æquiparare aliquem voce. Virg. eclog. 5.
Alit vox. Quintil. lib. 1. cap. 2, Tamen vita illa, vt dicitur, vox alit plenius.
Alloqui patriam voce mœsta. Catullus de Berecynthia, 58.
Attollere & submittere voces, sunt opposita. Qu. lib. 1. cap. 8.
Annuere vocibus alicuius. Horat. 4. Carm. ode 6.
Audire & reddere voces notas. Virg. 6. Æneid. Id est Familiariter loqui, vt ait Seruius.
Canere inclinata vlulantíque voce, more Asiatico. Cic. in Or.
Captare voces auribus. Ouid. epist. 18.
Dulcedine vocis captus. Ouid 1. Metam.
Citat vox præconis. Quint. lib. 6. cap. 4.
Compellare aliquem voce. Virg. 5. Æneid.
Timenda voce complere nemus. Horat. Epod. 6.
Comprimere vocem, Vide COMPRIMO.
Compescere voces. Senec. Herc. Oetæo, 11.
Compositæ voces, quibus opponuntur Simplices. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Concipere mente vocem alicuius. Quint. lib. 1. cap. 2.
Condere vocem alicuius memori aure. Ouid. epist. 19.
Conferre vocem in quæstum, Vide CONFERO.
Confirmatur vox hoc modo. Quint. lib. 11. cap. 3.
Confirmata constitutáque vox. Ibidem.
Confiteri magna voce, Vide MAGNVS.
Consequi vocem gradu, Vide CONSEQVOR.
Contendere voce, Vide CONTENDO.
Continere vocem, Vide CONTINEO.
Conturbatur vox. Lucret. lib. 4.
Curata vox. Quint. lib. 11. cap. 3.
Currit vox, Vide CVRRO.
Custodire vocem. Quint. lib. 1. cap. 7.
Deducere vocem, Vide DEDVCO.
Demissa voce loqui. Virg. 3. Æneid.
Deplorare voce lamentabili, vide LAMENTOR.
Descendit vox, Hoc est deprimitur, submittitur. Quintilianus lib. 11. cap. 3.
Deuorat vocem dolor, Præ dolore loqui nequit. Ouidius 13. Metamorph.
Deuoratur vox. Plin. lib. 11. cap. 51. Mira sunt de voce digna dictu. In theatrorum orchestris scobe aut arena superiecta deuoratur, & in rudi parietum circunictu, doliis etiam inanibus. Currit eadem concauo vel recto parietum spatio, quanuis leui sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inæqualitas impediat.
Dicere aliquid acuta voce. Horat. 3. Carm. ode 4.
Tacita voce dicere aliquid. Ouid. 9. Metam.

Distinguere vocem lingua. Silius lib. 1.
Dat voces lingua. Ouid. 9. Metam.
Dare vocem alienæ personæ. Quint. lib. 4 cap. 2.
Longas in fletum ducere voces. Virg 4. Æneid.
Effundere voces ad æthera. Virg 8. Æneid.
Vox elicit vocem. Ouid. 1. Fast. Interrogatio prouocat ad respondendum.
Elisa vox, in illum sonum erumpit, cui Græci κλαγγὴν, nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. Qu. lib. 11. cap. 3.
Eluctata vox. Stat. 1. Achilleid.
Emittere vocem. Tibul. lib. 1. eleg 9.
Eripere vocem ab ore loquentis. Virg 7. Æneid.
Exasperatur vox. Quintil. lib. 11 cap. 3.
Exasperant vocem fauces rasæ. Ibidem.
Excidit vox ore. Virg 6. Æneid.
Excipere vocem alicuius. Seneca Thyeste, 1.
Excitare vocem. Cic. 1. de Orat. Tamen me authore nemo dicendi studiosus, Græcorum more Tragœdorum voci seruiet, qui & annos complures sedentes declamitãt & quotidie antequam pronũrient, vocem cubantes, sensim excitant eandémque cùm egerunt, sedentes, ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonũ recipiunt.
Exercere vocem pronuntiatione. Quint. lib. 1. cap. 11.
Trucem vocem expauere. Silius lib. 1.
Exprimere voces. Lucret. lib. 4.
Anhelam vocem expromere. Claud. 2. in Eutrop.
Mœstas voces expromere. Virg. 2. Æneid.
Extincta vox, Vide Extinctus, in EXTINGVO.
Ferre voces ad aliquem. Ouid, 5. Fast.
Fertur vox ad aures. Virg. 3. Æneid.
Fingere optimè sibi voces. Quint. lib. 6. cap. 2.
Flectere vocem. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Fractæ voces ad littora. Virg 3. Æneid.
Frangitur vox vitio faucium. Quint. lib. 11. cap. 3.
Legitima voce fraudare literam. Ouid 3. de Arte,
Obscœnis vocibus frui. Iuuen. Saty. 11.
Fundere voces. Catul. Argonaut.
Extremam vocem cum sanguine fundo. Virg. 4. Æneid.
Fusa vox. Quint. lib. 11. cap 3.
Glutire vocem. Plin. lib. 10. cap. 12.
Habere voces, Tumultum facere. Cicc. pro Murena. Meminisse enim cùm illius nefarij gladiatoris voces percrebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur.
Habere contemptam supplicis vocem. Catull. de Ruffa, 55.
Iactare voces inertes. Virg. 10. Æneid.
Iactare voces ad sydera. Virg. eclog. 5.
Impedire vocem loquentis. Ouid. 13. Metam.
Inclamare aliquem magna voce, Vide INCLAMO.
Includit vocem dolor, Vide INCLVDO,
Incurrere in voces maleuolorum, Vide INCVRRO.
Induere voces dolentum. Tacit. lib. 4.
Inflectere voces cantu. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Inflexa vox ad miserabilem sonum. Cic. 2. de Orat.
Ingeminare voces. Virg. 1. Georg.
Intendere vocem. Cic. Voces vt chordæ sunt intentæ, &c.
Sollicita voce inuocare aliquem. Ouid. 10. Metam.
Iterare voces. Horat. 1. epist. 19.
Resonis vocibus iterare aliquid. Ouid. 3. Metam.
Iungere vocem fidibus. Quint. lib. 5. cap. 10.
Lacessere aliquem voce. Virg. eclog. 3.
Locare vocem. Iuuen. Saty. 8.
Loqui Latina voce. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Loqui primum incerta voce tentauit. Quint. lib. 1. cap. 1.
Tristi voce loqui. Ouid. 7. Metam.
Mittere vocem. Lucret. lib. 3.
Mittere vocem contra aliquem. Cicero pro Cluentio, Hodierno die primum veritas vocem contra iniquitatem his Iudicibus freta misit. Vide MITTO.
Mittere vocem de. Cicero pro Flacco, Vox de Quæstura nulla missa est.
Mittere vocem pro se, aut pro aliquo. Cic. pro Sestio, Conciones habeti quotidie contra me: vocem pro me ac pro Repub. neminem mittere. Idem pro Cælio, An aliquam vocem putatis ipsum pro se causam & veritatem posse mittere.
Mittere voces furiales, Vide MITTO.
Mittere liberam vocem. Liu. lib. 5. bel. Maced.
Superbas voces mittere. Lucret. lib. 5.
Modulati vocem, Vide MODVLOR.
Moneri voce alicuius. Virg. 3. Æneid.
Blandis vocibus morari aliquem. Virg. 1. Æneid.
Mouere numina voce. Virg. 4. Georg.
Multiplicare voces acceptas, Vide Multiplico in MVLTVS.
Mutare vocem. Cicero in Orat. Vocis mutationes sunt totidem quot animorum.
Constanti voce negare aliquid. Ouid 1. Amor. eleg. 4.
Obscurant vocem fauces obtusæ. Quint. lib. 11. cap. 3.
Obscuratur vox vitio faucium. Ibidem.
Obtundere vocem, Vide OBTVNDO.
Parcere voci Quint. lib. 11. cap. 3.
Penetrat vox ad aures. Ouid. 12. Metam.
Persequi voce, Vide PERSEQVOR.
Prætertradit vox fauces. Lucret. lib. 4.
Premere vocem, Continere vocem, tacere. Virg. 9. Æneid.
Magna voce proclamare. Virg. 5. Æneid.
Profundere vocem. Catul. Argon.
Profusæ voces abiere domos ætherias. Silius lib. 6.
Immoderatè profusa vox, Vide IMMODERATVS.

Reddere voces. Virg. 1. Æneid.
Referre voces pectore. Virg. 5. Æneid.
Referuntur voces vsque. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. Natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes, vocésque refesantur.
Voce referre, per plenosismum dicitur à poetis. Virg. 2. Æneidos, Seruius.
Remittunt vocem nemora. Virg. 12. Æneid.
Replere littora voce. Ouid. 1. Metam.
Resoluere vocem atque ora. Virg. 3. Æneid.
Resorbere vocem. Plin lib. 18. cap. vlt.
Nescit vox missa reuerti Horat. de Arte.
Roboratur vox. Plin. lib. 11. cap. 51.
Summissa voce rogare opem alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Rumpere vocem, Loqui. Virg. 2. Æneid.
Rupit hanc pectore vocem. Virg. 3. Aeneid.
Scinditur vox vitio faucium. Quint. lib. 11. cap. 3.
Sequi vocem fugientem. Virg 1. Æneid.
Simulare fictas voces læto tumultu. Lucan. lib. 3.
Spargere voces ambiguas in vulgum. Virg. 2. Aeneid.
Strangulare vocem. Quint lib. 11. cap. 3.
Suffocata vox maiore risu minus clara est. Quint. lib. 11. cap. 3.
Esse bona voce, Vide BONVS.
Vox erat in cursu. Ouid. 5. Fast.
Supprimere vocem. Celsus lib. 2. cap. 10.
Supprimere vocem alicui Ouid. 1. Metam.
Incestis temerantur vocibus aures. Ouid. 2. Trist.
Temperata vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tenuatur vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Minaci voce terrere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 10.
Tollere vocem. Horat. de Arte.
Exiguam vocem tollere. Virg. 6. Aeneid.
Lugubri voce querelam tollere. Lucret. lib. 4.
Trahere vocem ab imo pectore. Virg 1. Æneid.
Trahere aliquid pura voce, Verbis putis nec fictis enarrare aliquid. Persius Satyra 5.
Tundi assiduis vocibus hinc atque hinc. Virg. 4. Æneid.
Venit vox ad aures vulgi. Virg. 2. Æneid.
Vocare voce aliquem. Virg. 1. Georg.
Plena voce vocare aliquem. Virg. 1. Georg.
Volutant vocem per atria. Virg. 1. Æneid.
Vrgenda vox non est vltra vires. Quint. lib. 11. cap. 3.
Falsis vocibus vti. Horat. 2. Carm. ode 2.
Vtendi voce, multiplex ratio. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Vox toto instructa organo. Prouerbij speciem habet, significatque vocem firmam, facilem & tractabilem, quæque per omnes intentionis & remissionis gradus sequax & flexibilis traducitur: translato sermone à musicis organis & hydraulis, quæ totius canonis musici varietates & flexus vocis & soni complectuntur. Quintil. Vtique habens omnes in se, qui desiderantur, sonos intentionésque, & toto, vt aiunt, organo instructa. Ex Turnebo.
¶Vox, pro litera vocali. Cic. in Orat. In populari Platonis oratione est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte, vt vitiosam, fugit Demosthenes. Id est, vocalium concursus, qui hiantem reddit orationem.
Vocula, voculæ, pen corr. Diminutiuum { φωνίδιον } Cicc. ad Atticum, lib 1. 18. Er cum recreandæ vocu'æ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Idem 3. de Orat. Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quàm certæ, & seuerè? Falsas voculas Budæus interpretatur *Deschant*.
Maleuolorum voculæ. Cicc. Cælio, lib. 2. 15. Sed incurrit hæc nostra laurus non solùm in oculos, sed iam etiam in voculas maleuolorum.
Vocalis, & hoc vocale, pen. prod. { φωνήεις, ὄμφωνος, ἔμφωνος } Quod est sonorum & summæ vocis. Plin. lib. 18. cap. 35, Ranæ quoque vltra solitum vocales, sunt signa tempestatis. Cic. de Claris Orat. Addamus huc etiam, ne quem vocalem præteriisse videamur, C. Cosconium.
Carmine vocali clarus Philammon. Ouid. 11. Metam.
Chordas vocales impellere pollice. Tibul. lib. 2. eleg. 5.
Ora vocalia. Ouid. 5. Metam.
Vocales literæ, dictæ quia per se voces faciunt.
Vocales frequentissimè coeunt. Quint. lib. 21. cap. 3.
Concursus vocalium. Cic. in Orat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam.
Vocalitas, penult. corr. vocalitatis, fœ g. { ὄμφωνία } Consonantia, quam Græci euphoniam vocant. Quint. lib. 1. c. 5, Sola est quæ notari possit velut vocalitas, quæ ἐμφωνία dicitur.
Vociferor, penul. corr. vociferaris { κεκλαγγάναι, ἀλαλάζω, μεταφωνέω } vociferari. Est, inquit Valla, voce effrænata, non modò dolorem. sed etiam indignationem (quanquam indignatio, doloris genus est) ostendere. Interdum sine affectu, sed tamen vehementius exclamare. Cicero 6. Verr. Minitari absenti Diodoro, vociferari palàm, lachrymas interdum vix tenere.
Liberè vociferari. Cic. pro Rosc. Amer. Neque satis liberè vociferari posse intelligo.
Quid vociferabare decem millia talentûm Gabinio esse promissa? Cic. pro Rab. Posth.
Res ipsa vociferatur. Lucret. lib. 2.
Vociferare, actium protulit Cicero (si locus mendo vacat) 4. Verr. Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferare velim, quàm miserum indignúmque sit, &c. Var. 3. de Re rust. cap. 9. Item qui elati sunt, ac vociferant sæpe, in certamine pugnaces. De gallis gallinaceis.
Vociferans, penul. corr. Participium { κράζων } Virg. 2. Æneidos,
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.
Graue vociferans. Valer. 5. Argon.

Voci-

Vociferatio, vociferationis } κεκραγμὸς ἀλαλαγμός } Verbale. Cic. 7. Verr. An te L. Flauij, cæterorúmq; de L. Hereio vociferatio cõmouebat? Sermo & vociferatio. Cic. pro Cluent. Nam in ipso sermone hoc & vociferatione mortua est.
Muliebris vociferatio. Author ad Heren. lib. 3.
Vti vociferatione. Cicero pro Rosc. Amer. Qua vociferatione in cæteris iudiciis accusatores vti consueuerunt.
Furiosa vociferatio. Quint. lib. 2. cap. 10.
Vociferatus, huius vociferatus, pen. prod. m g. Verbale, Idem quod vociferatio. Plin. lib. 10. cap. 60, Mares quidem cum vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt.
Voco, vocas { κρατέω, φωνέω, βοηθέω } vocare, Clamare, inuitare, appellare.
Vocate ad cœnam. Cicero 6. Verr. Deinde ipsum regem ad cœnam vocauit.
Ad cœnam per. Martial. lib. 2,
Per te, perque tuam vector lasciue puellam,
Ad cœnam Selium tu, rogo Taure voca.
Esum & comessatum vocare, Hoc est ad esum & comessationem. Plaut. Menæch. 10. Idem Sticho 14.
Conuiuam vocare, Idem. Plaut. Asin. 13.
Ad nuptias. Terent. Phorm. 4. 4.
Domum vocare aliquem. Cic. pro Rosc. Amer.
Intra tecta vocare aliquem. Virg. 6. Æneid.
¶Vocare, Aduocare. Plaut. Capt. 6,
Quæ ad patrem vis nuntiari? vin vocem huc ad te?
Voca illum verbis meis. Plaut. Amph. 15.
Vocaueras me in hunc diem Plaut. Stich 9,
Nam ille heri me vocauerat in hunc diem.
Hoc est dixerat vt hodie venirem.
Vocare clamore suos. Virg. 12. Æneid.
¶Vocare clamoribus hostem. Virg. 4. Geor. prouocare. Seru.
¶Vocare clamore deum. Virg. 1. Georgicon,
Et Cererem clamore vocent in tecta. Id est, inuocent dari copiam frumentorum. Seruius.
Nomine aliquem vocare. Virg. 11. Æneid.
Voce vocare aliquem. Virg. 6. Æneidos,
Ignibus imponit sacris libamina prima.
Voce vocans Hecaten, cælóque Erebóque potentem. Vbi Seruius, Voce, non verbis, sed mysticis quibusdam sonis. Nam, vt in Lucano legimus, variè numina inuocabantur.
Magna voce vocauit Æneam. Virg. 10. Æneid.
Votis vocari. Virg. 1. Æneid.
Auxilia vocans frustra. Virg 5. Æneid.
Deos voce auxilio. Virg. 5. Æneid.
Concilium vocare. Ouid 2. Metam.
Vocat pluuiam cornix: hoc est Portendit, & suo clamore quodammodo appetere videtur. Virg. 1. Georg. Seruius,
Vocat, poeticè ait: non enim vocat, sed denuntiat pluuiam.
¶Vocari aliquò. Lucan. lib. 1.
Ad aliquem vocare. Cic. 4. Acad. Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior, potiúsque refellam,
Hoc est, ad Iudicis mihi testem Democritum.
Ad altercationes vocari. Quint. lib. 6. cap. 4.
Fata nos vocant ad bella. Virg. 11. Æneid.
Ad calculos aliquem vocare: hoc est Ad ineundam accepti & expensi rationem: quod mox dicitur ad computationem. Liu. 5. ab Vrbe. Vide CALCVLVS.
In certamina. Virg. 6. Æneid.
Ad computationem vocare. Plin. in Paneg.
In deorum concilium. Cic. 1. de Diuinat.
In concionem, In iudicium. Cic. 4. Acad. Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas?
In consilium. Cic. pro Flacco. Cur autem per te inimicum paternum, in consilium vocauit?
In contemplationem. Plin. lib 32 cap. 11.
In contentionem. Cic. pro Mur. Reliqui temporis spatium in contentionem vocatur: ab vtroque dissimillima ratione tractatum est.
In crimen, Accusare aliquem criminis. Cicero pro Rabirio perduel. reo, Hoc tu igitur in crimen vocas, quòd cùm is fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset si oppugnasset?
In culpam vocari Quint. lib 7. cap 3.
In disceptationem & controuersiam vocari. Cic. 2. de Or.
In discrimen vocare, Periculo committere. Cic. 7. Verr. Non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, vt aut fidem suam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumperent, in discrimen ac iudicium vocandi?
In discrimen vocari de vita & gloria. Cic. 1. Off. Itémque alij de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur.
In dubium, Dubitare. Cic. pro Deiot. Sed cùm de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel esse ignorum à te oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum sollicitudinem sempiternam.
Ad exemplar alterius vocare aliquem. Plin. in Paneg.
Ad exitium & vastitatem. Cic. 1. in Catil. Templa deorũ immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium & vastitatem vocas.
In simulationem probrorum. Cic. pro Font. Tamen in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.
In inuidiam aliquid. Cic. 7. Verr. Etiam illud prædicas licet, quòd supplicium more maiorum sumpseris, securísque percusseris, idcirco à me in crimen & inuidiam vocari.
Ad iudicem Quint. lib. 2. cap. 4.
In iudicium. Cic. 3. Ver. Ex ea die ad hanc diem, quæ fecisti, in iudicium voco.
In ius vocare. Cicc. pro Quintio. Vadari vis: promittit. in ius vocas: sequitur.

Ad libertatem seruos vocare, Manumittere. Liu. 4. bel Maced.
Ad literas alias. Cic. 1. de Fin. Postremò aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas vocent.
In locum mortui. Cic. ad Atticum, libro 2. 34. Cosconio mortuo, sum in eius locum inuitatus.
In lucem è tenebris vocare obscuram familiam. Cicc. pro Deiot. Rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam & obscuram è tenebris in lucem vocauit.
In luctum. Cic. ad Atti. lib. 3. 47. Non faciam vt enumerem miserias omnes in quas incidi per summam iniuriam & scelus non tam inimicorum meorum quàm inuidorum, ne & meum mœrorẽ exagitem, & te in eundem luctum vocem.
In medium. Cic. pro Cluent.
In odium. Cic. 2. Off. 122.
Extra ordinem. Cic. 5. Verr. 8.
Vocare in partem, Iuris verbum est, pro Participem facere, & partiarium admittere. Cic. pro Cecin. Mulieres in partem vocatæ sunt. Virgilius, -ipsúmque vocamus
In prædam patrémque louem. Nam & de præda diis immolabant, & partes etiam quasdam eis interdum suspendebant de tholo & consecrabant, vt Dianæ aprorum capita & cernuorum cornua. Ex Turnebo.
In partem curarum. Tacit lib. 1.
In periculum vocare. Plin epist 3. 7.
In periculum ac discrimen. Cic. pro Lege Man. Quid quòd salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur?
Ad pilum, Vide PILEVS.
Ad probationem. Quint. lib. 6. cap 4.
Ad procurationem rei alicuius vocari sermone plebis. Cicero ad Attic. lib. 4. 7. Et ad eius procurationem sermone non solùm plebis, verùm etiam bonorum Pompeius vocaretur.
In longum sermonem. Cic. 1. de Legib.
In spem. Cicc. ad Attic. lib. 3. 5. Hæc nisi vides expediri, quam in spem me vocas?
In suspicionem. Cic. 7. Verr. Leonidæ cuiusdam Siculi familia in suspicionem vocata est coniurationis.
Ad testimonium. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 4.
Ad verbum. Cic. pro Cecinna, Tu me ad verbum vocas, non antè venio quàm reciaro.
Ad vitam, Iubere aliquem bono esse animo ne desperet, & sibi manus afferat. Cic. Attic. lib. 3. 47. Quod me ad vitam vocas, vnum efficis, vt à me manus abstineam.
In vota vocare, Inuocare. Virg. 5. Æneid.
Ad vtilitatem vocare. Cic. 2. de Orat.
¶Vocare aliquem, Nomen imponere. Plaut. Asin. 12.
Haberi & vocari. Cicc. 3. de Orat. Sed vt ad Græcos referam orationem, septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & habe-rentur & vocarentur.
Vocare est Subire, Vide in SVBEO.
¶Vocare pudicam tanti. Iuuenal Saty. 6,
Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. Sensus est, Cesenniam maritus vocat pudicam, non quidem propterea quòd pudica sit, sed quòd ei Cesennia dotis nomine bis quingenta dederit. Dixerat enim,
Optima sed quare Cesennia teste marito? Mox respondet, Bis quingenta, &c.
Vocare crudelem. Virg. eclog. 5,
Atque deos atque astra vocat crudelia mater,
¶Vocare cucullum. Viatores solebant cultores & vinitores serò colentes, appellare cucullos in desidiei probrum. Plin. lib. 18. Dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariæ, quam cucullum vocant: dedecus enim habetur opprobrium que meritum faleem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ fales, etiam cum primo vere laudantur, auspicio tamen detestabiles videantur. Ausonius quoque in Mosella stium petulantiæ ita meminit,
-inde viator
Riparum subiecta terens, hinc nauita labens
Probra canunt seris cultoribus. Ex Turnebo.
Vocatus, pen. prod. Participium { κεκλημένος } vt Vocatus atque non vocatus audit. Horat. 2. Carm. ode 18.
Tenuit mora nulla vocatos. Ouid. 1. Metam.
Venit ad exiguas turba vocata dapes. Ouid. 2. Fast.
Ad pocula vocatus. Ouid. 14 Metam.
Vocata est opera. Plaut. Sticho, 8. Hoc est rogauit me aliquis vt negotium aliquod transigerem pro eo.
Vocatus, huius vocatus, penul. prod. { κλητὸς } Virg. 12. Æneidos,
-nunc ô nunquam frustrata vocatus
Hasta meos, &c. Vbi Seruius, Vocatus, Id est inuocationes & preces. Nam appellatio est à verbo, quæ semper aut in IO exit, aut in VS. Id est nomen verbale. Cicc. 3. de Orat. Mane Idibus Septembris, & ille, & Senatus frequens vocatu Drusi in Curiam venit.
Vocatio, vocationis. Catullus ad Portium & Socrationem, 44,
Vos conuiuia lauta sumptuosè
De die facitis: mei sodales
Quærunt in triuio vocationes. Id est, eò miseriæ sunt redacti, vt quærant à quibus vocentur ad prandium: Qui vocationes legunt, nulla de causa id faciunt.
Vocator, penul. prod. vocatoris { κλητὴρ } Vocatores dicti sunt quibus datum est inuitandi negotium, siue qui ipsi vocant ad cœnas. Plin. lib. 35. cap. 10, Inuitatus, ad regis cœnam venit. Indignanti que Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret à quo eorum inuitatus esset, &c.
Vocatiuus, penul. prod. { κλητικὸς } Adiect. à Grammaticis fictum à quibus vocatiuus casus dicitur, quod per eum vocemus. Hic & Salutatorius dicitur. Priscianus lib. 5. cap. de casu.

Vocatiuè, Aduerbium {κλητικῶς} apud Gellium lib.13.cap. 21. Vocatiuè dicit. Id est per vocatiuum.

Vocabulum, vocabuli, penult. corr. {κλῆσις, λέξις} Est id quo res singulæ nominantur & vocantur, aut voce efferuntur. Terentius Eunucho 1.2.

Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula. Plin lib.3.cap 1, Vocabula oppidorum. Et lib.2.cap.1.
Quem Græci nostríque eodem vocabulo aera appellant. Quint. lib.9.cap.1. Muratur vocabulis vis rerum.
Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. Cicero 1.de Diuinat. Nomen & vocabulum. Cicero 3.de Orato. Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet.
Magistratuum vocabula. Tacit. lib.1.
Cognata vocabula. Horat.2. Serm. saty.3.
Incognita nobis vocabula, Vide INCOGNITVS.
Media vocabula, Vide MEDIVS.
Proprium & certum vocabulum. Cicero 1.de Inuent. Nomen est quod vnicuique personæ datur, quo suo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur.
Speciosa vocabula rerum. Horat.2.epist.2.
Vulgaria, & fortè occurrentia vocabula. Quint. lib.1.cap.1.
Construere rerum vocabula, Vide CONSTRVO.
Dare vocabula terris. Silius lib.5.
Rebus non commutatis immutare vocabula. Cic.1.de Leg.
Imponere vocabulum alicui, Vide IMPONO.
Tribuere vocabula monti. Ouid.14. Metam.
¶ Vocabulum, pro Nomine substantiuo accipit Gell. libro 1.c.16.
Aperte ostendit mille & vocabulum esse, & singu'ari numero dici. Idem lib.3. cap.12. A vocabulis non à verbis inclinata sunt. Ibidem, cap.19, vocat vocabulum nomen parcus. Idem lib.4.cap. 1. de generibus & casibus vocabulorum differens.

Vocamen, penul. prod. vocaminis {φώνημα} Lucret. lib.2,
-& Bacchi nomine abuti
Mauult, quàm laticis proprium proferre vocamen. Hoc est vocabulum & nomen. Arnob. lib.3. Aduersus gent. Sub istius vocaminis appellatione.
Vocamen dare. Soli cap 40.
¶ Vocamen trahere de aliqua re, pro Nomen habere. Solin.c.65.

Vocalitio, vocalitionis, Accèrsus vocatur Nigidio, cùm scribit, Deinde de vocalitio quî poterit seruari, si nõ sciemus in nominibus, VT Valeri, VTRVM interrogandi aut vocandi sint? Ex Gellio lib.13.cap.24.

Vocito, vocitas, penul corr. {κλητίσκω, καλέσκω} vocitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 18. Pegnium vocitatus est. Cicer. 2.de Nat. deor. Quas nostri teptem solti vocitare triones. Ex poeta. Cic. pro Rab. Potth. Phalereus vocitatus est.

V P

Vpilio, vpilionis, masc. gen. {ποιμήν} positum est à Virgilio, pro Opilione, causa metri, eclog.10,
Venit & vpilio, tardi venere bubulci.

Vpupa. vpupæ, penul. corr. {ἔποψ} Auis, cristis à capite exeuntibus galeata, in fimo semper degẽs. Plin. lib.10.cap.29. Mutat & vpupa vt tradit Æschylus poeta, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigénsque per longitudinem capitis.
¶ Vpupa pro Meretrice. Plaut. Capt 19,
Itidem huc mihi aduenienti vpupa quæ me delectet, data est.

V R

VRANIA, Vraniæ: vel Vranie, Vranies, penul. corr. {οὐρανία} Vna ex Musis, & apud nos Cælestis dicitur Ouid.5. Fastorum,
Excipit Vranie fecere silentia cunctæ. οὐρανὸς enim cælum dicitur, quod viros eruditos in cælum tollit. Vranos verò dicitur quasi oranos (vt ait Ambrosius libro Hexameron.) ab ὁράω, quòd sit visui pernium & minimè densum, vt est aqua & terra, Cat. in Epithal. Iuliæ, 56. Collis ô Helico cultor, Vraniæ genus. Cicero 1. de Diu. 2.9. Vrania Musa.

Vranoscopos, penul. cort. {οὐρανοσκόπος} Piscis qui & callionymus dicitur. Plin. lib.32. cap. 7, Idem piscis & vranoscopos vocatur ab oculo quem in capite habet.

VRANVS, penul. corr. {οὐρανός} authore Boccatio lib.3.cap. 23. pater Saturni: alio nomine Cœlum vel Cœlus, cui Saturnus filius amputauit virilia.

Vrbanatim, Vrbanè, Vrbanitas, Vrbanus, Vide VRBS.

Vrbina, vrbinæ, penul. prod. Teli genus. Plaut. Baech. 19,
Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi. Fulgentius legit hoc loco veruinam, & interpretatur iaculi genus, quod verutum vocãt.

VRBINVM, pen. prod. {οὐρβῖνον} Italiæ oppidum in Vmbria, à quo Vrbinates. Plin. lib.3 cap.14.

Vrbs, vrbis, fœm. gen. {πόλις, ἄστυ, πόλισμα, πόλιχνη, πόλισθρον} Oppidum muro cinctum. Dicta ab Vruo, aratri curuatura: quòd antiqui iunctis bobus tauro & vacca, Hetrusco ritu in condendis vrbibus, interiore aratro circumagebant sulcum, intra quem vrbem ædificarent. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, vt vrbs fossa muróque munita esset: & locum vnde terram fodissent, fossam vocabant. Virg.2. Georgicon,
Apta dies legitur qua mœnia signet aratro. Cic.1.de Repub. Quam quum locis manúque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum, oppidum, vel vrbem appellarunt, delubris distinctam, spatisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem expositi, ciuitas est. Hîc vrbem à ciuitate claris verbis distinxit Cicero. Idem pro Sestio, Tum domicilia coniuncta quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus sepserunt.
Inter Vrbem & Ciuitatem hoc interest teste Nonio. Vrbs est ædificia: Ciuitas incolæ. Virgil.1.Æneidos,
Vrbs antiqua fuit. Enn. Telepho, Et ciuitatem video Argiuûm incendier. Vide plura apud eundem Nonium.
Ad vrbem esse, Vide AD.

Vrbs propriè dicta est Roma, per antonomasiam, quum cætera dicantur oppida: vt testatur Quint. lib.9. cap. 2. Marcellus de Verb. signif. L Alphenus, Vrbem Alphenus ait esse Romam qua muro cingeretur.
Genitor vrbis Quirinus. Ouid.15. Metam.
¶ Vrbs, pro Ciuitate ipsa aliquando ponitur, id est pro ciuibus qui in vrbe degunt. Virg.2. Æneidos,
Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam. Per metonymiam dictum, vt ait Quint. lib.8.cap.6.
Casus vrbis, Ruina. Virg.2. Æneid.
Conditores vrbium. Quint. lib.2.cap.16.
Incrementum vrbis, Vide Incrementum in INGRESCO.
Intima pars vrbis, Vide Intimus in INTRA.
Ad vrbem, Vide AD præpositionem.
Accessus ad vrbem, Vide ACCEDO.
¶ Amplissima atque ornatissima vrbs. Cic.2.de Lege Agra.
Ancipiti discordes vrbe Tribuni. Lucan. lib.1,
Antiqua vrbs. Virg.1. Æneid.
Arcta ciuibus vrbs, Plena ciuibus. Stat.11. Theb.
Beatæ vrbes, Diuites. Catul. ad Lesbiam, 48.
Celsa vrbs. Virg.3 Æneid.
Clara. Catul. ad seipsum, 43.
Egregia. Virg.2 Georg.
Famosa vrbs. Tacit. lib.21. hoc est celebris. De Hierosolymis.
Florentissima vrbs. Cic.2.in Catil.
Frequens populis vrbs. Lucan. lib.1.
Grauis vrbs armis opibúsque. Stat.1. Thebaid.
Infestæ vrbes imperio. Cic.3 in Catil 92. Vide ORNO, ornas.
Intima vrbs. Liu.4. ab Vrbe.
Vrbs lymphata horroribus, Timoris magnitudine furiata. Stat 10. Theo.
Magna. Virg.4. Æneid.
Misera. Horat.4. Carm. ode 15.
Mœsta vrbs attonitaque. Iuuen. Saty.11.
Nobilis vrbs situ, Vide NOBILIS.
Nuda vrbs præsidio, Vide NVDVS.
Opportunissima vrbs portu, Vide OPPORTVNVS.
Opulentissima vrbs. Catullus in Iulium, 27.
Pauida vrbs. Virg.9. Æneid.
Pulcherrima, florentissima, potentissima vrbs. Cicc.2.in Catil.
In summis vrbibus. Catul. Argon. 59.
Trepida vrbs. Lucan. lib.2.
Tutbida vrbs. Valer.3. Argonaut.
Vacua vrbs. Valer.3. Argon.
Abire vrbe, vel domo, Vide ABEO.
Abesse vrbe, vel domo, &c. Vide ABSVM.
Accipere vrbem, Vide ACCIPIO.
Adiungere vrbem aliquam in societatem, Vide ADIVNGO.
Æquare vrbes solo, Vide Æquo, æquasin AEQVVS.
Afflicta vrbs pestilentia, Vide AFFLIGO.
Perdomitas vrbes agitare. Lucan. lib.2.
Armata vrbs. Lucan. lib.2.
Concussæ cadunt vrbes. Lucret. lib.5.
Capessere vrbem, Vide Capesso in CAPIO.
Capere vrbem. Virg.2. Æneid.
Cedere vrbe, Vide CEDO.
Cingere vrbem, Vide CINGO.
Cingere vrbes muris. Senec. Octau.7.
Cingitur vrbs obsidione. Virg.3. Æneid.
Circunuasit vrbem terror, Vide CIRCVNVADO.
Colere vrbem, Vide COLO.
Componere vrbem, Vide COMPONO.
Concussa vrbs. Virg.4 Æneid.
Nouam vrbem condere. Virg.1. Æneid.
Conuenire ad vrbem aliquam, Vide CONVENIO.
Defendere vrbem à vastatione, Vide DEFENDO.
Domitæ vrbes. Virg.3. Georg.
Emendare vrbes iudiciis. Quint. in Proœm. lib.1.
Euertere vrbes. Quint. lib.5. cap.11.
Feras vrbes excire. Lucan. lib.2.
Exedere vrbem nefandis odiis. Virg.5 Æneid.
Pulchram vrbem extruere. Virg.4. Æneid.
Vicinæ vrbes inter se arma ferunt. Virg.1. Georg.
Vrbes lætæ florent pueris. Lucret. lib.1.
Fundare vrbem legibus. Virg.6. Æneid.
Implere vrbem nomine alicuius, pro Spargere famam alicuius per vrbem. Horat. Epod.17.
Incedere ad vrbem, Vide INCEDO.
Incensa vrbs. Virg.2. Æneid.
Intercurrût, cinguntque has vrbes tetrarchiæ, Vide INTERCVRRO.
Interfepire vrbem vallo, Vide INTERSEPIO.
Intoire ad vrbem, Vide INTROEO.
Inuadere vrbem somno & vino sepultam. Virg.2. Æneid.
Inuadere in vrbes vi, Vide INVADO.
Inuisere vrbes. Virg.1. Georg.
Securas vrbes irrumpere. Claud.2.in Eutrop.
Lacerare vrbes. Lucan. lib.10.
Lustrare vrbem, Vide Lustro in LVSTRVM.
Mittere in seruitutem vrbes, Vide MITTO.
Penetrare in vrbem, Vide PENETRO.
Petere vrbem excidiis. Virg.2. Georg.
Ponere vrbem. Virg.4. Æneid.
Premere vrbem ingenti obsidione. Virg.8. Æneid.
Ægris vrbibus viuus redit calor. Claud. de bello Getico,
Placidas vrbes in pace tegebat. Virg.7. Æneid.
Regere consiliis vrbes. Quint. in Proœm. lib.1.

Rese-

Referare vrbem, & pandere portas. Virg.12. Æneid.
Sepulta vrbs. Tacit. lib.19.
Spoliare vrbes populis. Stat.4. Theb.
Præclaram vrbem statuere. Virg.4. Æneid.
Sternere vrbes admotis machinis. Seneca Thyeste,4.
Transcribunt vrbi matres, Vide TRANSCRIBO.
Vidnare vrbem ciuibus. Virg.8. Æneid.
Victæ vrbes. Horat.4. Carm. ode 15.

Vrbicula, vrbiculæ, penul. corr. Diminutiuum {πολίχνη} Parua vrbs.

Vrbicus, penul. corr. Adiectiuum {ἀστικὸς} Quod ad vrbem pertinet. Gel. libro 15. cap.1. Siquid autem posset remedij fore, vt ne tam assidue domus Romæ arderent, vænum hercle dedissem res rusticas, & vrbicas emissem. Martia. lib.12.1. Quæ absoluenda non esse inter illas quoque occupationes vrbicas.
Ministeria vrbica. Paulus in l. Nam quod. §. penult. D. De penu legata. Vrbica ministeria dicimus; & quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.
Vrbico vsui destinata villa. Paulus in l. Nam quod. §. penult. D. De penu legata.
Rationibus vrbicis domini fungebatur seruus. Scæuola in l. Prædia. in princ. D. De fundo instru.
Vrbicus, Vrbici nomine certi quidam actores, & proprium quoddam poetarum genus significabatur. Vt enim Satyræ Græcis tragœdiis interponebatur, ita tragœdiis Latinis ad exhilarandum spectatorem Atellanarum exodia interserebantur: nec histrionibus cárum actus committebantur, sed honestis iuenibus: erántque hæ fabulæ vrbanissimæ, & vrbis iocos elegantiamque imitabantur, & ab vrbe Atella nomen erant adeptæ. Itaque earum actores vrbici dicebantur. Iuuenal.
Vrbicus exodio risum mouet Atellanæ, &c. & earum authores Vrbici vocabantur. Mart.
Quod non optimus vrbicus poeta. Hinc & illud Fulgentij, Deniquè Batinius augur dicere solitus erat, diuersarum vrbium honores similiter peragi vrbicario mimologo. Ex Turnebo.

Vrbanus, pen. prod. Aliud adiectiuum {ἀστικὸς} Idem significat quod vrbicus: aut eum qui in vrbe habitat: cui rusticus opponitur. Cicer. 2.de Finib. Quam omnes vrbani, rustici, omnes inquam qui Latinè loquuntur, voluptatem vocant.
Arbor vrbana, cui Syluestris opponitur. Plin. lib.16.cap.19.
Excubiæ vrbanæ. Tacit. lib.1.
Familia vrbana. Pompeius de Verb. signifi. l. Vrbana familia & rustica non loco sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse vrbanorum seruorum numero, veluti is qui rusticarum rerum rationes dispendet, ibíque habitet, & non multum absit à villico.
Mus vrbanus. Horat.2. Serm. Saty.6.
Nimis vrbanus, vrbem nimis amans, atque ab secessu abhorrens. Plinius Iunior libro 2. epist.17. ad Gallum, in fine, Iustíne de causis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum? quem tu nimis vrbanus es, nisi concupiscis.
Otium Vrbanum. Cic. Cassio, lib. 12. Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi, & otio diffiderem vrbano.
Prædia vrbana: Vlpianus de verb. signifie. l. Vrbana prædia. omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si Prætoria, voluptatis tantùm deseruientia: quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia, Proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum est in vrbanorum appellatione contineri. Planè si plurium horti in reditu sunt (vinearij fortè, vel etiam olitorij) magis hæc non sunt vrbana.
Rebus vrbanis abstinere. Vide ABSTINEO.
Serui vrbani. Paulus De legatis, l. Seruus. Vrbani serui intelligendi sunt, quos pater familiâs inter vrbanos adnumerare solitus sit. quod maximè ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi poterit.
Vita vrbana, cui opponitur Rustica. Terent. Adelph.1.1.
Vitæ vrbanæ commoda. Ouid 1.de Ponto, eleg.9.
¶ Vrbanus {ἀστεῖος} Cultus, diserus, facetus: hoc est qui in verbis & sono & vsu proprium quendam præ se fert vibis gestum, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. Cicero pro Domo sua, Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum ac venustum. Quint. libro 8.cap.3. Fauorem, & vrbanum Cicero noua credit. Cic. ad Appium lib.3. 8. Primum te hominem non solùm sapientem, verumetiam (vt nunc loquimur) vrbanum.
Comis & vrbanus Horat.1. Serm. Sat.10.
Homo lautus & vrbanus. Cic.3. Verr.
Frons vrbana. Horat. epist 9.

Vrbanicus, penult. corr. Adiectiuum: vt Vrbanici milites. Paulus in l. Qui mittuntur. D. Ex quib. cau. maior. Sed & in vrbanicis militibus idem diuus Pius constituit.

Vrbanitas. pen. corr. vrbanitatis, fœm. gen. {ἀστειότης, ἀστειεύματα, χαριεντισμός} Qu. lib.6.cap.3, Nam meo quidem iudicio, illa est vrbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúve possit deprehendi: vt non tam sit in singulis dictis quàm in toto colore dicendi, qualis apud Græcos atticissimos ille redolens Athenarum proprium saporem. Cic. 1. de Finib. Et sunt illius scripta leuiora, vt vrbanitas summa appareat, doctrina mediocris.
Vrbanitatis color. Cic. in Brut. Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribus istis externis quasi oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem quod vrbanis, præter vnum, quod non est eorum vrbanitate quadam quasi colorata oratio? Et Brutus, Qui est, inquit, iste tandem vrbanitatis color? Nescio, inquam, tantum esse quendam scio. Id tu Brute iam intelliges, quum in Galliam veneris. Vrbanis, in vrbe natis, quibus opponit externos. Quasi oratoribus, quòd habiti sint, non fuerint oratores. Vrbanitate quadam vrbana & Romana quadam elegantia. Intelliges, audiens contrarium. Galliam citeriorem. Huc faciunt, quæ paulò post scripsimus in VRBANVS recinere & resonare.
Conuitium & Vrbanitas, contraria. Cicer. pro Cælio, Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur.
Mira vrbanitas. Quint. lib.6.cap.3.
Opportuna vrbanitas. Quint. lib.4 cap.1.
Oratoria vrbanitas Quint. lib.6 cap.3.
Subtilis venustas atque vrbanitas. Cic. lib.1.de Orat.
Vetus vrbanitas Cic. Quinc. fratri, lib.2.12. Aliquando subtilitatem veteris vrbanitatis & humanissimi sermonis attingerem.
Vir nostrorum hominum vrbanitate limatus. Cicero 2.de Natura deorum.
Incurrere in hominum facetosam vrbanitatem, Vide INCVRRO.
Desyderium vrbanitatis deponere. Cic. Trebatio lib.7.6. Tu modò ineptias istas & desyderia vrbis & vrbanitatis depone.

Vrbanè, penul. prod. Aduerbium {ἀστείως} Facetè. Cic.1. de Fin. Vt è patre audiebam, facetè & vrbanè Stoicos arridente.
Elabi vrbanius. Quint. lib 2.cap.11.
Vrbanius recinere & resonare. Cice. in Bruto. In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat vrbanius. nec hoc in oratoribus modò apparet, sed etiam in cæteris. Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Granio præcone dicacitate certare: sed Tincám non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo. Id est, nescio qua suauitate domestica vrbana, patria, Romana. Hoc eleganter exprimit ipse Cice. libro 3. de Oratore. Me autem tuus sonus, & suauitas ista delectat: hanc dico suauitatem quæ exit ex oreque quidem, vt apud Græcos Atticorum, sic in Latino sermone huius est vrbis maximè propria. Paulo pòst. Eruditissimos homines Asiaticos quinùs Athenienfis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tamen bene quàm suauiter loquendo facilè superabit. Nostri minus studet literis, quàm Latinitatem ex istis, quos nostis, vrbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facilè vincat. Quare quum sit quædam certa vox Romani generis, verbíque propria, in qua nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam insolentiam fugere discamus. Hæc Cicero. Togati hoc in loco sunt omnes qui ius habent togæ, siue sint nati ciues Romani, siue facti. Q. Valerius Soranus natione Latinus fuit. Vrbanius igitur videtur, cui lenius, suauius, venustius, & magis Romanè sonare. Vrbanos vocat, in ipsa vrbe Roma natos, & lingua patria formatos: Latinos, qui Latium incolerent, in ipso Latio nati. Pressus ouis, est apruslabrorum, dentium, ac linguæ liberalis, quod sonus liberalis & venustus exprimitur.

Vrbanatim, pen. prod. {πολιτικῶς} Aliud aduerbium, Modestè & eleganter. Pomponius Alcoinus, Ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio. Hoc est more eorum qui vrbes habitant. Nonius.

VRCE {ὕρπη} Vrbs Tarraconensis Hispaniæ, Ptolemæo lib. 2. cap.6. Hodie *Aguile*.

Vrceus, penul. corr. masc. gen. Vas quo aqua in vrnam vel ahenum infunditur, authore Paulo Iureconsulto in l. Cum de lanionis. §. Asinam. D. de fund. instruct. Plaut. Mili.11,
Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum. Cato cap. 13, Vrceum vnum æneum quod capiat quadrantalia quinque.
Vrcei aquarij Cato cap.10. Sic cap.11. Vrceos mustarios vocat.
Vrcei fictiles. Cato, cap.13, De vrceo fictili tale est epigramma apud Martial. lib.14,
Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Vrceolus, vrceoli, pen. corr. {ἀγγειοφόριον} Diminut. Colum. lib.12. cap 16. Eodem tempore sorba manu lecta curiosè in vrceolos picatos adiicito.
De vrceolis ministratoriis, Hoc est quibus aqua ad mensam bibituris ministrabatur, extat epigramma apud Martialem libro 14.

Vrceolaris, penul. prod. Adiectiuum, Vnde vrceolaris herba dicitur quòd sit lauandis vrceolis idonea sua asperitate, quæ aliàs perdicium dicitur. Plin. lib.22.cap.17, Perdicium siue parthenium, à nomo nigtior tantùm, nascens in tegulis parietinísque.

Vredo, penul. prod. vredinis fœm. gen. {ἐρυθρίκη} Morbus herbarum, fruticum, arborúmque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, pisa, plantas, arboréque adurens. Cice.3.de Natideor. Nec si vredo aut grando quippiam nocuit, id sibi animaduertendum fuit. Colum. libro 3.cap.10, Seu frigidus & pruinosus, quòd non est patiens vredinis.
¶ Vredo, Incendium ac pruritus. Plinius de vrtica piscc, lib.9.cap. 45. Tacta acedinem mittit.

Vreteres, penul. prod. {οὐρητῆρες} Græcis dicuntur à renibus singulæ venæ colore albæ, quæ ad vesicam feruntur, quòd per eas inde descendentem vrinam in vesicam destillare concipiunt. Celsus lib. 4. capite 1.

Vrgeo, vrges, vrsi, vrsum {ἐνέχω, κατανείχω, ὑπονύσσω} vrgere, penult. prod. Cogere, premere, impellere. Virgilius 3. Georgicon,
-oculos stupor vrget inertes. Cic. in Hortensio, Itaque nunc Democriti manus vrgebatur. Plaut. Pœnulo, 14,
At viget onus.
¶ Vrgere, infestare, & exercere. Celsus. Desiersúntque vrgere cibi fastidium &, potionis desyderium. Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Cic. pro Rab. Posthu. Satis est homines imprudentia laplos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, ceriè est inhumanum. Budæus.
Instare, vrgere, insectari. Cic. pro Plácio, Etiam atque etiam insta atque vrgeo, insector, posco atque adeò, flagito crimen.

¶Angustiis vrgeri. Cic. de Fato, Hi enim vrgentur angustiis, illorum ratio soluta ac libera est.
Assultibus varriis vrgere aliquem. Virg. 5. Æneid.
Conuitio aliquorum vrgeri. Cic. 4. Acad. Vrgebor iam omnium vestrum conuitio.
Culullis vrgere aliquem. Horat. de Arte.
Curis multis vndique vrgeris. Lucret. lib. 3. cap. 214.
Dolore graui vrgentur. Celsus lib. 3. cap. 2.
Exilio vrgeri. Cic. ad Attic. lib. 10. 203.
Fame, ferróque vrgeri. Liu. 6. bel. Pun.
Febres magnæ vrgent. Celsus lib. 7. cap. 26.
Fortuna vriget miseros tenaciter. Ouid. epist. 3.
Hortatibus vrgere aliquem. Valer. 3. Argon.
Ab hoste magno vrgeri. Valer. 8. Argonaut.
Iussis ingentibus vrgere. Virg. 7. Æneid.
Laboribus vrgere famulas. Ouid. 4. Metam.
Literis vrgeri. Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. 32.
Malis omnibus vrgeri. Cic. 5. Tusc.
Dominus non lenis vriget mentem. Horat. 2. Serm. Saty. 7.
Mœrore vrgeri. Cic. ad Atticum, lib. 11. 2 10.
Mole vrgetur corpus. Virg. 3. Æneid.
Morbo vrgeri. Cic. de Fato, Vt in eo qui mortifero morbo vrgeatur, verum sit, hic morietur hoc morbo.
Nox vriget diem, & dies noctem. Neque interdiu, neque noctu requiem habeo. Horat. Epod. 17.
Onus vriget. Ouid. 4. Fast.
Periculum viget. Plin. lib. 28. cap. 1.
Solicitudine vrgeri. Cic. ad Atti. lib. 6. 116, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.
Somnus vriget. Cice. ad Atti. lib. 12. 237. Sed neque hæc digna longioribus literis, nec erat quid scriberem, & somnus vrgebat.
Tempus vriget moriendi. Cic. 1. Tusc.
¶Vrgere, Insistere. Cic. 5. de Finib. Non pugnem eum homine, cui tantum habeat natura boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum, quum dolorem summum malum esse dixerit. Ibidē, lib 4. Vrgent tamen, & nihil remittunt.
Altum vrgere. Horat. 2. Carm. ode 10.
In aliquo opere noctes & dies vrgeri. Cic. 1. de Orat.
Diutius vrgere. Cic. 1. de Nat. deor. An quicquam tam puerile dici potest (vt eundem locum diutius vrgeam) &c.
Acrius vrgere. Horat. 1. Serm Sary. 2.
Ius Crassus, æquitatem Antonius vrgebat. Cic. 3. Off. Ius Crassus vrgebat, quod vitij venditor non dixisset sciens, id oportere præstari. Æquitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset.
Occasionem vrgere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 8. Quin tu vrges istam occasionem & facultatem, qua melior nunquam reperietur?
Propositum vrgere. Horat. 2. Serm. Saty 7. 2. Hoc est, persequi propositum suum.
Vrgere aliquem de, Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2 6.
Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo. Cic. 2 de Orat.
Iratis precibus vrgere aliquem. Horat. 2 Serm. Saty. 6.
Malè administratæ prouinciæ vrgeri. Tacit. lib. 5 Græcorum imitatione dictum est, ceu Liuianum illud lib. 1. Decad. 5. Senatus nec liberauit eius culpæ regem, nec arguit.
Vrgere ad solutionem. Vlp. in l. Si extraneus, D. De iure dotium.
Vrgere cum infinitiuo, pro Insistere multo conatu. Horatius 2. Carm. ode 18,

Manúsque Baiis obstrepentis vrges
Summouere littora.

Vrgere, Tegere. Virg 2. Georgicon,

Qui saxo super, atque ingenti pondere testæ
Vrgerent.

Vrgere, Accelerate. Virg 9. Æneidos,

-tibi quam noctes festina, diésque
Vrgebam.

Iter vrgere. Festinanter ire. Ouid 6. Fast.
Vrgens, vrgentis, Participium {ἐπείγων} Cic 3. Tusc. Est enim nulla alia, nisi opinio & iudicium magni præsentis atque vrgentis mali.
Onus aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis. Cicero de Senec.
Fato vrgenti incumbere. Virg. 2. Æneid.
Vri, vrorum {βουβάλου} Qui & bubali dicuntur à nonnullis, hoc est boues syluestres. Plin. lib. 6. cap. 15, Paucissima animalia Scythia giguit inopia fruticum pauca contermina illi Germania: insignia tamen boum ferorum genera, iubatos b. fontes, excellentíque & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, viculi potius, ceruíve quadam similitudine. Virg 3 Georgicon,

Quæsitas ad sacra boues Iunonis & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Vrica, vricæ, penul corr. {κουβάλε} Satorum vitium abustione. Plin. lib. 18 cap. 17, Commune autem omnium satorum vitium vrica.
Vrigo, penult. prod. vriginis, fœm. gen. {κουβάλε} pro Vredine, & quæ ex causticæ vi medicamenti alicui parti admoti prouenit. Plin. lib 20. cap. 22, Ac in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior vrigo timeatur, per duplices pannos.
Vrina, vrinæ, penult. prod. {ὄυρον, ὄυρον} A Græco οὐρέω, meio. A quo οὖρος, vrinam dicunt Latini Est autem humor qui ex renibus vesicáque profunditur. Colum. lib. 2. cap. 15. Aprior est tamen surculis, hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere. Cicero de Fat. Vt in simul ægrotantibus fratribus, vt in vrina, & in vaginibus.
Incontinentia vrinæ, Vide INCONTINENS.
Iter vrinæ. Celsus lib. 4. cap. 1.
Vrina, vrinæ & menstruis efficax. Plin. lib. 20. cap. 1. ad finem. Vrilis vrinæ, iocineri, capitis dolorib. Plin. lib. 23. in Proœ. 9.
Angustiis vrinæ vtile abrotonum. Plin. lib. 21. cap. 21.
¶Cruenta vrina, Vide CRVENTVS.
Genitalis vrina, Genitale sperma. Plin. lib. 8. cap. 43. de asina.
Vrinæ crebra cupiditas, sed magna difficultas est. Celsus lib. 2. c. 7.
Vrinæ difficultates succus emendat. Plin. lib. 20. cap. 7.
Vrinæ difficultatibus medetur. Plin. lib. 24. cap. 19.
Profluuium vrinæ. Plin. lib. 28. cap. 6.
Vrinæ tormina discutit cichorium. Plin. lib. 20. cap. 8.
Alba vrina. Celsus lib. 2. cap. 4.
Arenosa. Celsus lib. 2. cap. 7.
Bullans. Celsus lib. 2. cap. 7.
Candida. Plin. lib. 18. cap. 6.
Crassa. Celsus lib. 2 cap. 6.
Deterrima. Celsus lib. 2. cap. 6.
Difficilis. Plin. lib. 23. cap. 8.
Diluta. Celsus lib. 2. cap. 4. & cap. 6.
Liquida parum vrina. Celsus lib. 2. cap. 7.
Vrina mala, deterior, pessima. Celsus lib. 2. cap. 4.
Mortifera. Celsus lib. 2. cap. 6.
Nigra. Celsus lib. 2. cap. 6.
Pallida. Celsus lib 2. cap. 6.
Rubens. Plin. lib. 28. cap. 6.
Rubra. Celsus lib. 2. cap. 6.
Rufa. Celsus lib. 1. cap. 2.
Tenuis. Celsus lib. 2. cap. 6.
Tortuosior. Plin. lib. 21. cap 27.
Viridis. Celsus lib. 2. cap. 7.
Vitiosa. Plin. lib. 28. cap. 6.
¶Ciere vrinam, Vide CIEO.
Auribus atque oculis concepta vrina. Iuuen. Saty. 12.
Citare vrinam & tardare. Celsus lib. 2. cap. 19.
Destillat vrina. Celsus lib. 2. cap. 7.
Excalefacere vrinas. Plin. lib. 21. cap. 20.
Excitare vrinam. Plin. lib. 20. cap. 23.
Expellere vrinam. Plin. lib. 23. cap. 1.
Impellere vrinam. Plin lib. 21. cap. 26.
Inhibere vrinam. Plin. lib. 20. cap. 4.
Instillare vrinam. Plin. lib 28. cap. 6. ad finem.
Mordet vrina. Plin. lib. 20. cap. 15.
Mouere vrinam. Plin. lib. 24. cap. 11.
Nocere vrinæ existimator galbanum. Plin. lib. 24. cap. 5. ad finem.
Pellere vrinam. Plin. lib. 20. cap. 5.
Pellit vrinam celerrimè. Plin. lib 24. cap. 6.
Prodest & vrinæ pota modicè radix, & menstruis. Plinius libro 21. cap. 22.
Soluere vrinam. Plin. lib. 26. cap. 8.
Tardare vrinam. Celsus lib 2. cap 19.
Trahere vrinam. Plin. lib. 24. cap 13.
Concitare vrinam, Vide CONCITO.
Dens defricatus vrina. Catul. in Egnatium, 37.
Descendit vrina. Celsus lib 7. cap. 27. Puta vrina descendat.
Exinanita prius vrina. Plin. lib. 8 cap 37.
Facere, vel reddere vrinam, pro Meiere. Plin. lib. 8. cap. 16. Colum lib. 6. cap 30.
Mouetur vrina. Iuuen. Saty. 11.
Vrina naturaliter profluit. Celsus lib. 7. cap. 26.
Excedit vrina, Hoc est exit, educitur. Celsus lib. 7. cap. 26.
Transfluens vrina si id non rodit. Celsus lib. 7. cap. 26. ad finem.
Vrino, vrinas, pen. prod. {οὐρέω} vrinare, Vrinam facere.
Vrinare, vel vrinari. Deponens, In aquam mergi, & natando emergere. Plin. lib. 11. cap. 37. Eadem est causa quare sub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur.
Vrinator, penul. prod. vrinatoris {κολυμβητὴς} Qui sub aqua natat. Gallistratus Iureconsultus Ad legem Rhodiam. I. Nauis onusta. 5. Sed si nauis appellat eos qui merces è mari extrahunt, nauigij gratia iactatas. Liu. lib. 4. Decad. libro 5. Sed in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per vrinatores omnes fermè extractum est. Tantúsque pudor fuit regi eius pauoris, vt vrinatores clam interfici iusserit.
Vrinum {ὑπήνεμον} ouum quod sit, explicat Plin. libro 10, cap. 58, Palumbes, & curtures plurimum terna pariunt oua, nec plus quàm bis ferè parsunt: atque ita, si prior fœtus corruptus est, quanuis tria peperint, nunquam plus duobus educant. Tertium quod irritum est, vrinum vocant. Idem lib. 10. cap. 60. Vrina fiunt incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixere.
VRIVM {ὄυριον} Hispaniæ vrbs, vt scribit Ptolemæus lib 2. cap. 4. Aurienſis alio nomine dicta. Vrius Iupiter id est imperator.
Vrna {κάλπη, σάμος} Vas aquarium. Dicta quod in aqua haurienda vrinat, id est mergitur atque emergitur. Plaut. Pœud. 4,

Tu qui vrnam habes, aquam ingere. Cato cap. 10, Vrnam quinquagenariam vnam, trullas tres.
Aquæ vrna. Horat. 1. Serm. saty. 5.
Argenti vrna. Horat. 2. Serm. saty. 6.
Liquidi vrna, Vrna liquoris. Horat. 1. Serm. saty. 1.
Arcta vrna. Ouid. epist. 11.
Capacibus vrnis excipere & fundere latiem. Ouid. 3. Met.
Demissa vrna in vndas Ouid 2. Metam.
Vndantem vrnam declinare. Claud. 2. de raptu Proserp.
¶In vrnam antiqui non tantùm tabellas iudiciarias iudicum, sed & nomina coniiciebant, quum Prætor iudices sortiebatur. Cice. ad Qu fratrem. lib. 2 10, de Sexto Cælio, Senatorum eum vrna copiosè absoluit, Equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. Plin. lib. 10. epist 3. Vt essemus in Senatus potestate, pateremúsque nomina nostra in vrnam coniici. Virg 6. Æneidos,

Quæsitor Minos vrnam mouet.

Feralis vrna. Tacit. lib. 3.
Delere vrnas. Cicer. in Vatinium, Num quis reus in tribunal sui Quæstoris ascenderit, cúmque vi deturbarit, subsellia diffiparit, vrnas deleuerit, &c.
Quatere vrnam. Stat. 2. Sylu 1.
Vincere vrnam Prætoris. Iuuenal. Satyr. 13,

-improba quanuis

Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam. Improbam gratiam appellat, quæ apud improbum iudicem valuit. Vicerit vrnam Prætoris, hoc est, euaserit iudicium damnationémque Prætoris, qui per fraudem & non recté duxit sortem ex vrna.
¶Vrna imaginis mortui. Cicero 1. Tusc. Quid poetæ, nónne post mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud?

Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis vrnam: &c. Solebant autem corporum crematorum cineres in vrnis asseruari.
Vrna quinquagenaria, apud Catonem lib. de Re rustic. cap. 10. est quæ quinquaginta sextarios capit, interprete Turnebo.
Vrnalis, & hoc vrnale, pen. prod. {σάμιος} Quod ad vrnam pertinet. Vrnales caliculi, vel vrcei, Vrnam continentes. Plin. lib. 9. c. 30. Barbas longas pedum triginta, acetabulis, siue caliculis vrnalibus peruium modo, dentes magnitudini respondentes. Cato cap. 13. Vrceos fictiles vrnales duos, trullas ligneas duas.
Vrnarium, vrnarij {σαμιτόν} Mensa quadrata, super qua vrnæ aqua plenæ in colina reponebātur. Varro παρὰ μετωνύμιαν, Sed quæ necessitas te iuuet aquam effundere domi ruæ, si vasa habes pertusa, plumbum non habente? ad quam rem nobis est confluuium, ad quam rem vrnarium? Ex Nonio.
Vrnula, vrnulæ, penul. corr. Diminutiuum {σαμάριον} Parua vrna. vnde Vrnula aqualis. Varro de vita Populi Romani, lib. 1. Cic. in Parad. Minúsne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?
VRO, vris, vssi, vstum {φλέγω, κάω, καίω, διάω, αἰθαίνω, ἐμπυρίζω} vrere, penult. corr. Concremare, calore nimio consumere, incendere. Plin. lib. 12. cap. 4. Vritur ebenus odore iucundo.
Spelire & vrere. Cic. de Legib. Hominem mortuum, inquit lex in XII in vrbe ne sepelito, néve vrito.
Flammis subiectis vrere aliquid. Virg. 2. Æneid.
Duritia corporis, quod quum vritur non sentit. Cicero pro Domo sua.
Sol grauis vrit arua. Ouid. 6. Metam.
Situs vsserat herbas. Ouid. 4. Fast.
Vri calore. Cic. 1. Tusc. Cæteras partes inculcas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.
Calor vrit artus. Lucret. lib. 4.
Vrere cedrum. Virgilius,

Vrit odoratam nocturna ad lumina cedrum. Hoc antiquorum consuetudine dictum videtur, quod ex Homero sumptum Ignitabulum enim vel focum in mediis ædibus habebant, in quo thedas vrebant luminis causa, vt narrat Hesychius in vocabulo λαμπάς. Turnebus.
¶Vrere, de frigore etiam dicitur. Lucan. lib. 4,

Vrebant montana niues. Cic. 2. Tusc. Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.
Vri virgis, pro Cædi, flagellari. Horat. 2. Serm. Saty. 7.
Nam ex virgarum percussione corpus calefit, & inflammatur.
Loris vri. Horat. 1. epist. 17.
Calceus angustior dicitur vrere pedem. Horat. lib. 1. epist. 10.
¶Vro hominem, per translationem, significat Dolere cogo, interpiete Donato: siue Ango, vt ait Budæus. Inde Vri pro Cruciari. Terent. Eun. 2. 2,

Non malum hercle. o. vro hominem, P. vt falsus animi est. Horat. 2. epist. 1,

Vrit enim fulgore suo qui prægrauat artes
Infra se positas. Id est, Splendere sui nominis vrget & incendit inuidos. Liu. 7. bel. Pun. Quos, & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello vrebat.
Vrit atrox Iuno, dixit Virg 1. Æneid, pro Cruciatur.
¶Vri, Amore consumi & conflagrare. De aliis etiam rebus dicitur. Virg. 4. Æneidos,

Vritur infœlix Dido.

Vri in aliquo. Ouid. lib. 7. Metamorphoseos,

-quid in hospite regia virgo

Vretis, & thalamos alieni concupis orbis? id est, Cur peregrini amore ardes, quum sis filia regis? Medea seipsam alloquitur.
Impensius vri. Catul. ad Lesbiam, 67.
Pectore intimo vri. Catul in Epithal. Iuliæ, 56.
Pectore toto vri. Ouid. 1. Metam.
Amor me vrit. Virg 2. eclog.
Violenter me vsit amor. Ouid. 1. de Arte.
Dolor vrit amantes. Ouid. 4 Metam.
Doloribus tacitis vri. Ouid. 3. Fast.
Ignibus vri. Horat. 3. Carm. ode 7, Ignes intelligit amores.
Vrito, vritas, penultima corr. {ἀθάλω} vritare, Frequentatiuum. Plaut. Mostel. 8,

Calidum hoc est: etsi procul abest, vritat malé.

Vrens, Participium {κάων} vt.
Caminus vrens ramos. Horat. 1. Serm. Saty. 5.
Capellæ vrentes culta. Virg. 2. Georg. Vide Plinium lib. 8. capite 50. ad finem.
Vrendus, Aliud participium {καυτέος} vt Filix vrenda. Horatius 1. Serm. saty. 3.
Vstus {κεκαυμένος} Similiter participium. Plin. lib. 10 cap. 70, Conueniunt ex alto etiam pisces ad quosdam odores, vt scpiam vstam.
Ignibus vstus crudeliter. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Aër siccis feruoribus vstus. Ouid. 1. Metam.
Capillus vstus. Tibul. lib. 1. eleg. 10.

Vstio, Verb. {κάυσις, ἔμπυσις} Cato cap. 38, Virgas & sarmenta quæ tibi vstioni supererunt, in fegetem comburito.
¶Vstio, pro cauterizatione quam vocant. Plin. lib. 34. capite 15. 3.
Quædam vstione sanātur: priuatim verò canis rabidi morsus. Celsus, Omnes autem huiusce modi dolores, vix citra vstionem finiuntur, Id est citra candentis ferri admotionem.
Vstor, vstoris, penul. prod. {καυτὴρ} Verbale, m. g. Qui corpora in bustuarijs cremat. Mart. lib. 3.
Vstórque tædas præferat nouæ nuptæ, &c. Bud. Catul. de Rufa & Rufulo, 55,

Quum deuolutum ex igne prosequens panem
A semiraso tunderetur vstore.

Sordidus vstor. Lucan. lib. 8.
Vstulo, vstulas, penul. corr. {καυτηριάζω,} vstulare, significat Vrere. Pacuuius, Candenti ferro crines vstulare.
Vstulatus, pen. prod. Participium vt Pali vstulati. Vitruu. lib. 5. cap. 12.
Vstulandus, Part. {καυτηριαστέος} Catul in annales Volusij, 34,

Scripta tardipedi deo daturam
Infœlicibus vstulanda lignis.

Vstrina, vstrinæ, penul. prod. Locus in quo metalla candefiunt vt labōrentur. Plin. lib. 36. c. 21, In vstrina ter siccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. Gelenius aliter legit.
¶Vstrina, Locus dicebatur in quo combustus erat, qui alibi sepultus, mortuus fuerat, vt ait Festus.
VROLANIVM {οὐρολάνιον} Ptolemæo lib. 2. cap. 3. aliis Verulanum, Britanniæ insulæ ciuitas: vulgò Sanctus Albon.
Vropigium, & oropygium {οὐροπύγιον} Est angusta & vltima spinæ pars, nue (vt Iulius Pollux inquit) spondylij finis podici imminentis, quasi terminus pygæ, siue finis vertebræ. Mart. lib. 3,

Et anatis habeas vropygium maciæ.

Vrpix, vrpicis, penul. prod. masc. gen. {ἅρπαξ} Instrumentum rusticum. Cato cap. 10, Vrpicem vnum, crates stercorarias quatuor villicum habere oportet.
Vrruncum, vrrunci, Varro declarat 1. de Re rust. cap. 48 de spica loquens, Illud autem summa in spica iam matura quod est minus quàm granum, vocatur frit: quod in infima spica ad culmum stramenti summū, item minus quàm granum est, appellatur vrruncū.
VRSA Baluta {οὐρβασιανὰς} Picenorum vrbs, Ptolemæo libro 3. cap. 1. hodie Vrsa.
Vrsus, vrsi {ἄρκτος} Animal ferum. De vrsis vide Plinium.
Armati vnguibus vrsi. Ouid. 10. Metam.
Informes vrsi. Virg. 3. Georg.
Sæuis inter se conuenit vrsis. Iuuen. Saty. 15.
Truces vrsi. Valer. 2. Argon.
Turpes vrsi. Ouid. 3. Trist eleg. 5. Stat. 2. Theb.
Vespertinus circumgemit vrsus ouile. Horat. Epod. 16.
Vrsulus, vrsuli, penul. corr. Diminutiuum.
Vrsa, vrsæ, fœminimum ab vrsus. Plin. lib. 10 cap. 63, Informia etiam magis quàm supradicta, vrsæ pariunt, rarúmque est videre parientes,

Villosæ vrsæ catuli. Ouid. 13. Metam.

¶Vrsa, Sydus cæleste, figuram habens similem plaustri: vnde antiqui Græcorum Himaxam, hoc est plaustrum dixerunt. Nostri quoque à bobus iunctis, Septentriones appellauerunt, hoc est à septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Sunt autem duæ vrsæ, Maior & Minor, quas Græci ἄρκτους vocant.
Vrsinus, penul. prod. Adest {ἄρκτειος} Quod vrsorum est. vt Vrsinus sanguis. Colum. de Arboribus, cap. 15. Et Plin. lib. 8. cap. 36, Quoniam potum in vrsinam rabiem agat.
Vrtica, vrticæ, pen. prod. {ἀκαλήφη} Genus herbæ notissimum, ab vrendo dictum: quòd eius folia tacta acerrimè vrant. Vide Plin. libro 21. cap. 15.
Viuere herbis & vrtica. Horat. 1. epist. 12.
Mordax vrtica. Ouid. 2. de Arte,
Mortifera contactu vrtica, Vide MORS.
¶Vrtica, pro Pruritu libidinis. Iuuen Saty. 2,

-vnde
Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

¶Acres vrticæ. Iuuen Saty. 11.
¶Vrtica, Genus piscis Plin. lib 9. cap. 45, Vrticæ noctu vagantur, noctúque mutantur: carnoſq; frondis his natura, & carne vescuntur.

Vis pruritu mordax, eadémque quæ terrestris vrticæ.

Vruum, vrui, Aratri curuatura. A quo Vruo, vruas, vruare, quod est Aratra defluire. Festus, Vruat, Ennius in Andromeda significat circundat, ab eo sulco qui sit in vrbe condenda vruo aratri; quæ sit forma simillima vncini curuatione buris & dentis, cui præfigitur vomer. Ait autem, Circum se se vruat ad pedes.

V S

Vsia, Latinè essentia, siue substantia dicitur. Vlpianus vtitur in l. In venditionibus. D. de contrah. empt.
Vsio. Vsitatus, Vsitor, Vide VTOR.
Vspiam {ποτοῦ} Aduerbium in loco. Teren. Adel. 1. 1.

-si absis vspiam, &c. Cic. ad Att. lib. 1. 12, Sed tamen hoc me ipse consolabar, quòd non dubitabam quin te ille aut Dyrrhachij, aut in istis locis vspiam visurus esset. Eidem libro 7. 13. Inde verum consistere vspiam velit, an mare transire, nescitur.
¶Vspiam, In re aliqua, vel aliquo negotio. Plaut. Casin. 20,

Num me expertus vspiam?

Vsquam {ποτοῦ} Aduerb. in loco. Cicer. 6. Verr. Quam crucem non ausus est vsquam defigere, nisi apud eos quibus eum omnia scelera sua ac latrocinia communicasset.
Nec mihi magis vsquam videor, quàm quum aut in foro magistratus, aut in curia Senarum video, somniare. Cicero 2. de Diuinat.
Vsquam, etiam ad locum pertinere, probat Valla ex Cicerone, 1. Philip. Nec verò vsquam discedebam. Idem dicit & Donatus in Terentium. Cic. 6. Verr. Ciues Romani à me nusquam discedere.
¶Vsquam, In re aliqua, In negotio aliquo. Terent. And. 2. 5,

Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora.

Nec est vsquam consilio aut authoritati locus. Cic. 2. Off.

¶Vsquam, Aliter. Terent. And. 5 3. Vide num eius color, pudoris signum vsquam indicat Id est, aliqua parte corporis.

¶Vsquam gentium, De loco & ad locum. Plautus Milite, 10.
Nam bona vxor, si ea quidem deducta est vsquam gentium,
Vbi ea possit inueniri? Terent. Hecy. 3. 1. 13.
An quisquam vsquam gentium est æquè miser?

Vsque { ἐως, ἄχρις, ἄχρις, μέχρι } Præpositio, quasi ad vnum vel locum, vel tempus, vel aliud huiuscemodi: vt ex sequentibus exemplis patet. Plaut. Menæch. 4,
Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Hoc est quoad lux crastina, aut stella diurna à nobis videbitur. Terẽ. An. 1. 2,
Verberibus cæsum te in pistrinum
Dane dedam vsque ad necem. Cic. ad Attic. Ibi esse volo vsque ad pridie Calend. Maias. Ibidem, Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Nonas Maias. Eidem, lib. 3. 58. De Q. fratre nuntij nobis tristes, nec varij venerant, ex ante diem Nonarũ Iunij vsque ad pridie Cal. Septemb.

Vsque ad eum, pro Excepto eo. Plin. epist. 35. Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares vsque ad Pompeium collegam.

Vsque sub. Virg. 1. Georgicon,
-serite ordea campis
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. Id est, non vsque ad brumæ finem, sed circa. Seruius.

Vsque Romam, vel Romam vsque. Terent. Adelph. 4. 5, Cicer. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1. Quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes, vocésque referantur: contende quæso atque elabora.

Aspera arteria ad pulmones vsque pertinet. Cic. 2. de Nat. deor.

Ab vltimo principio huius præceptionis, vsque ad hoc tempus. Cic. 2. de Inuent.

¶Ab ouo vsque ad mala. Horatius 1. Serm. Saty. 3. Porphyrio, id est ab initio cœnæ ad finem vsque. Quum enim olim hodiéque initium cœnæ: quippe quum in gustu statim à balneis offeratur: Mala autem apud veteres inter cærera secundæ mensæ afferebantur.

¶Vsque illò, Vsque ad illum locum. Plin. lib. 6. cap. 23.

¶Vsque, aliquando est aduerbium: tunc varia significat, variéque præpositionibus, & aliis dictionibus iungitur, vt ex sequentibus videre est.

Vsque à, Quod & ab vsque dicitur, eam vim habet quàm sola præpositio. Terent. Adelph. 5. 9,
Ego istos vobis vsque à pueris curaui ambos seduló. Ci. pro Cluentio, Comperi mulierem quandam Latino, arque illam vsque à mari supero Romam proficisci cum magno comitatu.

Vsque à capite arcessere. Cic. in Topic.

Vsque ab. Idem Trinum. Vsque ab stirpe. Terent. Phorm. 2. 3,
Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens. Cicer. 3. Verr. Hoc illi nauigio ad omnes populi Rom. hostes vsque ab Diano, quod in Hispania est, ad Synopen, quæ in Ponto est, nauigauerunt.
Ab vsque. Virg. 7. Æneidos,
Siculo prospexit ab vsu Pachyno.
Vsque ad iactum teli. Tacit. lib. 13.
Ad ferum vsque diem. Tacit. lib. 19.

Vsque adhuc, pro Hactenus, vel huc vsque. Teren. And. 1. 5,
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc. Quæ meo cunque animo libitum est facere. Sueton. in Domitiano, cap. 18. Vsque adhuc certè animum meum probastis, & vultum.

Vsque adolescentiam meam processit ætate. Cic. de Senect. 45.

Vsque ante. Liu. 5. bel. Pun.

Vsque antehac. Terent. And. 2. 1,
-vt animus in
Spe, atque in timore vsque antehac attentus fuit. Vbi Donatus.
Vsque antehac. Id est, Antè quàm tua verba audirem. Et vna est tantum præpositio, velut aduerbium.

Vsque è. Plaut. Persa,
Quas tu attulisti mihi ab hero meo vsque è Persia.

Vsque ex. Terent. Eunucho, 3 2,
Ex Aethiopia est vsque hæc. Hîc aduerbium est Vsque de loco, teste Donato. Cicero 7. Verrin: Vt qui vsque ex vltima Syria atque Ægypto nauigarent.

Vsque extra solitudines deductus. Plin. lib. 8. cap. 17.

¶Vsque vt, pro Vsque dum, Terent. Eunuch. 2,
Opus faciam vt defatiger vsque, ingratus vt dormiam. Donatus, Ordo est, Vsque vt defatiger.

Vsque, adeò, In tantum. Virg. 1. eclog.
Non equidem inuideo, miror magis, vsque totis
Vsque adeo turbatur agris

Vsqueadeò, Tandiu. Et accipit post se Donec. Terent. And. 4. 1,
Suadere, orare, vsqueadeò donec perpulit. Cato cap. 67. Amurcam commutet vsqueadeò, donec in lacum qui in cella est, postremum perueneris.

Vsqueadeò, dum, Idem. Terent. Eun. 4. 6,
Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias & magnifica verba,
Verba dum sint.

¶Vsque adeò vt, Vlp. in l. 1. §. Vsqueadeó. D. quib. mod. vsusfruct. amittat. Vsque adeò autẽ capitis deminutio eum demum vsumfructum perimit, qui iam constitutus est, vt si in singulos annos, vel menses, vel dies legatus sit: is demum amittatur qui iam præcessit.

Vsque admodum dum, Idem, sed antiqué. Cato cap. 156, Postea vbi iterum occipiet feruere, paulisper demittito vsqueadmodum, dum quinquies quinque numeres.

Vsque affatim, Ad satietatem quod dicitur. Plaut. Pœn. 7.

Vsque dum, penult. corr. { ἄχρις οὗ } pro Vsquequo, vel quoad. Terentius Heaut. 1. 1,
-nam vsquedum ille vitam illam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vsque illi de me supplicium dabo. Cic. 3. Verr. Vsquedum per me licuerit. Idem pro Quintio, Vsquedum inueniretur.

Interdum aliquid interponitur inter Vsque & Dum. Terentius Heaut. 5. 2,
Imò & ibi nunc sum, & vsque dudum id egi, dum loquitur pater.

Vsque eó. Cælius Ciceroni, lib. 8, 1, Ego qui scirẽ Qu. Pompeium Baulis embæneticam facere & vsque eò, vt ego miserer eius eluuiei, non sum commotus.

Vsque eò dum, pro Tandiu quoad, vel ita vt. Cicero 2. de Natura deorum, Vsque eò premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent.

Vsque eò ne. Cicero pro Quintio, Inferiorem esse patitur duntaxat vsque eò, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Næuij cupiditati crudelitatique dedatur.

Vsque eò vt. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Hoc enim nomine asinũ Arcadici in Græcia nobilitari, in Italia Reatini, vsque eò vt memoria asinus væneierit sestertiis millibus 1. x. Cic. ad Atticum, lib. 2. 29, Ego autem vsque eò sum eneruatus, vt, &c.

Vsque istinc. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9, Nosti iam in hac mãteria fonitus nostros: tanti fuerunt, vt ego eo breuior sim, quòd eos vsque istinc exauditos putem.

Trans Alpes vsque transfertur. Cic. pro Quintio.

¶Vsque { διὰ } pro Diu, aut multùm, vel valde: aliquando penè, vt ait Donatus Terent. Adelph. 2. 2,
Ego vapulando, ille verberando vsque ambo defessi sumus. Et Adelph. 4. 2,
Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam.
Vsque occidit. Hîc vsque, potest significare Penè, authore Donato. Aut vsque pro valde est: occidit vehementer cecidit. Terent. Eunuc 2. 1,
Opus faciam vt defatiger vsque ingratus vt dormiam.

¶Vsque { διηνεκῶς } Assiduè, perseuerantèr. Cicc. ad Cornificium, libro 12. 19, Mihi quidem vsque curæ erit quid agas. Terentius Adelph. 2. 2,
Quid potui melius, qui hodie vsque os præbui. Virg. 9. eclog.
Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus. Id est iugiter, inquit Seruius.

Vsque & vsque geminatum, Idem Martial. lib. 3,
Et quicquid petit, vsque & vsque donas. Idem lib. 5,
Adlatres licet vsque nos & vsque,
Et gannitibus improbis lacessas.

Vsque valuisti? Interrogatiua particula, pro Hactenúsne. Plautus Mostell. 7,
-saluum te aduenisse gaudeo:
Vsque inualuisti? Terẽ. vsque, vt vides. Idem Mercato. 7. Vsquéne valuisti?

Vsque opperiar. Plaut. Epid. 5.

Vsque omne. Terent. Adelph. 4. 6,
Perreptaui vsque omne oppidum, ad portum, ad lacum.

Quò non?

Vsquequaque, penul. prod. Aduerbium { πάντη, πάντως } Vbique, in vnoquoque loco. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 9, Hic quoque, vt loquebantur, & opinor vsquequaque. Idem 7. Verr. Nolite vsquequaque eadem quærere: in metu belli, furandi qui locus potest esse?

Nusquam & Vsquequaque, contraria. Cic. de Inuent. Atque hoc non alienum est, quòd ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut vsquequaque dicatur, hîc admonere.

Vsquequaque, pro Assiduè, omnino, quocunque tempore. Cicero ad Trebatium, lib. 7. 16, Vsquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.

Vsquequaque & ex maxima parte. Cic. 5. de Finib. An hoc vsquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabis?

Vndique, & vsquequaque. Cic. 2. Philip. Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua.

Vsquequaque mihi loquitur. Plaut. Bachid. 5.

Vsquequo, penul. corr. Aduerbium { ἀχρίτε } pro Donec vel quoad. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 2, Quod iuber ranam luridam coniicere in aquam, vsquequo ad tertiam partem decoxeris.

Vsquequo, interpositis dictionibus. Martial. lib. 2.
Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus vsque?

Vsquequo, pro Quatenus. Vlpian. in l. Si suspecta. § 2. D. De inofficio. test. Et ideo datæ in eo libertates atque legata vsquequo Falcidia permittit, suam habent potestatem.

VSTICA, pen. prod. { ἐυστῆκα } Mons in Sabinis, cuius meminit Horat. 1. Carm. ode 17.
-vtcunque dulci Tyndari fistula
Valles & Vsticæ cubantis
Leuia personuere saxa. Cubantem, inquit Porphyrio, suauiter dixit, ad resupinam eius regionem attendens.

Vstio, Vstrina, Vstulo, Vstus, Vide VRO.

Vsualis, Vsuarius, Vsucapio, Vsura, Vsurpo, Vsus, Vsufructus, Vide VTOR, vteris.

V T

Vt { ἵνα, ὅπως, ὅτι, ὡρὲξ, ὡς } Coniunctio causatiua: vel, vt ait Valla lib. 2. causam finalem dicens, quemadmodum si quis dicat, Dedi tibi librum vt legeres. Cicc. ad Lentulum, lib. 1. 9, Non illi quidem vt mihi stomachum facerent.

Vt eam potissimũ nominem: per parenthesim positũ. Cic. 4. Verr. Syracusana ciuitas (vt eam potissimum nominem) dedit ipsi statuã.

Vt alia obliuiscar. Cic. pro Rosc. Amer. Quàm sis audax, vt alia obliuiscar, hinc omnes intelligere potuerunt.

Vt verè dicam. Cic. 7. Verr. Sed de iudicibus, & (verè vt dicam) de te futurum est.

Vt ad

¶Vt ad pauca redeam, vxorem deduxit domũ. Terent. Hecy. 1. 2, Hoc est, vt paucis agam, vt summatim dicam, vt in summam colligam, vt in pauca conferam.

¶Vt ita dicam. Quintilian. lib. 8. cap. 3, Siquid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis præmuniendum est, Vt ita dicã, Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi sic, &c.

¶Vt, adiunctionem aliquando significat. Plautus, Is mihi suasit, vt ad te irem.

¶Vt, elegantiæ causa aliquando ponitur. Cic. de Senect. Inuitus feci, vt L. Flaminium è Senatu eiicerem. Hîc nihil significat, nisi Inuitus eieci.

¶Vt, Quòd. Terent. Phorm. 4. 3.
Nihil do: imperatus me ille vt etiam irrideat?

¶Vt non, pro Quin. Cicero 1. de Finib. Fieri inquam Triari nullo pacto potest, vtnon dicas quid non probes eius à quo dissentias.

Vt non, pro Vereor. Quintilianus libro 8. cap. 3, Oppidò, quo sunt vsi paulum tempore nostro superiores, vereor vt non iam ferat quisquam.

¶Vt si, pro Perinde ac si. Æmylius Probus in Datamis vita, Vinctũ ante se Thyum agebat, vt si feram bestiam captam duceret. Sic alibi sæpius.

¶Vt, pro Postquam, vel Ex quo. Terent. Phorm. 4. 3,
-vt abij absente, fit forte obuiam
Mihi Phormio. Idem Hecy. 5. 1,
Me segregarum habuisse, vxorem vt duxit, à me Pamphilum. Cic. in Antonium, Est enim annus vt repulsam tuli. Idem ad Atticum, lib. 7. 134. Vt ab vrbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.

¶Vt, Statim, postquam, ex quo primùm. Virg. 2. Æneid.
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi.

¶Vt quemque viseo offenderant, pro eo quod dicitur; Tot quot, vel statim vt. Plaut. Pœnulo, 6. Terent. Hecyr. 5. 3,
-vt quisque venerat
Accedebam, Adolescens dic dum quæso, &c.

Vt & confestim. Liu. 1. ab Vrbe, Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies.

Vt & sic. Cic. 3. Verr. Vt hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo qui ipse vidisset.

Vt primùm, quod & Quumprimùm dicitur. Cic. in Somnio Scip. Atque ego vt primùm fletu represso loqui posse cœpi, Quæso inquam pater sanctissime.

Vt primùm cessit furor. Virg. 6. Æneid.

Vt quodque primum gestum erat, ita, &c. Cic. 1. de Inuent.

Vt quidque acciderit. Hirtius Ciceroni in epist. ad Atticum, libro 15 32, 5, Misi igitur Tironem, & cum Tirone plures, quibus singulis, vt quidque accidisset, dares literas.

Vt quisque me viderat. Cic. 2. Verr. Imò verò vt quisque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur.

¶Vt, Similitudinem dicit. Plaut. Rud 2. 4,
Vt ture es, item eenses omnes esse?

¶Vt & sic. Cic. pro Roscio Amer. Nam vt illud incredibile est mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc verisimile non est, &c.

Vt, similitudinis, suppresso Ita. Horat. 2. Serm. sat. 2,
-quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? vt pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima.

¶Vt & ita, cum superlativo, pro Tanto & quanto. Cicero 2. de Orat. Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. Ibidem, 1, Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, &c. Hæc Valla.

Vt & ita, pro Talis & qualis. Plaut. Pseud. 5,
Vt voles esse me, ita ero.

¶Vt, suppresso Ita, sæpe accipitur pro Ita vt, quemadmodum si dicam, Quotidie hospites ad me veniunt, vt incipiam iam stomachari tantam frequentiam.

¶Vt, præcedẽte Ita. Cic. 2. Tusc. Molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces vt non legantur modò, sed etiam ediscantur.

¶Vt, sequente Ita. Terent. Hecy. 3. 3,
Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus.

¶Vt, in locum Quam, vel Quantum succedit, nunc sine Ita, nunc cum Ita. Primo modo sic, vt apud Quintilianum lib. 12. cap. 10, Non omittenda pars hæc orationis, sed exigenda, vt optimè possumus. Et Cicero in Philipp. Quas vt honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar mea sententia. Altero modo sic, vt apud eundem 2. de Oratore, Hæc vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt. De positiuo autem nemini dubium erit Quam & Vt conuenire cum Possum, vt idem in Philippicis, Sed rẽliquum cursum vitæ, quàm quidem possum breuiter perstringam: & vt potui, breuiter perstrinxi. Hæc Valla lib. 1.

¶Vt, Quippe, vel vtpote, sequente relatiuo. Quint. lib. 10, cap. 1, Nec ignoro quos transeo: nec vtique damno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid, &c.

¶Vt, cum verbis Metuo, vereor, & timeo iunctum, dubitationem significat, & pro eo quod quidam Ne Non dicunt sumitur, vt ex sequentibus exemplis patet. Terent. And. 5. 4,
Metuo vt fabstet hospes. Ibidem, 4. 2,
-dies mihi vt sit satis vereor
Ad agendum. Cæsar in Commentariis, Vt satis commodè supportari posset, timere dicebant. Cic. pro M. Marcello, Sed quum ita latè pateat eius potestas, quem verentur, vt terrarum orbem complexa sit, nónne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?

¶Vt, Quemadmodum, quomodo. Terent. And. 1. 1,
Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus,
cis. Idem Eunuch. 1 2,
-tute scis, post illa quàm intimum
Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia. Cic. ad Atticum libro 1. 11, Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse quæ confutatio iudicum facta sit, vt me circunsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint.

Vt appareat, vt dicitur. Cic. pro Flacco, Siue hîc confictum est, vt appareat siue missum domo est, vt dicitur, commouebor.

Vt dixi, per parenthesim. Cic. 1. Acad. Quod ista ipsa de re multum (vt dixi) & diu cogitaui.

Vt ferunt. Liu. 1. ab Vrbe.

Vt fama est. Liu. 1. bell. Maced.

Vt est consuetudo. Cic. pro Cœcinna.

Vt fit. Cic. pro Roscio Amerin. Verùm (vt fit) multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli, ac turba molitur.

Vt sæpe venit. Columel. lib. 4 cap. 2, Siue viuit, & (vt sæpe venit) vel nigri est generis, vel parum fertilis, non in vno, sed in pluribus pedamentis ædificat.

Vt intelligi potest è. Cic. 2. de Finib. Et cæteros sophistas, vt à Platone intelligi potest, lusos videmus à Socrate.

Vt pe. hibeat, Locutio Virgilio peculiaris, qua vtitur quoties aliquid affirmare non audet, aut fabulosum quiddam est dicturus. Virgil. Æneidos lib. 8,
Electra (vt Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros.

¶Vt, pro Quantum. Plin. in totius operis præfat. Nec quicquam in te mutauit fortunæ amplitudo, nisi vt prodesse tantundem posses vt velles.

¶Vt, pro Sicut. Cæsar in Commentariis, Horum authoritate finitimi adducti (vt sunt Gallorum subita & repentina consilia) eadem de causa Trebium, Terrasidiúmque retinent. Hoc est, Qui mos est Gallorum in consiliis capiendis. Cic. 5. de Finib. Pueri, in quibus, vt in speculis, natura cernitur. Terent. Phorm. 1. 2,
Vt nunc sunt mores.

Vt par est. Vt decet. Cic. Matrio, lib. 11. 28, Respondebo criminibus quibus tu pro me (vt par erat) tua singulari bonitate, & amicitia nostra sæpe testitisti.

Vt potest. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2, Nos in Senatu quemadmodum spero, dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus.

¶Vt, aliquando accipitur quasi pro Secundum. Cicero de Senec. Qui scimo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatisque scientia iuris augurandi? Multæ etiam vt in homine Romano literæ. Id est secundum id quod solent scire Rom. Hæc Valla lib. 2.

Vt temporibus illis. Cic. de Clar. Ora. Posteáque Clisthenem multum, vt temporibus illis, valuisse dicendo. Id est secundum illorum temporum eloquentiam.

Vt in tali tempore. Liu. 4. bell. Pun.

Vt numerantur Athenienium secula. Cic. de Clar. Orat. Vt Populi Romani ætas est, senes: vt Athenicasium secula numerantur, adolescentes debent videri.

Vt in tantis malis, Id est secundum quod in tantis malis perfici poterat. Cic. ad Cassium, libro 12. 2, Nonnihil, vt in tantis malis, est profectum.

Vt in licentia hac temporum, Id est respectu horum temporum, in quibus magna vtimur licentia. Plin. epist. 3. lib. 3.

Vt nunc est. Cic. ad Atticum, lib. 12. 247, Quæ si manebunt, quærenda est excusatio ad Brutum: & vt nunc est, manfuræ videntur.

Non, vt olim solebat, Attellanum: sed, vt nunc fit, mimum introduxisti. Cic Pæto, lib. 9. 16.

¶Vt, Aduerbium similitudinis, cum præterito imperfecto coniunctiui. Cic. ad Cælium, lib. 4. Eius negotium sic velim suscipias, vt si esset res mea.

Vt se causa habet. Cic. 4. Acad. Sed me hercule, vt quidem se nunc causa habet, etsi hesterno sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima.

Vt dici tempus est. Terent. Heaut. 1. 2,
Tu vt tempus est dici, videsis ne quò hinc abeas longius. Ibidẽ, 1. 1,
-sed vt dici tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam.

Vt pro eo quòd barbarè dicitur, *Quum ita esset quod.* Plautus Menæch. 2,
Nam rus vt ibat, vt mulium fortè pluerat,
Ingressum fluuium rapidum.

Vt numerabatur fortè argentum: Hoc est, Quum numeraretur, Ea hora qua numerabatur. Terent. Adelph. 3 3,
Nam vt numerabatur fortè argentum, intercenit
Homo de improuiso, &c.

Vt aliter. Cic. pro Murena, Quò ille quum esset, vt ego mihi statuo, talis qualem te esse video, nunquam eum Scipione esset profecturus. Idem ad Attic. lib. 13. 286, Vt mea memoria est.

Vt visum est illi. Cicero 4. Academic. Tenemúsne quid sit animus, vbi sit, denique sit ne, aut vt Dicæarcho visum est, ne sit quidem vllus?

Vt in quoque erat authoritatis plurimum. Cicero 3. Verrin. Pro se quisque, vt in quoque erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur.

¶Vt, pro Quomodo, interrogantis. Plaut. Persa,
Vt valeas? vt queo. Ibidem, 16,
Vt munitum muro tibi visum est oppidum.

¶Vt, pro Quàm admiratiuè. Cic. Attic. lib. 2. epist. 21. de Pompeio: Vt ille tum humilis, vt demissus erat! vt ipse etiam sibi, nõ iis solùm qui aderant, displicebat! Et libro 3. epist. 11, Quod quum facis, vt

ego tuum amorem desidero.

¶Vt, pro Quomodo, cum quadã admiratione: & aliquando cum interrogatione. Plaut. Capt.

Vt sæpe summa ingenia in occulto latent? Cic. 5. de Finib. Vt illi efferuntur lætitia quum vicerint? vt pudet victos? vt se accusari nolunt? quàm cupiunt laudari? quos illi labores non ferunt vt æquales principes sint? Terent. Heaut. 4.1,

Vt præter spem euenit? Idem Eunucho, 2.2,

Vt falsus animi est? Virg. lib. 8. Æneid. -vt te fortissimè Teucrûm Accipio, agnoscóque libens. Idem 2. Æneidos,

Vt te post multa tuorum.

Funera, post varios hominúmque, vrbísque labores.

¶Vt pro Licet, vel posito, vel dato, vt nunc loquimur. Cicero ad Atticum, Quis autem locus erit tutus, vt placatis vtamur fluctibus? Idem ad Brutum, 9, Nos te tuumque exercitum expectamus, siue quo ve reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idé in lib. 2. de Ora. Vt enim quæras omnia, quemodo Græci inceptum appellent non reperies. Id est quanuis, vt vult Budæus. Idem 1. de Lege agrar. 14. Etenim vt circunspiciamus omnia quæ populo grata, atque iucunda sunt: nihil tam populare quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. Horat. 2. epist. 2. 15.

Plures sunt plateæ nihil vt meditantibus obstet? Liu. ab Vrbe condita, Ex Brutio agro, qui vt omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat.

Vt, pro Vtinam, Execrantis, vel Optantis particula. Terent. Heauton. 4. 6,

Vt te omnes equidem di, deæque quantum est Syre,

Cum istoc inuento, cúmque incœpto perdunt. Idem Adelph. 4. 6,

Quod plerique omnes faciunt, vt. Terent. And. 1. 1.

¶Vt, Tanquam si. Plinius lib. 7. epist. 27. ad Suram, Iam vt lumine, iam vt intra limen auditur.

Vt, Ita vt. Terent And. 1. 1,

Tum illa, vt consuetum facilè amorem cerneres,

Reiecit se in eum flens, quàm familiariter? Idem Phor. 1. 2.

¶Vt, pro Vsqueadeò vt. Cice. in Orat. Vt non iam sine causa Demosthenes tribuerint primas, secundas, & tertias actioni. Idem ad Atticum, lib. 15. 321, Est autem oratio scripta elegantissimè sententiis, verbis, vt nihil possit vltra cogitari.

Vt Modò vt. Plaut. Curcul. 6. Cic. 5. Verr. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur, perpetua atque æquabili satione ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum omnes dij adiuuent, cum decimo.

Vt maximè. Col. de Arboribus, capi. 7, Diuertæ autem quæ supra terram extare debent, ne passus fueris plus quàm duas, aut vt maximè tres gemmas habere.

Vt quum maximè. Cic ad Q. fratrem lib. 2. 10, Domus celebratur ita vt quum maximè. Hoc est, vt si nunquam aliàs. Bud.

Vt multum, Id est Ad summum. Mart. lib. 20,

Donaui tamen, inquis, amico millia quinque,

Et locum, vt multum, térque quatérque togam.

Vt plurimum. Plin lib. 15. cap. 3. ad finem, Nec tam numerosa differentia, tribus vt plurimum bonitatibus distat.

¶Vt plurimum valet. Cic. 2. de Legib. Sequitur enim de iure belli in quo & suscipiendo, & gerendo, & deponendo, ius vt plurimum valet, & fides.

Vt qui. Plaut. Curcul. 5,

Quando Aesculapi ita sentio sententiam,

Vt qui me nihili faciat, nec saluum velit.

Vt qui verissimè: subaudi amat. Plin. epistol. 199. Amat vt qui verissimè: dolet vt qui impatientissimé.

Vt ne addam. Terent. Phorm. 1. 3, -tu coniicito cætera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:

Vt ne addam quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Id est, vt non.

¶Vt ne, Eleganter pro sola particula NE, vsurpari solet, dicendi modo, quo literatissimi illius fœlicis seculi vtebantur, qui pro ratione debet esse nobis. Terent. Hecyra,

Nempe ea causa vt ne id fiat patàm. Idem Eunucho, 5. 4,

Vlciscar, vt ne impunè in nos illuseris. Cic. ad Curionem, lib. 2. 6,

Petiui sæpe per literas, &c. non vt decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius: sed vt nequid noui decernatur. Idem Titoni, libro 16 9, Sed tamen ita velim, vt nequid properes.

¶Vt quid, pro Quamobrem, interrogantis est. Cic. ad Attic lib. 7. 127. Depugna, inquis, potius quàm seruias. Vt quid? si victus eris, proscribare: si victis, tamen seruias.

¶Vt vt, significat Vtcunque, siue quoquo modo, vt ait Donatus. Terent. Phorm. 3. 15,

Nam vtvt erant alia, illi certè, quæ nunc domi tuæ est, consuleres. Idem Adelph 2. 2,

-imò hercle hoc quæso Syre,

Vtvt hæc sunt facta, potius quàm lites sequar,

Meum mihi reddat. Ibidem, 4. 4,

¶Vtpura, Vide PVTO, putas

Vtcunque Aduerbium {ὁπωσοῦν, ὅπως ἀνὴρ τις} id est Quomodocunque, Plautus. Amph. 4,

Seuus'ne, an libet? S. vtcunque animo collubium est meo.

¶Vtcunque, Secundum quod. Plaut. Pœn. 11,

Vtcunque est ventus exin velum vortitur. Cic. Quibus esset moderandum vtcunque res postularet.

¶Vtcunque, Quoquomodo, omnibus modis. Terent. And. 4,

-tu vt subseruias

Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide. Cic. in Orat. Itaque ille perfectus, quemadmodum iam dudum nostra iudicat oratio. Vtcunque se affectum videri, & animum ardentius moueri volet, ita certum vocis admonebit sonum.

¶Vtcunque, pro Quandocunque, seu vbicũque. Nam, vt, quidem apud bonos scriptores valet interdum vbi, qua parte, quo tempore, cùm simulatque. Catullus ad Fur. & Aure.

Littus vt longè resonante Eoa tunditur vnda. Vide plura apud Lambinum in illud Horat. 1. Carm. ode 17,

Vt cunque dulci Tyadari fistula, &c.

¶Vtcunque erit, Prout. Liuius 2. ab Vrbe, Mea prima fors fuit: cæteri, vtcunque cecederit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Virg. 6. Æneidos,

-vtcunque ferent ea facta minores

Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.

Sed vtcunque aderunt res. Cic. 1. Offic.

¶Vtcunque, pro Aliquantum, aliquo modo. Plin. lib. 8. cap. 18, Vtcunque rabiem & ipsi sentiunt.

Vtensile, Vide VTOR.

Vter, vtra, vtrum, {πότερος, ὁπότερος} Quis vnus ex duobus: ponitúrque interrogatiuè, & aliquando infinitè. Plaut. Trucul. 4.

-sed vtris

Cum rem esse mauis? Idem Menæch. 1, 7,

Vter meruistis culpam? Cicero pro Fonteio, Videte igitur vtrum fit æquius, hominem honestissimum, virum fortissimum, eiuem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus an red di amicis.

Vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. Cic. 1. de Inuent.

Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile. Cic. 2. de Diuinat.

Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cic. 2. de Diuinat.

¶Vter, pro Alteruter. Cic. 5. Verr. Omnium controuersiarum quæ essent inter aratorem & decumanum, si vter velit, edicit se recuperatores dãturum.

Vter alteri dixerit, nescio. Plinius.

Vter vtri. Cic. pro Milone, Vter vtri insidias fecerit.

Neuter vtri inuidet. Plaut Sticho 14.

Vterque vnque, Adiectiuum {ὁπωσοῦν} pro Vteruis vel vterlibet. Cic. ad Torquatum lib. 6. 4, Magnæ vtrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10, Ne sententia sua vtrancunque in partem dicta esset, ipsa sese reseinderet.

Vterlibet, pen. corr. Adiect. {ὁπότερος οὖν ἑκάτερος βούλει} Alter ex duobus: hoc est, Vter quem tibi capere libet. Plin. lib. 24. cap. 4, Suberis cortex trium, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. Cic. pro Quintio, Vtrumlibet eligat: alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus vtrunque inauditum.

Vternam {ὁπότερος οὖ} Horat. 2. Serm. saty. 2,

-vternam

Ad casus dubios fidet sibi certius, hic, qui

Pluribus assuerit, &c.

An qui, &c.

Vterque, vtraque, vtrunque, vtriusque {ἑκάτερος, ἀμφότερος} Alter & alter, vel vnus & alter: de duobus dicitur. Plaut. Amphitr. 1,

Vterque deludatur dolis mirum in modum. Terentius Phormione 3. 2,

Vterque est similis sui. Idem Eunuch. 5. 2,

Apud Antiphonem vterque, mater & pater,

Quasi dedita opera domi erant.

Eorum controuersiam non incommodum videtur cum vtrorumque ratione exponere. Cic. 1. de Inuent.

In vtraque parte multa dicuntur. Cic. 4. Acad.

In vtranque partem, Vide IN præpositionem.

Quoniam vtriusque studij nostra possessio est, hodie vtro frui malis, optio tua sit. Cic. de Faro.

Horum vterque cecidit victus. Cic. de Arusp. resp.

Palmas vtrasque retendit Virg. 6 Æn.

Manu vtraque pulsare aliquem. Virg. 5. Æn.

Vtraque lingua, Græca & Latina. Plin. lib. 12. ca. 1, Est platanus vna insignis vtriusque linguæ monumentis.

Vtraque tempora, dixit Virg. 5. Æneid.

Domus vtriusque nostrum ædificatur strenuè. Cicero Qu. fratri lib 2. 8.

Vterque vtrique est cordi. Terent. Phorm. 5. 3.

Vterque alterum verberauit, Id est, hic illum, & ille hũc verberauit. Cicero 1. Offic. Quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum.

Vtrunque inuicem adiumento esse, pro vtrunque alteri. Plin. iunior lib. 4. epist. 20. ad Nonium Maximum.

Vtruncunque. Quint. in Procem. lib. 5, Vtruncunque est (neque enim hoc loco meam interpono sententã) hic liber erit illorum opinione maximè necessarius, quo toto hæc sola tractantur. Id est, vtrumuis. Vtrum tandem horum sit, &c.

¶Vtrique, De pluribus dicitur duo genera facientibus. Cicero 2. in Catilinam, Quos ego vtrosque Quirites in eodem genere prædatorum, direptoriúmque pono. Id est, Quæ duo genera ciuium Budæus.

Vtrique ab vtrisque. Terent. Heaut. 2. 4,

Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini. Hîc in plurali duo significat, sed sic vt in singulis multi sint.

Vteruis, Adiectiuum {ὁπότερος δήποτε} Vter quem tu vis. Cic. ad Attic. lib 9. 170, Proquæstor ego vnus cui vtrumuis liceret.

Vtrumuis, saluo officio se facere posse arbitrarentur. Cic. pro Roscio Amerino.

At minus habeo virium quàm vestrum vteruis. Cic. de Sen.

Quod certum est non facere dum vtrumuis licebit. Cicero pro Roscio Amerin.

Vtrinque, Aduerbium {ἑκατέρωθεν} Ab vtroque latere. Plautus Amphitr. 4,

Postquam vtrinque exitũ est maxima copia. Cic. Torquato, li 6. 4,

Tum

Tum hoc tẽpore ita magnæ vtrinque copiæ. Horat. 1. epist. 19,

Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum.

Vtrinque, pro Ab vtroque. Plaut. Amphit. 3,

Vtrinque est grauida, & ex viro, & ex summo loue.

Vtrinque secus, pro vndique, ex omni parte. Lucret. lib. 4,

Quare vtrinque secus quum corpus vapulet, &c.

Vtrò, Aliud aduerbium {ὁποτέρωσε} Versus quam partem. Plin. lib. 18. cap. 19, Id demum rectè subactum erit, vbi non intelligitur vtrò vomer ierit.

Vtrobi, Vide paulò post VTRVBI.

Vtrobique, pen. prod. {ἑκατέρωσε, ἑκατέρωθι} Similiter aduerbium. Idem quod vtrinque. Liu. 7. bel. Pun. Vt eodem tempore vtrobique Resp. prosperè gereretur: aduersa fecũdis pensando. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 3, Quum verò non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habebam.

Eadem veritas vtrobique est. Cic. 2. de Nat. deorum.

Vtroque, pen. prod. Aduerbium loci {ἑκατέρωσε} Ad vtrunque locum. Plaut. Sticho, 7,

Per ortum vtroque commeatus continet.

Vtroque versum. Plaut. Cap. 7. Gell. lib. 5. cap. 12, Ambigua sint, & vtroque versum dicantur.

Vtubi, siue (vt alij legunt) Vtrobi. Vlpianus in l. Officium. D. de rei vindicat. Idem in l. vnica. D. Vtrubi. Vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte heiusce anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Verba sunt Prætoris. Alij legunt vtrobi. Significat autem, In vtrouis loco è duobus: vel, Apud vtrum è duobus *Auquel des deux lieux : ou en la possession duquel des deux personnes.*

Vtrum, Interrogandi aduerbium {πότερον, πότερα} idem quod Num significans, & sequentem ferè semper habet particulam An, vt in sequentibus exemplis vides. Cic. 4. Acad. Quid quod eadem illa aut, quasi Penelope, telam retexẽs tollit ad extremum superiora, vtrum ea vestra, an nostra culpa est? Idem pro Roscio Comœdo, Vtrum dimidia parte, an pro tota societate? planius dicam. vtrum pro me? an & pro me & pro te?

Multum interest vtrũm laus imminuatur, an salus deferatur. Cic. Lentulo, lib. 1 7.

Quid tu malum curas, vtrum crudum, an coctum edam. Plaut. Aulul. 12.

¶Vtrum, etiam sine particula An interrogat. Plaut. Sticho, 15,

Vtrum tibi accumbo? SA. vtrum, vbi tu vis?

Vtrum grauius aliquid in quempiam dici potest? &c. Cicero pro Cecinna.

Vtrum, Dubitantis. Terent. Phorm. 4. 3,

Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia

Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum.

Vtrúmne. Horat. Epod. 1,

Vtrúmne iussi persequemur otium

Non dulce, ni tecum simul?

An hunc laborem, &c.

Vtrúmne, an, Pomponius in l. Si indebitum. D. Rem ratam haberi. vt possit discerni, vtrúmne domino condici debeat id quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an verò procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat: Idem in l. 1. D. De rescindenda vendicione. Sed quæritur, vtrúmne nihil agatur ex ea pactione: an verò ego quidem liberer, illius maneat obligatus?

Vtrum etiam locum habet, quum ex duabus rebus vtra sit, incertum sumus. Vide AN, pro Aut, &c. in An genus est loquendi à veteribus vsurpatum, quum de duabus rebus vtram redderent, ignorabant.

Vter, vteri, masc. gen. vel Vterus, vteri, pen. corr. {μήτρα, ὑστέρα, νηδύς} Qui continet, & tanquam vter est ad fœtum continendum, propriè enim de mulieribus & reliquis huiusmodi sexus dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37, Fœminis eadem omnia, præterquam vesicæ iunctus vtericulus: vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant. Plaut. Aulul. 2, 7,

Perij mea nutrix, obsecro te, vterus dolet. Plin. lib. 8. cap. 43. de asina. Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, nisi cogatur in cursum verberibus à coitu.

¶Vter, pro vtero, Cæcil. Vmbris,

Nunc vter crescit, non potest cælari. Nonius.

¶Vterus, pro Ventre. Virgil. 2. Æneid.

-vterúmque armato milite complent. Plaut. Truc. 4,

Nam equidem vterum illi, quod sciam nunquam extumere sensi.

Fœlicis vteri fœmina. Paterculus lib. 2, Fœminam neque sibi, neque Reipub. fœlicis vteri.

Vtero grauis. Plin. lib. 9. cap. 6.

Diua porens vteri, Lucina. Ouid. 9 Metam.

Cælare manibus vterum. Ouid. 2. Metam.

Diro vtero fert impia femina. Ouid 10. Metam.

Ignoratus vterus, Vide IGNORO.

Implerat vterum generoso semine. Ouid. 9. Metam.

Rugis vterum Lucina notauit. Ouid. 3. de Arte.

Vno vtero mater & fœminam pariere. *D'vne ventree.* Vlpian. in l.

Si fuerit legatum. §. Planè. D de teb. dubiis.

Grauitas tendebat mihi vterum. Ou. d. 9 Metamorph. Verba sunt Alemenæ.

Tumens vterus. Stat. 12. Thebaid.

Vti facilore vtero. Plin lib. 8. cap. 32.

¶Vterus, interdum pro fœtu. Tacit lib. 1, Subiectus seruitio vxoris vterus ventrem agebat. Intelligit autem filium, quem vtero adhuc gestabat vxor Arminij.

¶Vterum, neutro genere dici author est Nonius. Plaut. Aululat.

Perij mea nutrix, obiecro, vterum dolet. Afran. Vopisc.

Sedit vterum, non vt omnino tamen.

Vtericulus, vteruli: siue vtriculus, pen. cor. Diminutiuum {φιλοφρόνως} Plin. lib. 11. cap. 12, Præterea è fronde ac pabulis potus in vtericulos congestus apum, ore enim eum vomunt, & ad hæc succo florum &c. Idem lib. 11 cap. 37. Vide paulo suprà.

¶Vtriculos Plinius vocat, libro 18. cap. 11. non procul à fine, quæ Græci ὑπόθρα, id est seminum in frugibus inuoluera & operimenta, quæ trita & cribro excussa, glumæ siue aeus dicuntur. Quinetiam prima illa florum germina, quæ veluti quidã vtericuli tument priusquam flos arborum aperiatur, vtericulos vocat, lib. 16 cap. 26. de arboribus loquens. Patiuntur verò quum florent: fiéfque ille ruptis constat vtericulis.

Vterinus, penult. prod. {ὁμοσπόριος} Qui ex eodem vtero prodiit. Institut. libro 3. Titulo De bon. possess. Frater, forórve, consanguinei vel vterini.

Vter, vtris. masc. g. {ἀσκός, ἀσκίον} Pellis qua vinum aut oleum deferri solet. Plin. lib. 12. cap. 7, Indi in vtribus camelorum, aut rhinocerotum lycion mittunt. Virg. 2. Georgicon,

Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Ouid. 3. Amor. eleg. 11,

Æolios Irhacis inclusimus vtribus Euros.

Vter vinarius. Plin. lib. 28. cap. 18.

Vtrarius, vtrarij, masc. g. Vtrarios videtur vocare Liuius, qui vtribus aquam ferunt, libro 4 Decad. 5, Postremò sequi se vtrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit.

Vtricularius, vticularij {ἀσκωδὸς} Qui inflat ex vtre fistulam. Suet. in Nerone, cap. 54, Vouerat se proditurum hydraulam, & choraulam, & vtricularium.

Vtercunque. Vterlibet, Vternam, Vterque, Vteruis, Vide VTER, Adiectiuum.

Vterus, Vide VTER, vteri.

Vti {ὡς, ὥσπερ} Partieula idem significat atque Vt. Plaut. Amphitr. 7. Cic. 4. Acad. Eos cõsuetudine adhibita tam facilè interfoceremus, vti minimum quidem simules videreentur.

Putant fore vti, si paulatim hæc consuetudo serpere, ac prodire cœperit. Cic. 1. Verr.

Vti eorum qui audirent, sic afficerentur animis, vt, &c. Cicero, 1. de Orator.

Nihil aliud, nisi vti nequid per vim agi posset. Cicero pro Domo sua.

Neque vti satis firmo præsidio defensus Sex. Roscius, verum vti ne omnino defertus esset. Cic. pro Rosc. Amer.

Certus vti, pro Vti certus. Horat. 1. Carm. ode 15.

Vti rogas. Vide Rogare legem, in ROGO.

¶Vti, pro Atque id, vel tanquam id, aut nempe quod. Cic. 9. Philip. Quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorúmque eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publicè dari possit.

VTICA, penult. corr. {Ἰτύκη} Africæ minoris in litore Carthaginiensi & magnitudine & authoritate secunda post Carthaginem, quæ illa excisa vt metropolis erat, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. Hæc Strabo libro vltimo. A pud hanc Cato se interemit: vnde & Vticensis dictus est. Nunc vulgò *Bisartha* dicitur. Oliuarius in Meiam.

Vtilis, Vtilitas. Vtiliter, Vide VTOR.

Vtinam, pen. corr. {εἴθε, εἰ γάρ, εἰ γὰρ δή} Aduerbium optantis. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4, Quod vtinam minus vitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. Id est, si minus vitæ cupidus fuissem, certè, &c.

Vtinam igitur vt illa anus optat. Cic. 3. de Nat. deor.

Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam. Cic. Attic. lib. 3. 15.

O vtinam tunc quum Lacedæmona classe petebat, &c. Ouidius epistol. 1.

Vtinam, geminorum. Cic. Attic. lib. 13 295, Heti nescio quid in stre pitu videor exaudisse, quum diceres te in Tusculanum venturum: quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo.

VTINVM, pen. corr. {ἴουτινον} Italiæ oppidum iuxta Aquileiam, principum Austriæ opus insigne admodum, & arce in medio vrbis edito colliculo conspicuum, vt scribit Vadianus.

Vtique, pen corr. {ἴσως, δήπου, δηπουθεν} Certè, Aduerbium affirmandi. Cic. ad Atticum, lib. 5. 96, Id vnis diligenter literis, quæ ad me vtique perferantur, consequerer. Eidem lib. 12. 236, Nam & Puliæ satisfaciendum est, & vtique Atticæ.

¶Vtique, pro Etiam, vel igitur. Quintil. lib. 5. cap. 10, Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, vtique platanus non est. Nec quod non est virtus, vtique potest esse iustitia. Ibidem, Sol colorat: non vtique qui est coloratus, à sole est. Vulgus barbarorum dicit, *Non sequitur propterea quod qui coloratus est, à sole sit coloratus.*

Annum quidem vtique teneto. Cic. Attic. lib. 5. 96.

Illud verò vtique scire cupio. Cic. Attic. lib. 13. 271.

Vtique ad me tabellarios mittas. Cic. Attic. lib. 6. 112.

Quod censeas mihi faciendum vtique scribito. Cicero Attico, libro 1. 196.

Vtique siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea maneat opinio, Cic. Anteq iret in exil.

Quo die venies, vtique cum tuis apud me sis. Cicero ad Atticum, libro 4. 73.

Vtor, vteris, pen. corr. vsus sum {χρῆσθαι} vti, Vtilitatem capere. De omnibus rebus dicitur: vt Vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Cic. 1. Verr. Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor.

Vtor, accusatiuo iunctum. Plaut. Epid. 5,

-si placebit vtiminor

Consilium. Nisi fortè sic putes exponẽdum: Sic placebit consilium, vtiminor, Eo subaudi. Idem Asin 5,

Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Cic. in Acad. Et quæ à superioribus acceperant, vtebantur.

Nihil te vtor, Nolo mihi quicquam negotij esse tecum. Plautus Trinum. 5.

Vtor cum ablatiuo & datiuo: vt Vti aliqua arbore caryoni, Hoc

est,ad carbonem faciendum. Plin.lib.16.cap.6.Ab hac proximè latifoliæ proceritas, sed minus vtilis ædificiis : acque carbone dorata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vruntur carboni.

¶ Vti, cùm de amicis aut familiaribus sermo est, accipitur pro Conuersari. Cic. pro Rosc. Amer. Et sese ad Cæciliam nepotis suiliam,quam honoris causa nominó,contulit,qua pater vsus erat plurimum. Idem pro Cluentio, His Fabritiis semper vsus est Oppianicus familiarissimè.

¶ Vtor abs te humanitate. Cic.ad Qu. frat.lib.2, Mihi docere videbaris istius generis humanitatem,qua quidem nihil vtor abs te.

Aliqua re ad faciendum aliquid vti. Cic.de Claris Orat.

Vti aliqua re contra se.Senec.de Benef.lib.2.cap.14.

Familiariter amicitia alicuius vti. Quint.lib.5.cap.9.

Vti bene vel malè amicitia alicuius.Plaut.Cistel.2. Idem Pers.2, Nimis stulcè amicis vtere. Terent.Hecyr.5.1,

Nostra vtere amicitia vt voles.

Amico aliquo vti. Plaut.Asin.3,

Quippe qui mage amico vrantur gnato,& benevolo. Hoc est,plus gnatus eos amaret. Terent.Heaut.2.1,

Mihi si voquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre. Hoc est, facilis illi & placabilis pater ero.

Dementer amoribus vsa Clytie. Ouid.4 Metam.

Amore vti surreptitio,pro Clàm amare. Plaut. Curcul.4.

Aquis frigidis vti. Cels.lib.1.cap.1.

Aura noctuma vti dicuntur naues. Cæs.3.bel.Gal.

Auribus alicuius vti. Vide AVRIS.

Balneo vti. Celsus lib.1 cap.1.

Bene vti re aliqua. Quint.lib.2.cap.10.

Benignis vti aliquibus. Cic. 6.Verr.Vt illis benignis vsus est ad commodandum,sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Bestiis vti immanioribus. Cic. pro Rosc. Amer. Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis quoque , quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur. Hoc est immaniores essent erga nos.

Vtatur suis bonis oportet, fruatur , qui beatus futurus est. Cic.1. de Natura deorum.

Malè vti bonis eloquentiæ. Quintil.in Prooem.lib.1.

Certacim re aliqua vti. Quintil.lib.6.cap 1.

Commodis vti. Cic.pro Rosc. Amer. Commoda quibus vtimur, lucémque qua fruimur , spiritúmque quem ducimus , ab eo nobis dari atque impertiti videmus.

Consilio vti. Cæsar 1.bel.Gall.

Criminatione in aliquem vti.Cic.3.de Leg.Agr.

Defensore aliquo vti. Cic.pro Cluentio, Sed ipsa his neque defensoribus vti postea, neque laudatoribus potuit.

Disciplina vti. Plaut.Asin.5.

Equo vti. Cæsar 8.bel.

Exemplis grandibus vti in paruis. Ouid.1. Trist.eleg.3.

Fide & præsidio alicuius vti.Cic.1.Verr.

Vti fide lenonia. Plaut.Rudent.3.

Vti foro, Vide FORVM.

Fortuna vti. Virgil 9 Æneid.

Homine aliquo ad furta vti. Cic 5.Verr.Quo iste interprete non ad linguam græcam,sed ad furta & flagitia vti solebat.

Homine æquo vti. Cicero 7. Verr.Hic vide quàm me sis vsurus æquo.

Honestè re aliqua vti. Quint.lib.3.cap.7.

Vir amplissimis vsus honoribus. Cic.pro Flaeco.

Horis suis vti , Consumere bonas horas & tempus in re aliqua. Cic.3.Verr.Menses mihi tres cùm eripuissetis ad agendum maximè appositos,reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis, vt cùm horis nostris nos essemus vsi,tu binis ludis interpositis,quadragesimo post die responderes.

Hortatione vti. Cic.Bruto,lib.11.5, Quanquam cùm hortatione non egeas, vt suprà scripsi,non vtar ea pluribus verbis : faciam illud quod meum est.

Vtar illis vt meis. Plin.epist.13.2.

Ingenio vti inuenilitor.Ouid.2.Trist.

Inuidia minore vti. Plaut.Aulul.19.

Iudicio vti de. Cic.1.Offic.De rebus ipsis vtere tuo iudicio.

Ad liberalitatem vectigalibus vti. Cic.2.de Finib. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur, & tamen non tantis vectigalibus ad liberalitatem vtens.

Libertate modicè vti, Vide MODVS.

Modestè vti re aliqua. Ouid.2.Fast.

Multum vti aliquo, Vide MVLTVS.

Sapienter vti muneribus deorum. Horat.4.Carm.ode 9.

Necessitate vti. Tacit.lib.16.

Oculis vti. Plaut.Epid.2. Idem Milon.19, Maris causa hercle hoc ego oculo vtor minimé. Hoc est, ademptus omnino est mihi huius oculi vsus.

Odio ciuiliter vsus est. Ouid.3. Trist.eleg.8.

Officio improbi viri vti. Plaut.Sticho,2.

Opera alterius vti. Plaut.Aulul.6,

Da mihi operam amabo. M. tua est, vtere,atque impera, siquid vis.

Vti opera alterius ad rem aliquam. Cic.4.Acad. Negat opera deorum se vti ad fabricandum mundum.

Oraculo vti. Hoc est, Apollinem consulere. Tacit.lib.2.

Parcissimè re aliqua vti. Quintil.lib.11.cap.5.

Parco vti. Horat.1.epist.10.

Incredibili parientia vti. Cic.10.Philipp.Nam quoad vos omnia pati vidit, vsus est ipse incredibili patientia.

Perfugio vti, Vide PERFVGIVM.

Permisso vti. Horat.2.epist.1.

Porta vti.Cic.ad Atticum,lib.7.127,Itaque si hoc imperium mihi molestum erit, vtar ea porta quam primùm videro.

Progressionibus vti. Cic.5.de Finib,Omnium enim rerum principia parua sunt : sed suis progressionibus vsa augentur.

Potestate vti ad quæstum, Id est,quæstus causa. Cic.ad Qu.frat. lib.1.1,Non vt ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum vteretur.

Ratione vti. Plaut.Casina 2.

Regibus vti. Horat.1.epist.18.

Seruibus vti. Lucret.lib.3.

Sermonibus motologis vti. Plaut.Pseud.22.

Simulatione itineris vti. Cæsar 6.bell.Gall.

Solatio aliquo vti. Brutus ad Ciceronem,lib.11.26.

Sorte sua vti. Virgil.12. Æneid.

Spe duplici vti. Terent.Phorm. 4. 2, Gallico prouerbio dicitur *Habere duas chordas in suo arcu extensas*.

Ad speciem vti reliqua , Quod vulgus dicit *pro monstra* Cæsar 1. bel.Gall.Omnes alarios in conspectu hostium pro Castris minoribus constitui, quo minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebar,vt ad speciem alariis vteretur.

Teste aliquo vti. Cic pro Rosc. Amer. Neque enim accusatore muto,neque teste quisquam vtitur eo , qui de accusatoris subsellio surgit.

Tutius vti. Quint.lib.1.cap.5,Vsitatis tutius vtimur.

Valetudine vti minus commoda, Ægrotare.Cæs.3.bel.Gal.

Vti valetudine firma, Bene habere.Plin.epist.25.

Aduersis ventis vti. Cic.Terentiæ,lib.14 5,Quum sanè aduersis ventis vsi essemus,tardéque & incommodè nauigassemus.

Vernis mensibus vti ad aliquem. Ouid.6.Fast.

Via vti. Cic.ad Atticum,lib.2 54 , Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam , neque approbo , ne omnia imrobem quæ antea gessi.

Vti via ab aliquo. Vlpian.in l.3. in princ.D. De itinere actúque priuato. Si cùm à me rectè via vtebaris , fundum vendidero , per quem vtebaris : Deinde emptor te prohibuerit : licet clàm videatis ab eo vti (nam qui prohibitus vtitur , clàm vtitur) tamen interdictũ tibi competere intra annum,Labeo scribit. Paulo pòst,Siquis ab authore meo vi,aut clàm , aut precario vsus est : rectè à me via vti prohibetur, & interdũ ei inutile est : quia à me videtur vi,aut clàm, vel precariò possidere, qui ab authore meo vitiosè possidet. Vide A, vel AB,præpositiones.

Vicinis , aliísque mulieribus quàm minimum vtatur. Cato capite 143.

Vino vti modicé. Cels.lib.8.cap.11.ad finem.

Viribus vti. Horat.1.epist.13.

Viribus vtendum est. Lucan.lib.1.

Vti ætatis vitio. Cic.ad Cælium,lib.2.15, Eos ego fortasse nunc imitor,& vtor ætatis vitio.

Voce vti,Loqui. Cic.1.Verr.Si vniuersa, vt dixi , prouincia loqui posset,hac voce vteretur.

Vocibus vti ad aliquem, Alloqui aliquem. Virg.1.Æneid.

Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est.

Vtens, Participium { χρησόμενος. } vt

Ratione vtens,Rationis expers,contraria.Cic.in Topicis, Species autem cõparantur,vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud, &c. perfecta,inchoatis:tota,partibus:ratione, rationis expertibus : voluntaria,necessariis,&c.

Vtentior , Comparatiuum. Cic.2. Offic.Sed fac iuuare , vtentior sanè sit.Hodie per exemplaria prosceminatum est potentior: credo hominibus semidoctis illud vtentior parum placuisse, quo tamen cur sint offensi,certè non video. Illud constat potius hîc Ciceronem de vsu diuitiarum,quàm de potentia verba facere debuisse. Hæc Turneb.

Vtendus, Adiect. { χρηστέος } Plaut.Terent.Heaut.1.1,

Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est. Cic. 3. Tusc.ul.Et grauiter feras te,quod vtendum acceperis,reddidisse.

Vtenda & possidenda tradere bona alicui.Cic.4.Verr.Huic Heraclio æquum est mortuus, omnia vtenda ac possidenda tradiderat.

Vsurus, pen. prod. Particip. { χρησόμενος.} vt Malè vsurus donis. Ouid. 11.Metam.

Vsus, huius vsus,m.g. {χρῆσις,χρῆσι.} Virg.3.Georg.Nam neque erat coriis vsus. Cicero lib.1.de Orat. Adiungatur vsus frequens : qui omnium magistrorum præcepta superat. Horat.2.epist.1,

aut quid haberet

Quod legeret,tereréque viritim publicus vsus?

Vsus & Abusus , contraria. Cic.in Topicis, Vsus enim, non abusus legatus est.

Vsus & habitus. Cic.1.Acad.Nec virtutis vsum modò,vt superiores,sed ipsum habitum per se esse præclarum,&c.

Genitor vocabulorum vsus. Horat.2.epist.2.

Dicendi vsus. Quintil.lib.3.cap.11.

In vsu plerique libros chartas appellant. Vlpianus in l. Librorum. §.Quod tamen.D.de leg.3.

Bellicus vsus.Quint.lib.1.cap.10.

Laborum vsus. Lucan.lib 1.

Medicinæ vsus.Plin.lib.12 cap.8.

Vsus oculorum cessat.Curtius lib.10.

Sermonis vsus.Plin.lib.10.cap.96.

Veneris vsus.Plin.lib.11.cap.37.

Virtutis vsus.Cic.1.Acad.Vitæ autem adiuncta esse dicebant quæ ad virtutis vsum valerent.

Tractatio atque vsus vocis.Cic.in Orat.

¶ Vsus est magister optimus.Cic.pro Rab.Posthumo.

Peritus vsus, Vide PERITVS.

Vsu bellorum exercitus,Qui multa & diuturna bellorum exercitatione præditus est: Cic.pro Fonteio, Tum verò vsu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum , qui nunc sunt , exercitus.

Aprus in vsum aliquem. Ouid.3.de Arte.

Ad vsus. Cic.2.de Nat.deor.Quod si omnes mundi partes ita cõstitutæ

stitutæ sunt,vt neq; ad vsum meliores potuerint esse , neque ad speciem pulchriores.

¶ Assiduus vsus. Cic.pro Corn.Balbo, Assiduus vsus vni rei deditus,& ingenium & artem sæpe vincit.

Communis & vulgaris vsus. Cic.3.de Finib.

Humanis vsibus apta Ceres. Ouid.2.Fast.

Medicus vsus. Plin.lib.22.cap.8, Sed in medico vsu præter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus,&c.

Mitificus vsus in re aliqua. Cic.pro Sestio.

Nudus vsus alicuius rei. Vide paulo pòst VSVARIVS.

Operarius vsus, Vide OPERA.

Peruius vsus tectorum. Hoc est,transitus. Per quæ media est via, quæ vsui cedit. Virgilius 2. Æneid. Verbum iuris: via, actus, vsus. Seruius.

Quotidianus vsus. Cic.1.de Orat.Omnia enim sunt posita ante oculos,collocata in vsu quotidiano,&c.

Rarissimus vsus. Quintil.lib.1.cap.5.

Temperatus vsus. Horat.2.Carm.ode 2.

¶ Accepit vsus. Quintilianus lib.1.cap.4, Atque etiam in ipsis vocalibus, grammatici est videre , an aliquas pro consonantibus vsus acceperit.

Adhibere vsum, Vide ADHIBEO.

Antecedere vsu rerum. Cic.6. Verr.Incipit is loqui & authoritate & ætate , & vt mihi vsum est , vsu rerum anteecedebat Diodorus Timarchides.

Colligere vsum patiendi. Ouid.1.Amor.eleg.8.

Concedere alicui vsum loquendi. Cic.in Orat.Vsum loquendi populo concessi : scientiam mihi reseruaui.

Confirmatum vsu. Quintilianus libro 3. cap. 2, Hæc confirmata sunt vsu.

Conuertere pecuniam publicam in suos vsus. Papinianus l.1.D. de vsur.& fructib.&c.

Descendit vsus in nostram vsque ætatem. Quintilianus libro 1. cap.11.

Disponere vsum diuitiarum. Quintil.lib.6.cap.2.

Nominis vsum dare. Ouid.2.Metam.

-ô lux immensi publica mundi

Phœbe pater,si das vsum mihi nominis huius,&c. Id est si mihi licet te vocare patrem,si vti possum hoc nomine erga te.

Doceri vsu. Quint.lib.3.cap 8.

Edisscre vsum rei alicuius. Ouid.7.Metam.

Vsu explorare. Cels.in Præfat.lib.1.

Facere vsum alicuius rei. Lucan.lib.2.

Formare vitulos ad vsum agrestem. Virg.3.Georg.

Habere aliquid vsui. Tacit.lib.3.

Vsus indiget horum, Hæc seruiunt vsui pertinent ad vsum. Virg. eclog.2.

Quædam mancipat vsus. Vsus possessionem facit, vt in præscriptione. Horat.2.epist.2.

Molliri vsu. Quint.lib.1.cap.5.

Perdere vsum. Quintil.lib.7.cap.1.

Præbere vsum aliquem. Horat.1.Serm.sat.1.

Præcludere alicui vsum vocis. Ouid.2 Metam.

Promouere membrum à luxatione curatum ad suos vsus. Cels. lib.8.cap.11.ad finem.

Reducere ad antiquos vsus.Cels.lib.cap.10.

In vsu esse. Plin.lib.12.cap.13.

Temperare vsum. Ouid.epist.7.

Vigere vsu. Quintil. lib.7.cap.1.Et artus etiam leniter loco moti perdunt,quo viguerunt,vsum.

Vsus,vel vsu venit,id est accidit. Cic 4. Verr.Quod ego in paucis tamen vsu venisse eo molestè fero. Terent Phorm 2.2,

Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit,vt conflictares malo.

Si vsus veniat tibi,Id est si res ita ferat, si ita opus sit tibi. Catull. ad Victum.

Non venit idem vsu mihi quod tu tibi scribis. Cicero Attico libro 7.144.

Quod in illo mihi sæpe vsu venit , idem modò quum te audirem n accideret. Cic.1.de Nat.deorum.

Accidere,vel euenire,& vsu venire. Cic.pro Quintio, Nam quid homini potest turpius,quid verò miserius , aut acerbius vsu veniret quod tantum euenire dedecus? Idem de Senect. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsu venirent omnia, reliquíque omnibus maioribus natu.

Vsu venit vt.Cic.4 Acad.At non videmus hoc vsu venire,vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse,&c.

¶ Vsus, pro Vtilitate & fructu aliquando accipitur , tam in singulari,quàm in plurali,quòd soleamus aliqua re ideo vti , vt ex ea fructum percipiamus.

Vtilis vsus. Quintil.lib.1.cap.12.

Vsui esse. Plaut.Pseud.4. Cic.ad Att.lib.1.1, Fuit & mihi & Qu. frat.magno vsui in nostris petitionibus.

Vsu est. Plaut.Mil.10,

Nam bene consultum,inconsultum si sit,inimicis vsu esse potest.

Esse sine vsu. Tacit.lib.4.

Ex vsu esse,pro Vtile esse,& iuuare. Terent.Hecy.4.1,

Si ex vsu esset nostro hoc matrimonium?

Ex suo vsu.Tacit.lib.5.

Ex vsu temporis. Tacit.lib.4. Quando tempus exigebat.

¶ Vsus, Opus. Virg.lib.8.Æneid.

Arma aeri faciendo viro : nunc viribus vsus,

Nunc manibus rapidis. Cic.1. Offic. Non eam quidem omni ratione exaggerantes,neque excludentes ab eius vsu suos , potiúsque & amicis impertientes & Reipub,siquando vsus esset.

Non vsus facto est mihi. Terent.Hecyr.3.prope finem.

De cæteris studiis alio loco dicemus si vsus fuerit. Cic.4. Tusc.

Vsus est hominem ad eam rem. Plaut.Pseud.5. Id est opus est homine,&c.

Vsus venit,pro Opus est. Plaut.Cistel.3.Terent.Heaut.3.2,

Non vsus venient,pero. Hoc est,Non opus erit & necesse.

¶ Vsus pro Consuetudine,id est conuersatione.Cic.ad Varronem, lib.9.1,Scito enim me,postea quam in vrbem venerim , red isse cum veteribus amicis , id est cum libris nostris in gratiam : essi non idcirco eorum vsum dimiseram , quòd iis succenserem. Ita de librorum,quasi amicorum,consuetudine & familiaritate loquitur.

Quotidianus vsus: Salust.in Catil.

Vsus domesticus & consuetudo. Cic.pro Rosc. Amer. Verum etiã domesticus vsus & consuetudo.

Medicus vsus.Plin.lib.22.cap.8.

Mutuus vsus. Curtius lib.7.

Summus vsus cum aliquo.Cic.Pero,lib.9.25, Cùm M.Fabio(quod scire te arbitror) mihi summus est vsus.

Vsus mihi magnus cum eo. Cic.ad Volumnium, lib.7.33, Quod sine prænomine familiariter,vt debebas,ad me epistolam misisti,primum addubitaui num à Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus vsus.

Longo vsu cognitus. Ouid.3. Trist eleg 5.

Coniungi vsu, Vide CONIVNGO.

Longo nobis iunctissimus vsu. Ouid.3.Trist.eleg.6.

Insinuare se in quaminaximè familiarem vsum, V. de INSINVO.

Vsus vetus inter ipsos intercedit. Cic.ad Sulpitium, lib 13.24, Inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.

Mihi sic est vsus:Hoc est,sic mos meus est , Ita consueui. Terent. Heaut.1.1,

Mihi sic est vsus,tibi vt opus est facto,face. Cic.5. de Finib.Sed alij dolore mouentur,alij cupiditate, iracundia etiam multi efferuntur, & quum in mala scientes irruunt , tamen se optimè sibi consulere arbitrantur. Itaque dicunt,nec dubitant,mihi sic est vsus , tibi vt opus est facto,face. Velut qui ipsi sibi bellũ indixissent , cruciari dies, noctésque torqueri vellent , nec verò sese ipsi accusarent ob eam causam,quòd se malè iussis rebus consuluisse dicerent.

Est omnino Capitoni in vsu, clares vitos colere. Plin.iunior lib. 1.epist.17.

Vsio,antiquis idẽ quod vsus. Varr. περι ἀρχαιοτητ. Diogenem literas scisse,dum vsioni quod satis esset. Meminit Nonius.

Vsualis , & hoc vsuale, pen.prod. { χρηστὸς } Ab vsu, Quod vsui nostro seruit.Martianus in l.Interdum,De publicanis.Quoriens quis mancipia inuecta professus non fuerit siue venalia,siue vsualia , in pœna commissi est.

Vsuarius,Adiectiuum , Idem. Gell.lib.4.cap.1 , Ex iis autem quæ promercalia de vsuaria in locis iisdem essent,ea sola esse penoris putat quæ sint vsu annuo.

Res vsuaria. Paulus in l.Neratius D.De vsu & habit.

Vsuarius , Qui nudum vsum alicuius rei habet , non etiam fructum, nec proprietatem. Caius.D de vsu & habitat.l.1. Constituitur enim & nudus vsus,id est sine fructu. Ibidem Vlpianus l.per seruum vsuarium. Potest autem apud alium esse vsus , apud alium fructus sine vsu,apud alium proprietas.

Vsusfructus, huius vsusfructus , m.gen. {σύνθετ. ἐκ χρῆσις καὶ καρπὸς} dicitur, quum res aliqua non nostra est,sed periode ex ea fructum atque vtilitatem capimus ac si nostra esset.definitúrque ab Vlpiano l.1. De vsufructu : quòd sit ius alienis rebus vtendi,fruendique, salua rerum substantia. Cic.pro Cecinna, Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat,vt frueretur vnà cum filio.

Amittere vsumfructum. Cic.in Topic. Si paterfamiliâs vxori ancillarum vsum fructum legauit,à filio , neque à secundo herede legauit,mortuo filio mulier vsumfructum non amitter.

Vsufructuarius, Adiectiuum,Cuius est vsusfructus alicuius rei , non etiam proprietas. Vide paulò ante VSVARIVS.

Vsucapio,vsucapis,pen.corr.vsucepi, pen.prod.vsucaptum,vsucapere, Verbum iureconsultorum. Paulus , Qui alienam rem mortis causa traditam vsucepit,non ab eo videtur accepisse cuius res fuisset , sed ab eo qui vsucapionis præstitisset. Cic.ad Att.lib.1.1,De Tadiana re, mecum Tadius locutus est,te ita scripsisse,in hil esse iam quod laboraretur,quoniam hereditas vsucapta esset. Id mirabamur te ignorare , te tutela legitima , in qua dicitur esse puella , nihil vsucapi posse.

Nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possunt. Cic.de Aruspic.responsis.

Vsu etiam capere dicitur citra compositionem. Pomponius in l.Cùm solus.D.De vsucapionibus,Propius est,vt vsu eas capere non posses : quia nec pro herede vsucapi potest , quod ab herede vero possessum est. Neratius,in l Si rem,eodem titulo,Nihilo magis eam in potestatem meam rediisse , vsúque captũ esse existimandum est. Papinianus ibidem in l.Heres eius , Heres eius qui bona fide rem emit,vsu non capiet sciens alienum. Paulus in l. 2. D. Pro emptore, Quum Stichum emissem,Dama mihi per ignorantiam pro eo tradius est,Priscus ait vsu me eum non capturum : quia id quod emptum non sit,pro emptore vsucapi non possit.

Capere vsu,Idem quod Vsucapere. Papinianus in l. Iusto errore. D.De vsucapionibus,Nõ enim ideo minus capietur vsu puer , quòd alienam matrem,&c.Paulo pòst,Cur non capiat vsu, quum bona fides initio possessionis adsit? Paulus in l.2.D. Pro emptore , Non capies vsu,quia iuris error nulli prodest. Paulo pòst,Si eam tem quam pro emptore vsucapiebas,scienti mihi alienam esse vendideris, non capiam vsu.

Capere vtilitatis causa. Idem Paulus in l.2. D. Pro emptore , Si à furioso,quem putem sanæ mentis, emero : constitutum est , capere vtilitatis causa me posse.

Vsu suum facere. Idem Pomponius in l.Non solùm.D De vsucapionibus,Non solùm bonæ fidei emptores , sed & omnes qui possi-

dent ex ea causa quam vsucapio sequi solet, partum ancillæ furtiuæ vsu suum faciunt.

Longo tempore capere. Idem quod Vsucapere. Vlpian. in l. Si aliena. D. De vsucapionibus, Hoc iure vtimur, vt seruitutes per se nunquam longo tempore capi possint, cum ædificiis possint. Marcellus eod. tit. l. Si per errorem de alienis fundis quasi de communibus iudicio communi diuidundo accepto, ex adiudicatione possidere cœperim: longo tempore capere possum. Vlpian. eod. tit. l. Nunquam superficies sine solo capi longo tempore potest. Pomponius eod. tit. l. Non solum, fundum longo tempore capiam. Sic Paulus in l. 2. D. Pro emptore. Et Iulianus eod. tit. l. Qui fundum.

Diutius possidendo capere. Idem Iabolenus in l. Ei à quo. D. De vsucapionibus, Ei à quo fundum pro herede diutius possidendo capturus eram, locaui eum.

Diutina possessione capere. Idem. Paulus in l. Pignori. D. De vsucapionibus, Si mandauero tibi, vt fundum emas, & ex ea causa traditum est tibi: diutina possessione capis. Modestinus in l. Quanuis, eo. tit. Si ex bonis vacantibus nondū tamen nunciatis, emptor prædij ex iisdem bonis extiterit: rectè diutina possessione capiet. Sic Iulianus in l. Qui fundum. D. Pro emptore.

Longa possessione capere. Idem. Pomponius in l. Non solum. D. De vsucapionibus, Lex Iulia & Plautia ea demum vetuit longa possessione capi, quæ vi possessa fuissent. Iabolenus in l. Emptor. D. Pro emptore, Responsum est, nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum. Ibidem, Reliquas partes longa possessione capi posse, non dubito.

Per longum tempus capere. Idem. Scæuola l. Vltima. D. Pro emptore, Intestatæ sororis hereditas obuenit duobus fratribus, quorum alter absens erat, alter præsens. Præsens etiam absentis causam agebat. Ex qua hereditate suo & fratris sui nomine fundum in solidum vendidit, Lucio Titio bona fide ementi. Quæsitum est, quum sciret partem fundi absentis esse, an totum fundum longa possessione ceperit? Respondit, si credidisset mandatu fratris væniisse, per lõgum tempus cepisse.

Vsucapio, vsucapionis, pen prod. fœm. gen. Ab vsu, dicitur acquisitio, siue (vt definit Modestinus in l. 3. D. de vsucapionibus.) adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti, vtputa triginta aut quadraginta annorum, si res immobilis quam possidemus: item trium annorum, si res mobilis sit. Recentiores primam illam, præscriptionem vocant: hanc verò vsucapionem. Cic. 1. de Legibus, In qua quoniam vsucapionē duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. Idem pro Cecinna, Fundus à patre relinqui potest: ac vsucapio fundi, hoc est finis solicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus.

Capio, capiõnis, f. g. Idem quod Vsucapio. Iabolenus in l. Ei à quo. D. De vsucapionibus, Ei à quo fundum pro herede diutius possidendo capturus eram, locaui eum. An nullius momenti eam locationem existimes, quæro? Quòd si nullius momenti existimas: an durare nihilominus capionem eius fundi putes? Paulo pòst appellat longi temporis præscriptionem, Ideóque (ait) longi temporis præscriptio non durabit. Vlpianus l. 1. D Pro dote, Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, vt non antè eius fieri vellet, quàm nuptiæ secutæ sint: vsu quoque capio cessabit.

Longa possessione capio, Idem quod Vsucapio. Iabolenus in l. Emptor. D. Pro emptore, Idem iuris est, si is qui totum fundum emerat, pro indiuiso partem aliquam alienam esse scit. Eam enim duntaxat non capiet, cæterarum partium non impedietur longa possessione capio.

Currit vsucapio. Vlpianus in l. Si aliena. D. De vsucapionibus, Si aliena res bona fide empta sit: quæritur, vt vsucapio currat, vtrum emptionis initium, vt bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis?

Implere vsucapionem. Papinian. in l. Iusto. D. De vsucapionibus.

Impleta vsucapio. Paulus in l. 2. D. Pro herede vel possessore.

In pendenti est vsucapio. Paulus in l. Si is qui. D. De vsucapionibus.

Interpellare vsucapionem. Paulus in l. 2. D. Pro emptore, Non interpellari vsucapionem meam litis contestatione. Pomponius in l. Non solum. D. De vsucapionibus, Interpellabitur vsucapio. Paulo pòst, Non interpellabitur vsucapio debitoris.

Interrumpere vsucapionem. Pomponius in l. Rerum. D. vsucapionibus, Rerum mistura facta an vsucapionem cuiuscunque rei præcedentem interrumpat, quæritur.

Interrumpitur vsucapio. Paulus in l. Si is qui. D. De vsucapionibus. Sic Scæuola in l. Qui pro donato. D. Pro donato.

Procedit vsucapio. Paulus in l. Si is qui. D. De vsucapionibus, Videndum est, an heredi eius procedat vsucapio. Modestinus in l. Quanuis. eod. tit. Quanuis aduersus fiscum vsucapionem procedat, si tamen, &c. Paulus in l. Nunquam, eod. tit. Vacuum tempus, quod ante aditam hereditatem vel post aditam interceſſit, ad vsucapionē heredi procedit.

Vsitor, pen. corr. vsitaris {συνηθιζομαι} Vsitari, Frequentatiuum ab Vror. Gell. lib. 17. cap. 1, Tametsi aliquoties verbo ipsoalio quoque modo vsitati sunt.

Vsitatus, pen. prod. Adiectiuum {συνεσταμένος} significat, Quod in vsu est. Cic. Verr. 5, Cur in re tam veteri, tam vsitata quicquam noui feceris.

Non solùm enim vsitatum, sed & cotidianum est. Brut. Cic. 16. 1.

Vsitata consuetudo, Vulgaris & receepta ac communis. Cic. pro Quintio, Iacet res in cõtrouersiis isto calumniante biennium: vsque dum inueniretur qua ratione res ab vsitata consuetudine receederet.

Verus atque vsitata exceptio. Cic. 1. de Orat.

Genus literarum vsitatum. Cic. Figulo, lib. 4. 13.

Honos vsitatus. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6, Spero autem illum ordinem pro meis ob Remp. susceptis laboribus, me non indignũ ho-

nore, vsitato præsertim, existimaturum.

Vsitatus & peruulgatus honos. Cic. 14. Philipp.

Iudicium vsitatum. Cic. pro Quintio, Cui neque magistratus adhuc æquus inuentus est: neque iudicium redditum est vsitatum.

Mos vsitatus. Cic. 4. Verr. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique in aliquo ingenuè peccasset. Quint. lib. 1. cap. 7, Mos vsitatissimus.

Potiones non vsitatæ. Horat. Epod. 5.

Scelus leue aut vsitatum. Seneca Thebaid. 2.

Tempus vsitatum & quasi legitimum ad aliquid faciendum. Cic. ad Furnium, lib. 10. 25.

Vocabula vsitata. Cic. 3. de Finib. Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi.

Vsitatum est. Cic. 7. Verr. Alius ne condemnaretur, pecuniam dedit: vsitatum est Ibidem, Non est vsitatum, non senatorium.

Vsitatum in multis rebus. Cic. pro Cecinna, At verò hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatum.

Vsitatum malitia. Cic. pro Cecinna, Nam id quidem tametsi improbè fit, in aperta re, tamen malitia est iam vsitatum.

Vsitatum ferè est sic legare. Africanus in l. Si seruus legatus. §. Si ita scriptum erit. D. de legat primo.

Vsitatissimus, pen. corr. Superlatiuum. Vlpianus in l. Illud vsitatissimum est. D. de excusat. tutor.

Vsitatè, pen. prod. Aduerbium {κοινοτρόπως.} Cic. 4. de Finib. Cur igitur quum de re conueniat, non malumus vsitatè loqui? Ibidem, 5.

Vsura, vsuræ, pen. prod. {χρῆσις} Vsus dicitur. Cic. 1. Tusc. Stoici autem vsuram nobis largiuntur tanquam cornicibus, diu mansuros aiunt animos: semper, negant.

Frui vsura. Quint. lib. 6. cap. 3, de ironia, Quáque Cicero vsus est, quum Vatinij morte nũtiata, cuius parum certus dicebatur author, Interim, inquit, vsura fruar.

Vsura gaudij. Cic. ad Ampium, li. 6. 12, Gratulor tibi mi Balbe, veréque gratulor: nec sum tam stultus, vt te vsura falsi gaudij frui velim.

Vsura lucis. Cic. pro Rabirio Posthumo, Et vsuram huius lucis & vestrum conspectum ne eripiatis.

Dare alicui diuturnam lucis vsuram. Cic. 7. Verr. Cur inquam ciuibus romanis quos Piratæ cœperant, secuti statim percussis, ipsis Pyratis lucis vsuram tam diuturnam dediſti? Vide LVX.

Dare alicui vsuram vnius horæ ad viuendum. Cic. 1. in Cat.

Lucis vsuram eripere. Cic. pro Sylla, Lucíne vsuram eripere vis, plenam lacrymarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur?

Vsura temporis. Cicero ad Appium Pulchrum, libro 3. 1, Perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. Idem 3. de Lege agra. A vobis autem quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigi temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo.

Vsura {τόκος, ἀνατοκισμός} Pecunia, quæ in fœnore sorti accedit. Cic. 5. Verr. Vt quum Senatus publicanos vsura fœnæ iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro vsuris auderet auferre? Pomponius l. Vsura, De verb. significe. Vsura pecuniæ quam percipimus, in fructu nõ est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione.

Mos fuit apud veteres, vt Idibus vsuræ soluerentur. Cic. orat. 1. in Catil. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. quod dixit, quia Idibus soluere fœneratoribus vsuras cogerentur.

Vsurarum vsuræ. Martianus l. Placuit. D. de vsuris.

Pensio vsurarum. Paulus in l. Seia. D. De vsuris.

Præstatio vsurarum. Modestinus in l. Tutor. D. De vsuris.

Centesimæ vsuræ, Vide Centesimus, in CENTVM.

Illicitæ vsuræ. Paulus in l. Vsuras illicitas. D. de vsur.

Legitimæ vsuræ. Papinianus l. Pecuniæ fœnebris. D. de vsur.

Leuiores vsuræ. Paulus in l. Seia. D. De vsuris, &c.

Maritimæ vsuræ. Paulus in l. Fœnerator. D. De nautico fœnore.

Menstrua vsura, Vide Menstruus in MENSIS.

Quincunces vsuras præstare, Scæuola in l. Cum quidam. D. De vsur. &c.

Quincunces vsuras spondere. Scæuola l. Creditor oblatam. D. De solut. & liberat.

Semisses vsuræ, & Semisſales Scæuola in l. Qui semisses. D. De vsuras, &c. Qui semisses vsuras promiserat, per multos annos minores præstitit. heres creditoris semisses petit, quum per debitorem non steterit, quo minus minores soluat, &c. Vide SEMISSIS.

Vorax vsura. Lucan. lib. 1.

Accipere vsuram. Quint. lib. 5. cap. 10.

Accipere, & Dare vsuras. Scæuola in l. Cum quidam. D. De vsuris, &c. Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat, sed ipse accipit.

Certare cum vsuris, & fructibus prædiorum. Cicero 2. in Catilinam.

Crescunt vsuræ. Scæuola l. Cum quidam. D. De vsuris, &c. Sic temperanda res est, vt in futurum duntaxat ex die cessationis crescant vsuræ.

Exigere vsuras ab aliquo. Paulus in l. liberalitatis. D. De vsuris, &c.

Exsoluere vsuras. Scæuola in l. Qui semisses. D. De vsuris, &c. Ibidem Paulus in l. Seia.

Inferre vsuras. Paulus in l. Caius Seius. D. De vsuris, &c. Caius Seius, qui rempublicam gerebat, fœnerauit pecuniam publicam sub vsuris solitis. Fuit autem consuetudo, vt intra certa tempora non illatis vsuris, grauiores inſligerentur. Quidam debitores cessauerunt in soluendis vsuris; quidam plus intulerunt.

Insli

Infligere vsuras. Scæuola in l. Cùm quidam. D. De vsuris, &c. Vsuræ non propter lucrum potentium, sed propter moram non soluentium inſliguntur.

Grauiores inſligere vsuras. Paulus in l. Caius Seius. D. De vsuris.

Multiplicare vsuram. Plin lib. 14. cap. 4.

Pendere vsuram, Vide PENDO.

Parere vsuras. Vlpian. in l. Si bene. D. De vsuris. Si bene collocatæ sunt pecuniæ publicæ in sortem, inquietari debitores non debent, & maximè si patient vsuras. Si non parient, prospicere reipublicæ securitati debet præses prouinciæ.

Placitæ inter nos vsuræ. Modestinus in l. Tutor. D. De vsuris. Modus vsurarum. Modestinus in l. Pœnam. D. De vsuris, Pœnam pro vsuris stipulari nemo supra licitum modum vsurarum potest.

Præstare vsuras. Scæuola in l. Cùm quidam. D. De vsuris, &c. Si debitores, qui minores semissibus vsuras præstabant, sitei esse cœperunt: postquam ad sitcum transierunt, semisses cogendi sunt præstare.

Reddere sine vsura. Cic. de Senect. Terra nunquam recusat imperium, nec vuquam sine vsura reddit quod accepit, sed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore.

Reddere per aliquot annos vsuras. Scæuola in l. Cùm quidam. D. De vsuris.

Remittere alicui vsuram. Scæuola in l. Cùm quidam. D. De vsuris.

Soluere vsuras. Paulus in l. Seia. D. De vsuris, &c.

Teneri in maiores vsuras Paulus in l. Seia. D. De vsuris, &c.

Vsurarius, Adiectiuum, Ex quo capitur vsus. Plaut. Amphit. 1, Alemenam vxorem cepit vsurariam. Et Curcul. 8, Vsurarius puer.

Pecunia vsuraria. Vide PECVNIA. Idem Trucul. 3. Vsuraria illico accipiet expensa.

Vsurpo, vsurpas {αἰτήσομαι, ἐπιποιοῦμαι, ἐθίζω, ἐφέλκομαι} vsurpare, In frequenti vsu habere, siue vti, tum verbis tum factis. vt ait Valla lib. 5. Columella libro 1, Nam illud quod in quibusdam prouinciis vsurpatur, vt cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum est ab omnibus, Hoc est fit. Cicero in Oratore, Quod semper vsurpamus in omnibus dictis & factis, mininis & maximis quum hoc decere dicimus, illud non decere.

Vsurpare aliquid & Dicere, pro eodem. Cicec. in Parad. Præclarè enim est hoc vsurpatum à doctissimis, quorum ego authoritate non vterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio.

Vsurpare ac retinere. Cicero 7. Vertina. Id nunc nullo nouo officio suo, tot annis pòst iure imperij nostri quot anais vsurpato, ac semper retento, summa in difficultate nauium à C. Verre prætio affecuti sunt.

Vsurpare, Sæpe nomen aliquod in ore habere, & sæpe nominare. Cicc. pro Milone, Quæ cruentata anteà cæde honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro vsurpatur, posteaquam iatronis & parricidæ sanguine imbuta est. Idem de Vniuersi. Fratres inter se agnatósque vsurpare atque appellare videmus. Budæus.

Apud Platonem vsurpata oratio. Cicero 5. Tusc. Apud Platonem hæc oratio vsurpata est vt nihil præter virtutem diceretur bonum.

Crebris sermonibus vsurpare. Cic. pro Marcello, Soleo sæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris vsurpare sermonibus.

Vsurpare dictum alterius. Cicer. 3. de Fin. Bonum autem quod in hoc sermone toties vsurpatum est, id etiam definitione explicetur. Et ad Brutum, 15. Neque solùm, vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, &c.

Vsurpare memoriam alicuius, Hoc est mentionem facere. Cic. de Amicit. Quis est qui C. Fabricij, M. Curij cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam non vsurpet, quod nunquam videritl?

Vsurpare nomen ciuitatis, Id est dicere se ciuem & agere. Cicer. 7. Verr. Sed cùm imploraret sæpius vsurparétque nomen ciuitatis, crux, crux inquam, infœlici & æruminoso qui nunquam istam potestatem viderat cùm parabatur. Budæus.

Vsurpare nomen virtutis. Cicer. in Parad. Nomen tantum virtutis vsurpas: quid ipsa valeat, ignoras.

Nomen falsum beneficij vsurpare. Senec. de Benefi. lib. 1. cap. 5.

¶Vsurpant aures meæ sonitum. Translatio. Plaut. Casin. 16.

Vsurpare oculis, pro Cernere: quemadmodum Vsurpare sermone dicimus pro Commemorare, & referre. Lucret. lib. 1,

-nec frigora quimus

Vsurpare oculis. &c.

Ratione vsurpatum. Quint. lib. 7. cap. 2.

Sensibus vsurpare rem aliquam, Imaginari animo rem aliquam. Lucr. lib. 4.

Et quicunque dies multos ex ordine ludis.
Assiduas dederint operas plerunque videmus,
Quom iam desiterint, ea sensibus vsurpare.

¶Vsurpare barathrum. Plaut Bacchid. 2.

Officium aliquod vsurpare, Vide OFFICIVM.

Otium vsurpare. Tacit. lib. 14

¶Vsurpare ius, pro eo quod vulgò dicunt *Capere possessionem* Liu. Non tamen vltra processum est, quàm vnus ex plebe vsurpandi iuris causa P. Licinius Trib. militum crearetur. Idem 7. bel. Pun. Nec patrum, nec auorum memoria Dialem quenquam id ius vsurpauisse. Id est, eo iure vsum esse vt possessione. Budæus.

Pœnam aliquam vsurpare in improbos. Cicero 4. in Catil. Atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciues in hac Rep. esse vsurpatum reeordatur.

Vsurpata & comprobata multis officiis cognatio. Cicero 7. Verr. Quid verò illa Segestanorum non solùm literis tradita, neque com memorata verbis, sed multis officiis illorum vsurpata & comprobata cognatio?

Vsurpare regionem pedibus. Plaut. Trinum. 13,

-aduenio ex Seleucia,
Macedonia atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus
Vnquam vsurpaui. Hoc est, quas nunquam adij, nec ingressus sum.

Vsurpare, Vsucapionem interrumpere. Gell. lib. 3. cap. 2. Qu, quoque Mutium. Iurisconsultum dicere solitum legi non esse vsurpatam mulierem, quæ quum Calend. Ianuariis apud virum causa matrimonij esse cœpisset, ante diem III. Calend. Ianuarias sequentes vsurpatum isset. Non posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex XII. Tab. deberet, quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Calendis.

Vsurpare aliquid ex alterius bonis. Cic. 7. Verr. Non vt aliquid ex huius bonis vsurparet, sed vt quibus oculis cruentas eeruices filij sui viderat, iisdem te condemnatum videret.

Vsurpatio, Verbale, Frequens vsus Cic. de Claris Oratoribus, Qui hoc tempore ipso quum liceat, in hoc communi nostro & quasi fatali malo consoletur se, cùm conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ.

Mentio & vsurpatio ciuitatis. Cic 7. Verr. Apud te prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuit?

Vsurpatio vetustatis. Cic. pro Lege agraria, Sunt igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis per triginta lictores auspiciorum causa adumbratis, constituti.

Vsurpatione vocis abstinere. Liu. 7 bel. Pun.

Superba vsurpatio nominum. Plin. libro 33 capite 2. Et diuisus hic quoque o. do erat superba vsurpatione nominũ, quum alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret.

¶Vsurpatio, apud Iurisconsultos, est vsucapionis interruptio. Oratores autem frequentem vsum vocant. Hæc Paulus de vsurpationibus seu vsucapionibus, l. 2.

Vtensile vtensilis, penul. corr. neut. gen. Quod est ad vsus nostros necessarium. Colum. lib. 12. in præfat. Vtensilia ex quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem libro 8. capite 4. vocat vtensilia quæ apes in aluearia conferunt. Varro 1. de Re rustica capite 2, Contrà quod in Italia vtensile modò non nascitur, sed etiam non egregium fit? Liuius 6. belli Punici, Quæque vnà secum dediderunt, agrum vrbémque diuina, humanáque, vtensiliáque, siue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Callistratus in l. 2. D. de nundinis. Si quis ipsos cultores agrorum vel pecuarores deferre vtensilia in ciuitatē iusserit, vt ea ipsi distrahant: destituetur annonæ præbitio, quum auocentur ab opere rustico. Quare confestim, vbi deuterint mercem, tradere eam, & ad opera sua reuerti debent. Vtensilia, inquit Budæus, hîc edulia, annonámque intelliguntur.

Vtilis, & hoc vtile. penul. corr. {χρήσιμος, χρώδης, ὠφέλιμος, συντελὴς, σύμφορος, ἀνυσιμος, καρπὸν ἔχων} Quo vti mur, quod nobis confert. Terent. And. 5. 1,

Quibus id maximè vtile est, illum esse quàm detertimum.

Vtilis ad Plautus Epid. 5,

Quem hominem inuenimus ad eam rem vtilem?

Neutro pede satis vtilis, Cuius neque vnus pes, neque alter satis suum officium facit. Plin, lib. 7. cap. 28.

Bis vtilis arbos pomis. Virg. 2. Georg. Id est, biferæ sunt arbores. Seruius.

Cibus vtilis ægro. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.

Res vtiles & salutares. Cicc. 1. de Nat. deor. Perseus eos dicit, esse habitos Deos, à quibus magna vtilitas ad vitæ cultum esset inuenta, ipsaſque res vtiles & salutares Deorum esse vocabulis nuncupatas.

Ventis vtilibus intra vrbem, Secuadis. Quid. 13. Metam.

Magnificè vtile, Vide MAGNVS.

Maximè vtilè, Vide MAGIS.

Modicè vtilè, Vide MODVS.

Miscere vtile dulci. Horat. de Arte,

Nunquam est vtile peccare, quia semper est turpe. Cic. 3. Offic.

Sic enim facillimè, quod tibi vtilissimum erit, consilij capies. Dolabella Cic. lib. 9. 9.

Vtilissimus, penult. corr. Superlatiuum. Vlpianus in l. Iudicem. D. Communi diuid.

Vtibilis, & hoc vtibile, penul. corr. {χρηστὸς} Idem. Plaut. Menæch. 21,

-ij solent heris

Esse vtibiles. Terent. Phorm. 4. 4,

Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem?

Vtibile illi. Plaut. Merc. 2 4.

Vtibile ad rem aliquam. Plaut. Mil. 10.

Vtilitas, penult. corr. vtilitatis, fœm. gen. {ὠφέλεια, συντέλεια, λυσιτέλεια, ὄφελος} Notæ significationis. pro Commodo. Terent. Eunucho, 2. 3,

In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam.

Natura consultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium. Cic. 2. de Nat. deor.

Vtilitas mater iusti & æqui. Horat. 1. Serm. saty 3.

Vtilitas & opportunitas. Cicero 1. de Natura deorum, Ne hic quidem vos mouet considerantes quæ sit vtilitas, quæ que opportunitas in homine membrorum, vt iudicetis membris humanis deos non egere.

Vtilitas ex. Ci. 1. de Finib. Vt etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipsos amentur.

Communis vtilitas. Quint. lib. 3 cap. 7.

Non mediocris vtilitas. Quint. lib. 1. cap. 8.

Multæ vtilitates & magnæ, Vide MVLTVS.

Publicæ vtilitates. Tacit. lib. 1.

¶Aberrare à communi vtilitate, Vide ABERRO.

Non abhorret ab vtilitate auditorum hæc mea oratio. Cic. pro Sestio, Et vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audiunt, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sestij abhorrebit oratio mea.

Adducere ad vtilitatem, Vide ADDVCO.
Afferre vtilitatem, Vide AFERO.
Capere vtilitates, Vide CAPIO.
Duci vtilitate. Quintil lib.3.cap.18.
Finitus sola vtilitate. Quintil.lib.3.cap 8.
Fugit hæc vtilitas neminem. Quintil.lib.2. cap.5.
Habere vtilitatem dicitur res aliqua. Cic. pro Murena, Omnes enim artes quæ nobis Pop. Roman. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere.
Omittere suas vtilitates, cui opponitur Seruire suis vtilitatibus. Cic.3.Offic. Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ sunt aliisque tradendæ quum his ipsis egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est.
Parere vtilitatibus alicuius. Cic.pro Deiotaro, Téque Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. Id est commodis inseruire. Budæus.
Æquor vtilitatem præbet sitientibus nautis. Lucret.lib.6.
Conuellere iustitiam vtilitate aliqua, Vide CONVELLO.
Fructum vtilitatis præbere. Cic.ad Atticum, lib 7.125, Quem quidem ego, etsi mirabiles vtilitates mihi præbet, quum valer, in omni genere vel negotiorũ vel studiorum meorum: tamen propter humanitatem & modestiam, maio saluum, quàm propter vsum meum.
Quærere vtilitatem in re aliqua. Cic.1.de Orat. Iraque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quędã oblectatio, quàm diligẽter & quàm propè fastidiosè iudicamus?
Seruire vtilitati alicuius. Cicero ad Qu.fratrem, lib.1.1. Est autem non modò eius qui sociis & ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit, commodis vtilitatique seruire.
Vtilitates, in plurali, pro Vsu. Cice.ad Tironem, lib.16.5.
Vtilitatibus tuis possum carere.

Vtiliter penult.corr. Aduerbium {χυησῶς} Commodè. Cic.4. Acad. Arque illi quidem etiam à natura vtiliter dicebant permotiones istas animis nostris datas.
Facere aliquid vtiliter. Ouid 13 Metam.
Seruire vtiliter. Horat.1.epist.17.
Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi. Ouid.epist.1.

Vtpote, penultima correpta, Aduerbium confirmantis, id est, quoniam, quandoquidem, nempe. Cic.ad Attic.lib. 2.39, Ea nos, vtpote qui nihil contemnere solemus, non perrimescebamus. Eidem, lib. 5.95, Me & incommoda valetudo, qua iam emerseram, vtpote cum sine febri laborassem. &c.

Vtputa.penul.corr. Vide PVTO, putas.

Vtricularius. Vtriculus, Vide VTER, vtris.

Vtrinque. Vtro, Vtrobi, Vtrobique, Vtroque, Vtrubi, Vtrum. Vide VTER adiectiuum.

Vtut, Vide VT.

V V

Vua {σταφυλὴ} Fructus vitis. Dicta ab vuido. Colum.lib.3.cap.6, Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius singulæ vuæ in singulis sarmentis conspiciuntur.
Vua mirabili magnitudine. Cice. 1.de Diuin. Quumque in quatuor partes vineam diuisisset, tréfque partes aues abdixissent: quarta parte quę erat reliqua, in regione distributa, mirabili magnitudine vuam, vt scriptum videmus, inuenit.
Terra ferax vuis. Ouid.2. Amor.eleg.16.
Commentor vuæ Bacchus. Ouid.3.Fast.
Acerba vua. Cic.de Senect.
Agyargathos vua, quæ sine interioribus vinaceis arte nascitur.
Bumastos vua. Vide BVMASTOS.
¶Cibaria vua. Plin.lib.14.cap.3.
Coloratæ vuæ. Vide COLOR.
Cultæ vuæ. Ouid.3.de Arte,
Dactilides vuæ, Vide DACTYLVS.
Duracina vua, Vide DVRACINI.
Esearia vua. Plin.lib.14.cap.3.
Flaua vua. Stat.5.Thebaid.
Generosæ vuæ fertilis vinea. Ouid.2. de Remed.amor.
Genialis consitor vuæ. Ouid.4.Metam.
Grauidæ vuæ. Claud.2.Paneg.
Heluilæ vuæ, Vide HELVOLVS.
Immitis vua, Immatura. Horat.2.Carm.ode 5.
Lageos vua. Virg.2.Georg.
Lanata vua, Vide LANATVS.
Madentes vuæ. Claud.5.Paneg.
Maturæ vuæ. Virg.2.Georg.
Miscellana vua, vel Miscella, Vide Miscellus in MISCEO.
Mitis vua, Matura. Virg.1.Georg.
Nigerrimæ vuæ. Catull.ad Coloniam, 17.
Nitentibus vuis speciosa vlmus. Ouid.14.Metam.
Ollaris vua, Vide Ollaris, in OLLA.
Passa vua. Plin.lib.23.
Vua pensilis. Plautus,
Siquidem tu es meum futurus pro vua passa pensilis. Vuæ sæpenumero suspenduntur vt passæ fiant: etsi alia ratio earum faciendarum est. vnde illud Varronis, Pensilia, vuæ, sorba, ipsa ostendunt quando ad vsum oporteat promi.
Peracerba gustatu vua. Cic.de Senect.
Præcoquæ vuæ, Vide PRAECOQVVS.
Pubescens vua. Plin.lib.17,cap.22.
Purpureæ vuæ. Ouid.13.Metam.
Racemiferæ vuæ. Ouid.3 Metam.
Semiuieta vua. Colum.lib.10.cap.13.
Serotina vua, Vide SEROTINVS.
Auro similes vuæ. Ouid.13.Metam.
Taminia vua. Vide TAMINIA.

Variane vuæ. Colum.lib.3.cap.2.
Venucula, vel Venuncula vua, Vide VENVCVLVS.
¶Augescunt vuæ, Vide Augesco in AVGEO.
Calcare vuas, Vide CALCO.
Decerpere vuam, Vide DECERPO.
Delecare vuam à vite. Colum.lib.12.cap.43.
Ducit colorem vua. Virg.eclog.9.
Pendentes vuæ plenis vitibus. Ouid.1.Amor.eleg.10.
Teneras mora percoquit vuas. Ouid 1 de Remed.amor.
Vlmus labens proterit vuas. Stat.8 Thebaid.
Rubens vua inultis pendet sentibus. Virg.eclog.4.
Variari incipit vua. Columel.lib de arborib.cap.12.
Varians se vua. Plin.lib.17.cap.22.
Varia fieri incipit vua. Plin.lib.17.cap.22.
Veniunt illic vuæ fœliciter. Virgilius 1.Georg. Id est, melius proueniunt.
Vestitæ frondibus vuæ. Propert.lib.3 eleg.12.
¶Vua, etiam aliarum rerum. Plin libro 12. capite 13. Amomi vua in vsu est.
¶Vua, pro Vite aliquando ponitur. Virg.2.Georgicon,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos. Seruius.
¶Vua dicitur in apibus, quando examen congregatum ad similitudinem botri dependet. Colum.lib 9.cap. 9. Quum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito an totum examen in speciem vnius vuæ dependeat. Virg 4 Georg.
-& lentis vuam demittere ramis. Seruius, Vuam demittere, in morem vuæ, id est, botrionis defluere.
¶Vua {σταφυλὴ} appellatur in homine, quæ inter tonsillas vltimo palato dependet, sub qua est minor lingua, quæ dicitur epiglottis: ita dicta quòd aliquando ad similitudinem vuæ intumescat, cum vehementi inflammatione ac dolore. Plin.lib.11.cap.37. Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, hominitantum est. Sub ea minor lingua epiglossis appellatur. Vide Celsum lib.8.cap 4.

Vuifer, penult. corr. Adiect. {σταφυλοφόρος} Vuas producens: vt Glebæ vuiferæ. Silius lib 7.
Massicus vuifer. Stat.4 Sylu 3.

Vuidus, penult.corr. Adiect. {ὑγρὸς} Humidum significat. Virgilius eclog.10,
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas, Vbi Seruius, Vuidus, pinguis. Et Humidum est quod extrinsecus habet aliquid humoris: Vuidum verò quod intrinsecus: vnde & vuæ dictæ sunt, quod tamen plerunque confundunt poetæ. Colum.lib.3 cap.2. Nisi præpingui & vuida terra ſIdem.lib. 7. cap 3. Vbi cæli status vuidus ventosusque est.
Bacchus vuidus. Horat.2.Carm.ode 19.
Gemma vuida in tenero palmite. Ouid.3.Fast.
Vuida vestis, Humore madens. Plaut.Rud.6.

Vuesco, vuefcis, vuescere, Vuidum fieri, Vide SERESCO.

Vuor, vuoris, Vius est Varro libro 4. de lingua Latina vbi ait. Vux ab vuore.

VVLCANVS, penult. prod. {Ἥφαιστος} Deus antiquis putatus est, quo significatur ignis, quòd canus per aera volet. Volat enim flamma, & candida est. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ hunc fuisse deum, & Iouis ex Iunone filium, qui faber Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Hinc Vulcaniæ insulæ appellatæ sunt.
Vulcani (inquit Cicer. 3. de Nat.deor.) fuere complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, vt Ægyptij appellant, quem custodem esse Ægypti volunt. Tertius è tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur.
Ardens Vulcanus. Horat.1.Carm ode 4.
Auidus Vulcanus. Horat.3.Carm.ode 4.
Luteus Vulcanus. Iuuenal. Saty.6.
¶Vulcanus, pro ipso igne aliquando ponitur, quemadmodum Pallas pro lieteris. Plaut. Amphit.4,
Quò ambulas tu qui Vulcanum in cornu conclusum geris?
Spargere Vulcanum tectis. Virg.7.Æneid.
Furit immissis Vulcanus habenis. Virg.5.Æneid.
Superante Vulcano, ruinam dedit domus. Virg.2.Æneid.

Vulcanius, Adiectiuum {Ἡφαίστειος} Virg.10.Æneidos,
Corripuit subitò medius, extenditur vnà
Horrida per latos acies Vulcania campos. Vide ACIES.
Ardor Vulcanius. Valer.4. Argon.
Arma Vulcania, à Vulcano fabricata. Virg.8.Æneid. Cic.2. Tusc.
Pungit dolor, vel fodiat sanè: si nudus es, da iugulum: sin tectus Vulcanis armis, id est fortitudine, resiste.
Pestis Vulcania, incendium. Silius lib.7.

Vulcanalia, Vulcanaliorum pluralis numeri, neutri generis {Ἡφαίστεια} Festa Vulcano dedicata. Colum.lib.11.cap.3. Cæterum Augusto circa Vulcanalia, tertia fatio est.

Vulga, Capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucil.lib.2,
In vulgam penetrare pilosam. Varr. Sexages. Eo vt viaticum ex arcula adderem in vulgam. Nonius. Vide BVLGA.

Vulgus, vulgi, masg.& hoc Vulgus, vulgi, neutri {ὄχλος, τὸ πλῆθος, οἱ πολλοί} Significat multitudinem ignobiliorem. Cic.pro Milone. Quũ hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, &c. Horatius 2 Serm.saty.3, -huic ego vulgum
Errori similem cunctum insanire docebo.
Cõmendatio in vulgus. Cic.5. Tusc. Vide ne plus cõmendatio in vulg', & hæc quę experitur gloria, molestię habeat, quã voluptatis.

Fames

Fames in vulgus inopia quæstus, & penuria alimentorum. Tacitus libro 17.
Gratus in vulgus. Tacit.lib.1.
Retinere nomen in vulgus. Cicero 2. de Diuinatione, Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiam nunc retinet fortium nomen, atque id in vulgus.
Consilium vulgi. Cicero pro Plancio, Non est est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, &c.
Imperitorum vulgus. Cicero 3. de Oratore. Illud autem nequis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo noter.
Vulgus seruorum. Tereur. And.3.4.
Nihil est incertius vulgo. Cic.pro Murena,
¶Fœmineum vulgus, Vulgus fœminarum. Lucan.lib.7.
Humile vulgus. Plin.in Præfat.
Ignobile vulgus. Virg.1.Æneid.
Quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit. Plin.lib. 8.cap.15.
Incertum vulgus scinditur in contraria studia. Virg.2.Æneid.
Indoctum vulgus. Ouid.5.Metam.
Iners vulgus. Claud.1.de raptu Proserp.
Infidum vulgus. Horat.1.Carm.ode 35.
Inutile vulgus. Iuuen. Saty.15.
Leue vulgus. Ouid.12.Metam.
Miserabile vulgus. Virg.2.Æneid.
Mobile. Stat.2.Sylu.2.
Mutabile. Valer.1.Argon.
Profanum vulgus. Horat.3.Carm.ode 1.
Rude vulgus & expers artis. Ouid.2.Fast.
Segne vulgus. Lucan.lib.3.
¶Acceptum in vulgus, Vide ACCIPIO.
Attonitum pauet vulgus. Ouid.14.Metam.
Spolia in vulgus eedebant. Tacit.lib.19.
Celebrata in vulgus Celsi laus. Tacit.lib.17.
Digitis vulgi designari. Ouid.3.Amor.eleg.5.
Hoc exire atque in vulgus emanare non poterit. Cicero pro Roscio Amerino.
Indicare aliquid in vulgus. Cic.de Vniuers.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Claudianus 7.Panegy.
Probari in vulgus, Vide PROBO.
Spargere voces in vulgum. Virg.2.Æneid.
Malignum spernere vulgus. Horat.2.Carm.ode 18.
In vulgus aduerso rumore fuit. Tacit.lib.18.
Tribuere in vulgus. Cic.Seruilio Sulpit.libro 13. 71. Quia non est obscura tua in me beneuolentia, sic fit vt multi per me tibi commendari velint.
Vox venit ad aures vulgi. Virg 2.Æneid.
¶Vulgus esse. Salust.in Catil. Cæteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus suimus, sine grátia, sine autóritate.
¶Vulgus, de ouibus dixit Virg.lib.3.Georgicon,
Continuò ferro culpam compelce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Vulgò {πανδημεί} Aduerbialiter positum, significat Passim, Cæterum, vt ait Seruius. Virg.eclog.4,
-Assyrium vulgò nascetur amomum.
Vulgò, Passim. Liu.1.bel Maced. Aduersus quæ tela, quósque viros pugnandum esset, pauidi vulgò cernebant.
Vulgò & passim. Cic. pro Murena, Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare? minimè: sed vulgò, passim. quid est vulgò? Vniuersos.
Vulgò dicitur, vel dici solet. Terent. Andr.2,5. Plin.epist.168.
Vulgò audieram. Cic.5. Verr. Non mehercule qui lóquor credere m Iudices, tametsi vulgò audieram.
Vox vulgò exaudita per lucos. Virg.1. Georg.
Saturnum vulgò maximè ad Occidentem coluit. Cicc. 3. de Natura deorum,
Vulgò loquuntur. Cic 7. Verr. Cùm vulgò loquerentur supposítum in eius locum quem pro illo probare velles.
Vulgò appellare aliquem superbum. Liu.1.ab Vrbe,
Vulgò homines illud requirunt. Liu.1.ab Vrbe,
Vulgò hominum opinio socium me ascribit tuis laudibus. Cicè.
Dolabellæ in Epistolis ad Articum, lib.14.315.
Vulgò occidi, publicè, Passim. Cicero pro Rosc. Amer. Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur.
Vulgò occupare regnum. Cæsar 2.belli Gall.
Vulgò ostendere. Cic.6.Verr. Neque ponere, neque vulgò ostendere ac proferre voluerunt.
Vulgò quæsitus, pro Spurio. Vlpianus l. ad Tertull. Sed & vulgò quæsiti admittuntur ad matris legitimam successionem. Et l.2. Sive iustè sint procreati, sive vulgò quæsiti. Bud.
Vulgò quæsiti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt, quidem, sed eum habent quem habere non licet: qui & spurij appellantur παρὰ τὴν σποράν. Hæc Modestinus l 13. D.de stat.homin.
¶Vulgaria, pro vulgaris. Antiquum. Turpil. Thrasyleone,
Non est medioris res, neque vulgaria fallacia hæc. Afranius Priuignis,
Dehinc temeritatem repudio vulgariam. Nonius.

Vulgaris, & hoc vulgare, penultima producta. Quod est vulgi, hoc est vile ac commune. Cicero de Inuentione. Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an vulgaria. Horat.2. Serm.saty.11.
Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.
Vulgare, Tritum & consuetum. Quintilian. in Proœmio libri 1, Simul ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem.
Vulgare & obsoletum, cui Nouum & inauditum opponitur. Cic. pro Quintio, Vulgaria & obsoleta sunt, res autem noua & inaudita
Vite & vulgare Cic.pro Roscio Amerino, Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint.
Vulgare est, Tritum. Plin.lib.8 cap.2.
Vulgares artes, Quæ vulgò *mechanicæ* dicuntur. Cicero pro Roscio Amerino, Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios.
Commendatio non vulgaris, Hoc est, non leuis, non modica. Cicero ad Cæsarem, libro 13. 16. Genere nouo tum literarum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem.
Consuetudo vulgaris. Cic.1.de Orat.
Declamatio vulgaris & peruagata. Cic.pro Plancio,
Fabula vulgaris. Ouid.4.Metam.
Vulgaris forma, Quæ vulgò videri solet. Plin.lib.10.cap.42.
Generatio vulgaris. Plin.lib.7.cap.14.
Minimè vulgare genus dicendi. Cic.de Claris Oratorib.
Hæc à vulgari intelligentia remotiora sunt. Cic.2.de Inuent.
Notitia vulgaris. Plin.lib.20.cap 5.
Opinio vulgaris. Cic.1.de Orat.
Vulgaris & Excellens orator, contraria Cic.in Orat.
Prudentia communis & vulgaris. Cic.2.de Orato.
Puellæ vulgares, Quæ prostant. Ouid.4.Fast.
Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata. Cicero 1.de Orat.
Sermo vulgaris. Cicero 1.Acad. Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis: vulgari sermone disputant.
Via vulgaris. Quint.in Proœm.lib.1.

Vulgaritas, penul.corr. vulgaritatis Arnobius libro 3. aduersigent. Palem, sed non fœminam illam quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis.

Vulgariter, penultima correpta, Aduerbium {πανδήμως} Idem quod vulgò. Plinius libro 28. capite 14, Vicubi quoque ius vulgariter datum, inter auxilia cæliacorum & disenthericorum tradunt.
Vulgariter & ambitiosè. Cic.Seruilio. lib.13.70, Hæc ad te eo pluribus scripsi, vt intelligeres me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine intimo, ac mihi penecessario scribere.

Vulgo, vulgas {φαμίζω, διαφημίζω} vulgare, In vulgus emittere, & quasi multis audientibus ac non taciturnis dicere, commune omnibus facere. Virgilius 10. Æneidos,
-quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Vulgare aliquid per. Liu.8.bel.Pun. Non quod ego vulgari facinus per omnes velim.
In maius aliquid vulgare. Tacit.lib.3.
Famam vulgare. Liu.7.bel.Pun.
Laudem vulgare. Liu.1.ab Vrbe.
Librum vulgare. Quint.in Proœm.lib.1.
Morbos vulgare, Morborum in vulgus & passim causam adferre. Liu.3.ab Vrbe.
Rem non vulgabat P. Virginius. Liu.2.ab Vrbe,
Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas. Liu.3.ab Vrbe,
Voce vulgari. Cicero pro Flacco, Nónne hoc vestra voce legatum est?
¶Vulgare corpus suum dicitur meretrix. Plautus Amphit.
Cui, me absente corpus vulgauit suum. Liu.1. ab Vrbe, Sunt qui Laurentiam vulgato corpore, lupam inter pastores vocatam putent.
Vulgare concubitus plebis & Patrum, pro Permiscere connubia plebeiorum & Senatorum. Liuius libro 4. ab Vrbe, Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis patrúmque? vt qui natus sit, ignoret cuius sanguinis, quorum sacrorum sit: dimidius Patrum sit, dimidius plebis.
Vulgari cum priuatis dicitur Magistratus. quum ad eius humilitatem se demittit. Liu.lib.3. ab Vrbe, Nimium in ordinem seipsum cogere, & vulgari cum priuatis, non tam properantis abire Magistratu, quàm iam ad continuandum Magistratum quærentis esse.

Vulgatus, penultima producta {διαφημισθείς} Participium, siue nomen ex participio.
Bella vulgata per orbem fama. Virg.1.Æneid.
Cibus vulgatus, Quo quotidie & passim vtuntur. Plinius libro 13. capite 22.
Fama vulgatior. Liu.3.ab Vrbe,
Vulgata verba. Plaut.Epid.8.
Nauis vulgata. Cicero de Artisp. respons. Quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quàm istius ætas fuit?
Sensus vulgatissimi. Quint.lib 2.cap.4.

Vulgaturus, penult prod. Participium {φαμίσων} vt
Litera vulgatura nefas. Claud 2. Panegy.
Vulgator, pen.prod. Verbale {φαμιστὴς} vt Taciti vulgator. Ouid. 3.Amor eleg.6.

Vulgivagus, penul.corr. Adiectiuum {ὀχληπλάνης} pro Plebeio. Lucret. libro 4,
Vulgiuagáque vagus venere. Id est, sectatus popularem veneremi non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem lib.5, ...
Volgiuago vitam tractabam more ferarum.

Vulnus, vulneris, penultima correpta, neutrius generis, {τραῦμα ὄγκος} Est hians parésque apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Per translationem autem accipitur & pro angore animi & damno. Liu.2 bel.Pun Non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus Consulibus Consulares exercitus amissi annuntiabatur.
Claudi vulnere pars corporis. Virg.5 Æneid.
Color vulneris si liuidus, aut pallidus, aut varius, aut niger est, scire licet malum vulnus esse. Celsus lib.5 cap.26. De ratione victus & notis vulnerum.

Glutinatio vulneris. Celsus libro 5. capite 26. De glutinatione vulnerum.
Vulnerum impetus. Plin. lib. 20. cap. 21.
Vulnerum recentium impetus leuire. Plin. lib. 22. cap. 22.
Inflammatio vulneris. Celsus lib 5. cap. 26. De curatione aduersus vulnerum inflammationem.
Inualidus vulnere. Tacit. lib. 1.
Onustus vulneribus. Tacit. lib. 2.
Orae vulneris. Celsus libro 5. capite 26. De glutinatione vulnerum.
Oras vulneris leuiter diducere manibus. Celsus libro 7. cap. 19.
Saucius vulneribus. Ouid. 12. Metam.
Tardus vulnere. Virg. 2. Æneid.
Acerbum vulnus. Vide ACERBVS.
Altum vulnus. Celsus lib. 5. cap. 29. de curatione Gangrenæ.
Calidum vulnus. Ouid. 5. Metam.
Cruda vulnera. Iuuenal. Saty. 2.
Cruenta vulnera. Cels. lib. 5. cap. 19. in initio.
Fatale vulnus. Valer. 6. Argon.
Hebile vulnus. Stat. 2. Sylu. 1.
Grande vulnus. Celsus lib. 5. capite 26, De ratione victus & notis vulnerum.
Grauia vulnera. Celsus libro 5. capite 29. De Leucis emplastris.
Immania vulnera. Stat. 5. Thebaid.
Immitia vulnera. Ouid. de Nuce.
Ingenti vulneri ingens quoque vulnus adiicere. Celsus libro 7. capite 5.
Inhonesto vulnere truncae nares. Virg. 6. Æneid.
Larum vulnus. Celsus libro 5. capite 26. De glutinatione vulnerum.
Laxum vulnus. Celsus lib. 7 cap. 5.
Lethale vulnus. Virg. 11. Æneid.
Lethiferum vulnus. Silius lib. 16.
Leue vulnus. Ouid. 3. Metam.
Magnum. Celsi libro 5. capite 26.
Malum vulnus. Celsus libro 5. capite 26.
Mortiferum vulnus, Vide MORS.
Nigra vulnera. Ouid 1 Metam.
Peius est vulnus quod etiam collisum, quàm quod tantùm diuisum est. Celsus lib. 5 cap. 26.
Periculosa vulnera. Celsus lib. 5. cap. 26. Quæ vulnera difficilem curationem habeant.
Purum vulnus. Celsus libro 5. capite 26. De curationibus propriè articulorum, Balneum quoque dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est. Nam id & humidum & sordidum reddit, ex quibus ad cancrum transitus esse consueuit.
Recentia vulnera. Plin. lib. 20. cap. 9. Cels. lib. 5. cap. 26. Pastilli ad recentia vulnera glutinanda apti.
Sanabile vulnus. Iuuenal Saty. 15.
Senilia vulnera. Cels. lib. 5. cap. 19.
Subiecta oculis vulnera. Cels. lib 5 cap. 26.
Tenue vulnus. Celsus lib. 5. cap. 26 De curatione gangrænæ.
Tolerabilius vulnus. Celsus lib. 5. cap. 26.
Tristia vulnera. Ouid. 3. Metam.
Trunca vulnera deiectis membris. Ouid 3. Metam.
Tutissimum omnium vulnus quod in carne est: & hæc quidem loco vel peiora, vel meliora sunt. Celsus lib. 5 cap. 26.
Vehemens vulnus. Celsus lib. 5. cap. 27. in principio.
Vetusta vulnera. Ouid. 4. Trist. eleg 1.
Alto nefandum ferrum vulnere abdidit. Senec. Troad. 1.
Abluere vulnera lymphis. Virg. 4. Æneid.
Accenditur vulnus, si parum bibitur. Celsus lib. 7. cap. 27.
Accipere vulnera, Vide ACCIPIO.
Accipere vulnera tergo. Virg. 3. Æneid.
Exiguum stimulando vulnus acerbat. Claud. 1. in Ruff.
Venenum vulneri adfusum. Tacit. lib. 1.
Medicas adhibere manus ad vulnera. Virg. 3. Georg.
Adigere vulnus, Vide ADIGO.
Adactum vulnus altè Virg. 10. Æneid.
Adurere vulnus. Cel. lib. 5 cap. 27. De curatione aduersus rabiosi canis morsum.
Aggrauantur vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium canisve dente læsi. Plin. lib. 28. cap. 3.
Agere humorem in vulnus. Celsus lib. 7. cap 27.
Ali vulnus non potest. Celsus lib. 7. cap. 27.
Alleuantia fomenta malum vulnus. Horat. Epod. 17.
Alligare vulnus, Vide ALLIGO.
Ambesum corpus multo vulnere. Senec. Hippol. 12.
Ampliare vulnus. Celsus lib. 7. cap 5. *Agrandir.*
Aperire vulnus. Celsus libro 5. cap 29. De ratione victus & notis vulnerum. Idem lib. 7. cap. 5.
Sicca rigens astrixit vulnera sanguis. Lucan. 4.
Astringit & cohibet vulnera Polium, prohibétque serpere. Plin. lib. 21. cap. 20.
Cadere per mutua vulnera. Ouid. 3. Metam.
Recenti vulnere ancisa membra. Lucret. lib 3.
Circumactus in vulnus, Vide CIRCVMAGO.
Claudicare ex vulnere accepto ob aliquem. Cic. 2. de Orat.
Colligat vulnera bitumen cum farina hordeacea. Plin. lib. 35. capite 15.
Concidere mutuis vulneribus, Vide MVTVVM.
Vulneribus confectus. Liu. 4 bel. Pun. Tandem vulneribus confectæ virgines, quum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt.
Confodere aliquem vulneribus, Vide CONFODIO.
Conglutinantur vulnera decocto graminis. Plin. lib. 24. cap. 19.

Vulnera conglutinat holosteon. Plin. lib. 27. cap. 10.
Consumptus vulneribus. Silius lib. 10.
Contubare prima vulnera nouis plagis. Lucret. lib. 4.
Duro crepitant sub vulnere malæ. Virg. 5. Æneid.
Curare vulnus Quintil. lib. 4. cap. 2.
Deligare vulnus. Quintil lib. 4. cap. 2.
Descendit vulnus magno hiatu. Stat. 12. Thebaid.
Detergere vulnus. Celsus lib. 5. cap. 26. De ratione victus & notis vulnerum.
Dirigere vulnera. Virg. 10. Æneid
Diuellere vulnus. Cæs. 5. de bell. Ciuil.
Cæcum vulnus dare cuspide. Virg 10. Æneid.
Certa vulnera dare. Ouid 1. Metam.
Dare inania vulnera. Ouid. 3. Metam.
Durare ad vulnera. Virg 3. Georg.
Edere vulnera & conferre dextras. Stat. 1. Sylu. 6.
Elusa vulnera. Ouid. 12. Metam.
Emendantur vulnera capitis lacte muliebri. Plin. lib. 28. cap. 7.
Enicta vulneribus ornus. Virg. 2. Æneid.
Examinari graui vulnere. Cic. 2. de Finib.
Excipere vulnera Vide ex CIPIO.
Crudeli vulnere vitam exhalans. Virg 2. Æneid.
Exsugere vulnus. Celsus lib. 5. cap. 27. titulo 3, Homo adhibendus est, qui vulnus exsugat.
Explet vulnera creta Bretria. Plin. lib. 35. cap. 6.
Miserando vulnere extinctus. Stat. 5. Thebaid.
Facere vulnera. Quint lib 5. cap. 13.
Vulnus in vulnere facit. Ouid. 12. Metam.
Facere vulnera alicui in tergo. Ouid. 3. Metam.
Rastrorum vulnera ferre. Ouid. 4. Metam.
Feruens vulnus Ouid. 4. Metam.
Iterata vulnera figere. Stat. 1. Sylu. 2.
Fiunt vulnera morsu serpentis. Celsus lib. 5. cap. 27. in principio.
Fouere vulnus aqua calida. Celsus lib 7. cap. 26. tit. 5.
Glutinantur vulnera candido oui. Plin. lib. 29. cap. 3.
Grauc vulnus habere. Ouid. 4. Metam.
Hiat vulnus abruptis venis. Stat. 2 Sylu. 1.
Ictus mortifero vulnere Alexander. Liu. Decad. 1. lib. 9.
Illinunt vulneribus Polium. Plinius lib. 21. cap. 20.
Illinitur ad vulnus Teucria. Plin. lib. 26. cap. 8.
Inflammător vulnera superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Plin. lib. 35 cap. 6.
Immolare aliquem vulnere. Virg. 12. Æneid.
Impingere vulnus, Vide IMPINGO.
Implere vulnus. Celsus libro 5. cap. 26. Quomodo vulnus implendum sit.
Imponere stercus caprinum super vulnus. Celsus libro 5. cap. 27. tit 5. & tit 8.
Imponitur vulneribus amurca in linteolis. Plin. lib. 23. cap. 3.
Imponuntur vulneribus folia litij Plin. lib. 21. cap. 19.
Imprimere vulnus, Vide IMPRIMO.
Incidere circa vulnus scalpello. Celsus lib. 5. cap. 27. titulo 3. Et libro 7. cap. 16.
Inducere cicatricem vulneribus. Celsus lib. 5. cap. 19. in principio. & cap. 26. ad finem.
Inferre vulnera alicui, Vide INFERO.
Vulnera quæ per tela inferuntur. Celsus libro 5. capite 27. in principio.
Vulnera & nimius calor, & nimium frigus infestant. Celsus libro 5. capite 26.
Infligere vulnus, Vide INFLIGO.
Infligere alicui vulnus. Cic. 2. Philipp.
Infossa cerebro vulnera. Stat. 8 Thebaid.
Infundere vulneri acetum. Celsus lib. 5 cap. 26. in curatione aduersus profusionem sanguinis, &c.
Intumescit vulnus. Celsus lib. 5. cap. 26 De ratione victus & notis vulnerum.
Ingestis vulneribus concidit. Tacit. lib. 19. pro Instictis.
Inlequi aliquem infesto vulnere. Virg. 12. Æneid.
Integrare vulnera, Renouare dolorem. Stat. 5, Thebaid.
Inuere vulnus. Cic. pro Sestio.
Lædunt vulnere dracones. Ouid. 4. Metam.
Paruo cor vulnere læsum. Ouid. 12. Metam.
Lenire vulnera. Silius lib. 17.
Mederi vulneribus, Vide MEDEOR.
Minitans vulnera curuata cuspide. Ouid. 2. Metam.
Crebris vulneribus miscent prælia. Virg. 3. Georg.
Geminato vulnere misit eum ad vmbras Tartareas. Ouidius 12. Metam.
Mouere aliquem in vulnera alicuius, Id est instigare vt vulnus instigat alicui. Claud. 2. in Eutropium,
-& Persas in regia vulnera mouit
Mulcere vulnera. Silius lib. 13.
Repertum vulnus nouat stipite. Ouid. 12. Metam.
Obligare vulnus, Vide OBLIGO.
Occidi vulnere. Quintil. lib. 6. cap. 1. Occisus est, vtrùm ferro, an igne, an veneno, vno vulnere an pluribus.
Minimo vulnere occidit. Ouid. 6. Metam.
Patet vulnus. Celsus lib. 7. cap. 16.
Patens vulnus in pectore. Virg. 11. Æneid.
Mille vulnera patiens. Ouid 12. Metam.
Alterna vulnera passi. Lucan. lib. 5.
Marcia vulnera passi pugnando. Virg. 7. Æneid.
Penetrauit vulnus. Celsus lib. 5 cap. 26.
Perire vulnere. Horat. 1. Carm. ode 27. 7.
Petere mortem per vulnera. Virg 4. Georg.

Medici-

Medicinam vulnera poscunt. Silius lib. 11.
Pulsus pudendis vulneribus. Virg. 11. Æneid.
Immedicabile vulnus ense recidendum est. Ouid. 1. Metam.
Refricare vulnus, Vide REFRICO.
Repertum vulnus. Quint. in Procem. lib. 6.
Resoluere vulnera. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Cæca vulnera resoluere. Stat. 5. Sylu. 5.
Sanare vulnera Quint. lib. 5 cap. 13.
Sanare vulnus iniuriæ. Cic. ad Catonem lib. 15. 43, Huic meæ voluntati, in qua ineft aliqua vis desyderij ad sanandum vulnus iniuriæ, vt faueas, fautórque sis. Hoc est, iniurìam vindicare.
Sanare vulnus Reip. Vide Sano in SANVS.
Largo fœtatur vulnere conus. Claud. 1. in Ruffinum.
Nouatum vulnus scinditur. Ouid. 2. de Remed. amor.
Odoro vulnere scinditur pinus. Stat. 6. Theb.
Sedare vulnera. Stat. 2. Sylu. 1.
Vasta volnera ferebant. Lucret. lib. 5.
Siccare vulnera. Ouid. 10. Metam.
Infixum strictet sub pectore vulnus. Virg. 4 Æneid.
Vulnus quod in summa parte est. Celsus lib. 5. cap. 26.
Tardarus vulnere. Ouid. 13. Metam.
Tristi turbatus vulnere mentis. Virg 12. Æneid.
Valet mel in eo vulnere quod Cerasites fecit. Celsus libro 5. cap. 27. tit 8.
Ingenti vulnere victus. Virg. 10. Æneid.
Sæuo vulnere vlcisci aliquem. Seneca Herc. furen. 12.
Verre vulnus, & Vitum vulnus. Celsus lib. 5. cap. 27, De curatione aduersus rabiosi canis morsum. & ibidem, Vulnus quod expertum ignem non est.
Orbitatis vulnus. Quintil in Procem. lib. 6.
Amoris vulnus. Lucret. lib. 1. Virg. 4. Æneidos,
At regina graui iandudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Id est, amoris dolorem ac molestiam fouet intra venas.
Mutua vulnera, Mutuus amor. Ouid. 14. Metam.
Inconsolabile vulnus mente gerit tacita, Dolorem maximum. Ouid 15. Metam.
Vruntur galbano ad vulnera. Plin. lib. 24. cap. 4.
Vulnusculum, pen. cor. Diminutium, Vlpian. in l. j. de ædilit. edi.
Vulnusculum modicum.
Æternum seruans sub pectore vulnus. Virgilius primo Æneid. De præterito, dolorem dixit: de futuro, metum. Ad vtrunque Vulnus.
Cæco vulnere tabescere. Lucret. lib. 4.
Tacitum viuit sub pectore vulnus. Virg. 4. Æn.
Vulnera tabularum recentia, pro Lituis. Cic. 4. Verr. Repentè aspicimus lituras eiusmodi, quasi quædam vulnera tabularum recentia.

Vulnero, vulneras, penultima correpta {ὐτιάω, ὐτιάζω, πτοέω} vulnerare, Vulnus infligere. Cæsar 1. bel. Ciuil. Vulnerantur amplius sexcenti.
Serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Cic. 3. Verr.
Ense sæuo vulnerat caput. Ouid. in Ibin.
Corpora vulnerare ferro. Cic. post. red in Senatu, Sanctissimum corpus non solùm tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectúmque vidistis.
Viribus ferri vulnerari. Cic. pro Sestio, Sin ad nudum vel fortissimum viri corpus accesserit, possit acie ipsa & ferri viribus vulnerari.
Fortunæ continuo ictu vulneror. Ouid. 2. de Ponto eleg. 7.
Bono proprio vulnerari. Ouid. epist. 20.
Vulnerare aliquem voce, lædere, & offendere verbis. Cicero 1. in Catilinam, Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.
Grauior nuntius aures vulnerat. Virg 8. Æneid.
Vulneratus humerum. Plin. lib. 7. cap 28.
Vulneratus mortiferè, Vide Mortiferè in MORS.

Vulneratio, vulnerationis, Verbale {τρῶσις, ὐτωσις} Cicero in Pisonem, Maior hæc est vitæ, famæ, salutis fuę vulneratio. Idem pro Cecinna, Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis.

Vulneratius, vulnerarij, Qui vulnera sanat & curat. Plin. lib. 29. cap 1, Ob id publicè vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum, miréque gratum aduentum eius initio.

Vulneratius, Adiect. {τραυματικός} Quod ad vulnus pertinet. Plin. lib. 23. cad. 4, Vulneratius emplastris vtile.

Vulnificus, pen. corr. {τραυματοποιὸς} Aliud adiectiuum, Quod vulnus infert. Virg. 8. Æneidos,
Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit.
Dentes vulnifici. Senec. Hippol. 3.
Ensis vulnificus. Stat. 4. Theb.
Plumbum vulnificum. Valer. 1. Argon.
Sus vulnificus. Ouid. 8. Metam.

Vulpes, vulpis, & volpes fœminini generis {ἀλώπηξ} Animal maximè astutum: cuius naturam vide apud Plinium. Pers. Satyr. 5,
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem.
Cauta vulpes. Horat. 1. epist 1.
Fœta vulpes. Horat. 3. Carm. ode 27.
Quàm facilè vulpes pyrum comest. Prouerbium apud Plaut. Mostell. De re factu proclivi: quòd nihil negotij sit vulpi dentatissimæ pyrum edere. Ex Erasmo.
Animi sub vulpe latentes. Horat. in Arte. Hoc est, sub dolo & imposturis adulantium. Actor.

Vulpecula, vulpeculæ, penultima correpta, {ἀλωπεκίδιον} Diminutiuum Horatius 1. epist. 7,
Forte per Augustam tenuis vulpecula rimam, &c. Cic. 1. de Natu. deor. Nec vnquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculásque sæpe vidisses.

Vulpinus, penultima producta {ἀλωπεκίνεος} Adiectiuum, Quod ad vulpem pertinet. Suetonius, Vbi leonis pellis defecit, vulpina insuenda est. Plin. lib. 28. cap. 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant.
¶Vulpinus {ἀλωπῆξ} Accius. Plautus,
Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vulpinor, penult. prod. vulpinaris {ἀλωπεκίζω} vulpinari, Mendaciis ad fraudibus vera peruertere, siue effugere. Tractum ab istorto vulpium cursu. Varro Mysteriis,
Vulpinare modo, & concursa, qualibet erras. Ex Nonio.

VVLSINII {ὐολσίνιοι} Tusciæ oppidum opulentissimum, totum fulmine concremarum. Plinius libro 2. cap. 52. Huius meminit & Strabo lib. 5.
Vulsinienses inde dicti sunt {ὐολσίνιοι}
Vulsiensis, Adiect. {ὐολσινιανός} vt Vulsiensis Lacus. Columel. libro 8. cap. 16.

Vulsura, vulsuræ, pen. prod Vulsus, Vide VELLO, vellis.

Vultur, vulturis, penultima correpta. masc. ul. gen. & Vulturis, huius vulturis, & Vulturius, vulturij {γὺψ, γυπὸς} Auis rapax, carnivora. A volatu tardo dicta, quòd propter magnitudinem corporis tardè volet. Plaut. Trucul.
Iam quasi vulturij triduo prius prædinabãt, quo die esurituri siẽt.
Ennius,
Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Vide Plinium lib. 10. cap. 6.
Dirus vultur. Valer 4. Argon.
Edax vultur. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Immanis vultur obunco rostro. Virg. 6. Æneid.
Obscœnus vultur exanima consumit corpora. Silius lib. 13.
Vulturius homo {γύπιος ἀλλοτρίως} per translationem, pro Rapace. Cicero in Pisonem, Appellatus est hic vulturius, illius prouinciæ (si diis placet) imperator.

Vulturinus, penul. prod. Adiect. {γυπῖνος} Quod est vulturis. Plin. lib 30. cap 4, Vulturinus sanguis. Sic. lib. 29. ca. 6, Vulturinum fel. Et lib. 10. cap. 3, Vulturina species.

Vulturius, Latus vnum talorum dicebatur: aliqui enim interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habebant, vt vulturum aut regulorum. De vulture in talo Plautus,
Iacit vulturios quatuor. Ex Turnebo.

VVLTVR, {ὐολτὼρ} Mons Appuliæ, in quo se dicit fuisse educatum Horat. 3. Carm. ode 4,
Me fabulosæ Vulture in Appulo.

VVLTVRNVS, {ἔυρωνότος} Ventus ab Oriente hyberno spirans, inquit Gellius. Eum plerique Græci misto nomine, quòd inter Notum & Eurum sit, {ἀφρόνοτον} appellant. Hi sunt igitur tres venti Orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus est. Hactenus Gell. lib. 2. cap. 22. Colum. lib. 2, Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant.
Celer Vulturnus. Lucan. lib. 2.
¶Est & Vulturnus, seu Vulturnum, Campaniæ oppidum, cum fluuio eiusdem nominis, vt scribit Plinius lib 3. cap 5. Pomponius Mela lib. 2, Vulturnus, amnis: Vulturnum oppidum. Silius lib. 8,
-fluctúsque sonorum
Vulturnum. Nunc vulgò dicitur *Viturno*. Testis Oliuarius in Melam.
Trahens multam arenam sub gurgite Vulturnus. Ouid. 15. Meta. Liu. 4. ab Vrbe, Vulturnum Hetruscorum vrbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam.

Vultus, huius vultus, vultui, masculini generis {πρόσωπον, προσωπεῖον, προσώπιον, προσωπὶς} Dicitur indicatio ipsa in homine, quæ pro motu animi in facie ostenditur ac colligitur. Interdum etiam significat ipsius corporis faciem. Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Pisonẽ, Vultus denique totus, qui sermo quidem tacitus mentis est. Martial. lib. 1,
Dum nulla teneri fordent lanugine vultus.
Vultus & Facies hoc distant. Vultus est voluntas, quę pro motu animi in facie ostenditur. Facies, ipsa oris species. Sallustius in Catilinam,
Prorsus in facie, vultúque vecordia inerat. Vide plura apud Nonium,
Vultus qui sensus animi plerunque indicant. Cic. 2. de Orat.
Vultus plurimum potest. Cic in Orat. Vultus qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venusta rem? in quo cùm efficeris nequid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio.
Imago animi vultus est, indices oculi. Cic. 3. de Orat.
Quidam vultu motúque corporis vastì atque agrestes. Cicero 1. de Oratore.
Mutabilis vultu. Horat. 2. epist. 2.
Simulachra vultus. Tacit. in vita Agricolæ.
Violentia vultus. Ouid 1. Metam.
Salis placidi vultus. Virg. 5. Æneid.
¶Acer vultus in hostem. Horat. 1. Carm. ode 2.
Agrestes vultus. Ouid. 6. Metam.
Ambiguus vultus, Quem nescias puerine sit, an puellæ. Horat. 2. Carm. ode 5.
Benignus vultus, Vide BENIGNVS.
Bonus vultus Ouid 8 Metam. in Philemonis fabula,
-super omnia vultus
Accessere boni. Id est hilares.

Compti vultus. Claud. 2. in Eutropium.
Confuſi vultus. Lucan. lib. 3.
Coniux ſæpe ſui confuſis vultibus vnda
Credidit ora viri Romanorum amplexa cadauer.
Conſceleratus vultus, Vide CONSCELERO.
Coruſcus vultus. Claud. 4. Paneg.
Decorus vultus. Claud. 2. Paneg.
Dilecti vultus. Stat. 11. Thebaid.
Diſtortus vultus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Durus vultus, Triſtis, ſeuerus. Ouid. epiſt. 15.
Parce precor faſſo, nec duro cætera vultu Perlege.
Erectior vultus. Quint. lib. 11. cap. vlt.
Exanimes vultus. Lucan. lib. 2. Rictum lupi intelligit.
Ferini vultus. Ouid. 7 Metam.
Ferox vultus. Senec. Hippol. 10.
Formoſi vultus. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.
Grauis. Iuuen. ſaty. 9.
Hilaris. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5.
Igneus vultus, Senec. Here. fur. 11.
Importunus vultus. Cic. poſt reditum in Senatu, Si modo vultum importunum in forum detuliſſet.
Infeſtus vultus. Lucan. lib. 5.
Ingenui vultus puer. Iuuen. Sat. 11.
Inimicus, Vide INIMICVS.
Iratus. Claud. 7. Paneg.
Iuueniles vultus. Ouid. 3 Faſt.
Iunior vultus. Plin. lib. 20. cap. 17.
Læti vultus. Ouid. 10. Metam.
Loquax vultus. Ouid. 1 Amor. eleg. 4.
Lubricus vultus aſpici. Horat. 1. Carm. ode 19.
Vric me Glyceræ nitor,
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici. Hoc eſt, qui quum aſpicitur lubricos in amorem ſui facit iuuenes. Porphyr.
Lucidi vultus Luoæ. Seneca Hipp. 4.
Lugubres vultus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7.
Minaci vultu grauis. Valer. 5. Argon.
Modeſtus. Iuuen. Saty. 10.
Mœrens. Ouid. epiſt. 11.
Mœſtus. Senec. Thyeſt. 6.
Nitidus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 3.
Omniferi vultus Telluris. Ouid. 2. Metam.
Præclarus vultus. Lucret. lib. 4.
Proiectus & degener vultus. Tacit. lib. 19.
Purpureus vultus Lunæ Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Ridiculus vultus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Rigidus & trux vultus. Ouid. epiſt. 4.
Serenus vultus, Non perturbatus. Horatius primo Carminum, ode 37.
Vultus ſeuerus & triſtis. Cic. 2. de Orat.
Supinus. Quint. lib. 1. cap. 11.
Terribilis. Ouid. 1. Metam.
Sydereus. Seneca Oedip. 5.
Toruus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Toruo vultu ferus. Horat. 1. epiſt. 20.
Trepidi vultus. Ouid. ad Liuiam.
Triſtis vultus. Ouid. epiſt. 16.
Trux vultus. Tacit. lib. 4. Et Cæſar truci vultu defenſionem accipiens.
Tumidi & truces vultus. Seneca Octauia 4.
Virginei vultus. Virg. 3. Æneid.
Virgineus vultus in ore puerili. Ouid. 10. Metam.
Virilis vultus. Horat. 3. Carm. ode 5.
Vitalis vultus. Lucret. lib. 3.
¶ Abdere vultus ſuos tenebris. Ouid. 2. de Remed. amor.
Addere vultum verbis. Ouid. 5. Faſt.
Adhibere aliquò vultum, Vide ADHIBEO.
Aduerrere vultus ſuos ſacris. Ouid. 8. Metam.
Affulſit vultus tuus populo. Horat. 4. Carm. ode 5.
Appellare vultu, Vide APPELLO.
Ruga ſenilis arat iam meos vultus. Ouid. 1. de Ponto eleg 6.
Alterno vultu & hunc & illum aſpectans. Ouid. 5. Metam.
Aſpice vultus meos. Ouid. 2. Metam.
Aſpicere aliquem molli vultu. Ouid. 10. Metam.
Auertere vultus ab aliquo Ouid. 14. Metam.
Feros componere vultus. Ouid. 3. Metam.
Compoſitus vultus. Tacit. lib. 1.
Condere vultus. Ouid. 2. Metam.
Confundere vultum alicuius. Ouid. 14. Met.
Coniectare aliquid vultu. Tacit. lib. 1.
Conſentit vultus cum oratione, Vide CONSENTIO.
Obſcœnus vultus exanima conſumit corpora. Silius lib. 13.
Conuertere vultus ſuos in aliquem. Ouidius quarto Triſtium elegia 3.
Silenti vultu defixus. Valer. 7. Argon.
Mœſto defixus lumina vultu. Virg. 6. Æneid.
Deformat vultum macies. Virg. 4. Georg.
Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt. Virg. 3. Æneid.
Deiectus vultus. Virg. 6. Æneid.
Deiectus in humum vultus, Vultus humum aſpiciens. Ouidius 6. Metamorph.
Demiſſa vultum Dido. Virg. 1. Æneid.
Depoſuit vultum ſuum in gremio. Ouid. 2. Faſt.
Detinere vultus alicuius. Ouid. epiſt. 13.
Diſcere vultum alicuius. Virg. 6. Æn.

Diſſimulare vultum. Stat. 9. Thebaid.
Ducere vultus, Vide DVCO.
Modeſto vultu ire. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.
Amato vultu non exatiatur, Id eſt, vultum illius ſemper aſpicit. Stat. 8. Theb.
Excidit illi vultus. Ouid. 2. Metam.
Pacato vultu excipere aliquid. Ouid. 1. Faſt.
Expreſſi vultus per ahenea ſigna. Horat. 2. epiſt. 1.
Taciti vultus fecere conuitia. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.
Ferre vultu. Tacit. 20.
Figere vultus in aliquo. Virg. 12. Æneid.
Fingere vultum. Ouid. 4. Metam.
Fictus & ſimulatus vultus. Cic. pro Cluctio, Recordamini faciem atque illos eius fictos ſimulatoſque vultus.
Flagrantes dei vultus. Virg. 1. Æneid.
Flectere vultum ad aliquem. Ouid. 10. Metam.
Serenos vultus fœdate. Virg. 2. Æneid.
Fœdati vultus. Ouid. 5. Metam.
Prono fuſus ſuper oſcula vultu. Stat. 3. Sylu. 3.
Deiectos gerit vultus pudore. Seneca Troade 12.
Incertos vultus gerere. Seneca Agamem. 7.
Habet pacem vultus, Id eſt, præ ſe fert animum pacatum. Ouid. 6. Metamorph.
Infixi pectore hærent vultus. Virg. 4. Æneid.
Humectare vultum largo flumine. Virg. 2. Æneid.
Immutare vultum, Vide IMMVTO.
Inducre vultus ſeueros, Vide INDVO.
Niueos infecit purpura vultus. Claud. 1. de Raptu Proſerp.
Durus vultus malis lactymare neſcit. Seneca Here. fur. 13.
Lauare vultum profuſis lacrymis. Ouid. 9. Metam.
Madentes ſudore vultus. Silius lib. 12.
Mutare vultum, Vide MVTO.
Notare vultus. Tacit. lib. 19.
Obducti vultus ægro luctu. Ouid. 2. Metam.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat vultus.
Intrepidos vultus pertulit ad fata nouiſſima. Ouidius 13. Metamorphoſ.
Prætendere vultum. Quint. in Procem. lib. 1.
Toto vultu in terram procumbere. Ouid. 14. Metam.
Promittere aliquid vultu. Quint. lib. 4. cap. 1.
Amico vultu promittere aliquid. Ouid. 3. Metam.
Referre vultum alicuius. Ouid. 13. Metam.
Alto vultu reiicere dona alicuius. Horat. 4. Carm. ode 9.
Renidens falſum vultu. Tacit. lib. 4.
Renidenti cohibens ſuſpitia vultu. Valer. 4. Argon.
Placidò vultu reſpice mea munera. Ouid. 2. Faſt.
Ficto ridere vultu. Stat. 1. Achil.
Inuito vultu ridere. Horat. 3. Carm. ode 11.
Rigabat vultum atque ora lacrymis. Virg. 9. Æneid.
Supplice vultu rogare aliquid. Claud. 1. Paneg.
Benignum vultum ſeruat fortuna. Horat. 1. epiſt. 11.
Soluto vultu galeas intrare. Stat. 5. Theb.
Vultum riſu ſoluere. Valerius Maximus libro 4. cap. 3. de Marco Curio.
Sparſi vultus ſanguine. Ouid. 13. Metam.
Iniquo vultu ſpectare aliquem. Ouid. 1. de Arte.
Boni vultus eſſe. Ouid. 5. Metam.
-quum tu curaque leuata,
Et vultus melioris eris.
Caſtos vultus tegere. Ouid. 4. Metam.
Conſilium vultu tegit. Virg. 4. Æn.
Tendens ad ſydera vultus. Ouid. 1. Metam.
Immotos vultus tenere. Ouid. 14. Metam.
Rectos renere vultus in aliquem. Stat. 10. Theb.
Tenuare vultum macie. Propert. lib. 4. eleg 3.
Terrere aliquem vultu. Horat. 2. Serm. ſaty. 7.
Pauido vultu territa. Seneca Here. Oetæo 5.
Trahere vultum & rugas cogere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Demiſſos velare vultus. Lucan. lib. 2.
Vertit vir formoſus mulieres in ſuos vultus. Ouid. 14. Metamor. in Pici Fabul.
¶ Vulta, neutro genere protulit. Lucret. lib. 4,
- ſed quos vtriuſque figuræ
Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum.
¶ Vultus, à volendo dicitur, ſicut à colo cultus, teſte Valla lib. 4. cap. 13. Hinc antiquis voltus ſcribebatur.

Vulticulus, vulticuli, pennultima correpta, Diminutiuum, quo vſus eſt Cicero ad Atticum libro 14. 318, Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? Id eſt, vultus macie attenuatus.

Vultuoſus, penultima producta, Adiectiuum {πρωσωπώδης} Quintilianus libro 11. capite vltimo. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Cicero in Oratore, In quo quum effeceris nequid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio. Ineptum, hoc eſt, alienum à re, à perſona, à cauſa, à loco, à tempore, à modo: ſunt enim hæc diligenter oratori conſideranda. Vultuoſum, hoc eſt, vultu ipſo nimis affectatum. vt ſi quis in triſtitia plus quàm deceat vultum contrahat: quod quidam efficere ſolent, vt triſtiores videantur: aut in lætitia frontem nimis exporrigat. In ſumma vultuoſum dicitur, quicquid eſt nimium & præter decorum in vultu.
Vultuoſum, triſtem explicat Nonius. Cic. in Orat. In quo cùm effeceris, ne quid ineptum ſit, aut vultuoſum.

Vulua, vuluæ {μήτρα} dicitur in animalibus quod vterus in mulieribus. Plin. lib. 11. cap. 37, Fœminis eadem omnia, præterquàm veſicæ iunctus

iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam.
Articuli vuluarum. Plin. lib. 20. cap. 23.
Callum vuluarum emollit fel capræ. Plin. lib. 20. cap. 19.
Contractio vuluæ. Plin. lib. 24. cap. vltimo.
Conuerſione vuluarum ſuffocatas excitat odore ſinapi. Plin. lib. 20 cap. 22.
Cruciatus vuluæ. Plin. lib. 24. cap. vltimo.
Doloribus vuluarum imponitur lac muliebre. Plinius libro 28. cap. 7.
Dolores vuluarum tollit Melitites lapis. Plin. lib 36. cap. 19.
Dolores vuluæ ſedat Chamæſyce. Plin. lib. 24. cap. 15.
Duritias & conuerſiones vuluæ emendat pix. Plinius libro 24. capite 72.
Duritiem vuluarum emollit ſeuum aſininum. Plinius libro 28. capite 19.
Exanimationes vuluarum. Plin. lib. 32. cap. 3.
Exulcerationes vuluarum ſanat ſeuum aſininum. Plinius libro 28. cap. 19.
Exulcerationibus vuluarum prodeſt medulla vituli. Plinius libro 28 cap. 19.
Fluxionem vuluæ ſiſtit decoctum Palmæ. Plin. lib. 23. cap. 5.
Inflammationes vuluæ. Celſus lib. 5. cap. 21. Plin. lib. 26. cap. 15.
Inflationi vuluæ, ſimum aprinum cum oleo illini prodeſt. Plinius lib. 28. cap. 19.
Morbo vuluæ ſtrangulatas aiunt reſpirare capillorũ muliebrium odore ſi crementur. Plin. lib. 28 cap. 7.
Onera vuluæ extrahit reſina Plin. lib. 24. cap 6.
Os vuluæ. Ceiſus lib 6 cap. vltimo, Si anus vel os vuluæ procidit.
Procidentia vuluæ. Plin. lib. 23. cap. 1. & cap 9.
Sinus vuluæ gemini in muliere. Plin. lib. 11. cap 37.
Strangulationes vuluæ Cuminum potum in vino aperit. Plinius lib. 20. cap. 15.
Strangulationes vuluæ ſedat Aniſum. Plin. lib 20. cap. 17.
Strangulationibus vuluæ ſuccurrit Crethmos. Plinius libro 26. capite 15.
Strangulationes vuluarum diſcutit Bitumen olfactum. Plin. lib. 35. cap. 15.
Strangulationes vuluæ recreat Gagates. Plin. lib. 36. cap. 19.
Strangulatus vuluæ. Plin. lib. 20. cap. 18.
Strangulatus vuluæ Peucedanum vſtum recreat nidore. Plinius lib. 26. cap. 15.
Strangulatus vuluarum diſcutit Crocum. Plin. lib. 21. cap. 20.
Strangulatum à vuluis emendat Agaricum. Plin. lib 26. cap. 15.
Tormenta vuluæ. Plin. lib. 20. cap. 4.
Vitia vuluæ emendat Ampelos agria. Plin. lib. 27. cap 7.
Adiuuat vuluam pulmo leporis aridus potus. Plinius libro 28. capite 19.
Vuluas contractas aperit Porri ſuccus. Plin. lib. 20 cap. 6.
Concitatæ vuluæ apponitur ſuccus foliorum Cypri. Plin. lib. 23. capite 4.
Contineri vuluas adaligato Samio lapide tradunt. Plinius lib. 36. cap. 21.
Conuerſas vuluas corrigit Ruta illita in melle toto ventre & pectore. Plin. lib. 20 cap. 13 Ibidem. cap. 14.
Diluitur in vino Circea, bibitúrque ad dolorem vuluæ & vitia. Plin. lib. 27. cap. 8.
Emollire vuluas. Plin. lib. 21. cap 19. Idem lib. 24. cap. 8.
Expurgare vuluas. Plin. lib. 22. cap. 23.
Exulceratæ vuluæ medetur oleum myrteum. Plin. lib 23. cap. 4.
Induratam vuluam aperit fel bubulum. Plin. lib. 28. cap 19.
Inflammatis contractiſque vuluis admouentur ſtrigmenta athletarum. Plin. lib 28. cap. 4.
Iuuantur vuluæ lacte equino collutæ. Plin. lib. 28. cap. 19.
Vulua laborans duritie. Plin. lib. 24. cap. 6.
Laborantes vulua ſuffiri felle Crocodilli ſalutare tradunt. Plinius lib. 28. cap 8.
Mollire vuluam Celſus lib. 5. cap. 21. Plin. lib. 20. cap. 21.
Præcluſa vulua. Plin. lib 24. cap. 6.
Procidentes vuluas inhibet Ariſtolochia Plin. lib. 26. cap. 15.
Procidentes vuluæ reprimuntur ſuffitu fimi è mare boue. Plinius lib 28. cap. 19.
Procidentes vuluas reſilire cogit Vrtica. Plin 22. cap. 13.
Procidentes vuluas ſiſtere. Plin. lib. 24. cap. 4. Et cap. 12. ad finem.
Prodeſt vuluis oleum Cycinum. Plin. lib. 23. cap 4.
Strangulante vulua ſubuenit Cedridis odor. Plin. lib. 24. cap. 5.
Suffire vuluas pilo ceruino. Plin. lib. 28. cap. 19. 1. & 9.
Verſa vulua, ſpiritum ſi meluſit, funebris eſt. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vuluam ex porca in delciis habuere aliquando Romani. Plinius lib. 21. cap. 37, Vulua electo partu melior quàm edito: Electitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima. contrà efferis. A partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macia.
Ampla vulua nil puichrius. Horat. 1. epiſt. 16.

V X

VXAMA, Oppidum Hiſpaniæ citerioris, vt ſcribit Plin. lib. 3 cap. 3.
VXELLA, {ὐξέλλα} Inſulæ Britanniæ vrbs, vt ſcribit Ptolem lib. 2. ca. 3. Vulgò *Krelchornuel*.
VXOR, vxoris, pen. prod. ſ. g. {γυνή, γαμετή, σύγαμος, ἄκοιτις, ἄλοχος, παράκοιτις} Quæ viro tradita eſt. Terent. Adelph. 4. 7,
Vxor ſine dote veniet? Cic. Marcello lib. 15, Quare gratum mihi feceris ſi vxori tuæ Iuniæ grauiſſimæ atque optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus.
¶ Vuxor, quaſi vnxor dicitur, inquit Seruius in librum 4. Æneid. Virgilij.
Mos fuerat vt nubentes puellæ, ſimul quum veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent. Et inde vxores dictæ ſunt, quaſi vnxores. Plinius quoque ſcribit lib. 18. cap 9, Nouas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, nequid mali medicamenti inferretur.
Duæ formæ vxoris. Cic. in Topicis, Genus eſt vxoris: eius duæ formæ, vna matrum familiàs, earum, quæ in manu conuenerunt: altera, earum quæ tantummodo vxores habentur.
Beata vxor creandis pueris. Horat. 1. epiſt. 2.
Capaciſſima vxor ſecreti, Vide CAPAX.
Deuiæ vxores olentis mariti, Capræ. Horat. 1. Carm. ode 17.
Fœta vxor. Iuuenal. Saty. 14.
Formoſa vxor. Iuuen. Saty. 13.
Incommoda vxor & importuna, Vide INCOMMODVM.
¶ Iuſta vxor. Id eſt, legitima. Suetonius in Veſpaſiano cap. 3, Poſt vxoris exceſſum Cenidem Antoniæ libertam, & à manu dilectam, quondam ſibi renocauit in contubernium: habuitque etiam Imperator penè iuſtæ vxoris loco.
Iuſta vxore nati, Vide IVSTVS & NASCOR.
Legitima vxor, Vide LEX.
Liberalis vxor, Vide LIBER adiectiuum.
Optima vxor. Lucret. lib. 3.
Placens vxor. Horat. 2. Carm. ode 14.
¶ Abducere vxorem à viro, Vide ABDVCO.
Abhorrere à ducenda vxore. Cic. Attic. lib. 14. 309, A ducenda vxore ſic abhorret, vt libero lectulo neget eſſe quicquam iucundius.
Accerſere vxorem, Vide ACCERSO.
Adiungere ſibi vxorem, Vide ADIVNGO.
Aſſumere vxorem, Vide ASSVMO.
Commutare vxorem, Vide COMMVTO.
Ducere vxorem. Cicero pro Seſtio, Duxit vxorem patre viuo optimi & calamitoſiſſimi viri filiam,
Tibi ducitur vxor. Virg. 8 eclog.
Habere vxorem. Cic 2. de Orat. Ex tui animi ſententia tu vxorem habes.
Miſſam facere vxorem, Vide MITTO.
Alienas permolere vxores. Horat. 1. Serm. ſaty 2.
Prægnans vxor. Cic. 1. de Orat. Cùm pater familiàs vxorem prægnantem in prouincia reliquiſſet, Romæque alteram duxiſſet, neque nuntium priori remiſiſſet, mortuúſque eſſet inteſtato, & ex vtráque filius natus eſſet, mediocriſne res in controuerſiam adducta eſt?
Recuſare vxorem grandi cum dote. Horat. 1. Serm. ſaty. 4.
Grauidas reddere vxores. Lucret. lib. 4.

Vxorcula, vxorculæ, penul. correp. Diminutiuum {γαμετίδιον} Plautus Caſina 21,
Eia vxorcula.

Vxoreulo, vxorculas Plaut. in Sitelitergo apud Varronem,
Mulieres vxorculauit, ego noui ſcio actioſas.

Vxorius, Adiect {γαμετικός} Quod eſt vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. Cic. 3. Offic. In arbitrio rei vxoriæ, melius æquius.
Amnis vxorius. Horat. 1. Carm. ode 2.
Dos eſt vxoria lites. Ouid. 2. de Arte.
Imber vxorius. Stat. 5. Sylu. 1.
Ius vxorium. Iabolenus in l. Qui concubinam. in princip. D. de legat 3.
Leuamentum vxorium. Tacit. lib. 3, Quod honeſtius, quàm vxorium leuamentum?

Vxorius, vxorij, {γαμετόφιλος} Qui vxori nimis inſeruit. Virgilius quarto Æneidos,
-tu nunc Carthaginis altæ.
Fundamenta locas, pulchrámque vxorius vrbem
Extruis?
Bibere vxoria. Quintil. Declamat. 15 de eo cui meretrix potionem odij dederat. Fœlix profectò qui non niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs: tu bibis vxoria, tu lachrymis rogas, &c.

X

Latinarum literarum vltima {ξ} Quintil. lib.1.cap.4. Et nostrarum vltima x. qua tamẽ carere potuimus, si non quæsissemus.

X, apud authores nonnunquam pro denario notatur. Plin.lib.12.ca.12. Quod minore folio est, mesosphærum appellatur: emitur X L X. Laudatissimũ microsphærum è minimis folium, pretium eius X. L X X V. Vbi per x, literam præcedentem, denarius significatur.

Xanion, {ξάνιον} inter instrumenta muliebria posítum à Polluce lib. 10.cap.26.

XANTHI, {ξανθοὶ} Populi sunt in Asia: qui quum eorum vrbs ab Harpago Cyri regis præfecto obsideretur, vxores suas ac seruos vnà cum suppellectili in arce posuerunt, eámque igni succenderunt, deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti sunt, vt scribit Herodotus lib.1.

XANTIPPE, {ξανθίππη} Vxor Socratis philosophi. Morosa admodum fuisse fertur & iurgiosa: irarúmque & molestiarum muliebrium per dies, pérque noctem scatebat, & reliqua. Legito Gell.cap.17.lib.1.

XANTIPPVS, {ξάνθιππος} Lacedæmoniorum dux, accersitus à Carthaginiensibus, cõtra Luctatium Cõsulem pugnauit. Volaterranus.

XANTHO, {ξανθὼ} Fuit vna ex nymphis, Oceani & Tethios filia. Virg. 4.Georg.

Drymóque, Xantóque, Ligeásque.

Xanthus, {ξανθὸς} Latinè Flauus dicitur, quo nomine dictus fluuius Troianus, qui & Scamander dicitur. Nam quòd in campis Troianis proximè flumen armenta rufa & pecora leucophea nascantur, ideo flumen id Elienses Xanthum appellauisse dicuntur. De quo Virgil. 1.Æneid.

Fluenta Xanthi. Virg.4.Æneid.

Amnis Xanthus. Horat.4.Carm.ode 6. Est præterea Xanthus, flumen & oppidum Lyciæ, cuius quoque meminit Homerus lib.Iliad. 6.& Pomp.lib.1.

XANTHVS, antiquus rerũ Lydorum scriptor. Lydúsne an Sardianus fuerit, Strabo se dicit incertum habere. Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuisse, scripsisséque historiam Lydorum libris quatuor.

¶ Xanthus alter, poëta melicus ponitur ab Æliano.

X E

XENARCHVS, {ξέναρχος} comicus poëta, cuius fabulas commemorat Athenæus. Xenarchus alter, è Seleucia Ciliciæ Peripatheticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ, Arij philosophi, deinde Cæsaris Augusti vsus amicitia, vsque in honore habitus. Denique paulo antè mortem visu orbatus diem obiit. Strabo lib.14.

XENIADES Corinthius, qui cùm emere vellet Diogenem Cynicum, & quid is artificij nouisset, percontatus foret, Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quod responsum Xeniades emit & manumisit, filiósque suos ei tradens: Accipe, inquit liberos meos quibus imperes. Meminit Gellius lib.2.cap.18.

Xenion {ξένιον} Auratum capitis ornamẽtum, ex Polluce lib.5.ca.16.

Xenium, xenij {ξένιον} dici potest munus hospitalitatis, munus ab hospite seu amico missum. Ξένος hospitem significat. Vnde Martial.lib. 13. in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia nominauit, quòd versus ipsos pro xeniis mitteret. Inquit enim,

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello

Constabat nummis quatuor empta tibi, &c.

Xenias balneas apud Ciceronem quidam Baias esse suspicantur: sic ab hospitibus, qui ibidem recipiebantur, Xenias, id est, hospitales fuisse cognominatas. Locus Ciceronis pro Cælio 48, Sed vt venenum quum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset, constituisse locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delicaserent.

Xenius Iuppiter, dens erat hospitalis, quem hospites inuocabant siquando iura hospitalia violarentur, eum quippe vindicem sperabant. Budæus.

XENOCRATES, penul.corr. {ξενοκράτης} nomen philosophi Chalcedonij auditoris Platonis, & Polemonis præceptoris, qui in Academia Speusippo successit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò vt quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum fræno, alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum seuerissimus extitit. Eius verbis tanta fides adhibebatur, vt quum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur. Autor Suidas. Hunc Athenienses aliquando vendiderunt, vt ita in exilio degens frangeretur. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu fortè in sartaginem offendisset. Cicero Attic. lib.1.11. Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm illa quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt.

¶ Xenocrates, alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit οἰωνοσκόπον, id est domesticum auspicium: quando videlicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

XENODORVS, penult. prod. {ξενόδωρος} statuarius, scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponendus. Cuius meminit Plinius lib.34.cap.7.

XENOPHANES, penul.corr. {ξενοφάνης} Philosophus Colophonius, Archelai auditor, scripsit elegias & iambos contra Hesiodum & Homerum, quæ de diis dixere improbando. Autor Laërtius. Huius meminit etiam Strabo lib.4.de Colophone scribens. Cic.4.Acad. Xenophanes paulo etiam antiquior, vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse deum.

¶ Xenophanes, alter poeta, idem Iambicus patria Lesbius. Suidas.

XENOPHILVS, pen.corr. {ξενόφιλος} Musicus, patria Chalcidensis, Pychagoricus, biennio minor quàm Gorgias, qui CVII. vixit annis, sed felicitate non inferior, siquidem, vt Aristoxenus ait, omnis incommodi humani expers in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Autor Valerius. Fœlicitatis huius Xenophili meminit Plin.lib.7.cap.50.

XENOPHON, penul.cor. {ξενοφῶν} Grylli filius, Atheniensis, Socratis discipulus, ob eloquẽtiam Musa Attica vocatus: equorum venationis, & rei familiaris in primis studiosus, vt ex eius literis deprehendi potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac στρατίαν scripsit, non tam historiæ seruiens veritati, quàm vt perfectum institueret ducem, vt Cicero in secundo de Oratore testatur. Quintilianus Xenophontis iucunditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio consequi possit. Cum Platone simultates gessit, vt scribit Gell.lib.14.cap 3. Pluribus persequitur huius vitam Laërtius.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt. Cic.de Senect.

Sermo dulcis Xenophontis. Cic.in Orat. Ibid. Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.

Xenophontius {ξενοφόντειος} Adiectiuum. Cic. Luceio, lib.5.12, Gratiam illam de qua suauissimè quodam in proœmio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum à voluptate.

Xenophonteius, Aliud adiectiuum. Cicero in Bruto, Molli & Xenophonteio genere sermonis. Id est tali, quali Xenophon est vsus.

¶ Xenophontes, præter hunc alij tres fuere: vnus Antiochenus, qui scripsit Babylonica, opus scilicet de amore. Alter Ephesius historicus. Tertius Cyprius, qui scripsit Ephesiaca, amores videlicet Cyrenes, Myrrhæ, & Adonidis. Author Suidas.

Xerampelinæ vestes, matronales dictæ, ab ampelino colore, qui medius est inter coccum & muricem. Has merula scribit etiam Atrebaticas fuisse appellatas apud Iuuenalem Sat.6,

Et xerampelinas vestes donauerit ipsi.

Xerolophus, xerolophi, masc.gener. penult. correpta {ξερόλοφος} significat tumulum aridum & siccum, ex congestis nempe lapidibus. ξερός, aridus, siccus. λόφος, tumulus. Talem fuisse Byzantij constat, vbi erecta erat columna, & tripodes, quibus multa epigrammata erant inscripta. Dicuntúrque adhuc eius rei non obscura superesse vestigia. Socrates author ecclesiasticæ historiæ libro 7. capite 5. sicuti & Nicephorus libro 14.cap.13. significat celebrem Constantinopoleos locum fuisse, quem Xerolophon appellabant, vbi & forum Arcadij erat. Meminit & Suidas. Sed optimus testis est Priscianus. Is libro 1. capite De accidentibus literæ, Et epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis qui stat in Xerolopho Byzantij, sic scripta, &c. Rursus libro 6. Et quòd hoc verum est, ostendunt epigrammata vetustissima, quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maximè in tripode Apollinis qui est Cõstantinopoli in loco quem ξερόλοφον vocãt.

Xerophthalmia, xerophthalmiæ, penultima correp. Celsus libro sexto, Est etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμία Græci appellant: neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantùm, & cum dolore quodam grauescunt, & noctu prægraui pituita inarescunt: quantóque minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus est. ξηρὸς, siccus, aridus. ὀφθαλμία, lippitudo.

XERXES {ξέρξης} Darij filius, maximus omnium regum Persarum fuit. Ægyptum, quæ à patre defecerat, recepit. Expeditionem etiam quam Darius in Athenienses parauerat, quinque annorum apparatu prosequens, decies centena hominum millia traduxisse dicitur. Quem numerum vt Valerius, itémque Hieronymus testantur de alta prospectans specula fleuisse fertur, quòd post centum annos nullus superesset. Hoc igitur multitudine accinctus, vt omnes referunt authores, & maria pontibus coniunxit, Athon montem continenti abscidit, vel Plinio teste lib 4.cap.10. victus demum à quatuor millibus apud Thermopylas nauale certamen cum Themistocle tentauit: à quo item apud Salamina superatus, turpiter cum paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipse profligatus in Bœotia fuit. Demum quum se otio socordiáque relicta militia tradidisset, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, vt scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, paucis pòst annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. De quo Trogus lib.2. Lucan. lib.2.

Xerxes præmium proposuit qui nouam inuenisset voluptatem. Cic.5.Tusc.

Xerxes templum Græciæ inflammauit. Cic.2.de Legib.

¶ Xerxes idem sonat, quod Victor ac triumphator, Beroso teste. Proinde Valer.Maxim.lib.9.cap.5, Iam Xerxes, inquit, cuius in nomine superbia & impotentia habitat, suo iure quam insolenter vsus est, &c.

¶ Xerxes alter, pictor Heracleota, Venerem adeò pulchrã pinxit, vt ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his qui eam vi sere cupiebant. Itaque Græci lepido cauillo Venerem eam amicam Xerxis vocitabant, quòd ex eius lenocinio quæstum faceret. Autor Ælianus de Varia historia.

XIPHION, {ξιφίον} Herba quæ Romanis gladiolus dicitur, aut segetalis. Videtur id nominis nacta, quoniã gladij specie m folijs præbeat, iridi similia erant, nisi minora & angustiora videntur, & gladij modo mucronata neruosáque. In caulem exit cubitalem in quo purpurei flores in ordinem digesti inter se distant, semine rotundo, radice duplicis ordinis, quarum vna insidet alteri, ceu pusillis bulbis. Inferiore gracili, superna verò habitiore, adultióque, in aruis maximè nascitur. Plinio in humidis quum primum exit, gladij præbet speciem, caule dum cub. rorum, radice ad nucis auellanæ figuram tuberiata. Folium xiphio, vt Theophrastus scribit, latum ad ensi effigiem exit, vnde nomen herbæ inditum.

XIPHIA,

XIPHIA, xiphiæ {ξιφίας} Nomen piscis, de quo Plin.lib.32.cap.2, Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocetur, non procul à Lixo flumine, Trebius Niger author est.

X Y

XYLINAE {ξυλίνα.} Ptolemæo libro 5.cap.6, Ponti Cappadociæ vrbs, vulgò *Sentina*.

Xylobalsamum, xilobalsami, penult. corr. {ξυλοβάλσαμον} Arboris balsami materia, hoc est balsami lignum, vt inquit Dioscorides lib. 1.cap.18. Colum.lib.12.cap.51.

Xylocinnamomum, xylocinnamomi, neutr. gener. Lignum cinnamomi. Plinius libro 12. capite 19. de cinnamomo, Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur.

Xylon, neut.gen. {ξύλον} Frutex est exiguus laniger. Plin.lib.19.cap. 2, Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideò lina inde facta xylina. Vide Ruellium libro 2.cap.150.

XYRIS, huius xyris {ξυρὶς} Herbæ nomen, quam Romani gladiolum appellant, quidam irim sylueſtrem. Folia itidi similia habet, latiora tamen & in summo acuminata. caulem ex mediis foliis exeuntem, cubitalem, sarissque crassum, in quo triquetra sunt veluti filiquæ, & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color. Semen in folliculis fabarum modo, rotundum, rubens, acréque. Radix illi est crebris genticulis dissecta, longa, colore russo. Sic Dioscorid.lib.4.cap.24.

Xystis {ξυστὶς} Talaris tunica & muliebris Cælio libro 21.capite 18. Hanc autem ponit Pollux inter vestimenta communia virorum & mulierum libro 7.capite 13. Clemens verò Alexandrinus Pædagog. libro 2.capite 10. inter vestes mulieribus proprias. Nec desunt, qui dicant esse vestem subtilem, à ξύω, quòd puluerem radat: aut vt alij malunt, διὰ τὸ ξύεσθαι, quòd sit veluti rasum propter tenuitatem.

Xystus, xysti, masc.gen. {ξυστὸς} Vitruuius lib.6. de Græcanicis ædificiis, Xystos Græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Nostri autem hyperras ambulationes xysta appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt. Idem lib.de palæstrarum ædificatione. Cic.4.Acad. Quum igitur pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. Item Attico, libro 1.5, Xystus igitur & Xystum significatione differunt, quum tamen ambo Græcè sint idem: sed aliter Latinè vsurpata sunt. Plinius iunior meminit in epistola 41. & 101. Cic.de Claris Oratorib. Quum ambularem in xysto, & essem otiosus domi. Budæus.

Xystus violis odoratus. Plin.iunior lib.2.epist.17.ad Gallum.

Xystus concisus in plurimas species, distinctus buxo. Plin.iunior lib.5.epist.6.ad Apollinarem.

Xysticus, xysti, penult.correp. {ξυστικὸς} Qui per hyemem sub tecto exercebatur. Suet.in Augusto, cap.45. Nec tamen eo minus xysticorum concertationes aut gladiatorum pugnas seueriſſimè semper exegit.

Z

Aba, Armatura nescio quæ loricarum prope talarium, qua armatos scribit Mauricius fuisse equites buccelarios vocatos, qui in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant, & post sequebantur. Annotauit Turnebus.

ZACYNTHVS {ζάκυνθος} Græciæ insula est, Ætoliæ propinqua, vnicam habens vrbem eiusdem nominis, teste Liuio libro 6. de bello Punico. Plinius libro 4.capite 12, scribit sitam esse inter Samen & Achaiam oppido magnificam, & fertilitate præcipuam, & Hyrie aliquando dictam. Nunc vocatur *Iame*, siue *Zanthe*: ab aliis *Zachyto*. Virgilius 3.Æneidos,

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Alta Zacynthos. Ouid.epist.1.

Zacynthinus, penult. product. Adiectiuum, Æmylius Probus in Dione, Suorum autem è numero Zacynthinos adolescentes quosdam elegit.

ZALEVCVS {ζαλεύκου} legislator Locrensis vinum ægris prohibuit iniussu medici, pœna capitis indita. Author Ælianus. Apud Valerium Seleucus malè scribitur, de quo ab eodem narratur: quòd quum eius filius adulterij crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas virtuti & meritis patris crimen condonaret, ipse sibi non pepercit: sed suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum vtrique videndi reliquit. Ex Valerio lib.6.cap.5.

ZAMA {ζάμη} Vrbs Africæ, apud quam Annibal magno prælio à Scipione victus fuit. Hanc Strabo lib.17, Zagnam appellat. Silius lib.3, Et Zama & vberior Rutulorum sanguine Tapsus.

ZAMOLSIS {ζάμολσις} Vir inter Getas natus, Pythagoræ discipulus ac seruus ad Ægyptios vnà cum eo penetrauit, deinde eorum ritus in patriam deduxit, à fuitque post mortem habitus deus, vt scribit Herodotus lib.4.

ZANCLE {ζάγκλη} oppidum Achaiæ, vt scribit Plin.libro 4.cap.5. Est & Siciliæ ciuitas eodem authore libro 3.cap.8. condita à Messeniis, quam de suo nomine Messanam dixerunt. Zancle Siciliæ inditum nomen aiunt, quòd falcis formam referat. Siculi enim Zanclen, falcem dicunt, vt meminit Thucydides libro 6. Silius autem libro 14. nomen acceptisse ait, quòd Saturni falx ibi reperta fuerit. Id autem à poetis idcirco fictum traditur, quòd solum Siculum fertilissimum habeatur. Ouid.15.Metamorphoseos,

-Zancle quoque nota fuisse

Legitur Italiæ, &c.

Zanclæus, Adiectiuum {ζαγκλαῖος} vt Arena Zanclæa. Ouidius 13. Metamorph.

Charybdis Zanclæa. Ouid.4.Fast.

Zanclæum, Saxum in freto Siculo, dictum à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

ZARMIZEGETVSA {ζαρμιζηγήτουσα} Regia Daciæ vrbs authore Ptolemæo lib.1.cap.8. Vlpia Traiana deinde dicta, vulgò *Cron*.

Z E

Zea {ζειὰ} Frumenti genus, quod Latini semen à præstantia frugis appellarunt. Duo eius genera reddidit Dioscorides libro 2.cap.80. alterum simplex & vnius tantùm grani: alterum quod dicoccon, id est gemini & duplicis grani appellant, duobus vtriculis coniunctum semen habens. Plin.lib.18.cap.8, Qui zea vtuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maximè, seménque appellatur. Hoc habet nomen res præclara: propter quam Homerus ζειόωρος ἄρουρα dixit: non, vt aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Ibidem cap.24, Serere in iugero temperati soli iustum est tritici aut siliginis modios quinque, farris aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei sex.

Zelo, zelas, & Zelor, zelaris {ζηλῶ} zelari, Significat æmulari, Cupidè aliquid imitari, Vehementer amare, adeò vt nullam in partem amoris admitti patiamur. Significat etiam inuidere.

Zelotes, zelotis, pen.prod.masc.gen. {ζηλωτὴς} Æmulator dicitur: amator, qui nullum in amorem fert ritualem.

Zelotypus, zelotypi, penult.corr. {ζηλότυπος} Zelator, siue æmulator formæ dicitur. nam ζῆλος æmulatio est, τύπος forma. Qui igitur ita amat vt solicitus sit nequis amore suo perfruatur, zelotypus est. Iuuenalis Satyra 5,

-quas in digitis vaginæ fronte solebat

Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. Quintil.lib. 4. cap.2, Nam quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accusat?

Zelotypia, zelotypiæ {ζηλοτυπία.} Plinius libro 25. cap. 7, Nymphæa nata tradirur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Cicero 4.Tuscul. Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipse concupierit.

Offensio nata à zelotypia. Antonius Ciceroni in Epistolis ad Atticum, libro 10.198, Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis à ζηλοτυπία mea, quàm ab iniuria tua nata est.

Zelus, m.g. {ζῆλος} Vide AEMVLATIO.

ZENO {ζήνων} Philosophus ex Citto oppido Cypri, vnde Cittius dictus, Stoicorum sectæ conditor, vt inquit Cic.pro Murena, tanto in honore apud Athenienses habitus, vt apud eum claues vrbis deponerent, ornarétque ipsum aurea corona & imagine ærea. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (vt ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu verò terram feriens, illud ait, Ex Niobe venio, quid me vocas? Et continuò se strangulans interiit.

Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit. Cic.4.Acad.

Zeno in vna virtute positam beatam vitam putat. Cic.4.Acad.

¶ Zeno Eleades Parmenidis auditor, simul cum Perdica & in philosophia & in administranda Republica clarissimus, teste Suida: Hunc inuentorem dialectices fuisse, sicut Empedoclem rhetorices, Aristoteles est author. Huius celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cùm adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto iudicio comprehensus traditúsque est tormentoribus torquendus. Qui cùm lacerarentur, vt conscios coniurationis nominaret, neminem illorum nominauit, sed amicos intimósque tyranni, participes coniurationis esse dixit. Deinde quum quidpiam se in aurem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus correptam non antè dimisit quàm rapta aure populatum caput reliquisset. Sed quum complices coniurationis proferre cogeretur, concisam dentibus linguam in os tyranni conspuit. Quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos, id est contemporaneus, de quo idem Cicero libro 2.de Finib. Meminit, & eum cum Attico frequenter audiuisse Epicuri sententias explicantem.

ZENOBIA, vt ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmireorum: post Odenati viri mortem in Syria Romanum rexit imperium: ponitúrque inter XXX. tyrannos qui tempore Galeni orbem vsurpauerint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eíque principis elementia Tyburi posséssio concessa, vbi honestè agitaret. Hæc ea castitate dicitur fuisse, vt ne cum viro suo nisi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa. Persarum ferè modo adorabatur. At conciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, voce clara, moribus seueris. Græci Ægyptíque sermonis peritissima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinámque historiam in epitomen redegit. Herennianum & Timolaum filios literis erudiit. De quorum exitu nescitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

ZENODOTVS, penult. corr. {Ζηνόδοτος} grammaticus, vixit temporibus Ptolemæi primi, cuius etiam filios erudiit, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas.

¶Zenodotus alter Sophista, sub Adriano principe docuit Romæ, scripsitque Epitomen ptouerbiorum Didymi: conuertit in Græcum sermonem historiam Sallustij, præterea Genethliacon in Adrianum & alia. Suidas.

ZEPHYRIVM {Ζεφύριον} Locrorum promontorium in Italia, à quo Locri Epizephyrij dicti, in extimo eius agri iugo siti, iuxta Heraleam & Crotonem. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens venientibus ab Occasu ventis commodum, qua ex causa & nomen assequitur. Deinceps Locri Epizephyrij vrbs insignis.

ZEPHYRVS, penult. corr. {Ζέφυρος} Græcis dicitur ventus, quem Latini Fauonium nominant. Is aduersus Eurum stat, vt scribit Gellius libro 2. cap. 25. Plinius libro 18. cap. 34, Ipse leniter pluuius, tamen est ficctior Fauonius, ex aduerso eius ab Æquinoctiali occasu, Zephyrus à Græcis nominatus. Hæc ille. Zephyrus ineunte vere flare incipit: &, vt author Varro libro 1 de Re rust. VII. Idus Febr. Horatius 1. Carm. ode 4,

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni. Virg. 1. Georg.

Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor

Liquitur. & Zephyro putris se gleba resoluit. ζωὴ vita, φέρω ferens. hinc Zephirus dictus, quasi vitam ferens. Vernum enim tempus flante Zephyro incipit, quando herbarum est creatio. Lucretius,

Genitabilis aura Fauoni. Vide Fauonius.

Tepentes auræ Zephyri. Virg. 2. Georg.

Flamina noua Zephyri. Silius lib. 16.

Felices Zephyri. Virg. 3. Æneid.

Leuis Zephyrus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7.

Modici Zephyri, Modicè spirantes. Ouid. 14. Metam.

Secundi spirant Zephyri. Virg. 4. Æneid.

Surgens Zephyrus. Virg. 3. Georg.

Tepente Zephyro victa nix. Ouid 2. Fast.

Minuunt frigora Zephyri. Ouid 3. Trist. eleg. 12.

Mulcent flores Zephyri. Ouid. 1. Metam.

Posuere Zephyri, Id est desiere spirare. Virg. 10. Æneid.

Auta mitior venit à Zephyris. Ouid. 2. Fast.

Zephyrius, Adiectiuum {Ζεφύριος.} vt Zephyria oua, Quæ sunt sterilia. Plinius lib 10. cap. 60, Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur, quæ alij cynolura dixere. Vide VRINVM OVVM.

Zephyritis, pen prod. zephyritidis, pen. corr. {Ζεφυρῖτις} Patronymicum fœm. quo nomine dicta est Chloris, seu Flora dea Zephyri filia à Catullo, de coma Berenicis, 61.

Zeta {Ζῆτα} Pronomine loci, vel bibliotheca quidam legunt apud Plinium iuniorem, in epist. 41. libro 2, Horti zeta est. Quum ex veterum exemplarium fide legi debeat diæta. Tamesi apud Lampridium in Heliogabalo zeta legatur, teste Budæo, in hæc verba, Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas subebat incendi. Vide DIAETA. Hermolaus Barbarus, Zeta & Zetecula, inquit, Plinio Cæcilio in epistolis, erat locus capax vnius lecti, cum sellis duabus: qui velis obductis & reductis modò adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen, quoniam tribus è partibus fenestras & prospectus habeat, atque solem multipliciter accipiat, quasi διὰ τῶ ζῆν, quod est, seruare, quando & heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est, vaporarium quoddam solare, non ad ignis vsum, sed ad solis. Vel διὰ τὸ ζῆν, quòd in ea commodissimè viuatur, vt quam delicias & amores suos vocet idem Cæcilius libro 2. ad Gallum, epistol. 17 & libro 5. ad Apollinarem, epistola sexta, sicut à conuersatione victúque diæta. Hactenus Hermolaus: cuius sententiam fortiter tuetur aduersus calumniatores Cælius Rhodiginus libro 21. capite 18.

ZETES {Ζήτης} & Calais, Boreæ Thraciæ regis filij & Orithyæ, alati iuuenes, cum Argonautis profecti à quibus ad pellendas Harpyias missi sunt, vt scribit Seruius. Ouid. 7 Metamorphoseos,

Implumes Calaisque puer, Zetesque fuerunt. In quem locum sic Lactantius, Zetes legendum est, non Zetus: vt ferè in exemplaribus est deprauatum. Alij Zethes cum aspiratione leguut. Vide CALAIS.

ZETHVS {Ζῆθος} Iouis filius ex Antiopa: Amphionis frater. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuianus, propè bellum indixerit. Horat. 1. epist. 19.

Durus Zethus. Propert. lib. 3. eleg. 15.

Zeugma, zeugmatis, penultima correp. neut. gen. {Ζεῦγμα} Latinè connexio, siue adiunctio dicitur. Figura, quum plures sensus vno connectuntur verbo. Quod tribus modis fit. Aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciant: vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verbo postposito: vt, Neque is es Catilina vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio sensuum posito verbo: vt Troiugena interpres diuûm.

ZEVGMA {Ζεῦγμα} Daciæ vrbs, Ptolemæo libro 3. cap. 8. Vulgò *Clesenburgk*. Stat. 3. Sylu. 2,

Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ

Pacis iter.

ZEVS, zei {Ζεύς} Piscis, qui & faber Gadibus appellatus est. Plin. lib. 9. cap. 18. Et lib. 32. cap. 11. Colum. lib. 8. cap. 16, Vt Atlantico faber qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, cúmque prisca consuetudine zeum appellamus.

ZEVXIS {Ζεῦξις} Heracleotes pictor sua ætate maximus. Hic teste Plin. libro 35. cap. 9. opes tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit. Postea donare opera sua instituit, quòd ea nullo satis digno pretio mutari posse diceret. Æquales eius & æmuli fuere

Timanthes, Androcydes, Eupompus, & Parrhasius, cum quo descendisse in certamen traditur, vt in ea dictione legere potes. Idem eodem teste, cap. 10. supra dicti libri, fertur pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas quum aduolarent aues, eadem ingenuitate proceßit iratus operi: & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum: nam si & hoc consummassem, aues timere debuerant. Huius meminit Cic. 2. de Inuent.

Z I

Zingiber, pen. corr. zingiberis, pen. corr. neut. gen. {Ζιγγίβερις} Genus aromatis, Dioscorides lib. 2. cap. 149. Zingiberis diuersa à pipere & sui generis planta est. Plutimum in Troglodytica, & Arabia nascitur: fronde eius ad multa, & in quibus nos ruta, vtuntur, pulmentis potionibúsque eum miscentes. Habet zingiber paruas radices quadrati odorati iunci forma, albescentes, odoratas, sapore piperis.

Zizania, zizaniæ vel Zizanium zizanij {Ζιζάνιον} Vide LOLIVM.

Zizipha, penult. corr. {Ζίζιφα} Papinianus (teste Ruellio) ex Africa nouissimis Augusti temporibus primus inuexit, in castris sata, & aggeribus præcipuè decora: baccis similiora quàm malis, & in tecta iam syluæ ascendunt flore oleæ, sed odorato magis: baccis cornis simile pomum, quo amplius & maturius, eo innocentius. Duplex ziziphi genus, vt Columellæ placet, rutilum & candidum: nam & rutilam & albam ziziphum probatissimum ad apum pastiones tradit, arbor malorum generis, officinis omnibus *tututba* dicta. Ziziphæ græno seruntur.

Z O

Zodiacus, penultima corr. {Ζωδιακὸς} dici potest animalis, ab effigie animalium. Nam circulus est maior, obliquus æquinoctialem in partes æquales secans: cuius vna medietas ad Septentrionem, reliqua ad Austrum declinat, in quo duodecim signa sunt in formam animalium figurata, vt Aries, Taurus. Græcè enim ζῶα, animalia dicuntur.

Vim quandam esse aiunt signifero in orbe qui Græcè ζωδιακὸς dicitur. Cic. 2. de Diuinat.

ZOILVS, penult. corr. poeta {Ζωΐλος} Ptolemæi temporibus, sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimùm nobilitatus, quòd Homerum poetarum omnium principem ausus est libris aliquot in eum scriptis, incessere, vnde ὁμηρομάστιξ vtpote, cognomen meruit: quod ipsum etiam abiit in prouerbium: sic enim appellari cœpti nobilium authorum castigatores, vel Plinio teste in præfatione historiæ naturalis. Hæc Erasmus. Ouid. 1. de Remedio amoris,

Ingenium magni liuor detrectat Homeri:

Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes. Hic quum sua in Homerum scripta Ptolemæo regi recitasset, rex indignatus nullum ei verbum fecit. Quúmque Zoilus inopia pressus regem rogaret vt sibi aliquid quo viueret, daret: Homerus, rex ait, multos pascit: quare tu qui illo doctior es, saltem teipsum pasce. Tandem Zoilus parricidij damnatus, iussu regis cruci affixus est. Zoili mors, inquit Virtuuius in præfatione libri 7. variè memoratur. Alij cum scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum, nonnulli in eum lapides esse coniectos: alij Smyrnæ viuum in pyram esse coniectum. Vide locum Vitruuij.

Zona, zonæ {Ζώνη} Est id quo cingimur: vnde quidam cingulum appellant. Martialis lib. 4,

Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter

Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis.

In zonis pecuniam deferebant veteres. Caius Gracchus apud Gellium lib. 15. cap. 12, Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli.

Breuis zona constringit sinus. Senec. Hippol. 4.

Ligatam diu zonam soluere. Catul. ad passerem Lesbiæ, 2.

Retinens vestem zona. Senec. Oedip. 5.

Solutæ zonæ. Horat. 1. Carm. ode 30.

Teres zona. Ouid. 2 Fast.

¶Zonam perdidit, Prouerbium castrense in eos qui nihil habent nummorum: quòd quicquid habent milites, in zona secum portant, vt inquit Porphyrion. Horat. 2 epist. 18,

Ibit eò quò vis qui zonam perdidit. Plaut. Pœn. 16,

-tu qui zonam non habes,

Quid in hanc venustis vrbem, aut quidnam quæritis? In quibus Plauti verbis, duplex est allusio, & ad vestem Pœnorum more discinctam: & ad pecuniam quæ in zona gestatur, citra quam in vrbe sumptuosa, non fat commodè viuitur. Ex Erasmo.

Zona, Morbi genus. Scribon. Largus, Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem sacrum, & ad zonam quam Græci ἕρπητα dicunt.

¶Zonæ cæli. Plinius libro 2. cap. 68. Nam quum sint cæli quinque partes, quas vocant zonas, infesto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid est subiectum duabus extremis verinque circa vertices, hunc qui Septentrio vocatur, eúmque qui aduersus illi Auster inus appellatur. Virgil 1. Georgicon,

Quinque tenent cælum zonæ, &c. Vbi Seruius, Circuli qui cælum ac terram veluti zonæ cingunt, translatiuè: nam propriè zonæ in terris, sed pro parallelis, id est circulis posuit, Septentrionalis, Æstualis, Æquinoctialis, Brumalis, Australis. Ouidius primo Metamorph.

Lucentes zonæ. Stat. 10. Thebaid.

Niualis zona, Plaga Septentrionalis. Lucan. lib. 4.

Rubens zona, Torrida plaga cœli. Claud. de bell. Gildon.

Trita zona flammea rota Phœbi. Senec. Herc. Oetæo, 11.

Zonarius, zonarij {ζωνοπλόκος} Qui zonas facit. Cic. pro Flacco, Quod Mitridates qui multitudinem illam non authoritate, sed fagina tenebat, se vell: dixit, id fatores & zonarij conclamarunt.

Zonarius, Adiectiuum, Quod ad zonam pertinet, vt Sector zonarius, quem

rius, quem crumenisecam aliàs appellare possumus. Plautus Trinum. 13, -mira sunt

Nisi hic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Zonula, pen. corr. {Ζωνίον} Diminutiuum. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56,

-tibi virgines zonula soluunt sinus.

Zonatim, per gyrum. Lucill. lib. 6,

Zonatim circum impiuium cumeram is cludebat. Nonius.

Zophorus, penultima correpta, est Vitruuio & architectis, quam vulgò *Frezum* appellant: Hoc est, *vne platte bande entre l'architraue & la corniche, en laquelle s'entaillent aucunesfois diz feuillages, ou autres belles fantasies de dens bosse, afin d'enrichir la besogne.* Vitruuius lib. 3. cap. vlt. Et lib. 4. cap. 1. & cap. 7. Rursus lib. 5. cap. 1.

Zoophyta, penultima corr. {Ζωόφυτα} dicuntur, quæ sunt medium quiddam inter animal & plantam. Cuiusmodi sunt quæ mediam naturam inter sensibilia & vegetabilia habent. ob hoc zoophyta dicta (nos fortè plantanimanres dicere possumus, vel plantazoimalia) vt ostrea, spongiæ, & similia inter animalia & stirpes ambigua. Budæus.

Zopissa, zopissæ {Ζωπίσσα} Derasum nauigiis cum cera resinam, zopissam aliqui vocant, inquit Dioscorides (à plerisque eadem hypochyma appellatur, quòd maxime sale maduerit) discutiendi vires habentem. Sunt etiam qui collectam ex picea arbore resinam, zopissæ appellatione indicent. Plin. libro 24. cap. 7. Zopissam eradi nauibus diximus, cera marino sale macerata, Optima hæc à tyrocinio nauium.

ZOPYRVS, penult. corr. {Ζώπυρος} Physiognomista dictus est, quòd profiteretur hominum mores naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte, se posse permouere. Qui cum turpia quædam, & à virtute aliena de Socrate dixisset, ac à multis idcirco derideretur, Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophia superassem.

¶Zopyrus alius, vt testatur Herodotus circa finem libri quarti, nobilis Persa, qui, quum Darius rex Persarum Babyloniam diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios quasi transfuga se contulit, conquerens de crudelitate sui regis. Receptus igitur à Babyloniis, & dux belli constitutus, vibem Dario tradidit, de quo dicere solebat Darius, se Zopyrum malle integrum, quàm viginti capere Babylonas. Zopyri enim astu Babylone portus erat Darius.

¶Est & alter Zopyrus, qui, vt author est Plin. lib. 34. cap. 12, sculpsit Areopagyras, & iudicium Orestis in duobus scyphis pondo duodecim æstimatis.

ZOROASTRES {Ζωροάστρης} Bactrianorum rex, qui primus, vt author est Plin. lib. 30. cap. 1. artes magicas in Persida inuenit. Eminuit Ninive regis temporibus, cum quo bella gessit. Fuit ante bellum Troianum annis CCCC. Assumptus est igne cælesti, prædixísque Assyriis, si eius cineres seruarent, regnum eorum non defuturum. Feruntur eius de Natura libri VIII. De lapidibus item pretiosis vnus. Præterea Astronomica, & alia. Author Suidas. Plinius quoque lib. 7. capite 16. vnum eodem die quo genitus est risisse testatur. Eidémque cerebrum ita palpitasse, vt imposticam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ.

Zoster {Ζωστὴρ} Genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis si cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11.

ZYGANTES {Ζυγάνται} Populi sunt Pœnis vicini, vbi, vt author est Herodotus libro 4. magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac simiis vescuntur: quarum affatim gignitur iis, qui in montibus degunt.

Zythum, zythi {Ζῦθος} Potus ex hordeo aqua resoluto. in Ægypto plerunque fieri solet, ideóque poetis quandoque Pelusiacus potus dicitur. Madefacit aqua hordeum, donec resoluatur in liquorem vino similem: inebriat hoc, & acre gustu est, quoniam ex putrilagine acescente constat: hinc vulgus Græcum phœsdion appellat. Hæc Ruellius. Plinius libro 22. cap. vltimo, ad finem, Et frugum quidem hæc sunt in vsu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia, aliísque prouinciis.

THESAVRI LINGVÆ LATINÆ

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

THesaurum hunc, candide lector, toties legendo ac relegendo, tot tantásque Latinæ linguæ diuitias, sanè sum admiratus: & eo magis, quòd, cùm omnia diligenter considerarem, ita plenum Copiæ cornu, omnibus in locis animaduertebam, vt nihil addi posse, nisi superuacaneum, videretur Igitur cùm ad hunc Thesaurum operam aliquam naua re cuperem, & viderem ad tam plenam copiam, me hominem tam tenuem nihil posse adiicere, statui saltem in collocatione aliquid prodesse lectori. Feci igitur quod fecerũt, qui vrbium tribus instituerunt Ii enim cùm viderent diuersarum artium homines, promiscuè per diuersos vicos (vt quenque Deus collocauerat) habitare, & tamen in classes certas digeri, certas ob causas expedire iudicarent, tribus ordinauerunt, & earum vnicuique ædes assignauerunt, in quas suo quæque tempore conueniret. Ita factum est, vt certa in classe, cuiusque generis opifices, exempli gratia, hîc sutores, illic sartores, illic fabros magna commoditate, magnóque reipublicæ bono reperias. Horum ego prudentiam mihi in hoc Thesauro imitandam iudicaui. Igitur ex singulis huius Thesauri quasi vrbis vicis, hoc est, ex singulis literis, in singulas classes ea redegi, quæ essent eiusdem quasi artis, hoc est eiusdem generis, vt ea possent in suas quæque classes digesta, commodius & coniunctius inueniri. Classes autem sic ordinauimus. In prima sunt Forensia, non omnia Iuris vtriusque phrases & vocabula, sed ea maximè, quæ legis allegatione, aut Iurisconsultorum sententia explicantur. Sequuntur Contraria ex scriptis Ciceronis omnia ferè excerpta. Postea Opposita, Antiqua & Inusitata, sub quibus rara, obsoleta & vetusta comprehendimus, ab vsitatis, sola distinctionis nota (quantum per huius Thesauri lectionem nobis facere licuit) secreuimus. Omnibus enim inusitatis, vsitata non adiunguntur, cùm non vbique subiuncta inuenerim. Vrbium, fluuiorum, montium, populorum & promontoriorum nomina, quæ sine regionis vocabulo inuenimus, ea data opera omisimus. Affinitatis & cæterarum rerum, quas hîc subiectus catalogus complectitur, omnia cum supradictis vocabula, ordine alphabetico, numero paginæ, columnis, priori a, posteriorib, quò nihil obscurum sit, suis quæque locis sunt digesta. Sicubi verò nos lapsos esse deprehenderis (id quod facilè in tam impedito opere accidere potest) dabis veniam. Quòd si te, hoc labore adiutum senserimus, plura Deo volente, proprio libello in lucem aliquando emittemus. Bene vale. Anno M. D. LXXIII. Lugduni.

VOCABVLORVM ET LOCVTIONVM CLASSES

quædam, secundum rerum cognationes, quas sequens Catalogus complectitur, hæ sunt.

1 *Rerum forensium locutiones & vocabula.*
2 *Contraria.*
3 *Oppositа.*
4 *Antiqua & inusitata.*
5 *Affinitatis & consanguinitatis vocabula.*
6 *Hominis partes, vestimenta & ornamenta.*
7 *Aedium partes, supellex & ornamenta.*
8 *Arbores, earum fructus & partes.*
9 *Herbæ, & earum partes.*
10 *Legumina.*
11 *Animalia, insecta, serpentes, vermes.*
12 *Aues.*
13 *Pisces.*
14 *Naues, & earum partes.*
15 *Regiones.*
16 *Fluuii singularum regionum.*
17 *Insulæ.*
18 *Montes.*
19 *Populi.*
20 *Promontoria.*
21 *Vrbes.*
22 *Colores.*

RERVM FORENSIVM LOCVTIONES ET VOCABVLA.

A

littera absolutionis nota 12
à lenone manu asserre 15
abigeatus 9 b
abintestatò 10 a
abiudicare 10 a
abiuratus 10 b
abnoctare 11 a
abolere crimen vel nomina reorum, 11 b
abolere magistratum ibid.
abolitio criminis 12 a
abripere ad quæstionem 13 a
abrogare legi & legem 13 a
abrogatio 13 b
abscedente vsufructu 14 b
abscisse 14 b
absoluere improbitatis, iniuriarũ, maiestatis, bello, suspicione regni de præuaricatione, renm sine casu criminis, se iudicio ab aliquo, copiose 15 a b
absolutus adulterij 15 b
absolutio 15 b
absolutorius 15 b
abstentus 17 a
abstentus à bonis paternis, ibid.
acapna 22 a
accensus 25 a
accedere rei iudicatæ 23 a
ad alicuius sententiam ibid.
accessiones 24 a
accessio ibid.
accessorium ibid.
si quid illi accidat 25 b
causam accipere 27 a
accepto ferre 29 b
acceptam facere sponsionẽ 30 a
acceptilatio & apocha 30 a
accommodare iusurandum ad alicuius rei testimonium 31 a
accusare 32 b
accusator ibid.
accusatio ibid.
acessere 33 a
acinaceus 41 a
acribodicæon 43 b
adærare 49 b
addicere 51 a
adducere hominem vel rem aliquam in, vel ad ius siue iudiciũ 52 b
adire ad arbitrium, ad causas, hæreditatem 54 a
adiaceus insula 57 b
adiurare 60 a
admittere 62 b
admissum 63 a
admonitio 63 b
adoptare 66 a
aduentitia dos 70 a
aduentitium donum 70 b
aduentitia necessitas ibi.
aduentitium peculium ibid.
aduersarius 71 b
aduersaria, orum ibid.
adulterium 73 a
aduocare 74 a
sacramentum aduocare in alicuius nomen ibid.
aduocatus ibid.
aduocatio ibid.
ædilitia edicta 76 b
æquius melius 89 a
bonitas & æquitas causæ ibid.
æquitatem explicare ibid.
æquatio iuris 90 b
æs alienum 93 a
ex ærariis eximere 94 a
æstimare litem 97 a
litis æstimatio ibid.
in æuum 104 a
affectare 107 b
affinis 108 a
agros assignare 114 a
agraria lex 114 b
agnasci 118 a
agnoscere æs alienum 118 b
comprobare agnoscereque aliquid ibid.
agnoscere debitorẽ, debitũ ibid.
agnoscere nomina ibid.
agniti natales ibi.
agere, facere 119 a
iure summo agere 121 b
agere actione furti cõcepti, manifesti, non exhibiti, oblati, prohibiti 125 b
agere ex sponso, ex sponsu 121 a
agere ex syngrapha cum aliquo ibid.
agere forum 121 b
inter bonos bene agier 121 b
actum est 123 b
acta circunducere ibid.
ab actu remotus 173 a
actus pro dispensatione 124 a
actum gerere ibid. actio 124 b
actionũ varia genera, & locutionum formulas vide paginis 124 b, 125 a b, & 126 a
actionem dare & postulare 126 a
actionem habere ibid.
actio iniuriarum ibid.
actionem instituere ibid.
actuarius 126 b
ahenum 129 b
album 134 b
album iudicum ibid.
album prætoris ibid.
aliàs 143 a
alienior hæres 143 b
allegare 145 a
allegere ibid,
allegere in ordinem ibid.
allegere inter prætorios ibid.
allecti ibi.
alluuio 147 b
alimentaria lex 149 a
alimentum ibid.
altercatio 152 b
altercator ibid.
alueus 153 a
ambitiosa decreta 160 a
amonere 171 a
amicabilis affectio 163 b
ampliare 175 a
ampliati rei ibid.
ampliatio ibid.
anatocismus 180 a
anceps ius 181 a
angaria 184 a
angariarum exhibitio ibid.
angariarum præstatio 184 b
animaduersus 188 b
annoratio quid 194 b
annotari reus qui dicitur 194 b
annotatus censibus ibid.
annumerare ibid.
annonam attentare & vexare, vel maximè qui soleant 197 b
annuum 197 b
annua dies, inter dicta, vsus 197 a
antestari 201 a
antidorum 202 b
apocha 30, & 211 a
apolis 211 b
apophasis, neratio, annotatio bonorum, sententia dictum, respõsio 212 b
apostoli ibid.
apparitio 213 b
apparitor ibid.
apparitura ibid.
appellare aliquem 214 b
appellare ibid.
appellare de pecunia aliquẽ ibi.
appellari pecunia ibid.
appellandi varias locutiones ad ius pertinentes, vide pag 214 b
appellatio ad aliquem 215 a
appellator ibid.
appellere ad aquã animalia 215 b
applicari seruum rei communi 217 a
applumbare 217 b
apponere accusatorem alicui 218 a
apponere licitatorem ibi.
approbare opus, approbari, approbatum 219 a
appromissor ibid.
aprari debere ad fidei commissa stipulationem 221 a
aqua & igni interdicere 223 b
aquagium ibid. b
aquæductus 223 a
aquilex librator 224 b
aquiminarius 225 a
arbitrarius 227 b
arbitratus ibid.
arbitrium ibid.
arbitrium honorarium 228 a
arbitrium recipere ibid.
arbitrabo ibid.
arbor ibid. b
arca 229 b
arcarius seruus ibid.
archigubernus 232 a
area 235 a
argentum factum, atque signatũ 238 a
argentaria functio officium vel argentarii ibid.
argentaria mensa 238 a
argentariam facere, exercere ibid.
arguere reum 239 a
arma 244 b arrogare 249 b
artemon 252 b ascriptitius 257 b
assectari prætextatum 263 a
asserere manu ibi.
asserere sibi hæreditatis partem dimidiam 263 b
asserere sibi procurationem ibid.
astringere se hæreditati 269 a
athleta qui 351 a
atrici 276 a
atrocem iniuriam ibid. b
attentari sententiam 277 b
attestari 278 a
attestans ibid.
auditorium forum, tribunale 284 a
auctionor 228 b
aurum factum 289 b
aurum & argentum factum ibid.
authenticus a, um, quid sit 300 a
authenticæ rationes, tabulæ ibid.
authentica instrumenta ibid.
authores pupillorum 301 b
authoritatis instrumentum 303 a
authoritates publicæ 303 a
authoritatem, actionem pro euictione ibid.
authoritatem laudare 302 b
auus 304 a
aununculus 304 a
aununculus maior ibid. b
aununculus maior ibid.

B

Balnearios fures, quomodo puniendos 310 b
balnearium furtum instrumentũ ibid.
balneator ibid.
bonæ fidei emptor 334 a
boni consulere ibid.
optimo iure prædia ib d. b
bona multiplicia 336 a
bonorum possessio multiplex ibi.
bona prædia ibi b
bupresti 353 b
burdo 354 a
burgi ibid.

C

C litera condemnationis nota 1, & 356 a
cacabus ibid. b
cadere causa 359 a
cade formula ibid.
cadere in iudicio ib. d.
casare, cassare, casus 361 a
caducum legatum ibid. b
caduca bona 336 a
cæca dies 363 b
cæca testimonia ibid.
cædere marmor 364 a
cædua sylua 365 a
cæduæ arbores ibid.
cælare argentum 365 b
cælaturæ exiltimatio ibi.
cælum corrumpere 367 a
cæmentitia fundamenta 368 a
cæmentitius riuus ibid.
cærerum 370 b
cæruleator 373 b
calendaria 374 b
caligatus 375 a
calumniam iurare in aliquem 380 a
calciarium 381 a
camerata vehicula 382 b
canales fructiles 385 a
cancellare testamentum 386 a
candidatus 387 b, & 388 a
cannitius 390 a
canonica illatio 392 b
canthari 393 a
captiosus 399 b
captatorius 400 b
captarius 402 b
capitis diminutio 404 a
capite censi ibid.
capitale crimen, facinus 405 b
capitolem fraudem admittere ibid.
capitalis rei quæstiones ibid.
capitales inimicitiæ ibid.
capitales triumuiri ibid.
capitatio 406 a
capitium 406 a
capitularia ibid.
carbonianæ bonorum possessio 407 a
carcer ad cum 407 b
carbo litium sine causæ 408 b
carruca, carrucarius 415 a
casearius 417 a
castaldus 419 a
castella 421 b castrum 420 b
castrense peculium 421 b
catadromus 422 b
catamidiare 423 a
catillus 426 a
catoniana regula 426 b
cauere alicui 428 b
cauere pecuniam alicui ibid.
cauere aliquem se restituturũ ibi.
cauere summam 429 a
cauere captæ ibid.
cauere testamento ibid.
cauere de euictione ibid.
cauere de facto suo ibid.
cauere pro cautionẽ exigere ibi.
cauere & fauisare ibid.
cauere defensum iri aduersus alium ibid.
cauere sibi aliquid dari ibi.
cautum est de ibi.
cautum est illi ibi.
cautio 429 b
cautio Mutiana ib d.
cautio iuratoria ibid.
cautela 430 a
cauillatio 430 a
caupo 430 b
cauponius 431 a
causa mei dare 431 b
causa sui accipere ibid.
causa fortuita ibi.
causa 432 b
causa lucrativa ibid.
causa perfecta & absoluta 432 b
causarum conciliatores & relatores ibid.
causam accipere 433 a
causa cadere 339 a, & 433 a
causam dicere 433 a
causam dicere ex vinculis 433 b
causas separare 434 a
in causa eadem sistere 434 b
causa, status, conditio ibid.
in causam suam recidere ibid.
in ea causa res est ibid.
in eam causam venire ibid.
causa, accessio ibi,
causa pro casu ibid.
causaris missio ibid.
causari è ibid. causor ibid.
cautes

cauerium 435 a
cedere actionibus alieni 437 a
cedere actionibus alicui aduersus aliquem ibid.
actiones Cedere ibid.
ius Cedere ibid.
litem Cedere aduersario 437 b
aquæ ductum & viam per locum cedere ibid.
intercessioni cedere 437 b
cedere foro ibi.
tempus Cedit 438 a
vsumfructum Cedere alicui 438 a
bono alterius Cedere ibid.
lucro ei Cedit ea res ibid.
cedere pro censeri 438 b
legato Cedere ibid.
cessus ibid.
cessa actio ibid.
cessare in solutione 439 a
cessio 438 b
redire Cessim ibid.
cedere dies 438 a
celebris ciuitas 440 a
celeberrimus vir ibid.
celeritas actionum coniungenda rum 442 b
celeritatem res desyderat ibid.
celeriter & sine causa agere aliquid ibid.
cella vini & olei 443 a
cellarius 443 b
celare fugitiuum ibid.
celare se à domino ibi.
celare venditorem 444 a
censere 445 a
censere & iubere ibid.
censere, sententiam dicere ibid.
in censendo ætatem significare necesse est 445 b
censio ibid.
censio hastaria ibid
censitor ibid.
censuum vitia 446 a
census 446 a
census & fortunæ ibid.
in Censum deferre ibid b
censualis & censuale 447 a
censualia vincula i id.
centenariæ cœnæ 448 a
centesima 448 b
centones 447 b
centum emere, pro cẽtum nũmis emere 448 a
centumuiratæleges 449 b
centuriatus ibid.
cernere hæreditatem 454 b
cretio 455 a
certamina celebrare sub nomine alicuius 457 a
certa die promittere 458 a
certam legem dicere testamento ibid.
certa stipulatio 458 b
certum est 459 a
certò certius 459 b
certiorare ibid.
certioratus ibid.
certissa 460 b
character alicuius 466 a
chartæ puræ 467 a
ad chartas parare papyrum ibid.
charcularius ibid.
charraceus ibid.
chasma 468 a
chalmate perire ibid.
chirembolon 470 a
chirographus ibid.
chirographa tributorum solutorum ibid.
chirographum inane factum solutione ibid.
chirographum legare 470 b
chirographa vænire ibid.
chirographarius ibid.
chirographarius creditor ibid.
chirographaria pecunia ibid.
chirographarium debitum ibid.
chlamys 471 a
chorna 471 b
chorus venit 473 a
cibaria lex 476 b
citare 479 a
cingere syluam 481 b
cinctus 482 a
cinctus in alia militia ibid.
cingulum dare alicui 482 b
sub Cingulo delata illustris dignitas ibid.
cingulo spoliare ibid.
circumambulo 485 b
circumcolens 486 a
circundicere 486 b
circunducere cognitionem ibid.
circuitor 487 a
circunfluit agrum amnis 487 b
circunscriptus dolo 489 b
circunscriptio 490 a
circumstantiæ syluæ ibi.
circumuenire ignorantiam 491 b
circulator 493 a
ciclarius 493 b
cista 494 a
cisterna ibid
cisterna vini ibid.
citra codicillos 493 a
citerior dies ibid.
ciuiliter 497 a
clarissimatus 501 a
classici testes 503 a
clausus 505 a
clausula 505 b
clausulæ generalis ibid.
clami aurei, aut argentei 506 b
cliuos facere 510 b
cloacarium ibid.
coaceruare summas maiores & minores 513 a
coaceruatio actionum omnium ibid
coadunare brachium statuæ ibid.
coangustare aditum ædium 514 a
codicilli 516 a
codicillorum insignia auferre ibid.
codicillis legare ibid.
codicillarii ibid.
coemptas merces supprimere 516 b
cœnaculum medianum 518 a
in Cœnacula aliena se dirigere ibid
per cœnacula domum diuidere ibid.
cœnaculo diuiso habitare ibid.
cœnacularius ibid.
cœnacularia ibid.
coeundi ius lege permissum 518 b
coire in matrimonium ibid.
coire societatem ad emendum ibid
coire societatem ad obligatio ẽ innocentium ibid.
coire societatem de ibid.
coire societatẽ e partibus ibid.
coire societatem in rem certam emendam aut conducendam ibid.
coire societatem in tempus 519 a
coire societatẽ ea cõditione ibid.
coire societatem alicuius rei ibi.
coire societatem omnium bonorum ibid.
coire societatem lucri quæstus & compendij ibid.
coire societatem vniuersarum fortunarum ibi.
coitus societas re, verbis, & per nuncium ibid.
coita societas 519 a
coita societas finis societas ibid.
coita societas contractu habito ibid.
coire ibid.
coire in accusationẽ alicuius ibid.
coitio societatis 519 b
coercere aquam 520 a
Arbores coercere 520 b
contumaciam litis damno coerceri ibi.
coercere 520 b
coercitio 521 a
cogitationis pœnam nemo patitur 523 a
cognati 523 a
cognati admittuntur ad bonorũ possessionem gradarim 523 b
cognationẽ facit etiam adoptio, ibid.
cogauationes perimuntur capitis diminutione ibid.
cognationis iura retinere ibid.
cognoscere instrumenta 524 b
cognoscere de causa 524 b
cognoscere de vi & proprietate ibid.
cognoscere & pronuntiare ibid.
causa cognita exclationem accipere 525 a
causa Cognita iudiciũ dare ibid.
cognita causa æstimare ibid.
cogni a causa probare ibid.
cognita causa statuere ibid
in Cognitione causæ versari ibid.
cognitionis dies 525 b
cognitor ibid.
cogere senatum 525 b
cogere ad fiscum 526 a
collegiarius 530 a
collegij eiusdem sodales 530 b
collegia illicita coercentur senatusconsulto ibid.
collegia sodalitia ibid.
collegium celebrare ibid.
collegium coire ibid.
collegia dissoluere ibid.
collegium vsurpare ibid.
collibertus 531 a
collocare pecunias in emptiones prædiorum 533 b
in Collocatione cedere aliquẽ 534 b
colludere 535 a
collusionem detegere ibid.
per Collusionem quicquam facere ibid.
collusionem alicuius retractare ibid
collusionis prætextu sententiam retractare ibid.
collusor ibid.
collusor è ibid.
collusorie litigare ibid.
colendum fundum in plures annos locare 537 a
cultura fundi 538 b
colonus & inquilinus ibid.
dare colono remissionem ob sterilitatem 539 a
colonus modicum damnum æquo animo, &c. 539 a
in Coloniam aliam se conferre 539 b
colonia ibid.
colores 542 a
colum vinarium 542 b
comessator 547 a
comes ibid.
cominus pecuniam recipere 548 b
comitia 549 a
commata 550 b
commemorare 551 a
commendare ibid.
commeare in via 552 a
commeari 552 b
commeatum dare alicui 552 b
commeatum liberum impetrare ibid.
commeatalis miles ibid.
commercium ibid.
commercium rei habere 553 a
commentarium ius 553 b
in commentarium principis referre aliquem 554 a
commentariensis ibi t.
commissus 556 b
commissa hæreditas ibid.
commissa obligatio ibi d.
cõmissi pœnam remittere 557 a
commissio vindicare 557 a
in Commissum cadere 557 a
in Commissum incidere ibid.
in Commissi causam incidere ibi.
commissoria lege emere ibid.
commissoria lege fundum vænire ibid.
commodare 558 b
commodatum ibid.
cõmodare possumus & alienam rem, &c ibid.
commentorium 559 a
commori ibid.
communis amicus 560 b
commune emolumentum & damnum ibid.
cõmuni diuidundo iudicium ibid.
communis hæreditas ibid.
cõmune impendiũ & lucrũ ibid.
communi nomine comparare aliquid 561 a
communem pactum ibid.
commune periculum ibid.
communis res ibid.
communia vestimenta ibid.
communire 561 b
in commune emere 561 b
in Comune redigere aliquid ibid.
communire deberi ibid.
communiter vendere cum aliquo aliquid ibid.
communioni acquirere 562 a
in communionem incidere ibid.
communicare commodum ibid.
compascuum ius 565 b
compascendi ius habere ibid.
compendio esse 566 b
cõpẽsari in causa iudicati 566 b
compensandus dolus ab vtraque parte 566 b
compensatio 567 a
comperendinare reum 567 a
comperto 567 b
competit actio 568 a, & b
competere, pro deberi ibid.
repetitio competit 568 b
iudex competens ibid.
tribunal Competens ibid.
competenter ibid.
compactum 569 a
compilare hæreditatem 568 b
complanare domum alicuius pro deliniere, & solo æquare 569 b
compecti 570 a
ex Compromisso ad arbitrum ire 575 b
compromissum plenum ibid.
compromissarius ibid.
concamaratio 576 b cõchæ 578 b
concinnator 582 a
concinnatorius ibid.
concipere radices 583 b
conceptio verborum ibid.
conceptis verbis iurare ibid.
concepta actio in bonum & æquum 584 a
verborum conceptio ibid.
conceptio formularum ibid.
conclaue conuertere in vsum æ-diũm 584 b
concratius paries 586 a
concurrere 587 b
concurrere cum summa ibid.
concurrere fiatri in hæreditatem legitimam ibid.
concurrere in pignus ibid.
concurrere in pignore ibid.
concurrere mancipium per plures emptores ibid.
concursus 588 a
concursu partes fieri ibid.
concussio 588 b
concussiones sordidæ ibid.
condemnare reum 589 a
cõdemnari ex reliqua pecunia ibid.
condemnari alicui ibid.
condemnatus ibid.
condemnatus mandari ibid.
cõdemnatus nomine alieno ibid.
condemnatus summa alicuius ibid.
condicere 589 a
condicere nummos tibi ibid.
condictio ibid.
condictio causa dati causa non secuta ibid.
condictio certi ibid.
condictio dati ob turpem vel iniustam causam ibid.
condictio ex lege 590 a
condictio ex scriptura ibid.
condictio indebiti ibid.
condictio triticiaria ibid.
condictitius 590 a
conditione tua non vtar 592 b
conditionem iurisiurandi deferre ibid.
conditionum possibilium genera ibid.
conditionalis ibid.
conditionaliter ibid.
conducere 593 a
ad pecuniam numeratam conducere ibid.

conferre dotem, vel alia bona 594 a
conferre pro differre 596 a
conferre pacto diem soluendæ pecuniæ 594 b
confidere de 598 a
confideiussor 598 a
in Confini ponere arbores 599 a
confiscari bona 600 a
confessoria actio 600 b
conflare lancem 601 b
congerere terram in 604 a
congruentius 606 a
coniectio causæ 607 a
coniveus 612 b
consanguinei fratres 613 a
consanare ibid.
ob Conscientiam stupri accipere aliquid 614 b
consequens est 617 b
per consequentias aliquid facere ibid.
ad consequentias producere, ibid.
conseruus 619 a
conserua ibid.
consignare legem 620 a
consistere legatum 625 a
non Consistere sine re aliqua, ibid.
consistere cum aliquo in iudicio, ibid.
consistere aduersus aliquem ibid.
consistere ex vtraque parte ibid.
consolidatus vsusfructus 625 b
consolidatio ibid.
consonare rescripto 626 b
consonans esse ibid.
consortium initum ibid.
consortio collationis sarcire damnum nauis amissæ ibid.
conspicio te in iure 627 a
constituere coram 629 a
constituere accusatorem 629 a
constituere actionem ibid.
constituere iudicium 629 b
constitutorius 630 b
constare etiam debet ratio pietatis in parentes militibus 630 b
constat ratio ibid. & 631 a
constat inter omnes 631 b
consuetudo 633 a
consummatio 634 a
contemplatione alicuius dare pecuniam 636 b
non contemplatione eius gerere negotia alicuius, sed sui lucri causa ibid.
contemplatione arborum fundū comparare ibid.
conterritus corporis cruciatu 638 b
contestata lis in aliquem ibid.
contestatò 638 b
contestatio litis ibid.
contignatione vna binæ ædes cō tegere 639 a
contextu vno 638 b
continentia ædificia 639 b
in Continenti ibid.
ex Continenti 640 a
contingi crimine 641 a
negotio contingi ibid.
cōtingere existimationem 640 b
contingens pars pretij alicui 641 a
contrahere culpam 642 b
contractus 643 b
contractuum duo summa genera ibid.
contribuere 644 a
contributio ibid.
contubernalis 645 a
conturbare 646 b
contutor ibid.
conuador ibid.
conualescit pignus ibid.
conuenire 647 b
conuenire inter aliquos ibid.
conuenire aliquem 648 b
conuenire in matrimonium dicitur mulier quæ nubit 648 a
conueniri actione ibid.
conuenire debitorem testato ibid.
conueniri pro re aliqua ibid.
facultas Conueniendi rei 648 b
conuentio 649 a
conuenta ibid.
pacta conuenta ibid.
conuersatio, pro habitatione 650 b
conuitium 651 a
corpus collegiorum 664 b
corpus Homeri ibid.
corporis defensor ibid.
corpora concessa ibid.
corporalis possessio 665 a
corporales res ibid.
corporati ibid.
correus ibid.
corrumpere aliquem 666 b
corrumpere fructum ibid.
corrumpere debitorum chirographa ibid.
corrumpere seruum hæreditariū ibid.
corrumpitur stipulatio ibid.
corrupti filius & filia 667 a
cotaria 669 b
cosmeta ibid.
credere sub vsuris alicui 675 a
periculo suo credere 675 b
credendi appellatio generalis ibid.
in creditam pecuniam accipere ibid.
in creditum possidere ibid.
in Creditum ire 675 b
creditor ibid.
creditoris sui negotia gerere 676 a
creditrix 676 a
crustæ marmoreæ 687 a
cucuma 690 a
cucumella ibid.
culpa interuenit 691 b
culpa quid Iurisconsultis 692 a
culpa latior ibid.
culter lanionis 692 b
cum sacco adire 693 a
cupa clausum triticum 696 b
curam præstare in deposito 700 a
cura ibid.
cura & tutela liberari ibid.
curiosus 700 b
curia ibid.
curialia consortia ibid.
curiatus ibid.
curiata comitia ibid.
curare & polire vestimenta 701 b
curator ibid.
curatorem ad aliquid agendum decreto constituere ibid.
curatores ibid.
curatrix ibid.
curatio 702 a
curatio furiosæ matris ad filium pertinet ibid.
curatia ibid.
curax ibid.
custodes 706 b, & 707 a
custos primus prætoriæ 706 b
custodia 707 a

D

Damnum 716 a
damna fatalia ibid.
damnum decidere ibid.
damnum infectum ibid.
damnatus calumniæ publici iudicij 716 b
damnatus crimine ibid.
damnare de suspicionibus ibid.
damnare, pro obligare 717 a
damnas ibid. dardanarius 719 b
de cætero, pro posthac 720 b
debitorem dimittere 722 a
debitrix ibid.
decani 723 a
decaprotoi ibid.
decedere possessione vel de 723 b
decessor 724 a
decemprimatus ibid.
decemviri 724 b
decemvirales leges ibid.
decimæ 727 a
decernere nouam quæstionē 725 a
decidere 726 a
decidere quæstionem ibid.
decidere per aliquem ibid.
deducere furem ad præfectū 735 a
in censum aliquid Deducere 735 a
in dubitationem deducere ibid.
deducere in insidias ibid.
deducere in obligationem ibid.
deducere in stipulationem ibid.
deducere in iudicium ibid.
defensio 737 a
deferre in censum 737 b
defectæ senectutis homo 739 a
defunctorie 743 b
deglabrare 744 a
delegare 747 a
delegatus ibid.
delegatio ibid.
deletitius 747 b
delinquere 750 a
demolio 755 b
demolitus ibid.
demonstratio 756 a
demonstrat præceptor aliquid discipulo ibid.
denuntiatio 761 a
deorsum versum 761 a
depectus 761 b
deponere 764 b
depositum ibid.
depositarius ibid.
deportatus 765 a
deportatio ibid.
depretiare 766 b
deprimere locum ibid.
depressior aqua, & altior ibid.
pro derelicto habere rem 767 b
deridere sententiam 768 a
descendere pro nascitur hinc descendentes 769 b
descriptio, subnotatio, dispunctio rationum 770 b
deserere litem, vel causam 770 b
officium promissum deserere 771 a
desertus pro derelicto 771 b
desertor miles 771 b
designator 772 a
desinere pertinere vsumfructum 773 a
desistere liti ibid.
destercorare 775 a
vsibus publicis Destinatus locus 775 b
destinare, pro definire ibid.
abire in desuetudinem 776 b
desyderare, pro petere in iudicio 777 a
hinc Desyderium pro petitione 777 b
desyderia sua proferre ibid.
determinare, pro certo exprimere, seu describere 778 a
iter determinare ibid.
tempus determinare ibid.
pœna pro tempore determinata ibid.
detestari 779 a
diætæ hypocaustæ 787 a
diæta in hortis 'habitationem significat amœnitatis & voluptatis causa extructam ibid.
detestatio 779 a
detextum linum ibid.
deuirginare 782 b
diæta 787 a
diætarij 787 b
diatretum 789 b
dicas vel dicam sortiri 790 a
dicam scribere 790 a
dicis causa, siue gratia 790 b
dicere causam 791 b
dicere diem alicui 792 a
dicere diem capitis ibid.
dicere de inofficioso 792 b
dicere sententiam 793 b
dicere ius 792 b
dicere multam ibid.
dictum & promissum 795 b
dictare actionem ibid.
dictare iudicium ibid.
ipsis rebus Dictantibus ibid.
dictare, pro scribere ibid.
diffindere diem 799 b, & 803 a
diem actionis exiisse 800 b
dilatorius 801 b
diffusa latè prædia 803 b
diffusa 804 a
dignitatum genera ibid.
dignitas lerus ibid.
diligentia 809 a
diluciditas tractata quæstio ibid.
diminutio capitis 811 a
dimittere creditorem ibid.
dimittere debitorem ibid.
dimittere finem de potestate 811 b
dimittere, pro relinquere 811 b
dimissoriæ literæ ibid.
diplomata 814 b
dirigere literas ad aliquem 816 a
directum iudicium ibid.
directò libertatem accipere ibid.
directarij ibid.
discedit vsusfructus à pſona 819 a
disceptare 819 b
disceptare causam ibid.
disceptator ibid.
disceptatio ibid. discessio 819 a
discuti matrimonium 824 a
disiuncti 824 b
disiunctiua ibid.
disiunctim ibid.
dispensator 825 b
dispicere de conditione institoris 826 b
dispungere rationes 827 a
dissipare bona 830 a
dissoluta negligentia 831 a
distrahere 832 b
distringi iudicio 833 a
districtè denegare 833 b
in Ditionem venire 834 a
diuerticulum fluminis 835 b
diuortium 836 a
diuiduitas 837 b dare 839 b
in creditū Dare pecuniam 840 b
dare actionem 839 b
do lego 842 a
dare præstare 844 b
data opera 847 a dolium 849 b
doliare vinū 850 a
doliariū 850 a dolabra ibid.
dolon ibid. dolus malus 853 a
de Domo numerare 854 b
domestica furta 855 b
dominus 856 b
dominica fides ibid.
dominica pecunia ibid.
dominicæ res 856 b
dominici coloni ibid.
dominium 857 b
donum & munus 858 a
donatio 858 b
donatio mortis causa ibid.
donatio honoris causa ibid.
donatio propter nuptias ibid.
donatarius ibid. donatiuus ibid.
dos profectitia 860 b
doti promittere ibid.
dori dicere ibid.
dos receptitia 860 b
dores prædiorum ibid.
ducere vxorem 866 a
ductus misericordia 867 a
ductio aquæ ibid.
duitas 868 a
duplum stipulari 870 a
duplicia iudicia 870 a
duplio ibid. duplicatio 871 a
duplare ibid. duumvir 873 a
duūuiralis ibid duūuirat⁹ ibid.

E

Edici 877 a
edictum aliud perpetuum, aliud temporale 879 b
edicta principum 879 b
edictales 880 a
edictalis bonorū possessio ibid.
edictum circunducere ibid.
edulium 880 b
edere iudicium 881 a
edere operas 881 b
edere, & reddi rationes ibid.
edere actionem 881 a
editus 882 a editio ibid.
effectu 885 b
effractor 888 a
effractura ibid.
egerere, pro eiicere ex aliquo loco 890 b
electa 892 b
eiicere partum 892 b
elidere pactum 897 a
elegium 899 a
emancipatio 901 b
emanere 901 b
emansor ibid.
embamma 902 a
embateuticum ius 902 a
embola 902 b
emendicatus 902 b
emendicatus homo ibid.
emerita 903 b
emergunt creditores 904 a
emergit falcidia ibid.
eminere supra terram 904 b
emittere manum 905 a
emere alteri quippiam 905 b
quanto minoris emere ibid.
emptum & paratum 906 a
emptio ibid.
emptrix ibid.
emphyteusis 907 a
emphyteuticum ius possidere, ibid.
emphyteuticarius ibid.
eatheca 912 b
eò loci 914 a
ire ibid.
ire in consilium 914 b
ire in creditum ibid.
itum est 915 b
epibades 917 b
epibatigæ ibid.
epicopanon 918 a
epidemetici 918 b
epimelitæ 919 b
epitcopus 920 b
epistola 921 a
epistolares principes ibid.
epitimia 921 b
epitonia ibid.
equitium 926 b
eremodicium 927 b
erioxylon 930 a
eripere ibid.
erogatio 932 a
erro 934 a
erroneus ibid.
escalis 937 b
escarium argentum ibid.
euangelia 942 a
euectio 943 b
euellere arborem radicitus ibid.
euincere 946 b
euincere aliquid ab alio ibid.
euictio 947 a
ex bono & æquo 953 b
ex integro aliquid agere 955 a
ex iure manu conferum vocare ibid.
ex post delicto 955 b
ex post facto ibid.
exacerbatur 957 a
exarmare nauem 960 a
exarare ibid.
exaudire 960 b
exauctorare ibid.
excidere partum mulieri 963 b
exceptio 966 a
exceptio rei iudicatæ ibid.
exceptio non numeratæ pecuniæ ibid.
exceptio procuratoria ibid.
exceptio doli mali ibid.
exceptio in factum ibid.
exceptio iurisiurandi ibid.
exceptorius 966 b
exceptor ibid.
excludere gemmam 967 a
exclusus à cultura fundi ibid.
excusorius 967 a
exconsul 967 b
exconsularis ibid.
excubitularij 968 a
excubare pro pace ibid.
excurrit cuentus donationis in hoc tempus 969 a
excurrit summa ibid.
excursiones breues ibid.
excutere aliquid 970 a
nulnos de manu Excutere ibid.
excutere summam pecuniæ alicui ibid.
excutere debitorem ibid.
exectus filius 970 b
exemplum 972 a
exiit dies 973 b
exequi actionem 975 a
exequi procurationem 975 b
executio obligationis ibid.
exercere figlinas arenarias 977 a
exercere litem ibid.
exercere pecunias ibid.
exercitor 977 b
exercitorius ibid.
exercitio ibid.
exercitus ibid.
exhæredem filiū sine elogio seribere 799 a
exhibere 980 b
exhibere reum ibid.
exhibere medicinam ibid.
exhibitorius 981 a
exactores 982 b
eximunt tempus feriæ 984 b
eximere actionem ibid.
eximere in ius vocatum 985 a
eximere reum ibid.
exemptiles margaritæ ibid.
expeditus intellectus 993 b
expensam referre 994 b
expensum ferre ibid.
expensare ibid.
in Expedito esse 993 b
experiri ius 995 b
experiri actione 995 a
experiri 995 b
experiri liberali iudicio ibid.
explicare pecuniam 999 a
explicitus tractatus 999 b
exploratores 1000 b
expostulare verecundè 1000 a
expromittere 1003 b
expromissor ibid.
expungere rationes 1004 a
expungere stipendiis militē ibid.
extercorare 1006 a
extra quàm 1009 b
in extremis esse 1010 a
extrahere se rebus humanis 1010 a
extrahere in dicium ibid.
exilij species tres 1012 a

F

Fabricus 1017 a
prima Facie 1019 a
facere 1019 a
facere facultatem hæredi petere 1022 a
facere moram 1024 b
facit ventrem paries 1028 a
facere iofamiam 1023 a
facere potestatem sui 1026 a
facere remissionem 1026 b
facere totum 1027 b
facere vitium 1028 b
factum 1029 b
factores 1030 a
faculares alicuius exercere 1032 b
facultatibus labi ibid.
facultas ibid.
falsum testamentum 1033 b
faisire 1036 a
familia 1039 a
familiaria vestimenta 1039 b
farrarius 1041 a
fascia 1042 a
ferre iudicem 1055 a
ferre quæstionem 1056 a
ferrumi atio 1059 b
fides tabularum 1063 b
fidem bonam agnoscere 1064 b
fidem eligere 1065 a
fide sua esse iubere ibid.
fidem liberare 1065 b
fidem alicuius sequi ibid.
fideiussor 1065 a
fideicommissus ibid.
fideicommissum ibid.
fideicommissarius ibid.
fideiubeo ibid.
fideiussio ibid.
fiduciarius hæres 1067 b
Filij appellatio omnes liberos comprehendit 1068 b
Filiusfamiliàs & filiafamiliàs qui dicantur 1068 b
finis quid Iurisconsultis 1071 b
finis huius iudicati 1071 b
fiscalis 1075 a
flagellis cæsi 1075 b
fluxus aquæ, &c. 1084 a
Fluminū quædam perennia, alia torrentium 1084 a
fodina cretæ 1085 b
fossa ibid.
fœnarius 1088 a
fœnerare pecuniam communem 1088 b
fœnerare pecuniā publicam sub vsuris solitis ibid.
fœnebris pecunia 1089 a
forma censualis 1093 b
forma iuridictionis ibid.
forma prouinciæ ibid.
forma calcei ceruicem percussit 1094 a
formeiam intendere ibid.
fornacarius 1095 b
fornicarius 1096 a
fomentatio 1100 b
fraus, pœna 1103 b
frequens pro consueto 1105 a
fribusculum 1106 a
friuola 1107 b
frugi 1109 a
fruitus 1111 a
fructus 1111 b
fructuarius 1112 a
fruſtror ibid.
fruſtrator 1112 b
fugitiuus 1115 a
fullo 1117 a
fullonica ibid.
fullonicum ibid.
fusco 1118 b
fundare ius ciuile 1119 a
fundi appellatio 1119 b
fungi pignoribus 1120 a
fungi vita ibid.
fungi, pro statui ibid.
functionem recipere ibid.
funeraria actio 1121 a
funesta familia 1121 a
furtum 1122 a
furtum admittere ibid
furti agere ibid.
teneri furti 1122 b
furtum sui facere ibid.
furca figebantur grassatores 1123 a
furnarius 1123 b
furiosus 1124 b
fustibus cæsi 1125 a

G

Gemelli 1130 b
germinalis 1136 b
gestus 1137 b
gladij jus 1141 a
gladiator 1142 a
gland s appellatio 1142 a
glans caduca ibid.
gradus deiectio 1148 a
gradu militiæ deiici ibid.
gram matophylacium 1150 a
grassitores 1151 b
gratiose 1153 b
gratificationi locus 1154 a
grauis vterus 1155 a
grus 1157 b
gutterosus 1159 a

H

Habena vel ferula cædi 1160 b
habere actionem 1161 a
habere æquitatem ib d.
habere alienationem alicuius rei ibid.
habere destinatum 1162 b
habere fuctionem testamenti 1163 a
habiliter 1167 b
hactenus 1168 b
hæredem substituere 1169 b
hæreditarius seruus 1170 a
hæredeas 1170 a
homines 1190 b
honoratium 1192 b
horrearius 1194 b
horti 1196 a
hospitium, amicitiam, fœdus amicitiæ cum aliqua gente facere 1197 a
hostitiolum ibid
in Humanis rebus 1198 b
humerale 1199 b
hypothecarius 1204 a

I

Iactare rete 1206 a
iaculatorius 1207 a
iam olim 1208 a
ianitrices 1208 b
idoneior 1212 b
illatio ibid.
illicitè 1218 b
illotis manibus materiam aliquā tractare 1219 b
imaginarius colonus 1221 a
imaginarius emptor ibid.
imaginarius contractus ibid.
imaginaria emptio 1221 a
immature 1224 a
immiscere se rei alienæ 1225 a
immittere in flumen publicum 1225 b
immittere ibid.
immutabiliter 1227 b
impendia dedurere ex dote 1230 a
imperium 1232 a
imperium deplex ibid.
imperfonaliter 1232 b
impetriginosus 1232 b
impactus in carcerem 1234 a
impacta nauis in Scapham ibid.
impissimus 1234 b
impler animus id quod dectinaturali possessioni 1235 a
implere delationes ibid.
implere fidem ibid.
implere mandatum ibid.
implere possessionem diuturnam ibid.
implere professionem ibid.
implere satisdationem ibid.
implere solenia accusationis ibid.
implere venditionem 1235 b
implere vsurapionem ibid.
in plusitus casus hereditatis contro uersiæ 1236 a
impositicius 1237 b
impostor ibid.
impostura ibid.
imporrare infamiam 1238 a
impostiti is conditio 1238 b
imprætiarum 1238 b
improfessus 1239 b
imputare 1241 b
in dotem & dori esse 1243 a
in rem iurare & in personam 1245 b
in rem concepta actio ibid.
in vero 1246 b
inæstimatus 1247 b
incertum, incertitudo 1251 b
incestum 1252 a
incestæ nuptiæ confirmari non debent ibid.
incilæ 1253 b
incilia prima ibid.
incile ducere 1253 b
includere & inculpere gemmam 1256 a
incolumes ædes 1257 a
incorsutro 1259 a
incredulitas 1260 a
incrustare parietem 1260 b
inculpatæ & honestæ vitæ testis 1261 a
incumba ibid.
incumbit defectio mortis hæredi 1261 b
incumbere possessioni ibid.
incurrit suspicio fraudis 1262 b
incurrit hic & alia suspectio ibid.
indebitum 1264 a
indebitò & indebitè ibid.
indemnis 1264 a
indemnitas ibid.
indeuocio 1264 b
indicasse reum 1265 a
indicium profiteri 1265 b
indicium ibid.
indicatio ibid.
indifferenter 1266 a
indifficilis ibid.
indere aliquid in aurum 1268 a
indubitatè 1269 a
indubitatior ibid.
indubitanter ibid.
inducere aliquem 1269 b
inducere sententiam aut decretū 1270 a
inductus 1270 b
inductio ibid.
indulget hæreditatis petitionem 1271 a

indulgere publicè abolitionem reorum ibid.
indulgentia reorum abolere crimina ibid.
iudulterus ibid.
infamiam irrogare 1276 a
infamia notari ibid.
infamia laborare ibid.
infamiam importare ibid.
inferre in ærarium 1277 b
inferre fisco 500. solidos 1277 b
inferre litem 1278 a
inferre quæstionem ibid.
inferre ibid.
inferre actionem cũ aliquo ibid.
inferre, soluere 1278 b
illatio ibid.
infirmare legatum 1281 a
infirmari transactionem ibid.
infirmatus ibid.
infligere grauiores vsuras 1281 b
iniicere manum 1290 b
initiatus 1292 a
iniungere pœnam 1292 b
iniuria ibid.
iniuria confertur in personam alicuius 1293 a
iniuriarum conueniri ibid.
iniuriam remittere ibid.
inefficiosum testamentum 1293 b
inquinare segetem iniecto lolio 1297 a
inquinare vestimenta ibid.
inferi cõditionẽ stipulationi 1300b
infidiosa loca 1301 b
insolidum debere pecuniã 1304 a
insolidum obligari ibid.
insolidum spondere ibid.
instar 1305 b
instratum 1306 a
instigator 1306 a
instigatus ibid.
instimulat eum verbis ibid.
institor 1306 b
institoria actio ibid.
instituere accusationem ibid.
instituere actionem ibid.
instituere sic actionem ibid.
instantia 1308 a
instruere alicui calumniam 1308 b
instruere materiam falso fabricando 1308 b
instruere accusationem, actionẽ, litem ibid.
instructior paterfamilias 1309 a
instrumentum ibid.
insubulis 1309 b
insubuliter ibid
insulæ 1310 a
insularius ibid.
insuper habere 1310 b
intendere actionem alicui 1313 a
intendere causam 1313 b
intentio ibid.
intentio dominij ibid.
intentionem perdere ibid.
intentare actionem 1314 b
intentare imp. Ro. ibid.
intercalaris 1315 b
interdictus 1316 a
intercedere per vim ac dolũ ibid.
intercidere rationes alicui 1316 b
intercidere ædes vicinas, ibid.
intercidit actio 1316 b
intercidit legatum ibid.
intercidit libertas ibid.
interdicere 1317 b
interdicere in aliquem ibid.
interlinere vrbe ibid.
interdictum annuum ibid.
interdictum simplex, cui opponitur duplex ibid.
Reliqua quæ ad interdictum pertinent, vide sequentib. 4. col.
interest mea, aut alterius 1320 b
interlinere 1322 a
interlo qui ibid.
interlocutio ibid.
interpellare possessionem 1323 b
interpellare vsucapionem 1324 a
interpellare iurisdictionem ibid.
interpellare debitorem ibid.
interpolare 1324 a
interpolum ibid.
per interpositam personam 1325 a
intertiment um 1327 a

interstitium ibid.
interuallum soluendi dare alicui 1327 b
interuenire ibid.
interuentus 1328 a
interuentor ibid.
interuertere possessionem ibid.
interuertere, subuertere ibid.
interæsurium 1328 b
intestatus ibid.
intestari ibid.
ab intestato ibid.
intestato ibid.
intestabilis ibid.
intimare apud præsidem 1329 a
intra diem mortis 1329 b
introitus 1330 b
inuadere negotia alterius 1332 a
inuenditus 1332 b
inuentarium 1333 b
inuidiam insidiarum vertere in aliquem 1335 b
inuidiosum & turpe commentũ 1336 a
inuitus huius solutionis 1337 a
inuolare 1337 b
irenarchæ 1341 b
irrepit vitiatas 1342 a
irrogare infamiam 1343 b
iter quid 1348 a
iuberi ire salutatum 1350 a
iudicatum facere 1351 a
ad Iudicium venire 1352 a
ne Iudicatum sit ibid.
iumentum 1355 b
iumentarius ibid.
iurare in rem, & in personam 1357 b
iurato ibid.
iuramentum 1358 a
ius ibid.
ius est facere, faciendi 1358 b
ius naturale ibid.
ius gentium ibid.
ius ciuile ibid.
ius ciuile Papyrianum ibid.
ius moribus constitutum ibid.
ius honorarium ibid.
ius prætorium 1359 a
ius priuatum ibid.
ius proprium ibid.
ius publicum ibid.
ius sacrum ibid.
ius singulare ibid.
ius summum ibid.
ius facere 1359 a
ius reddere 1359 b
iurisprudentia ibid.
iussus filius ibid.
iustum testamentum 1360 b

L

Labes 1 a
labi errore 2 a
lapsus per vinum ibid.
lapsus facultatibus ibid.
laborare nota infamiæ 4 a
læsio publica 9 a
lana 12 a
lapidarius 14 b
lapicidina 14 b
lasciuia 17 a
latitare 18 a
latrunculator 20 b
laudare tamen 21 b
laxum tempus 24 b
legare 26 b
legatarium 27 a
legatum ibid.
legatarius ibid.
legibilis 27 b
lena 28 b
lenocinium ibid.
leuir 32 b
libertas 39 b
liberi 40 b
libertus ibid.
libertinæ conditionis homo 40 b
libertinitas 41 a
liberatio 41 a
libellos agere 42 a
libe lus ibid.
libitinarius 43 a
licitans 44 b
limenarcha 48 a

limitaneus 49 a
linea ibid.
linea margaritarum ibid.
in Linea vii pertussis margaritis ibid.
lintrarius 51 a
lintearius 51 b
liquidò iurare 52 b
non liquere de causa 53 a
litis nomen ibid.
litem suam facere 53 b
litus 56 a
logarium 61 b
lubricum linguæ 67 a
lucrum abrumpere 67 b
lucratiuus 68 a
luminibus obstruere 73 a
lumina minuere ibid.
luminibus efficere ibid.
lumina ædium obscurare 73 b
lumen recludere ibid.
lumen impedire ibid.
lumen deuoluti in ædes ibid.
lumen immittere ibid.
lunatici 74 b
lucre 75 a
luitio ibid.
lupanarium 76 a
lusceitio 76 b
lustrum 76 b

M

Machina 85 b
machinarius 86 a
machinarius mensor ibid.
magis est 88 b
magister 89 b
magister nauis ibid.
op. Maximus 92 b
malleatus 96 a
maleficium 99 a
malitiosè versari in re aliqua 99 b
manceps 100 b
mandatus 1002 b
mandator cædis ibid.
mandator delationis ibid.
mandatores ibid.
manus mittere ad rem aliquam 108 b
manu longa & manu brevi trade re 109 a
manus iniectio 109 b
pro Manus pretio aliquid dare 109 b
præ Manu, pro ad manum 109 b
opus Manufactum 110 a
margaritæ 112 b
materfamilias 117 a
matruelis 117 b
materia 118 a
medietas 124 a
mediastinus 124 b
meliorare 336 b
membrum dormitorium 128 b
membraneus ibid.
mente prædonis res hæreditarias apprehendere 133 b
mens mea faciendis 134 b
menstruum 136 a
mercenarius 137 a
meritorium 138 b
mergi 139 a
falces messoriæ 144 a
metrocomia 144 b
milites 147 b
milliarium 148 b
missiterium annonæ 151 b
misericordia ductus 155 b
misericordiam exercere ibid.
mittere se præcipitem ex alto 158 a
modiatio 159 b
modiolus ibid.
modulus 161 b
moduli aquarij ib d.
molendinarius 165 a
molesta separatio 165 b
moneta adulterina 169 b
monetales Triumuiri 170 a
monstrare 172 a
monstrare ordinem 172 a
morari apud aliquem 175 b
morari cum aliquo ibid.
morari solutionem ibid.
moratorius 176 a
mortalitas 378 a

in Mortalitatem differre aliquid ibid.
mortalitatis turbatus ordo ibid.
mortiferè ibid.
mouentes res 184 b
mouere controuersiam 181 a
mouere me 181 b
motio ab ordine 182 b
mobiles res ibid.
mulier 184 a, & b
muliebria 184 b
munus 191 a
municipes 192 a
murrheus 194 b
mutuum 200 b
mutuor ibid.

N

Natalibus restituere 208 b
naturalis 210 a
naues actuariæ 211 a
naues marinæ ib d.
nauis vinaria 211 b
nauicella 212 a
nauigium 213 a
naupergus 213 b
videndum est ne omnia illata vel iudicata, &c. 214 b
ne non factum ibid.
nexa res pignori 218 a
nexus siue obæsum 218 b
à Nexu vendiri liberare venditorem ibid.
negligentia crassa 219 b
dissoluta ibid.
summa ibid.
negotium facere 220 b
negotiis alienis se offerre 221 a
negotiator ibid.
nequitia 224 b
in Necem alterius 227 b
nihil agere 229 b
nimia circum maritum vxor 232 a
ninarum colum 235 b
nomen vendere 240 a
nomina debitorum parum idonea ibid.
non aliter quàm 241 b
notio 244 b
notoria 245 a
notari infamia 246 a
notare ibid.
notari ibid.
nothia ibid.
nouercalia delinimenta 247 a
nouelletum 248 b
noxa 250 a
noxam committere ibid.
ex Noxa serui conueniri ibid.
noxis ex pluribus experiri ibid.
noxam dedere 250 b
ad Noxam dedere aliquem ibid
noxis solutus seruus 250 b
noxa admissa ii id.
noxalis ib d.
noxiæ esse ibid.
numeri militares 256 b
in Numeros referri ibid.
nuncupare 259 a
nuncupata voluntas 259 a
nuncupare vota ibid.
nuncupatum testamentum ibid.
nund nariæ epulæ 259 b
nunquid non 260 a
nuntium vxori remittere ibid.
nuclei oliuarum 262 b

O

Obdormiscere 264 b
obire vxorem nuptum 266 a
obligare fidem pro alio apud alium 268 a
obligationem confirmare ibid.
obligatio constituitur 268 b
contrahitur ibid.
in obligationem aliquid deducere ibid.
obligationem dissoluere ibid.
distrahere ibid.
obligatio expirat ibid.
in obligationem reuocari ibid.
obligationem vitiare ibid.
obrepit creditor 271 a
obrepere ibid.
obreptio 271 b
obruere nauem 272 a
obstringere fidem suam alicui 278 a
obstringi fideicommisso ibid.
obstringi furti ibid.
obstringere se hæreditati 278 a
obstrictus actione mandati vel negotiorum gestorum ibid.
obstitus vehiculo 279 a
obuenire 281 b
obuentiones & reditus ibid.
occurrere ad iudicium 286 a
officium 298 a
oliuariæ molæ 301 a
onerare annonam 306 a
operam perdere 307 b
opistographus 311 b
opsonator 316 b
optio 317 b
extra Ordinem 323 b
ordinarius seruus ibid.
originarius 324 b
ossuaria 334 b
ostentum 336 b

P

Pactum 342 a
pactum aliud in rem, aliud in personam ibid.
pacta conuenta ibid.
pactio 342 b
pædagogium 343 a
pagere 344 a
paganus 344 b
paganicus ibid.
palimpsestus 347 b
pallia 348 b
palmarium 350 a
panis 355 b
panniculatia 356 a
pantheron, pantherum 356 b
pariare 359 b
pariatio ibid.
pariator ibid.
parabolani 360 a
paragraphus 361 a
paraphernæ ibid.
parauuredus 362 a
parens 364 a
parere intercessori 365 a
paritum conditioni ibid.
paricida 365 b
paricidium ibid.
participare cõsilium cum aliquo 373 a
participare lucrum aut damnum alicuius 373 a
parum benè 374 b
passus 379 b
pastinum 380 a
patina 383 b
pati actionem ab alio intentatam 384 a
patientiam præstare 385 a
patrimonialis 383 a
pax 389 a
peculium 393 b
peculiare ibid.
pecunia 394 b
pecunia frumentaria ibid.
pecunia vsuraria ibid.
pecuniariæ causæ 395 a
pecuniariè ibid.
pellex 398 b
penes 403 a
penula 405 b
per contrarium 406 b
per consequentias ibid.
litem peragere 408 b
peragere aliquem reum 408 b
perducere ad effectum 414 a
perductum, perinductum 414 b
perduelles ib d.
perduellio ibid.
peregrinatio 415 b
peregrinitas 415 b
perennis fons 416 a
perfidè 418 b
perfodere oculum alicui 419 a
perfasoriè 420 b
perfunctoriè ibid.
pergula 421 b

periculi sui rem facere 423 a
periculosus casus 423 b
periclitari authorẽ oportet quanti plurimi, ibid.
periclitatur quis fieri inops 423 b
perimere donationem 424 a
peremptoriæ exceptiones, ibid.
peremptorius 424 a
perperam accipere pecuniam 432 a
perperam iudicare, ibid.
perpetuare obligationem 433 a
non est Perpetuum 433 a
perpetuarius 433 b
persequi sententiam ad finem. 436 a
persecutio 436 b
personam egredi 437 b
personam eximere, ibid.
personale munus 438 a
personæ 438 a
pertinere 441 a
pertiner, ibid.
peruenire in discordiam cum aliquo 443 b
pedulis 447 b
pedaneus iudex 447 b
pessundare 449 a
petere in libertatem ex seruitute 450 b
petere seruos in quæstionem, ibid.
petere per iudicem ibid.
petere per condictionem ibid.
petere aliquem meum esse ibid.
petere de aliquo ibid.
petitionem implere 452 a
petitorius ibid.
petitrix ibid.
phasianarius 456 b
pignus 467 a
pignori accipere 467 a
pignora auferre ibid.
pignus consumitur ibid.
pignus extinguitur 467 b
pignori teneri ibid.
pigneratitius creditor 468 a
pinguius 470 b
pistoricus 471 b
pistaria 474 a
plagiaria lex 478 b
de vel è Plano 479 b
plaustrarius 482 a
plena proprietas 484 a
plumbarius 486 a
plumbatura 486 b
pluteum 487 a
pœna 488 b
pœnam præstare 489 a
in Pœnam vlterius procedere, ibid.
politor 491 b
polliceri 493 a
pollicitatio ibid.
porticatio 504 a
portus 505 b
possessum publicè in alicuius bona mittere 507 a
possessorius 507 b
potestas 508 b
postliminium 512 a
postulari 513 a
postulare ibid.
potiri hostium 514 a
præceptio 520 a
prædicere 524 a
prædo 523 a
præfectus prætorio 526 a
præfectorius 526 b
præfixum ibid.
præiudicare alicui 528 a
præiudicium ibid.
præpositio 533 b
prærogare 534 b
prærogatiua ibid.
præscriptio 536 a
præses 537 a
præstare 538 b
præstatio 540 a
præteriti 543 b
præteritus dolus ibid.
prætermittere hæreditatem 544 a

prætor 545 b
prætorium 547 a
præuaricator 547 b
pratum 549 b
precarius 551 a
precario ibid.
principales constitutiones 557 b
priuilegiarius 560 a
pro parte 560 b
pro rata 561 a
pro eo atque 561 b
pro eo est, quasi ibid
probationem implère 563 a
in Procinctu versari 565 b
procire ibid.
procurationem rei alicuius suscipere 567 b
procurator 568 a
procuratorius ibid.
prodictator 568 b
prodere legem 569 b
profari 571 a
proferre 572 a
profiteor 572 b
profiteri 573 b
prohibitorium edictum 577 a
prolixitas 578 b
prolusorius 579 a
promouere 582 a
pronuntiare 583 a
pronuntiatum ibid.
in Propositio 589 b
propter quod 590 b
proscribere aliquem 592 b
prosilire vltro ad accusationem 594 a
protectum 596 b
protelare 597 a
protinus 598 a
protostasia 598 b
prouidenter 600 a
prouidentia 600 b
prouincialis 602 a
prouocare aduersus creationem 602 b
prouocare aduersus sententiam 602 b
pruriginosus 604 a
pfegma 604 b
pubere 606 b
pubertas 607 a
publicus ibid.
publica vectigalia ibid.
publicari 607 b
publicanus ibid.
puer 609 b
pupillus 617 a
purpuraria taberna 618 b
purrhicharij 618 b
pura charta 618 b
purus locus 619 a
pura vasa ibid.
purè 619 b
puteus, puteum 621 a
puta, pro scilicet 621 b
vt Puta ibid.
putatorius ibid.
putatio ibid.
pyctatium 622 a

Q

Qua 626 a
quadrifariter 626 b
quadrima dies 627 b
quadruplari 628 b
quadruplicatio ibid.
quærere 629 b
quærere rem ibid.
quæstio tenet eum qui in ius vocatus est 630 b
quæstionem agitare 630 b
quæstionem decidere ibid.
quæstio deducitur in iudicium, ibid.
quæstio, pro tormentis ibid.
quæstionem postulare ibid.
qualisqualis 633 a
quali vindemiatorij 633 b
qualus ibid.
quanti res erit 635 b
quanti minoris, ibid.
quanti plurimo, quanti minimo 636 a
quanti interest 635 b

quo facto 649 b
quisque 650 b
quatenus Quoad 651 a
quot mensibus 653 b

R

Rationibus referre 663 a
ratio implicita ibid.
rationes reddere quid ibid.
rationales 663 b
rationabilis ibid.
ratiarius 664 a
rauca 664 a
readoptare 664 b
reatus 665 a
recipere alicuius ignorantiam 668 b
recipere seruum ibid.
recipere libertatem 668 a
recipere nomen absentis 668 b
receptor 669 a
recomponere 671 a
reconducere 671 b
rectè 687 a
recusare actionem 673 b
recusare ibid.
reddere seruum in potestatem domini 675 a
redire viam & inire viam 676 a
redhibere 676 b
redhibitio ibid.
redhibitorius ibid.
redigere ad vel in peregrinitatẽ 677 a
redigere in testatum ibid.
redimere 677 b
redemptor pontis 678 a
redemptor fyluæ ibid.
redemptiare ibid.
redemptura ibid.
redundabit ex necessitate onus legatorum ad hæredem 679 b
non Redundat ad te damni periculum ibid.
referre consules ad senatum de re aliqua 684 a
reficere 682 b
reficere testamentum ibid.
reformare 683 b
refuga 685 a
refugium ibid.
refutatorius 685 b
regimentum 687 b
regulariter ibid.
releuatur mulier per senatusconsultum 691 b
releuare aliquem satisdatione 692 a
releuari in aliquo ibid.
relig o iudicis 692 b
reliqua contrahere 694 b
reliqua trahere ibid.
reliquatio ibid.
reliquor ibid.
reliquator ibid.
reliquiæ 695 a
relocare ibid.
remeatus 696 a
renouare seruitutem 700 b
renuntiare exceptionibus, excusationi, societati, legationi 701 a
renuntiare depositò 701 a
renunciatio ibid.
repertorium 704 a
repetere e per iudicem ibid.
reperire rem ibid.
repetita die 704 b
repetita emptio ibid.
repetundarum 705 a
repignerare 706 a
replicatio ibid.
replumbare ibid.
reposcere per iudicem 707 b
reposcit causa ibid.
repræsaliæ 707 b
repræsentare libertatem 708 a
repromittere 709 a
repudium ibid.
repudiat etiam maritum vxor ibid.
repurgium 710 a
reputare 710 a
res 710 a, 712 b
è Re 712 b
rem vel res gerere 713 a

rescissorius 714 a
rescissio 714 a
rescriptum 714 b
residet culpa penes eum 715 b
residet apud eum pecunia publica ibid.
de Residuis teneri ibid.
resilire emptori dicitur venditor meliore conditione allata 716 a
resoluitur emptio sub conditione 716 b
respicere periculum rei venditæ ad venditorem debet 717 b
restauratur actio furti 719 b
restauratur obligatio vetus, ibidem
restaurare seruitutem ibid.
restauratus 719 b
restipulari 720 a
resticulus ibid.
restitui in bona paterna ibid.
restituuntur propriè volentes ibid.
restituere tutelam 720 b
restituiri, ibid.
restitutio ædificiorum, ibid.
restitutorius, ibid.
reuendere 725 b
reuænire, ibid.
reuocare forum 727 a
reuocatur quæstio inter easdem personas ibid.
reuocare rerum administrationẽ ad suam solicitudinem 727 b
reuoluitur ad emptorem infecti damni stipulatio 728 a
reus 728 a
reus satisdandi, satisaccipiendi, promittendi 728 a
reum fieri 728 b
reus peragitur ibid.
rigor iuris 735 b
riparenses 736 b
riuus 737 a
riuales 737 b
rogare legem 739 b
rogatio 740 a
rupisse videtur qui corrupit 748 b
ruræstre opus 730 b
ruta cæsa 751 b

S

Saccularius 2 b
sacrum 3 b
sacellum ibid.
sacrarium 4 a
sagaria 8 a
sanctus 17 a
sartarecta 23 a
sarcinator ibid.
sarcinatrix ibid.
satisacceptio 27 a
satisdare ibid.
sæuæ 31 b
scala ibid.
scaphium 33 a
schola 37 o
scholaris ibid.
sciens prudénsque 39 b
scoparius 42 a
scribere seruo libertatem 44 b
secedere 49 b
sectio 50 b
secundum 52 b
sedularium 55 a
selecti iudices 58 b
semissalis 63 a
semissarius, ibid.
senator 63 b
sententia 68 a
sententiam contrariam accipere 68 b
dicere Sententiam ibid.
sententiam suam seruare 69 a
sepulchrum 70 a
sepulchra familiaria, & hæreditaria 70 a
septa 70 a
sequester 71 a
sequestrarius 72 b
sequestratio 72 b
sequestrum ibid.
sequior, ibid.
seruare suum 79 b
seruaculum, ibid.
seruia 80 a
seruus vrbanus, ibid.
seruitus 80 b
sic tamen 86 b
signatus 90 b
silentiarius 92 a
siliginarius 92 b
simplarius 94 b
sine delectu 96 b
in Sinu suo habere 98 a
sistere 100 a
sistere aliquem iudicio ibid.
sisti in iudicium 100 b
sisti 100 b
statum 100 b
status, ibid.
sitocomia 102 a
sitonia 102 a
sodales 105 a
solarium 107 a
solicitator 110 a
solutio 113 b
solutus, ibid.
sonticus 116 a
sortes 120 a
sortiri magistratum 120 b
species 124 b
speculare 127 b
specularius, ibid.
specus, ibid.
sponsare 137 a
sponsio, ibid.
spontalia, 137 b
sponte 138 a
spurcare 139 a
stabulum 140 b
stabularius 140 b
statim atque 142 a
statim quàm 142 b
stellionatus 144 b
stercoratus ager 148 a
stipendium 148 a
stipem conferre 148 a
stipulor ibid.
stipulatio ibid.
stipulationem acceptum ferre ibid.
stipulatio rescindenda, ibid.
stipulatus, ibid.
stirps 149 b
stati dies 151 a
statuliber 151 b
stationarius 152 a
stratus lapis 146 a
suasus 164 a
subcurator 166 a
subdere partum 166 a
subditum testamentum 166 b
subire hæreditatem 167 b
subire vicem eandem ibid.
subiicere ignem fornaci 169 a
subiicere se periculo ibid.
subiicere nomen alterius 169 b
subiicere delatorem 169 b
subiicere testamenta ibid.
sublegere 170 b
subleuare testimonio aliquem 171 a
submittere alicui delatores 172 b
subscribere 174 b
subscribere in crimen 175 a
subsellia 176 a
subsignare 177 a
subsistere liti, ibid.
subsistere, pro dubitare ibid.
subsortiri ibid.
subsortitio ibid.
substantia 177 b
substitutio 177 b
subtractus 179 b
succedaneus alieni periculi 181 a
sufficiens 185 b
sufficienter 186 a
suffragia 186 b
suggerit res 188 b
suggero ibid.
suggestus ibid.
sugillare ibid.
esse alicuius periculo 190 b
esse pignori ibid.
esse efui potuíque 190 b
esse in rebus humanis 191 b
est cum eo testamenti factio 191 b
esse minimi æris 190 b
non Est huic rei locus ibid.
est recum actio ibid.
sumere è medio 194 a
supellex 195 b
superabundare 196 a
superdicere 197 a
superficies 197 b
superficium ibid.
superficiarius 198 a
superfluus 198 a
superindictum 198 b
superinductio ibid.
superamentum 199 b
superscribere ibid.
supersse negotiis suis 200 b
supersse rebus suis ibid.
superfore ibid.
superuacuò ibid.
superueniens 201 a
suppetere 201 a
suprema sua ordinare 205 b
suprema iudicia 205 b
supremus 205 a
suscipere iudicium 208 a
suscipere mandatum 208 a
suspendere in furcas 209 a
sustpectas facultates alicuius habere 211 a
sustinere cognitionem 211 b
sustinere pœnam ibid.
suus hæres, & suum seruare 213 a
sycomorus 217 b
synalagma 217 a
synedria 218 a
synthesis 219 a
syssitos 220 b

T

Tabulæ 221 b
tabulas testamenti aperire 222 a
tabulæ pupillares ibid.
tabellariadex 222 b
tataria lex 226 a
tanti quanti 228 b
tectoria vulgaria 235 a
temerator 238 a
temporale exilium 242 b
temporarius 242 b
tenere causam 245 a
teneri lege, inrerdicto 245 b
teneri perpetuo morbo 246 a
teneri manifestò 247 a
credito Tenus 249 b
muro Tenus omnes ferè vrbes finiuntur ibid.
verbo Tenus ibid.
tepidarium 250 a
tergiuersari 252 a
terminata oratio & concluſa 253 a
territorium 255 a
tessera 256 b
testari 258 a
in Testatum redigere 258 b
testatio 258 b
testator, ibid.
testatrix 259 a
testatò 259 a
testatò denunciare alicui ibid.
testatò decedere ibid.
testamentum ibid.
testamentarius 259 b
testudo 260 a
thesaurus 266 b
tibiale 271 a
tignus 271 b
Titia lex 275 a
titulus 276 a
tolerare 277 b
tectum altius tollere 278 b
traducere 287 a
transcribere 293 a
transit quinquennium 292 a
transire per multos seruos ibid.
translatiuè 294 a
transfuga 294 b
transfungere 295 a
trapeta funibus suspensa 297 a
trapezophoron 297 b
tribuni militares 300 a
tributum 302 a
in Tributum vocari ibid.
tributorius ibid.
triga 304 a
tritauus 307 b
triumuiri capitales 308 b
tueri se 312 b
tueri ibid.
tuitus, ibid.
tuendus, ibid.
tutor 313 a, & b
tutela 313 b, & 314 a, & b
tutelæ suæ factus 314 a
in Tutelam suam venire 314 b
tutelaiis 314 b
tuitio 314 b
tugurium 315 a
turba 318 a
tyrocinium animi 325 a

V

Vacillans testis 326 a
vacare morbis 326 b
vacui nummi 327 b
valere quasi minimo 330 b
valetudo ingraueſcens 331 b
valetudinarius 332 a
valetudinarius medicus ibid.
vaforum appellatio generalis 335 b
vata vinaria ibid.
vatarium ibid.
vascularius 336 a
vectigal 338 b
vecturas nauium licere aut exercere 340 a
vendicatio 344 a
venditrix 344 b
venenum 345 a
venalitius 346 a
venalitium ibid.
venaliciarius ibid.
ventrem facere 351 a
ventre vacuo mulier ibid.
ventrale ibid.
ventosus dies 352 b
vereor ne non ſit obligatus 358 a
vertere in rem suam 361 a
verritur eadem quæstio in pluribus iudiciis ibid.
versare testes 361 a
versari dolo 362 b
versicolor 364 a
vespertilio 368 a
vestigator 369 b
vesticula 370 b
vestimentum 371 a
vestiarium ibid.
vestiarius ibid.
veterator ibid.
vexare annonam 373 a
via 373 b
viæ trium ſunt generum: & quæ ſint illa ibid.
via publica 374 a
via priuata 374 b
via terrena ibid.
viam aperire ibid.
viam corrumpere 375 a
viam purgare ibid.
viæ vicinales 375 b
viam reficere 374 b
viaticulum 375 b
vicennium 376 a
vice versa 376 b
vice mutua fungi 377 a
vicarius 377 b
vietor ibid.
vindemia 382 a
vindemiæ fructus 387 a
vindemia pendens ibid.
vindemiæ coactæ ibid.
vindemiatorij quali ibid.
vindiciæ 387 b
vindicta ibid.
vinum doliare 388 b
vinarius 389 b
virgæ sanguineæ 390 b
virgo 393 a
viria 393 b
viriarius 394 a
viridia, viridiaria, viridiaria 394 b
vis maior 394 b
vis diuina 398 b
vitium ibid.
vitreamina 402 b
viuunt arboris radices 404 a
victus 405 a
vix est 405 b

vix est 406 b
vltro 409
vnde 414 a
vnguentum 415 a
vrbicus, vt ministeria vrbica, &c. 429 a
vrbana familia 429 a
vrbani serui ibid.
vrgere ad solutionem 430 a
vrinator 490 b
vti ab aliquo via publica 436 b
vſus rectorum peruius 437 a
vſualis 437 b
vſuaria res ibid.
vſusfructus ibid.
vſucapere 437 b
vſucapio 438 a
vſutatiſſimus 438 b
vſura, & c. 438 b
vſurpatio 439 b
vulgò quæſitus 441 a

CONTRARIA.

Abuere, annuere 11 a
abnuere, concedere ibid.
abſcedere, recedere, discedere c. accedere 14 a
abundare, egere 19 a
abundare, deesse ibid.
abundare, desici 19 a
abundans, inops ibid b
abundanter dicere, pressè ibid.
abundantius, anguſtius ibid.
accedere febrem, decedere 23 a
accessus c. abiceſſus, diceſſus, receſſus 23 b, & 24 a
accessio, abscessio 24 a
accessio, decessio ibid
accessio febris, remissio ibid.
accelerare, tardare ibid.b
accendere, extinguere ibid.
accipere auras follibus, reddere 293 a
accinctus, industrius c. discinctus, negligens 26 a
accusare, excusare 32 b
acuere c. obtundere, hebetare 45 b
acutus c. hebes, obtusus ibid.
addicere, abdicere 51 a
addere, demere ibid b
addere, derrahere ibid.b
addere, deducere ibid.b
adducere, abducere 52 b
adducere, remittere 53 b
adhibere celeraria equo, admouere, addere, subdere, stimulare, instigare c. adhibere frænos, retinere, reprimere, coercere 56 a
adiicere cibo, addere c. demere 58 b
adiudicare, abiud care 59 b
admoliri saxum, amoliri 63 b
admouere, amouere 64 a
admurmurare, obmurmurare 64 b
admurmuratio, obmurmuratio ibid.
adesse, fauere c. deesse 69 b
aduenatus c. discessus 70 b
aduersus, oppositus, obiectus c. auersus 70 a
aduersa aqua, secunda aqua 71 a
aduersa valetudo c. bona, secunda, prospera ibid.
aduerrere, auertere 72 a
adumbrare, exprimere 73 b
ægrotare grauissimè, optimè valere 79 a
æquus iudex, iniquus, æqualis c. impar 88, 90 a
afferre, efferre 104 a
affligere rem aliquam v. ruperando c. augere laudando 109 a
affligere, leuare 108 b
agitatum, fluitans c. tranquillum, quietum 127 a
aio, nego 130 b
alacris, lacer 132 a
albatus, atratus 135 a
alibiles casei c. veteres, aridi 149 a
alienus c. coniunctus, amicus 148 b
alienare, reconciliare 144 a
aliud, idem 142 b
alligatus, solutus 146 a
comprimere aluum, firmare, reprimere, inhibere, sistere, astringere, contrahere, cohibere, cogere, supprimere c. ciere, soluere, deiicere, ducere, elicere, emollire, leuare, mollire, mouere, subducere, subtrahere, trahere 154 b, & 155 a
amarus, dulcis 156 b
amorem facere, fugare 170 b
amouere, admouere 171 a
amplificare, minuere 175 a
anguſtus, latus 186 a
anguſtius, breuius concludere, contrarium, vberius, fusius disputare ibid.b
ex animo c. simulatè 193 a
anomalia c. analogia 197 b
antè, pòst 199 a
antè, retrò ibid.
aurea, nunc primum ibid.
antecedens c. insequens ibid.
aperire, claudere 208 a
aperire se, delitescere ibid.
aperire, occultare ibid.
aperire, operire 208 b
aperta, dubia ibid.
apertæ simulates, obscuræ ibid.
apertus dolor, bebes 208 b
apertè, palàm c. ex insidiis 208 b
apertè, rectè ibid.
apocope, paragoge 211 a
apparere, eminere c. occultare 213 a
apparet c. obscurum est ibid.
appetere, declinare 215 b
appetere, deposcere c. recusare, abnuere 215 b
apponere annos, demere 218 a
apportare. i. afferre c. asportare ibid
approbare, improbare 219 a
apricus, opacus ibid.b
aptus cibus stomacho c. alienus 220 b
apta c. dissoluta 220 b
arcere, recipere 230 b
arguere, purgare 239 a
aridus, exiccatus c. pituitosus, redundans 238 b
arrideri, derideri 249 a
arripere celeriter c. tardè percipere 249 b
arrogare, derogare ibid.
artifex, inscius 251 b
aruna arida, infrugifera c. pinguia 254 b
asciscere, segregare 256 b
asciscitur, fugitur ibid.
asciscere, reprobare ibid.
ascitus, natiuus 257 a
asperitas, lenitas 259 b
aspredo, lætitas 260 a
assumere sibi c. detrahere alteri 266 b
astringere, relaxare 269 a
astrictus, relaxatus ibid.
atrox, mitis 276 a
auulsus, cohærens 284 b
augere rem, affligere 288 a
auidus, liberalis 290 b
auocare, allicere ad rectè faciendum 292 b
austerus homo, suauis 299 b
austeritas, suauitas ibid.
autor legum, dissuasor 301 a

B

Bacchius c. antibacchius 308
bene barbatus, imberbis 312 b
bellum, pax 318 b
bonus, malus 333 b
melior loco, deteriore statu 334 b
bonus nummus, adulterinus ibid
optimus, deterrimus 335 b
breuis syllaba c. longa, producta 346 b
breuitas ambitus c. longitudo ambitus 347 b
breuitas pedum c. proceritas ibid.

C

Cadere, consistere 358 b
casu aliquid facere c. iudicio 360 b
cælebs, maritus 365 a
calida, frigida 378 a
calcaribus egere c. frænis 380 b
caluus c. comatus 379 b
carbone notare c. creta 406 b
carus, vilis 416 a
caritas, vilitas ibid.
cautus, tardus 429 b
causa superior, inferior 434 a
cessare, strenuum esse 439 a
celebritas, solitudo 440 a
celare ingenium, nudare 443 b
certus, incertus 457 b
certum, dubium 459 a
cita aluus, liquida c. coacta 479 a
circumfusus, inclusus 488 a
clam, palàm 498 a
claudere, reserare 503 b
clementia c. crudelitas 507 b
cliens, patronus 509 a, & 386 a
coarctare, dilatare 514 a
coactus, ponte 526 b
coemere, vendere 516 b
colerr, negligere 537 b
colligere iram, ponere 532 a
comatus, caluus 545 b
comitas, sæuitas 548 b
commemoratio, obliuio 551 a
compellere, dispellere 566 a
compellere, expellere ibid.
compendium, dispendium 566 b
complicare, euoluere 571 a
compos animi, impos 573 b
comprehendere, emittere 574 a
concrescendi vis, liquendi 586 a
concretum, resolutum 586 b
concurſare, dissultare 588 a
condere fructus, promere 590 b
conditionibus stare, fugere à conditionibus 592 a
conferi, rari 594 a
confidere, metuere 598 a
confirmare, infirmare 713 b
confusè, permistè c. descriptè, electè 603 b
conglutinare, dissoluere 605 a
congruere, differre 605 b
congruere, dissidere ibid.
solutionibus relaxari 654 b
cocta poma, matura c. cruda 655 a
coram, absens 656 b
corpora tuta, periculo opportuna 665 b
craſſi, liquida 672 b
craſſum cælum, tenue ibid.
crebrò, interdum 674 b
crescere, decrescere 678 a
crescens luna, senescens 74 a
cruciari dolore, lætitia gestire 688 a
cultissimus, incultus 538 a
cursum, reduc dans 705 b
custoditum, incustoditum 707 a

D

Debile, firmum 722 a
decedere, succedere 723 b
decessio, mansio 724 a
decer, dedecet 726 a, & 733 a
declinare, appetere 728 b
declinare, pertequi ibid.
declinare minas, subire ibid.
declinatio, appetitio 729 a
decus, dedecus 730 b
decrescere, accrescere 731 b
decrescere, crescere ibid.
dedecet, decet 726 a, & 733 a
deducere, reducere 734 b
deduci, reduci ibid.
deducere, addere 735 b
defendere, præuaricari 736 b
deformare, ornare 742 a
deformitas, dignitas 742 b
dehortari, inuitare 745 a
deiicere de possessione, restituere ibid.
delabi, ascendere 746 a
ab Delectatione negotiis impediri, habere in occupatione delectationes 747 a
delere tectorium, inducere 747 b
delere, seruare ibid.
deligere bona, reijcere 749 a
delitescere, se aperire 750 b
delitescere, prosilire ibid.
demere, tribuere 755 a
demere, addere 755 a
demouere, constituere 756 b
deferre, denegare 757 b
densum, rarum 760 a
deonero, onero 761 a
depellere, restituere 762 a
deponere imperium, accipere 764 a
deponere religiones, suscipere ibid.
deprauare, corrigere 765 b
deprecari, precari 765 b
deprimere, extollere 766 b
deprimere, adaugere 766 b
depressior aqua, altior 765 b
derelicta regio, celebris 767 b
deridere, arridere 768 a
deserti loci, celebres 771 a
desinere, incipere 772 b
desipere, sapere 773 a
desistere, incipere 773 a
desperare, confidere 773 b
destruere, construere 776 a
desuescere, assuescere, consuescere ibid.
deesse, abundare 776 b
desiderium nostri, sanctas 777 a
derrimentum, emolumentum 778 b
deterius facere, corrigere 778
deterre, cohortari 779 a
detortæ, imminutæ corporis partes c. aptæ, integræ 779 b
detrahere, addere 780 a
deturgere, turgere 781 a
ad Dextram, ad lævam 786 a
diducere, contrahere 797 a
diducere digitos c. comprimere ibid.
dies, nox 798 a
diffarreatio c. confarreatio 800 b
differre, distare c. idem valere 801 a
differunt, copulata sunt ibid.
differre, idem esse ibid.
differre, simile esse ibid.
differens, congruens 801 b

differens,par, ibid.
digeri,coire 804 a
dignitas,deformitas 806 a
digredi, congredi cum aliquo 807 a
digressus,accessus 807 a
digressus,congressus 807 a
digressio,congressio, ibid.
dilatare,contrahere 808 a
dilatare orationem ex verbo, in verbum contrahere 808 a
diligens,negligens 808 b
diluere crimina,inferre 809 b
diminutio,accretio 811 a
dimittere,retinere 811 a
dimittere,ius suum retinere 811 b
directus sermo,auersus 816 a
dirimere societatem,coire 816 b
diruere,ædificare 817 a
diritas,comitas 818 a
discessus,aduentus 819 a
discretè,distinctè c.confusè, permixtè 820 a
discingere,cingere 821 a
discincti, negligentes c. præcincti,strenui ibid.
disiungere,coniungere 824 a
disiunctio,separatio c.coniunctio 824 b
dispar,par 824 b
dispar,similis, ibid.
dispar,idem ibid.
dispellere,compellere 825 a
dispendium,compendium 566 b
dispensare omnia , profundere 825 b
displicere,placere 826 b
displicere,arridere ibid.
displicare,placare ibid.
dissoluere,coagmentare 826 b
dissoluere,conglutinare ibid.
dissolucum,vinctum ibid.
dissolutè factum , clementer factum 831 a
dissolutio,coniunctio 831 a
dissuadere,suadere ibid.
diu,subito 834 a
diuturnitas,celeritas 834 b
docere,dedocere 847 a
docta, humana gens c.immanis, barbara 848 a
doctus,rudis 847 b
dolus malus, bona fides 853 a, & 1063 b
domi,foris 854 b
domesticum,externum 855 a
domestici,alienigenæ ibid.
dubium,perspicuum 863 a
quæ Dubia sunt, quæ constant 863 b
dulcia,amara 868 a
dupliciter, bipertitò c. simpliciter,singulari modo 870 b
durior,asperior c.moderatus,mitis 872 a
durare,mollire 872 b
durum nomen,molle 871 b

Effluere,influere 886 b
effrænatus,languens 887 b
effundere se a iusta libidine, continere 888 b
eijcere,retinere 892 b
elucere,extinguere 1188 b
elucere,occultari 900 a
elucere,extingui, ibid.
emergere,delitescere 903 b
emergere,mergere ibid.
emergere,oblitescere ibid.
eminere,apparere c occultare,opprimere,abscondere 904 b
eminens esse,obscurare ibid.
emolumentum , detrimentum 906 b
enectus,plenus 909 b
enitere,obsolescere 910 b
eo,redeo 914 a
erigere,abijcere 928 b
erectior,minor 929 b
errare,erudiri 932 b
errare, vera sentire, ibid.
erratum,rectè factum 933 a
euolare,innolare 948 b
ex animo,simulatè 953 a
exaggerare,extenuare 957 b
exagitare,lenire ibid.
examinare aliquem,instare 959 a
exaugurare,inaugurare 960 b
excedere è vita, manere in vita 961 a
excidere, insidere cogitatio dicitur 963 a
excitare,sedare 964 a
excitatus,inclinatus,iacens 963 b
excipere nominatim,sine nomine 965 b
excludere,includere 967 a
excurrit oratio,insistit 969 a
exhaurire vinum,vomere 979 b
exhaurire domos,replere ibid.
exigere,dare 981 b
exigere,expectare ibid.
exiguus,ingens,immensus 983 a
exiguus, maior ibid.
exilitas in dicendo,copia 984 a
eximere , conijcere in ordinem 984 b
exitus,initium 974 a
exorare,extorquere 989 b
exordiri,retexere 988 b
exordiri,perorare ibid.
exorire,nasci c.extingui, opprimi 989 a
exortus solis,occasus 989 b
exornare,deformare 989 b
exorare,deterrere 989 b
expectare epistolas,exigere 991 a
expedire c.impedire , intricare 992 a
expedire se ex laqueis,induere se in laqueos 992 b
expedita disciplina,inops 993 a
expellere,euocare 993 b
expellere domo,damnum compelere ibid.
expers rationis , vtens ratione 996 b
expers rationis, particeps ibid.
expetere,abijcere 996 b
expetere,fugere ibid.
expetere,resistere ibid.
expetere,vitare ibid
explantare,plantare 998 a
explicatares,addubitata 999 b
explicara, serena frons c. nubila 1108 a
explorata salus,deplorata 1000 b
exposita vasa, demissa in terram 101 b
exporrigere frontem,contrahere ibid.
exprimere literas , opprimere 1002 a
expressum, adumbratum 1003 a
extendere dies,cõtrahere 1006 a
extenuare,abijcere c.augere,tollere altius 1006 a
exterminare,reuocare 1006 b
exterminari de ciuitate , venire in ciuitatem ibid.
extinguere,incendere 1007 a
extinguere,elucere 1007 b
extinguere motus animorum, inflammare 1007 b
extare,intercidere 1088 a
extollere,deprimere 1008 b
extollere,submittere ibid.
extorquere, abijcere 1009 a
extorquere,exorare ibid.
extra,in ibid.
extraneus,domesticus 1009 b
extrudi,esse in numero 1011 a
extrudi,prohiberi 1011 a
extruere,exercere ibid:
extrubare,manere 1011 b
exuere,induere 1014 a

F

Facilis,difficilis 1030 b
facilis pater c.durus, inexorabilis 1031 a
fauere, odisse 1046 b
fauetur,inuidetur ibid,
fauorabilis,inuidiosus 1047 a
ferus, immanis c.mitis, mansuetus 1052 a
festinatio,otium 1061 a
in Fide manere c.frangere fœdus 1065 b
fides bona,dolus malus 1063 b
fidens,dubitans 1066 b
fidenter,timidè ibid.
fictè, fallaciter c. verè, sapienter 1070 b
finire,initium sumere 1072 a
flexibile,durum 1079 b
florens,afflictus 1082 a
florescere,senescere ibid.
fluitans, immoderatè agitatus c. tranquillus,quietus 1083 b
fœdus frangere, in fide manere 1065 b
fœlicitare,infœlicitare 1087 b
foris,domi 1091 b
foris,intus 1091 b
foris petere,inesse 1091 b
foris argumenta assumi, ex sua vi atque natura 1092 a
formosus,deformis 1094 b
in Foro,in publico 1245 b
fortis,ignauus 1096 b
fortuitum,diuinum 1099 a
fragosa oratio,leuis 1102 b
fraus,integritas 1103 a
fraudatio,fides 1104 a
frequentes,pauci 1105 a
frigus,calor 1106 a
frons nubila c.serena, explicata 1108 b
frugi homo,nequam 1109 b
frugi seruus,nequam ibid.
frugalissimus,nequissimus ibid.
frunitus, rudens c.infunitus, insipiens,stolidus,nulli vsui nisi a fucata, simulata c.fyncera , vera 1113 b
Fundamenta iacere,perficere opera 1119 b
furtim,clam c.palàm 1123 a

G

Generatim, confusè 1134 a
generatim,publicè 1134 a
generatim, vt uersè c.sigillatim ibid.
gestientes,perterriti 1138 a
gloriosum,inuidiosum 1145 a
gnarè,ingnarè 1153 a
gratis,gratuitò c.pretio 1153 b
gratis,pretio ibid.
gratuitus,mercenarius ibidem
gratuitò, mercede ibid.
grauis,leuis 1154 b
grauis,facile 1155 b
grauitas,humanitas 1509 a
grauiter,molestè ferre c.leuiter 1156 b

H

Hebes, acutus 1175 a
heraclitus,Democritus 1179 b
hilaritas,tristitia 1175 b
homo abiectus,summissus c.elatus 1190 a
honestas,turpitudo vitæ 1191 a
honestare, decorare c. dehonestare ibid.
horridus,hispidus,asper c.nitens, nitidus 1194 b
hubertas in dicendo,exilitas 1198 a
humana gens, immanis, barbara 198 b
humanitas,grauitas 1199 a
humanitas,immanitas ib d.
humilis luna,excelsa 1199 b
humilis,abiecta oratio c.altis,exaggerata 1200 a
humilis, demissus vir c.alacer,lætus 1200 a
humilis,obscurus vir c.clarus,præstans ibid.
humilis vir,amplissimus ibid.
humiliter,demissè c.altè ibidem
humiliter,superbè ibid.
humiliter, demissè sentire c.elatè,amplè ibid.
humilitas,altitudo ibid.
hypozeuxis,zeugma 1204 a

I

Ieiunitas,tenuitas c.huberras, copia 1213 b
ignauus,fortis 1213 b
ignauia,fortitudo, ibid.
illiteratus c. doctus, literatus 1219 a
illustre,obscurum 1220 a
illunies,cultus ibid.
imberbis,barbe barbatus 1222 a
immane,mansuetum 1223 a
immansuetus,mansuetus 1223 b
imminuere,amplificare 1225 a
immoderatus, intemperatus, nimis immodestus c. moderatus 1226 a
immortalis,mortalis 1226 b
immortalitatis esse,ætatis ibid.
immunis, vectigalis 1227 a
imparatus,paratus 1228 a
impedire,exped re 1228 b
impedire,adiuuari ibid.
impellere impetus animorum,reflectere 1229 a
impellere voluntatem quò velis, vnde velis deducere ibid.
imperare,obedire 1231 a
imperare,parere ibidem
imperare cupiditatibus , seruire ibidem
imperitus,callidus 1230 b
imperitare,seruire 1231 a
imperturbatus,turbatus 1232 b
impius,religiosus 1234 b
impolitus,rudis c.politus 1236 b
imponere alteri , sibi fumere 1236 a
imponere onus,recipere 1237 a
improbare,approbare 1239 b
impromptus,promptus 1240 a
imprudens , insciens c. prudens, sciens 1240 b
impugnare,defendere 1240 b
impurus,purus 1241 a
imus,summus 1241 b
in futurum,in præsens, 1243 a
in perpetuum,in tempus ibid.
in posterum,in præsens ibid.
in priuato,priuatim c.in publico, publicè ibid.
in speciem,reipsa 1246 a
inambulare,quiescere 1247 b
inæstimabile,æstimabile ibid.
inapparatio,apparatio 1248 b
incautus,c.prouidens, præcauens 1249 b
incendere,sedare 1250 b
ira incensus,placatus 1251 a
inchoare libros, conficere 1252 a
inchoare c.cõficere, perficere absoluere ibidem
inci are animos,sedare 1254 b
incitare meates, reflectere ibidem
incitatio languentis populi,effræuati moderatio 1255 a
inclemens, durus, asper c.clemẽs 1255 a
inciltus,cultus 1257 a
incommodus,gratus 1257 b
incommodè, optimè ibid.
incompositus, inornatus, inelegans,incomptus c.compositus 1258 a
inconcinnus,concinnus ibid.
inconscius,conscius 1258 b
incontaminatus , contaminatus 1259 a
incontentus,contentus ibid.
incontinentia,immodestia,intemperantia c. continentia ibidem
incorruptus,purus c.vitiosus, corruptus 1259 b
inredibilis res,credibilis 1260 a
indecorus,decorus 1264 a
indoles,defes 1264 b
indiligens c.diligens 1267 b
indifferens,discretus 1268 a
indifertus,disertus ibid.
indoctus,doctus 1269 a
inelegans,elegans 1172 b
inermis,armatus 1274 a
inexercitatus,exercitatus 1275 a
inexpectatus , expectatus ibidem
inexpertus,exploratus 1275 b
infabrè c.affabrè, politè, elegantèr 1275 b
infernæ crimina,diluere 1247 b
infimus ciuis,summus 1278 b
infinitum,summum ibid.
infirmus,fidus 1280 a
infirmus,firmus amicus ibid.
infinitus,finitus ibid.
infirmus,imbecillis,debilis c.firmus 1280 b
infirmare,confirmare 1281 a
infœcundus, fœcundus 1282 b

infœlix,fœlix ibid.
informis res,formata ibid.
infrà,suprà 1283 a
ingenium acutum , obtusum 1285 a
ingiorius,honoratus 1287 a
ingratus,libenter 1287 b
ingraueſcere c. leuari , releuari 1288 a
inhibere aluum,soluere 1289 a
inhibere auiditatem , incitare ibid.
inhonestus,honestus 1289 b
inhonoratus,honoratus ibid.
inhospitalitas,hospitalitas ibid.
iniuicundus,iucundus 1291 a
iniuratus,iuratus 1292 b
iniuriam facere,dare beneficium 1293 a
iniuriam inferre , propulsare ibid.
iniustus,iustus 1293 b
iniustum , meritum , debitum ibid.
innatus,iustus c.assumptus, aduentitius 1294 a
innocens,nocens 1294 b
innoxius,innocens, inculpatus c. obnoxius ibid.
inopportunus,opportunus 1296 a
inops,abundans 1296 b
inopia frugum,copia ibid.
inornatus,ornatus ibid.
inquietus,quietus 1297 a
insalubris,salubris 1297 b
insipiens,sapiens 1303 b
insposiatus,spoliatus 1305 a
insistuere,perficere 1306 b
instrenuus,strenuus 1308 b
insuauis, asper, auster c. suauis 1309 b
insyncerus,syncerus 1310 b
integer,contaminatus 1311 a
integer, validus,firmus, vegetus, sobrius c fessus,saucius , vitiatus,languidus,vinosus ibid.
integræ opes,accisæ 1311 b
integer sanguis, vitiosus ibid.
integritas,fraus ibid.
intemperans, immoderatus, intemperatus c.temperãs 1312 b
intemperatus,temperatus ibid.
intendere arcum,remittere 1313 a
intendere animum,relaxare ibid.
intendere laborem & studium,remittere 1313 b
intẽdere neruos,remittere 1314 a
intentio animi,remissio 1314 b
intercidere,extare 1316 b
interimere,conseruare 1321 b
interruptum, continuatum 1326 b
intrà,extrinsecus 1329 b
intimus,alienus 1330 a
intrico,extrico ibid.
intrinsecus,extrinsecus ibid.
introire in vitam,exire 1330 b
intus,foris 1331 b
inualidus,robustus,firmus 1332 b
inuehere,euehere ibid.
inuehi,emergere ibid.
inuerecundus,verecundus 1333 b
inueteratus,recens 1334 b
inueteratum, institutum ibid.
inuidus,fautor laudum 1336 a
inuiolatus , integer c. violatus ibid.
inuitus,libens 1336 b
inuius,peruius 1337 a
inuolare,euolare 1337 b
inurbanus , inciuilis c. vrbanus 1338 a
inutilis,vtilis 1338 a
inuulneratus,vulneratus ibid.
iocus serius 1338 b
ioca,seria ibid.
iocosus sermo,tristis 1338 b
irrasus,rasus 1342 a
irreligiosus,religiosus ibid.
irrequietus,quietus 1342 b
irreuolutus,reuolutus ibid.
iucunda vita,grauis 1350 b
iustus dominus , verus c.alienus 1360 b

L

Lapsa sydera sub terras,orta 2 b
lachrymans calamus,aridus 7 b
lætus,alacer c.humilis, demissus 9 b
læuitas,asperitas 10 b
lagophthalmus,ectropium 11 a
laxè,angustè 24 b
laxare,astringere ibid.
lene,asperum 28 a
lere,relere 29 b
liberalis, beneficus, munificus c. parcus 40 a
liberaliter,largè,abundanter, feliberaliter c.parcè 40 b
literæ minutæ, maximæ 54 a
literæ vulgares, interiores, recondítæ 55 a
locuples c.tenuis, egens 60 a
locupletes,pauperes ibid.
loquax,mutus 65 a
luna crescens,senescens 74 a

M

Malus,bonus 96 b
malè audire,malè dicere 98 a
manso,decessio 104 a
manso in vita , excessus è vita ibid.
mansuetus,ferus 106 a
maritimus,remotus à mari 112 a
marte suo aliquid explere, admiculis alterius 114 b
mas, fœmina 115 a
mater iusta familias,pellex 117 a
in Medio esse,situm vel positum esse c.obscurum 122 b
membratim,generatim 1128 b
mercenarius,gratuitus 137 a
minutim,repentè 152 b
miserationem nasci,odia incitari 156 a
miserandus,irridendus ibid.
mitis,mansuetus c.ferus, immanis 156 b
mitigari,irasci 157 a
mortem imperare, eripere mortem 177 a
mortalè,æternum 178 a
mortalitas,immortalitas ibid.
plurimum,minimum 189 a
murcea Dea,strenua dea 193 a

N

Nasci,occidere 207 b
naues tectæ,apertæ 211 b
nauus,ignauus 214 a
necessaria oratio , voluntaria 217 b
negligere minas alicuius, horrere 219 b
negligenter,diligenter 220 a
negare,fateri, ibid.
negari,ait ibid.
nequam,frugi 224 a
nequitia,frugalitas 224 a
ad Nihilũ venire,ad summũ 230 b
nimius modicus 232 b
nitida forma in pictura , horrida 234 a
notus obscurus 244 a
nubila pellere,inducere 251 b
nuda & inanis domus, exornata atque instructa 252 b
nusquam,vspiam 263 b

O

Obscurari tenebris , præfulgere splendore 264 a
obliquè,rectè 269 a
obruere,eruere 271 b
obscurus,apertus 272 b
obseruatione & ratione , natura & casu facere aliquid 275 a
obsequi,repugnare 274 a
obsolescere vectigalia , nitere 276 b
obstrictus,liber & solutus 278 a
obesse, prodesse 278 b
obesse,adiumento esse, ibid.
obtinere,repelli 279 b
obtinere litem,amittere 280 a
obtundere ingenia,acuere 281 a
obturbare,lenire 281 b
omittere occasionẽ,tenere 283 a
occidere rẽpublicã, cõdere 283 b
occidere in nihilum, oriri ex nihilo 283 b
occultus & inuolutus , promptus & apertus 284 b
occultè,apertè 285 a
occultari,aperiri, ibidem
occultari,elucere, ibid.
occupatus,otiosus 285 b
otyus,tardius 290 b
odisse,amare ibid.
odisse, diligere, ibid.
odisse,fauere, ibid.
odium struere in aliquos,dimouere ab aliquibus 291 b
odiosum & graue , leue & facile 291 b
odiosum,iucundum ibid.
offensio,gratia 295 b
offensio,beneuolentia ibid.
olim scio , nũc primum profiteor 300 b
omittere,adipisci 303 a
opacus locus,apricus 306 b
operosus,facilis 308 a
opertum,apertum 309 a
opimus corporis habitus, gracilitas 309 b
opinio,veritas 310 b
opinio aduersa,diuersa ibid.
opinionem comprehendere, remittere 310 b
opinionem confirmare, detrahere ibid.
oppugnare aliquem, propugnare pro aliquo 315 a
oppugnare & euertere aliquem, defendere & probare ibid.
ord ri,terminare 322 a
ordine prius , posterius ordine 322 b
ornare aliquem,spoliare 326 b
os durum,impudens c. mollis frõtis 332 a
ostentare aliquid, moliri obscurè aliquid 336 a
ostentare verbis , reuera facere ibid.
ostentatio,veritas 336 a
ostentatio, voluntas, ibid.
otium,labor 337 b
otium,negotium ibid.
otiosè ambulare,citò 339 a

P

Palã & interdiu,clã & noctu 346 a
palam,clam ibid.
palam,obscurè ibid.
palam, per præstigia ibid.
pandari,foraicari 314 a
par,impar 358 b
parem esse,excellere 359 a
par,dispar 359 a
par,inferior, ibid.
paria,superiora ibid.
parcere,mortem afferre 362 b
parcere,perdere 362 b
parcere,spoliare, ibid.
parcus & diligens, prodigus & luxuriosus 363 a
parcus,elegans 363 b
parere aliquid,depellere 366 b
partum per nos, delatum diuinitus ibid.
partem adimere,dare 370 b
particulatim, summatim 372 b
particeps,expers ibid.
participem esse artis, carere arte ibid.
parua & mediocris res , tanta & immensa 375 b
paruula pecunia,immanis 376 b
palsim,ordinatim 379 a
patere,obstrui 380 b
patens & exposita domus, clausa 381 a
patefactum & illustratum,obscurum & ignotum 381 b
patefieri,claudi ibid.
patronus,clieus 386 a
paucus,multus 386 a
pauci,plures 386 b
pauciloquium , multiloquium 387 a
peccare,virum bonum esse 390 b
pecuniosus,tenuis 395 a
pulsu alieno agitari,ex se sua spẽ te moueri 399 b
quæ Penstant prædia , immunia 402 b
percelli,recreari 410 a
perdere aliquid,habere 413 a
perdere, lucrari ibid
perdere oppidum,recipere 413 b
perditor reip. seruator 414 a
peregrinus,ciuis 415 a
perferre,reficere animo 417 b
perfecta,inchoata 418 a
perfectio,conatus & adumbratio 418 b
perfectio,susceptio ibid.
permittere,cogere 428 b
permotio,conciliatio 429 b
pernicies,salus 430 a
perperam iudicare,rectè 432 a
perpetuus,annuus 432 b
in Perpetuum,paulisper 433 a
perplexè,palam 433 b
perspecta,præsens,experta virtus alicuius c.audita 438 b
perturbatio cœli,serenitas 442 b
perturbatio animi,sedatio 442 b
perturbatio animi, tranquillitas & securitas ibid.
pertinacia bona longè latéque, angusta 442 b
pertinugare aliquid, diuidere passim,atque edere populo c.occultare , & continere domi 445 a
pestilentia,salubritas 449 a
pestilentes partes agrorum, salubres 449 b
petulantia,pudor 452 b
philosophari paucis , omnino 460 a
pingue & concertum cœlum, renue & putum 470 b
placere,displicere 476 a
placidum esse,feruere 476 b
placida,immitia ibid.
placarus,ira incensus 477 a
placabilis,irritabilis 477 b
placabilis,inexorabilis ibid.
plargor,plausus 481 b
plenus, vacuus 483 a
plenus,inanis ibid.
plenus,ieiunus ibid.
plenus,exilis ibidem
plenum verbum,imminutum ibidem
plenus,euectus ibid.
plena manu, empliter , copiosè, prolixè , miniméque malignè largiri c.minutim parcè 483 b
plenissimè, restrictissimè 484 a
pone,ante 458 b
ponere in promptu, contegere sub abdere 500 a
popularis, assentator , leuis ciuis c. constans , feuerus , grauis 500 b
populariter,moderatè ibidem
potens & formatus vir , inops 508 b
potentia,impotentia ibid.
posthac,antea 511 a
postuenire,anteuenire 512 b
præcipuum,commune 520 b
præcipuum aliquid esse cum alio, par ibid.
præcipuum ius cum cæteris,idem ibidem
præfinitum,infinitum 526 b
prægredi,sequi 527 b
præmaturum,serum 529 b
præposterè,ordine 534 a
præsens,absens 540 b
præsens,futurum 541 a
præter,ante 542 b
prauum,rectum 549 b
premo,defendo 552 a
premere crimen,eleuare ibid.
pressus,redundans 552 b
pressum eloquentiæ genus , plenum ibid.
presse,abundanter 553 a
pridiè,postridie 554 b
primario loco esse,secundum locum obtinere 556 a
princeps,postremus 556 b
principium,extremum 557 b
principium,exitus ibid.
principium,finis ibid.
priuatus,cum potestate 559 b
priuatum, commune 559 b
in Priuato,in publico ibid.
priuatim,publicè ibid.
prodere posteris, accipere à ma-

ioribus 569 b
proditor patriæ, conseruator 570 a
profanus locus, consecratus 571 a
proferre, custodire 571 b
profectio, reuersio 573 a
prohibere procul ab insula prædones, intra insulam recipere 576 b
promptum, clausum 581 b
pronus, supinus 583 a
pronus, superus ibid.
propè intueri, procul spectare 584 b
properare, retractare 586 b
propinqui, longinqui 588 a
propinquitas loci, longinquitas ibid.
propitius, iratus ibid.
proprium, commune 589 b
propriè, promiscuè 590 a
propriè, vniuersè ibid.
propriè, publicè ibid.
publicè venire, priuatim 608 a
pudens, petulans 608 b
pudenter, cum verecundia, verecundè c. impudenter 608 b
pullus, leucopus 613 b
pusillanimis, magnanimus 619 b

Q

Quæstuosus ager, sumptuosus 632 b
quieta respublica, turbata 645 a
quilibet, peritus 645 b

R

Rarum, vulgare 661 a
rationis expers, vtens ratione 662 a
recessus lunæ, accessus 666 b
recens, inueteratus 666 b
recens, lassus 666 b
recens hominum sermo, vetustas annalium 667 a
reripere, respuere 668 b
reconciliare, alienare 671 a
reconciliata gratia, nunquam imminuta ibid.
reditus, profectio 676 a
reduncus, aduncus 679 a
redundare verbis, non complere verbis quod proposueris 679 b
redundare, deesse ibid.
refellere, approbare ibid.
referre iudices, reijcere 681 a
reflectere, incitare 683 a
refrigerare, incendere 684 a
refrigeratus, ardens ibid.
refutare & aspernari, complecti & augere 685 b
regelare, gelu resoluere ibid.
rectus, obliquus 686 b
rectum in oratione, prauum ibid.
rectè lata, vitio lata 687 a
regna adimere, dare 689 b
reglutinare, glutinare 686 a
regredi, progredi 690 a
regressus, progressus ibid.
reijcere bona, deligere 690 b
reiectio, selectio 691 a
relaxare aluum, restringere ibid.
relaxare aluum, astringere ibid.
religiosus, impius 693 a
religiosissimæ res, nefas ibid.
remanere in aliquo, recedere ab aliquo 695 a
remittere, demittere c. erigere 696 b
remittere animum, delectare c. intendere ibid.
remittere neruos, intendere 697 a
remittere sonum vocis, intendere 697 a
remissus, tristis 697 a
remissus, acris ibid.
remissio vocis, contentio 697 b
remissè differre, neruosè 697 b
remissè, vehementer ibid.
ratum, irritum 701 b
ratum, ruptum ibidem
ratum habere iudicium, rescindere iudicium ibid.
ratare, ratificare c. irritare 701 b
reparare, perdere 702 a
repellere vim, inferre vim 702
repens aduentus hostium, expectatus 703 a
repentè, sensim ibid.
replicare, plicare 706 a
reprobare, asciscere 709 a
repudiare, recipere 709 a
repudiare, assumere ibid.
repugnare, concedere 709 b
repugnanter, patienter ibid.
res salua, perdita 712 b
reuerta, nomine 713 a
reuera, verbo & simulatione ibid.
rescindere iudicium, ratum habere 714 a
referare, claudere 715 a
resoluere, vincire 716 b
resoluere, colligere 716 b
resoluere, componere 717 a
resorbere, vomere 717 a
restinguere, ardere 719 b
restituere aliquem, eiicere 720 a
resuere, suere 721 a
retardari, incitari 721 b
retendere, laxare 722 b
reticere, patefacere ibid.
retinere, abalienare 723 a
retusum ingenium, acutum 725 b
reuelare, velare 725 b
reus, petitor 728 a
rumpi malis, non moueri 749 a
rusticorum sermo, vrbanorum 750 b
rusticitas, vrbanitas 751 a

S

Sæuitia, clementia 6 b
salus, exitium 13 b
salubris annus, pestilens 14 a
sapienter, fallaciter 22 a
sarmentorũ amputatio, immissio 25 a
secretus locus, celebris 49 b
secundum, ante 52 b
sedare, incendere 56 a
sensim, repentè 67 b
sensim postulare, passim ibid.
separatim, coniunctim 69 b
serium, iocosum 75 b
siccaneum, irriguum 87 b
socci risus, luctus cothurni 103 b
solers, iners 108 b
solidum, fragile 110 a
solura terra, spissa 113 b
stare, fugere 149 b
stare animo, desperе 150 a
stabile, incertum 152 b
stabilis via, lubrica 152 b
stabilitas, motus ibid.
stolata mulier, togata 153 a
strictim dicere, multa 157 b
stupor, virtus 162 a
subducere, prodere 166 b
subleuare, euertere 171 a
subleuare, lædere ibid.
submersum esse, natare 172 a
submittere aliquid in oratione, augere 172 b
submissus, abiectus c. efferens se 172 b
submissio, elatio ibid.
subsidere, consurgere 176 b
suffragari, aduersari 186 b
summum, profundum 193 a
superesse, deesse 200 b
superior, inferior 205 a
syncerus, verus c. simulatus, fucatus 217 b

T

Tardus c. velox, celer 230 a
tegere, nocere 234 b
tectè, apertè ibid.
temporius, serius 242 b
tenuis aer, crassus 249 a
tenuitas frugum, vbertas 249 b
terrere, placare 255 b
testibus præsentibus aliquid facere c. clam, furtim 257 b
testis grauis, leuis 257 b
testato decedere, intestato 259 a
testamentum ruptum, ratum, ibidem 259 a
toga fusa, restrictá 277 a
trahere amiculum, sustollere 288 b
tranquillare, perturbare 291 b
transuersus, obliquus 296 b
tristitia, lætitia 307 a
turba, primi 318 a
turbidum tempus, tranquillum 318 b

V

Vacuum esse ab omni molestia, aliquam solicitudinem habere 327 b
vagari, perstringere breuiter 329 b
valere, ægrotare 330 a
valens c. imbecillus, infirmus 330 b
valentia, inualentia 331 a
vastus locus, ædificatus 330 a
vendere malè, rectè 344 a
veniens dies, decedens 350 a
ventrem comprimere, soluere 350 b
verecundus, impudens 357 b
verecundè, constanter 357 b
verum, falsum 363 b
verus, syncerus c. simulatus, fucatus 366 a
verè, falsò ibid.
veritas, imago 366 b
vetare, iubere 371 b
veterator, nouitius 373 a
vilis, pretiosus 383 b
vinctum, dissolutum 385 a
vinum nullarum virium, ingentium virium 389 a
vinum nouum, verus 389 b
violentus, tranquillus 391 b
viuus, mortuus 406 a
vlcisci, sanare 407 a
vnca, læuia 413 a
vniuersum, pars 417 b
cum vniuersis, separatim ibid.
vniuersa, singula 418 a
volare altè, demissè 418 b
volare, iter facere ibid.
vrbanitas, conuitium 429 b
vsus, abusus 436 b
vulgaris orator, excellens 441 b

OPPOSITA.

Abludere, alludere 11 a
abnuere, agnoscere 11 b
absistere, assistere 15 a
abstinentia, rapacitas 17 a
absoluta perfecta causa, ambigua 524 b
accusare, defendere 32 b
acer homo, i. asper, lenis 33 b
acerbus homo op. lenis, mansuetus 34 b
acutus gladius, hebes 45 b
acutum ingenium, subtile c. obtusum, hebes, retusum 46 a
acutus sonus, grauis ibid.
acutè sonare, grauiter 46 b
addormiscere, expergisci 52 b
adiugare, abiugare 59 b
aduentitium op. innatum, iustum 70 a
aduentitia dos, profectitia ibid.
aduentitium peculium, profectitium ibid.
aduersæres, secundæ 71 a
adulteratus, syncerus 73 a
æquus, iniquus 68 a
aer purus & tenuis oppo. cœlum crassum atque concretum 91 a
æs signatum, graue 93 a
affici admiratione, is admiratione esse op contemni 106 a
affirmare, dubitare 108 b
affirmatio, dubitatio ibid.
agilis industria op. negligens, tarda opera 117 a
albus, ater 134 b
altius, inferius 155 b
amaritudo, dulcedo 157 a
amplus locus, augustus 174 a
ante cibum op. prandium, cœnatus 198 b
apperere alicui op. reseruare 215 b
aptus, ineptus 220 b
aptè fieri, discrepare 220 b
arguere verbo, negare 239 a
aristocratia, democratia 243 b
astrictè, remissè 269 b
atri lapilli, nitei 273 b
atrox, vehemens genus orationis op. lene, mansuetum 276 b
attenuatè, amplè 277 b
attollere, submittere 279 b
auditorium, schola oppo forum 284 a
austera suauitas, dulcis 299 b

B

Balbutire, canere 310
barbarus, inhumanus op commodus, disertus 312 b, & 558 a
barbara, immanis gens op. humana, docta ibid.
battologia, laconismus 316 b
bona ratio, perdita 334 b
bonum facere, malum 335 b
benignè monstrare viam, grauatè 341 a
breuis, profunda 347 a
breuius dicere, pluribus verbis ibidem

C

Cadit fabula, stat 359 a
cadit fides, stat ibid.
casu aliquid gerere op. virtute, consilio 360 b
calatus, meta 373 a
candens, atrum 386 b
capere miseriam, voluptates 398 b
carptim, vniuersi 415 b
casus, consilium 360 b, & 620 b
causa absoluta, perfecta op. ambigua 432 b
causa integra, dubia ibid.
celer, sedatus 441 b
celare diem, promere 443 b
certa res est, opinor 459 a
citra, vltra 494 b
ciuis, peregrinus 495 b
clausum, reconditum op. apertissimum, promptissimum 505 a
claudicans, fluctuans oratio op. æqualiter constantérque ingrediens 506 a
cœdificatus locus, vastus 514 a
cœna recta, sportula 517 b
cohortari, deterrere 528 a
collocatum propalam, propositum op. constructum, recónditum 533 b
commemoratio, obliuio 551 a
commodum valetudinis, incommodum morbi 557 a
commodus, inhumanus 558 a
commouere, consolari 559 b
communiter, separatim 561 b
compescere, dispescere 568 a
conciliare coniunctionem, dirimere 581 a
conciliare somnum, fugare 581 b
conclusum op. dispersum, dissipatum 585 a
concursus asper, hiulcus verborum op. coagmentatus, læuis 588 a
confirmare fidem, refellere 599 b
confirmare, infirmare 599 b
confirmare, refutare ibid.
congrediens, digrediens 605 a
congregata vis oriens op. distracta, extincta 605 b
consecratus locus, profanus 615 b
consilium, casus 360 b, & 620 b
consilium, fortuna 620 b
consistit morbus, increscit 624 b
consolari, commouere 552 b
constratæ naues, apertæ 628 b
constat mens, labat 630 b
res de qua Constat, de qua quæritur 631 b
contaminata, integra 635 b
contentio animi, relaxatio 637 b
contentio, summa vis sermonis op. lenitas sermonis 637 b
continuata verba, coniuncta op. singula 640 b
continui dentes, serrati 640 a
contrahit animam musica, remittit 642 b
contrahere terram, lætificare 643 a
conuellere iustitiam, constituere 647 a
conuexus, concauus 650 b

copia ægri, vectigalium op. pecuniæ penuria 653 b
copia in dicendo, vbertas op. exilitas 653 b
copulata, simplicia 655 a
corrigere, deprauare 665 b
crassum cœlum, concretum op. aer purus, tenuis 672 b
credulus, religiosus 676 a
cum causa facere, sine causa 692 b
cum potestate esse, priuatum esse 693 a
in Cunabulis creatus consul, in campo 695 a
cupidus, moderatus 697 a

D

Damnare reos, absoluere 716 b
damnationes reorum acerbissimæ, libidinosissimæ liberationes 717 a
decedere, accedere 723 b
delicatissimus amnis, rapidus, violentus 748 b
deprecari pacem, denuntiare bellum 765 b
deprimere ædificium, tollere 766 b
desecare, agglutinare 770 b
desertor, conseruator 771 b
detrimenta, adiumenta 778 b
detrimentum, emolumentum 778 b
detrahere de authoritate senatus, ornare senatum multis laudibus 780 a
diffidentia, fidentia 805 a
directò, sub conditione 816 a
dissolutè vendere, permagno vendere 831 a
dare de manu, foris 842 b
doctor, discipulus 848 b
dubia op. certa, concessa 863 b
dudum, nunc 867 b
durum se præbere, facilem 872 a
durum vinum, molle 872 a
durum verbum, molle ibid.

E

Effluere, abundare, oppo. deesse 887 a
effusio animi, contractio 889 a
eiusmodi, dissimilis 893 a
elatus, excelsus, eminens op. depressus 894 b
eloquentia, infantia 899 b
eminus, elonginquo op. cominus 905 a
emptitius, gratuitus 906 a
enitere, obolescere 910 b
eripere, relinquere 930 a
errans, vaga sententia op. stabilis, certa 933 a
error, virtus ibid.
etiam, non 940 a
euenire malè, optimè 944 a
euertere definitionem, retinere 945 b
ex diuerso, dissimile 954 a
ex necessitate facere, sponte 954 b
exanimare, inflare 959 a
exanimata exiliter verba op. inflata, anhelata 959 a
excitatè, crassè 964 b
excolere officium, negligere 967 b
exile genus sermonis, aridum, concessum, minutum op. liquidum, profusum, profluens 984 a
exilitas literarum, pinguitudo ibid.
extenuatus, concretus 1006 a
exterior, interior 1009 b
extimus, citimus 1010 a
exuberantes gemmæ, cauæ 1011 b
exuperare animam, mortuum esse 1015 a

F

Facilis, liberalis pater op. difficilis, auarus, morosus 1031 a
facilè aliqua re carere, res desiderare 1031 b
fallens, constans 1035 a
falsitas, veritas 1036 a
familiaris, necessarius op. alienus 1039 b
fastigium imponere operi, iacere fundamenta 1043 a
fidem confirmare, refellere 1064 b
finitionem soluere, confirmare 1072 b
fixum esse cõsilium, labare 1068 a
frigidum op. facetum, plausibile 1107 b
frugi, nequam 1109 b
frugi victus, luxuriosus ibid.
fucatus nitor, naturalis 1111 b
fundata legibus ciuitas, euersa 1119 a

G

Generaliter, specialiter 1134 a
grauis armatura, leuis 1154 b
graue æs, signatum 1154 b
gressu presto, pleno 1148 b

H

Hilaris, tristis 1185 a
humilitas, dignitas 1200 a
hyems matura, tarda 1202 a

I

Iacere, ignobile esse op. vigere 1204 b
idiota, op. ingeniosus, intelligens 1212 a
ieiuna oratio op. copiosa, plena 1213 a
immodestum, profusum iocandi genus op. ingenuum, facetum 1226 a
impeditus, irretitus, constrictus op. promptus 1228 b
in præsentia, post 1245 a
inanis, nuda domus op. exornata, instructa 1248 b
inclinata res, integra 1255 b
incultus, horridus, abditus, opaca pictura op. nitidus, lætus, collustrata 1257 a
honestę & inculpatæ vitę testis op. notatus, reprehensibilis 1261 a
indoctum, agreste genus hominum op. expolitum 1268 b
inertiæ, artes 1274 b
inire prælium, finire 1273 b
infectum argentum, signatum 1277 a
inferni dij, superi 1277 b
infesta fortuna, prospera 1279 a
inflexo spiritu sonus, variatus, continuus 1281 b
infractus animus, confirmatus 1284 a
insania oppo. scientia, cognitio 1298 b
insitutus, inductus sermo op. patrius 1300 a
insistere, resistere op. progredi, procedere 1303 b
instare, resistere 1308 a
integer, truncus 1311 a
integra res, peracta 1311 b
integra res, perdita ibid.
in Integro causa esse dicitur, dubia ibid.
intendere, mirigare 1313 b
intentio vocis, remissio 1314 b
interdiu, noctu 1320 a
interior, familiaris vita op. publica administratio 1330 a
ab intestato, à testato 1328 b
intus, domi, in luce, in oculis ciuium 1331 b
inueteratum malum, nascens 1334 b
irritabilis, placabilis 1343 a
iustum prætium, leue 1360 a

L

Labefactare, restituere 1 b
lacunosus, eminens 8 b
languidus pulsus ictus, creber 13 a
lætè, iucundè, hilariter, op. seuerè 9 b
latius loqui, compressius 21 a
legararius, testator 27 a
libens cibi, acres 28 a
libertas, seruitus 39 b
lingulatus tubulus, elinguis 51 a
longitudo orationis, breuitas 63 b
longinquus sermo, breuis 63 b
lumen, renebræ 73 b
lusus, iocus, seruus 69 b

M

Madidus, siccus 87 b
mamma descendit op. sterilescit, resilit 100 a
manere in vita, excedere è vita 103 b
manet lex, abrogatur 103 b
manufactus, naturalis 110 a
maturissimè, tardissimè 119 b
mitis, mansuetus, lenis, clemens op. durus 156 b
mortale, caducum op. diuinum, æternum 178 a
moribus facta vis, contra morem facta 179 b
multiplex animus, vnus idémque 187 b
magistratus mutus, lex op. magistratus, lex loquens 200 a
muta & informis res op. eloquẽs, formata ibid.

N

Natura fieri, quodam instituto 210 a
naturalis diuinatio, artificiosa reprehensio ibid.
negotiosi dies, sacri 221 a
nobiles, noui homines 236 b
nocens vita & turpis, honestissimè & laudatissimè acta vita 237 a

O

Offensa, gratia 295 b
oratio lenis, instructa, terminata op. aspera, tristis, horrida 329 b
ordinarius seruus, vicarius 323 b
otium honestum & moderatum op. inertia, desidia 338 a

P

Parcè & continenter viuere, diffluere luxuria 363 b
peregrinus & aduena, hospes 415 a
perspicua dicere, veteratoria 373 a
pestilens, salubre 449 b
placida animalia, fera 476 b
placida arbor, syluestris ibid.
prauè, rectè 549 b
priuatus, cum potestate 559 b
probare, improbare 563 a
productè, breuiter 571 a
productio, contractio ibid.
profanum facere, colere ibid.
profluens, fusum, liquidum genus nominis op. exile, aridum, concisum 574 a
progredi, regredi 576 a
prompta, aperta op. occulta, recondita 581 b
in Promptu aliquid ponere, contegere, & abdere 582 a
propria & sua verba, translata & aliena 589 b
propugnare pro innocentibus, nocentes oppugnare 590 b
publicare hominem, populo communem facere op. reuocare in seruitutem 607 b
pudor, gloria 609 b
purus aer & tenuis, crassus & concretus 618 b

Q

Ad Quietem integri, onusti cibo 305 b
Quies, vigilia 644 b

R

Recondere oculos, erigere 671 a
recta coma, pressa op. crispa 686 b
rectè, obliquè ibid.
reditus, aditus 676 a
reditus, itus ibid.
reductus, eminens 679 a
nihil Redundet, nihil prætermittatur, 679 b
referre in, vel inter reos, ex reis eximere 681 b
remissè, leniter, vrbanè agere cũ aliquo oppo. grauiter, severè, priscè 697 b
restrictè, plenissimè 721 a
riguus, siccaneus 735 a

S

Scientia iuris ciuilis, ignoratio iuris 39 b
scribere notis, scribere sermonibus 44 a
sordes, vrbanitas 47 a
securitas op cura, anxietas 53 b
senescens luna, crescens 66 a
separatim dicere, communiter 69 b
sereno tempore, nubilo 74 b
simplex, verum & syncerum op. fallum 94 b
simulatè, ex animo 95 b
sinistrorsum, dextrorsum 97 b
socordia, industria 105 a
soliuagus, congregarius 114 a
sordida oratio, nitida 119 a
species, demonstratio, simulatio, prætextus, velamentum op. res ipsa 124 b
spernere, retinere 128 a
spissa regio, solutior's humi 134 b
stare, sedere 149 b
stabilire remp. euertere 152 b
subducere, subtrahere op. subdere 166 b
sublimè, sublimiter oppo. humi 171 b
submittere se, extollere se 172 b
submissum dicendi genus, conciatum 172 b
subsidere in loco aliquo, commorari, op. proficisci 175 b
subtiliter, magnificè 179 a

T

Tarditas, celeritas 230 b
tempus seruens, frigidum 241 a
tempus miserum, luctuosum op. tranquillum, optatum ibid.
tenere modum, custodire op. excedere, 246 a
tener equus, vetulus 247 b
tenera virtus, tractabilis op. dura, ferrea 248 a
tenue cœlum, crassum 249 a
tenuis victus, copiosus ibid.
terrestre prædium, marinum 255 a
tumultuosa vita, seditiosa, oppo. quieta, 306 b

V

Vaga sententia, errans op. certa, stabilis 329 a
vanitas, constantia 333 b
vegetus pulsus venarum, vehemens op. languidus 339 a
vehemens oratio & atrox, oratio lenitatis & mansuetudinis ibidem.
verecundus in transfereddo, parcus op. audax 357 b
vernaculæ volucres, aduenæ 359 a
veteratoria dicere, perspicua 373 a
vilis oratio, accurata 383 b
vilitas, caritas 384 a
vi facere imperium, op. amicitia adiungere 398 b
vitium, virtus 402 a
viriosa vita, pura 403 b
vmbra & imago, solida & expressa effigies 411 b
vnctus, validus 412 b
vniuersè generaliter, generatim op. signillatim 418 a
voluntaria herba, satiua 420 a
vocem attollere, submittere 425 b
vrbana arbor, syluestris 429 a
vrbana vita, rustica ibid.
vtilitates suas omittere, vtilitatibus suis seruire 440 a
vulgare, obsoletum op. nouum, inauditum 441 b

ANTIQVA, SIVE obsoleta, & inusitata.

Ablocare, locare 11 a
acceptrica 30 a
accipitres nas ibid.
accreduo, credo 31 b
adasso, adigo 50 b
addas, addare 51 b
addenseo, ser 51 a
adiuta mihi, adiuua me 60 b
adiutor, aris, adiuto ibid.

adnixus,adnisus 64 b
adolescentiari, i. nondum satis habere modestiæ 65 b
adorare,agere 67 a
adspere 68 b
aduersor,aduersor 71 b
aduorsum,aduersum 74 a
adnorto ibid.
æruscare 92 b
æternare,æternum facere 100 b
ætitas,ætas 104 b
affector,affecto 107 b
aggrediri,aggredi 116 b
agere grates,gratias 121 b
albere 135 a
alescere,crescere 138 b
aliouersum,aliorsum 144 b
aliqui,aliquo 141 b
aliquotfariam ibid.
allubescere,placere 147 b
alis,alius ibid.
alteras 150 b
altrouersum, in alteram partem 152 b
aluus m.g. 154 b
amœnus,amicus 162 a
amplecto,amplector 173 b
amplexo,amplexor ibid.
amplaor,amplificant 175 b
anciliare, ministrare 183 a
ancumulenæ ibid.
angustitas,angustiæ 186 b
aduertere animum, adnimaduertere 191 b
anquiro,inquiro 197 b
apiscor,inuenio 210 b
appellere,cogere 215 b
apprimus 218 b
arbos, arbosem, arbor, arborem 228 b
ardus,aridus 236 b
assarius 265 b
attigo 278 b
attono,stupefacio 279 b
auerruncare, runca expurgare 285 a
aulas,ollas 292 a

B

Betere,ire 323 b
blandidicus 330 b
boire,boare 343 a

C

Caduciter, præcipitanter 362 a
canatim 389 b
carinare,probra obiicere 410 b
cascum,vetus 417 a
catus,cautus 430 a
copo,caupo 431 a
celeranter,celeriter 442 b
celeratim,celeriter ibid.
xello,cedo 443 b
certe,dicere 463 a
cinctuus,militari 482 b
cinefacio, in cinerem redigo 483 a
cispello,citra pello 493 b
citer 495 a
claro,clarum facio 501 a
coda,cauda 615 b
cohorto,cohortor 528 a
collus,collum 535 a
commetare,commeare 553 a
communis meus,amicus 561 b
compesse,compesce 567 b
conscribillare,conscribere 614 b
contolsum,contulsum 647 b
cruciabiliter 688 a
cupire 697 a
custodibitur 707 a

D

Deiurium 745 a
deiuuare 746 a
delauare 746 b
delenificus 747 a
delicia 749 a
demagis,minus 752 b
deminuo 754 a
demus,demum 757 a
depeculasso,depeculor 762 a
depultus,depulsus 762 b
denudicare,fluprare 767 a
dextimum,dexter 786 a
dicundi,dicendi 794 b
directus,crucifixus 797 b
differitas,differentia 801 b
discapediao,aperio 960 b

discordis,discors 822 b
discordabilis ibid.
discorditas ibid.
dispalescere,diuulgari 824 b
dispendere,expandere 825 b
displicina,quæ displicet 826 b
duint,dent 847 a
duit,det ibid.
danuur,dant ibid.
datare,dare ibid.
dossum,dorsum 860 a
dubenus,dominus 863 a
duce,duc 866 b

E

Eccillum,ecce illum 877 a
egregius,præclarius 891 b
elexi, electum, elicui, elicitum 896 b
elucificare 900 b
equila 925 b
errantia,error 933 a
euitare,vitam eripere 947 a
exaduorso,exaduersus 953 a
exædificare,eiicere domo 957 b
exagoga,qui exportat 958 a
exballisto,decipio 961 a
excalceor,excalceo ibid.
excantare,excludere ibid.
excisare,vulnerare 963 b
exequiare,exequias facere 976 a
exfodio,effodio 979 a
exiurare, iuramento affirmare 986 b
exobsecro, vehementer obsecro 987 a
expedibo,expediam 993 a
experire,experiri 995 b
explenunt,explent 998 b
exsacrificare 1005 a
extrare,egredi 1011 a
exuertere,præuenire 1012 a

F

Facundiosus 1033 b
fœcutinus ibid.
falsè 1035 b
fauere faucibus,flere 1046 b
fidelè 1067 a
fligere 1080 b
fodare,fodere 1085 a
forticscere,fortem fieri 1097 a
fortunatim,prosperè 1199 a
frugiferens,frugifer 1109 b
frunisci,frui 1111 a
frux 1113 a
futare,confutare 1125 b
futatim ibid.

G

Gingrire 1140 b
grandeuitas 1150 b
grandigrare ibid.

H

habere despicatui, habere despecti 1162 b
habuui,habui 1167 a
harpagare,rapere 1173 a
hausum facere,potare 1175 a
here,heri 1180 b

I

Ignominiatus 1215 b
imbellia,ignauia 1221 b
impete,impetu 1233 b
impetritus ibid.
impetrassere,impetrare ibid.
inceps,deinceps 1251 a
incepsit,inceperit 1251 a
inciiare,increpare 1254 a
incitabulum 1255 a
inclinamentum,deriuatio 1256 a
incoibilis 1256 b
incomes,sine comite 1257 a
incommitiare, cõmissum facere ibid.
incordiare,suadere 1259 b
indugredi 1270 b
indulgitas,indulgentia 1271 a
infer,infra 1277 a
infortunitas 1283 a
ingenuatus, ingenuitate præditus 1286 b
inimiciter 1291 b
inubere 1295 a
inopiosus,sine ope 1296 b
insimul,vnà 1303 a
insomnia,æ 1304 b
interbitare, interuenire 1315 b
interdius,interdiu 1320 a

interfieri,consumi 1321 a
interibi,interea 1321 b
interstinguere 1326 b
intestina 1328 b
intuor,video 1331 b
inuergo,inclino 1333 b
inuinatus,abstemius 1336 a
iibus,iis 1344 a
iudicassit,iudicauerit 1351 a
iuuenalis,iuuenilis 1361 b

L

Lætitudo,lætitia 10 a
læto,lætor 9 b
lailo,lac fugo 11 a
lamentarius ibid.
latibulari 18 a
leo 29 b
lucrificabilis 68 a
luctus,iucti 71 b
iuculentatas 79 a

M

Macerescere, maceratum fieri 85 a
magnitas,magnitudo 93 b
manuatus 110 a
manum,clarum 107 a
manfues,manfuetus 106 a
mendicabulum,mendicatio 132 a
militarius,militaris 148 a
minitabiliter,minaciter 150 a
mirius,magis mirum 153 b
mis 154 a
miseriter,miserè 153 a
miseritudo 153 b
misericordior ibid.
mœstus, mœrebus cinctum 163 b
mœro,mœrentem facio 164 a
mœstiter,mœstè 164 b
mœri,muri ibid.
moneris,moniter's 169 b
mortificatum,mordendo 175 a
mortualis, quod ad mortuos pertinet 178 a
morigerare 180 a
mortuantur,morantur 182 b
mulieriare,effœminare 184 b
munis,officiosus 192 a

N

Nefans,fantis 219 a
negabundus,negans 220 a
nequibo 224 b
nequitum, nequitur, non posse 225 a
neuolo,neuis 227 a
ninguis,nix 232 b

O

Occedere,accedere 283 a
occentassit 283 a
occisit,occiderit 283 b
oggero,intendo 298 b
opprobramentum, opprobrium, 314 b
orbitudo,orbitas 321 a
ornatus,ti 327 a

P

Partitudo,partus 367 b
partio,partus ibid.
partire,partiri 373 b
patricè more,patricio 382 b
patrissimus 383 a
paupera,æ 388 b
pauperare, pauperem reducere 388 b
pecu,pecus 395 b
pulcare,pulsare 400 a
perduo,perdo 413 b
perduaxo,perdo ibid.
perfualtrix 440 a
pigrare,tardare 466 b
pleuitas,ignobilitas 484 b
polulus,parvulus 493 b
porcere,porro arcere 501 b
præbitere,perimere 517 a
præspere 68 b
probiter,probè 562 b
probibessis,prohibueris 577 a
probrere,inducere 578 b
protinam,protinus 598 a
pueras,puer 610 a
puluer,pulvis 615 a

Q

Quippini,quippe 649 a

R

Rancens, rancidus 659 a
rapsere,rapere 660 a

ratare,ratificare 701 b
rebito,reuertor 665 b
redauduo 673 b
redostio,gratiam refero 678 b
refacio 683 a
relicinus 692 a
remuicare 699 a
retiaculum 722 a
ridicularius,ridiculus 734 b
robus,rubeus 738 b
rumigero,rumorem fero 748 b
ruresstris 750 b

S

Semianimus,semianimis 61 a
seorsus,seorsum 69 b
similitas,similitudo 94 a
simitu,simul ibid.
simplicitus,simpliciter 94 b
singularius,singularis 97 a
sinitimum,finitimum 786 a
socienus,socium 105 a
sonere,sonare 117 a
species,aromata 125 a
speres,spes 130 b
spicus,spica 132 a
spicere 132 b
sublestus,debilis 171 a
succortrilla 182 b
suere 185 a
supus,supinus 205 b
serus 207 a
sycophantiosè,dolosè 214 a

T

Tardities,tarditas 231 a
trahex,rapax 288 b
trautus,balbus 297 b
turbassit,turbauerit 319 b

V

Vanare,fallere 333 b
vasum 335 b
vellas,villa 341 a
verimonia 366 b
vesci,videre 367 a
vicissatim 378 a
vicissias 378 a
viriatus 393 a
vnose 412 a

AFFINITATIS nomina.

Abamita 4 b
abauus 5 a
abauia ibid.
abmacertera 11 a
abnepos ibid.
abneptis ibid.
abpatruus 12 b
affinis 108 a
agnati 118 a
amita 165 a
amita maior ibid.
amitini ibid.
atauus. 272 a
auia 290 b
auus 304 a
auus paternus ibid.
auus maternus ibid.
auunculus 304 b
auunculus maior ibid.

C

Cognati 523 a
consanguinei 613 a
consobrini 625 a
consobrina 625 b
consocer ibid.

F

Filius 1068 b
filiolus ibid.
filia ibid.
frater 1102 b
fraterculus 1103 a
fratres patrueles 1102 b
fratres gemini ibid.
fratria 1103 a

G

Gener 1134 b
germanus 1136 a
glos 1145 a

H

Hecyra 1176 b

I

Ianitrices 1208 b

L

Leuir 32 b

M

Maiores 92 b
magnus socer 93 a
maior socer ibid.
maior patruus ibid.
maior auunculus ibid.
mater 116 b
mater matrima 117 a
mater tera 117 b
matruelis ibid.
maximus ibid.

N

Natus 208 a
nata ibid.
nepos 223 a
neptis 223 b
nepotulus ibid.
nothus 246 a
nouerca 247 a
nurus 263 a

P

Pappus 358 a
parens 364 a
pater 381 b
patruus 383 a
patruus magnus ibid.
patruus maior ibid.
patruus maximus ibid.
patruelis 511 b
posthumus 559 a
priuignus ibid.
priuigna ibid.
proauus 562 a
proauorum ataui ibid.
pronunculus ibid.
prætertera ibid.
progener 575 b
pronepos 582 b
proneptis ibid.
pronurus 583 a
propatruus 584 b
proscer 594 b
prosocrus ibid.

S

Sobrinus 103 b
socer 104 a
socer magnus ibid.
socrus 105 b
socrus magna ibid.
soror 119 b
soror patruelis 119 b
sororius 119 b

T

Trinepos 305 a
tritauus 307 b

V

Vitricus 404 a
vterini 435 b

HOMINIS PARTES.

Abdomen 6 a
abamasum 12 a
acerabulum 36 a
acetabula ibid.
acies oc. 39 b
acroteria 44 a
agnatum membrum 118 a
ala 131 a
allus 147 b
alcus 154 b
ancon,cubitus,cubitum 183 a
anima 187 a
annularis digitus 194 b
annuli oc. ibid.
antiæ 202 b
anus 206 a
aqualiculus 223 b
armus 247 b
arteria 252 b
arteria aspera ibid.
artus 253 a
articulus ib d b
auris 294 a
auricula 296 a
auricularis digitus ibid.
axilla 305 b

B

Balanus 309 b
barba 312 a
brachium 344 b
buboues 350 b
burca 351 a
buccæ ibid.

C

Cœlum 366 a
cæsaries 369 b
calua 379 a
caluasia 379 b
caluitium ibid.
calx 380 b
calcaneus ibid.
canthi 393 b
cani 394 a
capillus 395 b
capillamentum 396 b
caput 403 a
caro 413 a
cartilago 416 a
caua,vena 435 b
cephalea 450 a
cerebrum 453 a
cernix 460 b
chordum 472 a
cilium 480 a
cincinnus 481 a
cinnus 483 b
cirrus 493 b
clunis 511 b
coles 529 a
coleus ibid.
collum 535 a
colon,colum 540 a
columellares 543 a
columella ibid.
coma 544 b
condylus 593 b
cor 655 b
costa 670 a
coxa 671 b
coxeadix ibid.
cremasteres 676 a
crinis 681 b
crus 687 a
ctenes 688 b
cubitus,cubitum 689 a
cunnus 696 a
cuticalio 701 a
cutis 707 b

D

Dentes tomici 4. canini 4. maxillares vtrinque quaterni, vltimi 758 a. & b
diphragma 789 a
digitus 804 b
dorsum 860 a

E

Epiglossis 919 a
exta 1005 b

F

Faries 1018 a
fauces 1046 a
fel 1050 b
femen 1051 a
femina ibid.
femur ibid.
fibra 1062 a
fibræ ibid.
frons 1107 b
frumen 1110 a

G

Gelasinus 1129 b
gena 1131 b
genu 1132 b
genitale 1140 a
genitiui dentes 1140 b
gingiua ibid.
glabella ibid.
glandium 1142 b
glemium 1156 b
gula 1158 a
gurgulio 1158 b
guttur 1159 a

H

Hepar 1179 a
hira 1187 b
hirquus ibid.
hymen 1202 b

I

Iecur 1213 a
ieiunum ibid.
ile 1216 b
ilia ibid.
incisuræ 1252 b
infamis digitus 1276 a
ingenium 1285 a
inguen 1288 b
intellectus 1312 a
interanea 1315 b
internodia crurum 1323 b
intersapilium 1326 b
intestinum 1328 b
ischia,ozendix 1345 a
iugulus,& iugulum 1354 a
iunctura 1356 a

L

Labium 1 b
labrum 4 b
lachryma 7 a
lactes 5 a
lacertus 6 b
læua 10 a
lanugo 13 b
latus 21 a
lien 46 a
lingua 50 a
loci 60 a
longanon 61 b
lumeus 72 a
lumen 72 b

M

Mala 95 a
mamma 100 a
mamilla ibid.
mandibula 102 b
manua 107 a
matrix 117 b
maxilla 120 b
maxillaris dens ibid.
mediastinum 124 b
medulla ibid.
medius digitus 123 b
membrum 128 a
mens 132 b
mentum 136 b
minimus digitus 376 b
molaris 165 a
musculus 195 a
mucus 183 a

N

Naris 206 a
nasus 110 a
natura 109 a
naturalia 110 a
nates 110 b
neruus 225 b

O

Occiput 284 a
oculus 288 a
omasum 302 b
omentum 303 a
os,oris 331 b
os,ossis 334 a
officulum 334 b

P

Palatum 346 b
palma 349 b
palpebræ 350 b
papilla 358 a
pectus 392 a
pectusculum 393 b
penis 404 a
pes 445 b
pedum 447 b
phlegma 460 b
pilus 469 b
piugue 470 b
pinnula 471 a
pituita 475 b
planta 479 a
pneumon,pulmo 487 b
podex 488 a
pollex 492 b
poples 500 b
præcisum 519 a
præcordia 522 a
præputium 534 a
priapus 554 a
primores pubes 556 a
pugnus 606 b
pulmo 612 a
pupilla 614 a
pupula 617 a

R

Ratio 662 a
ren 699 b
rhagoides 729 a
rostrum 742 b
ruga 747 a
ruma 747 b
rumen ibid.

S

Saliua 13 a
sanguis 18 b
scapula 33 a
scapilium ibid.
scoptula operta 42 a
scrorum 45 b
secundæ 52 b
sedes 55 a
sensus 67 a
sinistra 97 a
sinus 98 a
solum 112 b
spina 132 b
spiritus 133 b
splen 135 a
spondylus 137 b
stomachus 153 b
sumen 192 a
supercilium 196 b
sura 205 b
synciput 217 b

T

Talus 224 b
temus 242 b
tergum 251 b
testiculus 157 a
testis ibid.
thorax 268 a
tibia 271 a
tonsillæ 280 b
tori 284 b
trachea 286 a
trachoma ibid.
tunicæ oculorum 317 b
tunicæ testiculorum 318 a

V

Vber 337 a
velamenta testiculorum 343 a
vena 343 a
venter 350 b
ventriculus 351 a
ventriculus cordis ibid.
verenda 358 a
veretrum ibid.
verpus 359 b
verpa ibid.
vertebra 364 a
vertibulum ibid.
vertex 364 b
vesica 367 a
vestigium 368 b
viriditas 392 b
virilia ibid.
viscus 399 a
vlna 408 b
vmbilicus 410 b
vnguis 415 a
vola 418 a
vox 424 a
vreteres 429 b
vropigium 431 b
vterus 435 a
vua 440 b
vultus 443 b
vulua 444 b

HOMINIS VESTIMENTA & ornamenta.

Abolla 12 a
acicula 39 a
ægis 80 b
albogalerus 134 a
amentum 162 a
amethystina ibid.
amiculum 163 a
amphimallum 172 b
amphitapum,& rapa,æ ibid.
analectides 178 b
ansa 197 b
ansula,æ ibid.
apex 209 a
armilla 247 a
ascopera 257 a
atralica 276 b
aulæa 292 a

B

Babylonica 307 a
baltea 311 a
balteum ibid.
bgrdiacus 313 b
bardocucullus 314 a
basilica 685 b
basilicum 3814 b
baxeæ 3316 b
blix 325 b
bombycina 333 b
bracca 344 b
brachiale 345 b
bubalia 350 a

bubalinus thorax 350b
byſſina 355 b

C

Calantica 372 b
calaſſis ibid.
calceus 380 b
calceus laxus ibid.
caliendrum 374 b
calones 377 b
calopodium ibid.
calthula 379 a
calyptra 381 b
campeſtre 385 a
capidulum 395 b
capital 405 a
capillare 396 b
capitium 406 a
carbaſus 406 b
caſtula, perizonium, præcinctorium 421 b
cauſia 435 a
cento 447 b
cernuus 455 a
ceſtus 462 b
chalaſſis 372 b
chiridota 470 a
chirotheca 471 a
chlamys ibid.
chlamys Phrygia ibid.
chlamys Sidonia ibid.
chlamys Spartana ibid.
chlamydula ibid.
cidaris, citaris, cidarus 478 a
cilicium 480 a
cinctus, cingulum 482 a, & b
circundata palla 486 b
claui caligares 506 a
claui 506 b
clauus, latuſclauus, laticlauium ibid.
clauata 507 a
coa 512 b
coccinum 514 b
coccina veſtis ibid.
cœnatorium 518 a
cos 523 a
colobium 540 a
coloriæ veſtes 542 a
compedes 567 b
conchyliata 579 a
condalium 588 b
cothurnus 670 b
crepida 687 a
crocota 684 a
crocotula ibid.
crumena 686 a
cucullio 689 b
cucullus ibid.
cudon 690 b
cyclas 709 a
cymatilis 710 a
cyna 710 b

D

Dactyliotheca 714 b
dextrocherium 786 a
diabathra 786 b
diadema ibid.
digitalia 805 a

E

Endromis 869 b
epitegium 921 b
exomides 988 a

F

Faſcia 1042 a
faſciæ ibid.
faſciola ibid.
femoralia 1051 b
fimbria 1069 a
flammeum 1078 a
focale 1084 b

G

Galbanum 1126 b
galea ibid.
galerus 1127 a
galericulum ibid.
gallicæ 1127 b
gauſape 1129 b
genualia 1132 b

H

Heteromaſcala 1182 b
humerale 1199 b

I

Ianthina indumenta 1208 b
impluuia 1236 b
impluuiata ibid.
inauris 1249 a
inducula 1272 a
indumentum ibid.
induſium ibid.
induſiata ibid.
infula 1284 a
inſtratum 1306 a, & 1308 b
inſtita 1306 a
inuolucre 1338 a

L

Lacerna 6 a
lacinia 8 a
læna 9 a
latuſclauus, laticlauium 506 b
leuidenſa 32 b
ligula 50 b
limbu 47 b
limus 49 a
linea 49 b
lintea veſtimenta 51
linteum ibid.
lunula 74 b

M

Mamillare 100 a
manica 104 b
mantelum 106 a
manuleata tunica 110 a
marſupium 115 a
maſtruca 116 b
melina 127 a
mitra 157 a
mollicina 168 a
monile 170 a
multitia 188 a

N

Noegæum 238 a

O

Ocreæ 287 a
oræ 319 a
oſtrinæ 337 b

P

Palla 348 a
pallula ibid.
pallium 348 b
palliolum 349 a
palliaſtrum ibid.
paludamentum 351 a
pannicularia 356 a
paragaudes, & paragaudæ 360 b
parnacides 368 b
pataglum 380 a
patagiata ibid.
pelles 399 a
peniculamentum 404 a
penula 405 b
peplus 406 a
pera 408 b
periſcelis 435 b
peripetaſma 435 a
periſtroma 426 a
perizonium 421 b
petalus 449 b
pexa 391 b
phæcaſius 453 a
phæcaſſium 453 b
pileus 468 b
plagæ 478 a
polymita 495 a
præcinctorium 521 b
præclauum 521 a
præexta 543 a
praſinæ 549 a
pulla veſtis 614 a

Q

Quiſquiliata 650 b

R

Ralla 658 a
rechedipna 667 a
recinium, recinus 667 b
regilla, baſilica, trabea 685 b
recta tunica 686 b
rediminculum 677 a
reticulum 722 a
rheno 730 a
rica 734 a
ricinus, ricinium ibid.
ricula ibid.

S

ſacciperium 2 b
ſaga 6 b
ſagum 8 a
ſandalium 17 b
ſarranæ, Tyrię, oſtrinæ, purpureæ 25 a
ſcapularis 33 a
ſculponea 47 a
ſegmentata 47 b
ſegmentum 51 a
ſegmentatæ veſtes ibid.
ſemicinctium 61 a
ſidonia 89 a
ſindon 96 b
ſoccus 103 b
ſolea 107 b
ſpinter 133 a
ſpira 133 b
ſtola 153 a
ſtragula 154 b
ſtrophium 158 a
ſubcingulum 165 b
ſubligaculum 171 a
ſubligar ibid.
ſubmania 172 a
ſubucula 179 b
ſuccingulum 182 b
ſucula 184 a
ſudarium 185 a
ſuffibulum 185 b
ſupparus, ſupparum 201 b
ſyntheſis 218 b
ſyrma 219 b

T

Tænia 224 a
talaris tunica 226 a
talaria ibid.
teſſellatæ tunicæ 257 a
textilis 262 a
thalaſſina 262 b
thorax 268 a
tiara 271 a
tibiale ibid.
toga 276 b, & 277 a
candida, pura, palmata, picta, prætexta, puerilis, rara, raſa, virilis 277 a
toral 281 b
torques 285 b
trabea 685 b
trichap[illegible] 303 a
triclina[illegible]ga, quæ & cœnatorium dicitur 518 a
trilix 304 b
triumphalis 308 b
tunica, interula 317 b
tunica laticlaui ibid.
tyrianthina veſtimenta 324 b
tyriæ 325 a

V

Vdo 338 a
ventrale 351 a
virgata veſtis 393 b
viria, viriola 394 a
vitta 404 a
vmbella 411 b
vndulata 414 a

Z

Zona 448 b

AEDIVM PARTES.

Acroteria 44 a
Ambrices 160 b
ambulacrum, ambulatio 161 b
amphithalamus 172 b
ancones 182 a
andron 183 b
andronitis ibid.
angulus 186 a
antæ 198 a
antepagmenta 200 b, & 203 b
antes 201 a
apiarium 210 a, & 209 a
apodyterium 211 a
apotheca 213 a
appendix 215 b
aquarium, a quariolum 223 b
arcus 233 b
area 235 a
armarium 246 b
armariolum ibid.
aſſa 262 a
aſſamenta ibid.
aſſer aſſerculi, aſſula 263, 265 b
aſſis 265 b
atrium 275 b
auiarium 291 b
aula 291 b
aris 305 b

B

Balineum 310 a
balnearium ibid.
balneum ibid.
baptiſterium 311 b
baſis 315 a
bero 322 b
bibliotheca 324 a
biclinium 325 a
bubile 350 b

C

Camera 382 b
caminus 383 a
canalis 385 a
cancelli 386 a
cantherij 393 b
capreblus 395 b
capſulæ 402 b
cardo 408 b
caryatides 416 b
caſeale 417 a
catenatio 424 b
cauædium 427 b
caula 430 b
caueæ 436 a
cella fructuaria, olearia, torcularia, viaaria, defructaria, fœniliapalearia 443 a
cellula 443 b
cellarium ibid.
chartophylacium 467 a
chenobolchium 469 a
chors 472 b
circuncolumnium 486 a
ciſterna 494 a
clauus trabalis 506 b
c ibanus 509 a
cloſtrum 511 a
cochlea, q[illegible] & ſchalæ cochlides dicuntur 514 b
cochlid[illegible] quod & coch'yds dicitur 515 a
cœnaculum 517 b
cœnario 518 a
columbarium 543 a
columen ibid.
concamerario 576 b
concluue 584 b
conopæum 611 b
conſpicillum 627 b
contabulatio 635 b
coquina 655 b
corium, coria 658 b
coronæ 661 b
coronis 662 b
crepido 688 a
cruſtæ 687 a
crypta 688 a
crytoporticus 688 b
cubiculum 689 b
culina 691 a
culmen ibid.

D

Delicia 749 a
deliciares regulæ ibid.
deliciatum tectum ibid.
deliquiæ 750 b
diæta 784 a
diſſeluuium, diſpluuiatum 826 b
dormitorium cubiculum 859 b

E

Epiſtylium 921 a
equile 926 a

F

Faſtigium 1043 a
f neſtra 1051 b
fœneſtella ibid.
focus 1085 a
fœnile 1088 a
forica 1092 b
foris ibid.
foricula 1093 a
fornax 1095 b
fornix 1096 a
fornicatio ibid.
foruli 1092 b
furnus 1123 b

G

Gradus 1147 b
granarium 1151 a
guſtatorium 1159 a
gynæceum 1160 a

H

Hara 1172 b
hypocauſtum 1203 b
hypogeum 1204 a
horreum 1194 a

I

Ianua 1208 b
imbrex 1222 a
impages 1227 b
impluuium 1236 b
incumba 1261 a
infurnibulum 1284 b
iſodomon 1345 b

L

Lacus 8 b
lacuſculi ibid.
lacunar ibid.
lar 15 b
lararium ibid.
later 18 a
latrina 20 a
lauatrina 20 a, & 23 a
lignum 46 a
limen 47 b
lorica 65 b

M

Melitton 127 b
mellarium 126 a
membrum dormitorium 128 b
mœniana, podioli 132 a, & 488 a

N

Neſſotrophium 226 b

O

Odeum 290 b
oſtium 336 b

P

Paradromis 360 b
paraſtades 362 a
paraſtatæ ibid.
parietina 366 a
parietes intergerini 1321 a, & 366 a
patibulum 383 b
peſtinatum tectum 391 b
penetrale 403 b
penarius 406 a
penaria ibid.
penuarium ibid.
penuarius ibid.
pergula 421 b
peridromis 424 a
periſterotrophium 426 a
periſtylium ibid.
perſonæ 438 a
peſſulus 448 b
petaurum 450 a
pila media 468 a
pinacotheca 469 b
pinnaculum 471 a
pluteum 487 a
podium 488 a
polubrum 494 a
pomarium 497 a
porcæ 501 b
porticus 504 b
poſtis 511 b
primarius lapis 555 b
proceres 565 a
proceſtrium ibid.
prochyta ibid.
procœten 566 a
proiectura 577 b
promptuarium 582 a
propylæum 591 a
protecta 596 b
prothyrum 598 a
pſeudothyrum 560 a
puluini 615 a
puluinum ibid.
puteus 621 a

R

Repagula 701 b

S

Sacrarium 4 a
ſcalæ 31 b
ſcrinium 45 b
ſcandula 32 b
ſcapus cardinalis 33 b
ſpeculare 127 b
ſpheriſterium 131 b
ſpiramentum 134 b
ſtabulum 140 b
ſtillicidium 147 a
ſtylobata 162 b
ſubgrunda 168 b
ſubgrundatio ibid.
ſubtegulanea 178 a
ſudatorium 184 b
ſuggruuda, ſuggrundia 188 b
ſuperliminare 198 b

T

Taberna 220 a
tabularium 222 b
tabulatum ibid.
tectum 834 b
tegulum 235 b
tolamones 236 a
tepidarium 250 a
teſſeruläe 257 a
teſtudines 260 a
thalamus 262 b
tholos 268 a
tibicines 271 b
tignus, tignum ibid.
tigillum 272 a
trabs 285 b
tranſenna 292 b
tranſtra 296 b
triclinium 303 a

V

Vacerra 326 a
valetudinarium 332 a
valuæ 333 a
vaporarium 334 a
verſura 363 b
vertices 364 b
veſtibulum 368 b
veſtiarium 371 a
veteraria 373 a
viridarium 394 b

X

Xiſtus 447 b

AEDIVM SVPELLEX & ornamenta.

Abacus 4 a
abaculus ibid.
abaculos ibid.
abax 5 b
accubitum 31 b
aconita 42 a
acus 45 b
ahenum 129 b
alea 137 b
aleus luſorius, alueolus 154 a
ames 161 b
ampulla 175 b
amyſtis 177 a
anabattrum ibid. b
anaclinterium 178 a
anaglypta ibid. b
aqualis, aquarium 223 b
aquiculus ibid.
aquiminarius 225 b
arca 229 b
arcula 229 b
arculæ loculatæ ibid.
arculus 233 b
arculum ibid.
argentum 237 b
armariolum 246 b
aſcopera 257 a
atramentariúm 272 b
auricularium ſpecillum 296 a
auriſcalpium ibid.
aulæa 292 a

B

Bacrio 308 a
batillum 316 a
batiola ibid.
baltens 311 a
biſellium 328
bulga 352 b
bulla 353 a

C

Cacabus 356 b
cadurcum 362 a
calamiſtrum 371 b
calamus 372 a
calathus 372 b
calathiſcus 373 a
calix vitreus 375 b
caliculus ibid.
calpar 379 a
candela 386 b
candelabrum ibid.
caniſtrum 389 b
cantharus 393 a
capis 401 a
capſa 402 b
capſula ibid.
capula ibid.
capulus ibid.
carchefium 407 b
carnarium 413 a
catinus, catinum 425 b
catillus, catillum 426 a
centones 447 b
cerutical 461 b
chytra 475 a
chytrapus ibid.
ciborium ibid.
circites 485 a
cirnea 493 a
ciſſimbium 494 a
ciſta ibid.
ciſtula ibid.
cline 509 b
cochleare 515 a
colum 542 b
colus 544 a
conchyliata periſtromata 579 a
conſpicillium 627 b
conopeum 611 b
corbis, corbula 657 a
cos 669 b
crater 673 a
craterra 673 b
craticula 674 a
crenæ 676 b
crepundia 677 b
cribrum 679 b
cubile 689 a
cucurbitula 690 a
culcitra 690 b
culeus 691 a
culina ibid.
culter 692 b
culullus ibid.
cunæ 695 a
cunabula ibid.
cuneus 695 b
cupa 696 b
cyathus 708 a
cylix 710 a
cymbium 710 b

D

Dentiſcalpium 759 b
diota 814 a
diſcerniculum 820 b
diſcubitorius lectus 823 a
diſcus 823 b
dolium 849 b

E

Echinus 877 b
epiſtomium 921 a

F

Flabellum 1080 b
flagellum 1075 b
follis 1090 b
forfex 1092 b
forma 1093 a
fritillus 1107 a
fulcrum 1115 b
funda 1118 a
fuſcina 1124 b
fuſus 1125 a

G

Gabatta 1126 a
galeola 1127 a
gazophylacium 1129 b
glomus 1144 a
grabatus 1147 a
grallæ 1149 b
graphium, graphiarium 1151 a
guttus 1159 a

H

Hippoperas 1187 b
hoſtorium 1197 b
hydria 1201 b

I

Igniarium 1215 a
incernieulum 1251 b
infundibulum 1284 b
infurnibulum ibid.
inſtratum 1306 a

L

Lagena 10 b
lampas 11 b
lanx 13 b
laterna 18 b
lebes 25 a
lectus ibid.
lectus cubicularis ibid.
lectica 25 b
lecticula ibid.
lecythus ibid. b
libraria 42 a
ligula 50 b
loculamenta 60 a
lodix 61 a
lora 65 a
lucerna 79 b

M

Mactra 86 b
magis 88 b
malleus 95 b
malluuium 96 a
manubrium 110 a
mantelum 106 a
mantica 106 b
mappa 110 b
matta 118 b
matula ibid.
matella 118 b
mazonomon 120 b
millus 148 b
modiolus 159 b
monopodium 171 a
mortarium 178 a
muſcarium 197 a
muſtricola 197 b
myxos 203 b

N

Naſterna 210 a

O

Obba 264 a
obſtragulum 277 b
octophorum 288 a
œnophorum 294 a
olla 301 b
orbis 320 b
orca 321 b

P

Pala 344 b
panarium 355 b
paropſis 370 a
patella 380 b
patera 383 a
patina 383 b
pecten 391 a
Pegaſus 397 a
peluis 401 a
pelluuium 400 a
penicilius 404 a
peripetaſma 435 a
periſtroma 426 a
phiala 457 b
p ſcinæ 474 a
piſtillum 474 b
plagæ 478 a
plutei 487 a
pluteus ibid.
poculum 487 b
polubrum 494 a
polymyxos 495 a
potetium 513 b
pugillaris 612 b
pulſarius 614 b
puluinar ibid.
puluinus ibid.
pupa 616 b
pyctatium 622 a
pyxis, pyxidicula 625 b

Q

Quadræ 626 a
qualus 633 a
quaſillus 633 b

R

Repoſitorium 707 a
rhombus 733 a
rhytium 733 b
riſcus 737 a
rutabulum 751 b

S

Salinum 9 b
ſartago 25 b
ſcala 31 b
ſcamnum 32 b
ſcabellum ibid.
ſcabile ibid.
ſcalprum librarium 32 a
ſcaphium 33 a
ſcopæ 42 a
ſcopula ibid.
ſculponeæ 47 a
ſcutella 47 b
ſcyphus 48 a
ſecula 51 a
ſedes 55 a
ſedecula ibid.
ſedile ibid.
ſella 58 b
ſera 74 a
ſeria 75 a
ſerra 78 b
ſigma 89 a
ſignum 89 b
ſinus 98 a
ſitula 102 a
ſolium 111 a
ſpecillum 127 b

sponda 136 b
spondylus 137 b
spongia ibid.
sporta, sportula 138 a
statera 142 a
stibadium 146 b
storea 154 b
stragulum ibid.
stylus 162 b
subcerniculum 165 b
sudarium 185 a
sulphurata 190 a

T

Tapetum 230 a
teges 235 b
theca 264 a
torus 284 a
trapezophora 297 b
tripes 305 b
trulla 310 b
tudicula 312 a

V

Vagina 329 a
vas 335 b
verticulum, verticillum 364 b
veru 365 a
veruculum ibid.
vestiaria arca 371 a
vidulum 381 b
vitrea 404 a
vmbella 411 b
vmbraculum ibid. & 412 a
vrceus 429 b
vrna 430 b
vrnarium 431 a
vtricula ibid.
vter 434 b

Z

Zona 448 b

ARBORES.

Abies 8 b
acer 33 a
acrifolium, lotos 43 b
ægilops 80 a
ægros, populus nigra ibid.
æsculus 95 b
agrifolia, aria, aquifolium, aquifolia 128 a
albus spinus 135 b
alnus 148 a
amygdala 176 b
anacardium 177 b
aquifolia 224 a
aquifolium ibid.
arbutus 229 b

B

Balsamum 311 a
bdellium 316 b
bumelia 353 a
buxus 355 a

C

Caprificus 402 a
castanea 419 b
carpinus 415 a
cedrelate 439 b
cedrus ibid.
cerasus 452 a
cerrus 455 b
cinnamum 483 b
cisthus 494 a
citrus 495 a
colutea 544 a
conifera 606 a
conoides 652 b
conus ibid.
cornus 661 a
corylus 669 a
cupressus 698 a
cyna 710 b
cyparissus 711 b
cypros, vide ligustrum 47 a
cyprus 712 a

D

Daphnon 718 b
dryopteris 863 a

E

Elate 894 a
equisetum 926 a
erinceon 929 b
erice 928 b

F

Fagus 1038 b
farfarum 1041 b
farfugium ibid.
ficus 1063 a
fistula 1075 a
fraxinus 1104 a
frutex 1112 b

G

Genista 1132 a

H

Hebenus 1175 a
Hemeris 1178 b

I

Ilex 1216 b
iuglans 1354 a
iuniperus 1356 b

L

Latrix 16 b
laserpitium 17 a
laurus 23 b
lentiscus 29 a
ligustrum, cypros 47 a
lotos, lotus 66 a

M

Malobathrum 96 a
malus ibid.
malus Assyria 121 b
medica arbor 121 b
mespilus 141 a
molluscum 168 a
morus 178 b
myrrha 202 b
myrtus 203 a

N

Nardum, nardus 205 b
nerium 225 a
nigella 229 b
nux Græca 261 a

O

Olea 299 a
oliua 301 a
opulus, obierus, opierus 317 b
ornus 328 a

P

Palma 349 b
picea 465 a
piceastrum ibid.
pinea 472 a
pinus 471 b
pinaster 472 a
piper 472 b
platanus 480 b
pomus 497 a
populus 501 a
prunus 603 b
pyrus 624 a
pyxis 625 b

Q

Quercus 639 b

R

Robor 738 a
robur ibid.
rotunda 741 b
rotundatis 742 b
rumpotinum 749 a
rumpotinus ibid.

S

Salix 12 a
sambucus 16 a
sapinus 21 a
sentis canis 69 a
siliqua 92 b
similax 102 b
sorbus 118 b
spathe 123 a
spinus 133 a
staticæ 142 a
strobilus 158 a
strobus ibid.
styrax 163 a
suber 168 b
sycomorus 213 b

T

Taxus 233 b
teda 234 a
terebinthus 251 a
tilia 272 a
tribulus 299 b
tuber 312 a

V

Vacinia 326 b
vlmus 408 b
vnedo 414 b

Z

Zizipha 448 a

ARBORVM FRVCTVS.

Achras 39 b
acinus 41 b
acrodrya 44 a
amygdalum, nux Græca, nux Thasia 176 b
apyrinum 221 b
arbutum 229 b
asinina pruna 238 b
auellana 284 b
aureum malum 297 a

B

Bacca 307 a
balanus 309 b
balanus myrepsice 309 b
balani ibid.
basilica nux 314 b

C

Calli-struthiæ 376 b
carica 410 a
caryon 416 b
caryopon ibid.
caryota ibid.
castanea 419 b
cedris 439 b
cerasum 452 a
chrysomela, Armeniaca 454 b
citrea mala 495 b
citrium 495 a
coluteum 544 a
colymbades ibid.
comarus, vnedo, arbutum 546 a
congylis 606 a
conus 652 b
cornum 661 a
corylus 669 a
corymbus ibid.
cotona, coctona, cottona, cotana, coctana, cottana 671 a
cotoneum ibid.
cruslumina pyra 687 b
cucurbitina pyra 690 a
cydoneum malum 709 b

D

Dactyli 714 b
drupæ 862 b
duracina persica 872 b

E

Elaterium 894 b

F

Ficus 1063 a
fugacia poma 1115 a

G

Galbanus 1126 b
galbulus ibid.
galla 1127 a
glans 1142 a
glans caducæ ibid.
glans cerrea ibid.
glans fagea ibid.
glans iligna ibid.
glans quernea ibid.
granatum 1151 a
grossus 1157 a
grossulus ibid. b

M

Mala aurea 96 b
mala pelusiana ibid.
malum 96 a
malum citreum 96 b
malum punicum ib d.
malum granatum ibid.
malum persicum ibid.
melapium 126 b
melimelum 127 a
melones 127 b
mespilum 141 a
molluscea 168 a
morum 178 b
myrobalanum 202 a
myrrhâ 202 b

N

Nicolai 218 a
nux 262 a
nux Græca ibid.
nux Persica ibid.
nuces castaneæ, iuglandes ibid.
nuces pineæ ibid.

O

Olea 299 a
orbiculata poma 320 b
orchis, vel orchites 321 b

P

Palma 349 b
palmula 350 a
pansia, vel pausea 389 a
persica mala 437 a
piper 472 b
pistacium 474 b
pomum & poma 497 a
prunum 603 b
pruna asrina 604 a
pruna autumnalia ibid.
pruna cerea ibid.
pruna damascena ibid.
pyrum 624 a
pyra aurumnalia ibid.
pyra cucurbitina ibid.
pyra decumana ibid.
pyra libralia ibid.
pyra mammosa ibid.
pyra onychina ibid.
pyra oideacea ibid.

Q

Quisquilium 650 b

R

Radij 656 b
radiolus ibid.

S

Saccharum 2 b
sarcocolla 23 b
serotina poma 81 b
sorbum 118 b
spineolus 133 a
strobilus 158 a
struthia mala, struthiomela 159 a
sycon 213 b

T

Taminia 226 b
testacea pyra 257 a
thebaicæ, thebaides 264 a
tophacea pyra 281 a
tricoccum 303 b
tuber 312 a
turbinata pyra 319 b

V

Vnedo 414 b
voconia 418 a
volema ibid.

Z

Zizipha 448 a

ARBORIS partes.

Alburnum 134 a
articulus 253 b

B

Balteus 311 a
bruscum 349 a
bryon 350 a

C

Cani, villi arborum 394 a
capitellum 406 a
caro 413 a
caudex 428 a
ciccum 477 b
coma 545 a
cortex 667 b
crena 676 b
crus 687 a

F

Festuca 1061 b
fibræ 1062 b
flagellum 1075 b
folium 1090 a
folliculus 1090 b
frons 1108 b

I

induuium 1272 b
iulus 1355 b

L

Lana 12 a
lanugo 13 b
liber 41 a

M

Mamma 100 a
mater 117 a
matrix 117 b
materies 118 a
materia ibid.
muscus 197 a

N

Nodus 237 b
nucamentum 252 b

O

Oculi 290 a

P

Panicula 357 a
pediculi 447 a
perna 430 a
petiolus 450 a
pollex 492 b
pulli 613 b
pulpæ 614 a

R

Radix 656 b
ramus 658 a
rapum 660 b

S

Scamna 32 b
scutula 47 b
spadones 122 a
spathe 123 a
spatalium ibid.
stirps 149 b
stolo 153 a
stylus 163 a
surculus 207 a

T

Tabulata 222 b
taurus 233 a
termes 252 a
tiliæ 272 a
truncus 310 b
tunica 318 a
turbo 319 a
turio 320 a

V

Venæ 343 b
vertex 364 b
viscum 399 a
vnguis 415 b

Z

Zingiber 448 b

HERBAE.

ABiga 9 a
abrotonum, abrotonus 13 b
absyrthium 18 b
acantis, vide Pappus 22 a
acanthus ibid.
achilleos 38 a
achimenis ibid. b
aconitum, cammaron, theliphonum, scorpion, myoctonum 42 a
acorum, acorus, galanga 42 b
adiantum, capillus Veneris 57 b
adipsos 59 b
ægylops, orobanche 80 a
ægoceras 81 a
ægonychon, lithospermon, miliũ solis ibid.
æra, orobanche, lolium 91 b
æthiopis 102 b
agaricum, fungus 111 b
ageraton 115 b
agnus, agnos, agnus castus 119 b
agrimonia, eupatorium 128 b
agriocardamum, lepidũ, hiberis, 128 b
agri palma, galeopsis ibid.
aiuga, vide chamæpitys 9 a
aizoon, iombarba, vermicularia, 131 a
albucum, vide alimon 134 a
albucum, antherícum, hastula regia, asphodelon 134 a
alcea, bismalua 135 b
alera, vide alamon 140 b
alga 139 b
alga marina, vide fucus marinus ibid.
algidensis rap. 140 a
alimon, alera, albucium, alimos, 140 b
allium 146 b
aloe 149 b
alopecurus ibid. b
alsine myosota, muris auricula, 150 b
altercagenum, altercum, hyoscyamus, faba porcina 152 b
althea, ariastalthea, hibiscus, bismalua, maiuauiscum ibid.
alypon, alypia, turpet candidum 155 b
alysson, rubia minor ibid.
amaracus, amaracũ, sampsuchũ, maiorana, parthenium, marricaria, marus 156 b
amaranthus ibid.
ambrosia, botrys, artemisia 160 d
ambubeia, ambugia, cichorium, intubus erraticus, picris 161 a
ambugia ibid.
amellus 162 a
amethystus ibid. b
ampelos agria 171 b
ampeloleuce ibid.
anacampserotis 177 b
anagallis, morgelina, gallinæ morsus, 178 b
anagyris ibid.
anchusa, orcaneta 181 b
anemone, othone 183 b
anethum 184 a
angelica, laserpitium ibid.
anisum, acecum 194 a
anonymos 197 b
anthemis, cranthemon, camæmelon, camomilla 201 b
anthericum, vide albucum 201 b
aparine, vide Lappa 207 a
apiastrum, apium sylueſtre, melissophyllon, meliphyllon, melinon 209 a
apium montanum, vide oreoselynum, 210 b
apium selinum, helesselinum, hyposelinum ibid.
apronia, vide Bryonia 220 a
archezostis, vide Cedrostis 231 b
argemon, argemone, canaria lapa, 237 b
aristalthea, vide althea 152 b, & 243 a
aristolochia, malum terræ 244 a
armon, armoracia, armoracium 247 b
arnoglossa, plantago ibid.
aron bulbi genus 248 b
artemisia 252 a
asarum, nardum sylueſtre, Matris sanguis, perpeasa, baccar, baccara 255 b
ascalonia 256 a
aspalathus, vide Dipsacon 258 b
asparagus 259 a
asparagus Gallicus, vide Batis 216 a
asphodelus, anthericon, albucum, aphrodylorum 260 b
asplenum, hemionion, scolopendrion 262 a
astaphisagria, pedicularis, pituitaria 267 b
aster, vide bubonium ibid.
astragalus 268 b
atriplex 275 b
auricula muris, vide Alsine 150 b

B

Baccara, vide Asarum 255 b
bacchar, nardum, rusticum, caryophillos 307 b
balsamita, vide Sisimbrium 101 a
barba hircina, vide Come 546 b
bathis, crethmion, crithmon, cretha marina, asparagus Gallicus 216 b
basilicum, vide Ozymon 341 b
batrachium, ranunculus, herba fardonia, apium risus 316 a
bechion, tussilago, vngula caballina 317 b
beta 323 a
betonica ibid. b
bipennella 326 a
bismalua, vide Alcea 136 a
blitum 131 b
bocchion, vide Farfugium 1041 b
botrys, vide ambrosia 160 b
bouis lingua, vide buglossos 352 a
brassica 346 a
brya 350 a
bryon, herba corallica ibid.
britannica, fideritis 348 a
bryonia, vitis alba, bryonia nigra, chironia, gynecanthon, aphronia 350 a
bubonium, aster ibid. b
bubula lingua, vide buglossos 352 a
buceras, ægoceras, silicia 351 b
bucolicon, panax agrestis 343 b
buglossos, buglossum, bouis lingua, bubula lingua, euphrosynum 351 b
bulapathum ibid.
bulbine ibid.
bulbus ibid.
bulbi, radices 352 b
bunias 353 b bunion ibid.
buphthalmos ibid.
buphonum, chamæleon, ixium ibid.
bupleuros ibid.

C

Calamandrina, vide chamædrys 465 a
calamintha, cæta, nepeta 371 b
calcifraga, empetron 373 a
calligonon, polygonõ, vulgò sanguinaria 376 a
callitrichon, polytricon 376 b
callitrix ibid.
caltha, calenda, calendula, scorpionides, leontopodium 379 a
camæmelon, vide anthemis 201 b
cammaron, vide aconitum, 383 a
camomilla, vide anthemis 201 b
cania 388 a
canaria, argemon 237 b, & 385 b
candelaria, vide flammea 1078 a
cannabis 390 a
capillaris, vide trichomanes 303 a
capillus Veneris, vide adiantum 57 b
capnos, fumus terræ, pes gallinaceus 401 b
caprifolium, vide periclimenos 422 b
carcinetron sanguinaria, polygonon, corigiola, centinodia mas 407 b
cardamon, nasturtium sylueſtre 408 a
cardamomum ibid.
carduus 408 b
carex 409 b
carpentariorum herba, vide scopa regia 42 a
carpesium 414 a
carphos, buceras, telis 414 b
cariophillos, vide bacchar 307 b
carytis, mysinites 416 b
cassia 417 b
cataputia maior, vide lathyris 18 b
caucalis 427 b
cedrostis, vitis alba, ampeloleuce, ophiostaphilon, melothron, psilothron, archestostis, madon, bryonia 439 b
centauria, centaurion, chironiou, fel terræ 449 a
centifolia 447 b
centinodia mas, vide carcinetron 407 b
centunculus 448 a
centumcapita, hecatoncephalon, eryngeo alba, eryngium 449 a
cepe, cepa 449 b
cepetum, cepitium 450 a
ceratitis 451 b
cerinthe 454 a
cerrarius, limeum 462 a
cestron, cestros, betonica, ferratus, spicotrophon 462 b
ceterac, vide scolopendrion 41 b
chærephyllon 463 b
chalceos 464 a
chalceum ibid.
chamæaste 464 b
chamæcyparissos 465 a
chamædaphne, vinca peruinca 465 a
chamædrys, trissago, querciola, calamandrina ibid.
chamælæa ibid.
chamæleon ibid.
chamæleuce, tussilago ibid.
chamæmelon, leucanthemum, camomilla ibid.
chamæpitys, aiuga, iua ibid.
chamærops ibid.
chamæzeon, quinquefolium ibi.
chara radix 465 b
characias, expurgia, euigiliũ matutinum ibid.
chelidonia 468 b
chenomychon 469 a
chironeum 470 b
chironia, vide bryonia 350 a
chondris 472 a
chreston, cichorium, creston panacratium 473 b
cicerbita, vide senchos 286 b
cichorea, cichoreum 477 b
cichoreum, intubus, intybus ibid.
cilindrum 480 a
cicuta 478 a
cinara 481 a
cinnara 483 b
ciperum 712 a
cissanthemos, cyclaminos, sgillũ Mariæ 494 a
clematis, vinca peruinca, vitalba 507 a
cliapodion, pulegium mõtanum 509 b
cnicos, cnicus, cartamus 512 b
cnidos ibid.
coix 528 b
codion 516 a
colocasia, faba Aegyptia, colocasium 540 a
colocinthis ibid.
columbaria 542 b
combretum 546 b
come, barba hircina, vulgò barba petræ 546 b
condrillon, condrille 472 a
condurdon 593 b
confiligo 620 a
conuoluolus 652 b
coniza, cunilago, pulicaria ibid.
coramble 657 a
corchorus 657 b
corigiola, carcinetron 407 b
coriandrum 658 a
coriacesia 658 a
corinthes, menais ibid.
corion, chamæpitys, hypericon, perforata 658 b
coris ibid.
corruda, asparagus sylueſtris, Libycum, minium 666 b
cotonaria, vide lanaria 425 a
cotonea 671 a
cotyledon, vmbilicus veneris ibi.
crambe 672 a
cratægonum, cratægogonum 673 a
cretha marina, vide batis 216 b
crethmon, vide batis ibid.
crista 683 a
crocodilium 684 a
crocum ibid.
cristallion, vide cynomyia 711 a
cucumer 690 a
cucurbita ibid.
cuminum 694 a
cunila pulicaris 696 a
cunila bubula ib d.
cunilago ibid.
cuscuta, vide orobanche 330 b
curmundula 702 b
cyamos 708 a
cyanos flos ibid.
cyclaminus, rapum, & tuber terræ 709 a
cyminum, cuminum 710 b
cynocephalia, pulicaris 711 a
cynogloſſos ibid.
cynomorion, orobanchæ, temia ibid.
cynomyia, pulicaris, psyllion, cynoides, crystallion, sicelion ibid.
cynorrhodon ſlos 711 b
cynosorchis, orchis, testiculus canis ibid.
cynozolon, vlophonon 711 b
cyparissa ibid.
cyperus 712 a
cypros ibid.
cytinus flos 713 b
cytisus ibid.

D

Dacty'us 714 a
daphnoides, polygonoides, laureola 718 b
daucus, pastinaca sylueſtris 720 a
deadrocisſos 757 b
dendroides ibid.
dictamus, artemidum 796 b
digitellum, sedum 805 a
dipsachon, aspalathus, cucubum, labrum veneris 815 a
dipsacos 815 a
draco, vide pyrethrum 623 b
dracontium, serpentaria, colubrina 861 b
dracuculus ibid.
dryophonon 863 a

aryopteris ibid.
E
Ebiſcus, hibiſcus 875 a
ebulum, ebulus 876 a
elaphoboſcon, gratia dei 894 a
elatine 894 b
elenium 895 b
endiuia, vide ſeris 75 b
empetrō, calcifraga 373 a, & 907 a
enula campana, vide helenium 913 a, & 1117 a
ephemeron 917 a
epimenidium 919 b
equiſetum 926 a
eranthemon, anthemis 926 b
erigeron, ſenecio 928 b
eringe alba, vide centumcapita 449 a
eris 931 b
eruangina, vide orobanche 330 b
eruca 934 b eruilia 935 a
eryngе, irringorum 936 b
eupatoria, agrimonia 949 b
euphorbia, euphorbium ibid.
euphroſyum, bugloſſos, buglo-ſum, euphroſyne 950 a
F
Faba 1016 a
faba porcina, vide altercagenum 152 b, & 1016 a
faba Aegyptia, vide colocaſia 540 a, & 1016 a
fartara, vide tuſſilago 321 b
farfugium, bechion, tuſſilago, vulgò *pas d'aſne* 1041 b
fel terræ 1050 b
femur bubulum 1031 a
ferula, nartex 1060 a
filix 1068 b
filicula, polypodion 1069 a
flammea, candelaria 1078 a
fœniculum, vide marathrū 1088 a
fœnum græcum, telin, carphos, buceras, ægoceras, ſiliqua 1088 a
fucus 1113 a
fucus marinus, alga marina, phycos, thalaſſion ibid.
fumaria 1117 b
fumus terræ, vide capnos 401 b
fuluiana 1117 a
G
Galanga, vide acorum 42 b
galeopſis, vide agripalma 128 b
geniſta, vide ſpartū 1132 a, & 123 a
gentiana 1132 b
gladiolus 1141 b
glaucium 1142 b
glycirrhiza, vide adipſos 59 b, & 1146 a
gnaphalium, chamæzelon, cotonaria 1146 a
gramen 1149 b
gratia dei, vide elaphoboſcon 894 a
gith, vide melanthion 1140 b
gynecanthon, vide bryonia 350 a
H
Hal cacabum, ſolanum, ſtrychnon, veſicaria 1170 b
haſtula regia, aſphodelus, albucū 1173 b
hecatoncephalon, vide centumcapita 449 a
hedera 1176 b
hedyoſmos, menta ibid.
helenium, enula campana 1177 a
heliotropium 1177 b
helleborum ibid.
helxellæ 1178 a
helxinæ, parietaria, muralis 1178 b
hemionion, vide aſplenium 262 a
hibēris, vide agricordamum 128 b
hibiſcus, ebiſcus 1183 a
hierobotane 1185 a
hilioſelynum, vide apium 210 b
hippice 1186 b
hippogloſſa 1187 a
hippolapathum, perſonata ibid.
hippomarathrum, myſineum, fœniculum maius ibid.
hippoſelinum, oluſatrum 1187 b
hippuris, vituperata, pilus terræ ibid.
hirculus 1188 a
hyacinthus flos 1200 b
hyoſcyamus, faba porcina, altercum 1203 a
hypericon 1203 b
hypoſelinum, vide apium 210 b
hyſſopus, hyſſopum 1204 b
I
Inguinaria, argemone 1288 b
intubus erraticus, vide ambubeia, intubus, intubum, endiuia 1331 a
intybum, ambugia ibid.
innula 1337 a
iomberba, vide aizoon 131 a
iris, lilium cæruleum 1341 b
irringorum, vide eryngе 936 b
iſatis 1345 a
iſchomache ibid.
iua, vide chamepitys 465 a
ixium, vide buphonum 353 b
iſchas, vide raphanoſagria 729 b
ixia 1362 b
L
Labruſca 4 b
labrum veneris, vide dipſacon ibid.
lactoris 8 a
lactuca ibid.
lada 8 b
lagopus 10 b
lamium 11 b
lanaria, cotonaria, gnaphalium 12 b
lanceolata, vide lonchitis 61 b
lapathum, oxalis 14 a
lappa, phlangopos, aparine, perſonata 15 a
lappa maior, vide perſonata 438 a
lappago 15 a
lapſana ibid.
laſerpitium, vide angelica 17 a
lathyris, catapuſia maior 18 b
lauer 23 a
laureola, vide daphnoides 718 b
lemonium 28 a
leontice, acalia 30 a
leontopodium, vide caltha 30 a, & 379 a
leontopetalon 30 a
lepidium ibid.
leuracantha 31 b
leucarhemis 32 a
libanotis, roſmarinus 742 b, & 38 b
libycum, vide corruda 666 b
lichen 45 b
ligуſticum, panax, cunila bubula 47 a
liguſtrum ibid.
lilium ibid.
limeum, vide cerualis 462 a, & 49 a
lingua 50 b
lingulaca ibid.
linoſoſtis, mercurialis 51 a, & 137 b
linoſtrophon, marrubium 51 a
lithoſpermum, milium ſolis 56 a
lolium, yuraea, zizania 61 b
lonchitis, xipheon, lanceolata 61 b
lotos 66 a
lupus ſalictarius, lupulus 75 b
lutea 77 b
lutum 78 a
lychnis 81 a
lychnitis ibid.
lycopſis ibid.
M
Maiorana, vide amaracus 156 b
malache 95 a
malua 96 a
maluauiſcum, vide althea 152 b
malum terræ 96 a
mandragora 102 b
marathrum, fœniculum 110 b
marathus ibid.
mariſcum, mariſcus 113 a
marrubium, philopeda, philocares, praſion, linoſtrophon 114 a
matricaria, vide amaracus 156 a
matriſſylua, vide perclymenos 422 b
medica 121 b
melampodium 126 a
melandrium ibid.
melanthium, nigella, melaſpermon, gith, melanthion 126 b
meilothos, ſertula campana 127 a
melinon, vide apiaſtrum ibid. & 209 a
meliphyllon 127 a
meliſſophyllum, apiaſtrum ibid.
melothron, vide cedroſtis 128 a, & 439 b
menais, vide corinthas 658 a
menta 136 a
menta Rom. vide ſiſymbrium 103 a
mentaſtrum, pulegium ſylueſtre 136 b
mercurialis, linozoſtis, partheniō 137 b
meum 145 b
miliaria 148 a
milium 148 a
milium ſolis, vide ægonychon 81 a
millefolia, panax, ſideritis 148 b
militaris, vide ſtratiotes 155 a
millefolium, myriophyllon 148 b
miluinus pes 149 a
moly 168 a
morybdæna ibid.
morgelina, vide anagallis 178 b
morſus gallinæ, vide anagallis ibid.
murinum hordeum 195 b
muralis, vide helxine 195 a, & 1178 b
myacanthos, radix aconiti 201 b
myoſota, aſſine ibi.
myriophyllon, millefolium 202 a
myſiniten, vide carytis 416 b
N
Narciſſus, flos 205 b
nardum ſylueſtre, vide aſarum 255 b
narthex 206 b
naſturtium 210 a
natrix 210 b
nepenthes 223 a
nepeta, pulegium agreſte ibid.
nicophoros, vide ſimilax 103 a
nerium, vide rhododendros 225 a
nigella, vide melanthium 126 b, & 228 a
nymphæa, vulgò nenuphar 263 a
O
Ocymum 290 a
oenanthe 293 b
oleander, vide rhododendros 732 a
oluſatrum, hippoſelinum, ſmyrneum 301 b
opioſtaphilos, vide cedroſtis 439 b
orcaneta, vide anchuſa 181 b
orchis, teſticulus canis 321 b
oreoſelinum, appium montanum 314 a
origanum 325 a
orminium, orminum 326 b
orobanche, eruangina, cynomorion, cuſcuta 330 b
orbone, anemone 337 b
oxalis, acetoſa 340 b
oxylapathum ibid.
ozymon, baſilicum 341 b
P
Paeonia 343 b
panax agreſtis, vide bucolicon 343 b, & 353 a
panaces 352 b
papauer 357 a
pappus, ſenecio, acanthis 358 a
parietaria, muralium 366 a
parthenium, matricaria 373 b
paſtinaca 379 b
paſtinaca ſylueſtris, vide daucus 720 a
pecten Veneris 391 b
pedicularis, vide aſtaphisagria 447 b, & 267 b
peleciuum 398 a
pentaphyllon, quinquefolium 405 a
peplios, portulaca 406 a
pepo ibid.
perdicium, parietaria 412 b
perſonata, vide corion 658 b
periclymenos, periclymenon, volucrum maius, caprifolium, matriſſylua, materſylua 422 b
periſtereos, periſteon, periſtreū, verbenaca, columbaris 426 a
perpenſa 432 a
perſonata, petaſites, proſopion, lappa maior 438 a
pes gallinaceus, pedes gallinacei, caucalis, daucus ſylueſtris 447 a
petaſites, vide perſonata 438 a, & 449 b
petilius, flos 450 a
petroſelinum 452 b
peucedanum, peucedanus 453 a
peziza, fungi, truffæ ibid.
phalangites, phalangium, leucanthemon, leucacantha 454 a
phalaris 454 b
philetæria, polemonia 458 a
philocares, vide marrubium 114 a
phyllanthes 464 b
phillantropos, aparine, rebulus 458 a
phyllitis, vide aſplenum 263 a
picris 465 a
pimula, vide trichomanes 303 a
pyperites 472 b
pittana, vide ſagitta 474 b
pituitaria, aſtaphiſagria 475 b
plantago 479 a
plumbago 486 a
polemonia, philetæria 458 a, & 491 a
polion, polium 492 a
polyacanthos 494 a
polyanthemum 494 a
polyenemon 494 b
polygonaton ibid.
polygonum, ſanguinaria 495 a
polygonium, ſiſicula ibid.
polytrichon, polytrix 495 b
porrus 503 b
portulaca, peplion 505 b
praſion, marrubium 549 a
pſeudobunion 559 b
pſeudoſtamnum 559
pſicotrophon, vide ſerratula 78 b
pſiathrum 560 a
proſopion, vide perſonata 438 a
pſyllion, pulicaris 560 b
pſythia ibid.
pulegium 615 a
pulegium ſylueſtre, vide mentaſtrum 136 b
pulerium 615 a
pulicaria, vide conyza 632 b
pygnocomon 622 a
pyrethrum, draco 623 b
Q
Querciola, vide chamædris 465 a
quinquefolium, pentaphylon, pentapetes, chamæzelon 647 b
R
Radicula, ſtruthion, lanaria 657 a
ranunculus 658 b
raphanus radix 659 a
raphaniris 659 a
rapum radix 660 b
rapa radix 661 a
rapulum radix ibid.
rebulus, vide philantropos 458 a
reſeda 714 b
rhaphanoſagria, apios, iſchas 729 b
rhododendros, ſabina, oleander, rhododaphne, nerium 732 a
rhodora 732 b
roſmarinus 742 b
rubia, rubra maior, rubra tinctorum 745 a
rubia minor, vide aſyſſon 152 b
rumex 748 a
ruta 751 b
S
Sabina, brathy 1 b
ſagitta, piſtana 7 b
ſagmen ibid.
ſalicaſtrum 11 a
ſaliunca 12 a
ſaluia 13 b
ſampſuchum, amaracus 16 b
ſandix 18 a
ſanguinaria 20 b
ſanguinalis ibid.
ſanſucus, amaracus, ſampſucus, ſamſucus 20 b
ſantonica, abſynthium, ſantonicium ibid.
ſardoa, ſardonia 24 a
ſatureia, cunila, origanum heracleoticum 28 b
ſatyriō, teſticulus ſacerdodis 29 b
ſaxifragum, ſaxifraga, ſaxifragia, acus parua paſtoris, empetron 31 a
ſcammonia, ſcammonea, ſcammonium 32 a
ſcandix 32 b
ſcandulaca, conuoluulus 33 a
ſcariola 33 b
ſcilla, ſquilla, ſcella 38 b
ſcirpus 41 a
ſcolopendra, vide aſplenum 262 a
ſcolopendrion, cereras 41 b
ſcopa regia, milleſolia, carpentariorum herba 42 a
ſcorpion, vide aconitum 42 a
ſcorpius 43 a
ſcorpionides, vide caltha 379 a
ſcorpiuron 43 a
ſcylla 47 b
ſedum, ſemperuiuum, aizoon, digitellum 32
ſelago 58 a
ſelinon, apium 58 b
ſemperuiuum, louis barba 63 b
ſena ibid.
ſenecio, erigeron 65 a
ſerapias, orchis, triorchis 74 a
ſeripum, ſeriphium, marinū 75 a
ſeris, intyba, intybū, endiuia 75 b
ſerpyllus 78 b
ſerrata, triſſago ibid.
ſerratula, ceſtron, pſicotrophon ibid
ſertula, meliloton 79 a
ſeſamoides 81 b
ſeſelis 82 a
ſicelion, 87 b
ſiderites, ſideritis 88 b
ſilicia, buceras 92 b
ſiliqua ibid.
ſiliquaſtrum ibid.
ſilphium, laſerpitium 93 a
ſinapi, ſinape 96 a
ſinapi ruſticum, vide thlaſpi 472 a
ſion 99 a
ſimilax, nicophoros, lænis 103 a
ſiſarum, ſiſer 100 a
ſiſymbrium, balſamita, mēta, Romana 101 a
ſmyrneum 103 a
ſolaris, heliotropium 107 a
ſolſtitialis, condurdon ibid.
ſolanum, ſtrychnos ibid. a
ſonchos, cicerbita 116 a
ſparum, geniſta 123 a
ſplenion, teucrion 136 a
ſpondylium, ſpondylion 137 b
ſquilla, ſcilla, ſcella 140 a
ſtacte 141 a
ſtatice 142 a
ſtratiotes, ſtratiotis, militaris, milofolium 155 a
ſtrobilus 158 a
ſtrumea, vlceraria, ſcelerata 158 b
ſtruthion, radicula 159 b
ſtrychnon, vide halicacabū 1170 b
ſtrygnus 159 b
ſymmonianum, ſymmoniacum 216 b
ſymphonia ibid.
ſymphoniaca 217 a
ſymphiton ibid.
ſyriaca radix, laſerpitium 219 a
T
Telis, vide carphos 414 b
tenia, vide cynomorion 711 a
teſticulus canis, vide orchis 321 b
teſticulus ſacerd, vide ſeryriō 29 b
teuchites 261 b
teucrion, ſplenion, chamædris, chamædrope, triſſago 261 b
thelygonum 264 a
thelyphonum ibid b
thelypteris ibid.
thlaſpi, thlaſpidion, naſturtium rectorum, ſinapi ruſticū 268 a
chymbra 270 a
thymus ibid. b
tithymalus 275 b
tragion 287 b
tragopogon 288 a
tragos ibid.
trichomanes, capillaris, pinnula filicula adianton, politrichon 303 a
tricoccos, trioſſum, trigranū 303 b
trifolium, aſphaltion 304 a
triorchis, vide ſerapias 74 a
tripolium, polium 306 a
triſſago, ſerrata 306 b
trixago, triſſago ibid a
trychnon, ſtrychnon 311 b
tuber, terræ callus ibid.
turpet candidū, vide alypon 155 b
tuſſilago, farfara, vngula caballina 321 b
tymbra 313 a
V
Vacinium flos 326 b
veratrum, helleborum 354 a
verbaſcum, phlomos ibid.
verbena ibid. b
verbenaca, hierobotane, periſterion ibid. b
vermicularia, vide aizoon 131 a
verrucaria 360 a
veſicaria 367 b
vinca 384 b
vinca peruinca ibid.
vitis alba, vide cedroſtis 439 b
vlceraria, vide ſtrumea 158 b
vlophonum, vide cynozolō 711 b
vlua 410 a
vmbilicus veneris, vide cotyledon 671 a
vngula caballina, vide bechion 317 b
vnio 416 a
volucrum maius, vide periclymenos 422 b
vrtica 431 b
X
Xiphion, gladioli, ſegetalis 446 b
xyris, gladioli iris ſylueſtris 447 a
Y
Yuraea, vide lolium 61 b
Z
Zizania, vide lolium 61 b

HERBARVM PARTES.

Acetaria 36 a
aculeus 45 a
ala 131 a
alabaſtrus 132 a
ariſta, vide acus 243 a
articulus 253 b
B
Barbulæ 313 b
bulbi 352 b
C
Calathus 373 a
callus 376 b
calyculus 382 b
calyx 1oid.
cantherioli 393 b
capillamenta 396 b
capitellum 406 a
caulis 430 b
ciboria 475 a
colis 529 a
coma 545 a
cortex 667 b
crena 686 b
culmus 691 b
cyma 710 a
E
Excreta 962 b
F
Fibræ 1062 b
fimbriæ 1069 a
flos 1081 a
folliculus 1090 b
folium ibid a
frit 1107 a
G
Gemmulæ 1131 a
genicula 1132 b
gluma 1145 b
granum 1151 a
I
Internodium 2423 b
L
Laciniæ 8 a
M
Mucro 183 a
muſcarium 197 a
O
Oculi 290 a
P
Pappus 358 a
R
Radix 656 b
S
Samera 16 a
ſcapus 33 b
ſiliqua 92 b
ſpina 132 b
ſpongiolæ 138 a
ſtamina 141 b
ſtriæ 156 a
T
Thalli 263 a
thyrſus 270 b
turbo 319 b
V
Vagina 329 a
valuulus 333 a
veſicula 367 b
vmbella 411 b
vnguis 415 b
vticuli 435 b
vrruncum 431 b

LEGVMINA.

Dor 66 b
adoreum 67 a
ægilops 80 a
alica, far 140 a
arinca 240 b
auena 284 b
B
Bromos 348 b
C
Centigranum 447 b
cicer 477 b
cicercula 1qid.
E
Eruilia 935 a
eruum 936 a
F
Faba 1016 a
fabula ibid.
fabulum ibid.
far 1041 a
farrago ibid.
faſeolus, phaſeolus 1043 a
frumentum 1110 a
H
Hexaſtichum 1183 a
hordeum 1193 b
L
Lens 29 a
loba 57 b
lolium 61 b
lupinum, ſupinus 75 a
M
Milium 148 a
O
Oriza 326 b
P
Panicum 355 a
phalaris 454 b
phaſeolus, phaſelus, phaſilus, paſeolus, paſſlus 456 a
piſum 475 a
R
Robus 738 b
S
Secale 49 a
ſemen 59 a
ſeſama 81 b
ſiligo 92 b
ſiſama 100 a
T
Triticum 397 b
V
Vicia 377 a
Z
Zea 447 a

ANIMALIA.

Acarus 22 b
acontia, cenchrias 42 a
addax 50 b
ægoceros, capricornus 81 a
africanæ 110 b
agnus 118 b
alcarmes 136 a
alces ibid.
alce ibid.
alcida ibid.
ammodites 166 a
amphisbæna 172 b
anguis 185 a
aper 207 b
ages 208 b
aranea 226 b
araneus mus ibid.
aries 242 a
aſellus ibid.
aſilus 258 a
aſinus ibid.
aſpis 262 a
aſturco 270 a
B
Barrus, elephas 314 a
baſiliſcus, regulus latinè 314 b
batrachos 316 a
bela 317 b
biſon 328 b
blatta 331 a
boa 331 b
bombyx 333 a
bos 342 a
bruchus 348 b
bubalus 350 b
bubo ibid.
bycumpum 351
buceph halus ibid.
bufo 352 a
bugones ibid.
bupreſtis 363 b
burdo 354 a
C
Caballus 356 a
cæcilia 362 b
calamita 371 b
camelus 382 a
campe 383 b
canis 388 b
cantharis 393 a
cantharus ibid.
cantherius ibid b
capella 395 a
capra, caprea ibid.
capreolus ibid. b
carcinus 408 a
caſtor, amphibia 420 a
caroblepas 426 a
cattus ibid. b
catulus 427 a
cenchris 444 b
centipeda 447 b
centrines 448 a
cephus 450 b
ceraſtes 452 a
cercopithecus 452 b
ceruus 461 b
cerua ibid.
ceruarius lupus 462 a
chalcidice 464 a
chalcis ibid.
chamæleon 465 a
chaus 468 b
chaonides 465 b
chelydrus 468 b
chelys 469 a
cryſalis, xylotrophos 474 a
cicada 477 a
cicindela 478 a
cimex 480 a
clerus 508 b
cochlea 514 b
coluber 542 b
conuoluulus, voluox 652 b
coſſus 670 a
crabro 671 b
crocodilus 684 a
crocodilea ibid.
crocuta ibid.
culex 691 a
cuniculus 696 a
curculio 702 a
cynocephalus 711 a
cyaomyia ibid.

D

Dama 715 b
dasypus 720 a
delicius porcus 749 a
dipsas 815 a
draconia 861 a
draco ibid.
dromas 862 a

E

Echidna 877 b
echinus ibid.
elephas.elephantus 896 a
ephemeron 917 a
equus 923 b
erinaceus 1181 a
eruca 934 a

F

Felis 1051 a
fera ibid.b
fiber,castoreum 1062 a
fiber ibid.
forda 1092 a
formica 1095 a
fucus 1113 a

G

Galbæ 1126 b
gale,mustela ibid.
glis 1143 a
gryllus 1157 b
gryps,gryphus ibid.

H

Hædus 1168 b
hæmorrhois ibid.
herinaceus,herix,hericius 1181 a
hibris 1183 a
hinnus 1186 a
hinnulus ibid.
hippopetamus 1187 b
hircus ibid.
hirudo 1188 a
hiſtrix 1189 a
hyena 1200 b
hybris 1201 b
hydrus ibid.

I

Iaculus 1207 a
ichneumon,mus Indicus 1210 a
ictis 1211 a
inuoluolus 1338 a
iumentum 1355 b

L

Lacerta 6 b
laliſio 11 a
lampyris 12 a
langa,languria 12 b
laurices 23 b
lea,leæna 15 a
lens 29 a
leo 29 b
leontophonon 30 a
leopardus ibid.
lepus 30 b
limax 47 b
locuſta 61 a
longipes 63 a
lumbricus 72 a
lupus 75 a
lupus,aranei genus 75 b
lupa ibid.
lutra,amphibium animal 77 b
lynx 83 a
lytta 84 b

M

Maiales 94 a
mannulus 103 b
melis,taxo,taxus 127 a
midas 146 b
mille peda 148 b
monoceros,vnicornis 170 b
multipes,multipeda 187 b
mulus 189 b
mula ibid.
mus 195 a
mus araneus 195 b
muſca 197 a
muſtela 197 b

N

Nabis 204 a
natrix 210 b
nepa 223 a
nicedula 234 b
nothi elephantes 246 a

O

Oeſtrum,aſilus,tabanus 294 a
onager 305 a orix 326 b
oryx 331 b
ouis 339 a

P

Panther,panthera 356 b
papilio 357 b
pardus 363 b
pediculus 447 a
phalangium 454 a
pharias 455 b
pitheeus,ſimia 475 a
pityocampe ibid.b
porcus 501 b
porca ibid.
porcellus 502 a
porculus ibid.
preſter 553 a
pryas 606 b
pulex 613 a
pygargus 622 b
pyrauſta 623 a
python 624 b

R

Rana 658 b
rana gyrina ibid.
ranunculus ibid.
reduuius 678 a
regulus,baſiliſcus 688 a
rhagion 729 a
rhaphius,chaus 729 b
rhinoceros 731 b
ricinus 734 a
rotæ 743 b
rubeta 744 a
rupi capra 750 a

S

Salamandra 10 a
ſanguiſuga 20 a
ſatyri 29 a
ſcarabeus 33 b
ſciurus 41 b
ſcolecium ibid.
ſcolopendra ibid.
ſcorpio 43 a
ſcrofa 45 b
ſcyunus 48 a
ſcytala 48 b
ſcytale ibid.
ſeps 71 a
ſerapis,ſeraphis 74 a
ſimia 93 a
ſolifuga 110 a
ſolpuga 112 a
ſorex 119 b
ſphinx 131 b
ſpondylis 137 b
ſtellio 144 b
ſucula 184 a
ſus 207 a

T

Tabanus 220 a
talpa 224 b
tarmes 231 b
taurus 233 a
teredo 251 a
termes 252 b
teſtulo 259 a
tettigometra 261 a
thos 268 a
tigris 272 a
tinea 274 a
tineæ ibid.
tipula 275 a
tryxalis,grillus 311 b

V

Vacca 326 a
vaccula ibid.
vermis 358 b
verres 360 a
verticilla 364 b
veſpa 367 b
vipera 391 b
vitula 404 b
vitulus ibid.
viuerra 405 a
vnicornis 417 a
vnicornius ibid.
volucra 420 b
vri 430 a vrſus 431 b vrſa ibid.
vulpes 443 a vulpecula ibid.

AVES.

A

Calanthis,carduelis 21 b
acanthis, carduelis, luſcinia 22 a
accipiter 30 a
acheteæ,tettigoniæ 37 b
acredula,luſcinia 43 a
ædon,luſcinia,philomela 77 a
ægithalos,parus 80 b
ægithus ib.d.
ægocephalos,capriceps 81 a
æſalon 94 b
africanæ 111 a
alauda,galerita,galericus,coridalus 133 a
alcedo,halcione 136 a
anas 179 b
anaticula ibid.
anataria aquila ibid.
anſer 198 a
anſerculus ibid.
apus 221 b
aquila 224 a
ardea 234 a
ardeola,vide erodius ib.d
aſilus infect. vide œſtrum 258 a
aſſo,vide otis ibid.b
atri capilla 275 b
attagen 276 b
attagena ibid.
attis,luſcinia 279 b

B

Baſiliſcus 314 b
bombylis 333 a
boſchis 343 b
bubo 350 b
butio 354 b

C

Cœyx 370 b
capriceps,vide ægocephalos 81 a
caprimulgus 402 b
capus 403 a
carduelis 408 b
carduelus, vide carduelis ibid.
caſſita,galertia,alauda 418 b
cenchris 444 b
chalcis 464 a
chelidon,hirundo 468 b
chlorion 471 a
cicada 477 a
ciconia 478 a
citeos 485 a
citta 495 b
coccyx,cuculus 514 b
columbus 542 b
corax 657 a
coridalus,vide alauda 133 a
cornix 659 b
cornus 668 b
coturnix 671 a
cuculus,cucullus 689 b
curruca 705 b
cygnus 799 b
cypſelus 712 a

Erodius, ciconia, fulica, ardeola 931 b

F

Falco,haliæetus 1034 a
ficedula,melancoryphus 1063 a
frigilla 1107 a
fucus 1113 a fulica,fulix 1117 a

G

Galbula 1126 b
galerita 1127 a
galericus,vide alauda 133 a
gallgulus 1127 a
gallus ibid.b
galina ibid.
glotis 1145 b
gracus 1147 a
grus 1157 b

H

Halcyon,alcedo 1362 a
halcione,vide alcedo ibid.
haliæetus, falco, accipiter, niſus 1170 b
hirundo 1188 a

I

Ibis 1210 a
ictheres,vide regaliolus 685 b
icterus,galgulus 1211 a
immuſculus,immuſſulus,offifraga 1217 a
iucendiaria,vide ſpinturnix 306 b
iynx 1362 b

L

Lagois 10 b
lagopus ibid.
luſcinia,philomela 76 a

N

Melancoryphus, atricapilla 125 a
meleagrides 126 b
mergus 139 b
merops 1402
merula ibid.
miluus 149 a
monedula 169 a
muſmon 197 b
muſtela ibid.

N

Niſus 233 b
noctua 237 b
nycteris 262 b
nyctricorax ibid.

O

Olor,cygnus 301 b
onocrotalus 305 a
ortygometra 331 b
oryx,coturnix ibid.
oſſifraga,oſſifragus 335 b
otis,aſſio 337 b

P

Palumbes 351 b
palumbus ibid.
parra 370 b
parus, vide ægithalos 80 b
paſſer 860 b
paſſerculus,vide ſtruthium 373 b
pauo 388 a
paua ibid.
pauus,vide pauo ibid.
pelicanus 398 a
pellos,pellus 400 a
penelopes 403 a
perdix 413 a
phalacrocorax 454 b
phalaris ibid.b
phaſianus 456 b
philomela, vide luſcinia 76 a
phœnicopterus 462 a
phœnix ibid.
pica 465 a
picus ibid.b
pipio 472 b
plaralea,plarea 480 b
plarea ibid.
porphyrio 502 a
præcacus 560 a
ptynge,chalcis 606 b
pygargos 622 b
pyralis 623 a
pyrocorax ibid.b

Q

Querquedula 641 a

R

Regaliolus,galgulꝰ,icteros 685 b
regulus,regaliolus,trochilꝰ 688 a
ruſticula 751 a

S

Sanqualis 20 a
ſatyria 29 b
ſcylla 47 b
ſpinturnix,incendiaria 133 a
ſtrix 158 a
ſtruthium,paſſerculus 159 b
ſtruthiocamelus 161 b
ſturnus 162 b
ſtimphalides 163 a
ſubis 170 b

T

Tabanus, vide œſtrum 294 a
tettigoniæ, vide acheteæ 37 b
triorches,buteo 405 b
trochilos,regulus 309 d
turdus 319 b
turtur 321 a

V

Veſpertilio 368 a
vipiones 392 a
vireo 393 a
vlula 410 a
vpupa 428 a
vultur 443 b

PISCES.

A

Cus,belone, raphis, ablennis,aticula 47 a
ærica,chalcis 92 a
aiec 137 b
alopecia 149 b
aloſathriſſas ibid.
anguilla 185 a
aphya,apua 210 a
apolectus 211 b
apua,aphie 221 a
araneus 226 b
aries 242 a
aſellus 238 b
attilus 278 b
aurata 293 b

B

Balæna,cetum,piſtrix 309 b
balanus ibid.
banchus 311 b
barbo,mulus,trygla, capus marinus, cytharus, roſſeta, barbus 313 b
baris 316 a
belone,acus 321 b

C

Callionymus 376 a
cammarus 383 a
campæ,marini equi 383 b
cancer 386 a
cantharus 393 a
capito 406 a
carpio 414 a centipes 447 b
cephalus,mugil 459 a
cetus 463 a
chalcis 464 a
chrombus 473 b
chromis 474 a
chryſon ibid.b
clupea 511 b
concha 578 a
conchylium,murex ibid.b
congrus 606 a
coracinus 657 a
cordyla,cordilla ibid.b
corias 658 a
cucumis 690 a
cyprinus 712 a

D

Dactylus 714 b
delphin,delphinus 751 b

E

Echeneis,remora 877 a
echinus ibid.b

F

Fluta 1084 b

G

Galeos,muſtella 1126 a
gammarus 1127 b
gerres 1138 b
gladius 1141 b
glanus,glanis 1142 b
glaucus ibid.b
gobio,gobius 1146 b

H

Halec 1170 b
halecula ibid.
helops 1178 a
hepar 1179 a
hippocampæ 1186 b
hippocampi ibid.

I

Ichthyocolla 1210 a
iulis 1355 a
iulus ibid.b

L

Lacertus 6 b
lagois 10 b
lampetra,murena 12 a
laneus,lupus 12 b
lepus 31 a
lingulaca 50 b
loligo 61 b
lopas 63 b
lupus 75 b
lutarius,mullus 78

M

Melanurus 126 b
mena 131 a
menis 132 b
miluus 149 a
mugil 183 b
mullus 185 a
muræna 193 a
murex ibid.
muſculus 195 b
muſtella 197 b
myrinus 202 a

N

Narica 206 a

O

Ophthalmia,oculata 309 b
orca 321 a orchis ibid.b
orthragoriſcus 331 b
oſtrea 337 a
oſtreum ibid.
oxyrynchus 340 b

P

Pacarne 29 a
pagrus 344 a
paſſer marinus 379 a
paſtinaca ibid.b
pectines,ſiue pectunculi 391 b
pelagia,purpura 397 b
pelamis,thymus ibid.b
peloris 400 b
perca 409 b
perna 430 a
phoca 461 a
phyſeter 464 b
piſtrix 471 a
pinna 474 b
plaguſa 478 b
polypos 495 b
porculus marinus 502 a
priſtis 559 a
purpura 618 a

R

Raia 958 a
remora 698 a
rhombus 733 a
rubellio 744 a

S

Salmo 12 b
ſalpa 13 a
ſaperda 21 a
ſardinia 24 a
ſargus 24 b
ſcarus 34 a
ſcolopendra 41 b
ſcombrus 42 a
ſcorpio 43 a
ſcylla 47 b
ſepia 71 a
ſepiola ibid.
ſerra 78 b
ſilurus 93 a
ſolea 108 a
ſphyræna,ſudis 132 a
ſpongia 137 b
ſqualus 140 a
ſquatina ibid.
ſquilla ibid.
ſtella 144 b
ſtrombus 158 a
ſudis,ſphyræna 123 a,& 184 b
ſynodus 218 b

T

Tænia 224 a
thunnus 269 a
thurianus,xiphia 269 a
thynnus 270 b
tinca 274 a
torpedo 282 b
tragus 288 b
trichia 303 a
trigla,mullus,barbio 304 b
turdus 319 b
turſio 321 a
turtur ibid.

V

Vitulus 404 b
vranoſcopos 418 a
vrtica 431 b

X

Xiphia,gladius 447 a

Z

Zeus faber 448 a

NAVES.

Actium 22 b
æratæ naues 94 a
actuaria naui gia 126 b
actuaria minuta ibid.
actuariolum ibid.
alnus 148 a
apertæ naues 208 a
aphractus 209 b
argo 238 b

B

Baris 314 b

C

Camera 382 b
cataſcopium 424 a
caudicæ,caudicariæ 428 a
celox 444 a
cercurus,cercuron 453 a
codicariæ 516 a
conſtratæ 628 b
corbita 657 a
curſoria 704 b
cybea 708 b
cymba 710 a
cymbula ibid.

D

Decemſcalmus 724 b
deciremis 727 b
dicrotum,biremis 796 b

E

Embatæ 902 a
epibades 917 b

F

Faſellus 1043 a

G

Gaulus 1129 b

H

Hexere 1183 a
hippa o 1186 b

L

Lembus 27 b
lembunculus ibid.
lenunculus 28 b
liburnum 44 b
linter 51 a

M

Monoxylon 171 a
myoparo 201 b

N

Nauis curſoria 211 a
nauis piratica ibid.
nauis prætoria ibid.b
naues æratæ ibid a
naues apertæ ibid.a
naues conſtratæ ibid a
naues fluuiatiles ibid a
naues liburnicæ ibid a
naues longæ ibid.a
naues onerariæ ibid.a
nanes piſcatoriæ ibid.b
naues roſtratæ ibid.b
naues tectæ ibid.b

O

Oria 324 b

P

Paro 369 b
pentiremis 405 b
piſtris 474 b
ponto 502 a
proſumia 596 a

Q

Quadriremis 627 b
quinqueremis 648 a

R

Ratis 663 b

S

Scapha 33 a
ſchedia 36 b
ſcrilla 75 a

T

Triremis 306 a

V

Vectoria nauigia 340 a
vndeciremis 414 b

NAVIVM PARTES.

Ation, dolon, epidromon 22 b
acroſtolia 44 a
acroteria ibid.
anchora 181 b
anchoræ ibid.
anchorale ibid.
antenna 200 b
armamenta 246 b
artemon 252 b

B

Bolis 333 a

C

Carbaſus 406 b
carcheſia 407 b
carcheſium,trachilos,patera ibi.
carina 410 a
cataſtroma 424 a
caua lintea 435 b
ceruchus 460 b
clauus 506 b
contus 646 b
cornua antennarum 660 a
coronis 662 b
corymbus,corymbum 669 b

D

Dolones 850 a

E

Embola 902 b
enchiridion 908 b
epidromos 919 a

F

Fori 1092 b

H

Hypagum 1203 a

I

Interſcalmium 1316 b
iuga 1355 a

L

Latera 1118 b
lintea 51 b

M

Malus 96 b
manus 109 b
mendicum 131 b

N

Nautea 214 a

O

Ora 319 a

P

Palangæ 346 a
palmula 350 a
patera,vide carcheſium 407 b
pergula,porriſculus 421 b
pes 447 a
phalanga 454 a
pons 502 a
portiſculus,vide pergula 421 b
prora 591 a
prymneſium 604 a
puppis 1149 a

R

Remus 699 a
roſtra 743 a
rudens 746 b

S

Saburra 2 a
ſcalmus 31 b
ſentina 66 b
ſinus 98 b
ſupparum 201 b

T

Tonſæ 280 b
tonſilla ibid.
trachilos,vide carcheſium 497
tranſtra 296 b

V

Velum 341 a

REGIONES.

ACHAIAE.

Hellas 1177 b
megaris 125 b
meſſenia 141 a
olenum 213 b
peloponneſus 400 b

AEGYPTI.

Delta 752 a
thebais 264 a

AETHIOPIAE.

Aphrica 110 b,& 209 b
Thebe 264 a

AFRICAE.

Æ hiopia 102 b
bogundiana 332 b
cyrenaica 712 b
libya,libye 44 b
marmarica 113 b
mauritaniæ 120 a
numidia 257 b
tripolitana 306 a

ANTHIOCHIAE.

Trepolis 464 a

ARABIAE.

Nabathæa 204 a
panchaia 353 a

ARCADIAE.

Pelaſgis 398 a
aſia 258 a

ASIAE.

Ægyptus 81 a
albania 133 b
arabia 226 a
arabia,petrea,deſerta,felix ibid.
aria 241 b armenia 246 b
aſſyria 267 a
attica 278 a
bebrycia, vide Bitynia 317 a, & 329 a
cabaſia 356 a cappadocia 401 b
caria,vide Aſia 258 a
catarnia 423 b

ciciliæ 479 b
commagenæ 550 b
gallatia 1126 a
gedrosia, hodiæ Tarsæ regnum 1129 b
hylæa 1202 b
hyrcania 1204 b
iberia 1209 b
india 1264 b
ionia 1339 a
locris 57 b
lycaonia vide Asia 258 a, & 80 b
lycia, vide Asia hodie Bria 258 a, & 81 a
lydia, vide Asia 506 b, & 258 a
mæonia 88 a
margiana 112 b
media 121 b
mesopotamia 141 a
mygdonia, vide Bithynia 329 a
pamphilia 352 a
paphlagonia 357 b
persia, persis, persidis & persida 436 b
phœnicia 461 b
phrygia, vide Asia 258 a, & 463 a
pisidia 474 b
pontus 502 b
sacarum 2 a
sarrapia 28 a
scythia 48 b
susiana 209 a
syria 219 a
thebais 264 a
troas 309 a
troia 309 b

ASSIRIAE.

Adiabena 57 b
babylonia 307 a
parthia 374 a

ATTICAE.

Acta 44 b
mopsopia 374 a

BOEOTIAE.

Aonia 206 b
pieria 465 b
thebe 264 a

BOEMIAE.

Casurgis 422 b
praga, vide Casurgis ibid. b

BRIT. INS.

Cantia, vide Cantium 393 b

CAPPADOCIAE.

Pontus, v. de Cappadociam 401 b

CARIAE.

Bubasis, bubassis 350 b

CICILIAE.

Isauria 1345 a

DALMATIAE.

Liburnia 44 a

ELIDIS.

Buprasium 353 b

EPIRI.

Acarnania 22 a
chaonia 465 a
illirium 1220 b
mareotis 112 a
sclauonia, vide Illyrium
europa 950 a

EVROPAE.

Alemania 138
bauaria, vide noricum
boemia 332 a
Gallia 1127 a
germania 1136 a
gothia 1143 a
græcia & asiæ 1148 b
hispania 1188 a
italia 1347 b
macedonia 88 a
mœsia 164 b
noricum 243 a
noruegia ibid. b
pæonia 343 b
pannonia, hodie austria & styria 355 b
rhetia 370 b
taurica 232 b
thrace 268 b
vindelicia 387

GALLIAE.

Aquitania 225 a
aremorica, aquitania 235 b
belgica, vide aquitania 225 a
brabantia, vide belgæ 317 b
braccata 344 b
burgundia, vide sequana 354 a
celtica 538 b, & 225 a in Aquitania
cheldria, vide belgæ 317 b
flandria, vide belgæ ibid.
hannonia, vide belgæ ibid.
hollandia, vide belgæ ibid.
iuliacum, vide belgæ ibid.
lugdunensis, vide aquitania 225 a
picardia vide belgæ 317 b
sena, vide aremorica 235 b
normania, bidurensium regnum 698 a

GERMANIAE.

Franconia, vide salii 11 a
vandalia, v. de vandali 333 a

GRAECIAE.

Achaia 36 b
æmonia 82 b
æolia 85 a
æolis ibid b
ætolia 103 b
agamppe, hyantea 111 a
attica 278 a
bœotia 352 a
campi philip. vide thessalia 267 a
chaldæa 464 b
colchi, colchis 529 a
conargo, vide thes. 267 a
dardania 719 b
doris 859 a
dryopis, vide aimonia 82 b
epirus 920 a
hæmonia, vide aimonia 82 b
locris 57 b
mesaria, vide bœotia 352 a
macedonia, vide thes. 267 a
pelasgia 397 b
pharsalia, vide thes. 267 a
phocis 461 a
pyrrhæa, vide thes. 267 a
ogygia, vide bœotia 352 a
thessalia 267 a

HISPANIAE.

Albaria, vide tarraco 133 b
bætica 308 b
chaonia, vide tarraco 232 a
celtiberia 444 b
epirus, vide tarraco 272 a
gallecia 1127 a
iberia 1209 b
illiporiensis, vide sisapo 100 a
tarraconensis, vide hispania 1188 a
tarraconi, vide tarraco 232 a
lusitania hunc portugalia 76 b
morossia, vide tarraco 272 a
tarraconia, vide tarraco ibid.

HELLESPONTI

Mysia 202 a

ILLIRIAE.

Dalmatia 715 b

INDIAE.

Carmania 410 b

ITALIAE.

Apulia 221 b
ausonia 298 a
blandusia 330 b
calabria 371 b
campania 383 a
carinthia 412 b
cisalpina gallia, togata 493 a
daunia 720 a
hetruria 1182 b
istria 1346 b
laboriæ 4 a
latium 19 a
liguria 46 b
lucania, vide lucani 67 a
magna græcia 91 b
mesapia, vide Calabria 371 a
oenotria 294 a
palatina 346 b
pedana 396 b
picenum, nunc Marchia anconitana 465 a
tyrrhenia, vide tuscia 321 a
tuscia ibid.
velina 341 a
venetia 346 b
vmbria, nunc ducatus spoleranus 412 a

IVDAEAE.

Decapolis 323 a
samaria 15 b
tarsis 272 a

LACONIAE.

Oechalia 263 a

LIBYAE.

Marcotis 112 b

MACEDONIAE.

Bisaltica 328 b
mygdonia 201 b
palene 348 b
pieria, vide ægininm 108 a
sithonia, sythonia 101 a

MAVRITANIAE.

Massila 116 a

MYSIAE.

Adrastia 67 b
boemia 332 a

PALAESTINAE.

Pentapolis 405 a

PANNONIAE.

Austria 299 b

PELOPONNESI.

Arcbadia 229 b
laconia 8 a
parrhasia 370 b

PERSIDIS.

Achæmenia 36 b
elymais, persidi vicina 901 a
susiana 207 b
susa, vide Susa ibid.

PHAEATIAE vicina.

Palestina 345 a

PONTI.

Bæna 329 b
caranensia, vide carana 496 a

SCYTHIAE.

Almalchium 156 a
bactra 308 b
dacia 714 a

SYRIAE.

Adiabena 57 b
antiochia 203 a
ariacena 252 a
calcidene 559 b
comagena, vide syria 219 b
damascenæ 715 b
idumæa 1212 b
iudæa 1350 b
messenæ, vide adiabene 57 b
palæstina 345 a
phœnicia, vide syria 461 b
samaria, vide syria 15 b
trachonites 286 a

in THEBANIS fi.

Teumesus 261 b

THESSALIAE.

Magnesia 91 b

THRACIAE.

Cænica 368 a
edonis 882 b

TROADIS.

Cebrenia 436 b

FLVVII.

ACHAIAE.

Alpheus 150 a
crabis 674 a
hellas 1177 b

AEGYPTI.

canobum, vide cercasorū 452 b
nilus 231 a
pelasium, vide cercasorum 452 b
siris, nilus 99 b

AEOLIDIS.

Alabastrus 132 a

AETHIOPIAE.

Nigris 229 b

AETHOLIAE.

Euenus 945 a
lycormas 81 a

AFRICAE.

Bragada 345 b
cyarphis, ciniphos 711 a
gæon 1126 a lethe 31 a
triton 307 b

APVLIAE.

Ceraunus 452 b

ARCADIAE.

Alpheus 150 a
erymanthus 936 b
lampia 12 a
lysius 84 b

ARIAE.

Arius 244 b

ARMENIAE.

Araxes 227 a
cyrus 712 b
lycus 81 b
niphates 232 b
phasis 456 b
tgris 272 b

ASIAE.

Albanus 133 a
adonis, vide calamos 66 a
amathus, marmanus, arcadicus 157 b
brixia 348 b
cayster, caystrus 436 a
copaes 653 a
corax 657 a
euphrates, euphrate 949 b
indus 1272 a
lycos, vide calamos 371 a
lipis 1345 a
magoras, vide calamos 371 b
palæbyblos, vide calamos 371 b
phison 460 b
tigris 272 b
chrysas 474 a

ASSYRIAE.

Gyndes 1160 a

ATTICAE.

Ilissus 1217 a
schœnus 37 b

BITHYNIAE.

Calpas 379 a
granicus 1151 a

BOEOTIAE.

Aonnius 206 b
cephisus 450 a
ismenus 1345 b
permessus 428 a
schœnus 37 a

BOEMIAE.

Albis 134 a

BRITANNIAE.

Deua vulgò *Dee* 781 a
loxa, vulgò *Eyrth* 66 a
nouius, vulgò *cloit* 247 a
tina, vulgò *tine* 274 a
t sobis, vulgò *connuey* 275 a
tuerobis, vulgò *abedeum* 315 a

BRITANNIAE inf.

Iamesa 1208 a
isaca, vulgò *ex* 1344 b
tamarus 1226 a
tamesa, vide Iamesa 1208 a
thamis, vide iamesa ibid.
tobius 276 b vedra 339 a

CALABRIAE.

æsar 95 a
neæthus 215 b
sybaris 213 b
iuxta CALCEDONEM.
Psillis, vide calpas 379 a
sangarius ibid.

CAMPANIAE.

Cimius, vide acerræ 35 b
farnus 25 a
vulturnus 443 b

CAPPADOCIAE.

Ceraunus 452 b
cissa 494 a

CELTIBERIAE.

vero 359 b

CILICIAE.

Calycadnus 381 b
chiradrus 456 a
cydnus 709 b
liparis 52 a
pyramus 623 a

COLCHORVM.

Phasis 456 b

CRETAE inf.

Dicte 796 hoaxis 293 b

DACIAE.

Tibiscus vulgò *tissa* 271 b

DALMATIAE.

Drilon, vulgò *drino* 862 a
narona, hodie Narenta 206 a

ELIDIS.

Buprasium 353 b

EPIRI.

acarnan 22 a
achelous 37 a
acheron ibid.
æas 75 b
aous, vide æas 207 a

EVROPAE.

Enos, vide Vindelicia 387 a
ister 1346 a
lycus, vide Vindelicia 387 a

GALLIAE.

Amello 162 a arar 216 b
araris, sagona, vulgò *la Saone* 227 a
atax Narbon. 272 a
axona, 306 a
druentia, vulgo *la Durance* 862 b
dubis, Alduasduuius, Alduubis, al duadalælis, vulgò *le Doux* 863 a
garumna 1128 b
liger, ligeris, vulgò *Loire* 47 a
matrona, vulgò *Marne* 118 b
mella 127 b
mosa, vide vogesus 418 a
rhodanus 732 a
sagona, vide hedui 1176 b
sequana, bel. 72 b
scalde, bel 31 b
varus, Narb. 335 b

GAL. CISALP.

Lambrus 11 a
serius 75 b

GALLOGRAECIAE.

Sangaris, alio nomine Coralius, hodie zagari 18 b

GERMANIAE.

Aenus 85 a
æstus, vide salij 11 a
albis 184 b
alemannus apud Rysios 138 a
amasius, amisius, vulgo ems 157 b
amisius 164 a
danubius 718 a
fulda, vide lupia 75 a
itter 1346 a
lupia, hodie necharus 75 a
meganus, vide Francones 1101 b
menus 136 b
nar 205 b
necharus, vide æmus 85 a
radiantia, vide salij 11 a
rhenus 730 a
sala, vide salij 11 a
sinna, vide salij ibi.
tuber, vide salij ibi.
vidrum, vide amisius 165 a
viturgis, vide lupia 75 a

GRAECIAE.

boacrius loer. 415 b
heptaporus 1179 a
inachus 1247 a

HETRVRIAE.

Arnus 247 b
cecinna, vide volaterræ 418 a

HISPANIAE.

Aeminius 82 b
ana 177 b
anas, vide bætis 178 b
bætis ibi.
bætulon ibi.a
betulo 323 b
cinga 481 a
dorius 859 b
durius, vulgò *duero* 871 a
duria, vide turulis ibid.
iberus 1209 b
minius 131 b
rubricatus, vulgò *lobregat* 745 b
salia 11 a
sanga 18 b
serabis 83 a
sicoris 88 a
tagus 224 a vide bætis 178 b
turulis, vulgò *tu ia* 321 a

HIBERNIAE.

Bubinda, vulgò *slayne* 350 b

IBERIAE.

Alazon, in fi. 133 a

INDIAE.

Acesines 36 a
ganges 1128 a
hydaspes, hydaspe 1201 b
indus 1272 a
ochus 287 a

INSVBRIVM.

Ticinus 271 b

IONIAE.

Cenchrius 444 b

ISTRIAE.

Formio 1095 b

ITALIAE.

Albula, vulgò *teuero tyberis* 134 a
vide agrippa 128 b
alex, ales, carcinas 139 a
alia 143 b
almo 147 b
amasenus 157 a
anio 193 b
ariminum 242, b
arnus 247 b
athesis 273 b
aufidius 287 b
auser 298 a
cæcinos 447 b
calor 238 a
clanius 500 a
chrumnus 510 a
cremera 676 a
cumæ 694 a
er dinus 928 b
esis 938 a
fabaris 1016 a
farfarus 1041 b
galesus 1127 a
laus, vide brutij 349 b
liternus 51 b
liris 53 b
lyris 83 b
macra 86 a
metau us & metaurum 142 b
mincius 150 b nar 205 b
numicus 257 b
nymphæus 263 a
padus 342 b
padusa 343 a
perronia 452 b
pisaurus 473 b
rubicon 745 a
sagra 8 a
silis, silys 93 a
tifernus 271 b
timauus, iuxta aquileiam 272 b
trebia 297 b
tyberis 322 a

IVDAEAE.

Iordanis 1339 b

LACONVM.

Eurotas 951 a

LIBYAE.

Cinniphus 483 b
massa, hodie massatar 115 b
nigir in fer. hodie de senega 229 b

LIGVRIAE.

Padus, vide vesulus 371 b
rutuba 752 b

in LOCRIDE.

Boagrius, vide throium 331 b
cymos 842 a

LVCANIAE.

Silarus, sclaris 91 a
tanager 216 b

LVSITANIAE.

Bænis 308 b

LYCIAE.

Danubius, vide xanthus dauus, vide xanthus 445 a
gagates 1126 a
xanthus 446 a

LYDIAE.

Hermus 1181 b
pactolus 342 b
tmolus 276 b

MACEDONIAE.

Alyacmon 155 b
axius 306 b
chidorus 469 b
chaliagmon 179 a

MASSAGETARVM.

Aragus 226 b

MAVRITANIAE.

Libya 44 b
Lixus, vide anteus 198 a
mulucha 189 a

MEDIAE.

caaspis 471 b
cyrus 712 b
euæus 947 a

MESOPOTAMIAE.

Euphrates 949 b

MYGDONIAE.

Melas. 126 b

MYSIAE.

Cayster, vide adia,
granicum, vide Adrastia 67 b

NVMIDIAE.

Bagradas, vel bagrada 309 a

PAMPHYLIAE.

Cataractes 423 b

PANNONIAE.

Calapis 372 b
sans 30 a

PAPHLAGONIAE.

Halys 1171 b

PERSICI sinus.

Charax 466 b

PERSIDIS.

adonis 66 a
Euleus 947 a
orontes 38 b
susus, vide susa 207 b

PHRYGIAE.

Ascanius 156 a
caicus 371 a
cius 497 b
gallus 1127 b
mæander 87 b
marsyra 115 a
marsyas ibid.
sagarus 6 b

PICENORVM.

Truentum 310 b

in PICERA.

Vomanus, vide adria 68 a

PONTI & BITHYNIAE.

Parthenius 373 b

SARMATIAE.

Agarus 111 b
bycus 355 b
hypanis 1205 a
ifula, iuftilla, iuftula vide visula 399 b rha 728 b
fagaris, vide agarus 111 b
tyras 324 a
visula, vistula 399 b

SCYTHIAE.

Ab'anus 10 b
alanus 132 b
bactrus 308 b
borysthenes 342 a
buges 352 a
carabi 406 a
carcine, vide carcinites 408 a
carambucis 406 b
carpis 414 a
cirtiscus 493 b
euarchus 942 b
gerrus 1138 b
iaxartes 1209 b
iaxtes ibid.
lycus 81 b
ordessus 322 a
silis, vide Tanais 227 a
tanais ibid.

SICILIAE.

Acis 41 b
acilius ibi.
acithius ibi.
æsar 95 a
alabys 132 a
amasenus 157 a
anisum, anisus, anisenum 194 a
cephaloedis 450 a
halesus 1170 b
helorus 1178 a
himera 1186 a
hypsa 1204 a
meles 126 b
næthos 227 b
pattagia 386 b
plemmirium 483 a
symæthus 216 a

SICYONIORVM.

Asopus 259 a

SVBALPINAE reg.

Trebia 297 b

SYRACVSANORVM.

Chrysa 474 a

SYRIAE.

Euphrates, vide Syria
carra 415 a
crisoras, vide Syria
chrysorrhoas 475 a
farfarus 1041 b
singas, vide Syria

TARENTINORVM.

Casuentum 422 b

THEBANORVM.

teumesus 261 b

THESSALIAE.

Amphrysus 173 a
anauros 183 a
anigrus 187 a
apidanus 280 a
enipheus, vide Apidanus ibid.
onochonus, vide Thessalia 267 a
panisus, vide Thessalia ibi.
peneium, vide Anauros 183 a
peneus, vide Thessalia 267 a
phœnix, vide Thessalia ibid.
pinsus 470 a
sperchius 128 a

THRACIAE.

Aegos 81 a alusius 154 b
cius 497 b ergius 928 a
hebrus 1175 b
nestos, vide Thracia
nestus 226 b
rhebanus 729 b
strymon 159 b
thermodoon 266 a

TROIAE.

Scamander 32 a
simois 94 a
xanthus 446 a

VENET.

Liquentia 52 a
medoacus 124 b
natiso, vulgò *Lisontio* 210 b
silis 93 a

VMBRIAE.

Aesis 95 b

VNGARIAE.

Darus 719 b

INSVLAE.

Abatos 5 a
abdera ibi.
ægina 80 a
ænaria 84 a
æoliæ 85 a
æolides ibi.
æthalæ 101 b
æthiope 102 b
æthræa 103 a
atlantia ibi.
aex 104 b
agathasa 111 b
albion 134 a
alone 149 b
alopece ibid.
alopecia ibid.
amathusia 157 b
amnica 167 a
andros 183 b
anglia 184 b
apamea 207 a
asteris 268 a
astypalæa 270 b
aulis 292 a

B

Baleares, gymnesia 310 a
bractia 345 b
bragæ ibi.
brattia 346 a
britannia 348 a
bucinna 352 a
budoræ ibid.
burchana 354 a butra 355 a

C

byblis 355 b
Cæa 362 a
cæos ibid.
cæne 368 a
calabria 371 a
calathusa 373 a
calaurea ibid.
callista, vide Thera 376 b
camelidæ 382 a
cia, vide cea 362 a

canopus 392 b
capreæ 402 a
carbania 406 b
carpathos 413 b
carystæ 416 b
casos 417 b
cassiterides 418 b
cathon 425 b
cattiterides 426 b
celadusa 440 a
centuripe 449 b
cephalœnia 450 a
ceraſtis 452 a
cercina 452 b
cercinitis ibid.
cerna 454 a
chatee 464 a
chalceritis ibid.
chalcia ibid.
chalcitis ibid b
chelidoniæ 468 b
chemmys 469 a
chios 470 a
chirogilium ibid.b
chryſe 474 a
cimolus 480 b
circius 485 a
codanonia 515 b
colchos 529 a
colubraria 542 b
coos 653 a
corcyra 657 b
coreſa ibid.
corſicæ 658 a
corſeæ 667 b
corſica, thera ibid.
coſyra, coſura 670 b
creta 678 b
cunicularia 696 a
cyaneæ 708 a
cyclades 709 a
cydonia 709 b
cyprus 712 a
cyrnos 712 b
cythera 713 a
cythnos 713 b

D

Delos 751 a
delta 752 a
didyme 797 b
diomedeæ 813 a
dioſcoron 814 a
doliche 849 b
dolichiſte ibid.
donyſa 859 a
dulichium 869 a

E

Echinades 877 b
electrides 894 b
elephantis 895 b
epidaurus 918 b
erythia 937 a
euboea 942 b

G

Gades 1126 a
gleſſaria, vide aufrauia 383 a
gyarus 1159 b

H

Hæbudes 1168 b
hecaria, vide ſporades 138 a
helene 1177 a
hibernia 1183 a
hybernia 1201 a

I

Icaria 1210 a
ilba 1216 b
ilua 1220 b
imbrus 1222 b
inarime 1248 b
ion, vide ſporades 138 a
ios 1339 b
iſis 1345 a
iuuernia 1361 b

L

Lagusa, vide ſporades 138 a
lebinthos 25 a
lemnos 28 a
lepaduſa 30 a
lesbos 31 a
leucadia 31 b
leucas 32 a
leucoſia ibid.
lipara 51 b

M

Μακάρων νῆσοι 84 a
macra 86 a
mulæna 126 a
melite 127 b
menuthias 136 b
meroe 140 a
monædæ 169 a
mycone 201 a
mygdon ibid.

N

Naxos 214 b
neritos 225 a
nityros 233 b
niuaria 235 a

O

Oenopia 294 a
œnotrides ibid.
ogygia 298 b
olearos 300 a
orcades 321 b
orygia 331 b

P

Pandataria 353 b
paros 370 a
patmos 385 a
peuce 453 a
pharia 455 b
pharmacuſæ ibid.
pharos 456 a
phocuſa, vide ſporades 138 a
philæ 457 b
pithecuſa 475 a
plotæ 485 b
planetæ, vide ſymplegades 217 a
pluuiaria 487 a
polegrados, vide ſporades 138 a
pontia 502 a
pontus ibid b
proconneſus 566 a
pyrpile 623 b
pyrrha ibid.

R

Rhencia 730 a
rhodos 732 b

S

Salamis 10 a
ſame 16 a
ſamos ibid.
ſandaliotis 17 b
ſardinia 23 b
ſaſon 25 b
ſcandinauia 32 b
ſcarphia 34 a
ſchimuſa, vide ſporades 138 a
ſciathos 38 a
ſcordona 43 a
ſcyros 48 b
ſegeſtica, vide calapis 372 b
ſena 63 b
ſeriphos 75 a
ſicania 87 a
ſicilia 87 b
ſporades 138 a
ſtœchades 153 a
ſtrongyles 158 a
ſtrophades ibid.
ſymplegades 217 a
ſyrus 220 b

T

Talea, vide Talga 224 b
talga ibid.
taphiæ 230 a
taprobane ibid.
taſſus ibid.
tenedos 244 b
tenos 248 a
thaſus 263 a
thera 265 b
theranne ibid.
theraſia ibid.
thule 269 b
thynia 270 b
tilos 272 b
topazos 281 a
tragurium 288 b
tinacria 305 a
triquetra, vide trinacria ibid.
tyberina 322 b
tyros 325 a

V

Vectis 339 a

Z

Zacynthus 447 a

MONTES.

ACHAIAE.

Chelonita vide chelonates 468 a

AETHIOPIAE.

Olympus ad mare rubrum 302 a

ALPES.

alpes cotiæ 794 b, 797 a
alpes Gratiæ, vide cotiæ 794 a
alpes Græcæ, vide ſeguſion vulgò *Sion*
alpes Pœniæ, vide cotiæ 794 a
alpes Rhetiæ 130 a
alpes Tridétinæ, vide Rhetiæ, ibi.

ALPIVM.

Adulas 72 b
S. Bernardi, vide Rheticæ
S. Gottardi 72 b
Rhetici 370 b

AFRICAE.

Abila, vel abyla 10 a, 21 b

APVLIAE.

Vultur 443 b

ARABIAE.

Caſius Sinai 417 b
mel nes, hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ, Sur. Tur 126 b

ARCADIAE.

Aleſius 138 b
Cyllene 710 a
erymanthus 936 b
lyceus 80 b
mænala 88 a
pholoe 462 a

ARMENIAE.

Aba 4 a
acroceraunia 43 b
antitaurus 205 b
caſpij 418 a
caucaſij 320 b cordica ibid.
niphates 232 b
moſchici 320 b
pariedrus 365 b
taurus 233 a

ASIAE.

Aga 111 a
amanus 156 b
cambudes, vide Taurus 233 a
caſpij, vide Armenia 246 b
caucaſus 427 b
circius, vide Taurus 233 a
climax 509 b
emodus, vide Taurus 233 a
coraxicus, tauri pars 657 a
ida 1211 a
imaus, vide Taurus 233 a
libanus 38 b mimas 149 a
paropamiſſus, vide Taurus 233 a
pharpharides, uide Taur ibid.
taurus ibid.

ATTICAE.

Acarnan 22 b
acarnas ibid.
ægalus 79 b
aracynthus 226 b
brileſſus 347 b
brilerum ibid.
hymettus 1202 b
icarus 1210 a
parnes 368 b

BOEOTIAE.

Helicon 1177 b
pieria 465 b
teumeſus 261 b

CALABRIAE.

Aulon 292 a

CAMPANIAE.

Taburnus 222 b

CAPPADOCIAE.

Antitaurus, vide Comani 205 b
in CHII promontorio.
Phanæus 455 a

CILICIAE.

Sarpedo, vide Calycadnus 381 b

CRETAE.

dictes 796 b
corybus 669 a
idæus 1211 a

CYPRI.

Idalium 1211 a

DELI inſ.

Cynthus 711 b

EPIRI.

Acroceraunia, vide Ceraui 43 b
ceraunij 452 a
leucates 32 a

GALLIAE.

Gebenna, vide Geneua 1132 a
iura 1357 a
vogeſus 418 a

GALILEAE.

Tabor 221 b

GALLOGRAECIAE.

Olimpus, vel Cypri 302 a

GRAECIAE.

thermopyiæ 266 b

HISPANIAE.

Calpe 379 a
equinus 389 a
egdubeda ibid.
iliipuia, vulgò *Ilipa* 1119 a
ortoſpeda 389 a
pyrene, pyrenæus, pyrenæi 623 a
vindius 389 a

INDIAE.

Cophantus 653 a
imaus 1221 b
milo, milus 149 a

IONIAE.

Latmius, vide Lamius 1 b
latmus 19 b

ITALIAE.

Albanus 133 a
algidus 140 a
apœninus 211 a
auentinus 285 a
capitolinus ibid.
cœlius ibid.
exquilinus, quirinalis ibid.
viminalis ibid.
circeium 484 b
ciſpius 493 b
euganei, Venet. 946 a
gargauus S. Angeli 1128 a
gaurus 1129 b
leucogæi 32 a
lucretilis 67 b
maſſicus 116 a
matinus 118 a
murtius 194 b
palatium 346 b
veſeuus 367 b
veſuuius 371 b

LACONIAE.

Taygeta 233 b

LIBYAE.

Atlas 274 a

LIBVRNIAE.

Sardonici 24 a

LIGVRIAE.

Veſulus 371 b

LVCANIAE.

Alburnus 134 b
ſyla 215 a

LYCIAE.

Chimæra 469 b
cragus 671 b

LYDIAE.

Tmolus 276 b

MACEDONIAE.

Candauiæ 386 b
libertrus 43 b
ſithon, vide Sironia 101 a
iuxta MAGNESIAM.
Thorax 268 a

MAVRITANIAE.

Athlas 274 a
Diris 817 a

ASIAE.

Olympus 302 a

NEMEAE.

Apheſas 209 b

NORICI.

Cetius hodie Calemberus 463 a

PALESTINAE.

Carmelus 410 b

PAMPHYLIAE.

Coryeus 669 a

PAPHLAGONIAE.

Cytorus 713 b

in PARO inſ.

Marpeſus 114 a

in PHALISCIS.

Soracte 118 a

in PHOCIDE.

Parnaſus, parnaſſus 368 b

PHOENICIAE.

Carmelus 410 b
libanus 38 b

PHRYGIAE.

Dindymus 812 a
ſipylus 939 a

PHTHIOTIDIS.

Athamas 273 a

RHETIAE.

Rhetico 730 b

in SABINIS.

Tetricus 261 a
vſtica 42 b

SARMATIAE.

Carpatus 413 b
coræ 657 a

SCYTHIAE.

Hyperborei 1203 b
riphæ 731 b
riphæi ibid.

SICILIAE.

Aetna 103 a
agragas 128 a
Carmelus, vide Syria 410 b
caſius, vide Syria
erix, vide Sicilia 87 b
erycus 936 b
libanus, vide Syria 219 a
pelorum, vide Cœnis 368 a

SYRIAE.

Caſius 417 b

THESSALIAE.

Aemus 83 b
buzygæus 355 a
cercetij 452 b
cithæron 494 b
oeta, Oete, inter Theſſaliam & Macedoniam 294 a
olympus 302 a
orchomenus 321 b
oſſa 335 b
othrys 337 b
pieria 465 b
pelius, vide ſperchius 128 a
pelion 398 a
pierus, vide Cerceti 452 b
pindus 470 a

THRACIAE.

æmus, ſeu Hæmus 583 b
athos, Athon 273 b
ædon 882 b
edonus ibid.
hæmus, vide Thracia 268 b
iſmarus 1345 a
obelos, vide Thracia 268 b
pimpla 469 b
rhodope 732 b

TROADIS.

Ida 1211 a
tmolius, vide Troas 309 a

THVRIAE.

Thleboæ 433 b

POPVLI.

AEGYPTI.

Memphi 131 a
macrobij, ſupra Aegyptum 86 a
ſaitæ 8 b
thebæi 264 a
tentyritæ 248 b

AEMATHIAE.

Aegeades 77 a

AETHIOPIAE.

Adiabaræ 57 b
agriophagi 128 b
blemmies, Blemiæ 331 b
gamphaſantes 1127 b
ichthyophagi 1210 a
imantopodes 1221 b
troglodytæ 509 b

AFRICAE.

Aethiopes 102 b
androgyni 183 a
carpi 414 a getuli 1139 a
leucæthiopes 31 b
lotophagi 66 a
marmaridæ 113 b
mauri 120 a
mazax 120 b
pharuſij 456 a

ALEMANIAE.

Saxones, vide Anglia 184 b

ARABIAE.

Adæi 49 b
agareni 111 b
cauchlei 386 b
candei ibid.
catadupi 423 a
debæ 721 b
minæi 150 b
fabæi, fœli 1 a
ſarraceni 25 a
ſcenitæ 36 a

ARCADIAE.

Aephitij 86 a
alphræi 140 b
pheneatæ 457 a

ARMENIAE.

Cercetæ 452 b
cerceti ibid.
ſophenæ 117 a

ASIAE.

Agagamantes 111 a
bebrices 317 a
brancoſi 346 a
bregmenteni 346 a
briſabritæ 348 a
brullitæ 349 a
buzeti 355 a
byzeres ibid.
cabalij 356 a
calingij 375 b
cataceti 422 b
chimærij 469 b
cimmerij 480 b
comari 546 a
derbices, iuxta Caucaſum 767 b
dores 859 a
lycaones 80 b
milesij 148 a
moſchus, nunc Moſchouiæ 180 b
moſſyrœci ibid.
ſaiarchæ 26 a
trœzeni, vide Trœzen 369 a
vegeti 339 a
xanthi 446 a

ASSYRIAE.

Gangaridæ 1128 a

ATTICAE.

Aexones 104 b

BITHYNIAE.

Mariandini 112 b

BOEOTIAE.

Aones 206 b
hyantes 1201 a
thebani 264 a

BRITANNIAE inſ.

Scoti, quondam anthropophagi, 43 b
trinoantes, trinobantes 305 a

CAMPANIAE.

Opici 309 b

CARIAE.

Cares 409 b

CARMANIAE.

Chelonophagi 468 b

CHERSONESI.

Trœzenij 309 b
iuxta CILICIAM.
Piſidiæ, ad ea Solymi 474 b

COLCHICAE.

Cephalatomi 450 a

COLCIDIS.

Coraxi 657 a

CORCYRAE.

Phæaces 453 a

CORSISAE.

Cyrnij 712 b

CRETAE.

Curetes 702 b
ſalentini 10 b

DACIAE.

alani 132 b
daci 714 a

EPIRI.

acarnanes 22 a
acheron 37 a
æneenſes 84 b
chaones 465 a
dryopes 863 a
moloſſus 168 b
theſproti 267 a
tribalij 299 b

EVBOEAE.

abantes 4 b
carananes 22 a
atlantes 274 b

EVROPAE.

alani 132 b
breuni 347 b
brigiani ibid.
bulgari 352 b
capitalialp. 395 b
cocunates alp. 1085 a
iazyges 1209 b
inalpini 1247 b
rheti alp. 730 b
tauri 232 b
vageni alp. 329 a

GALLIAE.

abrincatui 13 a
ageſinates, Aquitaniæ Pictonibus iuncti 115 b
allobroges, nunc Sabaudienſes & Delphinates 146 b
ambarri 158 b
ambiani Gall. Belgicæ, vulgò *Amiens* ibid.
amb barij, vide Aremorica 235 b
ambrones 160 b
andegaui, Andes aquitani 183 b
arecomici, Narb. 235 b
aricomiſci 242 a
atacini 271 b
atax, Narb. 272 a
atrebates vulgò *Artois* 275 b
auerni 285 a
auleici, Lugd. *Rouan* 292 a
auſci Aqui. vulgò. *Aux* 297 b
bardi 313 b
baſilienſes, vide Rauraci 49 a
belgæ 317 b
bellouaci 318 b
boij, Borbonenſes 332 b
caderes, vide Aremorica 335 b
cadurci, Narb. vulgò *Cahors* 362 a
caleri 374 b
cambolecri, Narb. 382 a
camponi, Aqui. 383 b
carnutes, Cel. vulgò *Chartres* 412 b
curio ſolites, vide Aremorica 335 b
cauares, Narb. 427 b
celtæ 444 a
cenomanni, Celt. vulgò *le Maine* 445 a
delphinates, vide Allobroges 146 b
Eburones, Bel. nunc Leodienſes 876 a
Galleti, vide Abrincatui 13 a
heluetij 1178 a
hedui, Cel. 1176 b
lexouij, vide abrincatui 13 a
lemouices, vide aremorica 335 b
limouici, limouices vulgò *Limoſin* 49 a
lingones, *Langres* 49 b
mediomatrices, vide Treuiri 299 a
menapij, Bel. 131 a
metenſes, vide Treuiri 299 a
morini, Bel. 175 a
namnitæ quorum ciuitas Condiuincum, vulgò *Nantes* 205 a
nerui, Bel. nunc Tornacenſes 225 b
nitiobriges, Narb. hodie Mons peſſulanus, vulgò *Montpelier* 234 b
nortmani 243 b
oſiſſimi, vide aremorica 335 b
pariſij, Cel. 367 b
pictones vulgò *Poictou* 465 b
rauraci, Bel. nunc Baſilienſes 965 a
rhedones, Britanniæ 729 b
rhemi, Bel. vulgò *Rhemenſes* 730 a
romandues hodie Vermandi, *Vermandois* 741 a
rutheni, aqui. vulgò *Rhodés* 751 b
ſabaudienſes, vide Allobroges
ſamarobrini S. *Quentin* 15 b
ſantones, Santoni, Xantoni, vulgò *Xaintonge* 20 b
ſenones Lug. 66 b
ſequanici, vide Sequana 72 b
ſequani ibid.
tectoſages, Pyrenæis proximi 233 b
toliſtobogi ibid.
tongri, vulgò *Brabant* 280 b
treueri, Belg. 299 a
tricaſtini 302 b
turones, Lug. 320 a
vang ones, Vollocaſſes, Lug. vide Aremorica 335 b
vbij, Bel. 338 a
veloc aſſes 341 b
venet i, Lug. 346 b
veromandui, Bel. 359 b
vocontij, Narb. 418 a
volcæ, volſcæ, Narb. vulgò *Langue doc* 418 a

GAL. CISALP.

Inſubres 1309 b
lambrani 112 a

GALLATIAE.

gallogræci 1127 a

GALLOGRAECIAE.

bucellarij 351 a

GERMANIAE.

alemanni, germani 138 a
caici 371 a
campſiani 583 b
chatti, catti 468 b
chaubi ibid.
cauci, vide Campſiani 583 b
chærusci 469 b
calci, vide Campſiani 583 b
cimbri 480 a
daci, vide Dani 718 a
dani, nunc Daci 718 a
franci, vide Salij 11 a
francones 1101 b
lepontij, Germ. alp. Rhet. montis S. Gedardi 30 b
marcomani 111 a
ſalij 11 a
ſaxones 30 a
ſicambri 86 b
ſicambri, vide Campſiani 583 b
ſueui 185 a
teutoni, teutones, teutonici 261 b
tigurini 272 a
vandali 333 a
vindelici 387 a
vnceri, vide Campſiani 583 b

GRAECIAE.

ægoſthenenſes 81 a
colchi 529 a
colophonij 540 b
gytheates 160 b
myrmidones 202 a
pelaſgi 397 b
pelethronij 398 a

HELLESPONTI.

Ophiogenes 309 a

HETRVRIAE.

Faliſci 1034 b
phaliſci 454 b
veientes 340 a

HIBERNIAE.

Brigantes 347 b

HISPANIAE.

acintani 41 b
æqueſtici 86 a
alabenſes, Alabonenſes 131 b
arrabri 252 a
baſtyli 315 b
burſtonenſes 354 a
cantabri hodie *Biſcaini* 393 a
caſtulonenſes 421 b
celtiberi 444 b
ceretani 454 a
concani 376 b
gallaici, galleci 1127 a
italicenſes 1347 b
ſicani 85 b
turduli 319 b
valerienſes 332 a
varduli 334 b
vaſcones 336 a
vectones 339 a

ILLYRIAE.

curiotæ 702 b
phlanates 450 b
talantij 232 b
taulantini ibid.

INDIAE.

aſtomi 268 b
brachmanes 345 b
calingæ 375 b

carmani 410 b
colubræ 542 b
coatræ 514 b
cybitani, vide Cæsarienses 369 b
cynosphali 711 a
pygmæi 622 a

IONIAE.

cæsarienses 369 b
cephalenes 450 a
leleges, elegæ 27 b
metropolitæ, vide Cæsarienses 369 b
peucetij, circa mare Ionium 453 a

ITALIAE.

abellinates 7 a
aborigines 12 a
æcani 75 b
æculani 75 b
æqui culani 86 a
æcui ibid.
albenses 133 a
aletini 139 a
alettinates ibid.
altinates 152 b
atinates, vide Atina 274 a
auximates, vide Auximum 305 a
bolani 332 b
borcani 341 b
bruzij 349 b
butuntinenses 355 a
cæleftini 365 a
cales 374 b
caleni ibid.
camelani 382 a
canneuses 390 a
capenates 394 b
carni 412 b
casuentillani 422 b
cimmerij 480 b
ceaomanni 445 a
cureates 702 a
dauni 720 a
euganei, Venet. 3946 a
faueatini 1046 b
ferentinates 1052 b
ferentini ibid.
fidenates 1063 b
frentani 1104 b
fulfinates 1155 b
fuligiuiates 1117 a
hernici 1181 b
latini 18 b
læstrygones 9 b
lestrygones 31 a
lucani 67 a
lucores ibid.
mamertini 100 a
marrucini 114 a
marsi 114 b
osci 334 b
peligni 398 a
præputij, hodie Prægutini, vulgò Abruzo 527 b
proci Itali, vide Abellinates 7 a, & 598 b
ramnenses 958 a
ramnetes ibid.
rhegini 730 a
rutuli 752 b
sabini 1 b
sacraui 5 b
salassij, sub insubribus, hodie Marquia Salutiarum, le Marquisat de Saluces 10 a
sanates 16 b
samnites ibid.
sentinates 66 b
signini 89 a
tatienses 232 b
taurini ibid.
titernates 231 b
toletinates 277 b
trebani 297 b
trebulani ibid.
tusci 321 b
veliterni 341 a
veneti 346 b
verulani 365 b
vestini 369 b
volsci 420 a

IVDAEAE.

Sodomitæ, vide Sodoma 106 a

LIBYAE.

Garamantes 1128 a
marcotæ 112 a
nasamones 207 a
panchæi 353 a
plychi 560 b

LOCRORVM.

Bulenses 353 a

LVCANIAE.

Acheron 37 a

LVSITANIAE.

Caliaici 375 b
cæsariobricenses 369 b

LYCIAE.

Lycij 81 b
miryæ 152 b
mylies, vide solymi 114 a
solymi, iuxta Lyciam ibid.
termilæ 252 a

MACEDONIAE.

Aethices 102 b
albani 133 a
almopes 147 b
almopij ibid.
bisaltæ 328 b
bullones 353 a

circa MAEOTIM.

Choatræ 471 b

MASSILIAE vicini.

Albici 133 b

MAVRITANIAE.

Massyli 115 a

MYSIAE.

Capnobatæ 401 b

in OCEANO sept.

fanesij 1040 b

PALAESTINAE.

Hessæi 1182 b

PANNONIAE.

Catari 423 b

PARTHIAE.

Tapyri 230 a

PELIGNORVM.

Corfinienses 658 a

PELOPONNESI.

Eæi 895 a
gythenates 1160 a
helei 1177 a

PERSIAE.

Persæ 436 b
sussani 207 b

PHOENICIS.

Sidonij 89 a

PHRYGIAE.

Bregi, Brenges, Phryges 345 a

PONTI.

Acheron 37 b
chalybes 464 b

iuxta PONTVM.

Phtirophagi 464 a

SARDINIAE.

Sardi 23 b

SARMATIAE.

Hamaxobiæ 1171 b
tartari 232 a

SCYTHIAE.

Abij 9 b
agathyrsi 112 a
alani 132 b
anthropophagi 202 a
arimanni, vide Arimaspi 242 b
anthropophagi 202 a
bactri 308 b
borysthenidæ 342 a
brysani 350 a
budini 352 a
callipidæ 376 a
callipodæ ibid.
camace 371 b
canæ ibid.
dahæ 715 a
dadicæ 714 b
gotthi 1147 a
græcoscythæ, vide Callipidæ 376 a
hunni 1200 b
hyperborei 1203 b
larodij 16 b
massagetæ 116 a
nomades, nunc Tartari 238 b
rhoxolani vide Alani 132 b
sacæ 2 a
satmatæ 24 b
scychæ 48 b
seres 74 b
tibateni 1712 a
Turcæ 319 b
vngari, vide Hunni 1200

SICILIAE.

Aegestani 79 b
agyrini 129 b
bachiadæ 307 b
centuripini 449 b
geloni 1130 a
getæ 1138 a
segestani, vide Aegestani 79 b
syracusæ 219 a
tartari 232 a

ad TAPROBANEM insc.

Antichthones 202 a
antipodes ibid.

TAVRIAE.

Caraseni 406 b

in THASO insc.

Thasij 263 a

THESSALIAE.

Aethici 202 b
centauri, hippocentauri 447 b
dolopes 850 a
lapithæ 15 a
miryæ 152 b

THRACIAE.

Bessi 323 b
bistones 329 a
botiæi 344 a
catrizi 466 a
cicones 478 a
dassaretæ 719 b
drausi 862 a
edoni, Edonij 883 b
getæ 1139 a

TROADIS.

Cebrini 436 b

VMBRIAE.

Aesinates 95 b
camertes 383 b

PROMONTORIA.

ACHAIAE.

Chelonates 468 b
chelidonium ibid.
ichthys 1210 b

AEOLIDIS.

Aega, ægates 77 a

AETHIOPIAE.

Aegialus 79 b

AETOLIAE.

Rhion 731 b

AFRICAE.

Agni cornu, prope Bolbiticum Nili ostium Afri. 118 a
barce 313 b
borion 342 a
candidum 388 a

ATTICAE.

sunium 195 a

BRITANNIAE

Bellerium, vide Antiuestæum 205 a
bolerium, vide antiuestæum ibid.

CAPPADOCIAE.

Iasonium, hodie S. Thomas 1209 a

CARIAE.

Aphrodisium 210 a
cnidos 512 b

CHII.

Aruisium 254 a

CILICIAE.

Sarpedon 25 a

CRETAE.

Creumetopon 683 b

prope CVMAS.

Misenum 154 b

CYPRI.

Acamas 21 b

CYRENARVM.

Phycus 464 a

EPIRI.

Leucates 32 a

EVBOEAE.

Cenæum 445 a
cœneum 518 a

EVXINI ponti.

Carambis 406 b

GALLIAE.

Antiuestæum, bolerium, bellerium vulgò S. Burien 205 a
cantium 393 b
ciarista, citaristes, Narbonensis prouinciæ 494 b
gobæum, vulgò le four 1146 b
ocrinum, Britannicæ, vulgò Mons S. Michaelis 287 b
santonum promontorium, vulgò Elaye 20 b

GRAECIAE.

Candria, siu Coo insc. 386 b
ægialus 79 b

HELLESPONTI.

Cynossema 711 b

HISPANIAE.

Aphrodisium 210 a
artabrum 252 a
ferraria 1058 a
nerium, Artabrorum alio nomine 225 a

HIBERNIAE.

notium, vulgò Cabo de Mar 246 b

INDIAE.

Calingon 375 b

ITALIAE.

Caenis 368 a
circeum 484 b
cocinthum 515 a
lacinium 8 a
zephyrium 448 a

LACONIAE.

Tænarum 491 a
malea, Laconicæ prouinciæ 95 b

LOCRORVM.

Zephyrium 448 a

LVCANIAE.

Palinurus 347 b

LVSITANIAE.

Sacrum promontorium, hodie caput S. Vincentii. 3 a
cuneus 696 a
lunæ, vulgò Ponte de Luna 74 b

HETRVRIAE.

Lunæ, Mons Iouis, scalæ Annibalis, nunc Monini 74 b

MACEDONIAE.

Canastræum 585 b

MAGNESIAE.

Acantium 75 b

MAVRITANIAE.

Mega, vulgò Prie, sive Fue 125 a

PAPHLAGONIAE.

Aegialus 79 b

PELOPONNESI.

Scyllenum 48 a

PHOENICIAE.

Carmelum 410 b

PROCONNESI.

Nympheum 263 a

SARMATIAE.

Agarum 111 b

SICILIAE.

Bucra, hodie Butera 352 a
falacrium 1034 a
lilybæum 47 a
pachynus 341 b
pachinum, vide Trinacria 517 a
pelorus 400 b
pelorum, vide Trinacria 517 a
regium 686 a

TAPROBANAE.

Colaicum 518 b

TAVRI montis.

Chelidonium 468 b

THRACIAE.

Aegialus 79 b
chrysoceras. 474 b
spartio 123 a
sperchium, vide spartio ibid.

TROIAE.

Rhœteum 733 a
sigæum 89 a

TVSCORVM.

Populonium, hodie Baractus portus, 500 b

VRBIVM.

ACARNANIAE.

Alyzia 155 b
leucas 32 a

ACHAIAE.

Aegiri 80 a
argos 259 a
corinthus 658 a
cyparissia 711 b
elis 898 b
ephyræa, Ephyre 917 b
epidaurum, Epidaurus, hodie vulgò Ragusa 918 b
glyria, vide Aegialeus 79 b
gytheum 1160 b
helice 1177 b
messenia 141 a
naupactus, hodie Lepanthum 213 b
patræ, Aroe prius dicta 385 a
paliene 348 b
pellene 398 b
pylos 622 b
sicyon 88 b
zancle 447 a

in AEGEO mari.

thasus 263 a
tenos mari 248 a

AEGYPTI.

Abydus 20 b
ægyptus, Memphitis 81 b
Alexandria, vulgò Scanderia 139 b
alexandria canopicum ibi.
babastis 350 b
cercaforum 452 b
diospolis 814 a
heliopolis 1177 b
hermopolis 1181 b
heracleopolis 1179 a
lycopolis 81 a
memphis 131 a
oxyrynchus 340 b
pelusium 401 a
ptolemais 606 b
sais 8 b
syene 215 a
tanis 228 a
tentyra 248 b
thebe 264 a

AEMATHIAE.

Aegea 77 a

AEMILIAE.

Imola 1227 b
forum cornelij 1100 a

AEOLI.

Aeolia 85 a

AEOLIAE.

Notium 246 b
strongyle, vide Aeolia 85 a

AEOLIDIS.

Aegæ 77 a
cistena 494 a
cyme 710 b
edonis 883 b
scepsis 36 a

AETHIOPIAE.

Saba 1 a
ptolemais 606 b

AETOLIAE.

Aegira 80 a
calydon 381 b
lysimachia 83 b
olenos 300 a
pleuron 484 b
pylene 622 b

AFRICAE.

Aphroditias 210 b
aphrodisium ibi.
barce, Ptolemais aliter 313 b
berenice, Beronice, Berenicis 322 b
brachodes 345 b
bulla regia 353 a
canopicum 392 b
canopitanum ibid.
catabathmus 423 b
carchedon, Carthago 407 b
carthago, Carchedon, Alexãdria Commodiane Togata 415 b
clupea, Clypea 511 b
heracleopolis secundum Nili ostium 1179 b
hermea 1181 a hippo 1186 b
leptis 30 b
melite 127 b
neapolis, vulgò Maometa 215 b
ptolemais 606 b
tabraca 221 b
tagasta 224 a
thebæ 264 a
thinissa 267 b
thunis, vide thinissa ibid.
vtica 435 b
zama 447 a

in ALP.

Cemeleucum in Alp. litt. vulgò Cemellio 444 b
ofcella in Scutijs 334 b
viutium vulgò Monnisol 389 a

APAMIAE.

Cæsarea 369 b

APVLIAE.

Acheruntia 37 b
æquumtuticum 88 a
apenene 207 b
apinæ 210 a
apina ibi.
barium 314 a
egoatia, hodie Iuuenatium 890 b
iapix, vide Barium ibid.
sipontum, vulgò Siponto 99 a
theanum 263 b
trica 322 b
vion, hodie Biuona 391 b

ARABIAE.

Aelana, ælanorum 82 a
nysa 263 b

ARCADIAE.

Clitoris, clitorium 510 a
cyaethium 711 a
elis 898 b
mantinea 106 b
pheneum 457 a
pisa, vide Alpheus 150 a
pisa 474 b
tegea 234 a
thyræum 270 b

ARGIS vicina.

tyrinthia 324 b

ARMENIAE.

Artaxata, artaxiorum 252 a

ASIAE.

Abydus 20 a
adæ, adarum 49 b
agrippias, Anthedon, Agrippium 128 a
alabanda 131 b
albania 133 b
alexandria 139 b
alopeconesus 149 b
ampesone, vide Calingi 462 a
apamia 207 a
berythus, vide Calamos 322 b
botrys, vide Calamos 344 a
brias 347 b
byblesia 355 b
byblos, vide Calamos 312 b
calamos 371 b
colænæ, vide Apamea 207 a
canas 385 b
comana, vide antitaurus 205 a
elæa 893 b
gerusa hodie S. Georgius 1138 b
gigarta, vide Calamos 371 b
Harpasa 1173 a
hypæpa 1203 a
issus 1345 b
laodicea 14 a
lampsacum, vide Calipolis 375 b
larissa 16 b
lebedus 25 a
magnesia 91 b
mapeta 110 b
mazaca 120 b
melitœa 126 b
miletus 148 a
nicea 227 b
parium 368 a
pergamus, vel pergamum 420 b
pitane 475 a
samosata 16 b
sinada 96 a
troezen 309 a
trieris, vide Calamos 371 b
tyrambe 324 a

ASSYRIAE.

Alcarium, vide Babylon 307 a
cairum, vide Babylon ibid.
niniue 232 b
ninos 232 b
ninus ibid.
abydon, vide Calipolis 375 b
oroba 330 b

ATTICAE.

Brauron 346 a
eleusin. eleusis 89 b
marathon 110 b schœnus 67 a

AVSONIAE.

Beneuentum, vide Ausonia 298 a
Cales 374 b

AVSTRIAE.

Iulium carnicum, hodie Golitia 1355 a
vienna 382 a

BABYLONIAE.

Borsippa 342 a
hur, vide Orchoe 321 b
orchoe ibid.
theibencanæ 264 a

in ma. BALEARI.

Palma 350 a
polentia 492 b

BAVARORVM.

salezaburgẽsis, vide Badacu 308 a

BITHYNIAE.

Amastris, vulgò Sapastro 157 b
apamea 207 a
chrysopolis 475 a
cyzicus 713 b
dascylos 719 b
heraclea 1179 b
lampiacum 44 b
libyssa 1345 a
myrlea, vide Apamea 207 a
nicea 227 b
nicomedia, hodie Nicor, vulgò Comidia 228 a
patamon, quæ hodie Pohi oreci tur 380 b

BOEOTIAE.

Aliartum 140 a
ambryssus 161 a
copæ 653 a
coronea 662 b
delphi 751 a
draconigena 861 b
eora, vide albis 134 a
hamburgum ibid.
larynna 304 a
lebadia 25 a
nysa 263 b
oleuos 300 a
orchomenus 321 b
orchomenum, vide Acidalia 39 a
ortella 134 a
platææ 480 b
pieria 465 b
potnia 514 b
sala 134 a
tanagra 226 b
telphussium, tilphossium 237 a
thespiæ 267 a

BRITANNIAE

Aquæ calidæ, vulgò Bathe 224 a
bullæum, Britan. insul. vulgò Portlam 353 a
camalodunum 381 b
caturactonium inf. vulgò Caerleril, Caerdulia 427 a
Corinium, Claudiana castra, hodie Claudiocestria, Glouceftre 658 a
deuana, inf. Brit. 781 a
dunium, inf. 869 b
eboracum, vulgò Yorke 875 b
ischalis, inf. 1345 a
lindum, inf. Lincolina, Lindecoli num, vulgò Lincolon 49 a
londinium, inf. Londinum, vulgo London, Londres 61 b
luentinum, inf. vulgò Pronuesland 70 b
maridunum, inf. vulgò Caermaden 112 b
mediolanum, vulgò Manchester 122 b
nalcua, vulgò Oxisfordæ 204 b
Olicana, Kirkeby 300 b
oopellum in. Vxellum alijs dicta hodie Ceftria, vulgò Chestre, vel Chestre 306 b
orrea, vulgò Neucastel, Moncastre 331 a
tamaræ Britanniæ inf. vulgò Lanceston 226 a
vicus agriarius inf. vide Aquæ calidæ 224 a
vrolanion Britan. inf. vulgò S. Albon 431 b
vxella Brit. inf. 445 b

in BRVTIO.

Columna, Stylarion 545 b
scylæcium, Scyletium hodie, vulgò Schilazo 47 b
sulmo 189 b
temesa, hodie tempsa 238 a

CALABRIAE.

Amita 165 a
brundusium 349 a
mesapia 140 b
peuretia, vide Brundusium 349 a
saturnum 29 a
tarentus, Tarentum 231 a
thurii 269 a
thurium 269 b

CAMPANIAE.

Abella 7 a
abellinum, vide Auella ibid. & 284 b
acerræ 35 b
calenum 374 b
nola, quæ prius Sidicinum 238 a
nuceria 252 b
puteoli 620 b
pompeii 496 b
rubi 745 a
rufrimaceriæ 747 a
seria 832
sinuessa 97 b
suessa 185 a
surrentum 206 b
tarracinæ, vide Trachina 286 a
tarquinii 232 a
tarracina ibid.
trachina 286 a
venafrum 344 a
vulturnus, Vulturnum 443 b

CAPPADOCIAE.

Cæsarea, Mazaca 369 b
cerasus, vulgò Zefano 452 a
comanum 546 a
mafaca, vide Cæsarea 369 b
neocæsaria 223 a
polemonium 491 a
themicyra 264 b
trapezus 297 b
tyana 322 a

CARIAE.

Alabanda 131 b
anæa 178 b
calydnæ, calydna 381 b
caunus 430 b
cnidos 512 b
halicarnassus 1170 b
mylasa 201 b
neapolis 215 b
pyrrha 624 a
telmessus 236 b

CARNORVM.

Opitergiũ, hodie Opitergo 311 b

CENOMANORVM.

hîc & illîc legendum potius Cebemorum aut Cebemensium, qui vulgò les ceuenes dicuntur, quàm Cenomanorum, qui ceux du Mans gallicè vocantur, existimo.

Brigantium, vulgò Brianson 347 b

in CEO insc.

Carthæa 415 b

CEPHALENIAE inf.

Alalcomenas 132 b

CHAONIAE.

Dodona 849 a

CHERSONESI.

Taphræ 230 a
theodosia, hodie Capha 265 a

CICONVM.

Maronea 114 a

CILICIAE.

Adana 50 b ægæ 77 a
alæ, alarum 132 a
celendris 441 b
corycus, Corycos 669 a
heliopolis 186 b
iconium 1211 a
mallos 96 a
pompeiopolis, Traianopolis 496 b
seleucia, vide Calicadnus 58 a
tarsus 232 a thebe 264 a

COLCHISAE.

cyta 713 a

COLCHIDIS.

æa 75 a
dioscuriae, dioscuriadis, dioscuria da 814 a

COLOPHONIORVM.
Clarium 500 a
COORVM.
Astypalæa 270 b
CORSICAE.
Aleria 138 a
toxicum,vulgò *Rogele* 744 a
CRESSAE.
ænea 84 a
CRETAE.
Apollonia 212 a
aptera 220 a
camara, vulgò *Camera* 381 b
cisamus 493 b
cortina 667 b
cydon 709 b
dictyana 796 b
gnosos,vulgò *le Four* 1146 a
gortyna,vulgò *Cortin* 1146 b
larissa 16 b
minoum 151 b
oaxus 263 b
phæstum 453 b
pœcilasium 488 b
rhitimna,hodie rhetinum, vulgò *Aretina* 732 a
CYPRI.
Boosura 341 a
creta 678 b
paphos 357 b
temesa 238 a
CYRENAE.
Apollonia,vide Automalax 212 a
arsinoe 251 b
aurigda, vulgò *Zadra* 294 a
automalax,automala,vulgò *Istam* 303 b
berenice,vide Automalax 303 b
cydamum 709 b
ptolemais,vide Automalax 303 b
DACIAE.
tiriscum,nunc Taros,hodie *Grossechana* 275 a
zarmizegetusa,vulgò *Crou* 447 a
zeugma,vulgò *Clefenbourg* 448 a
DALMATIAE.
Corinium,hodie Corninium 658 a
enona,hodie Nona 911 b
issus,hodie Alexium 54 a
ortopla,hodie Ortopula 331 b
salone 13 a
sidrona,Stridona,vulgò *Sdrigne* 89 a
DAVNIORVM.
Sidicinum 86 b
in DE CAPO regio.
Abila 10 a
ELIDIS.
Buphrasium 353 b
EMATHIAE.
Edissa 880 a
EPIRI.
Aegilips 80 a
ambracia, eponia, paralia, vulgò *Lacta* 160 b
apollonia 212 a
buthrotum,buthrotium 354 b
eponia,vide Ambracia 212 a
epuia, vide Ambracia ibid.
nicopolis 228 a
oricos 324 b
paralia,vide Ambracia 212 a
EVBOEAE.
Arethusa 237 a
chalcis 464 a
eretria 927 b
hestiæa 1182 b
EVROPAE.
Calipolis, calipolitis, festos, vide Abydus 20 b,& 375 b
calpe 379 a
segusium Euro. Alp. Græc.vulgò *Sion* 57 b
FLAMINIAE.
Cæsenna 369 b
GALATIAE.
Abronimœnia 13 b
ancyra 183 a
cimolis 480 b
GALILAEAE.
Tiberias 271 a
GALLIAE.
Accusium, Allobrogum, in Gall. Gratianopolis, vulgò *Grenoble* 32 b
aeria 92 a
agatha sent. agatzipolis, gallicè *Agde* 111 a
agedicum, vulgò *Sens* 112 b
agendicum ibid.
aginum,vulgò *Angolesme* 117 a
alba Heluorum,Narb. 133 a
alexia,Rigiacũ, Alexia, Celticæ, vulgò *Laussois* in Burgundia 139 b
aquæ augustæ, Aquitaniæ, vulgò *Bayone* 224 a
aquæ mortuæ,Narb. vulgò *Aigues mortes* ibid.
aquæ Sextiæ Salyum, siue Salyorum, Narb. Aquensis, vulgò *Aix en Prouence* ibid.
arausio, nunc Arausinens. Narb. vulgò *Aurenge* 227 a
arelate Galliæ Narbo.vulgò *Arles* 235 b
arelas ibi.
argentoratum, Argentina, vulgò *Strasbourg* 232 b
atuacutum,Bel Antuerpia, *Anuers, Andorf* 280 b
arausio,vide Aeria 92 a
auaricum,Cel.*Chasteauneuf,Marron en Berri* 281 a
auenio,Narb.vulgò *Auignon* 285 a
vide Aeria. 92 a
augusta Triuerorum, Bel. vulgò *Treues,Trier* 290 a
augustodunum,vulgò *Austun* ibid.
augustorium,vulgò *Peicliers* ibid.
autipolis, Narbo. vulgò *Antboul*, gallicè *Antibes* 204 a
autricum,vulgò *Chartres* 304 a
baterræ,Narb.vulgò *Beziers* 392 b
baganum,Tornacum,vulgò *Tornay* 309 a
belgium 318 a
bellouacum,*Beauuais* 318 b
bibracte,vulgò *Beaune* 325 a
biturix, vulgò *Bourges en Berri* 329 b
burdegala,Burdigalia, vulgò *Bordeaux* 354 a
Cabelliio,Narb.aut Caballio, vulgò *Cauaillon* 356 b
cabullinum, Catalaunum , vulgò *Chaalon sus la Sone* 356 b
cale 374 a
caleti, Geforiacum nauale, vulgò *Caletz* 374 b
cameracum,*Cambray* 382 b
carcasso Narb.vide Cabellio 356 b
carcasum,Narbo. vulgò *Carcasone* 409 a
carpentoracte,Narbo.vulgò *Carpentras* 413 b
vide Cabellio 356 b
catalaunum, vide Cabullinum ibid.
ceffero,Narb.vulgò *Castres* 462 a
colonia sextanorum, vide Arelate 235 b
condate vulgò, *Rennes en Bretaigne* 589 a
colonienſis,vide Belgæ 317 b,& 318 a
condiuincum,*Nantes* 651 a
dariorigum,vulgò *Vannes* 719 b
ducona,vulgò *Cahors* 867 b
durocottorum,Bel. vulgò *Reims* 871 a
elebus , vulgò hodie *Seclestat* 894 b
equestris,vulgò *Neufchastel* 926 a
Forum Claudij, Alp hodie Tarentesia ducis Sabaudiæ 1100 a
Forum Iulij,Narb. ibid.
Forum Iulium,Narb. vulgò *Freius* ibid.
forum Segusianum, *Bourg en Bresse* ibid.
fossæ Marianæ,Narb.vulgò *Aigues mortes* ibid.
gaba 1126 a
genabum,Aurelia 1132 a
geneua Allobrogum 1132 a
geforiacum,vulgò *Cales* 1139 a
glanum,vulgò *Gap.* 1142 b
Herculis portus 1180 b
iatinum,vulgò *Meaux* 1209 b
illiberis,Nar.vulgò *Granada* 1218 b
iuliobona , Cel.vulgò *Honfleur* 1355 a
iuliomagus,vulgò *Angiers* ibid.
lexouij, Galliæ,vulgò *Iseux* 38 b
limonum, vulgò *Limons* 49 a
lugdunum,vulgò *Lion* 71 a
Lutetia,lutetia Parisiorum,vulgò *Paris* 77 b
massilia,Narbo.vulgò *Marseille* 116 a
Mediolanium,vulgò *Saintes* 122 b
melodunum,vide Parisij, *Melun* 367 b
mœmagus,vulgò *Nemours* 163 b
moncœci,Massilien , vulgò *Monegue* 171 a
monspessulanus, siue Monspelius siue Monspelio,*Montpellier* 155 a
mogruntina,Belgæ 164 b
narbo,vulgò *Narbone* 205 b
nasium,Bel. vulgò *Nanse, Nansi* 210 a
nemausus, Narbo. vulgò *Nismes* 221 b
neodunum.Lug. vulgò *Leondul* 223 a
nicea,Nicia,vulgò *Nice* 227 b
nouiodunum,Suessionium,vulgò *Noyon* 247 a
nouiodunum,in Biturigibus ibid.
nouiodunum,in Heduis ibid.
pasa,vide vasatæ 556 a
ratiastum Lemouicum, vulgò *Limoges* 662 a
remeasis,vide Belgæ 317 b
rigiacum,vulgò.*Arras* 375 a
rothomagus,vulgò *Rouan* 743 b
salona 13 a
saliocanus portus Gal.vulgò *S.Paulus* 12 a
samarobrina,s *Quentin* 15 b
santonum portus, vulgò *la Rochelle* 20 b
tarbelli,vulgò *Tarbe* 230 b
taruanna,Morinorum,vulgò *Terouenne* 232 b
tarusium Saliorum in Gal. vulgò *Tarascon* ibid.
tolosa,Narb. *Tolose* 279 b
tullum,Cel.vulgò *Tulle* 315 a
treuerensis,vide Belgæ 317 b
valentia,hodie *Valence* 319 b
vasatæ,Narb.*Basas* 330 a
veneris portus,Gal.Veneris templum, Aphrodisium etiam dicitur 346 b
veneris templum ibid.
venetiæ,vulgò *Vannes* 347 a
vienna Gal. 382 a
GAL. CISALP.
comum,Galliæ Cisalp Nouumcomum,vulgò *Como* 576 a
Mediolanum,vulgò *Milan* 122 b
regium lepidi 686 a
rhegium 729 b
GAL. TRANS.
Moguntia,Gal.Transl. 104 b
GAL. TOGATAE.
alba Pompeia,vulgò *Albadi Montferrato* 133 a
bononia,*Bologne la grasse* ibi.
forum Cornelij, vulgò *Imola* 1100 a
forum Liuij,Gal.Togatæ, hodie *Forliuio* ib.d.
parma,vulgò *Parme* 368 a
GERMANIAE.
Agrippina, Germaniæ inferioris metropolis, Colonia Agrippina 129 a
amasia,Marpurgium 157 a
amberga,vide Canticebis 393 b
aquisgranum, Vegerra, vulgò *Aix en Alemagne* 225 a
aræ Flauiæ,ad Danubium, vulgò *Nord lingen* 226 a
arsicina,hodie Brũna,vulgò *Brump* 251 b
arsonium,vulgò *Trinsintz* 252 a
artaunum, hodie Herbipolis,vulgò *Puirtzbourg* ibid.
ascalingũ,hodie *Hildesheim* 256 a
asciburgium,vulgò *Emerich* 256 b
augusta Vindelicorum, *Augspourg* 290 a
basilea,Rauracorum Augusta, ad Rhenum flumen,vulgò *Basle* 314 b
bogadium,vulgò *Forstleiste* 332 b
brunna,vide Arsicina 251 b
budorgis,Vratislauia, vulgò *Breslau* 352 a
budoris,sub ditione Comitis Palatini,vulgò *Heidelberg* ibid.
bunicium,vulgò *Sund* 353 b
calegia,vulgò *Pfuemberg* 374 a
cantiebis,hodie Amberga, vulgò *Amberg* 393 b
carodunum,hodie Cracouia,vulgò *Cracaw* 413 b
cœnonum,vulgò *Loubenbourg* 518 a
colonia,vide Agrippina 129 a
eburum , vulgò *Olmutz* Moraviæ regia 876 b
erfordia,vide Bicurgium 325 a
grauioniarũ,vulgò *Bamberg* 1154 b
hegimatia,vulgò *Lignitz* 1177 a
herbipolis,vide Artaunum 252 a
laciburgium , hodie Rostozium 7 b
leuphana,vulgò *Hanofer* 34 a
limiofaleum,vulgò *Gussna* 49 a
locoritum,hodie Trutonia,vulgò *Forchein* 57 b
lugiduunum,hodie Glogauia, vulgò *Glogaw* 71 a
lupfurdum, hodie Mysna , vulgò *Meissen* 75 a
marionis,vulgò *Sberin* 112 b
marionis,vulgò *Lunenburg* ibid.
Mediolanium, siue Mediolanum hodie Monesterii, vulgò *Munster* 122 b
melocabus,vulgò *Chobourg* 127 b
menosgada,hodie Egra. *Eger* 132 b
mesuium,vulgò *Maydbourg* 141 b
naualia,vulgò *Schuool* 210 b
phibiranum,vulgò *Bremen* 453 a
philesium,in regione quæ Frisia hodie vocatur,vulgò *Groningen* 458 a
rauracorum Augusta,v.de Basilea 314 b
riusiana,vulgò *Gengen* 737 a
scurgum,vulgò *Smeben* 47 a
stercontium , hodie Cassilium , vulgò *Cassel* 145 b
stragona,vulgò *Possenau* 154 b
teudetium,hodie Padeburna, vulgò *Badborn* 261 b
tuliphurdum,vulgò *Cottingen* 315 a
vrariflauia,vide Budorgis 352 a
tulsurgium , hodie Brunsurga, vulgò *Brunsuuig* 315 a
viritium,vulgò *Griesnagen* 395 a
GRAECIAE.
Arethusa 237 a
astu 269 b
athenæ 273 a
bura 355 b
buxentum,beluedere 355 a
cane 388 a
cecropia 436 b
cleonæ 508 a
doris 859 a
gytheum 1160 b
hermiona 1181 a
ilium 1217 a
megara 125 a
olympia,quæ prius Pisa 302 a
olynthus,iuxta Atticam ib.d.
HELLESPONTI.
Boosthœte,helgar,germanicopolis 341 a
parion 367 b
priappus 554 a
HETRVRIAE.
Pesulæ 1062 a
florentia,vulgò *Florence* 1081 a
Forum Claudij 1100 a
luna,vulgò *Sarzazana* 74 b
populonia,hodie *Plumbinum* 500 b
pyrgy 623 b
sena 63 b
veios 340 a
verulouium,hodie *Viterbo* 372 a
volaterræ 418 a
HIBERIAE.
Cessa 462 a
Gracchuris 1147 a

HISPANIAE.
Abdera 5 a
æminium 82 b
alba,Alabon, Alabona, Labana, 131 b
astur, Asturia 270 a
asturica Augusta, *Astorga* vulgò 270 a
augusta Cæsarea, vulgò *Saragoza* 290 a
vide Cæsar augusta 456 a
augusta Emerita , in Lusitania 290 a
augusta Gemella ibid.
auia vulgò *Villalon*, Liuia ibi.b
barcino,vulgò *Barcelona* 313 b
bergidum,vulgò *Vergel* 322 b
bernaba *Benauar* ibid.
beson, vide Betulo 323 b
betulo, vulgò *Beson* 323 b
biatia, *Baeza* 324 a
bigerra,vulgò *Beiar* 235 a
bilbilis ibid.
brana 345 b
brauum,vulgò *Burgos*, olim Masburg,alis Auca 346 a
brigantium, vulgò *Compostella, op. S.Iacobi* 347 b
burtina,vulgò *Garbastro* 354 a
cæsar augusta,Numantia,Augusta Cæsarea, hodie vulgò *Saragosse* 369 b
calagurium 371 b
callet 376 a
carteia 415 b
Carthago vetus ibid.
carthago noua ibid.
caitra gemina 420 b
cauca, Conca,vulgò *Quenca* 427 b
cerealis 453 a
clunia 511 b
colonia Fauentia , vide Barcino 313 b concana 576 b
concordia 585 b
corduba 657 b
caso,vulgò S.*Sebastianus* 875 a
ebora 875 b
eldana,Donia vulgò *Duennes* 894 b
emerita Augusta 904 a
emporiæ,vulgò *Castellon Dempurias* 907 a
faucatia,Vescis 1046 b
flauium,brigantium,vide Brigantium 347 b
forum bibalorum,vulgò *Fomilian* 1100 a
Forum Egurrorum,Tarac. vulgò *Medina de Ruisco* ibid.
germanica legio septima 1136 a
gerunda,vulgò *Girona* 1138 b
glandomirum , vulgò *Mandanedo* 1142 a
hispalis nunc *Sibilia* 1188 a
hispaniæ conuentus,vide Bracarũ 344 b
iaua,vulgò *Laca* 1109 b
ilerda,vulgò *Leryda & Leyda* 1216 b
illiberis,vulgò *Salsas* 1218 b
illipula 1219 a
iria flauia, hodie Satyrana 1341 b
ispalis,vulgò *Sevilla* 1345 b
italica 1347 b
iturissa 1349 b
iuliobriga,vulgò *Logronio* 1355 a
ligora,Talabrica, vulgò *Talauera* 43 b
liuia,vide Auia 290 b
lucentum,vulgò *Sustina* 67 a
lucus Augusti,vulgò *Lugo* 69 a
maliaca, vulgò *Malgrado* 95 b
mediolũ, vulgò *Medina cœli* 122 b
mentercosa,vulgò *Petraza de la sierra* 136 b
mentisa, Mentosa , vulgò *Iaen* 136 b
nabriassa,hodie Veneria 204 a
nemetrobiga,vulgò *Valdenebro* 221 b
nouium,vulgò *Noya* 247 a
numantia 254 a
ocellum,vulgò *Otero de rey* 287 a
ostodurum, vulgò *Toro* 288 a
oleatrum,alio nomine Oleatro 300 a
oliba,vulgò *Olit* 300 b
onoba 305 a
onobasturia, alio nomina Onoba lusturia 305 a
osca, Isca dicta, vulgò *Guesca* 334 b
pallantia,aliàs Palencia 348 a
palma 350 a
paterniana, vulgò *Pastrana* 383 b
pinnia, vulgò *Pallodolit* 471 b
porta,vulgò *Torquemorda* 504 a
saguntus 8 a
saguntia,Sarguntia ibid.
sentica,vulgò *Simancas* 66 b
serezola,vide Toletum 278 a
seria,Fama Iulia 75 a
serabis,sectanis 83 a
setubia ibid.
sifapo 100 a
sitia 101 a
subur,vulgò *Cubelles* 180 a
tarraco 232 a
tarteſſos ibid.
toletum,vulgò *Toledo* 278 a
trebia 297 b
tritium megallum 307 b
turris,vulgò *Tudela* 312 a
tudæ, hodie Tyde ibid.
tuitana,vide Turuptiana 321 a
turiasso,vulgò *Tirasson* 320 a
turuptiana,hodie Tuitana,vulgò, *Tuy* 321 a
valentia 329 b
vcia 338 a
vertorrige 363 a
vescis 367 a
virueſta 396 a
virdubesca,vide Virueſta 396 a
visontium 399 b
ILLIRICI.
Tragurium 288 b
INSVBRIVM.
Comum 576 a
mediolanum 122 b
nouaria,vide Ticinum 246 a
papia , alio nomine Ticinum 357 b
ticinum 271 b
vercellæ 357 a
ISTRIAE.
ægida 79 b
parentium,vulgò *parenzo* 364 b
pola 491 a
picenum 465 a
tergestum,vulgò *Trieste* 251 b
INDIAE.
Baracura, hodie Bangella 311 b
bucephalia,vide Bucephalia 351 b
cameropis 470 a
caulon,caulum 423 b
tacola 233 b
taxila 233 b
IONIAE.
Aegyptos , ægypsus ad ripam Istri 81 a
clazommenæ 507 a
claros 500 a
colophon 540 b
colpe 542 b
ephesus 917 a
leuce 32 a
priene 554 b
salpiæ 13 a
smyrna 103 a
teos 249 b
ITALIAE.
Abellinum siue auellinum, hodie Troia 7 a
adria 68 a
æca 75 b
ænea 84 a
æsernia,Fernia 95 b
æthria 103 a
alba latij 133 a
alba Dardania ibi.
alba iliaca ibid.
alba longa ibid.
alba Troiana ibid.
alba ibid.
alba ad lacum Fucinum ibid.
aletium 139 a
algidum 140 a
alifa,aligha ibi.b
aliphe ibid.
alsium,vulgò *S.Seuerella,S.Seuera* 150 b
amiternum,aquila hodie 165 a
anagnia,vide Hernici 178 b
antenorea 200 b
antemnæ,arum 200 b
antium,vulgò *Nettuno* 205 a
Aquileia,*Algar* castellum Aquila ibid.
aquinum,vulgò *Aquino* 225 a
ardea 234 a
aretium,vulgò *Arezo* 237 a
argirippa, Argi, Arpi 238 b
aricia,Ricia hodie 242 a
ariminum 242 b
arpinum 248 b
asculum 257 b
atina 274 a
atrella 277 a
aucula , Aquula , vulgò *Aquapendens,* 282 a
auelia,Auellinum, Abellinum 284 b
aufidena 287 b
auximum,vulgò *Osimum* 301 a
baiæ 309 a
barium,lapix antea, vulgò *Barri* 314 a
belgradum,vide Albam 138 a
beneuentum 322 a
bergomum, transpadanæ, vulgò *Bergomo* ibi.b
biturgia 329 b
bobion 331 b
bohilla 332 b
bola ibid.
bouianum 344 a
bouillæ ibid.
bretena,hodie brintum 346 a
brixellum 348 b
brixia ibid.
cæcubum 362 b
cære,cæres,Cærete 368 a
caieta 371 a
calatiæ 373 a
calce,cale ibid.
cales 374 b
calenum ibid.
calydium 381 a
camerium 382 b
camerinum,vulgò *camarino* ibid.
canusium 394 b
capena ibid.
capua 402 b
carraca,vulgò *carranagio* 415 a
carseoli 415 b
casilinum 417 b
casinum ibid.
casperia 418 a
casperula ibid.
caudis,caudium 428 a
caulon,caulum 430 b
cecina 445 a
centinum 447 b
centumperanea insula 449 a
centuripe 449 b
cernetum 454 a
cesena 462 a
circæum 484 b
cliternia 510 a
collatia 529 b
concordia 585 b
corioli 658 b
cremona 676 a
croto 685 a
cruſtuminum 687 b
cruſtumerium ibid.
cures 702 a
dicæarchia , quæ nunc puteoli 790 a
elea 893 b
fabrateria 1017 b
faneſtris 1040 b
fauentia, vulgò *faenza* 1046 b
fanum fortunæ , vulgò *fauno* 1040 b
felsina 1051 a
ferentum 1052 b
ferentinum ibid.
ferraria 1058 a
fescenninum 1060 b
fidena 1063 b
fidentia ibid.
formiæ,hodie nola 1095 a
foruli 1099 a
forum claudij,vulgò *tolfa* 1100 a
forum Iulium , carnorum hodie *frioli* ibid.
fossæ papyrianæ , hodie fossonum 1100 a
fregellæ 1104 a
frusinum,hodie frusinona 1122 a
frusino ibid.
fundi 1118 a
gabij 1126 a
hadria 1168 b
heraclea 1179 b
hidrunto,vulgò *otronto* 1185 a
hydrus 1201 b
hyrium 1204 b
ianiculum 1208 a
italica,corsinium 1347 b
interamnia,vulgò *teranimo* 1315 b
istonium,vulgò *gnasto* 1346 b
larissa 16 b
laurentum 23 b
laurolauinium ibid.
lauinium,laurentum 23 a
linternum 51 a
luca 67 a
luceria ibid.
maleuentum , nunc beneuentum 95 b
mandela 101 b
mantua 106 b
metapontum 142 b
meuania 145 b
mutina 198 a
neapolis 215 b
nomentum 241 a
numana 254 a
ostia 336 b
ocriculum 287 b
padua,primum antenorea,quæ & patauium 342 b
palantium , in palatino monte 346 a
patauium 380 b
perusia 445 a
pinna,hodie pinnea 471 a
pistorium 474 b
placentia 476 a
potentia,piceni, vulgò *S.maria de loreto* 513 b
præneste 530 b
priuernum 559 a
rauennea 664 b
roma 740 b
reate 665 a
rhegium 729 b
ricia,vide aricia 242 a
salernum 10 b
salapia ibid.
saxoforatum sentinum dictum 30 a
scaptia 33 a
senogallia 66 b
sentinum ibi.
septicollis 72 a
sutrium 213 a
sybaris 213 b
tarteſſus 232 b
taurinum ibid.
teatea 233 b
teanum ioid.
thurium 269 b
tifernum 271 b
tolentum 277 b
trebula 297 b
troia,vide mellinum 309 b
turde,hodie tudertum 319 b
tusculum 321 b
tybur 322 b
vaunia,vulgò *louino* 337 a
velitræ 341 a
veneriæ 346 b
venusia 353 b
vercellæ,vulgò *Verseil* 357 a
volsinium 420 a
vrbinum 428 a
vinum 435 b
IVDAE AE.
Emmaus,nicopolis 905 b
hierosolyma 1185 a
ierusalem 1213 b
ioppe 1339 b
lydda 81 b
rama,vide raphia 729 b
rhaphia,Rama ibi.
samaria 15 b
sebatte 49 a
sodoma,sodomum 106 a
LACONIAE.
Aepea 86 a
bryssea 350 a

cæne,tænaron antè vocata 368 a
sparta 132 b
tænaro,vide cæne 368 a
tænarus 251 a
terapnæ 224 a
thuria, vide Aepea 86
prope LEMNVM.
Chryse 474 a
in LESBO inf.
Metymna 142 b
LIBVRNIAE.
Aferuium 257 b
aferiuium ibid.
bulua 353 a
burniſtæ 354 a
butua 355 a
doclea,hodie antibaris 849 a
narona 206 a
riſinum,hodie rhiſinium 737 a
ſalonæ,vide Iburnia 44 a
ſcardona,hodie ſcardo 33 b
ſcodra 41 b
LIBYAE.
Garamanta, vide Garamantes 1128 b
tunetum 317 a
tygena 263 a
LIGVRIAE.
Albigaunum,albingaunum,albinga,vulgò *arbenga* 133 b
albiminium, vintimilij,vintimia, ibid.
altilia,vulgò *alteiola* 252 b
aſta 267 b
genua,vulgò *genoua* 1132 b
liburnum,hodie lauanium 38 b
luna 34 b
polentia,vulgò *plaunza* 491 b
ſauona,ſabbatium,ſabbatia ſauone, vulgò *Sauone* 30 a
ſegeſta,vide tigulia 272 a
tigulia,ſegeſta, vulgò *ſiggeſtro ſexiri* 272 a
iuxta LILYBAEVM.
Selinis 58 b
LOCRORVM.
Aedepſum 75 b
bullenſes 353 a
calamiſſus 371 b
cane 388 a
cynopolis 711 a
cynos 711 b
opus 317 b
thronium 269 a
LVCANIAE.
Elea,lucania 894 b
lucania 67 a
pæſtum 343 b
petilia 450 a
petræ ſirenum 452 b
velia 341 a
LVSITANIAE.
Capara, capera, vulgò *caparra* 394 b
caurium,caura vulgò *corra* 431 a
ebura, hodie ebora, eburo 876 a
geræa,vulgò *caceres* 1136 a
manliana,vulgò *mons maior* 105 b
norba,vulgò *alcantara* 243 a
olyſippum, hodie vlyſbona 302 b
oſſonoba,alio nomine ſiluera 335 b
paxuiia,vulgò *badaioz* 390 b
ſalmantica 12 b
ſcalabiſcus antea Iulium præſidium,turris Iuſia, hodie troſilum,vulgò *trugilo* 31 b
vlyſſipona,hodie Isbona 410 b
LYCIAE.
aptera 220 a
canas 385 b
candyba 388 a
dædala 714 b
gaidus 1146 a
patara 380 a
rhodos732 b xanthus 466 a
LYDIAE.
Balbyra,vide bubo 350 b
bubo,bubon ibi.
cænoandros,vide bubo ibi.
magneſia,vide trallis 91 b
ſardis 24 a
tmolus 276 b
trallis,trallium 291 a
MACEDONIAE.
æantium 75 b
ægæ 80 a
ægitium 133 b
albanus 136 b
amantia 156 b
aulõ,aulona,vulgò *la vallona* 292 a
bullidenſis colonia 353 a
brygion 350 a
cermorum 454 a
dyrrachium,vulgò *durazo* 873 b
eriboa,vulgò *preſſa* 928 b
pallene 348 b
pella 398 a
potidæa, ante caſſandria dicta 313 b
theſſalonica 267 b
torone 282 a
MAGNESIAE.
Budea 352 a
MARMARICAE.
Antipyrgus 204 a
MARSORVM.
Alba 133 a
archippe 232 a
MAVRITANIAE.
Arſenaria,vulgò *arze* 251 b
cæſarea,iol 369 b
lixus 57 b
ſuia 9 b
faldæ colonia,hodie alezer,vel algeria Barbaroſſæ regnum 10 b
figa 89 a
tingi 274 b
tipaſa,hodie teneſe 275 a
MEDIAE.
Abacena 4 a
egarmzua 111 a
tigrana 476 b
MESOPOTAMIAE.
Babylon,vulgò cairum,vel alcairum 307 a
carræ 415 a
MESSAPIORVM.
Salentia 10 b
MESSENIORVM.
Aepi 86 a
thyræ 270 b
MYSIAE.
Adramitteum,vide adramittenus 67 b
adraſtia ibid.
axium,vulgò *chilia* 306 a
dorticum 860 a
philadelphia 457 b
NAVARRAE.
Pompelon 496 b
in NORICO.
Arelate 235 b
badacum, hodie ſalczaburgenſis 308 b
celeia,vulgò *cilia* 441 b
geſodunum,vulgò *ſaltzburg* 1139 a
vacorium,hodie villacum 327 b
villacum, vide vacorium ibi.
NVMIDIAE.
Cirta 493 b
iol 1339 a
rhegium 729 b
inter OSSAM & OLYMPVM.
Piſa 473 b
PAEONIAE.
Amydon 176 b
PALAESTINAE.
Aelia 82 a
aſcalon 256 a
cæſarea 369 b
eſcalona ibid.
hieruſalem, vide ælia 1213 b
ſtratonis turris, vide cæſarea 369 b
PAMPHILIAE.
Iſaurum 1345 a
phaſelis 456 a
PANNONIAE.
Alba græca,olim taurinum,vulgò *Krieſchs ſuuiſembourg* 133 a
bolentium,vulgò *rachelſburg* 332 b
murcela 194 b
pœtouium,vulgò *betua* 343 b
PAPHLAGONIAE.
Amaſtris,ſesanum alira 157 b
candara 386 b
cromna 684 a
cimolis 480 b
erobialon 683 b
teium 235 b
PARTHORVM.
Alexandropolis 139 b
hecatompilos 1176 a
PELIGNORVM.
Corfinium 658 a
orton,vulgò *pcera de pirati* 331 b
PELOPONNESI.
Amyclæ 176 b
cenchreæ 444 b
chaa 463 b
coronea 560 a,& 115 b
vide ageſilaus
elis 898 b
gymnheum 1160 b
lacedæmon 6 a
methone,hodie *modon* 142 b
mycenæ,mycena,mycene 201 a
troezen 309 a
iuxta PELVSIVM.
Heracleopolis 1179 b
PENTAPOLIS.
Gomorra 106 a
ſodoma ibid.
PERSIDIS.
Perſepolis 455 b
ſuſa 207 b
PHARI inſ.
Pharia 435 b
PHOCIDIS.
Aba 4 a
ambryſus 161 a
anticyera 202 b
cyrrha 712 b
daulia 720 a
PHOENICIAE.
Antaradus,vide aradus 226 b
aradus ibid.
barutus,vide berytos 322 b
berytos,vulgò *barutus* ibi.
borama 341 b
boſtra 343 b
byblum,vide adonis 66 a
carmelum 410 b
clea 893 b
lephia,vide tripolis 518 b
lepris 30 b
marathos 110 b
ptolemais 606 a
ſeropta 77 b
ſidon,vide aradus 226 b
ſidon,ſichem 89 a
tripolis 306 a
tyrus,vide aradus 226 b
tyros 325 a
PHRYGIAE.
Ancyra 183 a
antiochia 500 a
antandros,edonis 198 b
apollonia ib d.
aſſos ibid.
berecynthus 322 a
budea 352 a
cælena 441 b
cimmeris,vide antandros b,& 480 b 198
coloſſe 542 a
dorylæum 860 a
edonis,vide antandros 198 b
enantia,vide trallis 291 a
gargarus 1128 b
mœſta 164 b
phocæa 461 a
ſipylus 99 a
PICENI.
Ancon,vulgò *ancona* 183 a
aſculum 257 b
camerinum 382 b
carillæ 410 a
cingulum 482 b
claterna 503 b
fanum fortunæ 1040 b
firmum 1074 b
nurſia 263 a
piſaurum 473 b
ſenogallia 66 b
traiana,hodie potentia 290 b
truentum,vulgò *tronto* 310 b
vrbinum 428 a
vrſa baluia,hodie vrbſa 431 b
PIERIAE.
Aeginium 80 a
POLONIAE.
Carodunum,hodie cracouia vulgò *Clacau*,Polo.regia 413 b
dantiſcum 846 a
PONTI.
Amaſtris 157 b
arſorus,arcani hodie 210 a
chalcedon 464 a
heraclea 1179 b
nicea 227 b
nicomedia 228 a
ſebaſtopolis, vulgò S. *Gregorius* 49 a
ſinope,ſynope 97 b
tomos 280 a
xylinæ,vulgò *ſentina* 447 a
RHETIAE.
Druſonagis, hodie campidona, vulgò *rempten* 862 b
phæmana,a Io nomine phebiana, hodie *bibenhuſium* 453 b
RHODI inſ.
Camirus 383 a
ialyſos 1207 a
SABINORVM.
Caſperula 418 a
nurſia,hodie nercia 263 a
ſiſtica 432 b
SALACIORVM.
Eporedia,hodie hiaurea 922 b
SAMNITVM, ſiue APRVTII.
Aprus,vide ſamnites 170 a
allifæ,vide æſernia 1400
amiternum, vide ſamnites 165 a
aquila 224 a
arpinum 248 b
aſbina 274 a
beneuentum 322 a
corfinium 658 a
ſæpinum,hodie ſepinum 6 a
ſulmo,vide ſamnites 16 a
SARDINIAE.
Calaris 372 b
turris biſſonis 321 a
SARMATIAE.
Hygris 1202 b
noua mœnia, hodie album caſtrum,vulgò *neuiſſelburg* 246 b
trapano,vide tyrambe 324 a
SCOTIAE.
Alata caſtra, caſtrum puellarum, vulgò *edenburg* 133 a
SCYTIAE.
Alexandria 139 b
aximaſpi 242 b
calinipara 375 b
carcine 408 a
teos 249 b
SILICIAE.
Acragas 43 a
adranon 67 b
ægeſtani 79 b
ætna 85 a
ætna 103 b
agathyrſum 112 a
agragas 128 a
agrigentum ibid.
agyrina,vide agyrini 129 b
agyrium,ſiue agurium ibi.
aniſum 194 a
catana,vulgò *catania* 423 a
catina,catine 425 b
centuripe 449 b
drepanum 862 a
egeſta,nunc ſegeſta 890 b
elorus 900 a
enna,vulgò hodie *anna* 911 a
epidamus 918 b
gela,vulgò *cherac* 130 b
heraclea 1179 b
herbita 1180 a
hyble 1201 a
meſſana 141 a
panormus, panormm, panormium 356 a
petra 452 b
ſegeſta 57 a
tauromínium 232 b
thermæ 266 a
triocla,hodie triochalà 305 a
tyche 323 a
tyndaris 323 b
zancle 447 a
SICYONIAE.
Phillus 464 b
SIDONIORVM.
Sarepta 24 a
SYRACVSAE.
Acradina 43 a
SYRIAE.
Amathus 557 b
antiochia 203 a
apamea,vide ſyria
apollonia 212 a
arethuſa 237 a
beritus,vide ſyria
botrys 344 a
byblus,hodie *gaeta* 355 b
cæſarea,vide ſyria 219 a
canatha 385 b
damaſcus 715 b
epiphaneæ 918 b
gaderes 1126 a
hierapolis 1185 a
ioth patre 1339 b
laodicea,vide ſyria 219 a
orthoſia,hodie cortoſa,prius antaraduni 331 a
pamira 350 b
paradiſus 360 b
poſidium, vulgò *pualo* 506 b
ptolemais,vide ſyria 219 a
ſebucia 58 a
ſidon,vide ſyria 89 a,& 219 a
tripolis, vide ſyria 219 a,& 306 a
tyrus 325 a
SYRTIS parua.
Napolis,leptis magna,vulgò *tripoli* in Barbaria regiaiuitas 115 b
ſalachra,ſabatra dicta, vulgò *ramahebes* 1 b
ſaamæza, ſyrtis magna, vulgo *edicho* 2 a
tacapa,ſyrtis paruæ 222 a
TARRACONIAE.
Cæſarea æguſta,vide tanaco, nuantia 369 b
TAVRICAE. chert.
Caſha,vide theodoſia 468 b
prope THEBAS.
Cha 480 a
THESSALIAE.
Aleſte pagaſea 136 a
aloe 149 b
argos 239 a
beræa 322 b
cnipus 910 b
heliæa 1182 b
iolcos 1339 a
lariſa 16 b
pagaſa, vide alceſte 136 a
pegaſa,quod poſtea demetrias dictum eſt 396 b
pelethronium 398 a
phaæa 455 a
pheræ 457 a
philippi 458 a
phthia 463 b
trica 302 b
ad TERMENVM SINVM.
chalæstra 463 b
THRACIAE.
Abdera 5 a
abdera pulchra ibid.
apollonia 212 a
biſtonis 329 a borcobæ 341 a
byzantium,olim,igos,conſtantinopolis,nouaRoma,Antonia 354 a
calatis 373 a
calipolis,vide thracia 375 b
calybe 381 b
chalcedon 464 a
conſtantinopolis,vide Byzantium 354 a cypſella 312 a
enos,vide thracia
imbrus 1222 b
lyſimachia,vide thracia 83 b,& 268 b marathonia 110 b
nouemuiæ 247 a
nicopolis,vide thracia 268 b
perinthus 424 b
ſeſtos 247 b
TROADIS.
achilleon 37 b
æantium 75 b
alexandria,troas antigonia olim 139 b
antiochia, vide troas
antandrus, vide troas
cimmeris 480 b
clazomenæ,vide troas 507 a
dardanum 719 b
ephæſus 917 a
laodicia,vide troas
ilion 1217 a
lyrneſſus 83 b
milemaus, vide troas 309 a
percote & percope 411 b
pergamus 420 b
priamchos ibid.
philadelphia 457 b
rhœteum 733 b
troia, vide troas 309 a,& b
TROGLODITARVM.
Boron 342 a
tyatyra, vide troas 309 a
TVSCIAE.
Adria 68 a agylla 129 a
arretium 237 a
aſiſium, vide tuſcia
aucula 282 a
auquula ibid.
cære 368 a
balſena, vide volſinium
cluſium 511 b
cortona 668 a
florentia 1081 a
iuca 67 a
nepeta,hodie nepa 223 a
perufia,perufium hodie, vulgò *perugia perouſe* 445 a
piſæ 473 b
piſaurum ibid.
læne, vide tuſcia
troſſulum 310 a
tuſciæ, vide tuſcia 321 a
tuſcania ibid.
tyrreniæ, vide tuſcia ibid.
vulſinij 443 b
VENETIAE inf.
Altinum 152 b
ateſte 272 b
atria 275 b
brenona,quæ & verona, vide Brenno 346 a
belunium 321 b
brixia 348 b
carraca 415 a
iapis 1209 a
patauium 380 b
tanas 227 a
vicentia 376 b
verona 359 b
virunus, vide veneti 346 b
VILVMBRORVM.
iſpollum,hodie iſpelium 1345 b
VINDELICIAE.
Auguſta 290 a
cambodunum, hodie monacum, vulgò *munchen* 469 b
inuauum,vulgò *ispruck* 1338 b
VMBRIAE.
Aeſiſium,æſiſia hodie 95 b
ameria 162 a
carſeolum 368 b
coſſa 670 a
forum ſempronij, vulgò *foſſembrone* 1100 a
fulginia 1117 a
narnia,vide vmbria 651 a
narnia 206 a
nucia,vide vmbria 252 b,& 412 a
nurcia, vide vmbria 354 a
reate 665 a
ſpoletium 136 a
tiphernũ,nũc ciuitas caſtelli 275 a
tũder 312 a
tudertum,vide vmbria 651 a
VNGARIAE.
Alba regalis, vulgò *ſtuluiſſenburg* 133 a
buda,vulgò *offen* 352 a
taurunum belgradum,hodie *Kreygſchtuiſſenburg* 235 a
prope ZEPHYRVM.
thonis 268 a
ZEVGITANAE. prouin.
Colops,hodie giger 540 b

COLORES.

Albus 134 b
amethyſtinus 162 b
anchracinus 201 b
aquatus,fuſcus,niger, ſubniger 225 a
aridus 236 b arſenicum 251 b
ater 272 a
aureus 397 a
auſterus 299 b
B
Badius, phœniceus, balius, baius, ſpadiceus 308 b
baccatus,hiſpanus,obſcurus, pullus ſubnigrior ibid.
baluſtinus 309 b
balius,varius 310 b
barrachium 318 a
bonus 334 a
burrhum, rufum antiquid ceſtat 354 a buxeus 355 a
C
Cæruleus,cumatilis 368 b
cæſius 369 b
cameſinus,pullus,carmaſinus 362 b
candidus,vide olorinus 387 a
caſtaneus, vide ferrugineus 48 b
cereus 451 b
cerinus ibid.
ceruinus 462 a
chryſocolla 474 b
cineraceus,cinereus 483 a
cinnabaris ibid.
citrinus 495 b
clarus 500 b
coccineus 514 b
coccinus ibid.
conchylium 579 a
coracinus,niger 657 a
corneus 660 b
cretula 679 a
croceus 684 b
crocinus ibid.
cumatilis,cæſius, cæruleus 694 a
cyaneus, cæruleus 708 a
cymatius 710 a
D
Decens 726 b
dilutus 809 b
E
Egregius 891 b
exanguis 958 b
F
Ferrugineus,caſtaneus 1059 b
flammeus 1078 a
flauus 1078 b
fuluus 1117 a
furfuroſus 1123 b
furuus,niger,ater 1124 b
fuſcus,ſubniger 1125 a
G
Giluus,melinus 1140 b
glaucus 1142 b
glaucinus 1143 a
H
Hammonium 1171 b
herbeus 1180 a
herbidus ibid.
hyacinthinus 1200
hiſpanus, vide bæticus 308 b
hyalus 1201 a
hyſginum 1204 b
I
Ianthinus, violaceus, purpureus 1208 b
igneus 1214 b
indicus 1264 b
infuſcus 284 b
infuſus,luteus 1309 b
L
Lacteus 5 b
languidus 13 a
lentus 29 b
leucophæus,fuſcus 32 a
liquidus 52 a
liuidus 57 a
luridus 76 a
luteus 77 b
M
Marinus, vide thalaſſinus 466 a
marmoreus 113 b
melinus,giluus 127 a
melinum ibid.
melleus 126 a
memnonius,niger 130 b
minium 151 b molochinus 168 a
murex 193 a
murrhinus 194 b
muſtelinus 197 b
mutinenſis,pullus 198 a
myrtheus 202 b
N
Natiuus 208 b
niger,ater,fuſcus 229 a
niueus 235 b
O
Obſcurus, vide bæticus 308 b
obtuſus,vide rauus 664 b
olina 301 a
olorinus, candidus 301 b
orobitis 330 b
oſtrum 337 a
oſtrinus,ſubrubeus ibid.
P
Pallidus 349 a
phœniceus, vide badius 308 b
plumarilis, vide cerinus 546 a
porraceus 503 b
praſinus 549 a
pulligo 614 a
pullus 613 b
punicus,puniceus 616 b
purpureus 618 a
purpuriſſum 618 b
R
Rauus, obtuſus 664 b
rauidus 665 a
roſeus 742 b
rubens 744 a
rubeus ibid.
rubellus ibid.b
ruber ibid.
rubicundus ibid.
rubrus ibid.
rubidus ibid.
rubor ibid.
rubriceta 745 b
rufus 747 a
ruſſeus 751 b
rutilus 752 a
S
Sandaracinus 18 a
ſardix ibid.
ſanguineus 19 b
ſcrutulatus 47 b
ſcyricus 48 b
ſillaceus 918 a
ſinopis 976
ſpadix 122 a
ſpumeus 138 b
ſuaſum 1642
ſubalbidus 165 b
ſubceruleus ibid.
ſubcandidus ibid.
ſubnigeſ,rufus 747 a,& 178 a
ſubpallidus 174 a
ſubrubeus, vide oſtrinus 337 b
ſubrubicundus 174 b
ſubrufus ibid.
ſubrutilus ibid.
ſubuiridis 180 a
ſufflauus 1862
T
Thalaſſicus 262 b
thalaſſinus,marinus,venetus 262 b
theſſalicus 267 b
tyrianthinus 324 b
tyrius 325 a
V
Varius,vide balius 308 b,& 334 b
venenum 345 a
venetus 347 a
verecundus 357 b
violaceus,vide ianthinus 391 a,& 1128 b
viridis 394 b
vitreus 404 b

FINIS.